R.P. DIDACI DE CELADA MONTELADENSIS, SOCIETATIS IESU, ...IN RUTHAM...

Diego Celada, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
11 — F
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. DIDACI

DE CELADA

MONTELADENSIS,

SOCIETATIS IESV,

THEOLOGIÆ QVONDAM PROFESSORIS,
nunc verò in Collegio Imperiali Madridenſi pro ſcholiis regiis,
ſacrarum litterarum Interpretis,

IN RVTHAM

Commentarij Litterales & Morales.

CVM DVPLICI TRACTATV APPENDICE,
Altero de Boozi conuiuio myſtico, id eſt Euchariſtico: Altero de Ruth figuratâ,
in quo Virginis Deiparæ laudes in Ruth adumbratæ prædicantur.

CVM QVINQVE INDICIBVS:

I. Paragraphorum moralium. II. Quo traditur inſtitutio Politico-Chriſtiana. III. Ad Conciones de Tempore, & Sanctis copioſiſſimo. IV. Locorum Sacræ Scripturæ. V. Rerum & Verborum.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



Ruth ſpicas colligens in agro Booſ inuenit gratiam apud illum.

LVGDVNI,
Sumptibus PETRI RIGAVD, & ANTONII IVLLIERON,
in viâ Mercatoriâ ſub ſigno Fortunæ.

M. DC. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNÆ MATRI SACROSANCTÆ VIRGINI DEIPARÆ

DIDACVS DE CELADA SEIPSVM, & hanc litterariam lucubratiunculam humiliter deſtinat.

R*ECEDAT Orpha illa* ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ. *Ruth a nobis adſit, & Dauidem progignat, qui Goliam impacto fronti lapide proſternat, & proſtratum ſtrenuè ſuo iugulet gladio, iam etiam tunc triumphali proſternendæ Gentilitatis auſpicio. Veniat* de Petrâ deſerti, *quæ* angularem *parturiat* lapidem, lapidem, *inquam*, limpidiſſimum, *quem Dauidicæ fundæ inſerendum præbeat, quo de immani Gigante ſatis victoriatum eſt. Edat*

Prudẽtius in Hamartig.

Iſaiæ 16. verſ. 1. 1. Reg. 17. verſ. 40.

Digitized by Google

Orpha gigantæam prolem, quæ victricis ſobolis Ruthæ triumphos nutriat (Dauidis porrò militauit trophæis, qui reſtitit armis) Orpha leonem Philiſthæum pariat, quem Agnus terræ dominator, *de* Petrâ deſerti, *id eſt, Ruthâ, prognatus, exarmet, proſternat, detriumphet. Gignat Orpha Goliam, quem Ruthæ proles pedibus proculcet, dum Ruth* de Boozi pedibus ad caput Euangelij *ſublimatur. Itaque recedat Orpha inſolens monſtrorum genitrix, & adſit Rutha Chriſti Dei progenitrix, & Deiparæ auia generoſa; quò quid illi donem, mihi vbertim ſuppetat; ſed de ſuo ipſius locuplete cenſu, & prædiuite gazarum ſuppellectili. Quid enim Matri omnipotentis Dei non ſuum offeram? Offero itaque, ô Deipara, auiã nepti, propriam effigiem pulchritudini, ſuam ſanctitati formam, antitypo typum, vmbram veritati, & teipſam alteram tibi ipſi, nempè Rutham Mariæ. Sanè*

Iſaiæ 16. verſ. 1.

S. Hieron. ibi.

Ruth

Ruth (ſi vocabuli etymon ſpectes) prophetiam ſonat; Maria Prophetidē egit, & Prophetarum extitit complementum. Ruth, inſpiratio interpretatur; Maria, per quam reſpiramus ad gratiam, diuinarum eſt inſpirationum ſequeſtra. Ruth feſtinantem ſignificat; Maria ſic ſemper feſtinauit ad gratiam, vt primordiale anteuertendo delictum, gratia naturæ præcurrerit. Ruth viſio nominatur; Maria dum Verbum corporat, viſionem beatam præmaturè anticipat. Ruth irriguam deſignat; Maria in vteri ſui terrâ virgine fœcundum de cælo rorem excepit. Ruth in Boozi meſſe ſpicilegium fecit, illius ruralis menſæ frequens conuiua; Maria electiſſimum de cælo granum in vtero virgineo condidit, & condiuit, quod in menſâ Euchariſticâ lautè porrigit. Ruth pallio Boozi inumbratur ad nuptias; Mariæ Spiritus-ſanctus obumbrat. Ruth regni & Regum mater appellatur; Maria re-

Auctor infrà §. 3. num. 33.

S. Chryſoſtom. B. Petrus Dam. apud Corneliũ in lib. arg.

gali fulgens progenie, Regem regum mundo edidit. Itaque dum Rutham Mariæ offero, Te tibi reſtituo, & de tuis Te donis adorno: donum, inquam, de te ſumptuoſum, quia tuum; de me rude, paupertinum, incomptum, quia meum. Scio, Ruth principi Boozo auo tuo inornata, & ruſticanâ ſoloce amicta, ſudore potiùs quàm nitore placuit; placeat & nepti incompta per me auia tua, de cælo comptiſſima, è quâ ſanguinis purpuram naſcendo mutuas. Accipe ergò, ornatiſſima Virgo, à me incomptum munus; quod ſi gratè accepiſti, ſumptuoſiùs ornaſti.

Facultas

Digitized by Google

FACVLTAS PATRIS VICE-PROVINCIALIS Prouinciæ Toletanæ.

EGO Franciſcus de Cepeda Societatis IESV in Prouincia Toletana Vice-Præpoſitus Prouincialis poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Vincentio Carrafa Præpoſito Generali, facultatem facio, vt liber inſcriptus *Commentarius Litteralis & Moralis in Ruth*, à Patre DIDACO DE CELADA, noſtræ Societatis Theologo compoſitus, & eiuſdem Societatis grauium Doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur; In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus; Matriti in noſtro Imperiali Collegio die vigeſimaquinta Auguſti anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octauo.

FRANCISCVS DE CEPEDA.

FACVLTAS R. P. VICE-PROVINCIALIS Societatis IESV *in Prouincia Lugdunenſi.*

CLaudius Boniellus Vice-Præpoſitus Prouincialis Societatis IESV, in Prouinciâ Lugdunenſi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. Ludouico XIII. 10. Februarij 1611. Ludouico XIV. 23. Decēbris 1650. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimant, Permitto Petro Rigaud, & Antonio Iullieron, Bibliopolis Lugdunenſibus, vt librum, cui inſcriptio eſt, *Commentarij Litterales & Morales in Rutham*, Authore R. P. DIDACO DE CELADA Monteladenſi Societatis IESV, ad decem proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſint. Datum Lugduni die 19. Auguſti 1651.

CLAVDIVS BONIELLVS.

Approbatio

Digitized by Google

Approbatio Doctorum.

REuerendi Patris Didaci de Celada Monteladenſis Societatis IESV Theologiæ Profeſſoris olim, nunc ſacrarum Litterarum interpretis in Collegio Imperiali Madridenſi, *Commentarios Litterales & Morales in Ruth cum appendice*, Nos infra ſignati Doctores Theologi almæ Facultatis Pariſienſis, legimus. Nihilque in eis orthodoxæ fidei aduerſum reperimus, imo omnia ſecundum ſtylum ſuum docta, alta, pia, concionatoribuſque plurimum vtilia, propterea vt in publicam prodirent vtilitatem iuſtum cenſuimus. Actum Lugduni die 5. Auguſti anni 1651.

Fr. STEPHANVS MOLIN Carmelita.

Fr. CLAVDIVS COCHET Prædicator.

LICENTIA ORDINARII.

IN Rutham quoque prodeant è limpido illo fonte R. P. Didaci de Celada ſcilicet ingenio, vnde in Tobiam, in Eſther, in Benedictiones Iacob manarunt, Commentarij conſentanea doctrina, firma pietate & Doctorum approbatione minuti, quamlibenter per nos licet. Lugduni 12. Kal. Septemb. 1651.

DE-VILLE Prouic. Generalis.

Conſenſus

Digitized by Google

SERIES PARAGRAPHORVM MORALIVM.

Scopus Auctoris, & operis Idea.

HEROIDIS Ruthæ Panegyrica hiſtoria, materiata de alieno, de proprio concinnata. p. 1
Addenſatis quæſtiunculis multa perſtrictim elucidantur, quæ commentario faculam præferant. 9

CAPVT PRIMVM.

Didaſcalica manuductio ad morales theſes. 24
Homo ſemper fit, & numquam eſt, ad ſpeciem fulget, eſt inſania vera, tela ex aëreis filis: & eius vita ante deſinit eſſe, quàm venit. 27
Quàm ſit vita hominis breuis, friuola, arcta, fugitiua, caduca. 29
Lutoſus terræ limus, è quo materiatus eſt homo, reformationi in hominem cæleſtẽ ſæpè adulatur. 31
Officio ſuo plenè adimplendo totus Officialis ſollerter inuigilet. 32
Iudicibus ac Præfectis auguſtior honos à ſubditis exhibetur. 34
Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decernat. 35
Recta Iudicis ratio, & ſincerior æquitas, in reis damnandis omnes excuſandi delicti rimulas præcludat. 37
Pia clementia, ſollicitior cura, & largior erga ſubditos beneficentia, boni Iudicis ſtipendium eſt, & illius etiam cenſus. 39
Malè Iudicum ardor ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. 41
Bona conſcientia Cælites etiam beat; mala autem infernus eſt, dæmon eſt, quorum hoſtilitatem nullibi effugies. 42
Gehennæ ignis in oſſibus meditatione implantatus, eſt virtutum gymnaſium, & à gehennâ aſylum. 44
Pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſſitas emendationis eſt, licentiæ frenum; & in timoris ſcholâ, virtutis magiſter. 46
Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt, præ acerbiori mortificatione conſcientiæ. 48
Ieiunium virtutum cupiditas, radix gratiæ, mater ſanctitatis, vnio cum Deo, & Diabolorum verbero, nominatur. 49
Affectus humani, ſeu humanæ paſſiones, eſt noſtrum Chirographum, & Diaboli Charta; eſt turbo, vertigo, Euripus, & faſcinum, obnigrans honeſta. 51
In magnâ ſterilitate terrã febribus æſtuat: & à facie Dei peccatores abiicit, quos multimoda calamitate vexat. 53
Occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarum negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, tenebrat. 54
Miniſteriale diuinæ iuſtitię munus in ſuppliciis dignè infligendis, ſumptuosè glorioſum reputatur. 56
Mundialia bona poſſeſſorem ſpebus fruſtrant, ſtultitia ſunt, ſpuma ſunt, nec ſibi ſatis ſunt. 58
Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram exambit. 60
Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de famæ ſuffragio valenter armata. 61
Hominum timore ſuam auctoritatem, pulchritudinem & gloriam Chriſtus Deus adornat. 63
Non rem habere, ſed illa non indigere, rem potentiùs & opulentiùs habendi arbitrium eſt. 65
Res muta eſt, quam nominis ſignificãtia reddo linguatam, nominis auſpicio, & vocabili ſacramento. 66
Chriſtiana philoſophia humanam gloriolã Deo victimat, & Diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit. 68
Facilis, hilaris, & expeditè promptu morsi mortis meditatæ, & inde probæ vitæ ſtipendium eſt. 70
Frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos

Digitized by Google

faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix; hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. 71
Venenata lingua mentis vſurpat munia, ſecat vt nouacula quaſi ornatum negocietur; & exlex ipſa ſibi concupiſcentiæ malitiam ſpirat. 73
Locus ſæpe vitiis obnoxius eſt; ſæpe etiam virtuti auxiliaris. 75
Paterna viſcera peracerbè vrit funeſta filiorum iactura. 77
Iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis prærnaturè cumulat. 78
Deſolatæ viduitatis operoſa certamina, virginitatis glorias æmulantur. 80
Dignus Euangelij Concionator, dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, atque ſapientiæ hypoſtaſis. 81
Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ. 83
Templum, ipſius facies dicitur; mundiali opificio ſimile, Ægypti obliuio, & gloriæ prooemium. 85
Perſeuerantia ſententioſè dicitur, immotus ad Deum motus, virginitatis gloria, peccatorum lauacrum, iuſtorum fortuna, forma, & eſſentia. 86
Illic vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt feliciter inueniatur. 88
Quod gratè cœpit in voluptate, in dolore ac pœnitentiâ ingratè conſummatur. 90
Cum Chriſto, & per Chriſtum, qui eſt via, eundum nobis in cælum eſt. 91
Timor in imaginationis officina, miſerias anticipat, ampliat, exaggerat. 93
Humana vilitas ac miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exorator egregius. 94
Longanimis patientia auro argutè aſſimilatur; quaſi athleta cæditur & vincit; & perſecutorum inſaniam in propriam coronam recudit. 96
Æquanimis in vtrâque fortunâ conſtantia, ab impatientiâ inexpugnabilis, meta virtutis, & æmulatio diuinitatis perhibetur. 98
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergo iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor fouetur. 99
Iuſtus rigor in Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. 101
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. 103
Dilata diu ſpes expectatione ſuſpenſa, ſperantis animum acerbè vrit, morſicat, fatigat. 105
Compaſſio, eſt bona miſeria, eſt Dei ſigillum & corporabile, brachia extendens, & oculos mittens ad miſeriæ leuamen. 106
Meditatus extremi Iudicij horror, in re virtutis miracula patrat, lenocinia voluptatis abſentat, & peccandi fomitem interſtinguit. 108
Minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium. 110
Infidus poſt pœnitentiã relapſus, propè Deum negat, Deo præfert Diabolum, cui habitaculum adornat: quare de ſic recidiuis infrequens dicitur venia. 111
Grauis peccati malitia, omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit. 113
Dei manus tractat peccatorum lacrymas: quæ intra Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. 115
Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. 116
In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. 118
Nil acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia: falſatæ amicitiæ penicillo colorata. 120
Libidinis intemperantia multimode ſugillatur. 122
Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & varietatibus temperatus; male audit. 123
Homo in terris, præ mutabilitate, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, & non alius. 125
Non bonum aliorum exemplum, bonos mores pernicioſè toxicat. 127
Cathedra peſtilentiæ docet improbos, aliorum ſe improbitate defendere. 128
Bonum virtutis exemplum, *Beare* noſtrum imitatione dicitur; ſui appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. 130
Peccatorum viæ parturiũt, de non boni exempli imitatione; quod aëra toxicat, cælum claudit, turbo eſt, Diabolus eſt, & velut coactio ad malum. 132
Non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſiderea voce Euangelij doctrinam perſuadet. 133
Explorandum potius ſæpe eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. 135
Repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur. 137
Affectus altè impreſſus, energia eloquentiæ eſt, atque viuidus perſuaſionis vigor. 138
Ex diuinæ incarnationis beneficio, mirè erigitur ſpes humana. 140
Myſteria Chriſtiana fide credenda, humanæ

rationis

Digitized by Google

rationis faſtum longè excellunt. 142
Deus dum ab homine ideò quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur. 143
Deus, qui ideò tam ſollicitè quærit hominem, vt inueniat; iam propè inuentus eſt ab homine, qui Deum quærit. 145
Iniuria ab iniuſto offenſore æquanimiter tolerata, iniurias à ſe Deo illatas, benefica manſuetudine redimit. 147
Primos tentationum ſubſultus incunctanter excutere, aliquis virtutis faſtus eſt. 148
Vitiis adſueto pronus eſt in eadem vitia relapſus, de inceſſanter pertinaci conſuetudinis lenocinio. 150
Aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodo afflat. 152
Mortis memoria hebetat pulchritudinis tela, virtutes germinat, eáſque quaſi in ſanctitatis gymnaſio erudit. 153
Mortis memoria mortem ethicè declinat: & recordatio ſepulturæ, illam reparatricem reddit. 155
Dominicæ Reſurrectionis vel ſubluſtris notitia, gaudia mortalium vbertim cumulat. 157
Inchoatæ probitatis vigorem, ne in vitæ progreſſu, aut fine periculoſius langueſcat, identidem recentare neceſſe eſt. 158
Virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi propagetur, elabitur. 160
Dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit, & pertinaciter ſtimulat. 162
Impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum perniciem potenter armatur. 164
Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. 165
Quàm delicietur Chriſtus in pœnis Martyrum; quorum vulnera ſtellas præferunt, Chriſtum etiam coronant, & patientiæ maieſtate cruciamenta calcant. 167
Quàm ſit auguſtè ſumptuoſus Martyrij cenſus. 169
Peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationem lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exaggerat. 170
Peccata, quæ excuſatio mirè auget, miriùs confeſſio diluit. 172
Cui adimitur peccati excuſatio, plerumque etiam reatus tollitur, ſinceræ confeſſionis ſacramento. 174
Perpetuo tenore vna virtutis via premi debet; ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculosè corruat. 175
Textûs ſacri manuductu, aliqua è multis Angelorum elogia prædicantur. 177

Præſcripta theſis de Angelorum præſtantia adhuc vberiùs adornatur. 179
Laudationis Angelorum auctarium. 180
Angelicæ Laudationis clauſula. 182
Pulchritudo eſt temporis ludibrium; modici temporis tyrannis; phlegma per cutem pulchrè tranſlucens, ſilens fraus, diarius flos, atque alienum bonum. 183
Pulchra femina dicitur, Sceptrum inferni; dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velum; quæ præuaricatores ad Adamum congregat. 185
Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. 187
Humana voluptas herbacea eſt, caducus flos, rerum abuſus, oculorum pabulum, & vocabulum abſque re. 188
Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. 190
Mundialis voluptas emphaticè dicitur, carnis afflicio, querela, error, elatio, ecſtaſis, & mera voluptatis narratio. 193
Quàm ſit humana felicitas felicitatis inops. 193

CAPVT SECVNDVM.

Opulentia auarè immiſericors, infernalis gehennæ cognata oſtenditur. 201
Immiſericors Sacerdotum auaritia, opum congerendarum ambitioſa multis vapulat. 203
In humana ſapientia, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper tranſlucet. 205
Sublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. 207
Sumptuoſior prælucēdi ac præſidendi ambitio paruulos inuenit, aut facit. 208
Oratio eſt robur militum, & militaris diſciplinæ gymnaſium. 210
Qui in re virtutis tentationes maximas ſuperauit, in minimis turpius vincitur. 212
Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergo modica ſpernas. 214
Vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſuboleant, minimè negligere oportet. 215
Serui nomen inhumanæ Dominorum auſteritati non ſit obnoxium. quare? 217
Non ex amplitudine officij, aut muneris, ſed ex illius exacta adimpletione, officiale elogium taxari debet. 219
Leuis etiam occaſiuncula, quæ ſit vitiorum illecebra, timenda eſt, præcauenda, declinanda eſt. 220
Boni filij ex imbonis parentibus nati, læta pro-

Digitized by Google

phetant, flores & roſæ ſunt, & ferè non parentum filij. 221
Cauſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat. 224
Populorum rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit. 226
Non eſt magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. 227
Oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. 229
In lubtico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima. 231
Læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. 233
Anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam infidelitatem æmulatur, craſtinum diem reddit querulum. 234
Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. 236
Homo de Diſciplina Mortificationis habet, vt ex parte prophetet, & coram laudari poſſit, & victorias loqui. 238
Ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile hominum ingenium. 239
Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. 241
Homo miſericors de humanitatis elogio, in hominem recuditur: vicinus eſt cæli, à gehennâ remotus, & velut Deus terreſtris. 243
Dominorum erga ſeruos beneuola ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur. 244
Moleſtiarum depulſio, voluptatis rigor eſt: exinde amara fames præter ſeipſam omnia condit, edulcat, mellit. 246
Mortificatio, trophæorum baſis, beatæ gloriæ pignus & manifeſtatio, & pia inferni æmulatio perhibetur. 247
Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus nequid tibi deſit. 249
Gratitudinis laus, ingratitudinis vituperio exaggerata. 251
Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu. 252
Humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dedíſcit, vltra ſemetipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. 254
Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. 256
Præſumptio preces faſcinat, ſuperbia aufert. 257
In ipsâ laudationis auaritiâ, quæ ſuas effutit laudes, laudum indignitas egregiè tranſparet. 259
Anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe: auguſtior Sanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. 261
Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio cruditur. 262
Euangelij fides, Dei ſummâ veritate ſubnixa, meraciſſimam propinat veritatem. 264
Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergo impenſiùs ſibi totus attendat, cùm ſe etiam totum aliis impendit. 266
Seruilis & humani timoris infida pædagogia eſt. 268
Quàm ſit tenax malitia peccati, & peccatorum fœcunda. 269
Virtus etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecus publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. 271
Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magnò luenda. 272
Auara opulentia, vitiorum ſupellex eſt, cæli exheredatio, & impius Chriſti contemptus. 274
Sine culpa bibitur calix Mortificationis; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatis deceptio. 276
Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. 277
Beatæ gloriæ appendix elogium. 279
Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus adeſt præſtò auxiliaris. 281
Vis diuini amoris erga homines, quàm ſit munificè fœcunda. 282
Deúſne ab hominibus arcanâ amoris nimietate diligendus eſt. 284
Oratio de ſcholâ Deitatis erudita, virtutũ omnium ſummam compendio continet. 285
Peritus ſuperior, non homini, ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans hanc duntaxat debellans. 287
Dei timor eſſentialiter homini hærens, è gehenna gloriæ coronam recudit; Deum nobis præſentem facit, & Deus dicitur. 289
Dei indulgentia dum peccata diſſimulans, peccatores humanâ felicitate cumulat, minę ſunt acerbioris ęternùm iracundię. 290
Chriſtus Deus non venit quęrere immaculatos, ſed ſordidos quos emaculet. 292
Pauper velut concupiſcentia exemptus, quaſi naturæ Dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. 294
Deum vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum: inde immetata eius natura antitheſibus exponitur. 295
Homo ne eſt conformis diuinæ Voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis? 297
Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit:
exinde

Digitized by Google

exinde Sanctorum proceres, Dei gloriam reputent ſuam. 299
Praua intentionis flexura valde culpatur; & recta ad Deum intentio commendatur egregiè. 301
Acerrima virtus ſpes abundé muneratur, etſi rem optatam prægustet. 302
Spei elogia, quæ in Rutham elucent, multimodè elucidantur. 304
De Sanctorum Patrum pædagogia multis vapulat vanagloria. 306
Ne erubeſcat peccator, æternam vitam præſentis confeſſionis pudore mercari. 307
Bona compaſſionis miſeria eſt, quæ aliena mala, & malorum appendices pœnas & glorias, tamquam ſua reputat. 309
Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? 310
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. 312
Fœcundâ liberalitate beatur, non qui fructus *fert*, ſed qui *dat* fructus. 314
Nemo pauper, aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit. 315
Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. 317
Multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit petat, quod petit ſumat. 319
Euchariſtia eſt Beatitudinis confinium, prælibatio, & obſes: eſt myſterium gloriæ, reſurrectionis pignus, atque æternæ felicitatis portio. 321
Euchariſtici Sacramenti obſcuritas, illius credendi, atque æſtimandi lenocinium eſt. 323
Sine Euchariſtico pane recrudeſcunt paſſiones, reliqui cibi crudi ſunt: eſt autem hic panis, animæ reſpiratio, ſummus honor, & beatæ immortilitatis inſigne. 325
Euchariſtia dignè accepta, non inertis otij, ſed actuoſi laboris ſtipendium eſt. 326
Indigna Euchariſtiæ ſuſceptio, eſt inferni viaticum, ſitis æterni ignis, atque caninum Dominici Corporis furtum. 328
Euchariſtia eſt cenſus Dominicæ Paſſionis; illámque reparare, ac demonſtrare perhibetur. 330
Euchariſticum cum Ruthâ ſpicilegium peragitur. 331

CAPVT TERTIVM.

LÆta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. 342
Acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat. 344
In præcelſa arcanè virtute, quod videtur antitheſis, virtutum nexus eſt, & earum reciprocum inter ſe participium. 345
In bono conſiliario exulat affectus, cognatio exulat: vitæ probitas, & cæleſtium amor, optima conſilia excudunt. 347
Præcelſæ virtutis ſublimitas, infimiſſimæ humilitatis ſtipendium eſt. 349
Pia deſideria immeratè audent, nec piæ audaciæ merito defraudantur. 350
Alacris ſpontaneè voluntas, ſpiritus principalis eſt, vltra virtutem generosè audax. 352
Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem exinceps malitiam erudiens. 354
Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. 355
Congruus rerum Ordo, inconfuſa Diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. 357
Congruus Ordo ſcit benefacere etiam de malo: Ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas cenſetur. 359
Libidinoſus Dæmoniaco ſimilis eſt, Crucis aduerſarius, quotidie moritur, impœnitentiæ vicinatur, & in propriam ſubſtantiam peccat. 361
Malè iudicat, qui citò; & ex rei ſuperficie cenſuram licenter vibrat. 363
Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. 364
Breuis de abundè exprompris; & ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt. 366
Voluptatum lenocinium, ferreis vinculis hominem ſtringit, & velut quodam faſcino, medullas exſorbere voluptatum obſtinatè ſuadet. 368
Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorium ei ſilentium, indulgentiam tribuere videatur. 369
Reprehēſio, quæ etiam blandè ac amicè emendationem procurat, à reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur. 371
Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt. 373
Ille bene Deum orat, qui ſic confidenter petit, ac ſi petitum beneficium ei ex iuſtitia debeatur. 374
Lex dicitur, hominis eſſentia & fortuna; Dei eſſentia atque oculi, animæ vita, & Sanctorum ſcientia. 376
Maritus vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. 378
Virginitas multis denſè elogiis commendatur. 379
Dira egeſtas ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat. 381
Acerba reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat: lenis

Digitized by Google

lenis verò, atque ex amore nata, hominem reprehenſum reſtituit, ac redintegrat. 383
Pater erga filium reum meritò diſſimulat iudicem, ne vel iuſtâ ſententiâ feriat hoſtili gladio. 384
Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. 386
Dexteram in partem, ſicut hominibus rara, ſic & ſtrenua ſuſpicio eſt, bonitatis anſam citiùs arripiens. 388
Bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia: adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur. 389
Homo in gratiæ officina, per bonam conſuetudinem, in alium hominem quodammodo ſubſtantiatur. 391
Vel ipſæ paſſiones ad vitia præcipites, aduocandæ ſunt tamquam virtuti auxiliares. 393
Anteacta vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. 394
Vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. quare. 396
Boni mores conſummant Concionatorem; de cuius ore cælum, & coronas auditorium expectat. 398
Voluntas & iudicium potioribus aptanda ſunt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. 400
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpe in lubrico eſt. 401
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. 403
Moderata idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium. 405
Opportuna laus, teſſera virtutis eſt; & laudabilem inuenit, aut facit. 406
Idonea laus, virtutis cupiditatem ingerit; & laudatores facit eiuſdem coronæ participes, arcano laudis ſacramento. 408
Oratio piâ impudentiâ perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus: ſic repetitâ excidere, aſſequi eſt. 409
Vaga Principum libido, regnorum excidio plerúmque mulctatur. 411
Gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia. 413
Qui animoſè vult, ſtrenuè poterit; quaſi affecta animoſiùs voluntas ſit poſſibilitatis cenſus. 414
Caro, formidabile periculum, Dæmon in luto delitеſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. quare. 416
Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. 418
Homo (qui Magnus ſomnus dicitur) piè contendat, per imaginationes etiam in ſomno, ad decentiam virtutis attendere. 419
Silentium, licèt ſit verbi mors, eſt etiam illius natiuitas, reſurrectio, nutrimentum, & cultus. 421
Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex effectis colorat. 423
Siniſtrę ſuſpicionis maligna temerariè licentia, egregiè vapulat. 424
Beneficentia largiùs & expromptiùs omnibus opem eroget. 426
Dum eleemoſyna vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium quod deerat. 428
Largior opum poſſeſſio, pręceptio beneficè largiendi nominatur. 429
Male acutum ingratitudinis ingenium, ipſa beneficia in offenſas prębitoris recudit. 431
Deipara Incarnationis adſenſit deſiderio; res deſiderata obedit deſiderantis auribus, quę deſiderium perſpiciunt. 433
Iudex cùm diu reatum diſcutit, & morosè examinat; innocentem ſępe reum diutiùs prodit, diffamat, inuitiat. 434
Voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra: velis & poteris. 436

CAPVT QVARTVM.

VArietas ſic eſt hominibus grata, vt rebus dulcem placendi gratiam fœneret. 450
Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. 451
Excelſa Seniorum ſeu Conſultorum dignitas & auctoritas, tutelę ac decori Principibus & Gubernatoribus adſit. 453
Valde periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit. 455
Princeps imperitus, periciſſima etiam Conſultorum ſuffragia infatuat. 457
Puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. 458
Contentioſus litigator ad infernum properat, concupiſcentiam æmulatur, & Diabolorum ſupplementum eſt. 460
Sublimiorum potentia ſic in flagitiorum vicinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. 462
In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. 463
Mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio. 465
Diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ, auarè diteſcere ſatagit. 467
Pœnitentia cum Incarnatione confiniū habet, dilectio dicitur, verecundiam ſanctificat, & Sancta ſanctorum appellatur. 468

Princeps

Digitized by Google

Series Paragraphorum moralium.

Princeps ac Superior variis notitiis inſtructus eſto, & ſtrenui vir ingenij. 470
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. 472
Immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt ſe cupiditatibus abſoluant. 473
Voluntas quâ facie libet, res humanas colorat: & faciles, aut difficiles reddit. 475
Quò tectiùs, quis affectat celare vitium, illud citiùs ac manifeſtiùs publicat. 477
Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet. 478
Vanægloriæ ambitio ſuos appetitores deprauat, inuitiat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat. 480
Vindicatiuæ Iuſtitiæ ſapiens pœna, quodammodo æmulatur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. 481
Quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. 483
Quod ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. 485
Nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt. 486
Veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt propè ad vltionem cogere dicantur. 488
Beneficia quæ accepta adſunt, contemnimus; quæ abſunt, requirimus. 490
Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat. 491
Zelus ſit velut fames: ſine diſcretione, eſt currus abſque aurigatore; & incautus factionum arbiter. 493
Homo negotioſis occupationibus obſeſſus, vnũ hominem non agit; Deo euacuatur, ſibi deeſt, neque negotiis par eſt. 495
Principi ac Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. 497
Quàm ſit arduum, præluſtre, ac generoſum, inimicos diligere. 498
Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. 500
Reciproca rerum inter ſeſe fauentia, perfectionem, complementum, fœcunditatem, & robur ipſis fœnerat. 501
Improbitas prædicantis, Euangelium vituperat; probitas verò, non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. 503
Perſeuerantia, Sanctitatum eſt complementum; breue merendi tempus in ęternitatem infert; & arcano incremento virtutes virtutibus deprimit. 505
Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. 506
Num ſic in Deo præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouę miſerationis obſes. 508
Filius eſt patris definitio, ratio, eruditio, forma & compendioſa demonſtratio. 510
Miſera calamitas eſt precandi officina, & deprecandi vigor. 511
Non tam corporis quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt. 513
Præluſtris Euangelici Concionatoris dignitas, diuinæ gloriæ tota militet. 515
Pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo. Sic filij mortuos parentes, quaſi rediuiuos exhibent. 516
Sit inops humani gaudij, quiſquis glorioſam diuini gaudij opulentiam exambit. 518
Quam de facili hominibus vana gloria ſubrepat. 519
Precaria neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. 521
Supplicium culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? 523
Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. 524
Vniuerſi iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. 526
Per media oppoſita fauentius auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. 528
Perpendat homo ſuam dignitatem, & quanti apud Deum æſtimetur, ne vitiis ignobiliter vileſcat. 529
Sub bono etiam Principe, Miniſtrorum rapacitas in violenta vectigalium exactione culpatur. 531
Obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. 533
Sola eſt Diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. quare? 534
Pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. 536
Illuſtriora iuſtorum opera ſibi vendicat Deus. quare? 538
Euangelij Miniſter, vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. 539
E lege veteri lex noua oritur: è Rutha Iudaiſmo implantata, Chriſtus generatur. 541

Tractatus

Series Paragraphorum moralium.

Tractatus Appendix de Ruth figurata.

OPportuna digreſſio de Chriſti Dei per Mariam Deiparam genealogiâ, ducendâ vſque ad Dauidem; qui ponitur genealogiæ clauſula huius Hiſtoriæ, & illius ſcribendæ ſcopus. 543

Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe multimodè vindicatur. 551

Conceptio immaculata Virginis Deiparæ adhuc ab originali macula vindicatur. 553

Mariana à peccato originali immunitas, nouis vindiciis aſſeritur. 554

Quàm ſit Deiparæ ortus, naturæ humanæ felix, lætus, ac proficuus, 556

Mariæ nomen nominatione inſculpitur, gratiam & gloriam ſpirat, vices cum ipſa reciprocat; quæ roganda eſt, vt ſit ſui nominis interpres. 558

Virginis Deiparæ regia nobilitas, dignitáſque; eiuſque ſtirps à Triade, & à Triade alter honos. 559

Elegantia corporis, & animi pulchritudo, in Virgine Deipara commendantur. 561

Miriſſima Deiparæ virginitas ſumptuoſius prædicatur. 563

Mundiſſima Virginis Deiparæ puritas, multimodè elucidatur. 564

Elucidatur Incarnationis myſterium, tamquam Marianæ multimodè laudis diues promptuarium. 566

Deipara gratiam homine maiorem conſecuta, Incarnationis commentarius, & horrendum illius inſtrumentum dicitur. quare? 568

Cæleſtes Incarnationis gazas, in ſe depoſitas, Deipara in homines beneficentius erogat. 569

Marianæ ad Filium Deum orationis arcana vis multimodè expenditur. 571

Precaria Deiparæ omnipotentiâ elucidatur: exinde humanæ naturæ facundum os dicitur. 573

Prælustris Mariæ pietas, & largior erga omnes beneficentia adhuc prædicatur. 574

B. Virgo adeò ſtudioſè ſuſcipit peccatorum tutelam, vt dicatur damnatorum commendatio, peccatorum fidiuſſor: ſícque omnibus omnia fit, vt occultus mundus nominetur. quare? 576

Deipara eſt deſperatorum aſylũ, noſtræ ſpongia nequitiæ, commentorum Diaboli expunctio: & iuſtitiam in iuſtam miſericordiam recudit. 578

Quàm ſit Virgini Deiparæ debitrix hominum natura. 579

Virgo Deipara eſt Regnum ac regnorum præſidium. 581

E Virginali etiã vtero hoſtilitatem aliquam aduersùs peccatum, Chriſtus hauſit, arripuit, expreſſit. 583

Mundialem ac Beatam lætitiam Deipara afflat. 584

Deipara appellatur, Scripturarum acroſtichis, doctrinæ ſceptrum, prophetiæ ſupplementum, Sophiæ dos, & Apoſtolorum regiſtrum. 586

Virginis Deiparæ ſumptuoſior humilitas commendatur. 588

Expromptioris obedientiæ elogium, in Virgine Deiparâ auguſtiùs ſupereminet. 589

Quàm ſit Deipara in ſuis clientibus, pacis & concordiæ ſtudioſa. 591

Tenera patientis Filij compaſſio, Matris viſcera quàm duriter lacerat. 593

Filius Deus in ſanguine carnis, Virgo mater in ſanguine animæ, vnum Deo offerunt holocauſtum in redemptionis pretium. 594

Virgo Mater, & Filius Deus, quàm ardentes reciproco flagrarint amore. 596

Mariana gloria, aliquo velut immenſitatis ſacramento, glorias in Deum, in Angelos, & in homines copioſè reuerberat. 598

Deipara in templo alitur Euchariſtiæ Symbolo; hunc panem ſuum quaſi prædam donat; éſtque menſa cibum ferens vitæ rediuiuæ. 599

E copioſa Marianæ laudis meſſe, ſpicilegium cum Rutha ſaltuatim facimus. 601

Mariani ſpicilegij varium penſum abſoluitur. 603

SCOPVS

Digitized by Google

SCOPVS AVCTORIS, ET OPERIS IDEA.

S.Aug.l.3. de Trinitat. in Procem. CREDANT, *qui volunt, malle me legendo, quàm legenda dictando laborare*; vel contrà. Dicam quod ſentio, & quod res ipſa eſt: Sacrâ lectione fœcundatur animus piâ quâdam ſanctæ ſcriptionis libidine, vt dum de diuini verbi connubio, iſtiuſmodi ſcripturit libros, liberos Deo ac pietati parturiat; imò calamo & ore fœcundos etiam ſanctitatum patres.
S. Aug. ſup. Quin & *ego ipſe multa quæ neſciebam, ſcribendo me didiciſſe confiteor. Non debet hic labor meus cuiquam pigro aut multùm docto videri ſuperfluus, cùm multis impigris multiſque indoctis, inter quos etiam mihi, non paruâ ex parte ſit neceſſarius.* Me (ſicut hactenùs) theſium promotorem potiùs, quàm inuentorem exambio; ne aut noua audacter architectari, aut vetera rancidè reſcribere; ſed antiqua citiùs expendendo innouare ac recentare
Lipſius in Politicâ alibi reſcriptus videar. Itaque (vt alibi præluſimus) *lapides & ligna ab aliis accipio, ædificij tamen extructio mea eſt. Architectus ego ſum, ſed & materiam variè vndique conduxi: nec aranearum ſanè textus ideò melior, qui ex ſe fila gignunt; nec noſter vilior, quia ex alienis libamus, vt apes.* Eadem mens, idémque propoſitum mihi eſt, eritque ac in reliquis Opellis à me hactenùs editis, eandem ſubiturum iudiciorum aleam, & idem *vulgi*
M. Victor S. Auguſt. ſuprà. *pelagus* enataturum. Verùm *ſicut lectorem meum nolo mihi eſſe deditum, ita correctorem nolo ſibi. Ille me non amet ampliùs quàm catholicam fidem: iſte ſe non amet ampliùs quàm catholicam veritatem.* Infortunata ſemper eſt doctrina, cùm veritas affectu potiùs
Anaſt. Sin. ante lib. 1. Hexam. quàm iudicio probatur. Ergò tandem in hâc lucubratiunculâ, *inſtar formicæ relicta grana relego, & tamquam canis micas colligens lauti & opipari Patrum epuli*; Rutham elucidans, eâdem præeunte, ethicum facio ſpicilegium.

§. I.

Heroïdis Ruthæ panegyrica hiſtoria, materiata de alieno, de proprio concinnata.

1. S. Ennod. in Natal. Laur. Mediol. *VSV rerum venit inter homines, vt quantùm fama decerpitur per audaciam, ſuperfluum non minùs pereat per timorem. Non enim debet notari velut auara laudis aſſumptor, apud quem res obnoxia pudoris ſtimulis ad acta completur. Quia ſicut in vmbram cogit gloriæ appetitus oratione dum quæritur, ita non reddere quod deberi noueris, proximitatem noctis inducit. Superflua ſcribere, res iactantiæ eſt; neceſſaria reticere, contemptûs.* Sæpè enim vituperationis rea eſt Commentatoris intermiſſa laudatio, quaſi inops laudis ſit, quem in commentationis materiam elucidandum ſelegerit.
S. Naz. orat. pro Athanaſ. Ego Rutham *laudans, virtutem laudabo. Idem enim eſt illam dicere, quod virtutem laudibus efferre: quoniam virtutes omnes in vnum collectas tenebat.* Quare in auſpicio noſtri Commentarij, eius prælegatur laus, *penès quam ſunt commentarij,*
virtutum omnium. Igitur *ſit nobis vita Maiorum,* Philo de Abrah.
diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commenta- S. Amb. 1. Off. 25.
rium: imitandi reuerentia, non diſputandi aſtu-
tia. Profectò *in eâ præter virtutem nil virtus in-* Hild. epiſt. 46.
uenit. Sic eſt cognatus huius Heroïnæ cum vir- Idem epiſt. 26.
tute nexus! Scilicèt *tota ſuprà feminam, & exemplum eſt virtutis, & inſtrumentum. Viuunt vitæ bona boni ſeculi reliquiæ: per quam & ſexus reſpirat ad gloriam, & genus elabentem retinet dignitatem.* Adeò vt *ne nomen quidèm ipſum* 2.
Ruth *prætereundum ſit, vt quod ad virtutem ex-* S. Naz. orat. pro Gorgon.
hortatur. Porrò Ruth, aut, *Prophetiam*, aut Author inf.
inſpirationem ſignificat: quaſi vel ipſum *nomi-* §. 3. n. 33.
nis Sacramentum ſit virtuti confine, & ſancti- Tert. lib. 3. ad v. Marc. cap. 16.
tates *ſpires* aliquâ imitamenti *prophetiâ. Sed quid*
dignum eâ loqui poſſumus, cuius ne nomen qui- S. Ambr. l. 1.
dem eſt vacuum luce laudis? Fuit deuotio ſuprà de Virgin.

ætatem, virtus ſuprà naturam, vt mihi videatur non hominis habuiſſe nomen, ſed oraculum ſanctiſſimæ Matronæ, quod indicauit quid eſſet futura. Habeo tamen vndè mihi ſubſidium comparetur.
S. Ambr. ſ.
Nomen Ruthæ titulus eſt virtutis, teſſera probitatis, inſpirationis prophetia. Prædicari ſatis. Prolixa laudatio eſt quæ non quæritur, ſed tenetur. Faceſſant igitur ingenia, eloquentia conticeſcat. Vox vna præconium eſt. Hanc ſenes, hanc iuuenes, hanc pueri canant. Nemo eſt laudabilior, quàm qui ab omnibus laudari poteſt.
Caſſiod. l. 6. Epiſt. 7.
Quot homines, tot præcones, qui Rutham prædicant dum loquuntur. Profectò grata ſunt nomina quæ deſignant protinùs actiones, quandò ambiguitas audienti tollitur, vbi in vocabulo includitur quid agatur.
S. Naz. Orat. pro Gorgon.
Age iam ad rem accedamus; ſed in ipsâ prædicandâ, dictionis quidèm venuſtatem contemnentes: nam hæc quoque quam laudamus; minimè compta & expolita erat, atque ornatus neglectum pulchritudinem eſſe ſtatuebat.
Idem ſ.
Neq; in eius prædicatione vereor, ne vltra virtutis metas proſiliam; ſed illud contrà, ne infrà veritatem ſubſiſtam, ac procùl à rei dignitate remotus, laudatione meâ gloriam ipſius imminuam, quandoquidem difficile eſt, tum actionem, tum ſermonem ipſius laudum ornamentis adæquare. Maior es ambitioſo Gentilium mendacio ſimplex prædicandæ veritatis fides, quam vix æquaret locuples vena narrantis. Quocircà vitam Sanctæ Ruth (ſic liceat eam cum erudito
Serar. in Ruth cap. 4. q. 32.
Interprete nominare) laudatoriè enarraturus, inuoco Spiritum-ſanctum teſtem actuum eius &
S. Ennod. de vitâ Epiph.
comitem, vt ipſius auxilio gloriam conſcientiæ ſereniſſimæ, quam eidem conceſſit, tradam chartis victurus in ſeculo, vt exemplum præbitura virtutum numquam fama moriatur. Laudes enim eius aut narrat Biblicus Scriptor, aut in Biblicâ narratione traſparent. Aliqua expendimus, plura tamen omittimus: neque enim fieri poteſt, vt vnus quamtumvis auribus & mente pollens, omnia complectatur.
S. Naz. Orat. pro Gorgon.
Et quidem dum huiuſce Heroidis maſcula ornamenta prædico, propè eadem mihi emendicato comiter vſurpabo.
S. Ennod. l. 8. epiſt. 21.
Fit Sanctis proximus, qui in illis ſine fuco prædicat ſanctitatem.
Euſeb. in Panegy. trium Martyr.
Et quodam pacto affectat laudis ſocietatem, qui dictat; & optimis, quæ non fecit, dicendo fungitur .... Certè glorioſum eſt gloriam amare alienam, glorioſiſſimum facere.... Expiationem fortaſsè inertia mea merebitur alienæ virtutis amor, alienæ gloriæ ſtudium, & noſtræ commentationis arbitrium.
Philo. l. de Abrah.
In tantum autem Scriptura magnificit hanc virtutis amatricem, vt in ſtemmate eius non more aliorum auos, proauos, maioréſque ceteros recenſeat, ſiuè paternos ſiuè maternos, ſed virtutes quaſdam, tantùm non
4.
disertè clamitans, nullam aliam familiam, cognationem, patriam noſtræ Heroïdis eſſe præter virtutes, & harum actiones.
S. Naz. ſ.
Eam igitur virtus nobilem non inuenit, ſed fecit. Ob eamque cauſſam omnibus, quæ ab ortu Solis ſunt, nobiliorem illius animam eſſe, & ſcio, & prædico, ſublimiori vtique quàm pro vulgi more, nobilitatis canone ac regulâ vtens, nec genere, ſed moribus vtrámque deſignans, nec per tribus ac familias.
Rabbini allegandi §. 3. n. 33.
Quare non hîc morabor Hebræorum Proceres, qui de hâc Heroina venditant, regiam attigiſſe proſapiam.
Ioan. Sariſb. l. 8. de Nugis Curial. c. 15.
Sanè clarus ſanguis elationem parit, potentiam affectat, conculcat inferiores, pares contemnit, ſuperiores habere dedignatur, loquitur grandia, totus tumet alto, magnóque ſanguine.
S. Ennod. de vitâ Antonij.
Ruth autem quamuis forſan & ſplendore natalium conſcientiæ iubar hauſerit, tamen fulgorem ſtirpis præcipuè morum radiis obumbrauit, vincens decorem ſanguinis ingenij claritate, dum coruſcantem ingenij ſui lampadem actum ſerenitatis tranſcendit, & facta victrix ſtemmatis ſui, per quod vniuerſos naſcendo ſuperauit. Profectò qui vetuſtam Maiorum nobilitatem laudat, aliena laudat.
Seneca alibi expenſus
Nemo in noſtram gloriam vixit, neque quod antè nos fuit, noſtrum eſt. Et ſi nobilitatem ad vetuſta reuoces, nemo non indè eſt antè quod
5.
nihil eſt: ſæpéque numeroſæ olim proſapiæ obliuio, eſt nobilitatis ſuffragium. Citò lutum colligit amnis exundans. ô nimis vere! ſed quid
S. Ambr. l. 1. Offic. c. 3.
parentum Ruth retexam ſanguinis prærogatiuam, quorum familiæ ac nobilitatis caput eſt Filius?
S. Ennod. in vitâ Epiph.
Hem qualis filius! Filius Dei inquam, ex generoſâ Deiparâ tandèm natus, quæ à Ruthæ pronepote Dauide ortum duxit. Quare Ruth, vndecunque ſit orta, ab Eccleſiæ & Synagogæ Summatibus, Mater regni, & Regum nobiliter nominatur.
Apud Cornel. in huius libri argumento.
Quin (fides Auctorem appellet) Ruth fuit adhuc tempore Salomonis, & ad eius latus cum Bethſabeâ ſedebat in throno regio.
Rabbini apud Serar. in c. 4. q. 2. 3. Reg. 2. v. 19.
Auguſtum ſanè decus, quo vel Salomon in omni gloriâ ſuâ nobilitatur! ô Moab, in quam deſæuiturus eſt leo, & de quâ nec reliquiæ quidèm ſaluabuntur,
S. Hiero. l. 5. in Iſai. c. 16.
habeto ſolatium hoc: Egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mundi, qui dominetur in orbe terrarum. De petrâ deſerti, hoc eſt, de Ruth, quæ mariti morte viduata, & de Booz genuit Obed, & de Obed Ieſſe, & de Ieſſe Dauid, & de Dauid Chriſtum. Itaque Iacobæorum, & Moabitarum nobilitas retrò generoſa, in Ruthâ cenſetur. Melius eſt vt in te glorientur parentes, quam vt tu in parentibus glorieris.
S. Chryſ. apud Politico-Chriſt. l. 1. c. 10.
Generoſiùs ne refluit, an fluit nobilitas? Tandèm certa fide, & dubiâ rerum ſpe, Abrahamidum familiæ implantanda, Ruth egreditur de terrâ ſuâ, & de
Geneſ. 12. v. 1.
cognatione ſuâ, & de domo patris ſui. Familiarium vinculis exempta adeſt Deo, cognationes abrumpit, à natiuo ſolo ſecedit, ſecedit à patre, &
Baſil. Seleu. Orat. 11.
patriâ, vincit naturæ vires, ac retinacula, dum ad virtutem exercetur. Quam enim feminam quantumuis agreſtem & barbaram terra ſua, cognationis, domus quoque propria gratia, non delectaret?
6.
S. Ambr. l. 1. Offic. c. 24.
Et hanc ergò mulcebat Suorum ſuauitas, ſed inſpirationis cæleſtis, & remunerationis æternæ conſideratio mouebat ampliùs. Nónne conſiderabat ſe iuuenculam eſſe imbecillem ad labores, teneram ad iniurias, decoram ad incentiua inſolentium, ſine ſummo non poſſe duci periculo? Et tamen ſubire omnia, quam excuſare conſultiùs dijudicauit: & præualuit apud eã ratio exequendæ deuotionis.
Seleucus ſ.
Quin & Patriarcha Abraham vt de terrâ ſuâ egrederetur, de cælo teſſeram capit; Ruth verò de recenti religionis propoſito. Inſuper Patriarchæ improli prolem numeroſam, & gazas regias Deus ſpondet; noſtram autem Matronam ſpe ſuſpenſam tenet, Dum fidem explorat.
Idem inibi.
Et (quod mirere magis) nihilominùs, quaſi ad ſuos pergeret, alienóſque deſereret, illos verſiculos præmaturè ſuſurrabat:
S. Hierony. in Epitaph. Paullæ.
Elegi abiecta eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
Pſal. 83. v. 11.
Ergò Ruth exijt de terrâ ſuâ, & vſque ad diem mortis ſuæ non eſt reuerſa in
7.
Moabitidem; nec ollas Ægypti, & virulentias carnium deſiderauit; ſed ciuis eſt Saluatoris ef-
S. Hieron. ſ.

fecta

Digitized by Google

feſta, de paruulâ Bethlehem, cæleſtia regna conſcendens, dicit ad veram Noëmi: Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus. Ecce tibi Ruth, *quæ vnius vrbis* Petræ *contempſit gloriam, totius orbis opinione celebratur.* Chara ſocrus Noëmi exploratorio viuacius ſermone reditum ad ſuos multis ſuadet, numquam perſuadet. Nam *obſtinato animo* conſtanter refragatur. *Fateor in hâc re pertinacior fuit vt ſibi non parceret, nulli cederet admonenti.* Vitium putas *animum pertinaciter obſtinatum?* At *illius vitia, aliorum eſſe virtutes* potuiſſent. Bona ſanè *obſtinatio*, quæ etſi cœpit in Moabitide, in Iſraëlitide conſummatur! Conſtantiſſima Ruth in hâc ſtrenuâ contentione cum ſocru, licet *vincere ſciuit, hoſtis eſſe neſciuit.* Vicit, vicit Ruth; quin & vicit etiam Noëmi è diuerſo pugnans, vt ſuæ Ruthæ conſtantiam exploret. Adeò vt ipſa dicere ſocrui potuerit: *Mihi gratulor: vicimus, & ita vſurpo victoriam: nam vt tu mei victrix es, ità ego triumphatrix erroris.* Itaque Ruth in pulchrâ iuuentâ Suos ſponte deſerit, patriam idololatram auidè relinquit. Nam ſiquâ neceſſitate coacta id faceret, *oblectamenta delicii perderet, non relinqueret: neque illa voluptatem deſeruiſſet ſed illam voluptas: illam inquam, voluptas neceſſitate, non virtute fugata deſtituit. Ac per hoc impoſſibilitate excluſa à vitiis, & tunc puto peccat, quandò peccare ceſſauerit, quia quantùm ad animum necdum deſiit, quia adhuc vellet peccare, ſi poſſet.* Porrò Rutham *neque poſt coniugium peccandi licentia, & cælebs iuuenta, ab anguſto ſalutis introitu, & arduo itinere virtutis, in mollem illam, & ſpatioſam multorum viam, reuocare potuerunt.* Sic ſpebus propè abiectis cognati ritè connubij, *nuptis æterna ſe tradit pudicitia; Socrûs* Noëmi *operâ, & fide.* Sic nuper *filia ſeculi facta eſt filia Dei .... Sanè diſpoſitiſſima electio, quâ tranſitoriis æterna, vitiis virtutes, exilio patriam prætulit.* Multa tunc feminæ Moabitidi dediſcenda erant, auita conſuetudine diu cognata, inolita, conuiſcerata. *Vſus ægrè dediſcitur. Ab eo autem præcipue difficillimum eſt reuelli, quod multo nos tempore tenuit, multâ placuit voluptate. Ex quo bellum te grauius expectat, & hoſtis (quod abſit) ad victoriam paratior. Hoſtem (ſi neſcis) appello frequentatas à cunis delicias, gratiam mariti, charitatem ſobolis, ceteráque omnia, quæ tibi lenocinio ſexûs,* patriæ licentiâ, & idololatriæ priuilegio acceſſerunt. *Conſidera ea quæ in Ruth facta ſunt, noſtris quadrare. Hæc enim erat & alienigena, & in extremam delapſa pauperiem: ſed videns eam Booz, nec ipſius paupertatem deſpexit, nec generis ignobilitatem abominatus eſt: ſicut & Chriſtus Eccleſiam ſuſcipiens & alienigenam, & magnorum laborantem penuriâ bonorum, accepit eam conſortem. Sed quemadmodum Ruth illa, niſi prius reliquiſſet parentes, niſi domum contempſiſſet, & gentem & patriam, atque cognatos, numquam tali fuiſſet iuncta connubio, ita Eccleſia etiam non antè amabilis efficitur ſponſo, quàm patrios mores, ritúſque reliquerit. Quod Propheta quoque ad ipſam loquens, ait: Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum. Hoc Ruth etiam fecit: & idcircò æquè ac Eccleſia, mater Regum effecta eſt: ipſius enim ex ſtirpe eſt Dauid.* O præluſtrem typi generoſioris antitypum! Ecce tibi hanc He-

S. Hieron. 5. — Ruth 1. v. 18. — S. Hierony. 5. — Euſeb. Emiſſ. Homil. in Ioan. — Minut. Felix in Octau. — Emiſſ. in Exhort. ad plebem. — S. Paullinus Epiſt. 1. — S. Hierony. in Epitaph. Paullæ. Hild. Epiſt. 31. — Hildebertus 5. — S. Chryſoſt. Homil. 3. in Matth. — Pſal. 44. v. 11.

roïdem *ex paternorum Deorum ſeruitute fugâ elapſam,* Regum non iam filiam, ſed parentem & electi populi nobilem inquilinam. Iure de exilio patriam inuenit, quæ ſic *pulchrè peregrinata eſt*, vt in alieno ſolo inocularetur ad fidem. *Quantùm enim cæci cedunt videntibus, tantùm præſtant peregrinati numquàm egreſſis patriam.* Sanè Ruth *poſtquam ſolum vertit, neceſſariò cognouit mundum eſſe ſubditum, non dominum; nec regere, ſed regi,* & mundi Regem meruit progenerare. Siquis autem ſpecie tenùs cenſuram vibret, bonam Noëmi forſan culpabit, quòd pertinaciori ſuadelâ regreſſum ad ſuos, id eſt, Hebrææ fidei deſertionem, Ruthæ intentiùs ſuaſerit. Ceterùm grande huius Matronæ elogium eſt, *non diſſimulare cùm aliquid immineat, ſed prætendere, & tanquam explorare de ſpeculâ quâdam mentis, & obuiare cogitatione prouidâ rebus futuris, ne fortè dicat poſteà: Ideo iſta incidi, quia non arbitrabar poſſe euenire. Denique niſi explorentur aduerſa, citò occupant. Vt in bello improuiſus hoſtis vix ſuſtinetur, & ſi imparatos inueniat, facilè opprimit: ita animum mala inexplorata prius frangunt.* Ad pœnitentiam properat, citò qui iudicat: morâ enim conſilium comitur, & poſt conſilium per obſtantia etiam ſecurè itur. Repedauit ad ſuos cognata Orpha lapſu degeneri: quia non expediebat vt Ruth *te domi ſua haberet comitem; ne veterum actuum memor, & laſciuientis infantiæ errorem refricaret antiquum & crebrâ confabulatione renouaret.* Nihil enim faciliùs quàm auerſatæ etiam voluptatis ſtudium recrudeſcit, *ita qui deponere vult deſideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quæ reliquit, auertat. Citò rebellat affectus: quocumque ſe verterit: pretium aliquod præſens occupationis ſuæ inueniet. Quantùm poſſumus nos à lubrico recedamus, in ſicco quoque parùm fortiter ſtamus.* Itaque Orpha defectionis ſuffragio, Ruthæ conſtantiam firmat: & quod maius eſt, cum deficiente cognatâ ipſa pariter non deficit. *Nulla res nos maioribus malis implicat, quàm quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quorum exempla multa ſunt, nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viuimus. Indè iſta tanta coaceruatio aliorum ſupra alios ruentium. Quod in ſtrage hominum venit, cùm ipſe ſe populus premit, nemo ità cadit, vt non alium in ſe trahat, primi exitio ſequentibus ſunt. Hoc in omni vitâ accidere videas licet: nemo ſibi tantùm errat, ſed alieni erroris cauſſa & auctor eſt. Nocet enim applicari antecedentibus; & dum vnuſquiſque mauult credere quàm iudicare, numquam de vitâ iudicatur, ſemper creditur.* Bona Ruth; quæ *iudicare* maluit quàm Orphæ *credere;* ne in illius trahatur errorem. Imò tunc, tunc quidèm ſocrui Noëmi Rutha tenaciùs hæret, aiens: *Ne aduerſeris mihi vt relinquam te, & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor.* Sic Rutha iuuenculam repudiat Orpham, & ſenis Noëmi æternam comitem offert ſe ſe! *Sequatur conuerſationis electio, & adiungamur probatiſſimis quibúſque ſenioribus. Namque vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt: qui magiſterio quodam & ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, & velut murice probitatis inficit. Námque ſi hi qui ſunt ignari locorum, cum ſollertibus viarum iter adoriri geſtiunt,*

S. Naz. Orat pro Gorgon. 10. — Idem inibi. — Philo. lib. de Abrah. — Idem ibidem. — S. Amb. lib. 1. offic. c. 38. — S. Hierony. in Epiſt. Paullæ.

Digitized by Google

quantò magis adoleſcentes cum ſenibus debent nouum ſibi iter vitæ aggredi, quò minus errare poſſint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eoſdem & magiſtros vitæ, & teſtes habere. Plurimùm itaque Ruthæ profuit ſeniori Noëmi adiungi, & ad eruditionem probitatis, & ad probitatis teſtimonium.

S. Ambr. l. 2. Offic. c. 20.

Oſtendunt enim adoleſcentes eorum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint: & ea conualeſcit opinio, quòd ab his acceperint viuendi ſimilitudinem, cum quibus conuerſandi hauſerint cupiditatem. Indè bonæ Noëmi probitas ac religio, in Ruthæ iuuenis mores abijt.

S. Hiero. in Epit. Paulæ.

Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens? dum in ſingulis teneor, non ſeruo præcepta dicendi, & narrationis ſeriem anteuerto. Redeo ad Rutham, in ætatis vere, optimo marito immaturè viduatam.

S. Hieron. ʒ.

Quæ poſtquam vir mortuus eſt, ita eum planxit, vt propè ipſa moreretur; ita ſe conuertit ad Domini ſeruitutem, vt eius mortem videretur optaſſe.

13

ô qualem marito fidem etiam poſt funera ſeruauit!

S. Ambr. l. de Viduis.

Habuit illa quidèm vel ſera meritum caſtitatis.... Etenim vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum, feruorem calentis inflammat ætatis. Hinc apud Apoſtolum, cana pudicè annoſitas, probæ viduitatis teſſera deſcribitur.

1. ad Timot. 5. v. 9.

S. Ambr. ʒ.

Non quò ſenectus ſola viduam faciat, ſed quò viduitatis merita, ſtipendia ſenectutis ſint. Nam vtique illa præclarior quæ calorem adoleſcentiæ, & iunioris feruescentem edomat ætatis ardorem; quàm quæ effœta iam corpore, frigida ſenectute naturæ aui, nec carere voluptatibus poteſt, nec ſperare de partu. Vide nunc in iuuenculâ Ruthâ, viduæ ſtipendia ſenectutis, cuius pudicitiam nec audacior maledicentia vellicat, incertis vagè rumuſculis formidanda.

S. Ambr. l. de viduis.

Quantò igitur vos, ô viduæ, *magis conuenit intentas eſſe ſtudio caſtitatis, ne locum ſiniſtræ relinquatis opinioni, quæ pudicitiæ teſtimonium in ſolis habetis moribus? Virgo enim licet in eâ quoque maior ſit morum prærogatiua quàm corporis, calumniam tamen integritate carnis abiurat. Vidua quæ probandæ ſubſidium virginitatis amiſerit, non in voce obſtetricis, ſed in ſuis moribus habet caſtitatis examen....*

14

An verò mediocris tibi illa videtur Noëmi, quæ viduitatem ſuam meſſis manipulis ſuſtentabat aliena, quam eius grauem alebat nurus? Nam hoc quoque & ad ſubſidium, & ad gratiam viduarum proficit, vt ita inſtituant nurus ſuas, quò poſſint in his maturæ habere ſubſidiũ ſenectutis, & quaſi ſtipendium magiſterij, mercedem quoque ſuæ capere diſciplinæ. Etenim quæ benè inſtituerit, benè erudierit nurum ſuam Ruth, ei deeſſe non poterit, quæ viduitatem ſocrûs paternæ domui præferat. Et ſi vir quoque eius mortuus fuerit, non relinquat tamen, alat inopem, ſoletur mœrentem, nec dimiſſa diſcedat. Neſcit enim egere optima diſciplina. Sic illa Noëmi duobus deſtituta filijs & marito, quæ fructus fœcunditatis amiſerat, pietatis emolumenta non perdidit. Nam & ſolatium mœroris, & ſubſidium paupertatis inuenit. Videtis igitur ſanctæ fœmina quàm fœcũda ſit vidua prole virtutũ, meritorúmque ſuorum ſobole, quæ perire non poſſit. Bona igitur vidua egere non nouit: & ſi feſſa fuerit ætatis, & ſupremæ paupertatis, eruditionis tamen ſuæ ſolet habere mercedem. Et ſi proximi defuerint, inuenit tamen extraneos qui matrem colant, reuereantur parentem, paruiſque alimentorum ſumptibus mercedem cupiant ſuæ commendationis acquirere. 15

Plus enim viduæ rependunt merita, quàm cibus quærit, ſumptus impendit. Sed triſtes videtur ducere dies, & lachrymis tempus exigere. Hoc beatior quòd perpetua ſibi gaudia exiguis fletibus emit: nec tamen temporario gaudio viduatur. Quod Ruthæ operâ & ſocietate apparet in *Noëmi, quam interpretari poſſumus, Conſolatam, eò quòd marito & liberis peregrè mortuis, nurum Moabitidem in conſolationem ſuam tenuit.*

S. Iſid. l. 7. Orig. c. 6.

Sic erat idonea ad gratiam, Ruthæ cõnuerſatio! ſic ipſa de proprijs mendicitatibus ad ſubſidium exprompta!

S. Ambr. l. de viduis.

Sublata eſt tibi viduæ cauſſa nubendi, habes qui pro te intercedat: ne dixeris, Deſtituta ſum. Querela nupturæ eſt. Ne dixeris, Sola ego ſum. Caſtitas ſolitudinem quærit, pudica ſecretum, impudica conuentum. Sed patrimonium vis tueri, maius pudoris eſt patrimonium, quod melius regit vidua quàm nupta. Verùm hæc recens Euangelij gratia eſt, cui nondùm lex antiqua erat matura; apud quam ſterilitas vitio deputabatur.

S. Iſidor. ʒ.

Teneo tamen, quòd vidua *Noëmi nurum Moabitidem in conſolationem ſuam tenuit.* Tenuit 16

quidèm, etiam cùm feriò diſceſſum ſuadet, cùm à ſe repellit cognatione filiam.

S. Ennod. in Epiſt. ad Iur. Mediol. quæ habetur in Concil. Rom. ſub Symma.

Dignus parente amor eſt, quem cenſura conciliat: deuenuſtat inſtitutoris genium, qui per ſolam gratiam vult placere. Gratia conſulti & explorati amoris eſt, per ingratiam etiam placere.

S. Ambr. l. 1. Offic. c. 7.

Non enim vehementior eſt natura ad diligendum, quàm gratia. Ars amandi eſt, *probare quos diligas, & diligere quos elegeris*; etſi alterius amor vices minùs reciprocare videatur. Quare etiam repulſa, per obſtantia Ruth it alacris: & *tandèm piâ & præclarâ quâdam impudentiâ efferetur*;

S. Naz. Orat. pro Gorgon.

& dilectæ Socrûs lateri hæres indiuidua comes, ad Iſraëlem properat.

S. Iſid. lib. 7. Orig. c. 6.

Sanè *Ruth interpretatur, Feſtinans. Alienigena enim erat ex populo Gentili; quæ relictâ patriâ feſtinauit tranſire in terram Iſraël dicens ſocrui ſuæ: Quocumque perrexeris, pergam.* Cùm verò ſocrus Noëmi paullò anteà cum vtrâque nutu cauſſas diſcedendi tractat, & reditum ad Moabitidem perſuadet,

S. Hieron. in Epith. Paul.

quid ibi lacrymarum, quantùm gemituum, quid doloris effuderint, teſtis eſt Scriptura, *teſtis eſt ipſe Dominus, quem tacitâ oculorum voce rogabant.*

S. Nyſſen. in funere Pulch.

Quæ communis concentus lamentationis ſuas voces non admiſcuit? atque ab omni per illud temporis articulum voluptate ab animis pulſâ atque ſemotâ, ſola lacrymæ voluptati erant. In vnaquâque earum,

S. Hierony. ʒ.

fontes credes lacrymarum. Sanè *multa lacryma, mœrórque incredibilis, altúmque ſilentium erat:*

S. Naz. Orat. pro Gorgon.

quod ſoluit Orphæ diſceſſus infido oſculo plus lugendus, Ruth verò ſecundùm nomen ſuum, *ad terram Iſraël* cum ſocru *feſtinat.*

17

S. Ambr. l. 1. Offic. c. 15.

Numquid prius quàm curſus conficiatur, palma cuique datur, aut defertur corona?

S. Hieron. ʒ.

Feſtinat ergò Ruth, ſic ſuam iam Bethlehem, *aſſumptis fidei alis videre cupiebat. Tardi erant venti, & omnis pigra velocitas.* Quam eminùs proſpiciens, de cælo afflata, ſic forſan præloquebatur:

Idem inibi

Salue Bethlehem, domus panis, in quâ de me naſciturus eſt ille panis, qui de cælo deſcendit. Salue Ephrata regio vberima, atque Καρποφόρος, *cuius fertilitas Deus eſt. De te quondam Michæas vaticinabatur:*

Michææ 5. v. 2.

Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit Princeps in Iſraël, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. Proptereà

Proptereà

Digitized by Google

pieriâ dabis eôs vſque ad tempus parientis. In te
enim naſcetur Princeps, qui antè Luciferum ge-
nitus eſt, cuius de Patre natiuitas omnem excedit
ætatem. Et tandiu in te Dauidici generis ori-
go permanebit, donec Virgo pariat, ex meis
poſteris generanda. Hæc, aut his ſimilia *o-*
S.Hieron. 5.
culis prophetalibus dicere meritò potuiſſet. Sed
Plin. in Panegyr.
aliò me vocat numeroſa gloria huius heroinæ.
virtutibus omnibus vbertim exundans. Pro-
Euſebius in Panegyr.
fectò *laus eſt ardua, dura ſuſtinere.* Minùs amo
proſpera quæ non ſumunt de infelicitate prin-
cipium, quaſi placendi gratiam à præuiâ ca-
S. Nyſſen. in Funere Pulch.
lamitate fœnerentur. *Feliciter ſunt miſeri,*
quos conſtat non meruiſſe quæ perferunt. Qua-
S.Naz.Orat. pro Gorgon.
re Ruthæ *eam ob cauſſam eam tragœdiam*
contigiſſe viſa eſt, vt gloriam & ſplendorem
ex calamitatibus conſequeretur..... Quænam
18. *præterea tranquilliorem in calamitatibus mentem*
pertulit? Magnanima conſtantia tot aduerſa
deludens, velut in ſanctitatis officinâ Heroï-
nam excudit. *Nam quaſi iſta inter ſe contra-*
Seneca epiſt. 95.
ria ſint, bona Fortuna & mens bona, ita me-
liùs in malis ſapimus; ſecunda rectum auferunt.
S. Nyſſ. in Funere Pulch.
Exul iuuencula in flore ætatis (*Sed ætatem*
gratiis ac virtutibus ſuperabat,) generoſo vi-
duata marito, operoſum ac vile ſpicilegium
ſubit, imò & à ruſticanis operariis ſupplex ro-
Plin. in Paneg.
gat. *Habent ſua verba miſeri, ſua verba fe-*
Hild. epiſt. 20.
lices. Profectò attritæ frontis eſt egeſtas, nil
pudet dummodo viuat. Egeſtas ad crimen vr-
get, & intercedit ad veniam. Maſcula femi-
na mauult virili labore, ac æſtuante ſudore vt-
vt victitare, quàm inerti otio notam pudi-
citiæ inutere. Nam *diuitiarum ſpe, pudoris*
Idem Epiſt. 35.
abiicere venuſtatem, ſeipſam perſequi eſt. Vi-
ctum emendicatò labore emit, vt redimat
S.Chryſ.Ser. 121.
egeſtatem. *Ita per ſe probata eſt, & ſanctifica-*
ta mendicitas! O admirabile noſtræ Heroinæ
decus, quod dira egeſtas, mundi penuria, & pre-
19. caria mendicitas è diuerſo ſublimant! *O lau-*
dabilem & admirandam calamitatem, in quâ
S.Naz.Orat. pro Gorgon.
velut in magnitudinis officinâ, noſtræ He-
Plin. in Paneg.
roïdis faſtigium excuditur! *Secunda felices,*
aduerſa Magnos probant. Sublimior magni-
tudo eſt, quæ è peruerſo faſtigiatur. *Adhuc*
Idem ibidē.
tam aſſidua erat in ruſticano & æſtuante ſpi-
cilegij opere, *vt labore refici ac reparari videre-*
tur. Sanè *mirus ardor, & vix in feminâ cre-*
S. Hierony. in epiſt. Paullæ.
dibilis fortitudo, oblita ſexûs, & fragilitatis
corporea viriliter actuoſa. *O femineam natu-*
ram, quæ virilem naturam ſuperaſti: atque
S. Naz. Orat. pro Gorgon.
illud conſpicuum feciſti, maſculum & feminam,
corporis, non item animi diſcrimen eſſe! Sub
ortum Solis ad opus meſſorium vel Spici-
legum, *prima, ſeu inter primas veniens, ce-*
S.Hieron. 5.
terarum operiebatur aduentum, pudore &
exemplo ad laborem eas prouocans. Profectò *ſi*
Seneca epiſt. 52.
quis ſibi propoſuerit, quantum operis aggreſ-
ſus ſit, ſciet nihil delicatè, nihil molliter eſſe
faciendum. Viros effeminat iners mollities; aſ-
ſiduus labor maſculum feminis vigorem inge-
nerat. *Quamlibet viam iumenta patiuntur, quo-*
rum dura in aſperovngula eſt: in molli paluſtri-
que paſcuo ſaginata, citò ſubuertuntur. Et for-
tior miles ex confragoſo venit; ſegnis eſt vrbanus
Idem inibi.
& verna. Nullum laborem recuſant manus, quæ
ad arma ab aratro & falce *transferuntur: ſeuerior*
20. *loci diſciplina firmat ingenium, aptúmque ma-*
gnis conatibus reddit. Velis, & poteris, ſi vel

P. Didac. Celada in Ruth.

his, quæ ſunt vltrà vires aſſueſcas. Cum puellis
Boozi, & ad meſſuram, & ad ſpicilegium Ru-
tha iungitur, indè earum futura Domina. Sic
Seneca epiſt. 31.
generoſos animos labor nutrit! Non eſt tanti la-
borare, omnia ſimul bona occupaturæ. Hem
S. Naz. Orat. pro Gorgon.
Ruthæ *tenera membra præter naturam ſeſe exaſ-*
perantia! O in femineo corpore vigor maſculus!
Et quidèm conſultè Boozus illi dixit: *Iungere*
puellis meis, reſiduas ſpicas colligentibus, Ru-
Ruth. 2.v.8.
thæ decoro ſollerter proſpiciens. *Perſonam igi-*
S.Ambr.l.1. offic.c.46.
tur nobis, & ſpeciem natura ipſa diſpenſat, quam
ſeruare debemus: vtinámque & innocentiam cu-
S. Hierony. in epiſt. Paullæ.
ſtodire poſſimus, nec acceptam noſtra malitia
mutaret. Habes hoc decorum generale. Itaque à
meſſoribus *tanta ſeparatio eas ſeiungit, ne vl-*
lam daret occaſionem linguæ maledicæ, quæ San-
ctos carpere ſoluta eſt in ſolatium delinquendi. Sic
eſt tenera puellaris famæ valetudo! *Ideò dicunt*
Lyranus in Ruth. cap. 2.
Hebræi, quòd Ruth ſpicas ſtantes remanentes poſt
meſſores colligebat ſtando, iacentes autem collige-
bat ſedendo; ne inclinando ſe ad colligendum, ve-
ſtes ſuæ eleuarentur à parte poſteriori, & pars
aliqua tibiarum diſcooperta appareret. Et ideò
Booz videns eius honeſtatem, motus fuit ad
quærendum, quæ eſſet, & ad faciendum illi gra-
tiam. Sic cautior pudicitia cruciatur felicitate 21.
modeſtiæ! Sic æſtuoſus labor eſt feminei ho-
S. Ambr.l.1. Offic. c. 18.
noris titubatio! *Eſt enim & in oculis verecundia,*
vt nec videre viros femina, nec videri velit. Ne-
que verò quiſquam ſolius hanc laudem caſtitatis
putet. Eſt enim verecundia pudicitiæ comes, cuius
ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Bonus enim re-
gendæ caſtitatis pudor eſt comes: qui ſi ſe præten-
dat ad ea quæ prima pericula ſunt, pudicitiam te-
merari non ſinat....: Diues eſt modeſtia, quæ
portio Dei eſt. Ideò in hâc matronâ Dei proge-
nitrice, ſic modeſtiam præſtruxit, vt abreptio-
nes illius regiam ac diuinam ſobolem venuſta-
S.Ambr. 5. c.17.
rent. *Vt enim in ſenibus grauitas, in iuuenibus*
alacritas, ita in adoleſcentibus verecundia, velut
Ruth 2.v.7.
quâdam dote commendatur natura. Rutham hâc
naturæ dote opulentam Boozus ambit. Hæc cen-
ſu inops, egeſtate diues, ſupplex *rogauit, vt ſpi-*
cas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſti-
gia. Scilicet non de meſſe, non de aceruo poſtu-
lat egeſtatis ſubſidium; ſed de reliquiis quæ ſu-
perſunt, de ſuperfluis, de ſpicis inquam quæ fu-
Lucæ 16.v.21.
giunt metentiū manus & induſtriam. Sic Euan-
gelicus ille mendicus *cupiebat ſaturari de micis,*
quæ cadebant de menſâ diuitis, vt reiectaneâ ope
S. Chryſoſt. in Caten. S.Hier.
famem ac inopiam redimeret. *Quod proijcis de*
menſâ, hoc præbe in eleemoſynam; fac damna
S.Chryſol. Serm.121.
lucrum. Id hianter optat Lazarus, id Rutha fa-
melicè rogat. Bonus Booz *non ſibi, ſed pauperi*
diues fuit, & opes non habere, ſed prorogare ge-
ſtiuit magis, magiſque in ſinu Ruthæ *pauperis,* 22.
quàm in horreis recondere ſuas ſtuduit facultates,
S. Ambr.l.1. Offic. c. 30.
ſicut toto vitæ eius ordine proceditur. Inprimis au-
tem *eſt illa probanda liberalitas, vt proximos ſemi-*
nis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. Meliùs eſt
enim vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab
aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſub-
ſidium neceſſitatis, non tamen vt illi eo ditiores fie-
ri velint, quod tu poſſes conferre inopibus. Cauſſa
Idem l.2. c.4.
enim præſtat, non gratia. Sanè Boozus fuit *ma-*
gis beatus, quia Deo diues. Aliis enim quàm ſibi
diuitem eſſe præſtat, vt iſte erat.... Res ſine di-
Idem l.1. c.30.
ſpendio eſt, quæ tota diſpendium eſt. Quin & ad
liberalitatis auctarium, præcepit Boozus ſeruis

Ruth. 1. verſ. 15. & 16. ſuis, dicens: *Etiam ſi vobiſcum metere voluerit,*
ne prohibeatis eam: & de veſtris quoque manipu-
lis proiicite de induſtriâ, & remanere permittite,
vt abſque rubore colligat. Nimirùm egenris vere-
S. Ambr. l. 1. cundiam, ingenio liberalitatis redemit. *Perfecta*
Offic. c. 30. *eſt liberalitas, vbi ſilentio quis tegit opus ſuum, &*
neceſſitatibus occultè ſubuenit. Deindè perfecta
liberalitas fide, cauſſâ, loco, tempore accommo-
datur, vt primùm opereris circa domeſticos. Gran-
23. *dis culpa ſi ſciẽte te egeat, ſi ſcias eum ſine ſumptu*
eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti, quæ præ-
ſertim egere erubeſcat. O bonum benefaciendi
arbitrium! Compendium ſubſidij facit abſque
Publ. Syrus. pudoris diſpendio. Ceterùm tametſi *fraus eſt*
accipere, quod non poſſis reddere; at paupercula
Seneca l. 2. de Benef. cap. 22. Ruth, *quæ gratè beneficium accepit, primam eius*
penſionem ſoluit. Sanè *pauper etſi non habet vndè*
S. Ambroſ. l. 2. *reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certum*
eſt quod plus reddat quã acceperit. Pecunia enim
Offic. c. 25. *nummo ſoluitur, gratia nunquam exinanitur.*
Reddendo vacuatur pecunia, gratia autem & ha-
bendo ſoluitur, & ſoluendo retinetur. Porrò audi-
Ruth. 2. verſ. 10. & 13. tâ crebri ſubſidij ſponſione, Ruth *cadens in fa-*
ciem ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad
eum: Vndè mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante
oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mu-
lierem? quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tua-
S. Naz Orat. pro Gorg. Sanct. ibi. num. 30. *rum.* Ergò cùm Ruth incœnata & impranſa la-
bore æſtuaret, & *animam corpus, penè etiam*
ſine cibo, velut materia expers, retineret, quandò
hora adueniſt prandij, acceſſit ſicut à Boozo pro-
miſſum fuerat, ad ſarcinas, vt meridiano ſe cibo
reficeret, & buccellam in aceto tingeret. Sedit au-
tem ad meſſorum latus, nempè illarum puellarum
quæ falce quoque virorum inſtar fruges metebant:
vbi honeſtius aſſideret, & liberos ac petulantes io-
24. *cos euitare poterat.* Vide cautelam modeſtiæ, in
S. Ambr. l. 1. emendicato etiam agreſti epulo ſobriam. *Habet*
Offic. c. 20. *ſanè ſuos ſcopulos verecundia, non quos ipſa in-*
uehit, ſed quos ſæpè incurrit, ſi intemperantium
incidamus conſortia, qui ſub ſpecie iocunditatis
venenum infundunt bonis: hi ſi aſſidui ſint, & ma-
ximè in conuiuio, ac ioco eneruant grauitatem.
Caueamus itaque ne dum relaxare animum volu-
mus, ſoluamus omnem harmoniam, quaſi concen-
tum quendam bonorum operum. Vſus enim citò in-
flectit naturam..... Conuiuia quippè extraneorum
epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam
fabulæ de voluptatibus: claudere aures non potes;
prohibere, putatur ſuperbia. Hæc de eius ſtrenui-
tate, ſobrietate, modeſtiâ, humilitati cognatâ.
Hild. epiſt. 31. *Superbia natione cæleſtis, ſublimes appetit mentes,*
& velut ad proprios ortus reuolans, in gloriam &
puritatem irrumpit hominum, qui à gloriâ & pu-
ritate prorupit. Ea prius in cælis dehinc in terrâ
triumphans; ſic Angelis innata eſt, vt ab eis non
recederet, ſic homines inficit, vt à Deo ſepara-
ret. Ruthæ verò humilitas ſic illam coniunxit
Deo, vt ad Dei genealogiam tranſlata ſit. Porrò
S. Hieron. procem. in Oſee. *Booz Ruth Moabitidem pinnâ pallij ſui operiens,*
& iacentẽ ad pedes, ac caput Euangelij tranſtulit.
An non illud ſemper verũ? *Menſura humilitatis*
25. S. Aug. l. de Sancta virg. *cuique ex menſurâ ipſius magnitudinis data eſt;*
cui eſt perículoſa ſuperbia, quæ amplius amplíori-
bus inſidiatur. Humilitate duce ac comite nil
non auſpicatò cœpit, nil non feliciter conſum-
Hild. epiſt. 32. mauit. *Vides igitur quam neceſſaria ſit in benè*
geſtis humilitas. Sine humilitate, per prudentiam
eligere quod eligendum eſt, erronea diſcretio eſt:
aduerſa per fortitudinem ſuperare, iacens victo-
ria: illecebris per temperantiam reſiſtere, temu-
lenta ſobrietas. In anguſtâ, & malè materiatâ
caſulâ latet ingloria, ſe nominat *ancillam* Boo- S. Hieron. in Epitaph. Paullæ.
zi, ad cuius *pedes* demiſſa iacet. *Hæc, ſicut in-*
ter multas gemmas pretioſiſſima gemma micat, &
iubar Solis paruos igniculos ſtellarum obruit, &
obſcurat; ita cunctorum virtutes & potentias ſuâ
humilitate ſuperauit; minimáq; fuit inter omnes,
vt omnium maior eſſet; & quantò ſe plus deycie-
bat, tantò magis à Deo ſubleuabatur. Latebat,
& non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam mere-
batur; quæ virtutem quaſi vmbra ſequitur, &
appetitores ſui deſerens appetit contemptores.
Quid ſublimiùs eâ, quæ in capite Euangelij
præſcripta, *mater Regum,* & progenitrix Chriſti
Dei eſſe meruit? *Dicam ergò, vt cœperam: ni-* S. Hieron. 3.
hil ingenio eius docilius fuit: tarda eius mens ad
loquendum, velox ad audiendum. Quid docilius 26.
& obſequentius eâ voce Ruthæ ad ſocrum Noë- Ruth. 3. verſ. 5.
mi? *Quicquid præceperis, faciam.* Quod ſicut
obſequenter promiſit, abundè præſtitit. Quo
facta eſt altera ipſius conſultiſſima mens, &
vnum ambæ. Nemo ergo Ruthæ vertat in vi-
tium, ſocrui prouidentiſſimæ obſequium. *La-* Ruth. 3. verſ. 3.
uare, inquit, *& vngere, & induere cultioribus*
veſtimentis. Dicam quod res eſt. Nimirùm *pro-* Sanct. in c. 3. Ruth. n. 6.
nubam agit Noëmi, & honeſtarum nuptiarum
conciliatricem; atque adeò *quid ad alliciendum*
Boozi animum facere Rutha debeat, admonet.
Primùm iubet vt lauacro ſordes detergat à ſudo-
re puluereque contractas; & cum illis offenſionem
illam, quam tot dierum illuuies afflabat ..... Qua-
re iubet vt vnguentorum addat fragrantiam, quæ
fœtorem obruat ſiuè à naturâ, ſiuè à ſudore illuuié-
que contractum: Ornamenta ſumat non viduita-
tis ac fletus, ſed quæ hilarem oſtendant animum,
& aliquam in ſuâ tenuitate munditiam. Nam
etiam qui anguſtâ ſunt & afflictâ fortunâ, pro læ-
tis feſtiſque diebus, lautiora habent, minus certè
vilia aut ſordida ornamenta; quibus apud alios mi-
nus videntur inculti, atque horridi. O hactenùs
ſqualidum corpus, & indumentum, virtute ſolâ S. Naz. Orat. pro Gorgon.
florens! Nuptialis Ruthæ ornatus eſt, inorna-
tam non eſſe. *Vultis ex illius laudibus hoc quoque* Idem inibi.
dicam (quod illa quidèm nihili æſtimabat, quemad-
modum nec quæcunque verè pudica, atque hone-
ſtis moribus prædita ſunt: factum eſt tamen earum
vitio quæ ornatus & elegantiæ nimio ſtudio ducun-
tur, nec eorum qui res huiuſmodi docent ſermone
purgantur, vt hoc magnum & præclarum eſſe vi-
deatur) non illam aurum (quo carebat) *arte ad*
eximiam pulchritudinem elaboratum ornauit, non
flauæ comæ, tum apparentes, tum ſublucentes, non
crinium nodi, & impoſtura, pretioſum caput ſum-
mâ cum infamiâ ſcenam efficientium, non circum-
fluentis & pellucidæ veſtis magnificentia, non lapi-
dum ſplendores & gratia, propinquum aërem co-
lorantes, ac formam lumine circumfundentes, non
pictorum artes & præſtigiæ, ac vilis & paruo con-
ſtans pulchritudo, terrenúſque fictor in contra-
rium fabricans, inſidioſiſque coloribus Dei figmẽ-
tum obducens, ac diuinam formam meretricium
procacibus oculis idolum proponens, vt adulterina
pulchritudo naturalem imaginem, quæ Deo ac fu-
turo æuo ſeruatur, ſurripiat .... Vnus illi rubor
placebat, quem pudor affert: vnus candor, quem
parit abſtinentia. Nam pigmenta, & fucos, ac
viuas tabulas, & fluxam formæ venuſtatem ſcenicis
&

Digitized by Google

& triuialibus relinquebat, quibúſque probrum ac
28. S.Hier.in *dedecus eſt erubeſcere.* Hæc illa honeſtas ritè nu-
Epit.Paulę. ptias de proximo concilians : alioquin *mundi-*
tiam corporis, atque veſtitus, animæ eſſe immun-
ditiam reputabat. Sanè vt molliculum & orna-
S.Ambr.l. tulum corporis cultum non probabat, *ita neque*
1.Offic.c.19. *agreſtem & ruſticum. Naturam imitabatur. Eius*
effigies, formula diſciplinæ, formula honeſtatis eſt.
S.Naz.Orat. Itaque Heroïna noſtra *pudicitiæ quidem laude*
pro Grog. *adeò excelluit, adeóque omnes ætatis ſuæ mulieres,*
ne dicam priſcas, quarum ingens ob pudicitiam
fama eſt, ſuperauit, vt cùm in hæc duo cunctis vi-
ta diuiſa ſit, nempè in matrimonium & cœliba-
tum; atque hic quidèm ſublimior & diuinior ſit,
verùm laborioſior & periculoſior, illud autem hu-
milius, ſed tamen tutius; vitatis vtriſque moleſtiis,
quicquid in vtroque pulchrum erat, elegerit, at-
que i . vnum copularit; alterius nimirum ſublimi-
tatem, alterius ſecuritatem, fueritque citra ſuper-
cilium pudica, cœlibatûs bonum matrimonio
admiſcens, ne alterutrius gloria ſibi mutuò
S.Ambr. l.de Viduis. confinis Ruthæ deeſſet. *Quodammodò enim*
magiſterium virginitatis, viduarum valeſcit
exemplis. Quæ cùm viro caſti ū cubile cuſtodiunt,
documento virginibus ſunt integritatem Deo eſſe
ſeruandam. Et propemodùm non inferioris virtutis
eſt eo abſtinere coniugio quod aliquandò delectaue-
Tertull. de Cultu fem. c.4. *rit, quàm coniugij oblectamenta neſcire.* Et ſanè
cùm *omnis maritus caſtitatis exactor ſit*, faceſſant,
faceſſant inquam, qui ſicut aliquid lenonium
29. in Noëmi, ſic & meretricium in Ruthâ ſuſpican-
tur; quandoquidèm illud ipſum, quod ipſi laſ-
S.Ennod. dict.18. ciuiæ arguunt, pudicitiæ maritus adſcribat. *Si*
licet ſub Tutore criminum culpas vrgeri, dicant
Idem dict. 21. potiùs quòd Rutha fuit *felix luxuriæ ſuffragio.*
S.Baſil. Epiſt.55. Ambiuit porrò Boozum ritè propinquum, *vi-*
rum ex imperatrice ciuitate profectum (cui prin-
ceps auctoritas gentis totius moderandæ fuerat con-
credita) virum inquam, prudentiâ & grauitate
præcelſum, claritate generis, ac vitæ ſplendore il-
luſtrem. Ruth enim improles Mahalonis vidua;
S.Ambr.l.3. in Lucam. cùm iuſſa it ad propinqui Boozi cubitum, *non*
temporalis vſum libidinis quæſiuit; ſed ſucceſſio-
nis gratiam concupiuit. Erat enim deforme liberos
non habere: quod etiam legum ciuilium fuit au-
ctoritate multarum. Nondum virginitatis, non-
dum viduitatis ante Chriſti aduentum vernabat
gratia. Dolens ſine liberis de Gente electiſſimâ
remanſiſſe, ideò ſub eodem cum Boozo iacuit
Sanct. in cap.3. Ruth, n.15. ſtragulo : *quia illud audierat ambiendi matrimo-*
nij debiti ſignum eſſe legitimum; & quia ille de-
functi mariti propinquus eſt, orat ſe, quod lex iu-
bet, voluntariè vt faciat, & expanſo pallio iuxta
patrium morem id ſe facturum ſpondeat, aut fe-
ciſſe ſignificet. Non voluptuarium libidinis quæ-
ſtum, ſed debitum nuptiarum ſtipendium Ru-
S.Ambr.I. tha quærit. *Non enim vagam captauit libidinem,*
ſed ex familiâ quam delegerat fructum voluit ſuc-
ceſſionis adipiſci. Quis itaque caſtior, illa quæ tan-
diu expectauit, an Boozus qui connubialem
amorem acceptauit oblatum? *Illa quæ* priſtini
ſponſi familiam non refugit, an ille qui connu-
bium ritè diſtulit, non refugit? Illa quæ à legi-
timi thori ambitu tulit pudicitiæ laudem, *an*
30. *iſte qui quod ſtudio* forſan *cœpit erroris, ad ſucceſ-*
ſionis gratiam caſtitate mulieris conſummauit? Il-
la quæ grauitatem maturioris elegit, an iſte qui
ætatem adoleſcentioris adamauit? Itaque illa ex-
periri exactorem ipſum ſuæ voluit caſtitatis, quàm
tunc, tunc quidèm planè confeſſus eſt : *Benedi-* Ruth 3.v. 10.& 11.
cta, inquit, *es à Domino filia, & priorem miſe-*
ricordiam poſteriore ſuperaſti : quia non es ſecuta
iuuenes pauperes ſiue diuites . . . . Scit enim omnis
populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mu-
lierem te eſſe virtutis. O auctoratiſſimum vxoriæ
pudicitiæ teſtimonium! *Faciebas ergò, cùm di-* Plin. in Panegy.
ceres Optimos, quia ipſe eras optimus. *Booz in-* Imperfectus
terpretatur, In virtute, vel, Virtus in ipſo, ſiue Homil.1. in
Præualens, qui ſecundùm imperium Dei accepit Matth.
vxorem Ruth à Deo promiſſam; in virtute generat
filios, & in ſeipſis virtutem habentes, & præua-
lentes . . . . Hic itaque Booz accepit vxorē Moa-
bitidem nomine Ruth, & Ruth pro merito fidei ſuæ
nupſit Booz, quia propriam gentem contempſit, &
terram & genus, & elegit Iſrael, & non deſpexit
ſocrum viduam ſimul & peregrinam deſiderio du-
cta generis eius magis quàm ſui. Deos patrum ſuo-
rum repulit, & Deum viuentem elegit. Ergò Booz
pro merito ſuæ fidei illam accepit vxorem, vt ex
coniugio tali ſanctificato genus naſceretur regale.
Nam Booz ſenior conſtitutus, non ſibi vxorem
accepit, ſed Deo : non propter paſſionem corporis,
ſed propter iuſtitiam legis, vt ſuſcitaret ſemen pro-
ximo ſuo: non magis amore quàm religione feruen-
tior: ætate ſenex, iuuenis autem fide, & ideò for-
ſitan nominatus eſt, In virtute . . . . Conſequenter
& Ruth, Inſpiratio eſt appellata: nam niſi inſpira-
tio Dei fuiſſet in eâ, non dixiſſet quæ dixit, nec
feciſſet quæ fecit. Quid primū laudatur in eâ? Dile-
ctio generis Iſrael, aut ſimplicitas, aut obedientia;
aut fides? Dilectio quidèm generis Iſraël, quia ſic
deſiderabat filios ſuſcipere ex ſemine Iſraël, &
vna fieri ex populo Dei. Si enim communionem vi-
ri deſideraſſet quaſi puella laſciua, aliquem iuue-
nem potiùs appetiſſet. Quoniam autem non laſci-
uiæ ſuæ, ſed religioni ſatisfacere cupiens fuit, fa-
miliam potiùs ſanctam elegit, quàm iuuenilem æta-
tem. Simplicitas autem quia vltronea ſub pallium
eius ingreſſa eſt, nec cogitauit ne fortè ſperneret
eam quaſi vir iuſtus laſciuam puellam, aut ne de-
luderet eam : &, quod grauius erat, contemneret
deluſam, ſicut faciunt multi : ſed obandiens facta
ſocrūs ſuæ conſiliis, confidenter credidit, quia proſ-
peraturus fuerat Deus actum ipſius, ſciens conſ-
cientiam ſuam; quia non libido ad hoc eam com-
pulerat, ſed religio erat hortata. Quid autem &
in Booz prædicatur? Humilitas, caſtitas, & reli-
gio. Humilitas quidèm & caſtitas, quia non con-
tigit eam quaſi laſciuus puellam, nec abhorruit eam
quaſi caſtus laſciuam : ſed mox vt verbum eius de
lege proximitatis audiuit, nihil horum omnium laſ-
ciuiæ imputauit, ſed vniuerſa religioni adſcripſit.
Nec deſpexit quaſi diues pauperem, nec veritus
eſt quaſi maturus adoleſcentulam : ſed paratior fi-
de quam corpore, manè proceſſit ad portam, &
prouocauit quendam ex genere, quem iure proxi-
mitatis æſtimabat propinquiorem : obtinuit, præ-
ualuit non tantùm iure proximitatis, quàm Dei
eligentis fauore : idcircò fortè Præualens dictus eſt.
Talis ergo Booz ex tali coniuge Ruth, qualem fi-
lium genuit? Obed qui interpretatur ſubditus.
Nunc autem qui diuitias eligunt, & non mores;
pulchritudinem, & non fidem; & quod in meretri-
cibus ſolet quæri, hoc in coniugibus optant; propte-
reà non generant filios ſubditos vel ſibi, vel Deo.
Quid plura? *Quia Iudith diuitis* (quæ fuit no- Petr.Damia.l.8.
ſtrarum lucubrationum auſpicium) *cauſſam nimi* Epiſt.14.
vobis copiam dehaberi, numquid paupercula illius

Digitized by Google

Moabitidis, Ruth videlicet, exilium, calamita-
tes, famem, ſitim, laborum intolerabilium patientiã
ignoratis? Numquid vobis pro pudiciſſima vidui-
33. tatis aliquandiu honeſtate ſeruandâ ..... ad tan-
tam illam deueniſſe penuriam, vt reſides ſpicas poſt
metentium terga colligeret, & virgâ cadens, non
dicam virili, ſed humano deſtituta prorſus auxi-
lio, ipſa quod collegerat, trituraret. Nimirum
ex quâ tantorum Regum ſoboles fuerat proceſſura,
tanquam vile mancipium, ſeruilibus operibus vi-
debatur addicta. Inter tot autem preſſuras, atque
anguſtias coarctata, virtutes animi nõ deſeruit: &
inopis quidẽ vitæ pondus, quo premebatur, æquani-
miter tulit; ab intima autem nobilitatis culmine,
vtpotè digna Dauid Proaua degenerare indignum
duxit. Socrui reuerentiam dignam exhibuit, ma-
tronalem pudicitiam tenuit, defuncto viro fidem
ſeruauit, idolis deditam patriam, parentéſque de-
ſeruit, & ad cultum veri Dei, ſine vllo Doctoris
magiſterio, nobilis proſelyta tranſiuit. Ecce igi-
tur Iudith proſpera, quibus in vitâ fulciebatur,
abiiciens; Ruth aduerſa, quibus premebatur,
amplectens. Vtraque ſcilicet, mente vnâ, licet
diuersâ fortunâ, vni Deo non immeritò placuit;
quia nec aduerſis iſta ſuccubuit, nec in proſpera,
ſuimet obliuiſcens, ſeſe illa deiecit. Sed illa tolera-
bat, quibus abundabat; iſta fruebatur, quæ pa-
tiebatur. Vtraque nimirum de mundanæ incon-
Pſal. 148. v. 12. ſtantiæ alternitatibus aſſerens: Sicut tenebræ, in-
quit, eius, ita & lumen eius. Et cùm vna con-
tenta ſit primis, altera nuptiis ſit aptata ſecun-
dis: licet Ruth thalamos iterauerit, à caſtitate
tamen habitu non receſſit; quia vidualis conti-
34. nentia in coniugalem pudicitiam non libidine car-
nalis illecebræ, ſed diuinâ potiùs eſt diſpoſitione
S. Naz. Orat. pro Gorgon. mutata. Ceterùm de noſtrâ Heroïde non minus
verè, quàm magnificè prædicari poteſt, quòd vir-
tutum alias imitata ſit, aliarum exemplum fue-
rit, alias autem ſuperauerit. Et vt quoſdam fuiſſe
demus, qui vnâ aliquâ virtute cum ipſâ conten-
derent, at hoc certè nomine omnes vicit, quòd vna
virtutes omnes complexa ſit. Sic enim omnia præ-
ſtitit, vt ne mediocriter quidèm vnum quiſpiam a-
lius: ſic autem ad ſummum ſingula, vt vel vnũ ſo-
lum pro omnibus abundè ſufficeret. Paucula deli-
bãda fuerunt, ne foret clauda pollicitatio; multa
neceſſariò omittenda ſunt; nec fas eſt quaſi ſin-
S. Ennod. l. 12. epiſt. 7. gulare occupari, quod conſtet ex pluribus: nobilia
ſerta niſi multiplicibus pratorum non componun-
tur ſpoliis: ex variis gemmis vna diadematis ſolet
conſtare formatio; ſemper admirabilis electri cor-
pus numeroſa metallorum membra pepererunt:
proinde quia nihil eſt, quod fidem poſſit anteire,
foueatur, & ita in diligentia meſſe coaleſcat, ne
lacteus alimenti diuitis culmus importunè demeſſus
35. falce moriatur. Quare laudum huius Heroïnæ
ſpicilegium potiùs fecimus, quàm meſſuram:
quam alij falce fructicante, non euecante facient.
Denique hæc Matrona non tantùm re & nomi-
ne laudibus exuberat; ſed etiam typicâ vmbrâ
aſpectabilis eſt. Ruth, licèt ipſa alienigena, ta- S. Ambr. l. 3. de Fide, c. 5.
men quia maritum habuerat ex Iudæis, qui reli-
querat ſuperſtitem proximum, eámque colligentem
manipulos ſuæ meſſis, quibus alebat & ſe, & ſo-
crum, Booz vidit & amauit, non aliter eam ac-
cepit vxorem, niſi calceamentum eius antè ſoluiſ-
ſet, cui vxor debebatur ex lege. Hiſtoria ſimplex,
ſed alta myſteria. Aliud enim gerebatur, aliud fi-
gurabatur. Nam ſi ſecundùm litteram ſenſum
torqueamus, propè quidèm pudor & horror in ver-
bo eſt: ſi ad commixtionis corporeæ conſuetudinem;
ſententiam intellectúmque referamus. Deſignaba-
tur autem futurus ex Iudæis, ex quibus Chriſtus
ſecundùm carnem, qui proximi ſui, hoc eſt, po-
puli mortui ſemen, doctrinæ cæleſtis ſemine ſuſ-
citaret, cui calceamentum nuptiale Eccleſiæ copu-
landæ præſcripta legis ſpiritualia deferebant. Non Exod. 3. v. 5.
Moyſes ſponſus: illi enim dicitur: ſolue calcea-
mentum pedum tuorum, vt Domino ſuo cedat.
Non Ieſus Naue filius, ſponſus. Nam & ipſi di-
citur: Solue calceamentum pedum tuorum, ne ex Ioſue 5. v. 16.
ſimilitudine nominis, ſponſus Eccleſiæ crederetur.
Non alius ſponſus, ſed ſolus Chriſtus eſt ſponſus,
de quo dixit Ioannes. Qui habet ſponſam, ſpon- Ioan. 3. v. 29.
ſus eſt. Illis igitur calceamentum ſoluitur; huic
ſolui non poteſt, ſicut dixit Ioannes: Non ſum Ioan. 1. v. 27.
dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius. Solus
ergò Chriſtus eſt ſponſus, cui illa veniens ex Gen-
tibus ſponſa, ante inops atque ieiuna, ſed iam
Chriſti meſſe diues, innubat: quæ manipulos fœcun- 36.
dæ ſegetis, verbique reliquias gremio legat men-
tis interno, vt exhauſtam illam viduam morte filij,
atque inopem defuncti populi matrem nouis paſcat
alimentis, non relinquens deſtitutam viduam, &
nouos quærens. Solus ergò Chriſtus ſponſus eſt, qui
nec Synagogæ ipſi manipulos ſuæ meſſis inuideat.
Vtinam ſe non ipſa excluderet. Habuit quos per ſe
colligeret; ſed quia ſponſus eius eſt mortuus, qua-
ſi filio egena defuncto, per Eccleſiam manipulos,
quibus viueret, colligebat, quos venientes in exul- Pſal. 125. v. 6.
tatione portabunt, ſicut ſcriptum eſt: Venientes
autem venient cum exultatione tollentes manipulos
ſuos. Inſuper vnũ adhuc adiungam ad ea, quæ de S. Naz. Orat. pro Gorgon.
ipſis dixi: qui vtrique ſexui pulchrè ac iuſtè di-
uiſi ſunt, nempè vt virorum ille, hæc feminarum
ornamentum eſſet, nec ornamentum ſolum, verùm 37.
etiam virtutis exemplar. Ergò tales cum Boozo Hild. epiſt. 31.
nuptias, talis Matrona ambiuit cælitùs inſpira-
ta, de tali coniugio fructum ſuſceptura ſempiternũ.
Fructus ille, Deus tuus; Deus in quo omnia bona:
fructus ille, Verbum Dei. Verbum de quo ſola
bona. Quid vltrà addam ad noſtræ Heroïdis S. Ennod. lib 12. epiſt. 6.
elogium, niſi elogij clauſulam? Qui miratur
officij terminos me laudibus egreſſum, recolat
quàm imperioſa eſt ſemper affectio: & profectò ſi
facti mei rationem quærat, religionem vocat, quod
mentiebatur exceſſum.

IN

Digitized by Google

IN
LIBRVM RVTH,
PROLEGOMENON VNVM
LITTERALE.

§. II.

*Addunſatis quæſtiunculis multa perſtri-
ctim elucidantur, quæ Commentario
facem præferant.*

EST hîc Ruthæ libellus portio quæ-
dam, & velut appendicula libri Iudi-
cum; hæc enim hiſtoria accidit ſub
1. vno Iudicum, vt diſertè traditur cap. 1. v. 1. ſi-
cut reliqua. quæ in libro Iudicum denarrantur:
Bonfrer. vndè ferè Hebræi librum Iudicum cum libro
1. QVÆST. *Quare libellus hic inter librum Iudicum & libros Regum medius collocatur?* Ruth vnum eundémque faciunt, vt eruditè no-
ſter Bonfrerius oſtendit in Præloquijs ſacræ
Scripturæ cap. 3. ſect. 6. Diuiditur autem hæc
Ruthæ hiſtoria (quouis ea tempore contigerit)
à reliquis, quæ in libro Iudicum denarrantur,
quia Dauidem & Regum proſapiam clarat per-
ſpicuâ recenſitione; quare è ſuo loco, ac tem-
pore extracta, libris Regum opportunè præmit-
titur. Neque videtur hæc ratio incógrua, cur hæc
Ruthæ hiſtoria, quæ indubiè non accidit ſub
poſtremi Iudicis tempore (vt infrà §. 3. n. 11.
Auctor liquidò conſtabit,) ſed ſub intermediis Iudici-
bus; è ſuo loco & tempore euulſa, inter Iudi-
ces ac Reges media collocetur: quippè quæ ac-
cidit tempore Iudicum, & Dauidis ac cetero-
rum Regum genealogiam præſtruit. Expoſitâ
autem Dauidis proſapiâ, à Iudâ, gentis Iudææ
Patriarchâ, vſque ad Dauidem, exindè perſpi-
cuè deducitur vſque ad Chriſtum, qui ex tri-
bu Iudæ naſciturus erat iuxta receptiſſima Pro-
phetarum oracula. Paterna igitur linea Dauidis
Hic liber Dauidis ac Christi proſapiam clarat. & Chriſti fuit ex Abraham, Iſaac, Iacob, Iudâ,
Pharez, &c. quæ in calce huius libelli ſubtexi-
tur: at inter auias & progenitrices Dauidis ac
Chriſti, non tantùm cenſentur Iſraëlitides fe-
minæ, ſed etiam Rahab Chananæa, & Ruth
Moabitis; vtraque gentilis: neque enim Chri-
ſtus qui ad delenda peccata venerat, dedignatus
2. eſt de peccatoribus naſci. Imò & iam indè tot
retrò ſeculis, Gentium electio præſignatur;
rumpantur licet ilia perfido Iudaiſmo.
2. QVÆST. *Cur huic libello inſcriptio Ruth?* Cur huic libello inſcriptio Ruth? libri ſacri
aliquandò inſcribuntur ab eorum auctore, vt
Iſaias, Ieremias, Eſdras, Nehemias. &c. ſæpè à
materiâ (præcipuâ inquam) nomen habent, vt
Iudices, Iob; Iudith, libri Regum. &c. Non
ſemel ab vtráque cauſsâ, vt Ioſue, & forſan
Tobias, & Eſther, (quâ ſuper re pluribus indi-
dèm) liber autem Ruth à materiâ inſcribitur;
nam etſi etiam agatur de Booz & Noëmi; de
Ruthâ autem plura, mirabiliora, maiorúmque
myſteriorum grauida referuntur. Exinde à præ-
cipuâ materiâ totam epigraphen ſibi vendicat,
Ruth, ſicut liber Iudith, liber Iob, liber Iudi-
cum, & libri Regum, &c. Quod non tam di-
cendum, quàm non omittendum fuit.
Ecquis huius libelli auctor? Caietanus *neſ-* 3.
cire ait idem olim cenſuit Iunilius Affricanus *Caietanus Iunilius*
lib. 1. de partibus diuinæ legis cap. 8. Petrus 3. QVÆST.
Comeſtor in Hiſtoriâ ſcholaſt. huius libri ſcri- *Ecquis huius libri auctor?*
ptorem putat fuiſſe *Ezechiam.* Ab aliis putatur
Eſdras, cui multi alij Sacræ Scripturæ libri vni-
uerſatim tribuuntur. Veroſimilius videtur *Sa-
muelem* fuiſſe huius libri auctorem. Ita ſentiunt
antiqui Rabbini apud Serarium mox allegan-
dum. S. Iſidorus lib. 11. de officiis Eccleſiaſt.
Abulenſis infrà ad cap. 4. quæſt. 8. Auguſtinus
Eugubinus apud eundem Serarium, Arias Mon-
tanus in Iſaiæ cap. 5. Genebrardus lib. 1. Chro-
nol. Driedo lib. 1. de Catal. Sacræ Scripturæ
cap. 3. Sixtus Senenſ. lib. 1. Biblioth. Feuarden-
tius hîc. Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. in
Samuele, Serarius hîc in Proleg. quæſt. 4. P. San-
ctius hîc Prolegom. 2. Cornelius in Præfat. ad
hunc lib. adſimiliter Bonfrerius, Tirinus Gordo-
nus, Menochius, & P. Ioannes Euſebius Nie-
rembergius eruditione, ac pietate notiſſimus,
lib. 9. de Origine Sacræ Scripturæ cap. 14. Por-
rò Samuel ſub hoc tempus vixit, & communi-
ter putatur auctor libri Iudicum, quo temporè
hæc Ruthæ hiſtoria contigit; & hic ipſe Samuël
librum 1. Regum conſcripſit, ad quem hic li-
bellus dirigitur. Veroſimile enim eſt, ab eodem
auctore & ſcriptum librum Iudicum, & indè
omiſſam hanc Ruthæ hiſtoriam ad Iudices ſpe-
ctantem, vt deſcripto ſeorſim libello, illum præ-
mitteret Regum libris, quos ſcribere moliebа-
tur, & reâpſe ſcripſit quæ in 1. Regum vſque 4.
ad mortem ſuam, hoc eſt, vſque ad caput vige-
ſimum quintum referuntur. Conſule ibi prælau-
datum P. Euſebium, qui plures auctores pro hâc
ſententiâ refert.
An ſit liber canonicus? De canonicâ huius li- 4. QVÆST.
bri auctoritate nemo pius ambigit, nec ambi- *An ſit liber canonicus?*
gere poteſt. Imò neque ex Hæreticis, ſi illos
vetuſtos excipias, qui vetus Teſtamentum ex-
pungebant. Quâ ſuper re Auguſtinus contra
Fauſtum Manichæum. Nec mirum ſi in Arabi-
cis exemplaribus nulla Ruth. Nam cùm ſint
manu ſcripta, facile in aliquibus exiguus li-
bellus excidiſſe potuit. Quod autem Auguſti-
nus lib. 15. de Ciuit. cap. 23. & Gelaſius diſt. 15.
cap.

Digitized by Google

cap. *Sancta Romana*, dicit. *In Eccleſiâ Romanâ multa non legi, quia eorum qui ſcripſere nomina penitus ignorantur.* Non tamen ignoratur, quod Spiritus ſanctus eſt præcipuus huius libri auctor: parum autem refert, hoc aut illo amanuenſi vſum fuiſſe. Sanè ſi hoc iaculo liber Ruth feriretur, ſauciarentur ſimul plures alij ſacræ Scripturæ libri: nempè liber Ioſue, Iudicum, Regum, Iob, Tobiæ, Iudithæ, Eſtheris &c. quorum Scriptor indubiè certus non eſt. Ait autem Gelaſius, *Penitùs ignoratur*: at penitùs ſcitur, quòd Spiritus-ſanctus eſt præcipuus horum librorum auctor: nec *penitus ignoratur*, quiſnam eos ſcripſerit: veroſimile enim eſt hunc libellum fuiſſe à Samuële conſcriptum; & alios ab alijs auctoribus ſcriptos fuiſſe. Quin & plura Sanctorum Patrum dubia Opuſcula, quæ pietatem, aut eruditionem ſpirant, non ſine magnâ auctoritate ſub ambiguo ipſorum nomine præ manibus habemus. Quæ autem aliquam difficultatem ingerere poſſent, proprijs in locis commodiùs expedientur.

5.
5. QVÆST. *Quo tempore acciderit hæc hiſtoria Ruth.*

Quò tempore acciderit hæc hiſtoria, valdè impeditum eſt, pendétque ex perdifficili illâ quæſtione, an hic Booz maritus Ruthæ, fuerit filius Salomonis illius, qui cum Ioſue Terram promiſſionis occupauit; & quomodò in tam lõgæuâ ætate filium Obed ſuſcipere potuerit; an potiùs plures Boozij fuerint. Quo ſemel conſtituto, procliue erit decernere quo tempore, & ſub quo Iudice contigerit quod in hâc hiſtoriâ denarratur. Quâ de re pluſcula ſcribemus toto §. 3.

6.
Hic cap. 4. v. 21.
6. QVÆST. *Quãdo ſcriptus liber Ruth?*

Quandò ſcriptus liber Ruth? cùm in quibuſdam Biblijs antiquis cap. 4. v. 21. legatur: *Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit Dauid regem*; cenſet Caietanus hunc librum fuiſſe ſcriptum poſtquam Dauid factus eſt rex. Sed quid vetat, quòd aut totum hunc librum ſcripſerit Samuël poſtquam Dauidem vnxit in regem? Aut ſaltem libro olim ſcripto hanc denuò addiderit clauſulam; nec illum publicauerit vſque ad Saülis mortem. Aut forſan libro à Samuële quondam cõpoſito, hæc tandem additiuncula ſcripta ſit; ſicut ſubſcripta fuit libro Deuteronomij, Ioſue &c. Niſi fortè hæc additiuncula ex Matthæi 1. v. 6. deſumpta ſit, & huic loco inſerta. Sanè hodie in Biblijs correctioribus expuncta eſt. Vnde vacat quæſtio.

7.
7. QVÆST. *Quâ linguâ, & charactere ſcriptus liber?*

Quâ linguâ, & charactere ſcriptus liber? Indubium eſt, quin Hebraicâ linguâ ab Hæbræo auctore (quicumque ille fuerit) ſcripta ſit hæc hiſtoria. P. Sanctius Prologom. 4. cùm hîc cap. 1. v. 8. & 9. & 12. & 13. inueniat Hebræum *mem* poſitum pro *nun*, cenſet quòd Noëmi ibi loquenti aliquid in linguâ Hebraicâ peregrinum adhæſerit ex decennij conuerſatione cum gente Moabitide. Quod adſtruit ex eo quòd Daniel, Eſdras, & Ieremias etſi Hebraicè pleraque ſcripſerint, ex Chaldæorum conſuetudine, Chaldaicus ſermo ſuam partem vendicat: adeò vt dici poſſit Hebrææ linguæ dialectus diuerſa. Non negauerim, quòd hæc dialectus, quæ vſque ad Euangelium etiam perdurauit, familiaris fuerit Hebræis poſt Babylonicam captiuitatem; & quòd eam dialectum ſapiat ſermo Danielis, Eſdræ, & Ieremiæ, qui libros ſcripſere: Noëmi autem minimè ſcripſit verba, quæ Samuël, aut quiſpiam alius eam dixiſſe denarrat. Vndè igitur Scriptori ſacro adhæſit eiuſmodi Moabiſmus? An reuelauit illi Spiritus-ſanctus, quòd olim Noëmi ſemibarbarè etiam ea verba protulerit? Magnum ſcilicet emolumentum! Ergò ſacer Hiſtoricus ſuâ dialecto fideliter ſcripſit, quæ ei Spiritus ſanctus ſuggeſſit. Nunc autem in Biblijs Hebraicè ſcriptis, vtinam hoc mendum ſanè leue inueniretur ſolum, quod irrepſerit prolixiori temporum iniuriâ.

8.
8. QVÆST. *Qui libelli huius interpretes?*
Caſſiodorus. Bellator. Poſtellus. Steph. Cantuar. Rabbini. Lyranus. Anſelm. Laud. Strabus Fuldenſ. Hugo Card. Dionyſius. Emman. Saâ. Mariana. Tirinus. Menochius. Gordonus. Hareus. Eſtius. Vatablus. Abulenſis. Caietanus. Feuardẽtius. Serarius. Sanctius. Cornelius. Bonfrer. Fontanus. Acoſta. Salianus.

Qui libelli huius interpretes? Caſſiodorus lib. de diuinis lectionibus cap. 1. Bellatorem presbyterum huius hiſtoriæ commentatorem inducit; Geſnerus in Bibliothecâ Guilelmum Poſtellum, alij apud Serarium, Stephanum Cantuarienſem, quos hactenùs videre non licuit. Plures è Rabbinis refert idem Serarius Proleg. 8. nec paucos ex Hæreticis. Scripſere in hunc Ruthæ librum quotquot omnem ſacram Scripturam aut commentariis aut ſcholiis illuſtrarunt. Lyranus in Poſtillâ, Anſelmus Laudunenſis in Gloſsâ interlineari, & in Gloſſa ordinariâ Strabus Fuldenſis. Hugo Cardinalis, Dionyſius Carthuſianus, Emmanuel Saâ, Ioannes Mariana, Iacobus Tirinus, Menochius, Gordonus, Hareus, Eſtius, Vatablus notulas ſubtexit, ſubtexũt etiam Romani in Sixtianis Biblijs. Adhæc Rupertus apud Sixtum Senẽſem lib. 4. Biblioth. Abulenſis, Caietanus, Franciſcus Feuardentius, Nicolaus Serarius, Gaſpar Sanctius, Corneliûs, Bonfrerius, Fontanus, Gabriel Acoſta hunc Ruthæ librum elucidarunt: elucidauit etiam Iacobus Salianus tom. 2. Analium, excurſu eruditionis pleno ad mores eleganter flectit noſter Ludouicus de la Puente, in priori parte Ducis ſpiritualis. Demùm R. P. M. Iacobus Nyſſenus ordinis S. Baſilij Magni, polito ac erudito vir ingenio, Diſſertationes litterales & morales iam iam edit.

9.
9. QVÆST. *Quæ vtilitas ex hoc libro.*

Quæ vtilitas ex hoc libro? Prima explicatior notitia proſapiæ Dauidis; & indè Virginis Deiparæ, ac Chriſti Dei. Secunda Euangelicam fidem præſtruit ex allegoriâ nuptiarum Boozi id eſt Chriſti cum gentili Ruthâ, id eſt Eccleſiâ, quæ ex Gentibus præcipuè coalita eſt, fœcundo ſanctitatum connubio. Tertia eſt multimoda morum inſtitutio, quæ in geſtis Ruthæ ac Boozij micanter elucent, qui Paragraphorum moralium labor eſt; in quibus præter eius panegyrim §. 1. præſcriptam, digeremus Ruthæ elogia, quæ in Sanctorum Patrum ſcriptis vbertim exundant, ne hîc præmaturè cruda egeramus.

LIBER

Digitized by Google

LIBER RVTH.

SYNOPSIS CAPITIS PRIMI.

Cùm grauis Iudæam fames afflictaret, Elimelech Bethlehemites cum vxore Noëmi, ac duobus liberis in Moabitidem migrat. Non multò pôſt inibi moritur ipſe: dein duo filij eius Mahalon, & Chelion, qui vxores duxerant Moabitidas, improles deceſſerunt. Noëmi viduata marito, & liberis orbata, exacto in eâ regione decennio, ad reditum in patriam accingitur. Quam duæ nurus Ruth & Orpha in itinere proſecutæ ſunt. Socrus ſuæ hortatu Orpha tandem ad ſuos redit; quod Ruth obſtinato animo recuſauit. Denique peruenerunt in Bethlehem hordeaceæ meſſis tempore. Cùm verò notæ olim mulieres Noëmi poſtliminio aduenientem ſalutarent, & Noëmi de more nominarent, quod vocabulum ſonat pulchrum quid & fortunatum; illa ærumnis vndique afflictata, Noëmi *vocabulum refutat, & potiùs* Maran, *id eſt, amaritiem nominari expetit.*

CAPVT PRIMVM.

1. IN diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant, facta eſt fa-
mes in terrâ. Abiítque homo de Bethlehem Iuda, vt peregri-
naretur in regione Moabitide cum vxore ſuâ, & duobus liberis.
2. Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor Noëmi: & duo filij, alter
Mahalon, & alter Chelion, Ephratæi de Bethlehem Iuda. In-
greſsíque regionem Moabitidem, morabantur ibi. 3. Et mor-
tuus eſt Elimelech, maritus Noëmi: remansítque ipſa cum fi-
liis. 4. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera
verò Ruth. Manſerúntque ibi decem annis, 5. & ambo mortui ſunt, Mahalon vi-
delicet & Chelion: remansítque mulier orbata duobus liberis ac marito. 6. Et
ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtráque nuru ſuâ de regione Moabitide: audie-
rat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas. 7. Egreſ-
ſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ, cum vtráque nuru: & iam in viâ reuer-
tendi poſita in terram Iuda, 8. dixit ad eas: Ite in domum matris veſtræ, faciat
vobis Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum. 9. Det vo-
bis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis. Et oſculata eſt eas.
Quæ eleuatâ voce flere cœperunt, 10. & dicere: Tecum pergemus ad populum
tuum. 11. Quibus illa reſpondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum?
num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? 12. Reuerti-
mini filiæ meæ, & abite: iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo con-
iugali. etjam ſi poſſem hâc nocte concipere, & parerere filios, 13. ſi eos expectare
velitis donec creſcant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ quàm nu-
batis. Nolite, quæſo, filiæ meæ: quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa
eſt

Digitized by Google

eſt manus Domini contra me. 14. Eleuatâ igitur voce, rursùm flere cœperunt,
Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ. 15. cui dixit
Noëmi: En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos, vade cum
eâ. 16. Quæ reſpondit: Ne aduerſeris mihi vt relinquam te & abeam: quocum-
que enim pertexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. popu-
lus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. 17. Quæ te terra morientem
ſuſceperit, in eâ moriar: ibique locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Deus,
& hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. 18. Videns ergò Noëmi, quod
obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltrà
reditum perſuadere: 19. Profectæque ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem. Qui-
bus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebruit: dicebántque mulieres:
Hæc eſt illa Noëmi. 20. Quibus ait: Ne voceris me Noëmi (id eſt, pulchram)
ſed vocate me Mara (id eſt, amaram) quia amaritudine valdè repleuit me Omnipo-
tens. 21. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergò voca-
tis me Noëmi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? 22. Venit
ergò Noëmi cum Ruth nuru ſuâ, de terrâ peregrinationis ſuæ: ac reuerſa eſt in
Bethlehem, quandò primum hordea metebantur.

§. III.

Commentarius Litteralis.

Verſ. 1. In diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant, facta eſt fames in terrâ.

1\. Lxx. Interp. Bibl. Cõpl. Bibl. Regia. Vatablus. Pagninus. Mariana.

HVnc locum ſic Lxx. Interpretes excribunt: *Et factum eſt cùm Iudices iudicarent, & facta eſt fames in terrâ.* Adſimiliter Biblia Complutenſia, & Regia. Vatablus ex Hebræo: *In diebus Iudicum, fames exorta eſt in terrâ:* nec diſſentit Pagninus. Noſter Mariana rigidè Hebræa verba reddit: *In diebus iudicare,* pro in diebus quibus iudicabãt Iudices.

Serarius in cap. 4. q. 18. Chaldæus. *Tranſlationes variæ.* Author in Iudith cap. 1. §. 3. n. 26.

Adſimiliter Serarius: *In diebus iudicare Iudices.* Paraphraſis Chaldaïca: *Et fuit in diebus dw ere duces, & fuit fames fortis in terrâ Iſraël.* Quod autem in pluribus his Libri huius tranſlationibus, Hiſtoriæ initium ſit vocula *Et*, myſterio vacat: id enim fit ex Hebrææ linguæ idiotiſmo, qui frequens eſt in Bibliis, & quem nos alibi expoſuimus. ecquis non? Cùm autem dicitur: *In diebus vnius Iudicis*, &c. tempus notatur, quo hæc fames, & Elimelechi peregrinatio acciderit.

Indefinitè traditur hæc hiſtoria ſub tempore Iudicum.

Quaſi dicat: Cùm Iudices Hebrææ genti præerant, antequam eidem Reges principarentur, id contigit: ſiue vnus Iudex, ſiue plures præeſſet (nempe Barac & Debora) ſiue Abimelech ſub Regis nomine dominaretur. (An etiam ſi interregnum, aut ſeruitus foret?) Porrò præſcriptis verbis tantùm ſignificatur, hanc famem, & peregrinationem vniuerſatim accidiſſe tempore Iudicum, hoc eſt, in illo interſtitio temporis à morte Ioſue vſque ad Samuëlem incluſiuè, qui Iudicum vltimus fuit. Neque neceſsè fuit quòd tota hæc hiſtoria, quæ vndecim annos primò amplectitur; deinde annos Obed, Iſaï, & Dauidis ortum, acciderit ſub vno Iudice; ſat eſt, ſi fames, & Elimelechi peregrinatio ſub vno Iudice contigerint; etſi reliqua ad aliorum Iudicum tempus referantur. Quocircà perinde eſt dicere: *In diebus Iudicum*, ac, *In diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant.* Vndè perperàm Druſius Vulgatum reprehendit, quaſi *longulè ab Hebræo diuerterit.*

Druſius. Carthuſian. Serarius. Sanctius.

Itaque τὸ *vnius* indefinitè accipitur: quod mox explicatiùs tradit Interpres, addens: *Quando iudices præerant.* Ita hunc locum interpretatur Carthuſianus, noſter Serarius in cap. 4. q. 18. Sanctius hîc n. 1. & alij paſſim. Vnde liquidò conſtat, quàm ineptè quidam apud Druſium, hunc locum ſic exponant: *Cum Deus iudicaret Iudices.* Iudicaret inquam, id eſt, puniret, fame afficeret. Planè infeliciter!

2\. Accidit ergò hæc Iudææ fames, & Elimelechi in Moabitidem peregrinatio, quando Hebræo populo Iudices præerant. Aſt quo tempore? ſub quo nominatim Iudice? Grande quidèm apud Expoſitores litigium, & quod nemo hactenùs compoſuit; cùm eâ de re Scriptura ſileat, & ideò ratiocinatione, coniecturis duntaxat ſubnixâ, agendum ſit in re difficili & perobſcurâ.

Difficultas huius loci commentandi in quo conſiſtat.

Tota autem difficultas præcipuè in eo vertitur, vt exponatur quis, qualiſve fuerit *Booz*, qui poſt decennium à fame & Elimelechi peregrinatione, Rutham duxerit vxorem, de quo agitur infrà cap. 2. & 3. & in fine cap. 4. eius vſque ad Dauidem progenies deſcribitur. *Salomon,* inquit, *genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genit Iſaï, Iſaï genuit Dauid.*

Ruth 4. v. 21

Profectò ſi ſemel exploratum ſit, an hic *Booz* Ruthæ maritus, fuerit ille ipſe Booz Salmonis filius, an non; non exigua facula accendetur ad internoſcendum ſub quo Iudice hæc hiſtoria acciderit. (Omnes autem Iudices infrà n. 10. ſeriatim recenſentur) Priùs autem præmittendum eſt, quemnam ex quatuordecim Iudicibus, ſub quorum vno hæc hiſtoria contigit, Interpretes malint.

3\. Mariana. Menochius. Gordonus. Ioſephus Hiſt. Schol. Lyranus. Zonaras. Feuardent. Sanctius. Rabbini. Lyranus.

1\. Noſter Ioannes Mariana etſi acri & erudito ingenio vir, quem ſequuntur Menochius & Gordonus nil affirmare audet, aiens: Quo tempore id acciderit; clam eſt. 2. Ioſephus libr. 5. Antiq. cap. 11. Hiſtoria Schol. in cap. vltimum Iudicum, Lyranus in cap. 1. Matthæi, Zonaras tom. 1. Annaliũ, inclinat Feuardentius, cenſent ſub *Heli* hanc hiſtoriam accidiſſe. 3. Sanctius hîc Proleg. 3. inchoatam ſub iudice *Samſone*, & ſub *Heli* terminatam, nempè ſpatium vndecim annorum, quo anno natus eſt Obed. 4. Rabbinorum plures, quibus adſentit Lyranus,

Digitized by Google

Esthius *Sententia aliorum recenſentur.*
nus, & Esthius putant hanc hiſtoriam accidiſſe ſub *Abeſan*, quē dicunt eſſe hunc Boozum Ruthæ maritū. De quo eruditè Serarius hìc ad c. 2. q. 2. neque videtur ab hâc mente alienus Abulenſis in c. 1. q. 2. & Lyra in c. 4. 5. Idem Abulēſis in c. 4. q. 90. *Gedeonē* eſſe aſſerit. 6. Salianus to. 2. Annal. Cornelius hìc, & Iacobus Tirinus putant eſſe *Abimelech*. 7. Idem inibi Abulenſis, Iunius ac Tremellius in Ruth putāt eſſe *Barac* & *Debboram*, aſſentiunt Torniellus, Vigenerus, & Functius, nec diſſentit Bonfrer. 8. Chronologi Hebræorū Sederis magni c. 12. affirmāt eſſe *Aod*, cùm Eglonis Moabitarum regis tempore hæc in Iudeâ fames, & in Moabitidē profectio cōtigerit. Adſentit Bonfrerius hìc. Cæco errore allucinaremur, ſi qualis ex his opinionibus verior ſit, definire vellemus, niſi ſub his præmiſſis peruestigemus priùs, ecquis hic Booz Ruthæ maritus.

Abulenſis, Lyra, Salianus, Cornelius, Tirinus, Abulenſis, Iunius, Tremellius, Torniellus, Vigenerus, Functius, Bonfrerius, Chronologi Hebræorum

4. In eo autem maximè vertitur tota difficultas, quod incredibile videatur à captâ Ierichunte, quandò Salmon duxit vxorē Rahab, vſq; ad fundationem templi Salomonis, quadringentos & quadraginta annos, Dauidis annis vnà cum quatuor generationibus eſſe conſumptos, nēpè Salmonis, Boozi, Obedis, & Iſai. Et quidèm iſte annorum numerus minimè dubius eſt: in temporū igitur calculo tota difficultas latet. Itaque templum ædificatū eſt anno 480. egreſsûs filiorū Iſraël ex Ægypto, 3. Reg. 6. v. 1. Sumto igitur. *3. Reg. 6.*

Ab exitu ad captam Iericho.	40.
Ab ortu Dauidis ad mortem eius.	70.
Ab initio regni Salomonis ad templū.	4.
Summa anorum.	114.
Quâ ſubductâ ex	480.
Superſunt anni.	366.

Sententia, quæ vnum tantum Boozum agnoſcit.
Hoc temporis ſpatium in Salmonem, Booz, Obed, Iſai diſtribuendum eſt. Hoc autem modo, vel non abſimili, multi Doctores diſtribuunt. aientes, Salmonem poſt captam Ierichuntem 66. annos genuiſſe Boozum, Boozum autem, Obedem, & Iſai centenarios genuiſſe: & ſi quid vni detrahatur ex hoc annorum numero, alteri addendum eſſe. Ita Abulenſis in cap. 4. q. 90. Dionyſius Carthuſianus, Caietanus, Salmeron, Maldonatus, Adam Contzen, & in Matthæi cap. 1. Barradius, Sanctius, Bonfrerius hìc, & Serarius in cap. 4. q. 19. in eam inclinare videtur Gordonus, & eam tradit Torniellus 4. ætate, ann. 205. n. 3. In hâc ſententiâ difficile eſt, tantā ſenectutem facere ſeriatim fœcundam iuxtà nuper dicta, quod infrà n. 6. expendetur: alioquin ab illâ nemo diſceſſiſſet.

Abulenſ., Carthuſ., Caietanus, Salmeron, Maldonat., Contzen, Barradius, Sanctius, Bonfrer., Serarius, Gordonus, Torniellus

Sententia, quæ tres Boozos aſtruit.
5. Propterea alij Doctores veroſimiliùs tres Boozos conſtituunt, nempè duos addunt illi Boozo, qui fuit filius Salmonis & Rahab Ierichuntinæ, cuius nepos fuerit hic Boozus Ruthæ: quo pacto vſque adeò tardas in vnâ familiâ ſeriatim generationes declinant. Ita Lyranus hìc, & in Matthæi c. 1. aiens: *Dicunt Doctores noſtri, & benè, quod tres fuerunt Booz ſibi ſuccedentes*; Rabbi Salomon alios etiā allegat; Hugo Cardinalis in Matthæi c. 1. Catharinus lib. contra Caietanū, Ianſenius Concordiæ Euang. c. 6. Genebrardus in Chronolog. in *Aod*, & *Abeſan*, Salianus tom. 2. ann. mun. 2741. à n. 26. Cornelius hìc ad c. 4. v. 22. Tirinus inibi. Sebaſtianus Vertonius l. 3. Chronic. c. 5. nec repugnat Barradius tom. 1. l. 5. c. 8. Huic ſententiæ tot Doctoribus auctoratæ, non deſunt valida rationum momenta, quę iam iam ſubſcribimus. Ideóq; nollē vt noſter

Lyranus, Rabbi Salo., Hugo Card., Catharinus, Ianſenius, Genebrard.

Salianus, Cornelius, Tirinus, Vertonius, Barradius

Bonfrerius inibi oppoſitā ſecutus opinionē, dixiſſet: Temerarium videtur plures generationes, plures eiuſdem nominis Boozos ſtatuere. Modeſtiùs, opinor, Cardin. Caietanus in c. 1. Matthæi, poſt relatam hanc opinionem, ſubdit: Si hoc dictum inueniretur auctoritate aliquâ fultum, poſſet admitti. Fulcitur autem auctoritate Scripturæ, ducto argumento à ſimili: item auctoritate tot grauiſſimorum Interpretum, quos recenſuimus, & ratione iam iam ſubſcribendâ. *Bonfrer.* *Caietanus*

6. Probatur primò hæc ſententia, quia abſurdū videtur, in ætate vſq; adeò Dauidi proximâ, vt agatur de eius patre Iſai, auo Obed, atauo Booz, tritauo Salmone (ætate autē Dauidis, homini ſeptuagenario, vel octogenario, non tā vegeta fœcūditas, quàm labor & dolor ſuperārāt) quatuor continēter generationes in tam deuexâ, & propè effœtâ ætate cōtineri, ita vt Iſai, Obed, & Booz, cùm eſsēt cētenarij gignerēt filios adeò robuſtos, qui poſsēt fieri patres expletis centū annis nihilominùs. Et ſanè id multò difficilius, id eſt in Salmone & Rahab, qui poſt ſexaginta ſex annos (vt minimū) à captâ Ierichūte, eualuerint hūc Boozum generare; quādoquidèm ipſe Salmō quandò vxorē duxit Rahab, iā eſſet Princeps tribûs Iudę; & Rahab illi nupſerit nō in puellari admodùm ætate, quippè quæ aut meretriciā aut cauponariā exercere antè potuit; & quæ ſic eualebat ſagacitate, vt exploratores ſciuerit cautè abſcōdere; & eâ animi cōſtantiâ, vt imperturbata regios miniſtros deluſerit. Demus illi quatuordecim annos (quæ proculdubiò vigeſimū excellerat) & poſteà ſexaginta illos ſex, qui octoginta cōflant: veroſimilène eſt, quod Rahab vetula octogenaria Salmoni marito propè nonagenario pepererit Boozum, qui iam cētenarius gigneret Obedē, &c. Et quidèm ante quadringētos annos, Sara nonagenaria dicitur vetula, & partioni inidonea, quippè cui muliebria iam defecerāt. Benè notat Salianus, quòd qui ſex illas Iſraëlitarū ſeruitutes, ab ipſorū iudicū annis ſeiungunt, debent: ſupra 366. annos, alios 100. annos addere, & quatuor hominib. etiā diſtribuere, quod ætatē nimis effœtā faciet. Nec id fateri renuit Adā Contzē in Matt. c. 1. ſuū Magiſtrū Serariū ſecutus. Vim huius argumēti deludere conātur, dum multos aggerant, qui perdiu vixerint, & aliquos qui in multâ ſenectute generauerint. Sed eſto, id verū ſit, vnum aut alterùm toto orbe naturæ prodigiū quod in multis ſeculis accidit, forſan inidoneè aduocatur, vt quatuor continenter generationibus vltra trecētos octoginta annos impendant. Itaque Rabbi Salomon quò vnum Boozum tueatur, mauult in illo miraculum patrari: ſed abſque neceſſitate cogente confugere ad miracula minimè placet.

Difficile eſt quatuor generationibus impendi 380. anni. *Geneſ. 17. verſ. 17.* *Salianus* *Contzen Serarius* *Rab. Salom.*

7. Adhæc etſi Scriptura ſacra non nominet tres Boozos, ſanè dum vnū nominat, alios nō excludit: neq; repugnat vſui Scripturarū, vt in catalogis quibus perſonæ recēſentur, aliqui intermittantur, iuſtis de cauſſis, tametſi ſæpè ignotis. Et primò in hâc ipſâ Chriſti genealogiâ ex Matt. 1. petitâ, tres progenitorū teſſaradecades recēſētur: ex ſecūdâ ergò & tertiâ, ad primā cōfidentiùs argui poteſt. Omnibus in cōfeſſo eſt, in ſecūdâ teſſaradecade tres generationes omiſſas v. 8. Ochoziæ videlicet, Ioas, & Amaſiæ, qui inter Ioram & Oziā interſeri debuiſſent, vt conſtat ex 4. Reg. 8. v. 24. Dein Matthæi 1. v. 11. ſcribitur: *Ioſias autem genuit Iechoniam*, &c. At perſpicuū eſt ex 4. Reg. 23. v. 34. & 36. Ioſiā regem genuiſſe Ioakimum, *Math. 1.* *4. Reg. 8. Matt. 1.* *4. Reg. 23.*

qui & Eliacim dictus eſt,& regnauit poſt patrem
annis vndecim. Ei auté ſucceſſiſſe eius filiũ Ioa-
chinũ,qui tribus tantùm méſibus regnauit in Ie-
ruſalẽ,& tranſlatus eſt in Babyloné,qui & Iecho-
nias dictus eſt,genuitque Salathielem.Ergò cùm
Matt. 1. Ioſias dicitur genuiſſe Iechoniá patrem
Salathielis,id non de immediatá generatione ac-
cipiendũ eſt.Conſule Salianũ t.2.ann.m.2741. n.
Salianus 28.& 29.& 10.qui de hâc re eruditè. Neq; nunc
morabor Interpretes,an perſona intermiſſa ad ſe-
In ſecunda, & tertiâ teſſaradecanæ aliqui intermiſſi; quid ergo mirum ſi in primât cundá,an ad tertiá teſſaradecadẽ ſpectet. Præte-
reà in tertiá teſſaradecade ſiquis quærat, an om-
nes qui ibi recenſentur,fuerint patres eorũ,quos
dicũtur generare,an etiá aui,aut proaui.In re val-
dè dubia, quippè quá non poſſumus aliundè ex-
plorare,mihi veroſimilius videtur, nó ſemper ibi
filios recenſeri,ſed forſan ſæpè nepotes,aut pro-
Lucæ 3. nepotes.Porrò Luc. c.3. non quatuordecim per-
ſonas,ſicut Matth.ſed viginti octo numerat,ergò
probabile videtur, aliquos Matthæum omiſiſſe.
Tum etiam quia ad quatuordecim generationes
tẽpus trecentorum annorũ vulgò ſufficiens cen-
Bellarmin. ſetur;at noſter Cardinalis Bellarm.(vt alios inte-
rim omittá)diligentiſſimus temporum obſerua-
tor,vltra ſeptingentos annos huic tertiæ teſſara-
decadi impendit:ex quo efficaciter videtur colli-
gi,ſupra quatuordecim generationes, aut perſo-
nas interceſſiſſe. Præſertim cùm non obſtet ver-
bũ *genuit*,quod in ſecundâ teſſaradecade nepoti-
8. bus,& abnepotibus indubiè accõmodatur.Ex ſe-
cundâ ergò,& tertiá teſſaradecade,non parùm ef-
ficaciter videtur argui ad primam, in quâ duo
Boozi intermitti potuerunt, quia nil ſpeciale,&
notatu dignum de illis referendum ſuppetebat.

Lucæ 3. Dein Luc.3. vt arguit Salianus,duo Cainá nu-
Salian. Geneſ 5. merãtur,alter ante Noëmũ filius Enos;alter Poſt
Noëmũ filius Arphaxad.In Geneſ.autem c.5.v.9.
1.Paral.6. ille prior duntaxat recẽſetur, poſterior intermit-
titur.In 1.Paral c.6.ſeries Pontificum texitur ab
1.Eſdræ.7. Aaron vſq; ad Ioſedec, qui tempore tranſmigra-
tionis Babyl.geſſit Pontificatũ.At in 1.Eſdræ c.7.
v.1.vbi iidẽ Pontifices recẽſentur,ſex omittũtur,
qui inter Maraioth & Azariá interſeri debẽt. De-
indè nó vnus Haber Cynæus,ſed plures ex pro-
lixiori temporis diuturnitate, robuſtè arguit Sa-
Salianus Eſther 2. lianus ann m.2741.n.6.& 27. Denique Eſther 2.
v.5. dũ genealogia Mardochæi,& indè Eſtheris,
Non eſt in Scripturâ inſolens, aliquos omittere. texitur: *Erat*,inquit,*vir Iudæus in Suſan ciuitate,*
vocabulo Mardochæus filius Iaïr,filij Semeï, filij
Cis,de ſtirpe Iemini,id eſt,Beniamin.Vbi cõmuni-
ter Interpretes notát hanc genealogiá ſaltuatim
recenſitá,pluresq; generationes omitti,quod etiá
etſi nemo notauiſſet,perſpicuum eſt: tres enim
tantùm Mardochæi generationes recenſentur.

At,inquiũt,vnus Scripturæ locus,qui videtur
in recenſitione mancus, ex alio ſuppleri poteſt;
duo auté Boozi ſuperadditi, aliũdè ſuppleri non
poſſunt. Reſpondemus in Haber Cynæo id locũ
non habere,neque in Mardochæo, neq;in tertiâ
Matthæi teſſaradecade.Et ſanè cùm hæc genera-
tionũ,aut perſonarum intermiſſio non rarò acci-
dat,ex alio Scripturę loco auctoratiùs ſuppletur;
ſi verò id fieri nequit ex Chronologiâ, aut tem-
porum neceſſitate veroſimiliter ſuppleri poteſt.
Profectò non eandem certitudinem adſtruimus
inter ſupplementum trium Regum, quos Mat-
thæus omiſit, & libri Regũ offerunt, nempe O-
choziam,Ioas,& Amaſiam;& hos duos Boozos,
quos nũc ſuperaddimus;illud quod ſupplet Scri-
ptura de tribus his Regibus,& de Cainá,fide cer-
tũ eſt,quia traditur à Scriptore canonico l.4.Re-
gum, & à S Lucâ in Euangelio; at quod nunc
ſuppletur ex probabili Chronologiæ neceſſita-
te, veroſimilẽ opinionem, aut interpretationem
facit, non indubiá, & diuinâ fide certam. Vndè
tres Boozos probabiliori & veroſimiliori opi-
nione, aut interpretatione defendimus.

Abs re protsùs foret, & ab inſtituto noſtro a- 9.
lienũ, rem Chronologicá hîc exactiùs texere, &
annos à Salmone vſq;ad Dauidem ſigillatim di-
ſtribuere. Quod Chronologi accuratè præſtant.
Quâ de re pleno ſtilo Salianus tom.2. ann. m. Salianus
2741.n.31.& ann.m. 2801. à Salianus n.23.Porrò
cùm tres Boozos conſtituamus, vacat ardua illa
difficultas, de quatuor cõtinenter generationib.
in effœtá ſenectute; & congruá ętatem vnicuiq;
prębere procliue eſt.Ergò cùm cõſtet hunc Boo-
zũ in prouectâ ætatę Ruthá duxiſſe,ſeptuaginta
annos illi tribuere cùm Obeden genuit,pronum
eſt. Quos ſi illi tribuamus, & alios ſeptuaginta
Obedi cùm genuit Iſaï, & totidèm Iſai cùm ge-
nuit Dauidem: (Dauid auté ſeptuagenarius mo-
ritur:& alij quatuor anni Salomonis addẽdi ſunt
vſque ad ædificationem tẽpli) hæc fames,& mi-
gratio Elimelechi in Moabitidem contigit 39. id
eſt, penultimo Gedeonis anno: & poſt annum
Tholæ hic Boozus Ruthá duxit: nam cùm Noë- *Trigeſimo nono Gedeonis anno, hæc fames, & peregrinatio contigit.*
mi cum nuru Ruthâ redierit decennio exacto,
hordeaceæ meſſis tẽpore, ſub triticeam meſſem,
Rutha Boozo nupſit, ineũte anno 11. à fame. Et
quidèm licèt tyrannus Abimelech vſurpauerit
Regis nomen illo triennio, inter Gedeonem, &
Tholá, tamen adhuc laxiori vocabulo inter He-
bræi populi Iudices ab omnibus cõputatur, quo
nomine tunc Hebtæi populi Principes vocaban-
tur. Quod auté ſub Gedeone hæc fames accide-
rit,ex annorũ calculo ſic oſtenditur,poſito quòd
ab ingreſſu Terræ promiſſionis vſque ad ædifi-
cationé templi fluxerint 440.anni. 3.Reg.6. v.1.

Itaque Ioſuë Hebræorũ Rempublicá guberna-
uit annis 17.Othoniel I. Iudex,40.Aod II. Iudex,
80. Barac & Debbora 40. Gedeon, 40. Abime-
lech,3.Thola 23.Iair,22.Iephte 6.Abeſan,7.Aia-
lon,10. Abdon,8 Samſon, 20. Heli,40. Samuël
cum Saule,40.Dauid,40.Salamon vſq; ad templi
ædificationem,4. Hæc auté annorũ ſumma con-
ſtituit illos 440.annos quos præmiſimus.Ex hâc
annorũ diſtributione, ac ſummâ,quæ receptiſſi-
ma eſt apud Chronologos & Interpretes ſic rur-
ſùm oſtenditur quòd anno 93. Principatus Ge-
deonis hæc fames acciderit Nam Boozus ſeptua-
genarius Rutham duxit, & Obeden genuit:ergò
vltra decẽ annos ſumere oportet, vt peregrina-
tioni decenniũ,& nuptiis & generationi & nati-
uitati Obedis annus tribuatur.Ponamus ergò ex
Boozo 11.annos:dein Obedis,70. Eſaï,70.Daui-
dis,70.Salomonis ante tẽpli ædificationẽ,4.Cõ-
ſtant 225.annos. Quod ſi ex 39. Gedeonis anno
vſque ad tẽpli ædificationẽ deſcendendo ſuppu-
tes,hunc eundẽ numerũ inuenies,nempe 39. an-
nũ Gedeonis. Accipe ergò hos duos ſub Gedeo-
ne annos, tres Abimelechi, Tholæ ſex,inuenies
Boozi & Ruthæ nuptias, quæ celebratæ ſunt
poſt decenniũ a fame, & peregrinatione, accidi-
ſe paullò poſt quintum annũ Tholæ vel potius
ſexto.Res ergò ſic ad calculum reducitur.Pona-
mus 2. annos Gedeonis,Abimelechi 3.Tholæ 23.
Iaïr 22. Iephte 6.Abeſan 7. Aialon 10.Abdon 8.
Samſon 20.Heli 40.Samuel cum Saüle 40.Dauid
40. Salomonis vſque ad templi ædificationem
4. Verte

17
40
80
40
40
3
23
22
6
7
10
8
20
40
40
40
4
440

11
70
70
70
4
225

2
3
23
22
6
7
10
8
20
40
40
40
4
225

Digitized by Google

4. Verte oculos ad marginem, & parem vtrobique numerum reperies, nempè 225.

11. Ex dictis pendet cenſus aliarum opinionum, quas retulimus ſuprà n.3. Porrò cùm ex ratiocinatione, & coniecturis pendeat, an vnus, an tres Boozi ponendi ſint, & quot ſint anni illis, aut illi tribuendi; vnuſquiſque Interpretū & Chronologorum ſecundùm ſuam opinionem aſſignat Iudicem, ſub quo id acciderit. Sed viderint Interpretes, (ſiue vnum, ſiue plures Boozos conſtituāt) ne multum poſt Gedeonis vltimos annos, aut triennium Abimelechi, aut Tholæ primos annos, hanc famem, & Elimelechi peregrinationē conſtituāt; quia illis impeditum erit ſufficientes annos præbere Obedo, ſenectutem Iſai, & Dauidi ſeptuaginta annos, & quatuor Salomoni vſque ad inchoatam templi fabricam. Hæc in re arduâ, & obſcurâ, & quæ tota ex coniecturis pendet. Sed de eâ iterum incidet ſermo ad cap 4. num 41. vbi noſtra commentatio roboratur.

Cenſus opinionum ſuprà ſcriptarum, de Iudice ſub quo accidit hæc hiſtoria

12. Quando Iudices præerant.] Primus Hebrææ gentis, ſeu Iſraëliticæ Reipublicæ ſtatus in Palæſtinâ ſub *Iudicibus* fuit, id eſt gubernatoribus, ducibus, principibus, ſupremiſque magiſtratibus. Dicebantur autem *Iudices*, à iuris dicendi & præſidendi in populo poteſtate. Hi enim Iudices iudiciorum, conſiliorum, ac bellorum principatū tenuerunt: non tamen fungebantur ſtrictiori illâ condēnandi & abſoluendi homines auctoritate quā Reges habent. Enucleatior de hoc Iudicis munere tractatus, prolixiorē commentariū exigit, quàm hic Ruthæ locus expoſcit: id enim ſpectat ad librū Iudicū. Quâ ſuper re plura legere licet in Carolo Sigonio de Rep. Hebr. l.1.c.5. & lib.7.c.2. Genebrardo in Chronol. Barrad. tom.1. lib.5.c.2. Azor tom.2.l.11.c.1. Serario multis qq. in c 3. Iudicū, Saliano tom.2. ann.m.2601. à n.3. vbi eruditè exponit quantùm Iudicum poteſtas à poteſtate regiâ differret: & ex Ioſepho tradit quo pacto ſtatus ille fuerit Monarchicus, & nihilominùs Ariſtarchic⁹ Nō adducar, vt aſſentiā Carthuſ. qui hîc docet, hos Iudices per modū directionis atque conſilij magis, quàm per modū iuriſdictionis atq; dominij præfuiſſe. Non enim dabāt mera conſilia, quibus populum dirigebant: ſed licèt ex proprio arbitrio non haberent ius vitæ & necis, re ipsâ ſecundum leges iudicabant; & ex legum præſcripto aut damnabant ad mortem, aut à morte abſoluebant, & res difficiliores ad Synedrium, ſeu Senatum referebant.

Quod Iudicum munus in Iſraëliticâ Republicâ?

Sigonius. Genebrar. Barrad. Azor. Serarius. Salianus. Carthuſ.

13. Facta eſt fames in terrâ.] Chaldæus paraphraſtes, *Fuit fames fortis in terrâ Iſrael.* Ioſephus lib.5. Antiq.c.11. *Fames valida eam regionem inuaſit.* Fuit autē hæc fames valdè grauis & acerba, quandoquidèm hominē excuſſit è Bethlem: porrò (vt notauit Hieron. in Abdiā) huius vrbeculæ duplex nomē, annonæ copiā & abundantiam ſonat: appellatur enim *Bethlehem*, id eſt, domus panis; & *Ephrata*, id eſt, vber, ferax, frugifera. Ergò ſæuâ annonæ penuriâ laborabat Palæſtina, ſiquidèm Elimelech è primâ vrbis nobilitate, qui cōmuniter diues & opulentus cenſetur, ſaltem cum diuitibus & opulētis ſanguine iunctiſſimus; in domo panis, & regione vbere, aliò cū totâ familiâ migrare cōpulſus eſt. Neq; enim niſi præualida fames Elimelechū è charo patriæ ſolo, in Moabitidē, Iudęis regionem infenſiſſimā expuliſſet. Cùm autē dicitur, *Facta eſt fames in terra*, ſubintelligendū eſt, *in terrâ Iſraël.* Neq; enim fames illa fuit vniuerſalis; quandoquidèm Elimelech confugit ad Moabitarum vicinā regionem, Iudææ confinem, & ſterilitate infamē: non enim demigraſſet, nec ibi diu conſtitiſſet ſi Moab ſimili annonæ penuriâ afflictaretur. Rabbinorum nugas de hâc fame, meritò hîc Sanctius irridet potiùs, quàm refutat: multa ſunt ſic digna reuinci, ne grauitate adorentur.

Chaldæus. Ioſephus. S. Hieron.

Valida fuit fames, quæ Bethlehem, id eſt, domū panis vexauit.

Sanctius

14. Non conuenit inter expoſitores quandiu durauerit hæc Iudææ fames. Abulenſ. hîc q.10. toto illo decennio famē duraſſe putat. Nam poſt exactū decenniū Noëmi cogitauit de reditu ad patriam: *Audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populū ſuū, & dediſſet ei eſcas*, infrà v.6. Nēpè ſicut cauſſa migrandi in Moabitidem fuit fames, eâ ceſſante redire decernit. Serarius q.8. Bonfrer. annorū numerū auget. Neq; enim veroſimile cenſent, quòd Elimelech vir diues & potens patriā deſeruiſſet vbi primùm cœpit fames, ſed diu pòſt, quādò ſcilicet annona nullâ ex parte ſuppeteret: vndè vltra decenniū famem perduraſſe opinantur. Fatemur autem quòd Elimelech vir ſaltē non inops, minimè è patrio ſolo migrauerit, vbi primò fames ingruit, ſed poſteà: at (vt apprimè Salianus & Sanctius adnotarūt) non conſtat ſolā redeundi cauſſam extitiſſe, quòd Noëmi audiſſet famem iam ceſſaſſe. Potuit enim iam antè id audiuiſſe, & tamen adhuc detineri, quia grauatè ferrent filij ab vxoribus diuelli: aut tunc vxores à parentibus, à patriâ, & à religione auitâ extrahi: præſertim cùm Moabitica gens non ſatis cum Iſraëlitis conueniret. Ergò filiis vitâ functis, cùm nihil iā ſupereſſet, quod Noëmi apud Moabitas detineret, & fames iam ceſſauerat, tūc de reditu obnixiùs cogitat. Et ſanè (vt ſcitè arguit Salianus) mirū fuiſſet, quòd tantā longinquę famis diuturnitatem liber Iudicum non adnotauerit, cùm alia Dei flagella tam ſtudioſè adnotentur. Quin nulla tā diuturna fames in totâ Scripturâ Sacrâ, ac ne in profanâ quidèm fortaſsè reperietur. Quâ ſuper re eruditè inibi Salianus, qui conſuli poteſt tom.2. ann. m. 2801. n.30. &c.

Abulenſ. Serarius. Bonfrer.

Fames hæc vltra decennium durauit.

Salianus. Sanctius. Salianus.

15. Cùm Serarius hîc q.5. & Bonfr. ſerio affirmant, hanc famem fuiſſe ſupernaturalē, laxiùs accipiunt τὸ *ſupernaturalem*, pro plagâ à Deo immiſsâ ad puniēda Hebræorū peccata, maximè Idololatriā, quæ tempore Iudicum licentiùs vigebat. Sed non indè euincitur fuiſſe ſtrictè *ſupernaturalem* (vt in ſcholis accipitur:) ſæpè enim Dei prouidētia per cauſſas naturales prouenientē famem, ægritudinem, peſtē, &c. ordinat ad puniēda delicta aut totius prouinciæ, aut vnius vrbis, ſiue pluriū hominū, ſiue vnius dūtaxat, citra miraculū, naturalémve cauſſarū exigentiā: alioqui omnia iſtiuſmodi flagella, quibus Deus vniuerſatim aut particulariter humana ſcelera caſtigat, patientiā exercet, & erudit; ſupernaturalitatis vocabulo nominarentur, quod in ſtrictâ acceptione non admittimus.

Serarius. Bonfrer.

Hæc fames non fuit ſtrictè ſupernaturalis.

16. Abiitq; homo de Bethlehē Iuda; vt peregrinaretur in regione Moabitide, &c.] LXX. Interpretes: *Et iuit vir de Bethlehē Iuda ad incolēdū in agro Moab.* Eſt Hebraiſmus, quo *ager* pro *regione* accipitur, vt inibi notat Vatablus. Biblia Complutenſia, & Regia *agrūm* etiā habent. Chaldaica paraphraſis: *Et exiit vir magnus de Bethlehem Iehudah ad hoſpitandū in agro Moab.* Reliquæ tranſlationes nil offerunt notatu dignum. Dicit in *Bethlehem Iuda*, quia in Terrâ promiſſionis duæ erant ciuitates eiuſdem nominis, forſan ab agrorum feracitate ſic nominatæ. Altera in tribu Iuda, quæ etiam dicitur

LXX. interp. Vatablus. Bibl. Compl. Bibl. Reg. Chaldæus.

Regio Moab prope terram promiſſionis ſita eſt.

Ioſue 19.

citur Ephrata: in tribu Zabulon altera, Ioſue 19. v. 5. Non longè ab Iſraëlitis aberant Moabitæ, vt potè Rubenitis trans Iordanem vicini. Neque in Moabitidem contendit Elimelech cum ſuis animo figendi ibi domicilium, ſed ad ſuos poſt famem redeundi, quod euincit verbum *peregrinari*, & *hoſpitari*, quo vulgatus, & Chaldæus vtuntur. Quare autem qui regioni illi nomen dedit, nominetur Moab, notiſſimum eſt. Sanè filia maior Lot, ex cuius furtiuo cum ebrio patre concubitu natus fuit, nomini occaſionem dedit: Moab enim ſonat, ſuſceptus à patre. Quâ de re Interpretes ad Geneſeos cap. 19. v. 37. & alibi paſſim.

Geneſ. 19.

Verſ. 2. Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi & duo filij alter Mahalon, & alter Chelion, Ephratæi de Bethlehem Iuda. Ingreſsiq; regionem Moabitidem, morabantur ibi.

Chaldæus. Græcus. Ioſephus. Zonaras. Theodoret. Bonfrerius. Bibl. Compl. Serarius. *Quid ſignificet nomen Elimelech.* Salianus.

17. Ceteræ ex Hebræo aut Græco excriptiones, à Vulgato ferè nil diſcrepant, niſi quòd hæc poſtrema verba Chaldaica paraphraſis ſic vertit, & exponit: *Et venerunt vſque ad agrum Moab, & fuerunt ibi gratioſi.* Græcæ etiam excriptiones, *agrum* habent pro τῇ *regione*: ſed perindè eſt, vt nuper adnotabamus. Hic *Elimelech* apud Ioſephum lib. 5. cap. 11. Zonaram & Theodoretum, quos allegat Bonfrerius, mendoſè nominatur *Abimelech*. Idem mendum Bibliis Complutenſibus ex eodem Ioſepho irrepſiſſe, cenſet Serarius hîc quæſt. 1. Sed in hoc loco, & Græcè & Latinè *Elimelech* habent. Quod nomen Hebræis ſonat (teſte eodem Serario ibi) *Deus rex*, vel *Dei rex*, vel *Dei mei rex*. Et ſi τὸ *el* pro *forti* interpretari libet, erit, *fortis rex*, vel *fortis mei rex* Addit Salianus ann. m. 2801. in Schol. n. 3, *Dei conſilium* Et Elimelech myſticè expoſitus, idem eſt, ac *anima ad animam*, ſeu *ſpiritus ad ſpiritum*. Porrò Noëmi eſt, *anima*, aut *ſpiritus*.

Rabbini. *Elimelech à Rabbinis putatur filius Nahaſſonis, & Salmonis frater.* Chaldæus. Abulenſis.

18. Rabbini Ioſue, R. Salomon, & auctor libri Seder holan putant hunc Elimelechum fuiſſe Salmonis fratrem, atque adeò Nahaſſonis filium. Verùm ſuprà n. 4. & 5. &c. ex temporis diuturnitate aſtruere moliebamur, Boozum non potuiſſe cenſeri inter huius Salmonis filios; argumenta verò ibi facta multò validiora ſunt; ne frater tunc ſuperſtes foret. Addunt iidem Rabbini, quòd hic Elimelech fuit homo prædiues: vndè Chaldæus n. 16. allegatus, ait, *Erat vir magnus:* & R. Simeon inquit, ipſum & filios fuiſſe *Magnates*. Aſt tantæ magnitudinis, & opulentiæ nullum reperimus veſtigiũ præter cognationem cum Boozo, homine diuite. Opinor, ſi Elimelechi prædia tam multa ac opulenta forent, quæ *virum magnum*, ſeu *magnatem* decerent, minimè eius nurus, vt Noëmi vxorem aleret, etiam poſt decennium, ſpicilegio operam daret. Ad hæc fabulantur Rabbini apud Abulenſem q. 4. quòd hic Elimelechus fuit homo immiſericors, & ergà pauperes prædurus, adeò vt transfugeret in Moabitidem, ne à mendicis in tantâ fame ſtipem erogantibus moleſtiæ quid pateretur. Verùm maiorem peregrinationis Moabiticæ moleſtiam, moleſtiâ minori redimere potuiſſet, ſi domi maneret. Sanè nimis carò emit, non rogati. Nugæ.

1. Paralip. 4. S. Hierony. *Quod tempore Elimelechi Sol ſteterit.* Abulenſ. Rabanus. Lyranus. Gloſſa. Hugo. Dion. Carth. Feuardent. Barradius.

19. S. Hieronym. in tradit. Hebraicis, ad illa verba 1. Paralip. c. 4. v. 22. *Et qui ſtare fecit Solem, virique mendacij, & ſecurus & incedens: qui principes fuerunt in Moab, & qui reuerſi ſunt in Lahem*, ita ſcribit: *Tradunt Hebræi hunc fuiſſe Elimelech virum Noëmi, patrē Mahalon & Chelion, in cuius tempore Sol ſteterit propter præuaricatores legis, vt tanto miraculo viſo conuerterentur ad Dominum Deum ſuum. Quod quia facere contempſerunt, idcircò fames inualuit. Et ille qui in tribu Iuda prior videbatur, famis inopiâ cum vxore & filiis non ſolum patriâ pelleretur, ſed etiam in eâdem peregrinatione cum filiis moreretur. Viros autem mendacij eſſe Mahalon, & Chelion, qui hîc ſecurus & incedens appellatur, & de quibus dicitur, quòd principes fuerint in Moab, & quòd vxores Moabitidas duxerint.* Quòd autem ad preces huius *Elimelechi*, vt ſuos Bethlehemitas conuerteret, *Sol ſteterit*, vt ſtetit tempore Ioſue (ſecuti Hieronym. cuius verba præſcripſimus) docent Abulenſ. in locum illum ex Para. q. 18. vbi allegat Rabanum Maurum, Lyranus ibi, Gloſſâ, Hugo, Dionyſius, Feuardentius hîc, & noſter Barradius in cap. 1. Matthæi, lib. 5. cap. 8.

Abulenſ. Caietanus. Tirinus. Cornelius. Gordonus. Menochius. Serarius. Vatablus. Sanctius. Bonfrer. Salianus. *Tempore Elimelechi non ſtetit Sol.* *Vltima pars dictionis, pro totâ ponitur Hebræorum ritu.* 1. Paralip. 2. Ierem. 22. Geneſ. 14. Auctor in Iudith. c. 4. Ioan. Euſeb.

20. Verùm enimverò huiuſmodi ſolis ſtationem ab hoc Elimelecho factam, fuiſſe Iudæorũ commentum cenſent Abulenſis hîc q. 4. (ipſe videtur an ſibi pugnet) Caietanus in eum locum Paralip. ibi Tirinus, Cornelius, Gordonus, Menochius, Serarius hîc q. 1. & in c. 10. Ioſue q. 25. Vatablus, Sanctius, Bonfrerius hîc & Salianus tom. 2. ann. m. 2801. n. 28. & in Scholiis ad eundem annum, n. 2. & 3. Dicendum ergò videtur hunc locum Paralip. de Elimelecho non poſſe congruè interpretari, 1. quia ibi agitur de poſteris Selæ filij Iuda, non de poſteris Phares, qualis erat Elimelech Boozi propinquus ac cognatus, qui iure cognationis tenebatur eius ſemen ſuſcitare, & auitam poſſeſſionem adminiſtrare 2. quia tantum miraculum de ſtatione Solis minimè omiſſum fuiſſet à ſacro Hiſtoriographo, qui librum Iudicum ſcripſit: præſertim cum patratum fuerit ad cohibendam Hebræorum idololatriam, cum alia multò minora recenſeat; & ſtationem Solis ſub Ioſue, tanto verborum apparatu deſcribat. 3. quia in Bibliis correctis non habetur, *Quæ reuerſa ſunt in Lehem*, quòd poſſet intelligi de Noëmi ac Ruth; ſed potiùs habetur, *Qui reuerſi ſunt in Lehem*, id eſt, Bethlehem: at Elimelech & filij non ſunt reuerſi in Bethlehem, ſed in Moabitide mortui, ac ſepulti. Neque Elimelech, & eius filij, *Principes fuerũt in Moab*, ſed transfugæ, peregrini, exules. Quod autem *Lehem* idem ſit ac Bethlehem, liquidò conſtat ex Hebraico idiomate: Hebræi enim non rarò partem alterá nominum propriorum abiiciunt. Sic 1. Paralip. 2. v. 9. *Ram* ponitur pro *Aram* & c. 20. v. 5. Adeodatus vocatur *Bethlehemites*. Hebraicè *Lehemites* & Ierem. 22. v. 24. *Iechonias* rex, in Hebræo vocatur, *Chonias*. Geneſis 14. v. 18. *Salem*, pro *Ieruſalem*. Et paſſim *Iemini*, pro *Beniamin*. Alia exempla adduximus in Iudith c. 4. §. 4 n. 9. vbi idem Pontifex, qui ibi appellatur *Heliachim*, infrà *Ioachim* nominatur. Ergò ſicut *Bethlehemites* nuncupatur *Lehemites*; ſic *Bethlehem* dicitur *Lahem*. Hæc nota ſunt apud Biblicè peritos. Conſule noſtrum Ioan. Euſebium l. 7. de Orig. Sacræ Script. c. 20. qui copioſè ac eruditè hâc ſuper re.

21. 4. Elimelech non ſignificat, *Qui ſtare fecit Solem*, ſed *Deus rex*, vel *Dei mei rex*, aut *fortis rex*, aut *Dei conſilium*, vt ex Serario, &

Saliano

Digitized by Google

Saliano adnotauimus ſuprà n. 17. Nec *Mahalon* ſignificat *Securum*, ſed *infirmum* & *ægrum*, & *qui chorum agit*, *fiſtulamúe inflat*. Chelion verò non ſignificat *Incedentem*, ſed *conſummatū & perfectum*, aut eum, *qui totus columbinus eſt*, vt ex Serario hîc q. 3. refert Salianus ann. m. 2801. in Scholiis n. 3. Itaque *Qui ſtare fecit*, ſupple *Solem*, ſignificatio eſt nominis proprij *Iochim*. Sic *viri mandacij*, pro *viris* oppidi *Cozeba*. Similiter *Securus* & *Incedens*, pro *Ioas* & *Seraph*. Sanè infrequens non eſt in Scripturis, vt pro nomine proprio illius adhibeatur explicatio, Conſule eâ de re Sanctium in Cant. 5. v. 3. & in cap. 8. v. 11. & Salazar in Prouerb. cap. 30. v. 1. vbi alia plura adſimilia loca afferunt, & expendūt. Quod fecit etiam eruditè noſter Ioan. Euſebius lib. 7. de Orig. ſacræ Script. cap. 22. Denique LXX. Interpretes pro τὸ *Qui ſtare fecit ſolem*. &c. nomina propria poſuerunt: *Et Ioacim*, *& viri Chozeba*, *& Ioas*, *& Saraph*, adſimiliter Biblia Complutenſia, & Regia: & ex Hebræo Pagninus, & Vatablus.

Elimelech non ſignificat, Qui ſtare fecit ſolem. Serarius. Salianus. Sanctius. Ioan. Euſebius. Salazar. *Tranſlationes variæ.*

22. Quod attinet ad Hieronymū pro oppoſitâ ſententiâ allegatū, reſpōdet hîc Bonfrer. quòd Opus de Tradit. Hebraïcis non eſt S. Hieron ſaltē Serarius ambigit. Verùm nil magis Hieronymi ſtilum, & modum agendi redolet: & ipſe Hieron. in lib. de locis Hebraicis hoc Opus tanquā ſuum ſæpè allegat: Propterea Salian. ann. m. 2801. in Scholijs n. 2. hâc de re agēs, ita ſcribit: Illud tantùm dicam deſideraſſe me non ſemel, vt tantus vir (S. Hieronymus inquam non ſolum recitare aliena, ſed etiam examinare voluiſſet: multa vtiq; acerrimi vir iudicij tamquam ſomnia & deliramenta reieciſſet, quæ aliquibus hoc ipſo merentur fidem, quòd à B. Hieronymo ſine reprehenſione recitātur. Hactenùs ille. Verùm ipſi ſibi impońūt, qui traditionibus Hebraicis te indiſcuſsâ credunt, licet à S. Hieronymo ſcribantur: ipſe enim nil de ſuo affirmat, ſed nudè refert, quod ſui temporis Rabbini dictitabant, aut ab aliis antiquioribus acceperāt. quid ergò refert, quod Hieronymus referat aliqua aliorum mendacia, quæ etiam Scriptura ſacra aliquandò refert, nempè mēdacium Amalecitæ ad Dauid. &c. Sibi imputet, qui Amalecitæ credit: ſimilem ad modum qui traditionibus Hebræorum fidem adhibet. non Hieronymo, ſed ſibi impoſturam imputet.

Bonfrer. Serarius. *Traditiones Hebraicæ fidem non merentur.* Salianus.

23. Et vxor eius Noëmi.] Hoc nomen per varios interpretes in varias linguas tranſlatū, tantillùm de more mutatur. Noëmi autē teſte Serario hîc q. 2. ſignificat *pulchrā, ſuauē, amœnam*, vel, vt vult Ioſephus, *felicitatē, fortunámque bonā*. Et ſuprà n. 17. notauimus. quòd myſtice ſignificat *animā ſeu ſpiritum*. Tradunt Hebræi in Talmud, Noëmi fuiſſe neptē Naaſſon, filiam cuiuſdā fratris Salmonis, qui ex Rahab genuit Boozū; atq; adeò fuiſſe Boozi ſororē patruellam. Hoc commentum de Hebræorum cerebro confictum eſt; nam præter nimiàm ſenectutem, quam nuper in Boozo reiecimus; nullam rationem Rabbini afferunt, quā ſuam opinionem fundent. Sanè cap. 3. v. 2. de Boozo dixit Noëmi: *Propinquus noſter eſt*; ex quibus verbis huiuſmodi nuncupatim cognatio perperàm inducitur. Imò cùm mariti ſui Elimelechi propinquus fuerit Boozus, de eâ propinquitate præſcripta verba intelligi poſsūt: nam vxor nuptiali iure in viri familiàm tranſit. Male ergò verba cognationem vniuerſatim ſignificantia, abſque aliquo ſpeciali fundamento ad ſpecialem cognationem arctantur. Putat hîc Sanctius,

Serarius. *Quid Noëmi ſignificet.* Ioſephus. Rabbini. *Cuius nam filia fuerit Noëmi.* Roth 3. Sanctius.

quòd hæc femina, cùm aliud à parētibus nomen habuiſſet, à vulgo propter eximiam venuſtatem, *Noëmi* appellatam. Idem cenſet de Thamar Dauidis filiâ, de Suſānâ, & Eſthere. Mera ſanè ſuſpicio, & quā nulla rationabilis cōiectura fūdat. Et cur idem non dicat de *Noemâ* Lamech filiâ, Genes 5. v. 22. eadem enim vox eſt, & eādem habet ſignificantiam. Idem etiam eâdem fide dici poſſet de *Thamar* Iudæ nuru, & inceſtu notiſſimâ, Geneſ. 38. v. 6. & de aliâ *Suſannâ*, Lucæ 8. v. 3. Gratulor Eſtheri, quòd nulla alia femina in Scripturis, aut *Eſther*, aut *Ediſſa* fuerit nominata. Ceterùm ſi quoties propria nomina, quæ in Bibliis reperimus, rebus ipſis apprimè quadrant, illa aut vulgo, aut noui nominis factori adſcribenda forent; multiforme nominum ſacramentum paſſim inueniſſe licebit. *Aegyptus* Hebraicè nominatur Miſraim; & tamen *Aegyptus anguſtias* ſeu *tribulationes* ſignificat: an quia filij Iſraël inibi tot anguſtias ac tribulationes poſteà ſubierunt? *Agar* Ægyptia, Saræ primùm ancilla, poſteà Abrahæ concubina, *Peregrina* interpretatur: an ſic nominata eſt, quia aligena? an quia in ſolitudine Berſabee errabat peregrina? Et quo priùs nomine *Agar* appellabatur? Adhęc *Chaldæa*, Hebraicè Chaſdim, id eſt, *Quaſi Dæmones*: an hoc nomen ſortitur, quia poſteà rex Chaldæi Iudæam gentē cum Ieroſolymâ, ac templo deuaſtarūt; Dein *Dauid*, id eſt, dilectus *Daniel*, id eſt, *Iudicium Dei*: an hæc nomina à parentibus in circumciſione; an poſtmodùm ab euentu acceperūt? Denique (vt n. 24. adnotabitur) Mahalon, idem eſt ac Infirmus; & Chelion, defectus; ambo enim in Moabitide infirmati ſunt, & defecerūt. Vndè tam pręmatura parētibus ſapiētia, vt hæc nomina filiis aptarent? Si poſteà ab euentu nomen ſortiti ſunt, quo igitur nomine priùs appellabātur? Opinor filios ſimilē nominis fortunā cum Noëmi matre ſubiiſſe. (Nō negauerim plura in Bibliis nomina ſublimiori afflatu impoſita, vt Abel, Noë, Ioſue. &c. de quo aliàs) Pluſculū immorarer, ſi adſimilia nomina quibus Biblia exundāt, recenſerem: aut enim in primâ olim nominatione prophetia pręceſſit, aut tranſnominatio ſucceſſit.

An Noëmi à parentibus, an à vulgo ſic appellata fuit? Geneſ. 5. Geneſ. 38. Lucæ. 8.

Et duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion. &c.] Nuper adnotabamus, quòd nomen *Mahalon* Hebraicè ſignificat aut *infirmū* & *ægrum*, aut qui *chorum agitat*, vel *fiſtulam inflat*. *Chelion* verò, aut *conſummatum* & *perfectum*, aut eum, *qui totus columbinus eſt*. Ita Serarius hîc q. 3. Verùm Corn. mauult, vt idem ſit ac *Defectus*, aut *deficientia*; vterque enim ibi infirmatus eſt, ac defecit. Mirùm ſanè quod nomina antè in circūciſione à parētibus impoſita, ſic poſteà euentibus conuenire. [Ephratæus] dicitur Elimelechus, id eſt, de Ephratâ, quod erat alterum ex nominibus Bethlehē, vt habetur hîc, & Michææ 5. & Geneſ. 47. vndè Dauid filius viri Ephratæi dicitur 1. Reg. 17. v. 12. Aliàs Ephratæus eum ſignificat, qui eſt de tribu Ephraim, ſiue origine, ſiue habitatione. Sic accipitur Iudicū 12. v. 5. & 1. Reg. 1. v. 1. & 3. Reg. 11. v. 26 [De Bethlehē Iuda.] Erat enim altera Bethlehē in tribu Zabulō, iuxta nuper dicta n. 16. 24

Serarius. Cornelius. *Ephratæus hîc ſignificat Bethlehemitem; alibi Ephraïtam.* Michææ 5. Geneſ. 47. 1. Reg. 17. Iudicum. 12. 1. Regum 1. 3. Reg. 11.

Ingreſsíq; regionem Moabitidem morabātur ibi.] conſtat ex ſuprà dictis n. 16. Elimelechū cum totâ familiâ, vt famē leuarent, in Moabitidē perrexiſſe; alioqui in patriā reuerſuri. Exindè quærit hîc Abulēſis q. 6. licuerit Iſraëlitis ne ad tēpus vel in perpetuū in alienâ regione, maximè Idololatrâ morari? Negat in perpetuū & ani- 25

Abulenſis.

Digitized by Google

Hebræorum traditiones, etſi à S Hieronymo ſcripta quam ſidem habeāt.

mo ſigēdi inibi domiciliū;& propter Idololatriæ periculū,& ob legis ac ceremoniarū obliuionem: tum etiā quia ter in anno, maximè in feſto Paſchæ ſinguli maſculi tenebantur ad templū aſcendere; quod præceptū extra patriam, ob loci longinquitatē, vix, aut ne vix quidèm implere poterant, de quo agit q.7. Verū noſter Bonfrer. hic meritò cēſet id Hebræis liquiſſe. Neq; enim lex, quæ vetabat cōmercium cū Chananæis, rectè ad alias Gentes extendebatur: militabat enim ratio peculiaris (vt hîc notat Abulenſ.q.12. nā Chananæos, qui in medio terræ promiſſionis habitabant, Deus exterminādos voluit. Aliàs verò negotiationē, commerciū omne, & conuerſationē Iudæi cū Idololatris paſſim miſcebāt;& toto orbe inter illos habitabāt poſt trāſmigrationē Babylonis, quin alicubi reprehenderentur. In exteris autē regionibus ſuas Iudæi habebant Synagogas, ne legis obliuio irreperet. De impoſſibili tūc itu ad tēplū ter in anno, minor difficultas eſt: nam minori etiam ex cauſsâ excuſabantur. Conſule expoſitores ad Num.9. verſ. 13. ad quem locum hæc difficultas ſpectat. Quâ ſuper re hîc agit eruditè Bonfrerius.

Bonfrer. Abulenſ.

Verſ. 3. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noëmi: remanſitque ipſa cum filiis.

26. Reliquæ tranſlationes exiguo tantùm verborū diſcrimine à vulgato differunt. Paraphraſt. Chaldæus, *Relicta eſt ipſa vidua, & duo eius filij pupilli.* Ex quo refellitur Ioſephus, qui lib.5. Antiq.c.11. putat Elimelechi mortē accidiſſe peregrinationis decēnio exacto. Verùm narrationis ſeries exigere videtur, vt non diu poſt aditā Moabitidem regionē Elimelech fatis conceſſerit. Hic eſt valdè communis Chronologorū,& Interpretum conſenſus. Saltē Elimelechus ante filios obiit: eo enim mortuo, relicta eſt Noëmi *vidua, & filij eius pupilli.* Non putauerim hinc filiorū ætatem colligi: nā etſi pupillus & pupilla à *puppus & puppa* dicatur,& ſæpè accipiatur pro eo, qui quatuordecim annos nondū expleuit: nō rarò etiā accipitur pro eo, qui viginti quinque annos nondùm attigit.

Chaldæus. Ioſephus. *Non diu poſt aditā Moabitidem Elimelech moritur.*

Verſ. 4. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera verò Ruth.

27. Exſcriptiones reliquæ tantiſpet vocabula euariāt, reipsâ Vulgato protsùs conſentiunt. Benè hîc q.6. notat Serar. quòd licèt ex hoc v. 4. adiuncto etiā 2.& 5. dignoſci non poſſit, quiſnā horū fratrum, cui harū mulierum connubio iunctus ſit, nā fraternorum nominum ordo varius eſt; tamen infrà c.4.v.10. ſic Boozus loquitur: *Ruth Moabitidē vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſi.* Maior difficultas eſt, an hi viri Iudæi abſq; peccato vxores duxerint Moabitides. Feuardent. Sanct. Bonfrer, & Salianus planè peccaſſe affirmant. Id concedi poſſe cenſet Abulenſ.q.14. Sed opinor, nihil ad id opinandū cogit:& alioqui dexterâ in partē ſtrenua ſuſpicio eſt. Itaq; eſto, Ruth & Orpha fuerint idololatræ, nec ad veri Dei religionē conuerſæ; tunc iſtiuſmodi connubio obſtabat lex diuina Deut.7.v.3.& eo nomine accuſātur Hebræi 1.lib.Eſdr.c 9.& lib.2.c.13. Sed lex illa reſtringi conſueuit ad eos ethnicos, qui in terrâ Chanaan habitabant, vt refert Bellarm.lib.1. de Matr. c.2. Quod adprobauimus in Eſther §. 56. n. 5. Dein ad Iudæos illos, qui in terrâ promiſſionis habitabāt, quod notat Caietanus in Eſtheris c.2. Cauſſa autē quæ in Deuteronomio ei legi ſubſcribitur, & 3.Reg.11. repetitur, omnes Iſraëlitas vbicumque locorū fuerint, vrgere videtur. Ea verò cauſſa eſt, diſceſſionis periculum à verâ Dei religione: quod vel Salomō magno ſuo malo expertus eſt. Rectè tamen notat Serarius in Eſther c.2.part.1. particulâ 6. q.2. quòd ſi moralem quandā adhibeamus libram ex quorundā aliorum, verbi gratiâ, Iacob & ſimiliū conſtantiâ, ex perſonarum etiam quæ matrimoniū ineunt virtute, temporum, rerumq; occaſionibus, poſſe aliquādò hoc abeſſe periculū. Sic Eſther potuit ethnico Aſſuero nubere, Eſtheris 2.v.16. Quâ de re latè inibi §.56.n.5. Et Tobiæ 3.v.8. in Rages ciuitate Medorū, Sara Raguelis filia, probitate laudatiſſima, à pio ac religioſo patre locatur ſeptē ſucceſſiuè viris, & veroſimile eſt in illâ vrbe vbi Iſraëlitæ diſperſi exulabant, non repetiri tot viros Hebrææ gentis, qui Saram potuiſſent ducere; ſed vnū vel alterum, aut plures, eſſe è Medicâ regione, & indè idololatras: quod Raguel vir pius non feciſſet, niſi licitè id facere potuiſſet, neceſſitatis priuilegio, vt in Tobiæ Commentariis adnotabamus §.124. num.3.

Serarius. Ruth. 4. Feuardent. Sanctius Bonfrer. Abulenſ. Deuter.7. 1.lib. Eſd. 2.lib. Eſd. Bellarmin. Auctor in Eſther Cōment. Caietan. 3.Reg.11.

Hebræorum lex de connubio non miſcendo cū Ethnicis. Serarius. Eſther 2. Auctor in Eſther. Tobiæ 3. Auctor in Tobiam.

Profectò neceſſitas eos excuſare potuit. Mahalon & Chelion iuuenes erant, ætatis feruor extimulabat ad nuptias; ibi nullæ aderant Hebrææ feminæ;& fames adhuc ſæuiens in patriū ſolum intercludebat reditum; cœlibatus in Moabitide erat inſolens, in Iudæâ aut perrarus, aut nullus: neceſſitas ergò nuptias perſuaſit. Reſpōdet Bonfrer. potuiſſe expectare in patriam reditum deſæuiente poſt famē: aut cum aliis Hebræis feminis illo forſan cōfugientibus, vt eiuſdē famis malum declinarent: aut cum finitimis Rubenitis ſociare connubia. Verùm expectatio patriæ abundantiæ, aut prolixum tunc tempus, aut nullū ſpondebat. Simile aufugiū Hebræar. mulierum, ambiguum eſt,& fortè etiam nullū: connubium cum Rubenitis feminis impediū etiam erat de vrbium diſtantia non modicâ, de mulierum renutu, nolentium contrahere cum viris peregrinis ac de paupertatis, nec in Moabitidem domiciliū transferre, ſed inter cognatos & contribules habitare. Ergò exprompttum iuuenibus fuit cum Moabitis miſcere connubia, cum Iſraëlitis feminis impeditum nimis. Et ſanè in Bibliis tantùm audimus Dei querelas de connubio cum ethnicis celebrato, cùm Iſraëlitæ Palæſtinam habitabant; ſecùs quandò exilij, aut commerciorum cauſsâ alias regiones habitarent: & tamen veroſimile eſt, id ſæpiùs factitatum, quod nuper num.27. adnotabamus. Hanc ſententiam tenet Rupertus lib 1. in Matthæum, Abulenſis hîc quæſt. 14. Serarius quæſt. 11. Cornelius, Tirinus, Gordonus, & in eam inclinat Menochius. 28.

Bonfrer. *Neceſſitas hæc connubia potuit à peccato excuſare.* Rupertus Abulenſis Serarius Cornelius Tirinus Gordonus Menochius.

Dubium non eſt licere Iſraëlitis, feminas alienigenas ducere, dummodò priùs patriā ſuperſtitionē abiurauerint, vt conſtat ex Deuteronomij 21.v.12. quod fecit Dauid lib. 2.Reg. 3. & Salomon 3.Reg.3. Ruthā verò & Orpham auitâ religione abiuratâ Iſraëlitis iuuenibus nupſiſſe, canit Prudentius in Hamartigeniâ,& hîc videtur affirmare Gordonus. Contrarium obnixiùs tuentur Serarius q. 11. & Abulenſis q. 13. qui ſic arguit: Quandò Noëmi infrà v.15. hortabatur Rutham, vt rediret in Moabitidem, ait: Ecce reuerſa eſt cognata tua (Orpha inquam) ad populum ſuum,& ad Deos ſuos: ergò adhuc Orpha manebat in cultu Deorum, ſeu Idolorum; quod ſi tunc manebat Orpha (idem iudicium eſt de Ruthâ) in Idolorum cultu; ergò tempore coniugij manſiſſe credendum eſt. Deindè Noëmi hortatur vtrāque nurum, vt 29.

Deuter. 21. 2.Reg.3. 3.Reg.3. Prudentius Gordonus Serarius Abulenſ. *An Ruth & Orpha ante nuptias idololatriam abiurauerint?*

redeant

Digitized by Google

redeant in terram ſuam: quod ſi redirent, periculũ foret redeundi etiam ad patriam Idololatriam; præſertim cùm carerent inſtructore ad Iudaicam religionem obſeruandam. Ergò eiuſmodi hortamentis Noëmi grauiter deliquiſſet. Sanè mirifſimum eſt peccaſſe Noëmi nurus ſuas hortãdo ad reditum in patriam domũ; & non deliquiſſe cùm eas adhortaretur, vt redirent ad Deos ſuos, id eſt, ad Idolorum cultum. Vtrumque ex alterutro redarguitur: igitur ſi in nondùm conuerſis excuſas adhortationem ad patria Idola colenda; excuſa etiam in conuerſis adhortationem ne ſecum pergant in Iudæam, malignâ nuptiarum ſpe, & veroſimili extremæ paupertatis malo, quod ſtatim experta eſt Ruth. Verùm id perſpicaciùs clarabitur, cùm hæc Noëmi oratio ad nurus ſuas facta infrà enucleatiùs exponetur: præſertim illa verba v. 15. *En cognata tua reuerſa eſt ad populũ ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ.* Quâ de re infrà, n. 40. & 50. Non hîc affirmauerim ante nuptias abiuraſſe idololatriam iſtiuſmodi feminas Moabitides, quod incertum eſt; ſed idololatriam non abiuraſſe, non eſſe adeò perſpicuum, vt illi opinãtur. An autem ſit veroſimile, ex inibi dicendis conſtabit.

Ruth. 1. verſ. 15.

30. Denique Cornel. hîc, vt has nuptias honeſtet, addit, quòd Noëmi horum iuuenũ mater & pia quidém femina, videtur filios ad coniugium direxiſſe ex aliquo Dei inſtinctu, qui per Ruth deſtinabat naſci Dauidem, & ex eo Chriſtũ; & vocationẽ Gentiũ adumbrare, & præſtruere. Annuit Bonfr. in Cõmentario. & Serarius q. 12. Ecce tibi vtriuſque connubiũ abſque peccato celebratum.

Cornelius *Noëmi ex Dei inſtinctu has nuptias conciliauit.* Bonfrerius Serarius

31. Quarum vna vocabatur Orpha.] De Orphâ multis ſuo more Rabbini nugantur, quorum delitamenta copioſè referunt Commentatores, præſertim, Abulenſis, Sanctius, & Serarius hîc. Hanc Goliath gigantis, quem Dauid detriumphauit, fuiſſe matrẽ affirmant Thalmudici, Pſeudophilo de Antiq. Biblicis, Prudẽtius in Hamartigeniâ, Rupertus lib. 1. in lib. 1. Reg. cap. 2. Probãt, quia mater Goliath vocatur *Rapha*, vel *Harapha* 1. Reg 21. v. 19. & 22. & 1 Paralip. 20. v. 6. & 7. *Harpha* autẽ idẽ videtur ac *Orpha*. Verùm hoc manifeſtè falſum eſt: nam Orpha Hebraicè ſcribitur per ע *Ain*, Harapha verò per ה *He* ſcribitur, quod Abulenſem q. 15. fugit. 2. Harapha fuit Philiſtæa, Orpha verò Moabitis. 3. Harapha fuit ex Geth ciuitate Palæſtinæ, Orpha ex vrbe Petrâ. 4. Harapha fuit tẽpore Dauidis, Orpha verò vt potè Ruthæ ſinchronos, tẽpore Boozi, qui genuit Obedem, & Obed Iſaï, & Iſaï iam grãdæuus genuit Dauidẽ filiorum octauũ. 5. Harapha fuit vir & gigas vnus de progenitoribus gigantũ (vt tradit hîc Cornel. & Bonfr.) Orpha verò femina Chelionis vxor. Si nominis *Orpha* etymologiã ſpectes, idẽ eſt ac *ceruicoſa* vel *ore nudata*.

Abulenſis Sanctius Serarius Rabbini Thalmudici Pſeudophilo Prudentius Rupertus 1. Reg. 21. 1. Paral. 20.

Orpha non fuit mater Goliath.

Abulenſ. *Etymologia nominis Orpha.*

Cornelius Bonfrerius.

32. Sanè Arabiſſam ſeu Moabitidẽ fuiſſe Orpham ſacer Hiſtoricus hîc perſpicuè docet. Quod autẽ non fuerit è regali proſapiâ, oſtẽdemus n. 33. vbi agemus de Ruthæ genere. Et cùm dicetur Rutham fuiſſe Petræam, idem de Orphâ dicere veroſimile eſt. Refert hîc Feuardentius Rabbinos quoſdã, qui exiſtimarunt Orpham fuiſſe germanam Ruthæ ſororem: cuius aſſerti in ſacro textu nec veſtigiũ quidèm reperitur. Infrà v. 15. *cognata* vocatur Ruth ipſius Orphæ: appellaretur autem ſoror, ſi ſoror fuiſſet, vt ad ſororis ſequelã Noëmi eam viuaciùs alliceret. Profectò tunc Noëmi ſatis frigidè germanam ſororẽ appellaſſet *cognatam*. Quin & v. 8. vbi Vulgatus habet: *Ite in domũ matris veſtræ*, In Hebræo, & LXX. Interpretibus ſcribitur: *Ite, redite vnaquaque in domum matris ſuæ.* Quæ verba ſatis indicãt diuerſam ſaltẽ fuiſſe vtriuſque matrẽ. Itaque nec verbulũ eſt, quod cõſanguineas eſſe efficaciter probet: nã ad *cognationem* ſatis eſt eſſe fratrias, & duntaxat affines.

Feuardent. Rabbini.

Ruth. 1. verſ. 15. *Ruth fuit Orpha fratria, non conſanguinea.*

Cognata Hiſpanè Cuñada.

33. Altera verò Ruth.] Thalmudici, vt Dauidis genus nobilitent, fabulantur Rutham fuiſſe filiam Eglon regis Moab, quem occidit Aod Iudicum 3. Omitto huius fabulæ impugnationem à longinquâ temporũ diuerſitate inter Eglonem Aodi ſinchronũ, & Rutham ac Boozum quam latè perſequitur hîc Abulenſis totâ q. 16. ne Rabbini alium Eglonẽ è cerebro architectẽtur. Sanè ecquis in animũ inducat ſuum, quòd rex Moab filiam dediſſet ſuã exteris hominibus penè fame pereuntibus? Et quomodo tam incomitata è ſuo regno cum paupere ſocru abire permiſſa eſt? quomodo etiam vili ſpicilegio operam dedit Regis filia, vt paupertatem ſubleuaret? Hâc de re copioſè Serarius quæſt. 7. & reliqui Interpretes. Cæterùm Ruth fuit ex Moab, quæ eſt pars Arabiæ Petrææ, cuius metropolis ac regia vrbs *Petra* dicta eſt, eò quòd eſſet in rupe ſita Putat Bellonius lib. 2. cap. 53. & lib. 3. cap. 1. quòd hæc vrbs *Petra*, eadem ipſa eſt ac hodierna Turcarum *Mecha*, Fides auctorem appellet. Ex hâc vrbe *Petrâ* fuiſſe Rutham, cenſet hîc Abulenſis quæſt. 16. alios allegans, qui illud Iſaiæ 16. verſ. 1. *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ de petrâ deſerti, ad montem filiæ Sion*, de Ruthâ intelligit, quaſi ipſa fuerit Petra deſerti (cõtinens pro contento) ex quâ agnus Chriſtus per Dauidem venit. Ita etiam S. Hieronym. ad eum Iſaiæ locum. Vatablus, Montanus, Adamus, Lyra, Hugo Sanctius, Cornelius, Tirinus, & alij plures. Hæc autẽ difficultas impeditior eſt, quàm in tranſcurſu definiri poſſit. Deniq; ſi *Ruth* etymologiẽ ſpectes, docet hîc Cornelius, quòd Hebraicè idem eſt, ac *irrigua*, vel *ebria*, aut *viſio*, aut *prophetia*, aut *inſpiratio*. Cabaliſtæ aiunt *Ruth* per Anaſtrophen eſſe *Tur*, hoc eſt, *turtur*, quia ipſa vt turtur gemendo maritum ſuum luxit. Putat etiam Iſidorus lib. 7. Orig. c. 6 quòd Ruth idẽ eſt ac *Feſtinãs*. Notabamus ſuprà n. 32. quòd Ruth nõ fuit Orphæ ſoror, nec videtur fuiſſe eius conſanguinea; ſed tantùm affinis: quia fratriæ erant, quæ affinitas *cognationis* nomine ſignificatur.

Thalmudici Iudicum 3.

Abulenſ. *Ruth non fuit regis Eglon filia.*

Serarius

Bellonius Abulenſ. Iſaiæ 16. v. 1.

S. Hieron. Vatablus Montanus Adamus, Lyra Hugo Sanctius Cornelius Tirinus *Etymologia nominis Ruth.*

S. Iſidorus

34. Manſerúntque ibi decẽ annis.] In Hebræis ac Græcis trãſlationibus additur vocula *ferè*, aut *circiter*. Chaldæus Paraphraſtes: *Et ſederunt ibi vt tempus decem annorum.* Salianus ann. m. 2801. n. 23. in decem illis annis, & profectionẽ in Moab & reuerſionẽ in Bethlehẽ includit; quoniam etſi dictio *circiter* de modico exceſſu æquè, ac defectu accipi poſſit: quia tamen malorũ perpeſſionẽ dicendo augere ſolemus vulgò potiùs quàm minuere; ad hunc loquendi modum Scriptura ſeſe accõmodat. Super re tam modici temporis non decertabo cum amico litteratiſſimo. Præſertim cùm Bellonius apud Serariũ q. 8. tridui iter duntaxat ab vrbe *Petrâ* vſque ad Hierichuntẽ intercedere ſcribat. Scribãtque Pagninus & Vatablus, non *circiter*, ſed *fermè*; quod Saliano fauet.

Chaldæus Salianus

Bellonius Serarius Pagnin. Vatablus

Verſ. 5. Et ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet & Chelion: remanſítque mulier orbata duobus liberis ac marito.

Digitized by Google

35. Hebræus. Lxx Interp. Bibl. Cõpl. Bibl. Regia. Vatablus. Chaldæus. Sanctius.

Hebraicè non eſt vox illa, *orbata*; ſed, *Relicta eſt à duobus filiis eius, & à marito eius:* ſic etiam habent Lxx. Interpretes. Biblia Complutenſia, & Regia. Sed eſt Hebraiſmus, vt notauit Vatablus, & in Hebraicis translationibus benè ſuppletur, quod etiam Chaldæus Paraphraſtes ſecutus eſt. Addit Sanctius, quòd ſeries huius narrationis exigere videtur, Elimelechum non diu in Moabitide vixiſſe, hos duos eius filios ſub decennium diem ſuum obiiſſe. An verò præmaturâ morte, & improles deceſſerint hi iuuenes, in pœnam vetiti connubij, & diuturnæ commorationis in Moabitide, non pauci Interpretes ſeriò affirmant. Verùm eos à peccato excuſauimus ſuprà n. 27. & 24.

Verſ. 6. Et ſurrexit vt in patriam pergeret, cum vtraque nuru ſuâ de regione Moabitide.

36. Pagninus. Vatablus. Lxx. Interp.

Sanctes Pagninus ſic locum excribit: *Surrexitque ipſa & nurus eius, & reuerſa eſt ex regione Moab.* Vatablus ferè nil diſcrepat. Lxx. interpretes: *Et ſurrexit ipſa, & duæ nurus eius, & reuerterũt* ex *agro Moab.* Adſimiliter Biblia Regia, & Cõplutenſia, & Chaldæus. Benè eſt, ipſa Noëmi dicatur reuerſa ex regione Moabitide; nurus autem eius (præſertim Ruth) quomodò reuerti dicitur in terram, in quâ nunquam fuit? Verùm cùm ſocrus Noëmi propriè reuertitur, vtraque nurus, quæ cum illâ ire moliebantur, reuerti etiam dicuntur laxiori vocabulo. Idem modus loquendi Hebraicè & Græcè habetur infra verſ. 7. & 11. & 22. quem Vulgatus retinuit 1. Reg. 15. v. 26. Et Pſal. 9. v. 18. ſcribitur: *Conuertantur peccatores in infernum*, & tamen eò non redeunt, vndè venerunt: neque enim peccatores dum viuunt, vnquam in inferno fuerant. Scitè notant Serarius q. 17. & Sanctius hîc, quòd abeuntes amicos ad aliquam itineris partem comitari humanitatis ac vrbanitatis eſt. Geneſ. 18 v. 16. & cap. 31. v. 27. & Actor. 20. v. 38. & ad Roman. 15. v. 24. Orpha autem & Ruth in Bethlehem vſque ſocrum Noëmi proſequi & comitari voluerunt, vt patriâ relictâ ibi cum eâ commorarentur. Hoc amoris philtro nurus ſuas vinciuit Noëmi, morum ſuauitate, verborum comitate, actionum maturitate, ac matronali ſapientiâ. Non putauerim, quòd huic viduæ fuerit mens cum vtrâque nuru ſuâ vſque ad patriam ſuam pergere; quippe quæ vtrique diſſuaſerit profectionem. Sanè non recuſabat eas aliquo vſque habere comites viæ, totius autem peregrinationis, & deinde habitationis in Bethlehem, non item. Addit Salianus ann. mundi 2810. n. 3. quòd in Hebræo, & Chaldæo vnius tantum nurus ſit mentio. Ego autem non modo in Vulgatâ, ſed etiam in Græcâ, & Hebræa, & Chaldaicâ editione vtramque nurum lego.

Reuerti dicitur, qui non venerat. — *1 Regum 15. Pſal. 9.* — *Serarius. Sanctius.* — *Geneſ. 18. & 31. Actor. 20. ad Rom. 15.*

37. Pagninus. Vatablus. Bibl. Compl. Bibl. Regia. Chaldæus.

Audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.] Quæ verba ſic excribit Pagninus: *Audierat enim in regione Moab, quòd viſitaſſet Dominus populum ſuum dando eis panem.* Vatablus pro *eſcis* ſeu *pane, cibum* habet. Lxx. Interpretes *panes* excribunt, & Biblia complutenſia, & Regia. Chaldæus Paraphraſtes: *Quoniam euangelizata fuit in agro Moab, quòd recordatus eſt Dominus populi ſui domus Iſraël ad dandum illis panem.* Benè notat inibi Mariana, quòd Hebraicè *panis* ſumitur pro *cibo*, ſeu annonâ quod in Bibliis obuium eſt. Paraphraſis illa Chaldaica apud Sanctium, tradit, religioſam Noëmi ab Angelo didiciſſe abundare iam eſcis populum, diuturnâ fame hactenùs laborantem. Ceterùm non opinor denunciatore Angelo opus fuiſſe in tantâ regionum viciniâ: ſed Noëmi olim id audiiſſe, & præpeditam filiorum ad reuerſionem obſtaculis tandiu inibi commoratam (ſanè decennij famem ſuprà num. 14. refutauimus) Nunc autem Noëmi orbatã filiis, & dudùm marito viduatam, quid in Moabitide regione detineret? Profectò quam fames è patrio ſolo expulerat, abundantia ad regreſſum alliciebat. Verbum *Euangelizare*, quo Chaldæus Paraphraſtes vtitur, peridoneũ eſt ad exponendum optatæ poſt famem abundantiæ nuncium; in nuncijs enim fauſtis ac iucundis euangelizandi verbum vſurpari ſolitat apud profanos etiam auctores. Indè apud Chriſtianos *euangelium, euangeliſta, euangelizare*, in vſu Eccleſiaſtico ſunt & propriè iam Eccleſiaſtica cenſentur, licet ſignificantia ſit vniuerſalior, ſcilicet pro quouis læto nuncio, ſicut hîc accipitur. Verùm 1. Reg. 4. v. 17. qui captam à Philiſthæis arcam Domini, cæſum ac fugatum populum Iſraël, mortuos duos filios patri Heli annunciabat, Hebraicè dicitur *Euangeliſta*: quia etſi adſpectu ad Heli patrem erat triſte nuncium; erat tamen lætum ſacerdotes nequam periiſſe. & quidèm Arca Dei capta victores Philiſthæos deuicit, concidit, detriumphauit. Item 2. Reg. 1. v. 20. Dauid Saülis ac Ionathæ mortem lugens, ait: *Ne iſta euangelizetis in plateis Aſcalon:* Aſcalonitis enim lætum erat nuncium, etſi Hebræis infeliciſſimum. Ita Maldonatus noſter Præfatione in euangelia, cap. 1.

Mariana. Chaldæus. Sanctius. — *Verbum euangelizare tantùm congruit fauſtis ac lætis nunciis.* — *Chaldæus.* — *1. Reg. 4.* — *2. Reg. 1.* — *Maldonatus*

Verſ. 7. Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ &c.

Locus obuiæ intelligentiæ expeditus, cõmentatoris opera non egẽs. In reliquis Tranſlationibus aduerte, quod in verſ. præcedenti adnotabamus de verbo *reuertendi*, quod Noëmi propriè conuenit, & illius cauſſâ vtrique nurui Hebræâ phraſi adaptatur, quod ſuprâ n. 26. obſeruauimus.

Verſ. 8. Dixit ad eas: Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis & mecum.

Sanctes Pagninus ſic ex Hebræo textu locum tranſtulit: DixitqueNoëmi duabus nuribus ſuis: 38.
Ite, redite vnaquæque in domum matris ſuæ, faciat Dominus vobiſcum miſericordiam quemadmodum feciſtis cum mortuis, & mecum. Adſimiliter Vatablus, & Lxx. Interpretes, qui ſic habent: *Et dixit Noemi duabus nuribus ſuis: Ite nunc, reuertimini vnaquæque in domum matris ſuæ.* &c. Biblia Complutenſia, & Regia & Chaldæus fere non diſcrepant. Itaque ex tranſlationũ omnium conſenſu conſtat, vnamquamque nurum remitti in domum matris ſuæ; manifeſtè enim ſignificatur non vnam eſſe earum matrem; atque adeò ſorores non fuiſſe, quod ſuprâ n. 32. adnotabamus. Quod autẽ ait: *Ite, redite*, ex linguæ Hebrææ idiotiſmo eſt, qui etiam in Hiſpaniſmum irrepſit. nempè: *Andad, volueos à vueſtras caſas.* Vulgatus Hebræa verba non numerauit, ſed apprimè ſenſũ expreſſit.

Tranſlationes variæ. — *Vnaquæque è nuribus in domum propriam remittitur.*

IN

Digitized by Google

Serarius Mar. del Rio Bonfrerius Sanctius Cornelius Geneſ. 24.

39. In domum matris veſtræ.] Non ait, In domum patris veſtri, tametſi domus ſit patris. Scilicet vnamquamque remittit in eam paternæ domus partem, vbi mater ſeorſim cum puellis degebat, more Hebræorum, & Orientalium omnium; quibus virorum & feminarum vnâ in domo diſtinctæ habitationes erant, Ita Serarius in Eſtheris cap. 2. Martinus del Rio in Geneſeos cap. 24. v. 28. & inibi Cornelius; Sanctius hîc, Bonfrerius, & Menochius. Hîc Geneſis illo cap. 24. v. 28. dicitur, quòd Rebecca cucurrit, & *nunciauit in domum matris ſuæ omnia quæ audierat.* Scilicet innuitur gynæceum, ſeu mulierum habitaculum: cum enim Hebræi, & reliqui Orientales polygamiæ indulgerent, diſtinctas pro ſingulis vxoribus habitationes in eâdem domo deſtinabant, quo paci conſulerent, vt Thomas Anglicus, & Caietanus ad præſcriptum Geneſeos locum adnotarunt. *Cada muger viuia en diferente quarto de la caſa del marido.* Quâ ſuper re inibi pluribus dudùm agebamus.

Apud Hebræos diſtinctæ erant habitationes, pro ſingulis vxoribus.

Th. Anglic. Caietanus

40. Quærunt hîc Commentatores an deliquerit Noëmi dū nuribus ſuis reditū perſuadet ad idololatrā Moabitidem: ſcandalū enim ipſis iſtiuſmodi conſilio creare videtur. Et ſanè infrà v. 15. Orphæ exemplo Rutham allicit, vt *ad populum ſuum, & Deos ſuos* reuertatur, quod niſi impiè ſuadere non poſſe videtur, mulier veri Dei cultrix. Verùm communiter Interpretes bonam Noëmi meritò excuſant. Porrò videbat pia femina nuruum ſuarum cogitationes hactenus ad terrena tantùm bona referri ac eam terrenæ cognationis, & beneuolæ diu familiaritatis amore proſequi: idcircò Noëmi Orphæ ac Ruthæ reditum ſuadet ad ſuos Moabitas. Quaſi dicat: Nolo, meâ vnius cauſsâ, è ſolo patrio, è domibus, à parentibus, ab amicis & notis in alienam terram, ad alienos & ignotos, nec benè animatos erga Moabitas emigretis; & ſubire cogamini pauperiem, feras aut nullas nuptias, liberorum orbitatem, & alios caſus, qui peregrinis ac inopibus familiares eſſe ſolitant. Ergò ſuadet reditum, vt nurus apud ſuos commodiùs viuant, vtque ipſa earum curâ exoneretur; ac vt ipſas adhuc infideles non deducat ad populum Iſraëliticum; quod ſine ſcandalo fieri non poſſet. Quâ ſuper re iterùm redibit ſermo infrà ad præfatum verſ. 15. num. 51. vbi hic locus extricatur.

Excuſatur Noëmi dum nuribus reditum ſuadet.

41. Faciat vobiſcum dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum.] Itaque bona Noëmi dum vtramque nurum dimittere ſatagit, piè ac beneuolè precatur, vt illis Deus largè benefaciat, reddátque gratiam maritis ſuis exhibitam, nubendo hominibus peregrinis, illiſque officioſè conuiuendo: & iam mortuos deflendo, inhumando, honorando, atque deſiderando, adeò vt in eorum gratiam ſocrui ſemper adhæſerint, aut ex Serario hîc q. 19. notat Salianus. Addit Chaldæus: *Quod renuiſtis viros accipere poſt mortem eorum; & quòd aluiſtis, & ſuſtentaſtis me.* Quod indicat non ſtatim poſt filiorum obitum, de reditu in patriam Noëmi cogitaſſe.

Bona Noëmi felicitatem à Deo nuribus ſuis precatur.

Serarius Salianus Chaldæus

Verſ. 9. & 10. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis.

42. Reliquæ tranſlationes ferè à Vulgato non diſcrepant. Chaldæus verò ſic habet: *Dabit dominus vobis mercedem perfectam ſuper miſericordiâ quam feciſtis mihi, & inuenite is requiem vnaquaque ad domum mariti ſui*, futuri inquam. Eſt hoc penè legitimum in digreſſu, à chariſſimis præſertim, illis felicia quæque precari. Ergò bona ſocrus, & nuruum peramans, illud potiſſimè illis optat, quod mulieribus in nubili ætate in votis eſſe ſolitat, nempè ſecundas nuptias, & quidem primis feliciores, quod *requiem* appellat. Tacitè his verbis nurus ſuas ad matrimonium alterū adhortatur, in quo eis requiem, pacem, ac omnem felicitatem precatur, quæ perſæpè in coniugiis rara eſſe ſolet, quippè quæ multis, magniſque moleſtiis & angoribus frequenter intermixta ſunt. Itaque nuptiarum *requiem* ſibi negatam Noëmi nuribus ſuis exoptat: tunc enim ipſa patriæ exul, oblata eſt marito & filiis, cùm eorum ſubſidio maximè indigebat. Et ſanè (vt benè notat Salianus ann. mundi 2810. n. 5.) opportunè felicitatem apprecatur ſecundis nuptiis: quia in ſcripturâ ſacrâ ſæpiùs primas nuptias commendatas reperiàs, quàm ſecundas, Ieremiæ cap. 2. v. 2. & cap. 3. v. 4. Prouerb. 2. v. 16. & 17. Malachiæ 2. v. 14. & 15. Conſule indidem Commentatores.

Chaldæus

Nuptiarum requiem nuribus ſuis Noëmi apprecatur.

Salianus

Ieremiæ. 2. Prouerb. 2. Malach. 2.

Et oſculata eſt eas.] In ſignum amicæ cognationis, & beneuolæ dimiſſionis. Hinc illa Labani de genero Iacobo querela, Geneſeos 31. v. 28. *Non es paſſus vt oſcularer filios meos, & filias.* Et poſtmodùm abiturus, *Oſculatus eſt filios, & filias ſuas, & benedixit illis.* [Quæ eleuatâ voce flere cœperunt.] Vbi Orpha & Ruth ſe à ſocru chariſſimâ dimitti vident, & vltimum vale audiunt, confeſtim illacrymari incipiunt, expromptum feminis ſubſidium angoris; & amoris ſignum. [Et dicere: Tecum pergemus ad populum tuum.] Quæ verba innuere videntur, id nurus dixiſſe non ſolâ vrbanitatis cauſsâ, ſed animo illam proſequendi vſque in Bethlehem: alioqui ſuperuacanea foret prolixior Noëmi oratio, tot rationibus referta, quæ illas à ſuſcepto voto efficaciter auocaret. Quin & hoc cum nuribus colloquium, in ipſâ viâ habitum fuiſſe videtur, cùm aliquouſque ſocrum comitatæ fuiſſent. Dicitur enim ſuprà v. 6. *Et ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtráque nuru ſuâ..... Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ cum vtráque nuru: & iam in viâ reuertendi poſita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite, redite* (ſic habent Hebræa) *in domum matris veſtræ.* Sanè v. *redite*, id inſinuare videtur: tametſi non trahat inuitus in oppoſitum. 43.

Geneſ. 31. 28. & v. 55.

Nurui vſque in Bethlehem pergere auent cum ſocru.

Hîc v. 6. &c.

Verſ. 11. Quibus illa reſpondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis?

Reliquæ excriptiones nil offerunt notatione dignum. Et ſanè Noëmi in hoc verſ. & ſequentibus adludit ad ritum de ſuſcitando defuncti fratris ſemine, qui antequam Iudæis latâ lege ſanciretur Deuteronij 25. v. 5. etiam apud Gentiles viguit, vt liquidò conſtat ex Geneſeos 38. v. 11. & 14. in Thamare. Quâ in re magnum beneficium cenſebatur demortuo viro præſtari à viduâ vxore, & ab eiuſdem defuncti fratre vel propinquo: ſiquidèm demortui familia cum ipſo 44.

Lex vel conſuetudo de ſuſcitando fratribus ſemine, apud Gentes recepta fuit. Geneſ. 38.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM.

Digitized by Google

ipſo extincta, hoc modo legali æſtimatione ſuſcitari cenſebatur, ne cũ ipſo prorsùs interiret. Hâc Iudæorũ legem, & Gentium conſuetudinem hîc vrget Noëmi, vt reditum nuribus perſuadeat, aiens ſe præ ſenectute eſſe inidoneam è quâ filij expectari poſſint, qui ipſas ducant, & defunctis fratribus ſemen excitent.

45. Caietanus Serarius

Ex hoc loco Caietanus & Serarius cenſent ſuſcitationem hanc ſeminis defuncto fratri, vſitatam quoque eſſe in fratribus duntaxat vterinis: nam vidua Noëmi ex marito Elimelech defuncto filios ſuſcipere nequibat: ergò ſocrus ſuæ Noëmi filios ex alio marito genitos, expectabant Orpha & Ruth, quibus nuberent. quò defunctis maritis ſemen ſuſcitarent. Hi autem (quandoquidèm Elimelech defunctus erat) fratres eſſent duntaxat vterini. Veriùs, opinor, Abenezra, Bonfrerius, & Cornelius hîc id reſtringunt ad vterinos fratres, qui licèt patres habeant diuerſos, ſed ex eâdem tamen tribu & familiâ: tunc enim vxor, marito ſuo ſine filiis defuncto ſuſcitabat ſemen ex eius fratre, vel conſanguineo Quaſi dicat Noëmi nuribus ſuis: Ego iam ſenui, & ideò inidonea ſum proli generandæ. Sed licèt in nubili eſſem ætate, & rediens in Bethlehem ſtatim nuberem Boozio, aliive propinquo, qui Elimelechi defuncti ſemen ex me ſuſcitaret, vanis ſpebus lactamini; nam etſi hâc nocte conciperem ex eo prolem maſculam, anteà vos eritis vetulæ, quàm ipſis nubere poſſitis; quandoquidèm vt minimùm, quindecim aut ſexdecim annis vobis expectandum ſit. Ergò Noëmi ex hypotheſi impoſſibili, quantumuis res proſperè cedat, nuruum ſpes irritas eſſe demonſtrat. Id duntaxat ex hoc loco euincitur, quod locum non habet ſi fratres vterini haberent patres ex tribu aut familiâ extraneâ, nempè ſi Noëmi eſſet tunc in ætate nubili, & viro ex aliena tribu aut familiâ nupſiſſet; tunc enim vterini fratres Orpham aut Rutham ducere minimè tenerentur. Hâc ſuper re conſule Bonfrerium hîc, & in Deuteronomij cap. 25. v. 5.

Abenezra Bonfrerius Cornelius *Fratres vterini ex parentibus extraneis, non tenentur fratrum ſemen ſuſcitare.*

Bonfrerius

Verſ. 12. & 13 Reuertimini filiæ meæ, & abite: iã enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali: etiã ſi poſſẽ hâc nocte cõcipere, & parere filios, ſi eos expectare velitis, donec creſcãt, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulæ, quàm nubatis, &c.

46. Pagninus

Sanctes Pagninus ſic locum hunc ex Hebræo tranſtulit. *Reuertimini filiæ meæ, ite; ſenui enim vt non apta ſim viro: Si enim dicerem, eſt mihi ſpes, etiam ſi eſſem nocte hâc cum viro, & etiam parerem filios, numquid eos expectabitis, donec creſcant? numquid morabimini, vt non ſitis viro?* Hæc poſtrema verba, *Numquid morabimini, vt non ſitis viro?* Sic excribit Vatablus: *Num vos ſuperſtites manebitis propter eos* (quos ex vtero meo expectatis) *quò minùs nubatis viris?* L x x. Interpretes ſic vertunt Noëmi verba: *Reuertimini filiæ meæ, quoniam ſenui, vt non ſim viro. quia dixi, quia eſt mihi ſubſtantia* (Hoc eſt, etſi dixero, quòd eſt mihi poteſtas generandi) *vt ègo fiam viro, & pariam liberos; numquid ipſos expectabitis, donec adoleuerint? aut ipſis detinebimini, vt non ſitis viro?* Aduerte pro eo quod dixit Vulgatus: *Antè eritis vetulæ, quàm nubatis*, Hebraicè apud Pagninum excribi: *Numquid morabimini, vt non ſitis viro?* apud Vatablum, *Num vos manebitis quo minùs nubatis viris?* Græcè, *Detinebimini*, Chaldaicè, *Vos ſedentes triſtes.* &c. Itaque Vulgatus non numerauit Hebræa verba, ſed ſcitè expreſſit ſenſum. Nẽpè ait Noëmi: Etſi nunc eſſem puella, quandoquidèm tandiu à vobis expectandi ſint filij, quos vobis pariam in maritos, cùm tandèm nubendum vobis erit, iam eritis vetulæ & nuptiis inidoneæ. Ergò nolite mecum pergere, ſed redite, & aliis viris nubite. Forſterus & alij ex Hebræâ radice pro τὸ *morabimini*, excribit, *Nónne aduremini.* &c. id eſt, cùm iuuenculæ ſitis, ſi innuptæ tandiu expectetis, concupiſcentiæ igniculis *aduremini*. Meliùs Bonfrerius noſter inibi ex Budæo, *obligare* vertit, pro *adurere*. & quidèm conuenientiſſimè. Poſtquã enim dixit Noëmi, vt eſt in Hebræo textu: *Num eos* (id eſt, filios à me) *expectabitis, donec creſcant?* rectè ſubdit: *Num ipſis obligatæ eritis, vt ſitis ſine marito?* Nimirùm vxor defuncti mariti tenebatur expectare, qui ſemen ſuſcitaret, niſi ſpes eſſet valdè remota: ad quod connubiali lege obligabatur. Quâ ſuper re inibi Cornelius, & Bonfrerius, qui Hebræi verbi ambiguitatem inibi ſapienter extricat.

Vatablus
Lxx. interp.
Pagninus
Vatablus
Lxx. interp.
Chaldæus
Forſterus
Bonfrer.
Budæus
Cornelius
Bonfrer.

47. Lxx. Interp. Bibl. Regia Complutenſ. Bonfrer.

Quia veſtra anguſtia magis me premit.] L x x. Interpretes: Nequaquam nunc filiæ meæ, *nam amaritudo eſt mihi ſuper vos.* Biblia regia, & Complutenſia: *Quoniam afflictio eſt mihi valdè ſuper vos.* Hebræa apud Bonfrerium: *Quia amaritudo mihi valdè a vobis*, vel *propter vos.* Hoc eſt, veſtra anguſtia, amaritudo, & afflictio magis me premit & angit, quàm mea orbitas, & calamitas: indè propter vos, ſeu veſtræ afflictionis, & calamitatis cauſsâ afflictior, amarior, & calamitoſior ſum. Hunc ſenſum videntur ſequi Vulgatus, & Græci codices. Aliter ex Hebræo Pagninus: *Ne filiæ meæ* (innuptæ expectetis à me filios, quibus nubatis) *quia amaritudo foret mihi valdè plus quàm vobis*: cui adſentit Vatablus in Scholiis: *Amaritudo eſſet mihi valdè magis quàm vobis, id eſt, plus mihi doleret, quam vobis.* Nempè ſi innuptæ expectare velletis à me filios, quibus nubatis aut mecum degere in Bethlehem, vbi orbata marito, ac filiis, durum auguror viuendi modum (quem comprobauit Ruthæ ſpicilegium; plus dolerem de prolixiori veſtrâ viduitate, ac veſtri exilij moleſtiis, quàm de meâ orbitate, & anguſtiâ. Hic ſenſus, quem ſequitur Sanctius n. 20. non videtur inidoneus: ſed prior præferendus eſt, vt potè Vulgato conformior.

Quare anguſtia Noëmi ſuperet nuruum anguſtiam.
Pagninus
Vatablus
Sanctius

48. *Quid ſignificet Dei manus.*

Et egreſſa eſt manus Domini contra me.] Prouerbiali formâ, & trito apud Hebræos ſermone, manus Domini pro ingenti afflictione, & plagâ vehementiore vſurpatur. Sic enim hîc Noëmi diuturno exilio, ærumnoſo ſenio, durâ paupertate, pignorum chariſſimorum funeribus, & nuruũ incommodis obruta: *Egreſſa eſt manus Domini cõtrà me.* Explicatiùs Chaldæus: *Exiuit in me percuſſio ab ante Deum.* Vnde Iob 13. v. 21. *Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.* & Exhodi 3. v. 20. & Pſal. 31. v. 4. & Iſaiæ 14. v. 26. & 27. & 1. Regum 6. v. 9. & ad Hebræos 10. v. 31. Noſter Martinus del Rio hunc locum verſans Adag. 168. multis litigar cum noſtro etiam Martino de

Chaldæus
Iob
Exhod.
Pſalm.
Iſaias
1. Reg.
ad Hebræ.
Mart. del Rio
Mart. Roa

Roa,

Digitized by Google

Roa, qui lib. Locorum ſingularium cap. 4. molitur, vt in profanis ſcriptoribus, ſic in diuinis quoque voluminibus, *Dei manum* ſignificare rem ſuo iure reperere, & manu apprehendere. Quod alicubi ſignificari, ex vtráque eruditione probat; id autem ſemper ſignificare, non poterit euincere. Quâ de re legi poteſt inibi Rio. Et ſanè (vt opportunè notat Sanctius) cùm manus ſit commune inſtrumentum, multa ſignificat admodùm diuerſa; tamen plerumque (vt vidimus) plagam innuit, aut quod ingentem dolorem & calamitatem affert.

Sanctius

Verſ. 14. Eleuatâ igitur voce, rurſùm flere cœperunt.

49. Hebræus Lxx. interp. *Orpha in Hebræo non exprimitur receſſiſſe à Noëmi.*

Auditâ lugubri oratione charæ ſocrûs, rurſùs muliebres obortæ lacrymæ; etſi affectu adſimili, diuerſo tamen effectu. [Nam Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ.] Hebrææ tranſlationes non habent illud, *Ac reuerſa eſt*; Vulgatus autem ſecutus Lxx. interpretes, qui id expreſſerunt, benè addidit claritatis gratiâ. Id autem ex contextu disertè notatur: nam Orphæ vnius oſculum denotat valedictionem; præſertim cùm ſubiungatur, quòd Ruth ſocrui adhæſit, Orpham receſſiſſe denotatur. Quod Noëmi verſ. ſequenti expreſsè dixit. Oſculum autem eſſe ſignum beneuolæ dimiſſionis, notabamus ſuprà n. 43. ad ea verba verſ. 9. *Et oſculata eſt eas.*

Verſ. 15. En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ

50. τὸ *cognata* hîc non ſignificat conſanguineas fuiſſe Orpham ac Rutham; ſed tantùm affines, vt ſuprà n. 22. oſtendimus. Itaque *cognata* hîc idem eſt ac Hiſpanè *cunada*, id eſt fratria, quod ex Hebræâ ac Græcâ origine probat Bonfrerius. (Bonfrer.)

Per Deos non id la. ſed patriam intelligi, quidam putant.

Ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ.] Reuerſa fuerat Orpha ad paternam domum, & patrios Deos, quod vt faciat Rutham quoque hortatur Noëmi. Quâ in re pietatem aliquis ac religionem in Noëmi deſiderare poſſet, cùm nurum ſuam ad piorum vrbem ire paratam, monet vt redeat ad vrbem idololatridem, & auitum Idolorum cultum. Quidam apud Serarium q. 22. & Sanctium hîc eam à peccato liberant, quia per *Deos ſuos* non intelligunt idola, ſed patriam; aut paternam domum, ſeu lares, aut penates. Quare Ioſephus, & quædam Græca exemplaria habent εἰς τὴν πάτρων γῆν, Hoc eſt, patriam terram, ſeu patriam. Quia hodie multi patriam, ſeu paternam domum multi vocant *patrios lares, domeſticóſque penates*. Ex ex Tacito lib. 1. Hiſt. obſeruat Sanctius caſtra in modum Penatium diligi. Quod ſi ad propriam remigrare domum eas hortatur, quibus auxilio eſſe non poterat, crimine vacat Nohëmi. Chaldæus pro τὸ *ad Deos ſuos*, habet, Reuerſa eſt *ad timorem ſuum*, id eſt, ad id quod maximè timet, colit, honorat. Sic Geneſeos 31. v. 42. & 53. aduocat, iuratque per *timorem Iſaac*, quod plures interpretantur non de Deo Iſaac. Conſule Pererium ad præſcriptum verſ. 42.

(Serarius, Sanctius. *Timor quid ſignificet.* Tacitus, Sanctius. Chaldæus. Geneſ. Pererius.)

51. Abulenſ.

Secundò Abulenſis q. 31. reſpondet, quòd Noëmi propoſuerat de Orphâ abiiſſe ad *populum ſuum, & ad Deos ſuos*; cùm autem addit, *Vade cum eâ*, non refertur ad omnia præcedentia, ſed tantùm hortatur vt redeat ad *populum ſuum*, non tamen ad *Deos ſuos*: nihil enim cogit vt relatiuum ad omnia præcedentia referatur, præſertim vbi aliquod abſurdum eiuſmodi relationem incommodat. Denique alij ſic rem componunt, quaſi ad Rutham dixerit Noëmi: *En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ.* Quaſi dicat: Si mecum venis ad populum meum, non tantùm populus tuus, paterna domus, & cognatio tibi deſerenda eſt, ſed deſerenda eſt etiam religio, & auita idololatria: nam ſi mecum in Iſraëlem venis, tibi etiam Deus Iſraël colendus eſt. Nolo igitur vt mei vnius cauſsâ religionem mutes, ne fortè ignara malorum, quæ Iudaicam fidem amplexis, ſed minùs in eâ conſtantibus, euenire ſolitant, & mihi contumeliam, & aliis ſcandalum, & tibi exitium crees. Quod autem *Deorum* nomine, Moabitarum Deos intellexerit Noëmi, liquidò conſtare videtur ex Ruthæ reſponſo, *Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.* Ita Abulenſis, Caietanus, Serarius, Sanctius, Cornelius, Bonfrerius, Tirinus, & alij. Quæ mihi videtur germana loci expoſitio.

(*Altera loci expoſitio.* *Noëmi non peccauit Rutham remittendo ad Deos ſuos quare?* Abulenſis, Caietanus, Serarius, Sanctius, Cornelius, Bonfrer., Tirinus.)

Verſ. 16. & 17. Quæ reſpondit: Ne aduerſeris mihi vt relinquam te & abeam, &c.

Pagninus *Ne roges me.* &c. Mariana, *Ne cogas me*, Lxx. *Ne occurras mihi*, Chaldæus Paraphraſtes, *Ne ſollicites me*, vel vt excribit hîc Cornelius, *Ne me irrites*: eodem, opinor, ſenſu: quibus verbis flectineſcius denotatur animus pergendi cum charâ ſocru in Bethelem. [Quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus.] Reliquæ excriptiones nullam huic loco afferunt lucem: Chaldæus Paraphraſtes ſic habet: *Quoniam ad omne id quò is, ibo, & in omni loco quo pernoctabis, pernoctabo. Quod cuſtodit populum tuum, erit cuſtos meus, vt ſi fuerunt populus meus ex antiquo hic: & Deus tuus, ipſe Deus meus.* &c. Ex hoc loco R. P. M. Ioannes de Siloeira ad litteram & ad mores, locuples & ſubtilis Doctor, tom. 1. l. 1. cap. 2. q. 25. luculenter probat præluſtre Ruthæ meritum, ex concordiâ cum propinquis. Lyranus ex Rabbinis, & Sanctius ex Chaldaicâ paraphraſi manuſcriptâ, referunt hîc multa quæ Noëmi interrogat, & per modum dialogi reſpondet Ruth, poſtquam dixit ſe velle eſſe proſelytam. Rabbinorum autem commenta nec pili quidem facio; quippè quæ è proprio cerebro, citiùs quàm ex ipſo textu adſtruere ſolitant. 52.

(Pagninus, Mariana, Lxx. interp., Chaldæus, Cornelius. P. M. Siloeira. Chaldæus. Lyranus, Sanctius.)

Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit.] Illud *Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi.* &c. eſt iuramenti formula exſecrationem continens, apud Hebræos familiaris, quæ in libris Regum ſæpè legitur. Precabantur his verbis Deum verum (Hebraicè eſt nomen tetragrammaton) peracerbum perfidiæ vindicem. Quâ etiam iurandi formulâ vtebantur Gentes: *Hac mihi faciant Dij, & hæc addant*, 3. Reg. 19. v. 2. & cap. 20. v. 10. τὸ *Hæc*, vel (vt in Hebræo eſt) *ſic*, videtur ſupponere diras aliquas calamitates 53.

(*Iurandi formula apud Hebræos explicatur.* 3. Reg. 19. & 20.)

Digitized by Google

mitates iuramento ſubiiciendas, quas quis in caput ſuum conuertat, ſi fallat. Verùm illas non exprimunt Hebræi, ſed ſubticent per Euphemiſmum boni ominis cauſsâ; ſcilicet ne illa quæ ſibi apprecantur reipsâ accidant. Ita Cornelius, & Bonfretius. Itaque ſenſus iuramenti eſt: Si ſecùs fecero, *hæc* (mala inquam atrociſſima) *mihi faciat Deus*; & *hæc* (adhuc diriſſima ſupra illas) *addat* in perfidiæ mulctam.

Cornelius Bonfrer.

Verſ. 18. & 19. Videns ergo Noëmi, quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet &c.

54. Tot propoſitis difficultatibus ſatis exploratum habuit Noëmi nurus ſuæ flecti neſcium animum, quem ſui amor, & diuina prouidentia præparans auiam Dauidi ac Chriſto, piâ obſtinatione obfirmarat, contrà obniti ceſſauit. Cùm autem in Bethlehem fuiſſet ingreſſa Noëmi cum Moabitide nuru, inſperati reditus fama citò percrebruit. Porrò mulieres, quæ illam in meliore fortunâ anteà nouerant, mutuò colloquebantur dicentes: [Hæc eſt illa Noëmi.] Quæ verba cum admiratione prolata, plura dicunt, quàm ſignificant: dicunt enim inſignem à priori ſtatu mutationem, quam illa reſpondens confeſtim explicatiùs ediſſerit. Benè notat Bonfrerius præſcripta verba: *Hæc eſt illa Noëmi*, cum interrogatione legi in Hebræo, & excidiſſe in Vulgato.

Bonfrerius

Verſ. 20. & 21. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id eſt, pulchram; ſed vocate me Mara (id eſt, amaram) quia amaritudine valdè repleuit me omnipotens.

55. Vulgatus more ſuo haſce nominum interpretationes addidit; alioquin Hebrææ linguæ imperiti minimè aſſequerentur nominum ſignificantiam, & antitheſim. Porrò *Noëmi* non tantum ſignificat pulchram, ſed etiam hilarem ac iucundam; pulchro autem ac iucundo amarum, afflictum, & indè triſte opponit; amara enim calamitas, & ærumnoſa diu afflictio, pulchritudinis exilium eſt. Benè noſter Hadrianus Lyræus lib. 1. Triſagij Mariani, Lemmate 7. ex Feuard. notat, quòd viduæ Noëmi erat pudori maximo, felicitatis nomen præ ſe ferre, cùm adeò eſſet calamitoſa. [Omnipotens.] Pro *τὸ Omnipotens* Hebraicè eſt *Saddai*, quod & cornucopiam, ſeu Deum omnibus bonis abundantem, mammoſum, æquè ac caſtigantem, & vaſtantem ſignificat. Fuit ergò Deus Noëmi olim *Saddaï*, id eſt, bonis omnibus exundans, illam venuſtate, generoſo coniugio, prolibus, ac fortè diuitiis cumulans; nunc factus eſt illi tanquam *Saddai*, id eſt caſtigans & vaſtans, dum redit bonis ſpoliata, ſenio confecta, marito, ac liberis viduata. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.] Plena præfatis bonis egreſſa eſt Noëmi cùm in Moabitidem perrexit, & his omnibus vacua rediit. Hanc *plenitudinem* ad opes etiam plerique extendunt. At ſacer textus nullibi inſinuat opulentiam: cognatio autem cum diuite Boozo, leue opulentiæ argumentum eſt. Et ſanè Elimelech maritus Noëmi, nec multos nec opulentos fundos in Bethlehem poſſediſſe videtur, quod vxoris ac nurus ſuæ inopia poſt reditum, teſtatur; nec peregrinatio in alienum ſolum, quam non ſuſcepit diues Booz, opum *plenitudinem* inſinuat. Ergò hæc *plenitudo* reliqua bona formæ, coniugij, ſobolis, ac iucunditatis, cum cenſu forſan ſufficiente ſignificat P. M. Lemos ad filiorum peracerbam iacturam id refert.

Lyræus Feuardent.

Quid ſignificet Saddaï.

Noëmi non videtur fuiſſe diues.

P. Lemos in Thren. c. 1. v. 1. n. 408.

Verſ. 22. Venit ergò Noëmi cum Ruth Moabitide nuru ſuâ, de terrâ peregrinationis ſuæ: ac reuerſa eſt in Bethlehem.

Putat Serarius q. 27. octidui ferè ſpatio peruenitle in Bethlehem, poſito quòd ex vrbe Petrâ Arabiæ metropoli profectæ ſint. Nam vt tradit Strabo lib. 16. Petra proximè Iudæam attingit, atque trium vel quatuor dierum iter ab eâ eſſe vſque ad Ierichuntem: indè autem ad Bethlehem vſque vnius propè diei iter erat. Verum (vt rectè notat Salianus ann. m. 2810. n. 12.) has mulieres, quarum præcipua erat anus, plures poſuiſſe in itinere dies, tempore præſertim æſtuoſo, veroſimilius eſt. Appulerunt ergò in Bethlehem, [Quandò primum hordea metebantur.] nempe propè tempus Paſchæ Porrò die ſecundâ Paſchæ, ſeu Azymorum, Hebræi offerebant Deo primitias ſpicarum; ac deindè tertiâ die eas demetebant. Paraphraſtes Chaldæus ſic habet: *Et illæ aſcenderunt in Bethlehem in introitibus diei Paſcha. & in illo die cœperunt filij Iſraël ad metendum manipulum eleuationis, qui fuit ex hordeis.* Profectò cùm Vulgatus affirmet Noëmi ac Rutham ingreſſas fuiſſe in Bethlehem, *quandò primum hordea metebantur*; quod Chaldæus exponit, *In introitibus diei Paſcha*, perindè eſſe videtur: ſiquidem (vt nuper notabamus) hordea *primum* metebantur in Palæſtinâ, ſecundâ, & tertiâ die Paſchæ, & reliquo exinceps tempore Licèt propter lunæ varietatem, cuius decimâ quartâ die Phaſe, id eſt, agnus immolabatur, non poſſit certus definiri dies menſis *Niſan*, in quo Noëmi cum nuru ſuâ ingreſſa fuerit in Bethlehem.

56. Serarius

Strabo.

Vltra octiduum poſuerunt in via ad Bethlehem.

Salianus

Chaldæus

Quo anni tempore venerunt in Bethlehem.

§. IV.

Didaſcalica manuductio ad morales theſes.

Vetus illud liceat prætendere in hoc Operis veſtibulo: *Nullum ſine veniâ placuit ingenium.* Sic vel quod in re litterariâ placet, eſt diſplicentiæ obæratum; & neceſſitas veniæ, optimorum etiam appendix eſt! Porrò *familiare eſt hominibus omnia ſibi ignoſcere, nihil aliis remittere*, vt vel ipſum quod in ingenio placet, ſit veniæ indignum, tamquam culpæ cognatum. Ego cum Poëtâ *odi homines ignaua opera, philoſophicâ ſententiâ*; qui magnifico abundè maliloquio, ſegne imperitè otium velant; & ieiunâ inerter manu, ſapientiæ medullam maledico ore ructant. *Plus ſapit interdùm vulgus, quia tantùm quantùm opus eſt, ſapit.* Nam homines plerique hodie, *vt omnium rerum, ſic litterarum intemperantiâ quoque laborant: nec vitæ, ſed ſcholis diſcunt*; maledicentiæ, potiùs quàm veriloquio: & propriâ ſcientiâ turgentes, illi ex aliorum vituperio pompam ſumptuoſiùs adornant. Exindè nullum ſine veniâ placuit ingenium. *Ah miſer, quàm debilem tibi fortunam dedit Dæmon: Sermones*

1.

Apud Lipſium in Prol. ad Stoicam Philoſ.

Velleius

Pacuuius

Lactant. lib. 1. Inſtit.

Seneca Epiſt. 107.

Eurip. apud

Digitized by Google

mones tui valdè ſapiunt. Sapientia excultior in inuidioſæ aliorum ſapientiæ officinâ, debilem ſibi fortunam excudit: *nec tamen abſurdè atque inſolenter in verbis perindè ac in alea ludo verſamur.* Et ſecurè quiſque verſaretur, ſi probitas in pretio ſit: nam *improborum natura eſt, hos ſentire de omnibus quod merentur.* Ego autem (vt verum fatear) *totum me legendum ſapori veſtro committo*; præmittens rurſùs & noſtri Operis ideam, & vulgaris maledicentiæ ſpongiam.

2. Quaſi ad litterarium obſtinatè laborem *recens adhuc, in incude formatus*, rurſùs ſcriptionem recento. (dulciſſimis votis ſperans, quòd *æſtimatione ſequentium vetuſta ſuperantur*) *Cum conſummauerit homo, tunc incipiet, & cùm quieuerit, operabitur.* Sic eſt irrequietum ſapientiæ ſtudium, & quietis actuosè impatiens! *Vita ſpatia doctrinam ſpectant*, vt heliotropium natiuâ vi perpetuò ad ſolem. Vel potiùs *medium animæ relinquit litteras.* Idcircò *qui addit ſcientiam, addit & laborem*: quippè *qui non plus voluptatis ex eo quod inuenit accipiat, quàm mœroris ex eo quod aſſequi non potuit.* Nimis verum illud ſemper: *Qui fugit laborem fugit felicitatem.* Exindè hactenùs negotiosè impenſus ſtudiis labor, vlterioris lenocinium eſt. Quin & vix feriatus eſt eius calamus, qui ſemel ſcriptioni aſſueuit: *quia magnum diſpendium pudoris eſt, verborum beneficium* (obſequium potiùs) *retinere, vbi dum linguæ parcimus, honeſtatis prodiga frons laborat. Vos me garrulum feciſtis*; quò ethicæ diſciplinæ ſalubri inculcatione, apud homines *aurium cæcos* (vt vt fieri poſſit) *muta ſurdáque faciamus vitia ſingula*, impenſiùs adnitentes *deuotioni pretium dare.* Quò per doctrinam diſtributam, omnia ſibi reſtituantur. Porrò *optima eſt ſapientia, ſine quâ aut ſibi non ſunt, aut nihil ſunt omnia.* Et quidem doctrina auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur, eneruatur. *Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea*, id eſt; *Poſtquam ab iſtiuſmodi clamore ex oſcitantiâ ſilueram, potentiores & robuſtiores Doctrinæ, quæ oſſa mea nominantur, inueterauerunt.* Ergò Euangelij *potentior ac robuſtior doctrina*, quæ otio taciturnitatis obſignata veteraſcit; eloquio, & calamo iuueneſcat: atque eius *oſſa*, communicationis ſucco ad iuſtum robur adipentur; ne ſilentio exſucca & emendullata intereant. *Porrò ſermonis mors eſt ſilentium.* Sanè oſcitantia ac deſidia traditæ ſibi ſapientiæ aliis diſtribuendæ, *ſunt animæ viduatæ indicia.* Igitur doctrina ſermoni aut calamo maritanda eſt, ne fructu animarum viduetur, infœcundo animitùs otio. Scio ſuis Prædicatoribus orbatum Chriſtum, alicubi *ſterilem* dici. Fœtum matrimonium ſermonis diuini eſt, Dei filios fœcundè parturiens, *recti ſermonis coniugio.* Hæc me *quidèm ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt*, ad ſcribendi conſilium rurſùs impulit. Litteraria enim obſequia hactenùs à me edita, *tueri nullo modo meliùs, quàm vt augeam, poſſum.* Hæc enim pariari ſolitant beneficiis: *eſt enim natura compertum, vt antiquiora beneficia ſubuertas, niſi illa poſterioribus cumules.* Non ſcripturit ergò calamus culpæ atramento madidus, ad gloriæ pompam; ſed ad animarum profectum, & gloriæ diuinæ auctarium. Votis annue Deus. *O felicem negotiationem, in quâ creditor eſt opportunè importunus; & debitori pluſquàm debet, debetur!*

Stobæ. ſer. 82. S. Naz. Orat. 1. Theolog. — S. Ennod. l. 2. Epiſt. 12. Idē Epiſt. 7. — S. Ennod. l. 5. Epiſt. 21. Idem in Benedict. cerei. — Eccli. 18. v. 6. Sic plures vertunt. — Philemon in Apolline. — Eccle. 1. v. 18. — S. Naz. Apolog. 1. — Philo de vitâ Moſis. — S. Ennod. l. 4. Epiſt. 19. — Tertull. l. de Anim. c. 10. — Philo de Conf. ling. — S Ennod. in Panegyr. — S. Cyrill. l. 2. Apol. c. 28. — Pſal. 31. v. 3. Orig. ibi in Catena Græc. Patr. — Philo de Conf. ling. — Philo ī. — Genebr. in Pſal. 34. v. 12. — Philo de decalogo. — Plin. iunior. l. 1. epiſt. 12. — Idē epiſt. ad Priſcum. — Plin. iunior Epiſt. ad Macrin. — Hildeb. Epiſt. 15.

3. Non deſunt qui moralium theſium pretium de merâ ſubtilitate taxant, & expoſitionis ethicæ *inſenſatam corpulentiam* dicunt: & quicquid præ acumine non ſupergreditur fidem, faſtuoſo ſupercilio condemnant, aiúntque ſubridentes: *Hæc enim noui: ſed noua aliqua & magna adhibe, quæ audierim numquam, legerim numquam.* Scilicet homines iudicio inopes, & eruditione ieiuni, ambitioſo ore duntaxat ſuo, Athenis enutriti, *omnes illic ſapientia atque facundia caupones deguſtarunt*, & ſcientiarum omnium medullam exorbuerunt. Neſciunt miſeri, quod ſubtiliora acumina, *dum veroſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrantur.* Amas de myſteriorum ac virtutum ſacrario fabellas refingere, & acutè poëtari? *Rurſus Minerua virgo eſt, & draconem parit!* atque *venerandum Pana illum, à contumeliâ numen?* Profectò hanc Ethnicorum *ſtultam ſapientiam* ambit, quiſquis ſubtile mendacium in veritate ludere exoptat. Scitè ſapientes hæc ſubtiliora acumina, *aranearum telis conferunt, vt quæ ſubtiles admodùm, ſed inutiles eſſent.* Quid ſubtiliùs aranearum telis, ſed quid inutiliùs? Iſtiuſmodi Concionatores mentitâ argutiùs ſubtilitate ad gratiam ludentes, videntur *ſimiles ludentibus aleâ, qui non ſine delectatione decipiuntur*, & decipiunt. Profectò nimiæ ſubtilitatis argutiæ non erudiunt, ſed fallunt. *Id accidere pernotum eſt auditorum facilitate, qui dum verborum lenocinio & rerum intentionibus auocantur, ſine delectu aſſentiuntur dictis omnibus: nec à rectis falſa ſecernunt, neſcientes ineſſe & in incredibili verum, & in veroſimili mendacium.* Nollem mentitis fruſtrà argutiis noſtras nobilitare theſes; adſimilibus enim *nobilitatem Doctorum commenta pepererunt, quæ phaleratis verborum ſuperciliis, meritum à relatore mercantur. Neceſſe enim eſt exilitatem thematis narrantis opibus ampliari, vt dos quæ in materiâ non inuenitur, ſtili proceſſibus inſeratur.* O inſitionem malè acutam! Nimia ſubtilitas de ſuo addit, quod materiæ deeſt. Nemo, nemo inquam, magnifica & alta nimis amplectatur, vt ſapiat: ne ſubtilia quidèm nimis, etſi nimis arguta. *Latrunculis ludimus, in ſuperuacuis ſæpè ſubtilitas teritur. Non faciunt bonos iſta, ſed doctos. apertior res eſt ſapere, imò ſimplicior, Paucis opus eſt ad bonam mentem litteris.* Ita eſt. Paucis opus, non tamen nullis: & ideò nos quoque modum tenuimus, & multa quæ forſan vberiùs ac ſubtiliùs dicere procliue erat, omiſimus. Imò (dicam audaciuſculè) etſi plura omiſimus, omnia diximus Biblicâ phraſi. Nónne Euangeliſtæ vox eſt: *Viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à principio diligenter?* Quid eſt *Omnia*? Annon etiam verum illud? *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Audi eruditum antilogiæ arbitrum. *De omnibus ergò fecit ſermonem, eligendo de omnibus vndè faceret ſermonem: quæ indicauit apta, & congrua ſufficere officio diſpenſationis ſuæ.* Eant nunc ſycophantæ, liuore macri ſubtilitatum riuales, gurdâ mente, & *parùm ſpiritualibus buccis.* Procùl eſto à religioſo ore ac calamo, *fidei noſtræ æmulam fraudem* condidiſſe. *Saluâ igitur fide, pietatis officia pendamus.*

4. Eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit illle

Philo — Plin. Epiſt. ad Celeſtr. — Tertull. de Anim. c. 3. — S. Cyprian. de vnit. Eccle. — Naz. Orat. 2. in Iulian. Ibidem. Orat. 1. Idem ī. — Ariſton apud Stobæ. Serm. 82. — Stobæus ī. — Minutius Felix in Octau. — S Ennod. l. 1. Epiſt. 5. — Seneca Epiſt. 107. — Lucæ 1. v. 3. — Ioan. 21. v. 25. — S. Aug l. 4. de Conſenſ. c. 8. — S. Paullinus Epiſt. 13. Idem. Epiſt. 28. & 35.

Plin. epiſt. ad Minutium. Idem epiſt. ad Valeriũ. S. Ennod. l. 4. Epiſt. 13. S. Ennod. l. 5. Epiſt. 16. Idem in Eucharistico, &c.

quicumque: *Satius eſt otioſum eſſe, quam nihil agere.* Præitat autem illud Sapientibus intimare: *Si demus ergo nec deſidia noſtra prætendamus alienam. Sunt qui audiant, ſunt qui legant: nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus.* Sanè *verum eſt, quia ſola apud Deum deſperatio perdit errantem. Ecce iam lolium noſtrum, ſpinæ vel tribuli; hordea, triticum, vineas pollicentur.* Qui erit de gratiæ officioſitate ſt enuus Concionatoris labor. Ego autem votis *præcipio, ſpe futurâ quæ precor.* Porrò apud peccatores *ſæpè muti loquimur, & clamantes tacemus.* Vos, ô Concionatores aptate ad mores themata,

S. Ennod. in Paræn. didaſc. Idem inibi.

fouete proximos quos fecit natura & collegium, ne ſentiat virilitas rei vniuerſatim traditæ, eneruati damna ſermonis. *In eo enim in affectionis ſuperciſio collocatur, quem benignitas corrigendi potiùs aſſerit, quam ipſa natura generis: ſe iuſſe enim libidinis teſtimonium eſt, erudiſſe pietatis.* Age pium motum eruditorem, non politulum hiſtrionem, ne populus eodem animo ac fructu templa, ac theatra frequentet.

Felix Ennod. in vitâ Ant. Baſil. Seleu. Orat. 5. S. Baſil. in Pſalm. 33.

5. Quin & Biblicarum Heroidum pia ſtrenuè facinora, e tediniuo funere ſuſcitamus, vt *quarum probitas libris mandata fuerit, earum vitalis ſit obitus;* & prædicata virtus, *vel in mortuo corpore loquatur.* Profectò *omnis actio Iuſti digna eſt, quam Deus videat & ſpectet, & verbum omne; cùm a Iuſto nihil otioſe dicatur, efficax eſt, & omnè operatorium: ideòque ſemper inſpici Iuſtum, ſempérque audiri ſermonibus adſtruit.* Sat eſto hìc præſtrinxiſſe hoc vulgare thema in theſibus moralibus vbertim amplificandum, imò & ex Scriptura ſacrâ argumentum ſemper ad theſium pro-

Philo. lib. 3. Allegor.

bationem aſciuit: *eò quod ſermo diuinus cernit acutiſſimè & viſſi in inſpiciendis rebus omnibus, per quem videntur quæ digna ſunt ſpectatu.* Itaque non modò Ruthæ hiſtoria propoſita & expolita, è Biblus petitur, ſed ad quoduis etiam

S. Chryſoſt. homil. de Dauid & Saule.

thema probationes ethicæ ſalutares. *Etenim ſiue de Regeloqui voles, ecce Rex ſiue de militibus, ſiue de re familiari, ſiue de publicis cuilibuſque negotiis, vt tibi in Scripturis rerum omnium magnam copia... Huiuſmodi commemorationes maximam ad erunt vtilitatem. Impoſſibile eſt enim, impoſſibile, inquam, eſt, animum in hoc genus hiſtoriis verſantem, à cupiditatibus ſuperari. Ne ergò tempus inutiliter conſumamus. neue vitam noſtram fruſtra te ameamus in nugis ineptiis ac ſuperuacaneis, ſed fortium virorum* ac Heroidum *diſ-*

S. Ennod. l. 5. Epiſt. 10.

camus res geſtas, de his aſſiduè diſſeramus. O quàm *ſancta ſunt ſtudia litterarum in quibus antè incrementa peritiæ, vitia dediſcuntur!* Porrò Biblicâ aſſiduè lectione lector Biblii imprimi-

Idem in vitâ Epiph.

tur, aut Biblia lectori. *Vtebatur* Epiphanius *lectione pro requie, & librorum venerabilium pro blandimentis inſtrumenta ſuſcipiens..... Et ne crederetur Scripturarum diuinarum tramitem verborum tantummodo celeritate tranſuolaſſe pingebat actibus ſuis paginam quam legiſſet. Si Propheta fuiſſet in manibus, propheticum videres codice amiſſo lectorem: ſi Teſtamenti veteris recenſuiſſet volumina, Moyſi dignus æmulator ſuccedebat. Poſtremo quod libri docuiſſent, vitâ ſignabatur.* Sic meum Biblicæ lectionis votum, *quic-*

Felix Ennod. l. 2. epiſt. 26.

quid ſpe præcipit, inueniet. Ego à ſe proficua propono, quæ plenum populis fructum de falce ſpicas fruticantes mutuentur.

6. *Pythagoræ ſilentium, & fanas illas Orphicas* inſectare recentémque arrogantiam horum verborum: *Ipſe dixit.* Ancillare in te litterariâ obſequium eſt, re inexploratâ dicere: *Cuius mihi auctoritas prorſus ne ſuſcit.* Amo ſtrenuos *veritatis amore riuales.* Sapiens quiſpiam amicum ſtudiis excultum ad ſcriptionem adhortans: *Hoc ſit*, inquit, *negotium tuum, hoc otium; hic labor, hæc quies; in his vigilia, in his etiam ſomnus reponatur. Effinge aliquid, & excude, quod ſit perpetuò tuum. Nam reliqua rerum tuarum poſt te alium atque alium dominum ſortientur: hoc numquam tuũ deſinet eſſe, ſi ſemel cœperit.* Incipiet autem ſi optima elegeris, & aptè ad rem concinnaueris. *Sanè quæ inter liberos iuſtiſſima appellatur partitio, ea quoad ſermones eſt iniquiſſima: quòd illic capiendum ſit, quod ſuum eſt, hic quod optimum, licèt ſit alienum.* Alia forſan Biblia excudemus, alia Sanctorum Patrum ſcripta refingemus. Ah! *Quouſque hæc audientur: Meus, & tuus: Antiquus, & nouus?* Expolienda, examinanda, & innouanda antiquitas eſt; & ſic *anni recurantur,* morbus alioqui inſanabilis. *Quandoquidèm comprehenſorum quoque quidam nodus eſt.* In locis etiam tritis & *Comprehenſis* cuſpari ingenio licet: nam morale acumen *quoties præter ſpem incidit, maiorem affert lætitiam.*

S. Naz. Orat. 1. Theolog. Plinius epiſt ad Pompeium Saturn. S. Naz. orat. 2. Theolog. Plin. epiſt. ad Caninium. Plutarch. de quæſt. Platon. S. Naz. Orat. in præſ. 150. epiſc. Tertull. l. de Pallio c. 3. S. Naz. orat. 2. de Paſchâ. Philo l. 1. de Vitâ Moſis.

Cleanthes interrogatur, cur inter veteres, cùm non multi philoſophati eſſent, plures tamen quam nunc clari euaſiſſent: Quoniam, reſpondit, tunc quidem res ipſa exercebatur, nunc autem verba ſolum. Quid tam friuolum ac inane, quàm verba re vacua? *Virtus porrò Philoſophis inanis eleganter nomen eſt: ſiquidèm oratio tamquam bonus figulus, elegantiſpecie animam ornat.* Bonus ſanè figulus, ſed figulus, qui lutoſam ac fragilem fingit gratiam re exuccam. Qui concinnis eloquëtiæ verbis maximè delectantur, *cancros edentibus ſimiles ſunt, qui propter exiguum alimentum, circa cruſtas plurimas occupantur.* Secùs, damnabis Chriſti Dei œconomiam, qui agreſtes è lacubus piſcatores, citiùs quàm eloquentes ex academiis ſophiſtas elegit. *Nihil itaque indignandum, vel dolendum, ſi quicumque de diuinis quærat, ſentiat, proferat, cùm non diſputantis auctoritas, ſed diſputationis ipſius veritas quæratur: atque etiam quò imperitior eſt ſermo, hoc illuſtrior ratio eſt: quoniam non fucatur pompâ facundiæ & gratiæ, ſed, vt eſt, rectè regula ſuſtinetur.* Fortia malim, quàm pulchella, & politula. *Sunt enim vt caſtris, ſic etiam in litteris noſtris plures cultu pagano.* Porrò florida oratio, frondeo virore nitens, inidoneus fructus eſt ad animæ pabulum. Beatus ille vir auſpicio Pſalmorum felix, *erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet.* Ecquis hic *fructus* & hæc *folia* quid nam ſunt? *Sapientia quidèm Dei fructus, eſt myſticus ac ſpiritualis Scripturarum ſenſus: folia verò quæ dictum fructum obtegunt, ſunt obuia dictiones, quarum munus proprium eſt cuſtodire fructus, ſiúntque cibus hominum rudiorum, qui propter ſimplicitatem iumenta vocantur iuxtà illud: Homines, & iumenta ſaluabis Domine.* Itaque verborum, ſicut & frondium munus eſt, rem velut fructum cuſtodire. Qui autem *homines* ſunt, & rationis participes, *fructu* veſcuntur; & verborum vernantia *folia* ad *iumentorum* negliguntur pabulum. Hoc elogio inſignitur, quiſquis fucari ſermonis

7. Stobæ. Serm. 81. Naz. Orat. 1. in Iulian. Democritus apud Stobæum. Serm 81. Idem Serm. 82. Minut. Felix in Octau. Plin epiſt. ad Rufum. Pſal. 1. v. 3. Didym. ibi in Catenâ Græc. Patr. Pſalm. 35. verſ. 7.

monis

Digitized by Google

monis guſtu paſcitur : *ieiunus ſcilicet ſemper, & indefeſſus .... vix ſe à terrâ ſuſpendit ; oſcitans veſcitur, follicans ruminat, de vento cibus.* Cui de ſolis verbis electum pabulum eſt, de vento cibus eſt. Ergò verba noſtra rerum fructum cuſtodiant, & per aures menti ingerant ; ſecùs *alteri muti eſſemus alteris.* Tales eſſe ſermones meos vellem, qui nihil habeant acerſium, nihil fictum. *Si fieri poſſet, quid ſentiam, oſtendere quàm loqui mallem.* Heu cur non res ipſæ inter homines edunt vocem, quo artificioſi ſemones nihili ducerentur : Aſt *non ieiuna eſſe & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicentur : multum tamen operæ impendi verbis non oportet.* Ad rem moueantur lectores auditoréſque, non ad verba compoſita : alioquin nocet eloquentia, ſi non rerũ cupiditatem facit, ſed ſui. Dicam tamen audaciuſculè, cum argutè inelaborato morũ Inſtitutore: *Vbi ſe animus cogitationũ magnitudine leuauit, ambitioſus in verba eſt : altiuſque vt ſperare, ita loqui geſtit, & ad dignitatem rerum exit oratio, oblitus tunc lenis preſſioriſque iudicij, ſublimiùs feror.* Sicca nimis vena eſt, & macrum ingenium, cuius aliquandò ſermones rei dicendæ magnitudo non adipat. Quærit magnus Eccleſiæ Sophos, & ſapientiæ meta, eccur nouæ legis vmbræ præceſſerint in lege veteri : *Vt hoc vnum*, inquit, *per multa ſignificaretur, tamquam res vna verbis multis diceretur, & ſine faſtidio multùm commendaretur.* Ideò aliquandò non modò fundimus ſermonem, ſed effundimus, ſi fortè altiùs perſpicuitate infigatur. *Mores, non verba componimus ; & animis ſcribimus iſta, non auribus.*

Tertull. de Pall. c. 3.
Philo de Conf. ling.
Senec. epiſt. 76.
Idem ibidem.
Seneca l. 1. de Tranquill. cap. 1.
S. Auguſt. l. 10. de Ciuit. c. 20.
Seneca epiſt. 101.

8. *Contradicentem docere oportet, non ditendo compeſcere. Nam neque inſano, ſi viciſſim inſaniat aliquis medebitur.* Pacatus animus, & minimè pugnax, ſapientem inuenit, aut facit, iuxtà gnomen illam opinatiſſimam : *Noui, fabricatam ad bona ſtudia ingenij veſtri tranquillitatem.* Prætereà verum ſemper illud : *Non eruditur, qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem ſapientia, quæ abundat in malo : & non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo.* (aliàs *acerbitas*) Quid amaritudini, aut acerbitati cum ſapientiâ in bono ? tametſi *certaminum ſtadium exuſcitat ſtudium.* Proh ſapientiæ *ſtudium*, pugnax *ſtadium* eſt, & probatior *doctrina viri per patientiam noſcitur !* Satiſque aliquandò belligerationi ſatisfacitur, ſi *benignè impatiens* ſit. Pulchra Pallas bellorum ſimul & ſcientiarum Dea fingitur ; & *diuinæ pulchritudinis amabilitas* (quantùm mens humana eam aſſequi eualet) *in terrore ſita eſt.* Sic pugnaci hoſtilitate terret pulchrum ſapientiæ ſtudium, vel ſtadium ! Tanta ſæpè diſcordia ſapientum eſt, *vt* ferè *nihil inter eos conueniat, niſi quòd pariter diſcrepent.* Verùm in litterariis congreſſibus, ore aut calamo *ſuſpicionem tuam detege, non vt calumniator aut inſidiator, captans modis omnibus victoriam, ſed vt incorruptus inquiſitor veritatis.* Cæleſtis Magiſtri vox eſt : *Beati eſtis cùm maledixerint vobis .... & dixerint omne malum aduerſùm vos* Nempè Chriſtus *ad Apoſtolos qui aderant, ſermonem dirigit; oſtendẽs doctoribus proprium eſſe probris affici.* Luſca eſt, imò & cæca ſapientia, quæ in diſputando conuitiorum exacerbatur amaritie. *Dicam quidèm vt potero, & adnitendum tibi mecum eſt, vt conuitiorum amariſſimam labem verborum veracium lumine diluamus.* Scitè ille tractat ſapientiam, qui *intactus à contentionibus veritatem quærebat: quippè qui nihil præter eam admittebat. Longè aliter, quàm iſti qui accepta ſemel qualiacumque dogmata obſtinate defendunt, ſiuè probata, ſiuè improba, more cauſſidicorum, mercenariorum, ius & æquum negligentium.* Sæpè non bonæ cauſſæ aſtutia eſt, quæ clamores ac tragœdias excitat, dum aſſequi non eualet ſolennem illam vocem, quam in ſtadio litterario exambit : *O dictum benè vir ſapientiſſime, ſolus meram exhauſiſti ſapientiam.* Faceſſat iſtiuſmodi ambitioſior arrogantia, & faſtuoſa ſcommata ceſſabunt : & dum Sapientes in litterario ſtadio mente certant, in affectu plus pacis habeant ; nam aſſequendæ veritatis ſtrenuoſpiè *affectu delinquens, & veniam meretur & gratiam.* O ſi fieri poſſet, vt non in probris, ſed *in præconiis mutuum viderentur ſcabere : adulationis ſuſpicione polluatur affectio, & amor currat in vitium !* nam vitium, quod cum virtute ad iudicium venit, plerumque interuenit.

Ariſton apud Stobæ. ſer. 82.
S. Ennod. lib 4. epiſt. 7.
Eccli. 21. v. 14. & 15.
Græcus.
Baſil. Seleu. Orat. 1.
Prouerb. 19. v. 11.
Philo lib. de Charit.
S. Nyſſ. in Cant.
Philo de Conf. ling.
Idem de Specialibus legib.
Matth. 5. v. 11.
Euthym. ibi.
Minut. Felix in Octau.
Philo l. 1. de Vitâ Moſis.
Philo l. 3. de Vita Moſis.
S. Ennod. l. 2. epiſt. 4.
Idem lib. 1. epiſt. 10.

9. Ergò iam perbreuem inopis Ruthæ hiſtoriam iuſto volumine elucidandam aggredimur : nam *Diuinorum eloquiorum natura, in paucis verbis multas ſententiarum affert diuitias, & ineffabilem diligenter ſcrutari volentibus theſaurum largitur. Proindè obſecro, ne quid in ſacris litteris, aut contemnatur, aut obiter prætereatur : etiam ſi minima recenſeãtur, vel Hiſtoriæ narrentur, reconditum inueſtigemus theſaurum ; nam & Chriſtus dicebat : Scrutamini Scripturas, quia non vbique in ſuperficie Scripturæ, mens Scripturæ inuenitur, ſed opus eſt ſcrutinio, vt ne quod in profundo latet nobis remaneat abſconditum.* Addam, & finio, quòd Scripturas Chriſtus ideò *ſcrutari iuſſit, non vt ſemper quæramus, ſed vt inquirere deſinamus.*

S. Chryſ. homil. 24. in Geneſ.
Ioan. 5. v. 39.
S. Chryſ. homil. 1. in 1. ad Timoth.

---

§. V.

Homo ſemper fit, & nunquam eſt, ad ſpeciem fulget, eſt inſania vera, tela ex aëreis filis : & eius vita antè deſinit eſſe, quàm venit.

1. SEneca in Conſolat. ad Martiam, ſcitè interrogat: *Quid eſt homo ? imbecillum corpus, fragile, nudum, ſuapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, & ad omnem fortunæ contumeliam proiectum* ; Corruptionis vinculum, viua mors, ſenſitiuum cadauer, ſepulchrum circumuertibile, velamen mendacij, mendacium verum, temporis ſpolium, ſomnium vigilantium, fugitiua vmbra, vanitatis hypoſtaſis, inanitatis exemplum, fortunæ ludus, incõſtantiæ imago, inuidiæ tinctura, trutina calamitatis, diaboli ſupplementum, complementum malitiæ, bonitatis titubatio, mancipium mortis, vitæ ludibrium fugitiuus viator, ſchola malitiæ, forum impoſtorum, rebellionum teſſera, dolorum ſcrinium, fraudum ſubſiſtentia, nequitiæ fomes, miſeriarum abyſſus, technarum gymnaſium, mortis centrum, & pigra immortalitatis ambitio. Hæc homo

Seneca
Non bona hominis elogia densè conglobata.

2. Exhodi 3. adhuc moroſiùs cunctando, legationem in Ægyptum refutat Moyſes, & ignorationem nominis Dei cauſatur : Si dixerint mihi:

Digitized by Google

Exhod. 3. verſ. 14.

Quod eſt nomen eius ? quid dicam eis ? *Dixit Deus ad Moyſen : Ego ſum qui ſum. Ait : Sic dices filiis Iſraël : Qui eſt , miſit me ad vos.* Numquid ſolus Deus erat, & cetera non erant? Vtiq; Angeli, cælũ, terra &, ipſe Moyſes cui dominus loquebatur, & Iſraël, & Ægyptij ad quos princeps & aduerſarius mittebatur, erant. Quid ergò eſt. *Ego ſum qui ſum : Qui eſt , miſit me ad vos ?* Pulchrè Philo : *Reſponde*, inquit , *quod ego ſum ille qui eſt , vt intelligant quantum inter eum qui eſt, & qui non eſt , interſit.* Itaque cùm ſic nominatur Deus, propè definitur homo , per diſtantiam à primo & ſummo eſſe. Audiendus eſt Gregorius 18. Moral. cap. 33. *Ego ſum qui ſum. &c. Solus quippè veraciter eſt , qui ſolus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modò ſic & modò aliter eſt iuxtà non eſſe eſt : permanere enim in ſtatu ſuo non poteſt. Atque aliquo modo ad non eſſe itur , dum ab eo quod fuerat, ſemper ad aliud per momenta temporum ducitur : vt ergò ad participationẽ illius eſſentiæ aliquid ſimus, cognoſcamus nos ipſos , quia propè nihil ſumus.* Adhuc explicatiùs id Bernardus ediſſerit lib. 5. de Conſider. ad Eugenium : *Ego ſum qui ſum. &c. Iam ſi vidiſti hoc tam ſingulare , tam ſummum eſſe , nonne in comparatione huius quicquid hoc non eſt , iudicas potiùs non eſſe quàm eſſe ?* Hæc dixerim , vt viam præſtruam arguto ænigmati , quod ex Platone proponit Euſebius Cæſarienſis lib. 11. de Præpar. euang. c. 6. *Ego ſum qui ſum. &c. Vide* , inquit , *quomodo non ſolum ſenſum , verùm etiam verba ipſa Plato expreſſit. Quid eſt , inquit , quod ſemper eſt , ortum non habens ? & quid quod ſemper fit , eſt autem numquam ?* Ac reſpondet , prius eſſe Deum , qui ſemper eſt , & numquam eſt ortus : poſterius eſſe creaturam & hominem , quod ſemper fit, & numquam eſt in ſtatu conſiſtens , ſed continuò fluit , & ad non eſſe properat : quare *iuxtà non eſſe*, aut *propè nihil* eſſe perhibetur ; & comparatione diuinæ eſſentiæ, *potiùs non eſſe, quàm eſſe iudicatur*, tametſi *ſemper fit.* Sic eſt generationis, ac conſeruationis indigus? Sic ſenſim cadaueraſcit , & ad ſui non eſſe quantocyus feſtinat ? Quid ſuperbit homuncio , *qui ſemper fit, eſt autem numquam ?* eſt enim cadauer ſpirans , & ſui viuum ſepulcrum , ſuíque funera per momenta ſingula funeſtè agit.

Philo apud Caten. ibi.

S. Gregor.

Homo iuxtà non eſſe, aut propè nihil eſſe perhibetur.

S. Bernar.

Euſeb. Cæſarienſ. Plato

Quare homo ſemper fieri, & nũquam eſſe dicitur?

3. Regius Propheta ſic Pſalm. 38. pangit : *Verumtamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuẽs.* Quod his verbis explicatiùs tradit: *Verumtamèn in imagine pertranſit homo.* S. Hieronymus ſic locum vertit : *Tantùm in imagine.* Imaginẽ vocat imaginariam vitæ pompam, pulchritudinis ſpeciem inaniſſimam , voluptatum & ambitionis volaticam gloriam, quæ velut ſomnium inaniter euaneſcunt. Vides in homine mundialis gloriæ bullas, formæ gloriam , & bracteatam felicitatem, puerili fuco imbutam , auréamque eſſe fortunam ſuſpicaris ; penitiùs rem intuere , tenuis vapor eſt , ſpuma fragilis, fumus euaneſcens, & imago ad ſpeciem colorata. *Tantùm in imagine pertranſit homo.* Appoſitè Polyhiſtor cap. 44. de Pomis Sodomæ poſt eiuſdẽ cæleſte incendium : *Ad ſpeciem fulgent* , inquit ; *nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantùm extima cutis cohibet , quæ vel leui preſſa tactu fumum exhalat , & fatiſcit in vagum puluerem.* Talis eſt homo: ad ſpeciẽ quidem fulget , & mentito colore perſtringit. ſed vitæ caducâ hypoſtaſi titubat, fugitiuâ naturâ euaneſcit, & *fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantùm extima cutis cohibet, quæ vel leui preſſa tactu fatiſcit in vagum puluerem.* Sic in matricem puluerem homo decineſcit ? Sanè imago eſt ad ſpeciem fulgens. *Tantùm in imagine pertranſit homo.*

Pſalm. 38. verſ. 7.
S. Hieron.

Velut imago pertranſit homo, ad ſpeciem fulgẽs, velut Sodoma poma.

Solinus

4. Hinc decantatiſſimum illud eiuſdem. Pſalmographi : Beatus vir , cuius eſt nomen Domini ſpes eius : *Et non reſpexit in vanitates , & inſanias falſas.* S. Hieronymus ſic locum excribit : *Et non eſt auerſus ad ſuperbias , pompáſque mendacij.* S. Auguſtinus, *Ad inſanias mendaces.* Nam verè mundi pompa , & pellucens illa mundialium rerum felicitas, velut arte præſtigiatorum illudit oculis pernicioſo mendacij lenocinio ; animique vota, & ſalubres appetitiones ſic fruſtratur ac inanes reddit, vt beatiſſimus iure prædicetur, qui auertit oculos, ne videat hanc mundi pompam, inſaniæ fomitem , quâ multi bracteato mendacio illuſi , quodam vitiorum furore debacchantur. Quod ſi peruestiges ſagaciùs, quæ ſint iſtæ *inſaniæ falſæ* , quaſi aliæ ſint, quæ veræ ſint , & aliquod inter vtraſque poſſit diſcrimen aſſignari. Sanè Ambroſius inibi , *veram inſaniam* ab *inſaniâ falſâ* diſcernit, quod noſter Lorinus fusè perſequitur. Nonnulli inter veram & falſam inſaniam ex Vatis mente ſic diſtingunt , vt illa appelletur *inſania vera* , quæ mundi pompâ , & voluptatum ludibrio ferè lumen mentis homini adimit , & velut aſtro percuſſum ad furiati animi motum rapit. Dixeris autem *inſaniam falſam*, cùm quis rationis compos, & cum iudicio decipitur, ſiue inſanire gaudet. Luculentiùs, opinor , ad rem Græci Patres in huius verſ. Commentario , ita ſcribunt : *Inſaniæ falſæ ſunt , ſtudia præſentis vitæ, & inanes curæ. Inſania autem temperans* (id eſt , *vera*) *eſt illa præſentis vitæ conſtitutio , ſecundùm quam multis viſi ſunt Prophetæ excedere; in quâ glorians quoque Dauid, ait : Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax*, hoc eſt, mendacium ; concretum pro abſtracto , ad temperandam rei energiam. Itaque *inſania vera* eſt, iſta *præſentis vitæ conſtitutio* , quæ tametſi ad ſpeciem fulget , & ſtabilitatem ſpondet ; falſatis ſpebus , & veroſimili mendacio decipit, & iudicium menti propè adimit : Inſania vera eſt , *præſentis vitæ conſtitutio.* Profectò cum humana vita , ex conſtitutione ſuâ , ita ſit fragilis, caduca, futilis , volatica, ad mentitam illius ſpeciem attendere, nec eâ de re ſibi ac experientiæ credere, *inſania vera* eſt , quâ homo falſis deceptus , verè inſanit , & mentis inops oſtenditur.

Pſalm. 39. verſ. 5.
S. Hieron.

S. Auguſt. ibi.

S. Ambroſ.
Lorinus Corder. in Annott. n. 5.

Inſania vera dicitur, præſentis vitæ conſtitutio, quare?

Græci Patr.

5. Iobus cap. 7. ſic conqueritur de vitæ breuitate: *Dies mei*, inquit, *velociùs tranſierunt quàm à texente tela ſucciditur , & conſumpti ſunt abſque vllâ ſpe. Memento quia ventus eſt vita mea.* Quaſi iam actum eſſet de ſuâ vitâ , ait ſuos dies eſſe tranſactos , idque eâ feſtinatione , quâ à texente *tela* ſucciditur. Dein ſuam Deo tenuitatem oſtendit , aiens ſuam vitam eſſe *vento* , ſeu aëri quamſimillam , id eſt , futilem nimis Sed cur vitam ſuam *telæ* , *vento* aërique ſimilem dicit ? Aër ne textilis eſt humana vita , telæ & aëri à Iobo comparata? Belliſſimè Nyſſenus Tract. 1. in Pſalm. cap. 7. hâc ſuper re ita ſcribit : *Quibus enim ira potentia & vis preualet* (hoc eſt, qui ſunt homines potentes viribus , validi , robuſti,

Iob. 7. v. 6 & 7.

S. Gregor. Nyſſenus

Vita hominum, tela ex aëreis filis contexta, ſententiosè dicitur.

buſti, pugnaces,) *his vita quadam vmbratilis & minimè ſubſiſtens ducitur, ad ſimilitudinem telæ aranearum; vt in illâ apparet quidèm quoad contexta fuerit; at ſi quis manum admouerit, derepentè contactu digitorum dilabens euaneſcit: ſic & humana vita ſuperuacaneis, & non ſubſiſtentibus ſtudiis, tamquam aëreis quibuſdam filis, ſemper implicata, contexit ſibi non ſubſiſtentem telam; quam ſi quis firmâ cogitatione apprehendat, effugit contactum vana ſedulitas, inque nihilum recidit.* Ecce tibi vita hominis dicitur aranearum *tela*, velut *aëreis* contexta *filis*; ſic tenuis ac futilis, vt vel contactu digitorum dilabens euaneſcat, inque nihilum recidat; quippè quæ vmbratilis & minimè ſubſiſtés perhibetur. Sententioſè ergò ſuam vitam Iobus *telæ*, ac *vento* comparat, vt friuolam illius tenuitatem exponat.

6. *Sapient. 5. verſ. 13.* Sapientiæ 5. ſic de humanæ vitæ, rerúmque mundialium celeri curſu ſcribit Salomon: *Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra*, & tamquam nuncius percurrens, & tamquam nauis,&c. Sed nota totius ratiocinationis clauſulam: *Sic & nos nati continuò deſiuimus eſſe. τὸ continuò* non eſt in Græco textu: ſed putant communiter Interpretes neceſſariò ſubintelligi, vti patet ex præmiſſis ſimilitudinibus: nam motus vmbræ, nuncij, nauis, auis, & ſagittæ continuò tranſeunt & deficiunt. Verùm præterquam quòd difficile eſt, quòd homines *continuò* ac nati ſunt, eſſe deſinant; idque ſuadeat ſimilitudo de nuncio, naui, aui, ac ſagittâ: at ſimilitudo de *vmbrâ* non tantùm indicat quod velociter currit, ſed quòd præcurrit, anteit enim curſorem *vmbra* motus, & priùs deſinit, quàm hominis curſus deficiat.

Vita noſtra ante deſinit eſſe, quàm venit quomodo?

Huc forſan tacitè alludit Philoſophorum moraliſſimus lib. de Breuitate vitæ, cap. 10. *Aliis*, inquit, *vita eorum in profundum; & vt nihil prodeſt quantùmlibet ingeras, ſi non ſubeſt quod excipiat, ac ſeruet: ſic nihil refert quantùm temporis detur, ſi non eſt vbi ſubſidat, per quaſſos foratóſque animos tranſmittitur.* (Addit tempeſtiuè) *Præſens tempus breuiſſimum eſt, adeò quidèm vt quibuſdam nullum videatur: in curſu enim ſemper eſt. Fluit, & præcipitatur: antè deſinit eſſe, quàm venit.* Tranſit enim, ac præcurrit humana vita, tamquam *vmbra*, quæ anteit, ac præcurrit. Quare *antè deſinit eſſe, quàm venit.* Quâ de re vberiùs §. ſequenti, præſertim num. 5. vbi idem ex Auguſtino comprobatur, & textui ſacro hæc theſis accommodatur.

Seneca

---

§. VI.

Quam ſit vita hominis breuis, friuola, arcta, fugitiua, caduca.

1. *Seneca de Breuit. vitæ, cap. 1.*

MAior pars mortalium de naturæ malignitate conqueritur, quòd in exiguum æui gignimur, quòd hæc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis ſpatia decurrant, adeò vt exceptis admodùm paucis, ceteros in ipſo vitæ apparatu vita deſtituat. Nec huic publico, vt opinantur malo, turba tantùm & imprudens vulgus ingemuit. Clarorum quoque virorum hic affectus querelas euocauit: Indè illa maximi Medicorum exclamatio eſt, Vitam breuem eſſe, longam artem. Indè Ariſtoteli cum rerum naturâ exigenti minimè conueniens ſapienti viro lis eſt. Aiunt animalibus tantùm indulſiſſe, vt quina, aut dena ſecula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tantò citeriorem terminum ſtare. Quin & in hoc perbreui vitæ ſpatio præcipitat quiſque vitam ſuam, & futuri deſiderio laborat, præſentium tædio. Quid hiat homo ad habendum magnam copiam eius rei, ad cuius particulas ſic faſtidioſè nauſeat?

Homines in ipſo vitæ apparatu vita deſtituit.

Ariſtoteles

P. Didac. Celada in Ruth.

Regius Vates Pſalm. 38. ſic pangit: *Locutus ſum in linguâ meâ; notum fac mihi Domine finem meum. Et numerum dierum meorum, quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi.* Si hæc ſententia ſpecie tenùs accipiatur, videtur Dauid expetere à Deo notitiam annorum vitæ ſuæ, quò ſciret quantum temporis ſpatium illi vſque ad mortem ſupereſſet; quod inanis, imò & noxia curioſitas foret, & votum in paucis vitioſum. Porrò diuina prouidentia homines ſuper hâc re ſuſpenſos tenet, horæ mortis notio medium tempus probitati ſuffuretur; & iſtiuſmodi definita cognitio interim commeatum delinquendi feciſſet, & torum æternitatis negotium breui illo tempore ſub mortem putaret peragendum. Id ne tantus Propheta dum in oratione ardentiùs incaleſcit, precari putetur? Vndè plures è Commentatoribus, ne id aſſerant, Dauidicæ ſententiæ ſenſum flectunt, vt his verbis mortem potiùs apprecetur cum S. Iobo, tamquam tot calamitatum finem. Luculentiùs, opinor, & ad litteram & ad mores, Cardin. Bellarminus ſanctitate ac doctrinâ opinatiſſimus, ſic locum inibi commentatur: *Illud igitur ſignificare voluit, vitam humanam eſſe breuiſſimam, & quaſi quoddam nihil. Sed quoniam hanc veritatem, quamuis alioqui clariſſimam, & experimento notiſſimam, pauci benè norunt, ideò precatur Deum, vt non ſinat ſe decipi, vt plurimi decipiuntur, vt exiſtiment diuturnum, quod eſt breuiſſimum .... Ait igitur; Notum fac mihi Domine finem meū, id eſt, fac Domine per gratiam tuam, vt illuſtrentur oculi mentis meæ, & apertè cognoſcam finem vitæ meæ iam propè adeſſe. Et numerum dierum meorum, quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi, id eſt, fac, vt attentâ cogitatione penetrem quam ſit breuis numerus dierum meorum, & ſciam quàm parum temporis mihi ſuperſit.* Subtiliter adæquè ac ſalubriter. Scilicet nemo mortalium neſcit ſe naſci mortalem, & morti obnoxium viuere; nec tam vitiis obbruteſcit homo, vt id poſſit ignorare, quod vel de quotidianâ experientiâ notiſſimum eſt: at neſcio quâ cognatâ naturæ humanæ præſumptione, & callido dæmonum aſtu, in quàuis ætate longiorem vitam vaniſſimis ſpebus ſibi ſpondet; & quod mente probè noſcit, practicè diffitetur. Ergò Dauid in meditatione calens, id à Deo hianter expoſcit, vt quod ſpeculatiuè ſcit, practicè norit. Nempè benè ſcius breue vitæ ſpatium illi ſupereſſe, anxiè rogat, vt eandem vitæ breuitatem, & feſtinatum ad mortem curſum, perſpicaciùs *penetret*, & practicè pernoſcat. Hiſpanè diceres: *Bien ſe que tengo de morir, y que no puedo viuir mucho; perſuadame yo eſta verdad practicamente.* Sic ſunt fallaces mortalium ſpes, aduersùs cognatæ mortalitatis experimenta! Sic hoc vitæ ludibrio paſſim fallimur! Sic de falſatâ præſumptione eſt mortalis noſtra natura immortalitatis candidata!

2. *Pſal. 38. v. 5*

Bellarmin.

Practicè pernoſcenda eſt humanæ vitæ breuitas.

Digitized by Google

data ! Sic adhuc verſùs paradiſum , arboris vitæ eſum cum Adamo fruſtrà ambimus !

3. Redeat nunc iterùm, iterùm quoque rediturus, idem Dauidis locus , ad rem præſentem aliter expendendus *Locutus ſum in linguâ meâ* ; *notum fac mihi Domine finem meum. Ec numerum dierum meorum , quis eſt , vt ſciam quid deſit mihi.* Nuper adſtruebamus , hîc non eſſe Dauidem curioſè ſuperſtitioſum de prænoſcendo vitæ ſuæ termino , & mortis horâ ; ſed vitæ humanæ breuitatem practicè cognoſcere auidiùs expetiiſſe ; Commentatores meritò perquirunt , cur id *linguâ ſuâ* poſtulare dixerit ? Qui orat , non alienâ voce ac linguâ beneſium poſtulat ; cur ergò id ſuâ ipſius linguâ expetere fatetur ? Quæ eſt hæc propria Dauidis lingua , quâ noſſe vitæ breuitatem à Deo precatur ? Pulchrè indidèm Bellarminus : *In illo æſtu interiore locutus ſum, inquit , in linguâ meâ, id eſt, non ſum locutus in lingua quam omnes intelligunt , ſed in linguâ mihi notâ. Quaſi dicat: Ego ſcio quid voluerim dicere.* Nimirùm, ait, Dauid ; cùm vitæ meæ breuitatem perſpicaciùs à Deo noſſe expeto , loquor de communi linguâ , & de vulgi idiomate : nam imprudens etiam vulgus , & mortalium quiſque benè noſcit ſpeculatiuè eſſe mortalem , nec ſuam mortem longiùs abeſſe. Ego autem in æſtu meditationis meæ , hâc ſuper re loquor aliâ linguâ, aliáque linguâ , & alio ſenſu erudiri expoſco , vt practico intellectu penetrem quàm ſit modicum vitæ tempus, quàm incertum, perbreue , futile , volaticum. *Locutus ſum in linguâ meâ, id eſt, non ſum locutus in linguâ, quam omnes intelligunt. Quaſi dicat : Ego ſcio quid volue-*
4. *rim dicere.* Ab hâc expoſitione non valdè diſtat alia Origenis expoſitio in Catenâ Græcorum Patrum, vbi ita ſcribit: *Ergà peccatorem quidèm obmutuit* Dauid, *ad Deum verò locutus eſt linguâ affectus. Et qui ſincerè ſenſa animi ſui profert, is linguâ loquitur ſuâ; at qui dolos nectit, linguâ loquitur alienâ.* (ſententia acuminum fœcunda, & alibi aliorsùm enucleanda) Nempè hîc Dauid cùm ex cordis affectu , atque animi voto, vitæ breuitatem noſſe expetat , linguâ ſuâ loqui dicitur: non doloſâ mortalium linguâ, quæ rametſi id ſpeculatiuè ſciat , practicè autem hominis mortalitatem ignorat. De morte ſuâ loquitur vulgus hominum,tamquam de re certiſſimè non longiùs abfuturâ;nec tamen linguâ ſuâ loquitur, quia *linguâ loquitur alienâ* ; doloſè enim agit , cùm dicat quod practicè minimè ſentit , imò & diſſentit egregiè , nec fore aliquandò ſibi quodammodò perſuadet.Hos præſumptæ immortalitatis dolos humanitas tota Diabolorum ſuggeſtu pernicioſè ſuadet ; & quod ſpeculatiuè veriùs affirmat practicâ fraude doloſè diffitetur. O caue has humanæ naturæ technas , quæ clanculùm damnationem ſubornant !

Pſal. 38. v. 5.

Bellarmin.

Quæ ſit Dauidis lingua, quâ vitæ breuitatem noſſe petit.

Origenes.

Qui quod ſentit, loquitur, linguâ ſuâ loquitur. ſecùs alienâ.

5. Præſcriptus autem Pſalmographi locus,adhuc emedullandus eſt: *Locutus ſum in linguâ meâ;notum fac mihi Domine finem meum.* &c. Scilicet Propheta angitur,atque anxiâ ſollicitudine concutitur, vt perſpicaciùs penetret quàm ſit breuis mortalium vita , & quàm ſit in limine mors,ad quam quammaximis itineribus tota humanitas currit. Quâ de re ſic inibi exaggeratiùs philoſophatur Auguſtinus : *Iam tranſilini* , inquit , *& adhuc tranſiliendum eſt. Non enim hic remanebimus. Finem notum mihi fac: finem,qui mihi deeſt; non curſum , qui mihi adeſt. Momentis tranſuolantibus cuncta rapiuntur: torrens rerum fluit ..... Iſti ergò dies non ſunt; antè abeunt penè quàm veniant ; & cùm venerint , ſtare non poſſunt.* Sanè quid miriſſimum , & valdè magnum dixiſſe putatur Petrus, cùm tempus humanæ vitæ appellat *modicum nunc*, id eſt, anguſtum ac perbreue inſtans , quod rapidè elabitur. Hoc autem vitæ noſtræ *modicum nunc* , ſeu arctiſſimum fugitiuè inſtans , *dies* vocatur ab Auguſtino , & ſacro Hiſtoriographo hîc;verùm *dies*, qui *antè abeunt penè quàm veniant.* Sic humani dies feſtinanter præteruolant ! O ſemper illud Eucherij verum : *Nihil eſt magnum re, quod paruum tempore : nec longis dilatatur gaudiis , quicquid arcto fine concluditur.* Magnum , neque vmquam finiendum practicè putas,quod *modicum nunc* eſt? quod antè abiit penè quàm venerit ?

Pſal. 38. v. 5.

Dies noſtri antè abeunt penè quàm veniant.

S. Auguſtin.

1. Petr. 1. v. 6.

Nihil eſt magnum re, quod paruũ eſt tempore.

Hîc verſ. 1.

Eucher. ad Valer.

6. Pergit idem regius Vates eodem Pſalmo 38. verſ. ſequenti : *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos : & ſubſtantia mea tamquam nihilum antè te.* Prius hemiſtichium ſic reddit Ambroſius L x x. Interpretes ſecutus: *Ecce veteres poſuiſti dies meos.* Quaſi infans recèns natus, in ipſâ vitæ nouitate,& dierum auſpicio, *dies veteres* habere dicatur; *veteres* inquam, id eſt, languentes, deficientes , titubantes, caducos , cadaueraſcentes. Poſterius verò hemiſtichium , *Et ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te*, ſic Apollinarius excribit , & exponit : *Et valdè radicem mea vita inutilem cognouiſti.* Quid in ramis viride,floridum , fructiferum ſperes de arbore , quæ radicem habet *inutilem ?* O quàm multa quàm paucis compendiauit Apollinarius ! Aquila verò ſic tranſtulit : *Et occaſus meus quaſi non eſt ante te.* quaſi *ſubſtantia* hominis , id eſt eius *vita* (vt vertit Symmachus & Hieronymus) ſit merus *occaſus*. Hem ! ſic homo ab ortu ipſo ad occaſum properat, vt eius vita etiam dum oritur, vitæ *occaſus* nominetur ? Sic in ortu occidit præmaturo aborſu ? Sic hominis natiuitas mortalitare tumulatur ! Sic de vtero transfertur ad tumulum ? Sic incipit non eſſe , dum eſſe incipit ? *Et ſubſtantia mea tanquam nihilum antè te.* Verũ (vt nuper ex Symmacho ac Hieronymo adnotauimus) *τὸ ſubſtantia* , quæ hominis naturam ſignificat , hîc pro *vitâ* ponitur. Græcè autem habetur ὑπόστασις *hypoſtaſis* , id eſt , *ſubſiſtentia*, vt indidèm aduertit Corderius in Annotationibus. Quaſi hominis vita dicatur *hypoſtaſis* ſiue *ſubſiſtentia.* Nimirùm ſi preſsè & philoſophicè agitur, *ſubſiſtentia* eſt, vltimus naturæ terminus, in quē ipſa incumbit natura,& qui dum illam ſuſtentat , reliqua naturæ elogia & accidentia fulcit. O futilem & caducam mundialium bonorum in homine *ſubſiſtentiam*, nempè *vitam ! Et ſubſiſtentia mea tanquam nihilum antè te.* Hæc friuolâ ſubſiſtentiâ nititur regnorum ſuperbia, Magiſtratuum ambitio,litteratorum vanagloria, opum auaritia & luxus , hominum voluptates, & tota mundialis gloriæ ſcena hoc fulcro ſuſtentatur. Quare hominis vita , non tam horum *ſubſiſtentia*, quàm eorumdem titubatio, ſeu ruina eſt. Ecquis tam vecors ſit, qui hæc omnia ſuper nihilum fundet ? *Et ſubſiſtentia mea tamquam nihilum antè te.*

Pſal. 38. v. 6.

S. Ambroſ.

Lxx. Interp.

Pueri etiam dies, dicuntur veteres quare?

Appollinar.

Vita radix dicitur inutilis.

Vita hominis, occaſus dicitur.

Symmach.

S. Hierony.

Vita hominis dicitur mũdialium bonorum ſubſiſtentia

Græcus

Corderius

§ VII.

§. VII.

Lutoſus terræ limus, è quo materiatus eſt homo, reformationi in hominem cæleſtem ſæpè adulatur.

1\. Tertull. TErtullianus lib. de Reſurrect. carnis cap. 6. commendans primæuum limum, ex quo homo figmentum primò, dehinc totus factori ſuo conſtitit; ita ſcribit: Illa puſillitas, limus, in manus Dei peruenit, ſatis beatus etſi ſolummodò contactus. Adeò magna res agebatur quâ iſta materia extruebatur: Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur. *Dum limus exprimitur, Chriſtus cogitatur.* Recogita totum illi Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientiâ, prouidentiâ, & ipſâ in primis adfectione, quæ lineamenta ductabat. *Quodcumque enim Limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus, quod & Limus, & Sermo & caro, quod & terra tunc. Sic* Gen. 1. v. 26. *enim præfatio Patris ad Filium: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et fecit hominem Deus, id vtique quod finxit* (è Limo) *ad imaginē Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti.* Grande miriſſimè è Limo opus, quo Chriſtus cogitatur & exprimitur; quo homo Deo per ſimilitudinem pariatur. Sic limi lutea puſillitas, per Deum ſublimiſſimè grandeſcit: & auguſta Opificis gloria, gloriæ incrementa de limoſæ materiæ vilitate, fœneratur. Hîc verſ. 1. De Terræ fame famen cæleſtium Rutha eſurit.

2\. Iſaiæ 6. v. 3. Iſaiæ 6. mirabilis illa viſio proponitur, quâ Seraphini ſtabant ſuper auguſtum Dei ſoliū, ſenis alis myſticè prælustres. *Et clamabant alter ad alterū, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum plena eſt omnis terra gloriâ eius.* Glorioſum ſanè Triſagium, quo Seraphini gloriā Dei altiùs buccinăt, & ſumptuoſiùs deprædicant. Sciſcitari autem curioſiùs lubet, quare cum diuinæ gloriæ ſummum elogium à Cæleſtibus prædicatur, non tam cæli, quàm terra, eius gloriâ plena dicatur? An non Dei gloria plus in cælo, quàm in terrâ oſtentatur; Fortè infimiſſima terra humillimæ vilitatis ſuæ priuilegio, diuinam gloriam glorioſiùs commendat? An cælicolæ Seraphini non tam ſuam olympiam patriam, quàm peregrinam, vilem, ac degenerem terræ regionem, in quâ Cælicolæ tamquam inquilini verſantur, præclariùs commendare exambiunt? Diuinè ac propheticè S. Cyrillus. S. Hieron. Haymo. S. Cyrillus, Hieronymus, & Haymo per *gloriam* accipiunt Chriſti vitam, miracula, & prædicationem, per quam SS. Trinitatis & Incarnationis myſterium in omni terrâ celebratur. Quâ ſuper re tempeſtiuè indidèm Hieronymus: S. Hierony. apud Gloſſam. *Plena eſt omnis terra gloriâ eius. Et implebitur, cùm hoc impletum fuerit, Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terrâ. Adhuc voluntas Patris in cælo eſt, quæ in terrâ nondùm impleta eſt: vt credatur, ſcilicet in terrâ, quod nondùm in omni terrâ habuit.* *Cur non tam cæli, quàm terra dicatur plena Dei gloria.* Profectò hæc eſt ſumma, imò & meta diuinæ gloriæ, quam Seraphini celebriori Triſagio nouiter deprædicant, quod voluntas Dei fiet in terrâ ſicut in cælo, diuinæ Incarnationis beneficio, & Dominicæ prædicationis gratiâ. Porrò magis arduum, & indè glorioſum magis eſt, quòd Terrâ cognato pondere infimiſſima, ſitu ſuo vilior, de cœnoſo limo lutosè ſqualida; ſic quodammodò ſe dediſcens, & ſuam paſſionum ignominiam deſueſcens, ita cælum fragret, & Cæliçolas de virtute æmuletur, vt Dei *voluntas fiat ſicut in cælo & in terrâ.* Exindè quaſi cæli remiſſiùs enarrent gloriam Dei, quò id expromptiùs præſtant; Terra, terra, inquam, quæ à ſuo limo defæcata, de obſcuritate prælucens, ab infimitate ſublimis, Dei gloriam moribus buccinat, decauratæ gloriæ palmam nunc reportat, & victoriale opulentius trophæum erigit vel ad cæli quodammodò inuidiam. Quare conſultiſſimè Propheta in hoc celebriori Triſagio, mutus ad Dei gloriam quam cæli denarrant, ſumptuoſiorem à Terrâ gloriam glorioſè deprædicat, dum Seraphinorum intonat voces: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius.* *Cùm dicitur Deus ſine terrâ, terram gloriâ ſuâ implet.* Quod *implebitur, cùm hoc impletum fuerit, Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.* Hem! ſic Terra quæ alioqui diuinæ gloriæ obſtrepit paſſionum abſurditate, eidem obnixiùs ac exaggeratiùs militat? (Non hîc dimittam innotatum, aliundè forſan notandū, quòd cùm Deus dicitur *Sanctus*, Græcè ἅγιος, id eſt, *ſine terra*; tunc, tunc quidèm dicitur, *Plena eſt omnis terra gloriâ eius.* Lxx. Interp. Quod ſatis eſt in hoc tranſcurſu perſtrinxiſſe.)

Lucæ 8. hanc parabolam turbis Chriſtus propoſuit: 3. Lucæ 8. v. 6. Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. *Et aliud cecidit ſuper petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* Hanc cæleſtis ſeminis iacturam, quia ſuprà petram cecidit, ſic iterùm narrat, vel potiùs narrando Matthæus Matth. 13. verſ. 5. & 6. exponit: *Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æſtuauerunt.* Quaſi dicat: Hæc pars ſeminis cecidit in terram petroſam, quæ, quia in eâ parum habebat terræ, non potuit agere radices; quare illicò ebullire & germinare cœpit; & inde caumate ſeu æſtu Solis exuſta eſt, & æſtu periit tam ſemen, quàm germina præcociter erumpentia: ſemen enim non habebat terræ altitudinem. Profectò mirum eſt, & *Terra defectu, ſemen diuini verbi ſterileſcit.* ſagaci expenſione digniſſimum, quòd cùm hoc ſemen ſit *Verbum Dei* (vt ipſe Chriſtus Deus interpretatur (verbum Dei, inquam, cæleſtes in animâ fructus vbertim ſpondens, terræ defectu ſterileſcat. Multa terra eſt neceſſaria, vt cæleſte diuini verbi ſemen, vberiùs fructificet, cæleſti copiosè prouentu? Quid terræ ad cæleſtium fructuum vbertatem? Eſt ne terra probitatis ferax? Appoſitè Rabanus inibi apud Catenam: Rabanus. *Quia non habebant altitudinem terræ. &c. Solem, dicit feruorem perſecutionis ſæuientis* (ſeu obſcœnæ concupiſcentiæ æſtuantis) *Altitudo terræ, eſt probitas animæ diſciplinis cæleſtibus inſtituta.* Hem! terra, & quidem profunda, quæ putari poſſet animum deprauare, & vitijs corrrumpere, probitatum fertilis eſſe dicitur? Ita quidèm, ſi obnixiùs excolatur, & cæleſtibus diſciplinis è diuerſo imbuatur. Porrò cæleſte diuini verbi ſemen, in petroſa cadens, terræ defectu moraliſſimè ſterileſcit; ne homo, quia terra eſt, & ad terrena naturaliter hiat, animo cadat; ſed indè animoſiùs audeat, terram mor-

Digitized by Google

tificatione dediſcere, & ad cæleſtia auidiùs ſuſpirare; inde animos ſtrenuè ſumens, vndè credi poterat defeciſſe. Heroüm virtus, terram cæleſtium facinorum fœcundam reddit, dum terrenum adnixum ad cæleſtia reformat, in magnanimæ mortificationis officinâ.

4. 1. Cor. 15. v. 47. & 48. Gentium doctor 1. Corinth. 15. hanc pariat antitheſim inter Adamum & Chriſtum: *Primus homo*. inquit, *de terrâ, terrenus: ſecundus homo de cælo. cæleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.* Nempè ſicut Adam è terra terrenus, terram viuens ſapit, in terram mortuus redit: ita & omnes terreni ab eo nati. Et ſicut Chriſtus per reſurrectionem adeptus eſt corpus cæleſte, id eſt, immortale & glorioſum: ita & ex eo renati Sancti fiant cæleſtes. Ceterùm cùm homines per Chriſtum, & in Chriſto renati, priùs naſcantur ex terreno Adamo; quo pacto poterunt cognatam terram deſueſcere, & primæ natiuitatis limum exuere? Annon terrena natiuitas natiuitatem cæleſtem vetat? *Quemadmodum* (ait Chryſologus) *non nati taliter, tales poterunt inueniri? Quemadmodùm, non manendo quòd nati ſunt, & quod renati ſunt permanendo. Hinc eſt quod virginei fontis* (baptiſmi) *vterum cæleſtis ſpiritus arcanum luminis ſui admixtione fœcundat, vt quod origo limoſæ ſtirpis profuderat, ſub miſera conditione, terrenos cæleſtis pariat, & ad ſimilitudinem ſui producat auctoris. Ergò iam renati, iam reformati ad noſtri imaginem creatoris, quod præcepit Apoſtolus impleamus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis.* Sanè natiuitas terrena cæleſtem natiuitatẽ perſtruit: & cæleſtis Adami per renaſcentiam imago Adami terreni imaginem è diuerſo æmulatur. Non officit limoſa è terreno Adamo natiuitas, quin defæcato cœnoſo terræ limo, in cæleſtis Adami, id eſt, Chriſti imaginem reformemur. Limus cælum inaugurat gratiæ priuilegio.

S. Chyſol. apud Tilmann. ibi.

Natiuitas terrena cæleſtem renaſcentiam inaugurat.

5. 2. Cor. 12. v 2. & 4. 2. Corinth. 12. ita de ſe Paullus loquitur: Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extrà corpus neſcio, Deus ſcit: *raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum.* Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiuè extrà corpus neſcio, Deus ſcit, *quoniam raptus eſt in paradiſum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Non hîc litem intendam Aſtronomis & Commentatoribus, quod ſit hoc tertium cælum, ad quod Paullus raptus eſt: & an Paradiſus hic ſit cælum empyreum, vbi didicit arcanam ineffabiliter ſapientiam, reliquis hominibus imperuiam. Audio, *cælum* ac *paradiſum*, in quo velut gymnaſio hâc ineffabili ſapientiâ Apoſtolus eruditur. Sed audio etiam S. Gregorium in 1. Reg. ſic loquentem: *Et ideò fortaſſè* Paullus *aliis Apoſtolis excelluit, quia futurus in cæleſtibus, Terrena priùs ſtudioſiùs didicit.* Profundè quidèm Gregorius! Nimirùm Paullus in cælum rapiendus, vt audiret arcana verba, quæ non licent homini loqui, & vt imbueretur ſecretiori de cæleſtibus ſapientiâ; *terrena priùs ſtudioſiùs didicit; & ideò fortaſſè aliis Apoſtolis excelluit.* Sic terrena ſapientia cæleſtem perſtruit? Sic quod terram ſapit, cæleſtem ſapientiam arcanè ſpirat? ô quàm multa quàm paucis Magnus Gregorius compendiauit!

Quia Paullus terrena prius didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit

S. Gregor.

§. VIII.

Officio ſuo plenè adimplendo totus officialis ſollerter inuigilet.

NEmo poteſt perſonam diu ferre. Ficta citò in naturam ſuam recidunt; quibus veritas ſubeſt, quæque (vt ita dicam) ex ſolido enaſcuntur, tempore ipſo in maius meliuſque procedunt. Magnum eſt non in muneris obeundi auſpicio, ſed in prolixo etiam temporis decurſu, eſſe virum ſui nominis, & indefeſſus ſui officij exactor. Quàm eſt anguſta officialium officioſitas, quæ ad aliqua exactior eſt, ad alia torpet? Quantò latior officiorum patet, quàm commoditatum ac honorum regula? Quem non recta mens agit, ſed dominandi libido ad officiũ præclarum obeundum, ipſa dignitas ſic adepta moleſtiis vrit, citò implet, & tædio eſt, & poſt primum impetum marcet, & cùm maximè honores libido delectat, ſtatim oneroſis implendi officij laboribus extinguitur. Officio ſeruiat ſuo, qui aliis imperat; & talis ſit in munere, qualis ſub perſonâ candidati apparebat. Quid alios ad officia exigit, ſui officij marcidus exactor? 1.

Exactior in obeũdo munere ſedulitas commendatur.

Lucæ 23. Latro ille & ſuæ furacitatis, & Dominicæ innocentiæ benè conſcius, Chriſti diuinitatem in tormentis agnoſcit, & ſui memoriam ſupplex expoſcit: *Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei, cùm veneris in regnũ tuum.* At ſui memoriam piè quærens, feliciter paradiſum inuenit. *Et dixit illi Ieſus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo.* Verùm cùm paradiſi, ſeu regni cæleſtis hactenùs clauſi, ſint apud Petrum claues (*Tibi dabo claues regni cælorum*) Arnoldus Carnotenſis in Tract. de ſeptem verbis Domini, hoc colloquium ad Petrum inducit, quaſi tunc defecerit à magno cæleſtis clauigeri munere plenè obeundo: *Hodie mecum eris in paradiſo. Te tamen* (ô Petre) *iuxta crucem non video, territus lates, nec ibi Apoſtolicâ auctoritate vteris, vbi adinuicem fixis iuxta crucibus, prima: a miſcent colloquia Saluator & peccator. Abſens eras, & miniſterij tui claues* (*quod pace tuâ dixerim*) *modò non profers. Supplet vicem tuam ſummus Sacerdos, apertiſque ſeris antiquis Latro primitia derelictorum introducitur, aperiente Chriſto, in regnum cælorum.* Scilicet Petrus paradiſi clauiger deſignatus, poſt trinam infidè negationem, Chriſti oculos ferre non ſuſtinens, confeſtim territus fugit, & flebilis latet, irremediabilibus vbertim lachrymis procurans præuaricationis litturam. Iuſtiſſimâ Sanè ex cauſsâ Petrus abeſt, & dum abeſt cruci, muneri abfuiſſe ſuo palàm incuſatur. Porrò beneficus Saluator, & furax peccator dum in crucibus colloquia miſcent, de veniâ paciſcuntur. Ingreſſurus erat in paradiſum latro: Apoſtolica deſideratur auctoritas, quæ commiſſis ſibi clauibus paradiſum hactenùs clauſum ex officio reſeret. *Abſens eras, & miniſterij tui claues* (*quod pace tuâ dixerim modò non profers: ſuppolet vicem tuam Summus Sacerdos.* O, nec tam iuſta, tam pia, tam neceſſaria ſe abſentandi cauſſa, *abſentiam miniſterij ſui* obeundi colorat? Lacrymis ſua delicta mundat, vt mundus poſſit apparere Magiſtro; aſt ſi *miniſterio ſuo* adeſſet iuxta crucem, 2.

Lucæ 23. v. 43.

Matth. 18. v. 18.

Arnold. Car.

Dum flebilis Petrus cruci abeſt, miniſterióne ſuo deeſt?

Num Petri vices Chriſtus ſubſtituit?

Digitized by Google

cem, ibi citiùs & potiùs ſua delicta extergere potuiſſet, vbi totius mundi delicta tergebantur ad gratiæ nitorem. In tranſcurſu autem obſerua, Chriſtum dici obiiſſe Petri vices, ne ſuo muneri defuiſſe putetur Petrus, qui tunc ex legitimâ, aberat cauſsâ, in lacrymarum agone ſedulus.

3. Geneſeos 2. opificio mundi ſex diebus peracto,
Geneſ. 2. verſ. 1. & 2. in quibus diuinus opifex omnium generum creaturas primò in lucem edidit, quales decebat ex Dei manu prodire; incunctanter ſacer Hiſtoricus ſubdit: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.* Hactenùs ſingula ſeorſim opera, poſt oculatum Dei examen, dicuntur *bona*, & omnia iunctim *valdè bona* prædicantur: nec ſine ornatu cuiúſque rei naturæ congruo tunc erant; quo igitur pacto Dei opera nunc *perfici* & *compleri* dicuntur cum *omni ornatu* ſuo, quaſi hucuſque imperfecta, incom-
Carthuſ. pleta, & inornata forent? Dionyſius Carthuſ. ibi (alibi ad alias ethicè theſes aliter expenſus) ita ad rem præſentem ſcribit: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuũ quod fecerat. Dicitur*, inquit, *Deus die ſeptimo opus ſuum compleſſe quoniam ſeptimo die cœperunt opera ſex dierum exercere actus congruos ſibi, & in inuicem agere,*
Dum res cõplent munus ſuum, tunc perfecta, & completa cum ornatu ſuo dicũtur. *atque ſimilia propagare.* Nempè ſex dierum opera congruam vniuſcuiuſque naturam, perfectionem, ac ornatum habebant; adeò vt nihil ipſis ad intrinſecum ſui complementum deeſſet. Aſt vſque ad hunc ſeptimum diem non *cœperunt generaliter exercere actus congruos ſibi*, id eſt, officia obire, quibus à ſummo rerum opifice fuerant deſtinata, neque explere munera, quæ ſollerter exercere, ad illa ex officio ſpectabant. Itaque hactenùs ſibi ipſis *bona*, ac *valdè bona* erant, & vni, aut alteri tunc duntaxat proficua, Nunc autem cùm primò creaturæ omnes cœperunt generaliter munera ſua perfectè obire, & completè exercere; quaſi eòuſque imperfectæ ac incompletæ forent, atque incompleto imperfectóque ornatu inornatè deformes, tunc, tunc quidèm de exercito actuosè officio cuique idoneo, & *perfectionem*, & *complementum* cum *omni ornatu* ſuo mutuaſſe dicuntur. Porrò cui ex officio plures res ſollerter exercendæ incumbunt, dum omninò, aut ex parte ab illarũ exercitio otiosè feriatur; tametſi alioqui *bonus*, ac *valdè bonus* in ſeipſo ſit, tanquam ſine perfectione, complemento, ac ornatu, & velut nemo muneri ſuo moraliſſimè perhibetur.

4. Ioannis 19. poſt tres ferè horas, quibus Chri-
Ioannis 19. verſ. 28. ſtus Deus in cruce acerbiùs patibulatus pendebat, morti iam vicinus, *Ieſus* (inquit Euangeliſta) *quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergò poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpongiam aceto plenam, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius.* Vulgò addubitant Interpretes quo pacto verè dicere potuit Ioannes, iam *omnia conſummata*, cùm oracula Prophetarum nondùm conſummata, perfecta, atque abſoluta fuerint. Sanè non videtur *conſummatum*, cui pars ad conſummationem potior deeſt. Porrò ſi Scripturæ Prophetarum de Chriſto, adhuc impletæ non ſunt, quomodo *omnia conſummata* eſſe, tunc ſciebat Chriſtus? Hoc dubium variè Commentatores extricant, & Ruperti expoſitionem ethicè aliàs expendebamus. Audiendus nunc eſt Auguſtinus
ſic indidèm tempeſtiuè fatus: *Sciens quia omnia* S. Auguſt. *conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vidit ergò quia conſummata ſunt omnia, quæ oportebat vt fierent, antequam acciperet acetum, & traderet ſpiritum: atque vt hoc etiam conſummaretur, quod Scriptura prædixerat, Et in ſiti meâ potauerunt me aceto.* (Pende verba quæ ſubdit, & eorum expende ſacramenta) *Sitio, inquit, tanquàm diceret: Hoc minùs*
feciſtis, date quod eſtis. Quaſi dicat Chriſtus *Chriſtus, ſuo conſummato munere, quod tortores minùs fecerant, vt faciant, admonet* Deus morte iam iam inſtante: *Omnia conſummata ſunt*, quæ ad me vnum facienda & perficienda ſpectant, vt Patris voluntas, & Prophetarum oracula plenè impleantur. Vos autem, ô tortores crudeliſſimi, *hoc minùs feciſtis*, quod acetum cruciario non porrigitis, quod veſtrum eſt. Veſtrum ergò vos miniſterium integrè implete, & acetum mihi morienti acerbè propinate. Quod ne vos muneri veſtro deficientes omittatis, meam aridam ſitim ſiccis faucibus denuncio, quò vobis officio veſtro non deficientibus, quod in me eſt, acceptandi & libandi poculum aceti, non deſit: vt ſic Prophetarum Scripturæ per me, ac per vos etiam plenè adimpleantur. Quaſi Chriſtus poſtquã *conſummauerat omnia*, quæ ad ſe ex munere ſuo ſpectabant, tortores propoſitâ ſiti excitet, ne deſint miniſterio ſuo, & ſic aliquid ſibi patiendum, & Scripturarum implendum forſan omittatur. Itaque Saluator ſuo Redemptoris munere plenè iam iam conſummato, *dixit, Sitio*, vt ei carnifices propinent acetum, quod vnum & illis præſtandum deerat, & ipſi tolerandum. Vide quàm ſuperplenè munus ſuum Redemptor adimpleat; quod præfiguratum eſt in Boozo eius typo, qui & *Re-*
demptor in hâc hiſtoriâ ſæpè nominatur, & Ru- Ruth. 4. v. 1. &c.
thæ redemptionem exequens, eius quoque cauſſam cum Propinquo tractat & abſoluit, quò perfecti Redemptoris munus ſuperadimpleat.

2. ad Timotheum 4. ſic eum Paullus officij 5.
ſui admonet: *Tu verò vigila, in omnibus labora,* 2. ad Tim. 4. verſ. 5.
opus fac Euangeliſta, miniſterium tuum imple. In confeſſo eſt apud Commentatores, quòd his verbis eum Paullus adhortatur, vt ſuum plenè
expleat officium. Pro τὸ *labora*, Græcè eſt, *mala* Græcus.
patere, afflictiones tolera. Senſus igitur eſt (ait ſci-
tè inibi Guilielmus Eſtius) *Cùm ea quæ dixi iam-* Eſtius.
iam immineant, tu aduerſus hæc vigila in omnibus, id eſt, omnes officij tui partes diligenter exequere, atque in afflictionibus ac laboribus obdura; nec aduerſariis cede, neque periculis. Verùm Eſtius particulam *in omnibus* refert ad τὸ *vigila*, id eſt, *Vigila in omnibus:* at communiter Inter-
pretes ad τὸ *labora* referunt, vt ſenſus ſit, *In* S. Anſelm. ibi.
omnibus actibus labora (ait inibi Anſelmus) *Miniſterium tuum imple, vt non ſit vacuum à bonâ actione tuâ, ſed quicquid in eo debes agere,*
plenariè perficias. Itaque vt tuum miniſterium *Qui miniſterium ſuum implet, in omnibus vigilare & laborare debet.* non ſit vacuum à bonâ actione, ſed vt illud plenariè impleas, ſeu perficias, debès *in omnibus vigilare*, ait Eſtius; & Anſelmus cum reliquis debes *in omnibus laborare*, id eſt, ſi opus fuerit ad illud plenariè implendum, debes *in omnibus mala pati, & afflictiones tolerare*, vt Græcus textus habet. O quàm eſt operoſum cuique ſuũ *implere miniſterium*, quandoquidèm neceſſe eſt, *Vigilare in omnibus*, ſeu *in omnibus laborare*, ſiue *in omnibus mala pati*, vel *afflictiones tolerare!*

Digitized by Google

vare! ô quàm latè patet illa vniuerſalis vox, *in omnibus*. Profectò qui *miniſterium* ſuum ſic plenariè non *implet*, miniſterium obit *à bonâ actione vacuum*. Irrequieta ſanè res eſt, miniſterium ſuum implere: procùl otium à miniſtro, qui vigil in omnibus, in omnibus debet *laborare, mala pati, & afflictiones tolerare*. Scitè ac facetè ille quicumque: *Satius eſt otioſum eſſe, quàm nihil agere.*

Plinius in epiſt.

6. Hic verſ. 1. *In diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant*. Hebraicè, *cùm Iudices iudicarent*. Mariana, *In diebus iudicare*; Serarius, *In diebus iudicare Iudices*. Chaldæus *In diebus ducere Duces*. ô bona miniſtri idea! *Iudex* proponitur; tacetur eius nomen, patria, genus, & alia eius munia mutè ſilentur. *In diebus iudicare Iudices* dicitur, quaſi id vnum agerent, nec quidquam aliud obirent, per quod noſci poſſent. *Iudex* duntaxat iudex eſt, reliqua nemo: quippè qui *in omnibus vigilare, laborare in omnibus* debeat, quo miniſterium ſuum in nullâ re vacuum, plenariè impleat. *In omnibus labora, miniſterium tuum imple.* Sic iniunctum munus præſtabatur, *in diebus iudicare iudices?*

Hic Verſ. 1. Hebræus. Mariana. Serarius. Chaldæus.

Iudex tantùm iudex eſt, reliqua nemo.

---

§. IX.

Iudicibus ac Præfectis auguſtior honos à ſubditis exhibetur.

1. AD idoneam Honorum electionem pulchra gnome Auguſtini eſt, ex adytis philoſophiæ ſapienter eruta: *Hac igitur in dominationibus ac ſeruitutibus clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione: quod cùm in hoc ſeculo per iniquitatem hominum perturbatur, vel per naturarum carnalium diuerſitatem, ferant Iuſti temporalem peruerſitatem, in finem habituri ordinatiſſimam & ſempiternam felicitatem.* Itaq; Iudices iudicio, prudentiâ ac *ratione excellere* debent, vt in tanti faſtigij honore excellant. Quòd ſi vice verſâ inidoneè hi ſubiiciuntur indignè præſidentibus, in finem habituri ſunt ordinatiſſimam cæleſtis gloriæ felicitatem, & æternum beatæ felicitatis Honorem, qui temporariam immeritò ſubiectionem compenſet: & priuati caduco Præſidentiæ honore, beatis empyreæ gloriæ honoribus ſublimantur. Tantáne eſt humanæ præſidentiæ in terris gloria, vt eâ immeritò viduati, Olympij in cælis regni ſceptris beatè principentur? Sanè auguſta eſt ſublimitas eiuſdem naturæ conſortibus principari! Sic Honorum ambitio omnium tenet vota.

S. Auguſt. q. 153. in Gen. *Præſidentibus immeritis ſubiici, cæleſti regno compenſatur.*

2. Iob cap. 9. ac ſi coram Deo iudice, ſuæ innocentiæ vindex ſiſteretur, ita loquitur: *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit.* Non facile extricant Interpretes quo pacto ſanctus Iob, non ſolùm iuſtus, ſed iuſtitiæ norma; non ſolum innocens, ſed innocentiæ idea; ſi coràm Deo iudice de obiectis criminibus ſe *iuſtificare* voluerit, ore proprio damnabitur: aut ſi *innocentem* oſtendere allegationibus procuret, ſe prauum comprobabit. Iuſtitiáne ac innocentia in officinâ defenſionis coràm iuſto Iudice, in iniuſtitiam, ac nocentiam recuditur? An propria defenſio, etſi vera, iuſtitiam ac innocentiam deprauat? Verùm Polychronius in Catenâ ibidèm, ſic locum excribit, & ad rem eleganter exponit: *Si enim iuſtus fuero, meum os impurum erit: ſi autem fuero irreprehenſibilis, prauus euadam.* Subdit commentarium, loquens de Deo Iobum iudicante: *Is, enim, qui tantâ eſt poteſtate, facile oſtendet, iniquos meos eſſe ſermones. Nam licet vitam à labe vacuam vixerim, improba nihilominus apud Deum videbitur, cuius accuſanda atque emendanda habet poteſtatem.* O inopinatam reuerentiæ hyperbolen! Licet reus qui ſiſtitur coràm Iudice, & criminis arguitur, ſit tamquam alter Iobus iuſtus ac innocens, & vitam à labe vacuam vixerit; ſi vigore quem innocentia tribuit, iuſtitiæ licentiâ, & veritatis priuilegio, pro ſe loquatur, os ſuum *condemnabit* illum; etſi *fueris irreprehenſibilis, prauus euadet*. O! ſic reuerenter agendum eſt coram eo, qui noſtræ *vitæ accuſandæ atque emendandæ habet poteſtatem?* Sic vel ſermo, qui iudici refragatur, irreuerentiæ ac inurbanitatis argui videtur? Sic ipſa iuſtitia ac innocentia fari aut mutire coràm Iudice titubat, præ Iudicis reuerentiâ? Tam eſt auguſtè venerabilis Dignitas eius, qui noſtræ *vitæ accuſandæ atque emendandæ habet poteſtatem?* Quare iuſtus ac innocens Iob dum tamquam ſceleris reus coràm Deo vt Iudice ſiſtitur, benè ſcius, quòd ſuæ vitæ accuſandæ atque emendandæ habet poteſtatem, tacere decernit, ſic præloquens: *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit.* Quid exaggeratius?

Polychron.

An qui verè pro ſe loquitur coram Iudice, irreuerentiæ damnatur?

3. Paulus ad Romanos 13. ita ſcribit de reuerentiâ Poteſtatibus exhibendâ: *Omnis anima*, inquit, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* Indè concludit: *Reddite ergò omnibus debita; cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Qualis ac quantus ſit honor, quem ſubiectio exhibendum exigit poteſtatibus ſublimioribus, his verbis tradit Tertullianus hunc Apoſtoli locum exponens: *Igitur quòd attinet ad honores Regum vel Imperatorum ſatis præſcriptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundùm Apoſtoli præceptum: ſubditos magiſtratibus, & principibus, & poteſtatibus.* Et alibi: *Chriſtianus nullius eſt hoſtis nedum Imperatoris, quem ſciens à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt vt ipſum reuereatur, & honoret .... Colimus ergò & Imperatorem, ſic quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, vt hominem à Deo ſecundum, & ſolo Deo minorem.* Itaque quicquid vltra humani honoris modum non eſt, nec Idololatriæ ſuſpectum aut confine, Principibus, & poteſtatibus ſublimioribus exhibendum eſt. Subditus ergò colere Principem debet, *vt hominem à Deo ſecundum, & ſolo Deo minorem.* Quis ſublimior cultus, & auguſtior reuerentia? *Timorem* hunc, hunc *honorem*, ſubiectorum quiſque *poteſtatibus ſublimioribus* obſequenter exhibere debet, ex præſcripto Apoſtoli, Tertulliano interprete. Vide quàm ſublimet hominem principandi dignitas, vt eum è communi limo coagulatum, vltra humanum faſtigium attollens, conſtituat *à Deo ſecundum, & ſolo Deo minorem.*

Ad Rom. 13. verſ. 7.

Tertull. apud Iuſtin. ibi allegatus.

Princeps colendus eſt, tamquam à Deo ſecundus, & ſolo Deo minor.

4. Idem Gentium Doctor 1. Corinth. 6 grauatè fert, vt Chriſtiani apud iudices infideles in iudiciis

1. Cor. 6. v. 1.

Digitized by Google

iudicijs agant: *Audet*, inquit, *aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos?* Vide quàm ab initio iram demonſtret Apoſtolus, & rem ipſam vocat *auſum*. Quod nam incommodum tam graue inuenitur, vt fideles fidelem Magiſtratum nō erigant, ſed apud vrbis infidelem Præfectum in iudicio litigent, apud quem reliquus populus cauſſas agit? In confeſſo autem eſt apud Græcos & Romanos, Præfectum æquitate ac ſapientiâ illuſtrem plerumque eligi. Et ſane è pauculis tūc Chriſtianis perrarus inuenietur peritiâ æqualis. Photius inibi apud Oecumenium, geminam aſſignat cauſſā, cur id obnixiùs præcipiat Apoſtolus:

Photius.

Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterū, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos, &c. Hoc autē vehementer vndequaque cōmunit, vt ſeipſos comprimant, nec incredulis in quāuis redeant occaſionem, neque dum iudicantur, neque dum aliud quippiam eorum quæ non ſatis honeſta ſunt, aut pacifica perpetrant. (Nota attentiùs ſubobſcura verba quæ ſubdit) *Nam hoc modo efficiebat* Apoſtolus *vt propter ipſos nomen Dei conuiciis non inceſſeretur: & agebat vt illi ad religionis amorem & afflatum incitarentur.* Ecce tibi geminatum fidelium Iudicum eligendorum, reiectis Iudicibus infidelibus, emolumentum. Primò ne infidelis Iudex noſſet rixas, defectus, ac crimina fidelium, quod ſine Chriſtianiſſimi conuitio, & conuerſionis ſperatæ iacturâ non fieret: publicatis enim in iudicio Chriſtianorum culpis, Infideles, magno rei Chriſtianæ dedecore fidelibus inſultarent. Dein ſatagit Apoſtolus, ne Chriſtiani infideles Iudices habeant, ne illos tamquam Iudices, à quibus res eorum pendet, ſubmiſſiùs venerentur, & reuerentiùs adorent, magno Chriſtianæ religionis impendio. Imò ſatagit, vt hunc honorem ſublimiſſimum ad fideles transferant Iudices, quo ex reuerentiâ ad fideles Iudices ſubmiſſiùs exhibitâ, & ab illis humaniùs & vrbaniùs acceptâ, Chriſtiani Corinthij *ad religionis amorem & afflatum incitentur.* Porrò maieſtas Iudicis infidelis in ſuo tribunali ſublimis, & à quo litigatores maximè pendent, ſuæ religionis æſtimationem ac amorem *afflat*; & ad eam ſectandam clanculùm *incitat*, reuerentis obſequij lenocinio, dum æſtimationem cum reuerentiâ ſpirat, affricat, allinit. Hoc ergò percupit Apoſtolus, vt ad fideles Iudices potiùs transferatur, quò Chriſtiani Corinthij ex creatione fidelium Iudicum, ad Chriſtianæ *religionis amorem & afflatum incitentur.* Non negat Apoſtolus reuerentiam *poteſtatibus ſublimioribus* etiam infidelibus debitam; ſed illam quantùm fieri poteſt, in Iudices fideles transferre procurat; ne cum infidelium Iudicum reuerentiâ, infidelitatis reuerentiam combibant, & fidei deſerendæ aleam periculosè ſubeant. Hæc Apoſtoli cautela, honorem Iudicibus exhibitum vehementer exaggerat.

Fideles Iudices creat Apoſt. hic, vt Corinthij ad religionis amorem & afflatum incitentur.

5. Salomon Prouerbiorum 5. ſic homines ſalubriter admonet: *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.* Pro *honorem* Hebraicè eſt הוד *hod*, id eſt, *celebritas, dignitas, honor, gloria, maieſtas*; à quâ aliquis celebratur, & quæ celebrem & glorioſum reddit. Accinit Vatablus qui vertit, *decus tuum*; Chaldæus paraphraſtes, *virtutem tuam*; Lxx. Interpretes, *vitam tuam*. Primò Lyranus per *honorem tuum* intelligit Dei cultum: quaſi religioſus veri Dei cultus ſit etiam nobilis colentis honor. Dein alij per *honorem tuū* accipiunt, integritatis caſtitatiſq; decus & famam. O quàm vulgò negligitur hoc à caſtitate decus! quin & à caſtitatis iacturâ aliquādò quæritur, ambitioſa honoris libidine è peruerſo auxiliari. Alij per *honorē tuum* malunt accipi florē iuuentutis. Sanè cui incōſulta iuuentus *honori* eſt, venerabilis ſenectus & cōſultiores ſenectutis cani, ignominiæ ac probro erunt. Alij per *honorem* intelligūt rerum præclarè geſtarū decus ac gloriam. Non abnuo. Sed aptiùs ad rem Cornelius accipit per *Honorem, honores publicos, vt magiſtratus, præfecturas, prælaturas.* Quaſi dicat: Caue ne honorē & dignitatem iudiciarij præcelſi muneris, quod ſublimis geris, tuo vitio deturpes. Ecce tibi iudiciaria dignitas, & præluſtre iudicandi munus, appellatur *honor, celebritas, decus, dignitas gloria*; quin & *maieſtas*, quaſi maieſtas Principis, cuius vices gerit, ipſi imprimatur, & illi nobiliter implantetur. Audiendus eſt Theodoricus ſic ad Senatum ſcribens de Caſſiodoro, quē Patriciâ dignitate ſublimat. *Illud maximè deſideranter appetimus, vt collegium veſtrum ornēt lumina Dignitatum. Hos viros noſtra perſcrutatur intentio; in quorum theſauris gaudemus inuentis, in quibus velut figuratis honorū vultibus, clementia noſtra ſerenitatis exprimitur* Quaſi in Caſſiodoro ad *honores* publicos euecto, Theodorici clemens *ſerenitas*, & auguſta *maieſtas* inſculpatur. 6.

Prouerb. 5. v. 9. Hebræus. Vatablus Chaldæus. Lxx. Interp. Lyranus.

Iudiciarius honor dicitur gloria & maieſtas, quare?

Cornel. ibi.

Caſſiod. l. 1. Var. epiſt. 4.

Quod autem Lxx. Interpretes per *honorē tuum*, id eſt, iudiciariam poteſtatē, excribunt, *vitā tuam*, ethico ſacramēto non vacat: religioſa enim Præfecti vita conformari debet Præfecturæ faſtigio: *Magiſtratus* (ait Caſſiodorus) *eſſe debet innocētiæ templum; temperantiæ ſacrarium, ara iuſtitiæ. Abſit à iudiciariis mentibus aliquid profanum. Pio Principi ſub quodam ſacerdotio ſeruiatur.* (Sic plerumque Iſraëlis *Iudices præerant*: Boozus præſertim, quem aliqui, fuiſſe Iudicem, cuius hìc mentio fit, & ſub quo hæc hiſtoria contigit, ſeriò affirmant) Non omittam nunc innotatum, quod forſan iudici Præfecturæ *honor* accipitur pro *vitâ*: quia plures ſic de Præfecturæ *honore* viuunt, vt Præfecturâ priuati, *vitâ* pariter viduentur. Hem! ſic cadaueraſcit ambitio honoribus orbata?

Quàm ſacri debeant eſſe Iudicum mores.

Caſſiod. l. 4. Var. epiſt. 12.

Hic verſ. 2.

Præfectura honor, quæ vices cum vitâ reciprocet.

§. X.

Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decernat.

1. SAnè in re politicâ ſi quid à Deo vouendum, conſiliarij quàm optimi Principi vouendi, cùm ab his regni vniuerſi incolumitas pendeat, vt qui Regibus oculorum vicem præbeant, iudicij ſubeant. Tolle oculos, quis videat? tolle iudicium, quid homini reliquum? Et certè qui in conſiliariorum delectu errant Principes, in perpetuo eos errore neceſſum eſt verſari. Ad iudiciorum verò integritatem plurimum valet, ſi Princeps ipſe non rarò conſiliis dandis ferendiſque interſit. De M. Antonino Philoſopho Capitolinus: *Semper cùm potuit interfuit ſenatui, etiam ſi nihil eſſet referendum, cùm Romæ fuit: ſi verò aliquid referre voluit, etiam de Campaniâ ipſe venit.* Prudenter. In decernendo ſtatuendóque

Politico. Chriſt. l. 2. c. 17.

In Senatorum conſilio, aliquid de ſuo arbitrio Princeps decernat.

Capitolin.

Caſſius.

tuendóque illud à Caſſio notatum in Neruâ: *Nihil vnquam de ſuo arbitrio ſtatuit, ſed principes viros in conſilium ſemper adhibebat.* Benè eſt, prudentes & principes viros Princeps ſemper cónſulat, ne conſilium præcipitet, nihil autem *de ſuo arbitrio ſtatui*, ſed omnia alieno iudicio permitti, inertiæ poſſet denotari. Scilicet cum aliquid grauioris momenti referendum eſt, ipſe interſit, res peritè ventiletur, penſet ſingulorum ſententias, & diſcutiat ſuffragia; & tandem quòd è re publicâ eſſe videbitur, *de ſuo arbitrio ſtatuat*, ne merus auditor, & velut murus truncus adfuiſſe videatur. Vtinam Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decerneret.

2. Purpuratus Propheta Pſalmo 54. ſic de Achitophele, quo à conſiliis quondam peritè vtebatur, valdè conqueritur: Quoniam, inquit, ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.*

Pſal. 54. v. 14. & 15.

Eſt apoſtrophe ad Achitophelem. *Vnanimis*, id eſt, non tantùm dilectiſſimus, ſed vnius mecum animi, vnius ferè exiſtimationis, & dignitatis, vel ordinis, qui dignitate mihi eras ſimilis, & vnanimi ſententiâ de rebus publicis olim decernebamus, quaſi vnum plura eſſent amborum ſuffragia. *Dux meus*, Hebraicè *doctor*, Chaldaicè *præceptor*; qui me docuiſti, & intelligere feciſti gubernationis ſapientiam, cuius *dux* mihi fuiſti, ſiquidèm in deliberando de rebus publicis ac priuatis, te audiebam tamquam *doctorem* ac *præceptorem*, & velut ſententiæ meę *ducem* prçeuntem, quaſi tibi in omnibus obtemperarem adſenſu.

Hebræus. Chaldæus.

Conſiliarius dicitur dux, doctor, & præceptor Principis.

Quod ſuprà dixerat, *homo vnanimis*, in ſuffragio concors, & iudicio conſentiens. Ne autem inconſultè conſilioſi Achitophelis ſequax videretur aduersùs regiæ dignitatis decorum; confeſtim ſententiam temperat, & conſultò addit: *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos.* Quæ verba tametſi plures ad externos referant cibos, excribantque, *dulces reddebas cibos*; tamen vt ex Genebrardo notat Lorinus, Hebræum nomen סוד *ſod*, *ſignificat ſecretum, & conſilium, ac nonnumquam conſilium, cœtum, congregationem.*

Hebræus. Genebrard. Lorinus.

Senatorũ cõſilia, tanquã cibus Principi proponatur.

Profundo quidèm ſtilo in linguâ ſanctâ myſteriorum ethicè fœcundâ, *conſilium* ſiue priuatè ſecretum, ſiue publicum, id eſt, Senatorum *cœtus* ſeu *congregatio*, *cibus* etiam appellatur. Porrò cibus primò conditur; dein in diſco menſis videndus apponitur; mox velut interrogata fames ſeu propenſio, quem mauult & aſſumit, præſtantiorem eſſe declarat: exin electum cibum mandit, digerit, & defæcaciorem partem ſibi concorporat, & reiectaneam portionem foràs egerit. Profectò, ſi fieri potuiſſet, ſic vellem vt Princeps ſe gereret cum *conſilio*, ſicut ſe gerit cum cibo. Conſiliariorum conſulta mora, priùs comat & condiat conſilium, deindè comptè conſiliarij ſuam ſententiam proponant: eligat Princeps quod mauult, minutatim conſideratione maſticatum cibum, non integrum voret, aut exorbeat, quem per moram iudicio concoquat ac digerat, & ſententiis inutilibus reiectis, quod præſtantiùs apparet, ſibi concorporet; demùm quod ipſe prætulerit, tamquã *de ſuo arbitritrio ſtatuat*, potioribus adſentiens. Quod fecit rex Dauid cum Achitophele, viro in paucis conſilioſiſſimo, cui *vnanimus* fuiſſe perhibetur; ſed poſtquam *conſilium* velut *cibum* mandit, atque digeſſit. Sic regi Dauidi conſiliarius Achitophel *dulces reddebat cibos*, id eſt, *conſilia*, quæ gratiùs adriderent.

3. Ioannis 5. ſic Chriſtus Deus Iudæos alloquitur: venit hora, in quâ omnes qui in monumẽtis ſunt, audient vocem Filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. *Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.*

Ioann. 5. v. 30.

Demonſtrat Chriſtus iudiciũ ſuum, quo quà homo omnes homines iudicabit, fore iuſtum, ex eo quod quà Deus idem numero habet iudicium, eandem numero mentem & voluntatem diuinam, quam habet Pater: quà homo verò totus regitur à deitate & verbo inhabitante. Benè eſt, ſicut *audit*, ita *iudicat* Chriſtus: ſed quid eſt, quod illius iudicium iuſtum dicitur, quia *non quærit voluntatem* ſuam, id eſt, humanam? Pulchrè Auguſtinus. *Non quia*, inquit, *ipſius in iudicando nulla voluntas eſt, ſed quia non eſt ita voluntas eius propria, vt ſit à Patris voluntate aliena.*

S. Aug. ibi.

Itaque Chriſtus, qui eſt rectæ iuſtitiæ, & conſultioris prudentiæ regula, non ita ſicut *audit*, *iudicat*, vt eius voluntas & iudicium humanum huic iudicio deſit: nec ſic ſequitur humanam voluntatem & iudicium humanum, vt à voluntate diuinâ diſcordet. Opportunè Ambroſius ſerm. 20. in Pſalmum 118. præſcriptum locum ſic elucidat: *Non quæro voluntatem meam, hoc eſt, hominis, quæ vel odio dirigitur, vel ſtudio intenditur, vel gratiâ inflectitur, vel aliorum mendacio deprauatur; ſed voluntatem eius, inquit, qui me miſit.*

S. Ambroſ.

Princeps in deliberando, ſuam & Conſultorũ volũtatem & iudicium examinet.

Non poterat humana Chriſti voluntas hæc non bona accidentia pati, quia erat voluntas eius, qui erat homo Deus, atque adeò à recto aberrare non poterat: ſed cum inimicis ſibi incredulis loquitur ex mente Ambroſij, de ſuâ voluntate vniuerſatim, ſicut de quâlibet voluntate humanâ; docétque in deliberatione & iudicio periculoſum eſſe humanæ voluntati præfidere, quò erudiat Reges, Principes, Magiſtratus, ne vel ſuæ, vel conſultorum voluntati ac iudicio nimium tribuant. Nam generatim humana voluntas ſiue in Principe, ſiue Principum conſultoribus, *vel odio dirigitur, vel ſtudio intenditur, vel gratiâ flectitur, vel aliorum mendacio deprauatur.* Ergò Princeps idoneâ cunctatione conſiliariorum ſententias examinet, trutinet, exploret; ne vel de ſuâ voluntate his etiam defectibus obnoxiâ, decernat, vel cæco inconſultè impetu Conſultorum ſuffragiis obtemperet. Neſcio quid ſit Reipublicæ pernicioſius, aut quòd Princeps à ſe ſolo decernat; aut quòd velut quodam negotiorum tædio, & quaſi neglectu, omnia, re indiſcusâ, aliis deliberanda ac decernenda permittat. Quare hîc Chriſtus Deus cùm Principibus iudicij formam exhibet: *Non quæro*, inquit, *voluntatem meam, hoc eſt, hominis. Non quia ipſius in iudicando nulla voluntas ſit*: eſt enim in iudicando voluntas humana, ſed quæ diuinæ, & rectæ rationi in omnibus conformetur. Itaque Rex, Princeps, Iudex iudicare debet, & per ſe cum aliis deliberare & decernere; non aliis totum oſcitanter permittere. Quod forſan hîc Hebræa docent. Nam quod Vulgatus habet: *In diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant*, Mariana rigidè ex Hebræo

Hic verſ. 1. Mariana.

Digitized by Google

Serarius. bræo vertit, *In diebus iudicare*; Serarius verò, *In diebus iudicare Iudices*, quaſi Hebræi populi Princeps & Iudex, totus eſſet iudiciis, tamquam aliis rebus nemo. Negotioſum eſt principandi officium, non dignitas re nominis inerter vacua. Eſto Princeps vir ſui nominis,& dignitatis vocabulum impleuit.

4. Pergit indidèm Ambroſius præſcripta Ioan. 5. v. 30. nis verba elucidans: *Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico, &c.* Non autem ſine humanâ etiam ipſius volũtate quicquam facit, vt nuper ex Auguſt. adnotabamus. (S. Auguſt. S. Ambroſ.) Ait ergò Ambroſius: *Et hic perſonam iudicis. Prapoſitique ſuſcepit, dicens: Non poſſum à me facere quicquam. Bonus enim Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit,& domeſtica propoſito voluntatis, ſed iuxtà leges & iura pronunciat, ſcitis iuris obtemperat, non indulget propria Voluntati, nihil paratum & meditatum domo defert: ſed ſicut audit, ita iudicat: & ſicut habet negotij natura, decernit. Obſequitur legibus, non aduerſatur, examinat cauſſa merita, non mutat. Diſcite Iudices ſeculi quem in iudicando tenere debeatis affectum. Dominus omnium dicit: Non poſſum ego à me facere quicquam.* Et tamen ille ipſe hoc dicit, de quo Ioannes dixit: *Et ſine ipſo factum eſt nihil.* Vellem quòd Principes (vt vt fieri poteſt) hoc Chriſti elogium intentiùs æmularentur. Seriò ſibi perſuadeant, quòd non poſſunt à ſe facere quicquam; & tamen ſine ipſis factum ſit nihil. Sic nihil à Conſulroribus ſine ipſis fiet. Omnia ipſe faciat, & nihil. Omnia, quia ipſis ſcientibus, & *cauſſa merita examinantibus*, fient; ne Conſulrores *paratum & meditatum* ſuffragium *domo deferant*, & ſic de negotio decernant. Ita etiam nihil faciet, quia de ſe, & ſuâ voluntate facit nihil. O bona regiminis idea de ſummo ſapientiæ archetypo Gubernatoribus depromptà!

Boni Iudicis idea.

Princeps nihil faciat,& ſine ipſo fiat nihil. quomodo?

Ioan. 1. v. 3.

5. Regius Propheta Pſalmo 38. valdè anxius, & velut conſilij inops, ob Saülis aut Semeï perſecutionem immeritam, obmutui, inquit,& humiliatus ſum,& ſilui à bonis.Et tandèm concludit: *Locutus ſum in linguâ meâ.* Quid eſt, quòd dum loquitur rex Dauid, *linguâ ſuâ* loqui perhibetur? Benè indidèm noſter Corderius ait: *Locutus ſum in linguâ meâ*, id eſt: Linguam meam ſolui, non vt contra Semeï aliquid proferrem, aut decernerem. Quaſi dicat: Cùm in ſpelæi effugio, ſatellites me vrgebant, vt Saülem confoderem, quaſi de afflatu Dei conſilium vltionis ſuggererent: Aut cùm fugiens Abſalomi atrociores impiè iras, continui Proceres mei exercitûs, ſerióque decreui ac iuſſi, vt me impunè maledictis proſcinderet; tunc, tunc quidem non conſiliariis adſenſi, nec de illorum ore ac conſilio locutus ſum; ſed potiùs *Locutus ſum in linguâ meâ*; non alienâ linguâ locutus ſum. Scilicet illi ſuggerebant quòd humanitùs rectum videbatur: egò autem re altiùs conſideratâ, & eorum humanis rationibus attentiùs expenſis, *locutus ſum in linguâ meâ*; non de eorum ſententiâ, aut ore. O, ſic vellem, vt Principes loquerentur, ne aliorum ipſi linguâ loquantur!

Pſal. 38. v. 5.

Corderius.

Princeps Dauidis exemplo, ſuâ linguâ loquatur.

P. Didac. Celada in Ruth.

§. XI.

Recta Iudicis ratio, & ſincerior æquitas, in reis damnandis omnes excuſandi delicti rimulas præcludat.

AN non aliquandò ſontium caſtigatio neceſſaria eſt? Ita ſanè. quod & Reipublicæ intereſt, ne impunitate malitia inſoleſcat: & Iudicem decet, quippè in quem hoc perutile negotium incumbit: nam Iudex damnatur, cùm nocens abſoluitur; damnatur, inquam, de ſcelerum lenocinio. Itaq; caſtigatio neceſſaria eſt; ſed hęc ſincera,pacata,& cum ratione:non enim caſtigando nocet;ſed prodeſt, & medetur ſpecie nocendi. Ergo Iudicis ratio læſuram excuſat;vt ſic & nocentem corrigat, & reliquos pœnæ ſimiliter infligendæ metu, præmaturè emendet. Supplicium quod recta ratio non dictat, ſpectatores irritat,non corrigit;reos non emendat,ſed ad querelas excitat, & veroſimili ſcelerum defenſione, Iuſtitiam de iniuſtitiæ reatu pernicioſè infamat. Numquam virtus vitio iuuatur; nec ſceleris ſuffragio iuſtitia promouetur. Aſpectabilis æquitas, & perſpicua Iudicis ratio, damnatorum ora cautiùs obturent, ne per excuſationum rimulas, querimoniis aditus pateat. Pulchrè Philoſophorum moraliſſimus: *Scias licet ea demum fulmina eſſe iuſtiſſima, quæ etiam percuſſi colunt.* Damnatorum lacrymæ flagitium diluant, & lamenta damnent; non acerbiorem Iuſtitiæ vindicem, de iniuſtitiâ veroſimiliter culpent: alioqui non iniquus, ſed æquitas vulneratur. 1.

Recta Iudicis ratio, & ſincerior æquitas nocentes puniat.

Seneca ad Polyb. de Conſ. c. 33.

3. Regum 2. de iuſſu Patris ſui iubet Salomon, vt Ioab, etſi ſanguine iunctiſſimus, occidatur. Mittítque Banaiam, qui etiam in templo Dei illum trucidet. Cauſſam violentæ necis his verbis Salomon reddit: Reddet Dominus ſanguinem eius (id eſt, Ioabi) ſuper caput eius, Quia occidit duos viros iuſtos, melioréſq; ſe: *Et occidit eos gladio..... Abner filium Ner principem militia Iſraël,& Amaſam filium Iether principem exercitus Iuda.* Benè eſt, pereat Ioabus crudeliter ſceleſtus, ne cruenta enormiter crudelitas impunitate inſoleſcat, & geminata iniuſtè cædes iuſtiſſimâ cæde expietur. Aſt cùm Ioabus, non modo Abnerem & Amaſam male peremerit; ſed etiam Abſalomum ſæuis lanceis iniuſſus transfixerit, & ſimul Patris patientiam ſauciauerit, meritò perquirunt Interpretes,quare Salomon ſui fratris necem tunc omiſerit, & Abneris atque Amaſæ cædes dumtaxat recenſuerit, cùm acerbioris ſupplicij cauſſam obtendit? *Quæritur* (ait indidèm Abulenſis) *quare non dicitur hic, quòd etiam effudit Ioab ſanguinem Abſalom? Aliquis dicet, quòd Ioab licitè occidit Abſalom: ideò pro morte eius non erat puniendus. Sed dicendum, quòd non ſtat, quia Ioab peccauit occidendo illum, cùm occiderit contrà præceptum Dauid.* Cur ergò Salomon in regni ſui auſpicio, in quo ſe iuſtum ſcelerum vindicem oſtentat, fratris ſui Abſalomi effuſum iniuſtè ſanguinem non vlciſcitur; & Abneris atque Amaſæ necem tanto ardore vindicare feſtinat? Quare occiſi Abſalomi nulla hìc inducitur men- 2.

3. Reg. 2. v. 32.

Abul. q. 40.

tio? Reſpondet inibi Abulenſis: *Sed dicendum, quòd non expreſſit Abſalom, quia volebat oſtendere Salomon, ſe procedere ex ſolo zelo iuſtitiæ: ſi tamen occidiſſe Abſalom dixiſſet Ioab, videretur procedere ex zelo vindictæ; cùm Abſalom eſſet frater Salomonis, ideò tacuit.... Item Ioab habuit colorem occidendi Abſalom, quia pugnabat in acie contra eum; & tamen non habuit aliquem colorem occidendi Amaſam & Abner, quia non erat bellum.* Ecce tibi Salomon (Salomon inquam, peritiæ meta) quàm ſe geſſerit cautè in ratione inflicti ſupplicij reddendâ; ne fraternus effuſi ſanguinis affectus, potiùs quàm recta ac ſincera ratio, acerbiorem pœnam vibraſſe videretur. Iniuſſam audacter fratris mortem taciturnitate obuoluit, ne vindictæ, citiùs quàm iuſtitiæ zelo agi forſan putaretur. Hem! ſic Iudex quicquid ad ſe quoquomodò pertinet, diſſimulare debet, ne iuſta ſententia, diſſimulatus vindictæ liuor appareat? Ceterùm altera Abulenſis ratio, in rem præſentem apprimè quadrat: ſcilicet ne vlla vel apparenter veroſimilis ratio reum defendere videatur. Porrò tametſi fulminata in Ioabum ſententia, ob infidam Abneris & Amaſæ cædem, apparebat iuſtiſſima, & infrà commiſſi ſceleris reatum: at ſi dubium Abſalomi perempti ſcelus præfatis ſubnecteret, rimulas querelis aperiret, eáſque quomodolibet colorare poſſent, ſuccłamantes, Abſalomum aduersùs Regem impiè rebellem, non in pace, ſed in acie occiſum iure belli. Et omiſſis veris & indubiis criminibus, Abneris & Amaſæ perfidè occiſis; id vnum Ioabus cum ſuis querulè obtenderet, ſe immeritò occidi iuſſum, quia Abſalomum Patri, ac patriæ rebellem, in iuſtiſſimo bello peremerit: quo excuſationis ingenio, damnatis cognato, dum flagitium honeſtate colorat, ſententiam iuſtiſſimam crudelitatis condemnat: & ex aliquâ damnati flagitij parte dubiâ, & ſpecie tenùs innoxiâ, reliquum fulmine dignum reatum, garrulis querimoniis abſoluunt, & Iudicem ſæuitiæ condemnant. Ergò has querelarum rimulas peritè Salomon obturat, dum Abſalomi cædem, Ab-

Supplicium inflictum, ne ſuboleat vindictæ zelum.

Ne in condemnatione aliquid apponatur, quo nocens innocentiam coloret.

3. neris, & Amaſæ cædibus non adnectit. *Itèm Ioab habuit colorem occidendi Abſalom, quia pugnabat in acie contrà eum; & tamen non habuit aliquem colorem occidendi Amaſan & Abner, quia non erat bellum.* Tempeſtiuè quidèm Abulenſis! Niſi forſan mauis, quòd ideò Salomon non puniuit Ioabum ob ſceleſtam Abſalomi cædem; quia etſi valdè flagitioſa fuit, & Patri ſuo tot lamenta peperit; at ipſimet Salomoni nimis fuit vtilis ac proficua; quippè ex illâ ius & ſpem regni feliciter obtinuit: viuens enim Abſalomus, Iſraëlis thronum, ac ſceptrum præripuerat. Quare ex Fratris funere, ſpes regnandi rediuiua ſurrexit. Eheu! ſic Iudicis commoda, ſinceræ ſeueriùs iuſtitiæ ardorē interſtinguunt, & iura animaduerſionis hebetant? Sed de hoc forſan alibi.

Commoda Iudicis, animaduerſionis ardorem interſtinguunt.

4. Matthæi 1. poſt catalogum progenitorum Christi longâ ſerie recenſitum, notanter addit Euangeliſta: *Omnes itaque generationes ab Abraham vſquè ad Dauid, generationes quatuordecim, & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim.* Ab Abrahamo igitur vſque ad Chriſtum ſunt generationes (per generationes autem accipe & numera perſonas omnes tam generantes, quàm genitas) quadraginta duæ: ter enim 14. faciunt 42. Lucas verò cap. 3. numerat generationes 77. ſed nullam vim ponit in numero, vt facit hîc Matthæus. S. Auguſtinus tamen lib. 2. de Conſenſ. Euang. cap 4. per 77. generationes cenſet denotari plenā omnium peccatorum remiſſionem & abolitionem, quæ facta eſt per Chriſtum: vnde Chriſtus iuſſit fratri peccanti dimittendum eſſe ſeptuagies ſepties: quaſi ſinguli Progenitorum Chriſti quodammodò cōponant aut integrent peccatorum remiſſionem faciendam per Chriſtum; quæ eſt magna eorum laus, alibi forſan elucidanda. Sed quæres, quo fine S. Matthæus tam accuratè Chriſti progenitores in haſce tres teſſeradecades generationum diſtribuerit? Sanè qui natiuitatem, vitam, doctrinam, ac geſta ſic compendioſè deſcripſit, mirum videri poſſet, hæc minutula non prætериiſſe? quod proculdubiò feciſſet, niſi magno forent ſacramento grauida. Theophylactus (vt alios omittam) hâc ſuper re ita ad rem præſentem philoſophatur: *In tres ordines, inquit, diſtribuit generationes, vt monſtraret, quod Iudæi ſiue à Iudicibus gubernarentur, vt qui vſque ad Dauid: ſiue à Regibus, vt qui vſque ad tranſmigrationem: ſiue à Sacerdotibus, vt qui vſque ad Chriſtum: nihil tamen in virtute profecerunt. Et quòd opus habuerint vero & Iudice, & Rege, ac Sacerdote, qui eſt Chriſtus.* Ecce tibi quare tam exactè tres illi Iudaici regiminis ſtatus recenſentur, ne ſcilicet vlla pateret excuſationis rimula; cùm per ſingulos Reipublicæ ſtatus reuinci poſſent. Nempè idololatria, & flagitiorum licentia Hebræum populum ſub Iudicibus inceſtabat (vndè hîc verſ. 1. acerbiùs caſtigantur) præſint ergò Reges cum ſummo imperio, qui populum potentiùs coërceant, & in officio religioſo æquè & politico contineant. At ſub Regibus etiam pariter exorbitabant. Regibus ſucceſſerunt Sacerdotes, nec morum valetudo hactenùs ægra, vllo modo conualuit. Ergò Iudæorum Reſpublica ſtatuum omnium mutatione inexcuſabilis, aut penitùs perdenda erat, aut incarnato Deo, tanquam vero Iudice, Rege, ac Sacerdote remedianda. Quare per ſingulos ſtatuum gradus proponitur, ne vllus pateat excuſationi locus. Itaque conſultiſſimè Euangeliſta *in tres ordines diſtribuit generationes, vt monſtraret, quòd Iudæi, ſiue à Iudicibus gubernarentur, ſiue à Regibus, ſiuè à Sacerdotibus; nihil tamen in virtute profecerunt.*

Matth. 1. verſ. 17.

Lucæ.

S. Auguſt.

Progenitores Chriſti myſticè integrāt peccatorum remiſſionem.

Matth. 18. verſ. 22.

Theophyl. ibi.

Nulla ex regimine excuſatio patet ſceleroſis Iudæis.

Hîc verſ. 1.

Ioannis 15. Chriſtus Deus obſtinatiſſimos 5.
hoſtiliter Iudæos tandem condemnaturus, ante damnationem ſic præfatur: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: *quia neſcierunt eum, qui miſit me.* (*Neſcierunt, hoc eſt, illum offenderunt*, ait Chryſoſtomus) Vndè concludit: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Scilicet de *peccato* incredulitatis & odij, de quo illos damnat. Sed antè quàm disertè damnet, conſultiſſimè præmittit, *Excuſationem non habent.* Quâ de re audiendus eſt inibi Chryſoſtomus, ſequētia Euangeliſtæ verba ſic exponens: *Qui me odit, & Patrem*

Ioan. 15. verſ. 22.

Deum non noſcere, Deum offendere eſt.

S. Chriſoſt. homil. 76. in Ioan.

Digitized by Google

trem meum odit, inquit: *Ex quo non paruum etiam prædicit ſupplicium. Cùm enim frequenter propter Patrē Chriſtum perſequi dicerent* Iudæi *omnem nunc ipſis tollit excuſationem, quam ne haberent, primùm inquit*,&c. Rem, opinor, tetigit Chryſoſtomus. Nimirùm ait Chriſtus Deus Iudæos damnaturus: Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, tot ſignis doctrinā confirmans, *peccatum* incredulitatis & odij non haberent: nunc autem, (nec ait, *peccatum habent propter quod damnentur*, quod ratiocinationis nexus expoſcere videbatur; ſed potiùs præmittit, quod ad eximiè iuſtam prærequiritur damnationem, & acerbum ſupplicium infligendum, nempè) *excuſationem non habent de peccato ſuo.* Nam Chriſtus tunc ſeuerus Iudæorum iudex, cùm *non paruum prædicit ſupplicium, omnem ipſis tollit excuſationem.* O, ex hoc Chriſti Dei iudicio diſcant humani Iudices, omnes reis damnandis excuſationes præcludere, quantùm fieri poteſt: ne veroſimiles damnatorum querelæ neceſſariam Iuſtitiæ ſeueritatem deuenuſtent, & Iudicem malignè culpent. Ergò *omnem tunc ipſis excuſationem tollat.*

Chriſtus ante damnationem, omnem tollit delictis excuſationem.

---

§. XII.

Pia clementia, ſollicitior cura, & largior erga ſubditos beneficentia, boni Iudicis ſtipendium eſt, & illius etiam cenſus.

1. TRanquilla Iudicis manſuetudo, & pia benignitas commendat iuſtitiam, legem, religionem, æquitatem, & ipſum Iudicem, ac Deum commendat. In benignitatem ergò pronior ſemper ſit Iudex; erit, ſi meminerit ſe hominem, errare poſſe, labi poſſe, & opis indigum poſſe iactari, velut fortunæ pilam. Malè putat Iudicis cenſum eſſe, carnificum manum cruentaſſe, & ſecurim, & funem, & vncos funeſtaſſe; quin non noxias modò, ſed innoxias etiam ceruices ferro & tortoris dextræ ſubmiſiſſe. Non quòd velim negligi iuſtitiā; ſed quòd hanc benignitate velim comitatam ire, quandò reatus ſeueritatem expetit. Imò ſæpè expedit, vt ſola procedat clemētia, & non vocata etiam, vltrò obuiam calamitoſis exeat, quò illis ex ſuo munere opem ferat, & opportunam dexterā beneficè porrigat. Porrò æqui Iudicis munus, iuſtitiæ duntaxat rigoribus non cenſetur, & infelici curatione, quæ cautere morbos ſiſtere conatur. Inuigilat etiam exſomni curâ, & piè ſtrenuā ſollicitudine, vt ſubiecto populo, egeſtate, inualetudine, oppreſſione, aliiſve calamitatibus laboranti, beneficè opituletur. Ne ergò ſe huius officij exortem Iudex reputet ſceleroſis ſupplicium, & ærumnoſis adæquè auxilium debet. Qui hoc inerter negligit, & alterum ſeuerè mauult, feris de inhumanitate, quàm de humanitate hominibus citiùs vicinatur. Eſt ergò etiam benignitas, humanitas, & beneficentia, Iudicis cenſus. Hanc qui moribus diffitetur, defueſcit hominem, nec Iudicem implet.

Iudex ex munere, clementiam & beneficentiā ſubditis debet.

2. Exodi 5. Dei populus dirè opprimitur barbaricâ Pharaonis tyrannide, vltra humanas vires vilem laborem exigentis. Ingreſſi ergò ſunt

Exod. 5. v. 1.

Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi.* Moyſes igitur primùm grauatim ſubiit prouinciam agendi cum mundi Principibus, ſed poſtquā ſubiit, ſtrenuè omnia agit; & exemplum ſe exhibet obedientiæ, magnanimitatis, fortitudinis & conſtantiæ; quales videas, qui inuiti ad dignitatem euocantur, non qui dignitatē negotioſe ambiunt. Ergò dum legationē apud Regem obeunt, nomen proprium veri Dei proponunt Pharaoni, tū ob auctoritatem, tum ob veritatē. Sed quare aliud Dei nomē addunt? An non ſatis erat, vnum dumtaxat protuliſſe? quare geminant Dei vocabulum, aientes, *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël?* Reſpondet Caietanus ad litteram & ad mores opportunus: *Adiungunt autem, Deus Iſraël, ad ſignificandum quòd quia colitur ab Iſraël vt Deus Iudex, eius intereſt cura populi Iſraël. Propter quod appellat ipſum populum meum: Dimitte (inquiens) populum meum vt ſacrificet mihi.* Res quidèm notatione & expēſione digniſſima. Deo adeſt Pharao, omnium ſcelerum reus: adeſt & Dei populus durā ſeruitute oppreſſus, atque ineluctabili calamitate penè obrutus: & tamē cùm ſummus omnium Deus proponitur *vt Deus Iudex* (geminato vocabulo id exprimente) non tunc nominatur *vt Deus Iudex* adſpectu ad Pharaonem, inhumanæ oppreſſionis ſceleroſè reum: ſed adſpectu ad ſubditos Iſraëlitas innoxiè ærumnoſos, iniuſtè oppreſſos, quos liberare ſatagit. Quare non ſufficiebat dixiſſe, *Hæc dicit Dominus*; ſed moraliſſimè additur, *Deus Iſraël, ad ſignificandum, quòd quia colitur ab Iſraël vt Deus Iudex, eius intereſt cura populi Iſraël.* Itaque cùm adeſt *vt Deus Iudex*, & ſiſtitur Pharao tot flagitiorum impotenter reus; & populus Iſraël iniuſtè afflictatus, & calamitoſè oppreſſus; omittitur, & velut negligitur iuſtiſſimi rigoris cauſſa, durius ſupplicium exigens; & acri ſtudio arripitur cauſſa ærumnoſi ſubditi fauentiùs liberandi: adeò vt adſpectu ad illum beneficè ſoſpitandum, non reſpectu rei Pharaonis de flagitioſo reatu mulctandi, *Deus Iudex* proponatur. O benè! præeuntis veſtigia ſequere; & benignæ iuſtitiæ partem, quam ſeuerus negligis, pius arripe, & ſtrenuus exequere. Benignitas etiam cenſum Iudicis implet. Qui ſecùs faxit, integer Iudex non eſt. Quid ergò ad recti Iudicis nomen ambitioſè venditandum, ſtrages dumtaxat meditaris? ô caue has iuſtitiæ ſyrtes, ad quas læua ducit! ergò dextrum pietatis iter benignus tene!

Opportunior eſt ad honorarium munus, qui illud adiuit inuitus.

Caietanus.

Iudex adſpectu ad ſubditos liberandos potius quàm caſtigandos dicitur?

Geneſeos 1. hoc multimodè magnum, & opulentè pulcrum mundi opificium, plenè ſextiduo peractum, ſummus opifex his verbis fabricare perhibetur: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Si Hebræos codices cum Interpretibus explorares, cùm perampli huius operis auctor inducitur, qui in Latino Vulgo, Deus dicitur, in Hebraicâ origine, *Elohim* nominatur: quod nomen quidam deriuant à verbo אלה *ala*, id eſt *obligauit*, vel *adiurauit.* An quia ipſa hominis natura velut cæco humanitatis voto *obligata* & *adiurata* naſcitur ad cognoſcenda, & debito obſequio rependenda tot tantáque in rerum creatione accepta munificentiùs beneficia? Num homo ingratus erit reus violati iuramenti, quod ipſa natura arcanè concepit, præ-

3. Geneſ. 1. v. 1.

Cæco humanitatis voto, ſeu iuramēto, adnaſcitur gratitudo?

Digitized by Google

uento voluntatis arbitrio? Sic medullitùs homini hæret, hominem arctè *obligat*, & religioſè *adiurat* gratitudinis votum? Verùm Caietanus ſecutus alios, & quem alij ſequuntur, τὸ *Elohim, Iudicem* interpretatur. Sanè miriſſimum eſt, quòd in mundi primordio, vbi Dei beneficentia munificentiùs oſtentatur, & quaſi vacat iuſtitiæ ſeueritas, cùm primò auditur Dei opificis nomen, nomine *Iudicis* efferatur: *Quare autem* (ait inibi Caietanus) *Moyſes in hoc exordio appellauerit Deum* אלהים *Elohim, in promptu cauſſa eſt duplex. Altera vt vnus atq; idem Deus credatur creator mundi, & Iudex vniuerſorũ.... Altera vt creatio calorum, & terra, & eorum qua in eis ſunt, intelligatur actio Dei Iudicis ſecũdum iuſtitiam diſtributiuam.* Ecce tibi idoneam cauſam, ob quam in re largioris munificentiæ & beneficentiæ, primò Dei vt *Iudicis* nomen auditur. Dei vt *Iudicis* vocabulum, non ſeuerus diſtrictioris iuſtitiæ rigor; ſed largior opulentè beneficentia benignitas, prouidentia, conſultiſſimè dedicauit. Potiores ac nobiliores boni Iudicis partes auſpicatò conſecrat Deus, & nomine, & re nominis non vacuâ vocabuli elogio. Quò *vnus atque idem Deus credatur* & beneficus *creator mundi, &* ſeuerus *Iudex vniuerſorum*: atque *vt creatio calorum, & terra, & eorum qua in eis ſunt, intelligatur actio Dei Iudicis*. Nimirùm primò *Iudicis* nomen dedicet beneficentior liberalitas, & liberalior benignitas, quâ ſuo Homini præſtruit Deus terram herbaceo virore pulchram, arborum fructibus edulem, mineralium fodinis diuitem, animalium ſeruitio exprompta: aquam piſcatu fœcundam; aërem claritate nitidum, volucribus auditui & palato ſapidum: & cælum tot influxuum gazis glorioſiùs aſpectabile. Hæc igitur ſumptuoſior paratura hominibus largiùs perſtructa, Dei vt *Iudicis* nomen, ad Iudicũ eruditioné arcanè cõſecrauit.

Caietanus.

Cur in benefico mundi opificio, Dei Iudicis nomen dedicatur?

4. Iob 35. *Et non dixit* (homo ærumnoſus) *Vbi eſt Deus, qui fecit me: qui dedit carmina in nocte?* Plerique è Latinis Commentatoribus hanc ſententiam accipunt, vt reddatur ab Eliu reſponſio illius problematis ſuperiùs à Iobo propoſiti cap. 21. v. 7. Quare impij viuunt, & Tyranni in egenos, pauperculos, & inualidos impunè graſſantur? Quia, inquit, quamuis oppreſſi, præ dolore ingemiſcant; at Deum creatorem non agnoſcunt, & vnicam ſalutis ſpem in illo non conſtituunt ad creatorem enim ſpectat creaturarum tutela. Nã vt inibi ſcribit Greg. *Qui in tribulatione frangitur, à quo factus eſt, minimè contẽplatur: quia qui benignè hominem condidit, nequaquam iniuſtè cruciari permittit.* Verùm, vt ibidèm obſeruat Pineda exponens illud, *Vbi eſt Deus*, dum inducitur obliuio *Dei*, tunc *Elohah*, id eſt, *Iudicis* effertur. quod ex pluribus Bibliorum locis eruditè adſtruit. Sanè cognatum eſt auctori, operis ſui curam gerere: exindè in calamitate negligitur. quia *non dixit, Vbi eſt Deus, qui fecit me.* Pulchra autem epithaſis additur, cùm Deus non tamquam hominis factor inducitur ad auxilium, ſed tãquam *Elohah*, ſeu *Iudex*, quandò inuocatur, vt opportunam opem miſerè calamitoſo ferat: *Et non dixit, Vbi eſt Deus* (*Iudex* inquam) *qui fecit me*: quaſi erga ærumnoſum hominem, expromptius, alacrius, & potentius *vt Iudicis*, quàm *factoris* auxilium. Idcircò ad ferendam opem, Deus citiùs vt *Iudex*, quàm vt factor auxiliaris nũc aduocatur. Ergò negligitur calamitoſus homo, quia in funeſtis ærumnis, *Non dixit: Vbi eſt Deus* (*Iudex* inquam,) *qui fecit me?* Confeſtim autem exponit quomodò Deus *Iudex*, aut factor ſubiectis creaturis opituletur, aiens: *Qui dedit carmina in nocte.* Lxx. interpretes carmina nocturna accipiunt pro excubiis nocturnis, ſic locum excribentes, *Qui diſtribuit nocturnas cuſtodias.* Pulchrè Origenes: *Qui diſtribuit nocturnas cuſtodias. Sicut enim*, inquit, *qui ſunt in cuſtodiâ collocati, nocturnáſq; vigilias agunt, eos qui verſantur in nocte, à latronibus, à belluis, ab hoſtibus defendunt; ita profectò qui caſtrametantur Angeli, cuſtodes noſtri ſunt.* Quaſi Deus non ſolùm quia *fecit* nos, & ideò nobis prouidere debet; ſed etiam quoniam *Iudex* eſt, hæc *carmina* nocturna, *nocturnas cuſtodias* inquam, ideſt, *Angelos cuſtodes* beneficè hominibus auxiliares attribuit. Niſi malis cũ Gregorio & Philippo vt *carmen in nocte*, ſit lætitia in tribulatione: *Cõſequens* (ait Philippus) *eſt, vt ea res, quæ obſcuram reddit mentem hominis, nox dicatur; ſicut & proſperitatis aliquando dies dicitur, quoniã qui in proſperis eſt, quaſi quadã felicitate illuminatur.* Nimirùm *carmen in nocte* erit lætitiæ canticum in nocte tribulationis ſuggerere: quod ſuggerit Deus rãquam *Iudex* ſubditis creaturis calamitate laborantibus; quaſi ferendam opem quodammodò ex iuſtitiâ debeat: & vt Iudices exhibendæ ſubditis benignitati obæratos eſſe iudiciario debito admoneat, & admonitione ad præbitionem erudiat. In hoc Cap. 1. v. 1. *In diebus*, inquit, *vnius Iudicis, quando Iudices præerant*, ſeu *iudicabant.* Hic Iudex à nonnullis putatur Abeſan Bethlehemites, qui & cenſetur Boozus: de cuius benignitate, iuſtitiâ, ac beneficentiâ erga ærumnoſas Noëmi ac Rutham, multa inferiùs traduntur cap. 2. & 3. & 4. Scilicet quod non debebat homo priuatus, publicus *Iudex* implenit, quaſi debitor foret ex munere, ſuipſius liberalis exactor.

Iob 35. v. 10

Factor facturæ opitulari inuocatus debet?

S. Gregor.

Pineda.

Deúſne quà Iudex opem ferre calamitoſo debet?

Lxx. Interp.

Orig. ibid.

Num Deus quà Iudex hominibus debet cuſtodes Angelos ad tutelam?

S. Gregor. Philipp. ibi.

Hîc verſ. 1.

5. Pſalmo 50. ſic Dauid Deum alloquitur: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Alij paſſiuè vertunt hæc vltima verba, *Vincas cum iudicaberis*, vel, *cùm iudicatus fueris*; ac ſi cùm quis iudicat, ſimul iudicetur. (de quo aliàs) Alij, *Et ſis purus cùm iudicas*, vel, *appareas mundus cùm iudicabis.* Tempeſtiuè ad rem Chaldæus paraphraſtes, *Purum reddes me cùm iudicaueris.* Quaſi cùm Iudex in iudicio reum accuſatum, *reddit purum*, id eſt, innocentem fecerit, nullo reatu, aut reatûs pœnâ coinquinatum declarauerit; tunc, tunc quidèm, ipſe Iudex *vincere* dicatur. Quod ſcitè Græci Patres his verbis inibi tradunt: *Et vincas cùm iudicaris. Victoria iudicis atque iuſtificatio eſt pœnitentia iudicandi: nam index noſter vincit, non quandò condemnat, ſed quando reum ſeruat.* Sanè eleganter. O bona piè ſynonyma: *Purum reddes me cùm iudicaueris*, ac, *Vincas cùm* me *iudicaris*; quæ victoria Iudicis eſt! Nempè cùm reus iuſtè abſoluitur, ſatis Iudici victoriatum eſt. Hic eſt Iudicum triumphus, & nobiliter opulentum iudiciorum trophæum, reum reddere purum, & innocentem abſoluere. O, ſciat Iudex, quòd cùm iudicat, ipſe iudicatur: nam potente potentior eſt alius.

Pſal. 50. v. 6.

Tranſlationes variæ.

Chaldæus.

Græci Patres in Comment. ibi.

Vincit Iudex cùm reum reddit purum, illúmq; abſoluit.

§. XIII.

§. XIII.

Malè Iudicum ardor, ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit.

1. Officium officialium perſæpè eſt, lites ſuſcitare, tranſactiones reſcindere, dilationes innectere, ſupprimere veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, æquitatem vendere, inhiare actionibus, verſutias concinnare, iura confundere, iuriſdictionem ampliare. *Iudex autem bonus erit nemo, niſi qui de ſe alterum iudicare cognouerit.* (Publ.Mim.) Sanè *eſt ſapientia iudicis in hoc, vt non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum ſibi permiſſum meminerit, ſed etiam quatenùs commiſſum ſit.* (Cicero orat. pro Rabirio.) Verùm hodie præcipuum Magiſtratuum, iudicum, & officialium negotium, ſæpè in id incumbit totum, *vt non ſolum quid poſſit*, quilibet videat; ſed vltra quàm poſſit, ſe poſſe exambiat, & in aliena iura, iniuſſus vltrò ſe immittat; officio ſuo vacuus, & operoſus alieno. A munere ſuo otioſus feriatur, & in alienum latè ſe infert, peruersè negotioſus. Neſcio quæ tuendæ, vel potiùs ampliandæ auctoritatis libido, hanc vltroneam ambitionem fouet, defendit, colorat: & dum videntur officio ſtudere ſuo, tantò inſolentiùs ambitioni militant, quantò obnixiùs ſe ſpontè inuocati atque inrogati ingerunt, falſato intromiſſionis iure. O, quid ad te, de his quæ non pertinent ad te? Planè miniſterium ſuum non implet, qui in alienum infert ſeſe. Officio tuo deerit, quod in alienum impendis. Vide quid ex munere tuo potes, non quid vltra munus obire adnitendo poteris. Hanc vltroneam hominum ſectam vltrò ſemper odi: eam vniuerſatim in officio continere ſuo, ethicus huius §. labor eſt, ne ſe iniuſſis impotenter ingerant, principandi libidine fruſtrà negotioſâ.

Egregiè vapulat quiſquis in aliena negotia, non vocatus ſe vltrò ingerit.

2. Exhodi 5. (Exod. 5. v. 1.) Dei populus diu Aegypti inquilinus, ſub Aegyptij Regis tyrannide, in vliſſimis luti ac lateris operibus, vltra vires ſeruire cogitur. Gemit ſub oneris mole, & Deum immeritæ oppreſſionis vindicem ſupplex auxiliarem appellat. Ergò Dei iuſſu ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharoni: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi.* Otioſa, imò & nimis trioſa hîc forſan videbitur Commentatorum induſtria, dum ſagaciùs perueſtigant, quare nunc Moyſes cùm dimiſſionem Hebræi populi à rege Pharaone expetit, Dei id expoſcentis nomen geminatâ nominatione repetat, aiens: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël.* Quid energiæ, aut perſuaſionis addit Dei nomen iteratò enunciatum, quod ſemel duntaxat dictum non haberet? neque enim ex iteratione nouus illi vigor accreſcit; ſed forſan ex inculcatione nauſea repetiti nominis barbaro Pharaoni inaccreſceret. Scitè notant Interpretes (quòd in Hebræo codice oculis explorare peruium eſt) pro τὸ *Dominus*, Hebraicè ſcribi nomen Dei tetragrammaton, *Iehoua* inquam, de Hebræorum more. At pro τὸ *Deus*, habetur *Elohim*, quod nomen Deum vt iudicem ſignificat. Audiendus ergò eſt ibidèm Caietanus, (Caietanus.) ſic ad rem opportunè fatus: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël. Iuxta Hebræum habetur: Sic dixit* יהוה (Iehoua) *Elohe Iſraël. Nomen proprium veri Dei proponunt Pharoni* (nempe Iehoua) *tum ob auctoritatem, tum ob veritatem. Adiungunt autem Elohe Iſraël, ad ſignificandum quòd quia colitur ab Iſraël vt Deus iudex, eius intereſt cura populi Iſraël: propter quod appellat ipſum populum meum. Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi.* Scilicet Hebræus populus tunc ſuberat regis Pharaonis imperio; exinde ſatis fore videbatur ad populi dimiſſionem, ſi Deus proponeretur ſub nomine tetragrammato *Iehoua*, quo ſignificatur tamquam primum ens, & indè creaturarum Deus & Dominus. At quia hic titulus, etſi omninò ſufficiens, æquè vniuerſalis erat adſpectu ad omnes populos & creaturas; & res erat cum barbaricô Rege ſuæ iuriſdictionis tenaciſſimo vindice; nouum ius nouo etiam nomine Deus ad populi dimiſſionem proponit, nempè *Elohe Iſraël, ad ſignificandum quod quia colitur ab Iſraël vt Deus iudex, eius intereſt cura populi Iſraël.* Vidè hîc quàm ſe gerat vrbanè Deus cum agreſti etiam Rege, cui ſubditos adimere ſatagit: vide quàm ciuiliter ſpecialem titulum nomine *Elohe* ſeu *iudicis* alleget, quò non putetur vltroneus alienæ iuriſdictionis inuaſor, vel ſuæ ambitioſus negotioſè ampliator. Vide quàm non otioſè nomini *Iehoua*, addat nomen *Elohe*, id eſt, *Deus iudex, cuius intereſt cura populi Iſraël.* Nomina ingeminat, vt nouum titulum intimet, quo nomine Iſraëlitico populo præſit, & ſpeciali etiam iure principetur.

Cur Deus vt iudex, Hebræum populum à ſubiectione Pharaonis eximit?

3. 2. Regum 12. (2.Reg. 12.) exacto iam anno à Berſabee adulterio, & infidâ Vriæ cæde, miſit Dominus Nathan, Prophetam ad Dauid, qui in priuatis hominibus propoſuit parabolam de homine illo auarè opulento, qui gregibus ouium, & boüm armentis locuples, de ſinu pauperis tulit ouiculam, vt ſuo hoſpiti conuiuium adornaret. Et quod rex Dauid à ſe factum eſſe peccatum vix quidèm reputabat, in priuato homine iratus condemnat. Quare in Pſalmo 50. ſic opplorat, à Deo veniam peccati adhuc ſupplicans: Ampliùs, inquit, laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me: *quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*; & peccatum meum contra me eſt ſemper. An hactenùs inquitatem ſuam non agnouerat? quid Dauidis oculos perſtrinxit, ne vſque ad Nathani obiurgationem, ſcelus ſuum culpæ palam imputaret? Aduerte attentiùs ad verba, quæ confeſtim ſubdit: *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* (Pſal. 50. v. 6.) Non dicit Dauid ſoli Deo peccaſſe, eò quòd omnes homines eius peccatum latuerit, vt nonnulli opinantur: non enim Berſabee ipſam, quæ adulterium commiſerat; ſed nec illos qui eam Regis nomine vocauerant, adulterij negotium latere potuit. Pergit inibi Heſychius: (Heſychius. ibi in Caten.) *Ioab quoque ſciuit operam ſuam Regi ſe præſtitiſſe in cæde peragêdâ. Sed nec ipſe* (Ioab inquam) *in poteſtate conſtitutus, peccatum reputauit propter regiam dignitatem.* Scilicet benè nouerat Ioab Iſraëliticæ militiæ præfectus, ſuâ operâ & iuſſu Regis Vriam ſubdolè interfectum, Vriam inquam ſtrenuitate opinatiſſimum; nec ignorabat, Berſabeam ſtatim poſt mariti cædem, à Rege ductam in vxorem; indè ſiniſtrum quid rectè ſuſpicari potuit de adulterio, crebreſcentibus forſan in aulâ rei patratæ tumuſculis. Id quidem

Num Ioab putauerit, regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad aliena ouicula raptum?

Digitized by Google

dèm veroſimillimum eſt. Ioab autem *ipſe in poteſtate conſtitutus*, ampliandæ latiùs iuriſdictioni ſuæ aſſuetus, ſic etiam Regis poteſtatem cenſebat ampliandam, vt id *nec peccatum reputauerit propter regiam dignitatem.* O cæca dilatandæ iuriſdictionis libido, quæ animos Potentum ſic perſtringit! Gratulor Prophetæ Nathan, quòd exemplum ſubreptæ ouiculæ, non in Principibus aut Magiſtratibus, ſed in perſonis priuatis appoſuerit. Gratulor etiam Dauidi quòd monitore Prophetà iam dixerit: *quoniam inquitatem meam ego cognoſco, nec peccatum* ſuum extenuandum, aut excuſandum *putauerit propter regiam dignitatem.* O ambitionis præſtigias! ſic qui *in poteſtate conſtitutus* eſt, ampliandæ iuriſdictioni ſtudet, vt alienam protsùs ouiculam, tanquam ſuam quodammodò reputet! O caue ab hâc motum peſte inter Proceres ſæuiùs graſſante! Non quicquid Principibus lubet, licet; imò minùs licet cui penè omnia licent.

1. Cor. 6. v. 4.

4. Gentium Doctor, ac Eccleſiæ magiſter 1. Corinth. 6. ita eos erudit: *Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſiâ, illos conſtituite ad iudicandum.* Ex his verbis apparet (ait inibi noſter Iuſtinianus) Paullum ius & auctoritatem in res humanas & politicas vſurpare, qui præcipiat, vt Fideles fratrum decidant lites, quod deinceps omnes fermè Epiſcopi ſuo iure frequentarunt. Mirum ſanè eſt, ſeculares Magiſtratus regià auctoritate fungentes, imminutæ poteſtatis nomine, antiquam iuriſdictionem non ſibi obnixiùs vindicaſſe, & in Fidelium Præfectum acriùs deſæuiſſe. Imò & mitiùs, quòd Eccleſiæ Antiſtites hanc ſecularem poteſtatem, quam nunc multi ambiunt, plures olim neglexerint. Audiendus eſt eà de re Syneſius Epiſcopus Ptolomaidis, qui Epiſt. 57. ita ſcribit: *Priſcum ſeculum eoſdem tulit ſacerdotes, & iudices: nam & Ægyptij, & Hebræorum gens multo tempore ſacerdotes reges habuerunt: deindè, vt mihi videtur, cùm diuinum opus humano modo peragеretur* (Sic à negotiorum ſecularium frequenti tumultu, diuinum opus degenerat in humanum?) *ſeiunxit Deus vitæ conditiones, & alius ſacerdos, alius iudex effectus eſt, alios enim ad materiam direxit, alios ſibi ipſi collocauit.* Et paullò pòſt: *Otio opus eſt ei, qui cum philoſophiâ ſacerdotio fungitur.* (qui enim non eſt philoſophicè ſacerdos, non otia, ſed negotia ambit) *Non condemno Epiſcopos, qui in rerum negotiis verſantur, ſed magis miror eos, qui vtrúmque poſſunt: mea facultas non eſt duobus Dominis ſeruire. Si verò ſunt aliqui, qui neque à condeſcenſu læduntur, poterunt ſanè & ſacerdotio fungi, & ciuitatum Præfecti eſſe. Radius enim Solis ſi cum ſtercore verſabitur purus manet, non inquinatur; ego verò cùm idem hoc ſcero, fontibus, & mari opus habeo.* Itaque Syneſius *condeſcenſum* appellat hanc ſuæ iuriſdictionis ampliationem: & ſi quandò ſecularis *Præfecti* commiſſas vices obit, ingenuè fatetur, ſe eiuſmodi *condeſcenſu lædi* enormiter; & ſic inquinari, vt ad ablutionem *fontibus, & mari opus habeat.* Non attendit Syneſius, *quid poſſit, ſed quatenùs.* Addit moraliſſimè quò ſecularem iuriſdictionem abdicet, ſe non poſſe *duobus Dominis ſeruire.* Viderint, quibus occupatiſſimum negotium eſt, ſuam iuriſdictionem ampliare; imò ſæpè vſurpare non ſuam: in quam rem ſic totus eorum ardor vnicè incumbit, vt à negotiis vtriuſque iuriſdictionis male vacent, vt vtramque quouis titulo peiùs obtineant: Si ſui muneris tuendi zelo, ſuam potiùs ambitionem colorant.

Iuſtinian.

Si ſacerdos tractat ſecularia, diuinum opus degenerat in humanum?

Syneſius.

Syneſius condeſcenſum vocat, obire partem iuriſdictionis, quam negligere poteſt.

5. Hîc verſ. 1. *In diebus vnius Iudicis, quandò Iudices præerant.* Noſter Mariana ex LXX. Interpretibus, Hebræo textu, & Chaldæo paraphraſte; *In diebus iudicare Iudices.* Cùm plures Iudices inducuntur, ſcitè Vulgatus ambiguitatem præcidit, vt ſimul lites eorum præfocaret, & iudiciariam poteſtatem *vnius Iudicis* præſidentià definit; atque vnicum illius negotium, in quod totus ſedulò incumbit, conſultè determinat, nempè *iudicare*, aiens; *In diebus iudicare Iudices.* Nempe totis illis quadringentis annis, quandò Iudices præerant, quilibet Iudex erat *iudicare* duntaxat: & hic quidèm *vnus* erat, ſuo nomini ac muneri totus; neque aderat alter, qui principandi ambitione, ius illius interpellaret, & ſe in illius iuriſdictionem inferret: *vnus* quidèm conſortis ac litigatoris exors: & ſic muneri ſuo ſedulus, ac totus. Quod eſt grande Iudicum elogium.

Hîc verſ. 1. Mariana. LXX. Interp. Hebræus. Chaldæus.

---

§. XIV.

Bona conſcientia Cælites etiam beat; mala autem infernus eſt, dæmon eſt, quorum hoſtilitatem nullibi effugies.

1. MAla conſcientia ſæpè tuta eſt, ſecura nunquam. Itaque nihil ei commiſeris, niſi quod inimico committere poſſis. Plerique famam, conſcientiam autem pauci verentur. Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris, quàm temetipſum: alium enim potes effugere, te autem nunquam: nequitia enim ipſa eſt ſui pœna. Rem dicam (ait Seneca) ex quà mores æſtimas noſtros. Vix quemquam inuenies, qui poſſit aperto oſtio viuere, *ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia oppoſuit. Sic viuimus, vt deprehendi ſit ſubitò aſpici. Quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominum aurеſque vitare? Bona conſcientia turbam aduocat, mala autem in ſolitudine anxia atque ſollicita eſt.* Si honeſta ſunt quæ facies, omnes ſcient; ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cùm tu ſcias? O te miſerum ſi contemnis hunc teſtem! O, quid acquiri putatur, vbi bona conſcientia perditur? Superet bona conſcientia, quicquid mali de te finxerit lingua: Hæc foris perſtrepit, illa medullitùs fodit, morſicat, vrit. Bellè Ambroſius in Epiſt. ad Conſtantin. *Seipſum vnuſquiſque & animum ſuum ſeuerum iudicem, ſui vltorem ſceleris, & vindicem criminis habet.*

Seneca. Epiſt. 96.

Mala conſcientia ſui criminis iudex, & vltrix eſt.

S. Ambroſ.

2. Regius Vates Pſal. 149. de reportandâ olim victoriâ, feliciter hilarem Dei populum inducit: *Exultabunt*, inquit, *Sancti in gloriâ, lætabuntur in cubilibus ſuis.* Iſtum verſiculum, in ſenſu myſtico anagogico, putarus Hieronymus, Euthymius, Gregorius, & alij plures, de Sanctorum futurâ in cælis beatâ exultatione, intelligendum putant. Porrò ſolis patet Sanctis aditus

Pſal. 149. v. 5.

S. Hierony. Euthymius. S. Gregor.

tus ad illam gloriam, lætitiam, requiem, vbi in pace in idipſum dormiunt, & requieſcunt, ob quietem & ceſſationem à laboribus; ſed cor illorum ſemper vigilat, & animus felici otiatur negotio, vacans, videns, guſtans, quoniam ſuauis eſt Dominus. In lectulis ſui floridis, non quærunt, ſed habent, ac tenent, quem diligit anima ipſorum. Verùm enim verò ſi felices iſti Sancti cæleſti gloriâ in cælis beantur, feſtâ æternùm exultatione, *Exultabunt Sancti in gloriâ*; quid eſt, quòd additur, *latabuntur in cubilibus ſuis*; ecquod eſt hoc Sanctorum in cælis *cubile*, cuius tanta eſt lætitia, vt poſt beatitudinem, ſiue vltra beatam cæli gloriam, adhuc beet? quid ſupta ſummum gaudium, nouam adhuc lætitiam addat? Perbellè inibi Hugo Carenſis: *Latabuntur in cubilibus ſuis; ſcilicet in conſcientiâ: quia habẽt tam bonum Dominũ; qui dat peccantibus gratiam.* Nimirum etſi Beatus in cæleſti patriâ beatis gaudiis vbertim exundet; at vt qualis quantáque ſit beatitudinis gloria, quæ huius vitæ excuſſit angores, explicatiùs tradatur, conſultiſſimè addit: *Latabuntur in cubilibus ſuis, ſcilicet in conſcientiâ: quia habent tam bonum Dominum, qui dat peccantibus gratiam.* O benè! Nimirùm adhuc in cæli gloriâ beatis gaudiis exundante, felices illæ Beatorum animæ ſibi de bonâ conſcientiâ gratulantur, & quòd malæ conſcientiæ ſpinoſitatem effugerint in gloriæ aſylo, feliciter gaudent nouo beatitatis auctario: *Latabuntur in cubilibus ſuis, ſcilicet in conſcientiâ.* Inter tot æternatura gaudia, quæ æternam felicitatem empyteè beant, adhuc locus eſt in Beatorum memoriâ, vt immediatè poſt beatitudinem eſſentialem, exultim recenſeant, oblitteraſſe malam conſcientiam, & eius aculeos excuſſiſſe, atque bonæ exinceps conſcientiæ deliciis æternùm felicitandos? Sic pungit, ſauciat, & cruentat non bonæ conſcientiæ moleſtior ſpinoſitas? Sic bonæ conſcientiæ pacata tranquillitas exhilarat, proſperat, beat? *Latabuntur in cubilibus ſuis, ſcilicet in conſcientiâ.*

Bona conſcientia, & mala tam oblitterata, primum beatitudinis auctarium cenſetur.

Hugo Card.

3. Sapientiæ 17. ita ſcribitur: *Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.* Nihil enim improbitate, quæ propriæ conſcientiæ teſtimonio redarguitur, horribilius, atrocius. Animum enim ipſa exagitat, angoribus vrit, moleſtiſſimis ſuſpicionibus perterret ac aſſiduè dilacerat, & nihil niſi acerbum, ac luctuoſum cogitare ſinit. Adeò vt dixerit Orator, Impiorum furias, flammas, faces, fraudem ipſorum eſſe, facinus, ſcelus, audaciam, errorem, malas cogitationes, amentias animi. Portò tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt: ipſas nequitia tenebras timet: proprium eſt nocentium trepidare. Sic malum facinus conſcientiam vrit, vellicat, verberat, lancinat, ſine externo carnifice, internâ medullitùs knienâ. Ergò præmaturè conſcientia nequitiæ, *dat teſtimonium condemnationis.* Græcè, *dat teſtimonium condemnata*: anticipat enim ſæua, quæ *præſumit*, cruciamenta. Hinc illud S. Bernardi ſerm. 4. de Aſſumpt. *Infernus quidam, & carcer animæ rea conſcientia eſt.* Benè dicitur, *Dat teſtimonium condemnationis*, ſiuè iam eſt præproperè *condemnata*, *rea conſcientia*, quæ teterrimus *carcer*, durum ergaſtulum, imò & *Infernus* ſibi eſt. Hic conſcientiæ *Infernus*, non expectat obitum, præcurrit funera, fata anteuertit, & acerbâ aſſiduè morficatione ſic iugiter vrit, vt domeſtica ſeu cognata gehenna ſceleroſis nominetur. Sic flebilis anima inteſtino conſcientiæ igne animitùs exuritur, ac furiis medullitùs agitatur, præuento infernalium carnificum officio. *Infernus quidem rea conſcientia eſt*: & pœnaliſſimis in viuo cadauere cruciamentis, *dat teſtimonium condemnationis*, cùm ipſa & condemnatio, & tartarus, & gehenna, & infernus ſibi ipſi ſit. Quid exaggeratius?

Sap. 17. v. 10.

Rea conſcientia, ipſa ſibi ipſi infernus eſt, præuento Diabolorũ officio.

Græcus.

S. Bernard.

4. Prouerbiorum 28. hâc de te ſic nos erudit Salomon: *Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Quam ſententiam ſic effert Hebræus textus: *Fugerunt nemine perſequente impius: iuſti autem ſicut leunculus fidet.* Arabicus, *Impius fugit nemine abhorrente, iuſtus autem domans velut leo.* Quaſi dicat: Sicut leo omnia animalia domat ſibique ſubiicit, ſic & iuſtus omnes terrores; ſecùs impius conſcientiæ horrore aut terrore ſnerter puſillanimus. Sed quid fugit, qui *neminem* fugit? quam hoſtilitatem minatur *nemo*, quam impietas fugiendo declinare ſatagit? S. Hieronymus in Michææ cap. 2. hunc locum pertingens, ſic illum elucidat: *Fugit impius nemine*, id eſt, *Dæmone, perſequente.* Profundè quidém Hieronymus, quaſi ad nuper ſcripta num. præcedenti, tempeſtiuus alludat. *Sanè Infernus quidam, & carcer animæ rea conſcientia eſt.* Cùm igitur rea conſcientia, ipſa ſibi ipſi infernus quidam ſit, aliquis tartarus, & gehenna; habet etiam ſuas vmbratiles laruas, arcanas furias, & fictos *Dæmones*, ſæuiſſimos flebilis animæ carnifices, qui conſcientiæ ſpinoſitate eam morficant, vrunt, dilaniant. *Cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia.* Ecce tibi in hoc myſtico conſcientiæ *inferno*, fictos etiam *Dæmones*, id eſt, nullos, qui Dæmonum opera phantaſmatibus & horroribus exercent; & illic trepidatur timore, vbi non erat timor. Quare cùm ipſa conſcientia ſcelerum rea, ipſa ſibi *infernus* ſit, *Dæmon* etiam ſibi eſt, quem fugere impietas feſtinat. *Fugit impius nemine*, id eſt, *Dæmone, perſequente.* Ipſa enim rea conſcientia, ſicut *infernum* arcanis cruciatibus æmulatur; ſic etiam & ſuos vmbratiles *Dæmones* refingit, & in phantaſiæ officinâ mitè excudit. Non omittam hîc innotatum, quod cùm Salomon agat de conſcientiæ tormento, apud textum Hebræum dicat: *Fugerunt nemine perſequente impius*, pluratiuo cum ſingulari numero parùm ſibi cohærente. An impius conſcientiæ *infernum*, & huius *inferni* carnifices fugit *Dæmones*, ac ſi plures fugerent, quia excruciantur vt plures? Scio Hebrææ linguæ idiotiſmum; ſed in linguâ ſanctâ, & myſteriorum fertili, vel apicum non otioſa ſacramenta ethicè adnotare non piget.

Prouerb. 28. v. 1.

Hebræus.

Arabicus.

Nemo dicitur Dæmon conſcientiæ terror quære.

S. Hierony.

S. Bernard. ſuprà

5. Pſalmum trigeſimum ſic profugus tunc Dauid auſpicatur: In te Domine ſperaui, non confundar in æternum, in iuſtitiâ tuâ libera me. Inclina ad me aurem tuam, accelera, vt eruas me. *Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum*

Quare tum impius conſcientiam fugerunt?

Pſal. 30. v. 3.

Hebræus.

Digitized by Google

mum refugij vt ſaluum me facias. In codice Hebræo ſic legitur ad verbum: *Eſto mihi in petram fortiſſimam, & in Domum munitiſſimam ad ſaluandum me.* Vocatur autem hoc loco petra fortiſſima, vel ſaxea rupes in ſublimi poſita vel domus ſiue arx ex fortiſſimis lapidibus conſtructa, vt ſenſus ſit: Eſto mihi, ô Deus, inſtar petræ duriſſimæ, id eſt, inſtar domus ſeu arcis munitiſſimæ: in quam tutò confugere poſſim. Quem hoſtem nunc fugit Dauid, adeò potentem, vt vir ſtrenuus tam munitam expetat arcem? Si litteram ſpectemus, Abſalomum; in ſenſu verò myſtico Auguſtinus ſæuam conſcientiæ hoſtilitatem intelligit, ſic inibi ad rem eleganter fatus: *Domus refugij tu mihi eſto, Deus protector, domus refugij. Aliquandò enim periclitor, & volo fugere. Quò fugio? Ad quem locum tutus fugio? ad quem montem? ad quam ſpeluncam? ad quæ tecta munita? Quam arcem teneam? quibus muris ambiar?* (Nota attentiùs verba quæ ſubdit) *Quocumque iero, ſequor me. Quicquid enim vis potes fugere ô homo, præter Conſcientiam tuam. Intra in domum tuam, requieſce in lecto tuo, intra in interiora; interius habere nihil potes quò fugias à conſcientiâ tuâ, ſi rodunt te peccata tua.* Non tam Abſalomi, quàm propriæ conſcientiæ hoſtilitatem Dauid fugere ſatagit: indè ad Deum confugit, quaſi ad rupem ſaxeam, & turritam arcem vt Conſcientiæ morſum aſſiduè lacerantem ſopire eualeat. Sic hoſtiliter conſcientia armatur? ſic vrit? ſic morſicat? ſic lancinat? Solus Deus vnicum aſylum eſt à Conſcientiæ hoſtilitate: nam quocumque peccator ierit, ſequitur ſe, neque ipſe à ſe fugere poteſt, nec peccatori appendices Conſcientiæ latratus, & morſus diducto rictu ſæuiſſimos. Quantumuis hîc Verſ. 1. Elimelech Bethlehemites fugiat in regionem Moabitidem, & Deum iratum declinare feſtinet, ſe ſecum tulit, nec fugâ malum declinauit: & vbi vitam fugiendo quærebat, ibi mortem inuenit. *Quicquid enim vis potes fugere ô homo, præter Conſcientiam tuam.* Satiùs illi foret ad Deum cum Dauide confugere, ad eum clamando. *Eſto mihi in Deum protectorem, & in Domum refugij, vt ſaluum me facias* à dirâ propriæ Conſcientiæ hoſtilitate.

S. Auguſt.

Quicquid velit homo poteſt fugere præter ſe!

Hic verſ. 1.

---

§. XV.

Gehenna ignis in oſsibus meditatione implantatus, eſt virtutum gymnaſium, & à gehennâ aſylum.

1. HVgo Victorinus lib. 4. de Animâ ita ſcribit: *Infernus, locus eſt ſine menſurâ, profundus ſine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore innumerabili, ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo nullus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio mali.* (O locus infeliciter pœnaliſſimus, cui vel à *deſperatione* remedium foret!) *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium,* Matthæi 8. quæ verba ſic Bernardus elucidat: *Fletus quidèm ob ignem, qui non extinguitur; ſtridor ob vermem qui non moritur: planè fletus ex dolore, ſtridor dentium ex furore.* Luculentiùs ad rem, opinor, hunc locum commentatur Rabanus: *Stridor dentium prodit indignantis affectum, eò quòd ſerò vnumquemque pœniteat, ſerò ſibi iraſcatur.* Heu tarda in inferno de inferno cogitatio! heu tarda pœnitentia, & inutiliter tardus inferni horror! *Sicut dicit Pſalmiſta,* ait Bernardus) *deſcendant in infernum viuentes, videlicet ne deſcendant morientes. Hoc enim modò ſæpè cellarum incolæ in infernum deſcendunt. Sicut enim aſſiduè contemplando reuiſere amant gaudia cæleſtia; vt ardentius ea appetant; ſic & dolores inferni, vt horreant, & refugiant.* O quàm aſſiduè id cogitat, & tenaci mente voluit, qui vel ſemel viuaciter cogitauit!

Hugo vict. *Damnati ſine ſpe, ac deſperatione quo ſenſu?*

Math. 8. v. 12.

S. Bernard.

Raban. ibi.

Pſal. 54. v. 16.

S. Bernar. ad Fratres de monte Dei.

2. Ioannis 15. ſic Chriſtus Diſcipulos alloquitur: Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. *Si quis in me non manſerit* (per fidem charitate formatam,) *mittetur foràs ſicut palmes* (inutilis & infrugifer,) *& areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* id eſt, illicò ac iugiter ardebit in perpetuum. Hic non leuis quæſtio apud Commentatores exurgit, quare cum tota huius verſiculi periodus, omniſque ſententiæ contextus neceſſariò expetat, vt *ardebit* de futuro diceretur, *ardet* de præſenti potiùs dixerit? Porrò palmes inutilis ſi à vite amputaretur, ſtatim de futuro *areſcet,* dein *colligent* eum, & in faſciculum colligabunt; mox *in ignem mittent*; in ignem autem miſſus, *ardebit,* non iam *ardet.* Cur ergò *ardet* de præſenti potiùs dixit, quàm conſectariè ad reliqua hactenùs verba, de futuro *ardebit,* dictum eſt? Noſter Cardinalis Toletus in preſcripti loci commentario, ita ſcribit: *Et ardet, Vnico verbo* (ardet inquam) *duo exprimuntur. Vnum eſt vehementia ignis huius: vt enim palmes poſtquam aruit, igni immiſſus, citiſſimè ardet, vt non tam verè dixeris ardebit, quàm ardet: ita mali immiſſi ardent. Tanta enim eſt vehementia illius ignis, vt ſine morâ ardeat: nam ſolet ignis lentus calefacere ligna prius, quàm inflammare, vt ardeant; at quando vehementiſſimus eſt, ſtatim ardent; ſicut & ſicca ardere ſtatim etiam ſolent: hæc vehementia ſignificatur verbo præſenti. Alterum eſt duratio, ardet ſine fine, non ad tempus, ſed in perpetuum.* Iſaiæ 66. *Ignis eorum non extinguetur.* Scitè quidèm ad litteram. Verùm quod Vulgatus habet, *ardet*, Arabicus vertit, *ardebit.* Quaſi perindè ſit gehennalis ignis *ardebit*, ac iam de præſenti *ardet.* Porrò cui illa infernalis pyra dudùm accenſa eſt, niſi peccatorum pœniteat, niſi benè operetur; ſic tenaci impreſſione hæret memoriæ horror illius ſuſtinendæ, vt quæ poteſt ardere, iam ardere videatur; & quod forſan *ardebit*, iam *ardet.* idcircò ſtilus moraliſſimè euariatur; & futurum viuaciùs effertur de præſenti, quaſi homo ſceleroſus præ altâ cogitatione pœnarum, de gehennæ minis iam horrore præmaturè ardeat: *Et in ignem mittent*: & non modò peccator poſtea *ardebit* pœnaliſſimo æternùm tormento; ſed iam nunc præpropero tenaciſſimæ recordationis horrore ſemiuſtulatus *ardet*, O nimis verè! ô nimis time, quod numquam ſatis timetur! *Deſcendant in infernum viuentes, ne deſcendant morientes.*

Ioan. 15. v. 6.

Toletus

Iſai. 66. v. 24.

Arabicus.

Cui ignis inferni ardebit, iam nūc ardet?

Regius

Digitized by Google

3. Pſal. 38. v. 4. Chaldæus.

Regius Vates ſic pangit Pſal. 38. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione meâ exardeſcet ignis.* Chaldaicè, *ebulliit cor meum in corpore meo*, quaſi Dauidis cor non tantùm æſtuaret, ſed etiam velut ſuppoſito igne medullitùs ferueret, atquè animitùs *ebulliret*, adeò vt conceptum ardorem ferre non poſſet, ſed tolerando propè deficeret. Meditatio in quâ exardeſcit hic ignis, eſt crebra anxiáque mentis agitatio & cogitatio (ſi ſenſum litteralem ſpectes) de auditis conuitiis & calumniis, ac iniuriis ſibi inimicè illatis. Senſu autem myſtico ignis meditatione rerum diuinarum exardeſcit, vel amore Dei vel dolore ac compunctione propter Deum, vel metu ac horrore gehennalis incendij, quod viuacior de illo meditatio iugiter fouet, incendit, atque ſufflammat, Pſalterium Romanum, Ambroſius, Haymo, Remigius, non de tempore futuro habent, *exardeſcet ignis*, ſed de præſenti tempore, *exardeſcit*. Addit Haimo, quòd ſi retineatur futurum, per id denotari ardendi perſeuerantiam, quaſi illius meditatione, non ſemel aut iterùm, ſed perſeueranter iam nunc ardeat. *Et in meditatione meâ exardeſcet ignis*, id eſt, iam nunc perſeueranter *exardeſcit* (Sicut nuper diximus, & in ignem mittent, & *ardet*, id eſt, *ardebit*) Verùm S. Hieronymus ſic opportunè præſcripta verba excribit, & exponit: *Et in meditatione meâ incenſus ſum igne.* Nempè dum viuax cogitatio viuaciſſimam illam inferni flammam mente fouet, verſat, flabellat, & accendit, totus Propheta meditato illo incendio ſufflammatus videtur, quaſi de gehennæ ſcintillis præmaturè exardeſcens: *Et in meditatione incenſus ſum igne.* Non inſanis motibus æſtuat & ebullit hic meditatus ignis (ait inibi Caſſiodorus) *ſed conſilio & deliberatione: vndè feruor tranquillus, manſueta inflammatio, motus inculpabilis, feſtinatio moderata.*

Pſalt. Roman. S. Ambroſ. Haymo. Remigius. *In meditatione ignis inferni benè exardeſcet.* S. Hierony. Caſſiodor.

4. Thren. 1. v. 13.

Ieremias Propheta Threnorum 1. ſic plangit ſermone lugubri: *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsùm: poſuit me deſolatam, totâ die mœrore confectam.* Quod verò myſticè ſaltem per hunc ignem in oſſa cælitùs miſſum, intelligatur ignis gehennæ, Chaldæus paraphraſtes inſinuat, qui pro τὸ *conuertit me retrorsùm*, habet, *vertere fecit me deorsùm.* Porrò inferni ignis per aſſiduam meditationem, & pium tranquillè horrorem, in hominis oſſa immiſſus, & animæ viſceribus ac medullis impreſſus; viuidæ cogitationis ventilabro flammam explicat, ac incendium propagat & dilatat; adeò vt dum mentem vertit *deorsùm*, vndè incendij minæ horridè ſcintillant, hominem ad pœnitentiam, & ad omnes etiam ſanctitates *erudiat*. Quâ ſuper re ſic inibi philoſophatur Paſchaſius: *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. &c. Porrò anima peccatis obnoxia, dum pro ſuis iniquitatibus à Domino nonnunquam corripitur* (aut pœnaliſſimæ correptionis minas animo tractat,) *ad ſe introrsùs rediens, dum ſalubri dolore compungitur, quaſi de excelſo in ſuis oſſibus, ac ſi medullarum cogitationibus, ignem veniſſe non dubitatur, pro quo diuinitùs attracta caſtigatur, & eruditur diſciplinis diuinis. Et quia ſentit retia doctrinarum Dei coram pedibus expanſa, vadit retrorsùm abſtinendo ſe ab illicitis, luxum voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lacrymas conuertit; & tantò fortiùs conſtringendo ſemetipſam plangit mœrore luctûs confecta, nolens illam præſentis vitæ noxiam recipere conſolationem, quantò ſceleſtiùs per varia deſideria ſe diutiùs conſiderat oberraſſe.* O bonum gehennalis incendij præproperè gymnaſium, de cuius doctrinâ ſic vitia ablegantur, ſic arcanè virtutes *erudiuntur*, vt vel ipſæ *concupiſcentiæ in lacrymas conuertantur*!

Chaldæus. *Gehenna ignis in oſſa meditatione immiſſus eſt virtutum gymnaſium.* Paſchaſ. *Meditata gehenna concupiſcentias vertit in lacrymas.*

5. Matth. 25. v. 41.

Matth 25. poſt prædeſtinatos empyreo regno donatos, tunc dicet rex Chriſtus his, qui à ſiniſtris eius erunt: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius.* His verbis Chriſtus Deus, in magno illo, ac formidinis pleniſſimo nouiſſimi Iudicij die, & cæleſte regnum bonis donat, & æterno igne Diabolorum malitiæ præparato, malos punit. Quæ verba ſic tempeſtiuè expendit Chryſoſtomus: *Vtiles tua Domine promiſſiones, vtile & expectatum regnum tuum, vtilis iterùm comminata gehenna; & id quidèm benè alliciens, benè eum allicit regnum, terret verò vtiliter gehenna* (Attentiùs nota quæ ſubiicit) *Minatur enim gehennam Deus, non quòd gehennam inducat, ſed quò à gehennâ liberet. Alioqui ſi torquere vellet, non iam antè minatus eſſe. Quò firmi ac ſtabiles euitemus minas, pœnam minatur, & terret verbo, quò minùs opere torqueat.* O! cuius animum non mordeant hæ minæ? cuius cogitationem non præmaturè vſtulet æternatura improbiſ gehenna? Bonus Dominus, qui timorem gehennæ inducit, non quò gehennam inducat, ſed *quò à gehennâ liberet.* quaſi gehennæ meditatio altè impreſſa, ſit liberatio à gehennâ, & ab illius ardore tutiſſimum expromptè aſylum. Gehennæ minis *terret*, vt comminata gehenna meditatione deuorata, gehennæ voracitatem fruſtretur. Gehennæ minis nos tremore concutit, vt aduerſùs illam nos ſtabiliat ac firmet. *Quò firmi ac ſtabiles euitemus minas, pœnam minatur, & terret verbo, quò minùs opere torqueat. Alioqui ſi torquere vellet, non iam antè minatus eſſet.*

Cogitatio de gehennâ, à gehennâ aſylum eſt. S. Chryſoſt. homil. 5. de Pœnit.

6. Thomas à Chempis.

Non omittam quantum eualeat ad excutiendum torporem vel nuda Inferni pronuntiatio auribus inſonans; quod his verbis enarrat Thomas à Chempis part. 1. ſer. 6. *Frater quidam* inquit, *infra matutinas parùm cœpit dormitare: quod attendens frater proximè illi aſſiſtens, ſilenter auribus eius, hoc verbum tantùm ingeſſit, Infernus. Quo audito ille ſubitò perterritus, & expergefactus, omnem torporem à ſe abiecit. Cogita ergò piger de Inferno, & non dormitabis laſſus præ tædio.* O ſalubre aduerſus ſocordiam antidotum, & acriter pungens virtutum calcar! Sic vel Inferni vocabulum hominem ſemiſopitum exterret? O! quid faciet infernale gehennæ incendium altè meditatum? *Deſcendant in infernum viuentes, ne deſcendant morientes.* Sudata quidèm morum gnome: nunquam autem ſatis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur.

Nudum Inferni nomen pigritiam excutit.

Digitized by Google

§. XVI.

Pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſsitas emendationis eſt, licentiæ frenum; & in timoris ſcholâ, virtutis magiſter.

1. QVemadmodùm quædam haſtilia detorta, vt corrigamus, adurimus; & adactis cuneis, non vt frangamus, ſed vt explicemus, elidimus: ſic ingenia vitio praua, dolore corporis animíque corrigimus. Durities domanda eſt, non leuiter ad flexilem congruè mollitiem attrahenda. Nempè medicus primò in morbis leuem tentat medelam: ſi adhuc quidem non proficit, interdicit cibos, & abſtinentiâ corpus exonerat: dein ferit venam, membríſque (ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt) manus affert, nec vlla dura videtur curatio, cuius eſt ſalutatis effectus. Ita legum Præſidem, ciuitatíſque Rectorem decet, quandiu poteſt, mollibus remediis ingenia curet: tranſeat deindè ad triſtiorem curationem, quâ moneat adhuc & exprobret: nouiſſimè (ſi adhuc opus eſt) pœnas minetur, fulminet, infligat. Vltima ſupplicia ſceleribus vltimis ponenda ſunt, vt à quo blandior ſuadela ac medela non extorſit vitiorum odium, pretiúmque virtutis; ſaltem interminati ſupplicij incuſſus horror contineat, ne vltra honeſti & æqui metas effrenis proſiliat. Audacior feritas inuito etiam lupatu ſiſtitur. Ad minarum fulmina, quas Cælum iuſtè vibrat, peccantium decineſcit audacia. *Scias licèt ea demùm fulmina eſſe iuſtiſſima, quæ etiam percuſſi colunt.*

Suppliciorum metus, effrenem peccantium cohibeat audaciam.

Seneca ad Polyb. conſol. cap. 33.

2. Regius Pſaltes in Pſalmorum auſpicio, viros eximiè bonos notis characteribus deſcribit, & tanquam virtutis ideam coràm proponit: Beatus, inquit, vir, qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Hæc meditatio, quæ in orationis officinâ beatum virum excudit, non eſt mera ſpeculatiuè contemplatio, bonæ actionis infœcunda; ſed quidam in corde vſus, & actionis exercitatio. Meditabitur enim in lege Domini non ſine animaduerſione, ſed cum motu quodam voluntario; quod pulchrè vocauit *voluntatem* (id eſt, ſpontaneum virtutis ſectandæ, & vitij non admittendi operoſum ſollicitè ſtudium) propter eos, qui metu pœnæ rectè agunt. Hos enim non vituperat, quia laude digni ſunt; ſed neque ſic beatificat. Theodoretus exponens præſcriptum Verſ. in Catenâ Græcorum Patrum, ita ad rem opportunè ſcribit: *Sed in lege Domini voluntas eius. Pulchrè dixit, Voluntas eius, propter eos, qui ex neceſſitate rectè agunt pœnarum metu, iis beatis nuncupatis, qui motu proprio bonum eligunt.* O, tantus eſt horror, quem minaciter incuſſus ſæuientium pœnarum timor ingenerat, vt qui viuacius conſideratò ſuppliciorum imminentium cruciatu, animitus vritur, ſiſtens voluptatum cupidines, ad quas velut impotenter agebatur, quaſi *ex neceſſitate rectè agere pœnarum metu* dicatur! O bona velut *neceſſitas*, quæ hominem à vitiorum ſtudio abigit, & adigit ad virtutis ſtudium! Porrò quis tam obſtinato animo impotenter fertur ad peccati delicias, vt in viuace imminentis gehennæ memoriâ non inueniat de *pœnarum metu*, quandam velut *neceſſitatem* ad benè viuendum, dum attentiùs conſiderat, quòd in tenebras exteriores dignè excuſſus, eius cœperit inexpiabilis caro, & infectæ peccatis medullæ ſæuis gehennæ æſtibus penetrari, & more feruentium ac decoquentium metallorum inextinguibili ardore tota hominis ſubſtantia intùs infundi, & depaſcentibus flammis corpora atque animas ex parte conſumi ex parte nutriri, vt inter medios ignium globos damnata natura det pabulum, & accipiat incrementum? Si fortè inſperſum illud dudùm conſcientiis vitium, & æris & plumbi adulterina permixtio quandoque inter ſtagna feruentia anhelantis gurgitis exuretur, tranſiturus per vada ignea, mora erit ſupplicij magnitudo peccati. eſcas ardoribus crimina miniſtrabunt, manebit præceptum Auctoris & Iudicis, vt viſcera doloribus obnoxia, & ſolis cruciatibus conſecrata, ignis arbiter depaſta non deuoret, ſed ad hoc parcat vt ſemper interimat: vt opus ac figmentum corporis noſtri in antiquis ſceleribus mortuum, ei ad ſola tormenta rediuiuum, finem in ipſo interitus confinio non inueniat, ſed exinanita iámque tolerantiæ virtus ſic pereat, vt reſurgat. Illa enim non caſualis ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere. Hæc qui animitùs fide expendit, ſic tanti ſupplicij horrore expaueſcit ac expalleſcit, vt velut dediſcens libertatem ad peccandum, quodammodò *ex neceſſitate rectè agat pœnarum metu.* O bona à metu velut *neceſſitas*, quæ virtuti viam ſternit, & aditum vitiorum timore præcludit! O time Dei iras, & æternaturi ſupplicij minas quiſquis virtutem amas!

Pſal. 1. v. 2.

Pœnarum metu, velut ex neceſſitate homo rectè agere dicitur.

Theodoret. in Catenâ Cord.

Emiſenus homil. 1. ad Monach.

3. Doctor Gentium ad Romanos 12. ita ſcribit: Non voſmetipſos defendentes (id eſt, vindicantes) chariſſimi, ſed date locum iræ, Scriptum eſt enim: *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.* Citat Paullus illud Deuter. 32. verſ. 35. *Mea eſt vltio*, id eſt, ad me pertinet. Vatablus vertit, *Meum eſt vlciſci.* Quaſi dicat: Ego ſum Deus iuſtiſſimus omnium iudex, & ſeueriſſimus ſcelerum vindex, cuius proprium munus eſt, ſceleroſos coërcere, & dignas de flagitiis pœnas ſumere. Ex eo autem quòd Deus ſibi hanc vindictam reſeruat, colligitur terribilem eam fore. Nam hæc verba rurſùm citans ad Hebræos 10. verſ. 31. eáque explicans, ſubiicit Apoſtolus: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, vt hoc velut iniecto freno cohibeatur impunitas, & iſtiuſmodi horrore malitia ſiſtatur: *Agenda ſunt* (ait Auguſtinus) *multa etiam cum inuitis benignâ quâdam aſperitate plectentis, quorum potiùs vtilitati conſulendum eſt, quàm voluntati.* Et poſt pauca.) *Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil eſt infelicius infelicitate peccantium, quâ pœnalis nutritur impunitas, & mala*

ad Roman. 12. v. 19.

Deuter. 32. Vatablus.

ad Hebr. 10.

Nihil eſt infelicius felicitate peccantium.

S. Auguſtin. Epiſt. 5.

Supplicij horrore, licentia peccandi aut ligatur, aut eripitur.

Digitized by Google

mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. Ecce tibi nuper ſeuerioris ſupplicij incuſſus horror, aliquâ velut *neceſſitate* à ſceleribus perpetrandis abſterret? nunc grauioris pœnæ terrore, dum *licentia iniquitatis vtiliter* velut catenis *vincitur* & ligatur, quaſi *neceſſitate* quâdam ipſa *licentia eripitur.* Infelicem te putas, dum pœnaliſſimi ſupplicij horrore attonitus, peccandi *licentia* aut *vincitur* aut *eripitur?* Verùm *nihil eſt infelicius felicitate peccantium.* Ergò gratulare ſuppliciorum minis, quòd pacatam peccandi felicitatem pœnali horrore præmaturè interturbant, inquietant, infelicitant. Inquietatur hîc Elimelech: nam vt ait inibi Lyra, *Cauſſa huius peregrinationis aſſignatur, quòd tunc temporis Sol ſtetit per aliquod ſpatium immobilis ad terrendum homines, vt ſic retraherentur ab enormibus peccatis, quibus erant inuoluti.* Quâ de re in litterali Commentario agebamus. Saltem dira illa fames multos ad virtutem malo pœnaliſſimo erudiuit.

Hic verſ. 1. Lyranus.

4\. 3. Regum 17. Et dixit Elias Thesbites ad Achab: *Viuit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* O Domini in homines ſeueritas! Seueriſſimo Eliæ permittitur cæli rectio, nubium vectatio, annonæ diſpenſatio? Terra ſterilitate dirâ fatiſcet, dum pluuium cælum voce frenat ſterilis nubium aurigator. De hoc ineluctabili Eliæ rigore, ſic diſſerit Seleucienſis Baſilius: *Videns Iudaeorum populum Propheta bonis tam è cælo, quàm è Solo partis immodicè luxuriantem, alimenti auctorem ignorantem, & Dei erga ſe charitatem in impietatis materiam conuertentem, irâ pietatis auxiliatrice aſſumptâ, vocem emiſit, quâ cælo legem ſiccitatis impoſuit. Viuit Dominus, non erit per hos annos ros, neque pluuia ſuper terram. O ira pietatis plena ..... Vrantur fame religionis magiſtrâ; quis imbrium pincerna, diſcant ſiccitatis malo concuſſi.* Verè, pariter ac bellè Baſilius. Duriſſimi ſupplicij *iram pietatis auxiliatricem*, ac *plenam pietatis* aſſumit Propheta; quaſi in ipſo durioris pœnæ pœnaliſſimo rigore, caſtigati populi pietas præmaturè tranſluceat. Vltra triennalem immittit ſterilitatem, quæ agros depopuletur, flumina exiccet, hiantem ſitim ac famem fruſtretur, vt in acerbioris ſupplicij gymnaſio ad virtutem erudiantur. *Vrantur fame religionis magiſtrâ.* ô altè arcanum ſeuerioris pœnæ magiſterium! ô quàm multa in ſuppliciorum horrore nobis ediſcenda ſunt! Nemo eſt adeò rudis, qui ad pœnaliſſimum malum ſagaciter declinandum, ingenioſus non fit.

3\. Reg. 12. verſ. 1.

Baſil. Orat. 11.

Acerbiſſimâ vtimur pœnâ, tanquam virtutis magiſtrâ.

5\. Ieremiæ 6. Hæ irati Dei minæ aduersùs ſuum populum audiuntur: *Iniquitas & vaſtitas audietur in eâ* (in Ieruſalem,) *coram me ſemper infirmitas, & plaga. Erudire Ieruſalem.* &c. Grandem quidèm acerbioris ſupplicij horrorem Deus ſeuerè fulminat, ſi fortè pœnaliſſimæ mulctæ metu ſuadeat, quod largiori benignitate non extorſit. S. Cyrillus Alexandrinus in Oſee c. 2. hunc Ieremiæ locum præſtrictim exponens, ita ad rem fatur: Sicut enim, inquit vulnera corporum ſanatu difficilia, & intractabilia, niſi medicamentorum virtuti cedentia mutationem ad ſanitatem admittant, aut ferro ſecantur, peritiâ medicorum hunc auxilij modum ſuadente; aut certè igni vincuntur: *Ita & hominis anima, ad deſciſcendum à probitate perquam prona, niſi vocibus admonentium locum reliquerit, & à turpitudine ad honeſtatem tranſire inſtituerit, pœnis vincitur, & ſupplicij laqueis implicata, velit nolit conuertitur. Quale eſt quod apud Ieremiam legimus: Dolore & flagello erudieris Ieruſalem.* Scilicet interminati duriùs ſupplicij incuſſus horror, pœnarum laqueis ac compedibus ſic improbos implicat, vt *velint nolint* ad virtutem conuertat, inolitam diu improbitatem *vincat*, & durus magiſter probitatem *erudiat? Dolore & flagello erudieris Ieruſalem.* Quid eſt, quòd ait Cyrillus, *Velit nolit?* Nempè hoc dicit (inquit Theodoretus) *propter eos, qui ex neceſſitate rectè agunt pœnarum metu.*

Ieremiæ 6. verſ. 7. & 8.

S. Cyrillus. *Num pœnarum metu, velit nolit, flagitioſior peccator conuertitur?*

Matthæi 17. aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, in montem excelſum ſeorsùm, & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eô loquentes. Et ecce nubes lucida obûbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. *Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè.* Miriſſimum quidèm eſt, quòd cùm Chriſtus Deus in Tabore diuitias ſuæ gloriæ, & gloriæ empyreæ ſpecimen electioribus Apoſtolis oſtentat, non eos voluptatis dulcedine demulceat ad illius ſtudium hiantiùs ingerendum; ſed pauido timore proſternat. Quid autem hunc, illis metum incuſſerit, non conuenit inter Expoſitores. Chryſoſtomus inibi putat, quòd *lux illa fulgentiſſima, & profunda nubes illis pauorem ingerebat.* Dein Hieronymus inibi ait: *Humana fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet; & toto animo ac corpore contremiſcens ad terram cadit.* Præterea ex Syro addit inibi Cornelius, *Quia videbant Moyſen & Eliam abeuntes intrare in nubem, ac per eam ex oculis eorum euaneſcere. Timebant ne Moyſes è nube fulmina & tonitrua iacularetur, vti olim fecerat accipiens à Deo & dans populo legem in Sinâ: ac ne Elias è nube iacularetur ignes, vti olim fecerat.* Nimirum etſi beatæ gloriæ ſpecimen in Tabore prælibant, dum in nube vident Moyſen, ſicut olim legem ferentem; & Eliam ſeueriſſimum legis ſeruandæ zelatorem; quod cœpit in gloriâ, conſummatur in metu: *& ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè.* Olympias glorias in Tabore Chriſtus adſpirat: è nube legem oſtentat Moyſes, legis zelum Elias; indè expaueſcunt potiùs Diſcipulorum vertices, vt ad verticem Apoſtolicæ perfectionis perfectiùs aſcendant. Res ſanè notatione digniſſima, quòd ex beatâ Taboris gloriâ, vbi gloriam, ac gloriæ affectum omnia ſpirare videbantur, ex aſpectu Moyſis legiſlatoris, & zelatoris Eliæ, vt habet Syrus; imò etiam ex ipſo gloriæ fulgore, vt mauult Hieronymus, pauidus illis timor ingeratur. Sic eſt proficuus pœnalis Dei metus? ſic iuuat ad extirpanda vitia, & virtutes animitùs ſerendas? ſic per ſuos gradus ſenſim ad perfectionem ducit? Ex gloriæ aſpectu metum potiùs concipiunt? 6.

Matth. 17. verſ. 6.

Diſcipuli in Tabore, timent à gloriâ, & à Moyſe, & ab Eliâ, quare?

S. Chryſoſt. homil 57.

S. Hieron.

Syrus.

Cornelius.

Exhod. 18. verſ. 16.

4\. Reg. 1. verſ. 10.

§. XVII.

§. XVII.

Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt, præ acerbiori morſicatione conſcientiæ.

1. SVbeſt animis noſtris, etiam in peſſima criminoſè abductis, aliquis boni ſenſus: nec planè ignoramus turpe, ſed malè negligimus: omnes peccata diſſimulant; & quamuis feliciter ceſſerint, fructu illorum vtuntur, ipſa ſubducunt. Aſt bona conſcientia prodire vult & conſpici: ipſas nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto (liceat in aliena caſtra ire, non vt à noſtris deficiamus, ſed vt nobis auxiliaria indè ſpolia detrahamus:) Poteſt nocenti contingere vt lateat, latendi fiducia non poteſt. Aut ſi hoc modo meliùs hunc explicari iudicas ſenſum: Ideò non prodeſt latere, quia latendi etiam ſi facultatem habent, fiduciam non habent. Ita eſt, tuta ſcelera eſſe, ſecura non poſſunt. *Quare? quia prima illa & maxima peccantium eſt pœna peccaſſe. Nec vllum ſcelus, licet illud fortuna exornet muneribus ſuis, licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt; quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt.* Sed nihilominùs poſt hoc ſupplicium ſceleribus animitùs cognatum, aliæ ſecundæ pœnæ à Iudicibus infligendæ, ſontes premunt ac ſequuntur, quò vndique timeant, & expaueſcant, & omni ſemper ſecuritati diffidant. Quare ego hoc ſupplicio nequitiam liberem? quare non ſemper illam in ſuſpenſo relinquam, dubio timore anxiam? Sanè mala facinora conſcientiam flagellant, vellicant, morſicant abroſu tacito, & pluſimum illi tormentorum eſt, eò quod perpetua illam ſollicitudo vrget, ac verberat, quòd ſponſoribus ſecuritatis ſuæ non poteſt credere.

Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt, de conſcientia morſu.

Seneca epiſt. 98.

2. Iob 15. Eliphaz Themanites vehementi oratione ſatagit Iobo perſuadere, quòd tametſi candore fallaciæ prætēdat innocentiam, à conſcientiæ tormento non eſſe immunem: quam apprimè Tyranno comparat, vt ſapienter inibi Sanctius adnotauit: Et numerus annorum incertus eſt *tyrannidis* eius. Tunc ſubdit Eliphaz: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Non credit quòd reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique gladium.* Hoc cōſcientiæ acerbiſſimum cruciamentum, S. Chryſoſtomus homil. 1. de Lazaro, his verbis pereleganter deſcribit: *Quin & alioqui antequam illic* (in inferno) *puniantur, iam nunc, qui improbè agunt, atque in peccatis viuunt, puniuntur. Neque enim mihi dixeris illum menſâ ſumptuoſâ frui, veſtibus circumdari ſericis, mancipiorum greges circumferre, alios ſubmonere in foro: Sed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum, ingem metum, tempeſtatem, turbinem videbis velut in curiâ mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tamquam iudicem quempiā ſedentem; & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo ſuſpendentem, lateráque conſcientiæ rodentem vngulis, pro commiſſis vehementer inclamantem, cùm nemo ſciat, niſi quod ſolus Deus hæc videre nouerit.* Chryſoſtomo accinit Plutarchus in lib. de Tranquillitate animi, ſic eloquenter atæquè ac ſapienter fatus: *Facinoroſa conſcientia*, inquit, *inſtar vlceris eſt in corpore, vt potè quæ pœnitentiam relinquat lancinantem iugiter, peruellentémque animam: nam cùm alias omnes triſtitias tollere ratio ſolita ſit, ſolam hanc pœnitentiam facit ſuâ ſponte incurabilem præ pudore, & quaſi mordicùs impetentem ſeſe, atque excarnificantem.* O grande medullitùs malum, cùm nec rationi pateat aditus ad medelam! ô morbum funeſtè incurabilem!

Sanctius.

Iob 16. v. 21. & 22.

S. Chryſoſt.

Plura mala conſcientiæ non bonæ elogia.

Plutarch.

Ratio mala conſcientiæ non medetur.

3. Non iam Eliphaz, ſed ipſe Iob Deum alloquens, ita fatur: Si peccaui & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate meâ mundum me eſſe non pateris? Et ſi impius fuero, væ mihi eſt; & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeriâ. Propter ſuperbiam quaſi leænam capies me, *Reuerſúſque mirabiliter me crucias. Inſtauras teſtes tuos contrà me: & multiplicas iram tuam aduerſum me.* Verùm hæc Dei cum leænâ leonéue comparatio, ad pœnæ calamitatíſque exaggerationem, quâ Iobus à Deo *mirabiliter cruciatur*, apponitur, & exponitur. Addit Iob, vt declaret quomodò *mirabiliter crucietur: Inſtauras teſtes tuos contrà me.* LXX. Interpretes, *Inquiſitionem meam.* Sed qui ſunt iſti *teſtes?* Philippus intelligit Dæmones; S. Thomas, ipſius amicos; S. Auguſtinus, dolores atque cruciatus illum excarnificantes. S. Gregorius, putat eſſe exempla Sanctorum, quorum vita arguit vitam noſtram, per noſtrámque conſcientiam reprehendit. Sanè cùm *teſtes* inſtaurari dicuntur, accommodatitiè eruditur homo de conſcientiæ tribunali: nam ſcelerum iuſtitium, teſtimonium, ſententia, & punitio, humanæ conſcientiæ adſcribi ſolitat; quod nuper excripſimus ex Chryſoſtomo: *Videbis velut in curiâ mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tanquam iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem*, &c. Eruditè noſter Cornelius exponens illud ad Romanos 2. *Teſtimonium reddente illis conſcientiâ ipſorum*, opinatiſſimam illam Menandri ſententiam adducit: *Mortalibus cunctis conſcientia eſt Deus*, id eſt *inſtar, & vice Dei.* Idcircò dum contrà reum inſtaurantur teſtes, & illum animitùs conſcientia torquet, quaſi carnifex peracerbus; non tam conſcientia, quàm Deus, cogitationes velut *teſtes inſtaurans*, reum ſceleris conſcium *mirabiliter cruciare* perhibetur. Porrò *conſcientia* ſic atrociter cruciat, & peracerbè torquet ac punit, vt, *Deus* dicatur, quaſi totius omnipotentiæ auctoritatem habeat, & pœnaliū carnificum infernale ſatellicium. Vndè conſcientia, quod attinet ad ſcelerum punitionem, vices cum Deo reciprocare dicitur: *Mortalibus cunctis conſcientia eſt Deus*, id eſt, *inſtar & vice Dei.* Sic conſcientia *mirabiliter cruciat!* Contrà verò bona *conſcientia Deus* etiam dicitur. Sic animum tranquillat, implet, beat!

Iob 10. v. 16. & 17.

Lxx. Interp.

Philippus. S. Thomas. S. Auguſtin. S. Gregor.

S. Chryſoſt.

Cornel. ibi. ad Rom. 2. verſ. 15. Menander.

Hominibus cunctis conſcientia, Deus dicitur, ad tormenti exaggerationem.

4. Pſalmo 54. Sic altè Propheta pangit: *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes: quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.* Illi, illi inquam, qui cum nequitiâ habitant, eámque familiarem ac contubernalem habent; quæque eſt in medio eorum; etſi viuere videantur, morti vicini ſunt: nam viuentes adhuc ad inferni mortem deſcendunt. Multi ſunt Interpretes vt exponant quinam ſunt hi, qui

Pſalm. 54. verſ. 16.

qui

Digitized by Google

qui *deſcendunt in infernum viuentes?* Arnobius
Arnobius. Caſſidorus. Hugo Card. interpretatur de Dæmonibus, quia immortales ſunt: Caſſiodorus de his qui ſcienter peccant, ac in peccatorum incidunt profundum: Hugo de his qui viuunt mundo, ambitioni, deliciis, peccatis, adeò vt ſint penè inferno confines. Verùm
S. Ambroſ. S. Ambroſ. lib. 1. Officior. cap. 12. non longè abeſt ab hâc Hugonis mente, & ſic appoſitè locum commentatur: *Peccator*, inquit, *quamuis foris abundet, & deliciis affluat, odoribus fragret, in amaritudine animæ vitam exigit. Vita facinoroſi, vt ſomnium, aperuit oculos, tranſiuit requies*
Conſcientia tormentum, gehennæ cruciamenta æmulatur. *eius, euanuit delectatio, licèt ipſa, quæ videtur, etiam dum viuunt, impiorum requies in inferno ſit: Viuentes enim in inferna deſcendunt. Vides conuiuium peccatoris? interroga Conſcientiam eius, nónne grauiùs fætet omnibus ſepulcris? Intueris lætitiam eius, opum abundantiam? introſpice vlcera, & vibices animæ eius, cordíſque mœſtitudinem.* Ecce tibi, ſceleroſus malæ conſcientiæ tormento, ſic adhuc viuus vritur, ac ſi iam æternaturæ mortis pœnam ſuſtineat, & infernali gehennæ pyrâ iam vſtuletur; atque verminum morſicatione perenni, eius viſcera inceſſanter corrodantur. Requiem in deliciis mentiuntur, quandoquidèm cóſcientiæ cruciamento, *impiorum requies in inferno ſit: Viuentes enim*
Bona conſcientia iam potitur æternâ gloriâ. *in inferna deſcendunt.* Contrà verò bona conſcientia cæleſtem beatitudinem adhuc in terris quodammodò præſumit, & delicias empyreæ patriæ præmaturè delibat. Quare meritò exclamat Auctor ſerm. 10. ad fratres in Eremo apud
S. Auguſtin. S. Auguſtinum: *O conſcientia ſancta, in terrâ adhuc es, & in cælis habitas! Gaude ò anima ſancta, ſanctâ conſcientiâ decorata, gaude cæleſti & æternâ gloriâ.* Bona conſcientia iam potitur æternâ gloriâ.

5\. Prouerbiorum 20. ſuper hâc re ſic nos erudit
Prouerb. 28. verſ. 1. Salomon: *Fugit impius, nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.* Quid fugit impius, cùm nullus ſit, qui eum perſequitur? & quò fugit, cum nullum effugium ſibi deſtinet? Opinor, non ſine epithaſi habent
Hebræos. *Dæmon dicitur nemo.* S. Hieron. Hebræa: *Fugiunt nemine perſequente impius* (vt nuper §. 14. n. 4. notabamus) Plures numerat fugas, cùm impius fugit? Quid fugit, cùm ad fugam, fugas multiplicat? S. Hieronymus in Michææ cap. 2. *Fugit impius, nemine* (inquit, id eſt) *Dæmone perſequente.* Dæmon enim vſque adeò imbecillus & infirmus eſt, tam vilis & inermis, vt cenſeatur & vocetur *nemo*, quia *ex quo*
S. Gregor. *Peccator ad ſui non eſſe tendit.* *benè eſſe perdidit, ad non eſſe tendit*, ait S. Gregor. lib. 14. Moralium c. 11. Verùm *Fugit impius nemine perſequente*, quia ſe fugit, quia tormentum propriæ conſcientiæ fugit. Pulchrè Auguſt. in
S. Auguſtin. Pſal. 36. Concione 2. *quiſquis malus eſt*, inquit, *malè ſecum eſt, torqueatur neceſſe eſt, ſibi ipſi tormentum eſt; ipſe enim eſt pœna ſua. Fugit ab*
Peccatoris conſcientia, fruſtrà eſt ſui refuga. *inimico quò potuerit, à ſe quò fugiet?* Sic eſt malitia multipliciter fugax, & peccator ſui fruſtrà fugitiuus? *Nemine perſequente fugiunt impius*, quia fuga termini neſcia, error eſt, & errores fugitiuos incaſſum multiplicat, nam *à ſe quo fugiat?* Per conſcientiam ſceleris ream, malè ſibi ſecum eſt, ipſe ſibi tormentum & pœna eſt: ſed cùm ſequax ſceleris conſcientia declinari non poſſit, ſecum fert quod ipſe fugit, & à quo
Hîc Verſ. 1. fugit ipſe. Sic Bethlehemites Elimelech nec ſolis ſitione emendatus (ſi Hebræis credimus) è patriâ fugit, & in Moabitide peregrinatur; ſed cui benè ſecum non eſt, nuſquam benè eſt. Sic & Orpha, fidei ac propoſiti refuga, fruſtrà ad ſuos fugit; nam in fugâ plures denuò fugiendi cauſſas reperit, plura incurrens delicta. Sic Elimelech cum nuru Orphâ *fugiunt nemine perſequente.* Rutha verò *quaſi leo confidens, abſque terrore eſt*: & in bonæ conſcientiæ aſylo ſecura eſt, etiam in ipsâ viâ, è Moabitide præproperè Bethlehemites, & Terræ promiſſionis feliciter inquilina. *Quaſi leo confidit*, quæ leonem illum è tribu Iuda oriundum, parere in ſobole meruit.

---

§. XVIII.

Ieiunium, virtutum cupiditas, radix gratiæ, mater ſanctitatis, vnio cum Deo, & Diabolorum verbero, nominatur.

TAntundèm eſt, habere, & non cupere. Quid 1.
ægrè fers ieiunam paupertatem? Eſculenta & poculenta quæ deſunt, à te pete, & locupletiſſimè ſatur eris: dabis enim tibi, quicquid vo-
les, id eſt, quicquid naturæ, ac virtuti ſatis eſt. Ferè ex Euſebio de Arte volunt.
Ille ſolùm diues eſt, qui à ſe mutuum accipit: quia iſte ſolùm nunquam eget. Victu ſplendido ieiunus cares? Ne computes guſtam, ſed naturam: illi nihil, huic parum ſatis eſt. Satur non eris; ſed eris ſanus fortaſsè, & bonus. Exiguo in victu exigua eſt voluptas, id eſt malitia. Gaude aliquâ velut neceſſitate virtutis: ſpontè non feciſti quod debes; poſt illud quid meliùs, quàm facere etſi coactè? Si anguſtus non eſt cibus ie-
iunij bono, laxa erit gula ſaginæ malo, quæ capiet omnia vitia. Quid? delicias quæris? ipſe Epicurus in oleribus & abſtinentiâ voluptates ſuas poſuit: ponat & Chriſtianus in frugali ieiunij inediâ, quò non carni viuat, ſed *Ieiunium libidinis æſtũ extinguit & caſtitatis lumen accendit.*
viuat Deo, ſibi ac virtuti viuat. Sanè *ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubiicit, cor facit contritum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis vero lumen accendit.* S. Auguſt. Serm. de Ieiunio.
Quid tam expetibile, quàm ſenſum ad ſuperna eleuare, concupiſcentiæ nebulas diſpergere, libidinis æſtum interſtinguere, & caſtitatis lumen redaccendere? Hoc forſan conſilio piiſſimus Deus ſuos Hîc Verſ. 1.
Iſraëlitas fame diuturnâ macerat.

Matthæi 5. *Beati*, inquit, *qui eſuriunt, & ſi-* 2.
tiunt iuſtitiam; quoniam ipſi ſaturabuntur. Lu- Matthæi 5. verſ. 6.
cas cap. 6. omittit τὸ *iuſtitiam.* Sic enim habet: Lucæ 6. verſ. 21.
Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini: quare videtur loqui de corporali eſurie, ſed quæ ex ſpirituali oriatur, aut certè ad eam dirigatur, vti explicat Matthæus. Senſus ergo eſt, quaſi dicat: Beati qui voluntariis ieiuniis macilenti, eſuriunt cibum & potum, ſed *ſpiritu* (hoc enim repetendum eſt ex Verſ. 3.) id eſt, non tam carnali neceſſitate (etſi eâ macerentur) quàm virtute ſpirituali, æquè ac ſpirituali fine & intentione; quaſi ſcilicet corporalem eſuriem ac ſitim conuerterint in eſuriem ac ſitim iuſtitiæ: nam per eſuriem ac ſitim à ieiunio ac inediâ, virtutum eſuriem ac ſitim è diuerſo acquirunt, & mitiſſimè augent. Hunc genuinum loci ſenſum luculenter tradit Hieronymus epiſt. 14. ad Celantiam, *Ieiunij beneficio, eſuries, imò & cupiditas virtutum ingeritur.*

S. Hieron. tiam, ita ſcribens: *Qui probabiliter, ac ſcienter abſtinentiæ virtutem tenent, eò affligunt carnem ſuam, quò animæ frangant ſuperbiam: vt quaſi de quodam faſtigio contemptus ſui atque arrogantiæ deſcendant ad implendam Domini voluntatem.* (Obſerua attentiùs quæ ſubtexit verba) *Idcircò à variis ciborum deſideriis mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in Cupiditate virtutum. Iamque minus ieiuniorum & abſtinentiæ laborem caro ſentit, animâ eſuriente iuſtitiam.* Ecce tibi, dum ieiunium corporali eſurie perficitur, eámque ſuſtinet, eamdem in iuſtitiæ eſuriem, id eſt, *virtutum cupiditatem* transformat. Hem! quid mirius, quàm quòd Cupiditas quæ ferri ſolet impotenter ad vitia, concupiſcentiæ calcare ſtimulata; iam ipſa alia in melius recuſſa aut reformata *Cupiditas*, ad *virtutem* feratur, arcano ieiunij ſacramento? ô admirabilem Cupiditatis metamorphoſim! Velut naturale ieiunij miraculum hoc eſt, vt homo qui famelicè eſuriebat vitia, numquam ſaturâ voluptatum *cupiditate*; ieiunij beneficio (cui ſic diuina gratia adſauet) iam *eſuriat iuſtitiam cupiditate virtutum*; & cum abſtinentiâ à potu, ipſam omnium ſanctitatũ ſitim bibat. O! ſic in officinâ inediæ, carnis frangitur cupiditas, & *cupiditas virtutum* denuò recuditur? *Idcircò à variis ciborum deſideriis mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in Cupiditate virtutum*, &c.

3. 1. Cor. 9. v. 26. & 27. 1. Corinth. 9. *Omnis*, inquit, *qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.* Adludit Paullus ad athletas, qui delicatis cibis abſtinebant, & certo parcóq; cibo ritè vtebantur. Indè concludit: *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*, &c. Cùm Paullus ſuæ abſtinentiæ mentionẽ præmiſiſſet, ſubdit ſe non aërẽ verberare, &c id eſt, Non fruſtrà & inaniter laboro; ſed hoſtem verbero, ſcilicet corpus, & carnẽ meam ſubigo, quâ ſubactâ facile Dæmon ſubigitur. Quo modo autẽ ieiunium, carnem debilitans, Dæmonem pariter debilitet, exarmet, ac ſubigat, eleganter S. Gregor. diſſerit lib. 30. Moral. c. 26. ita fatus: *Muros Ieruſalem coquorum Princeps* (Nabuzardan) *deſtruit, quia virtutes animæ dum non reſtringitur venter, perdit. Hinc eſt quòd Paullus contrà Ieruſalem mœnia decertanti, vires coquorum Principi* (ventri inquam) *ſubtrahebat, cùm diceret: Caſtigo corpus meũ, & ſeruituti ſubiicio. Vndè præmiſerat: Sic pugno, non quaſi aërem verberans, quia cùm carnem reſtringimus, ipſis abſtinentiæ noſtræ ictibus, non aërem, ſed immundos ſpiritus verberamus; & cùm hoc quod eſt intrà nos ſubiicimus, extrà poſitis aduerſariis pugnos damus.* Nimirùm macilenta ieiunia, dum per inediam carnem extenuant, non tam carnem, quàm *immundos ſpiritus* peracerbis *ictibus verberant*, illiſque adimunt nocendi vim, viréſq; illorũ exarmant. O bona abſtinẽtia, quæ *immundos ſpiritus* in carne abditos, & corpori (vt ſic loquar) concarnatos, duriter ferit, debilitat, frangit! *Immũdi ſpiritus*, vt potè ſpiritus, ab hominibus intactiles, inſenſiles, impatibiléſque ſunt, & ab humanis ictibus immunes Angelico priuilegio. At ea eſt abſtinentiæ ac ieiunij vis, ſic arcanè potens, vt *ipſis abſtinentiæ noſtræ ictibus, non aërem, ſed immundos ſpiritus verberemus.*

S. Gregor.

Ieiunij ictibus immundi ſpiritus verberantur.

4. 1. ad Timotheum 6. ait Apoſtolus: *Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* S. Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad Litter. c. 14. & Anſelm. hîc, τὸ *cupiditatem* accipiunt generaliſſimè, illam ſcilicet, quâ quiſque appetit aliquid ampliùs, ſiue honoris, ſiue opum, ſiue voluptatum, ſiue vindictæ, quàm ipſi cõueniat. Hæc *cupiditas* altè dicitur omnium malorum *radix*, quaſi ea omnia fundet, alat nutriat, atque incrementet; eíſque officium præſtet, quod *radix* præſtat arbori. Sic forſan nuper n. 2. ieiuniũ appellauit Hieronymus, *Virtutum cupiditatem*. Ambroſ. autem lib. de Eliâ & ieiunio, c. 3. *Quia eſt*, inquit, *ieiunium, niſi ſubſtãtia & imago cæleſtis? ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt. ieiunium vita eſt Angelorum, culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, Radix gratiæ, fundamentũ eſt caſtitatis.* Expende attentiùs illud, *Radix gratiæ.* O quàm multa paucis Ambroſ. complexus eſt! Porrò *radix omnium malorum cupiditas* dicitur, quaſi mala omnia à *radice cupiditatis* pullulẽt; ſic quodammodo Ieiuniũ dicitur, *Virtutum cupiditas*, & *radix gratiæ*, quaſi omnes gratiæ ac virtutes ab aridâ & exſuccâ inediâ, tamquã ab vbere ac ſucculentâ *radice* ſuccum hauriant, pullulent, frondeant, vernent, floreant, autumnent. Quaſi ieiunium ſit virtutum, gratiarúmque omnium ſeminariũ, ex quo humanis mentibus ſanctitates omnes implantantur. Nemo iam miretur, quòd paupercula Rutha, præ inediâ macilenta, cui parum *hordei* pro lautiori victu fuit, & rurali polentâ oppiparè deliciatur, acceleratione tam feſtinatâ virtutibus omnibus ſic floruerit, vt Racheli ac Liæ meruerit comparari, & inter Chriſti Dei progenitrices recenſeri. Sanè (vt ait S. Ephræm) *Ieiuniũ mater eſt ſanctitatis.* Do ieiunij ergò prærogatiuâ, *mater ſanctitatis* Rutha nuncupetur.

1. ad Tim. 6. v. 10.

S. Auguſt.

S. Anſelm.

S. Hieron.

S. Ambroſ.

Ieiunium altè dicitur, Radix gratiæ.

Ruth. 3. v. 17.

S. Ephræm de Ieiun. cap. 9.

5. Geneſeos 3. acceperat Adam à Deo legem non guſtandi de arbore ſcientiæ boni & mali, moriturus ſi guſtaſſet; verùm & ipſe tunc in guloſum reuerſus poſt ecſtaſim ſpiritualem, nec capiens quæ erant ſpiritûs, faciliùs ventri quàm Deo ceſſit, pabulo potiùs quàm ieiunio annuit, & Dei familiaritatem ac contubernium gulâ vendidit. Manducauit denique & periit, ſaluus alioqui ſi vnæ arbuſculæ ieiunare maluiſſet. Teneo igitur à primordio gulæ lenocinio Adamum Dei familiaritatẽ recuſaſſe, ſéque ab eo longiùs quodammodò abſentaſſe propudioſâ abſconſione. Hinc illa Dei ad ipſum vox: *Vbi es?* Homóne is eſt, qui poſſit Deo abeſſe, quin eius immenſitate totus comprehendatur? Quid eſt, quòd poſt violatam abſtinentiam, Deus dicit: Adam *vbi es?* Qui ieiunus erat Deo coniunctus, & propè illi præſentiſſimus adeſat, ſic ab eo per gulam longiùs receſſit? Opinor, ieiunij ſacramentũ hîc denotatur. Quâ de re ita ſcribit Porphyrius de Abſtin. animal. *Non aliter Deo copulari poſſumus, quàm per puriſſimam abſtinentiam. nec etiam videlicet alicui particularium Deo, nedùm ipſi Deo omnibus præſidenti. ſupérque naturam corpoream ſimpliciter exiſtenti; qui quantò ceteris ſimplicior eſt, & purior, ſufficientiórque, & à naturâ longè remotior, tantò puriorem oportet eſſe animum eo aliquandò fruiturum.* Itaq; Deus cùm puriorís naturæ ſuæ elogio, ab humanâ *naturâ longè remotior* ſit; *non aliter Deo copulari poſſumus, quàm per puriſſimam abſtinentiam:* nam

Geneſ. 3. v. 9.

Ieiunium Deo appropinquat, & cum Deo copulare dicitur.

Porphyr.

Digitized by Google

nam quantùm gula homines longiùs à Deo abſentat; tantùm ieiunij arbitrio homo Deo vicinatur; imò & *copulari*, ſeu vniri perhibetur quod eſt ſublimius abſtinentiæ encomium, ex iam iam dicendis illuſtrandum.

6. S. Maxim.

S. Maximus Epiſcopus Taurinenſ. homil. in Litaniis, & de Ieiuniis Niniuitarum, de his ita ſcribit: *Iſta autem, fratres, omnia in commonitionem noſtri facta eſſe, nemo eſt qui neſciat; vt quotieſcumque tribulationibus perurgemur, ad hæc præſidia concurramus, vt putà aduerſarius imminet; inimicus in promptu eſt, ieiunemus, & vincamus. Solent quidem homines quotieſcumque neceſſitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilij cauſâ deſtinare legatos. Nos quod eſt melius, legationem ad Deum per ieiunia deſtinemus: ab ipſo imploremus auxilia, ad ipſum nos corde & orationibus conferamus.* (Expende quam ſubtexit ſententiam) *Auxilium enim illi* (Niniuitæ ieiunantes) *non aliundè rogando petiuerunt, ſed de ſuis ieiunando viſceribus exegerunt. Cur ergò petat ab altero, qui intrà ſe poteſt inuenire quod quærit? Quantò enim Deo viciniores fuerimus, tantò aduerſarij noſtri à nobis longiùs repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri Deo, quoniam dicit Propheta: Ecce qui elongant ſe à te, peribunt. Quod ſi à Deo qui longè ſunt peribunt, vtique qui ſunt proximi ſaluabuntur. Aliter ergò Deo proximi eſſe non poſſumus, niſi ad eum ieiuniis propinquemus.* Nimirùm Adam à Deo per gulam elongatus, & ab eo fugitiuus, ei per ieiunium appropinquet. Ne autem te prætereat, quòd ieiunans dum carnem macerando extenuat, *de ſuis viſceribus* ſibi auxilium parat: quaſi quod carnulentiæ detrahitur, ſuppetiis addatur, & *de ſuis ieiunando viſceribus* auxiliares ſibi copias obarmet.

Ieiunium Deo iungit.

Pſalm. 72. verſ. 27.

Ieiunium de ſuis viſceribus auxilium exigit.

---

§. XIX.

Affectus humani, ſeu humanæ paſſiones, eſt noſtrum Chirographum, & Diaboli Charta; eſt turbo, vertigo, Euripus, & faſcinum, obnigrans honeſta.

1. NOn omittam ad infamiam perturbationum (quas paſſiones vocamus,) quòd infidè ſe produnt; nec enim mutuò diſcordant, ſed etiam concordes ſibi pugnaciter obſtant. Porrò amoris conſenſus odia parturit: eâdem cupidine gloriæ, quâ contemneris; & ipſe contemnis contemptorem: eodem vitio offendis; & offenſus doles. Pereuntium amore rerum erepta tibi ſunt, quæ in pretio habebas; ſed gemis, non alio languens morbo, quàm peſſimo amore rerum. *Diuortium animorum facit conſenſus vitiorum: vnius auaritia alterius auaritiam odit: ſuperbia ſuperbiam offendit: in alieno exemplo ſeipſa damnant vitia. At, ſi diſplicet factum alienum, diſpliceat apparatus. Ineruditio affectuum, omnium eſt malorum proſcenium.* Omnis hinc inſtruitur humanæ vitæ tragœdia. Cor ornandum in Dei aulam, caulam ferarum mutuò ſe laniantium, inſcienter facimus. Quid ferociùs cupidine, auaritiâ, ambitione, inuidiâ,

Diuortium animorum facit conſenſus vitiorum.

Euſeb. l. 4. de Arte volun. c. 13.

P. Didac. Celada in Ruth.

de æmulationis igniculo accenſis, ſi ſemel licentiam ſui, aut deſes permittas, aut violenter vſurpent? Nemo eſt qui tyranno inimiciſſimo tutò ſe credat. Cui infidè ſe credidit Achimelechus hîc, ſi Hebræis credimus.

Hîc verſ. 1. & 2.

2. Paullus ad Coloſſenſes cap. 2. ita ſcribit: Et vos cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo (Chriſto) *donans vobis omnia delicta.* Et quomodò Chriſtus omnia hominibus delicta donauit? Subdit Apoſtolus: *Delens quod aduersùs nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci*, &c. Magna lis olim & nunc inter Commentatores, quodnam ſit hoc *chirographum decreti*? Theodoretus inibi ſic locum exponit: *Exiſtimo*, inquit, *corpus noſtrum appellari Chirographum. Per id enim omnes ſceleratas & nefarias actiones ſuſcepimus: per oculos quidèm laſciuè & impudicè aſpicientes. .... Quia enim per affectiones & perturbationes corporis, habebant in nos poteſtatem Dæmones: ipſe autem corpore circumdatus fuit peccato potentior.* Id ipſum elegantiùs & opportuniùs perſequitur Proclus Orat. 1. de laudat. Deiparæ, ſic fatus: *Omnes peccati ſubſcripſeramus Chirographo: ſeruos nos Diabolus tenebat, multis obnoxio paſſionibus noſtro corpore ceu chartâ vſus, emptionis titulos circumferebat.* Scilicet caro tot paſſionibus exæſtuans, tot ſubſultibus inſoleſcens, tot nefariis appetitionibus ebria, quibus ad omnia vitia propè impotenter raptamur; dicitur noſtrum *Chirographum*, quo vitiis, & Diabolorum ſeruituti ineluctabiliter ſubiiciebamur. Ne quis autẽ poſſet ambigere de hâc hominũ Diabolis ſubiectione, ipſe Diabolus noſtrum corpus, de concupiſcentiæ fomite multis, ipſiſque aut de elatione ambitioſis, aut de iracundiâ efferis, aut de libidine brutis *paſſionibus obnoxium, ceu chartâ vſus, emptionis titulos circumferebat.* Ecce tibi peccati fomes; concupiſcentiæ igniculus, & male ebrius paſſionum furor, ceu *charta* eſt, chirographo noſtro haud dubiis characteribus ſubſcripta, & velut ſigillo auctoratiùs, quâ Diabolus nos eſſe eius, id eſt peccati mancipia, mancipatos eius obſequio, tamquam *emptionis titulos circumferebat.* Vide hîc, & indè caue paſſionum violentiam: tibique adulantiùs gratulare, quòd Chriſtus Deus hanc emptionis *chartam* ſanguine ſuo deleuerit, & iſtiuſmodi *chirographum* cruci affixerit: nam per eius gratiam, paſſiones edomare, & ad virtutis obſequium trahere potenter eualemus. Velis, & poteris.

ad Coloſſ. 2. verſ. 14.

Theodoret.

Proclus.

Corpus paſſionibus obnoxium, Charta Diaboli eſt, quâ emptionis titulos circumfert.

3. Sapientiæ 4. Placens, inquit, Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt. raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, *Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitiâ.* S. Fulgentius Epiſtol. 2. cap. 4. pro τὸ *inconſtantia*, legit, *inſtantia*: concupiſcentia enim inſtat, ſollicitat, vrgétque hominem, vt rem cupitam auidiùs proſequatur, & quantociùs obtineat: concupiſcentia enim ſicut ira feſtinat, & inſtanter vrgendo præcipitat. Ceterùm pro *inconſtantia*, Græcè eſt, *euagatio; error, agitatio, turbo, vertigo, circuitio, gyratio, circumrotatio.* Heu! ſic paſſiones miſerum hominem velut quodam *turbine* exagitant, circumro

Sapient. 4. verſ. 12.

S. Fulgent.

Græcus. Cornelius. ferè hæc inter alia tradit.

Digitized by Google

Paſſiones concupiſcentia ſunt velut turbo, ac vertigo, quâ homo rotatur, quare?

cumrotant, euertunt? Concupiſcentia ergò dicitur turbo, quia inſtar turbinis hominem in orbem gyrat & rotat, vt nunc ad hoc, nunc ad illud, nunc ad aliud concupiſcendum, inſtar turbinis voluatur, & rotetur. Porrò cùm concupiſcentia ſit pruriens & petulans, indè impotenti prurigine petulanter ab vnâ voluptate ad aliam tranſcurrit & tranſilit, vt curioſè exploret vbinam dulcior voluptas ſubſit. Cumque nulla animum exatiet, vtpotè vilis, friuola, exilis, ideóque illicò ſui faſtidium in eo creet; homo vt ſe hâc ſatie ac tædio leuet, aliud atque aliud voluptatis obiectum quæritat, dicens,

Prouerb. 30. verſ. 15.
Procopius.

Affer, affer. Scitè Procopius in Iſaiæ 54. *Eſt*, inquit, *errantium cor inſtabile, ebriorúmque more cupiditatibus agitatur & vacillat: quolibet enim ſpiritu circumagitur, & quod eſt in prouerbio: Rapiuntur cupiditatum turbine.*

4\. Sed iuuat, prius eiuſdem Verſiculi hemiſtichium etiam enucleare. Raptus, inquit, eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animam illius. *Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona.* Vatablus vertit: *Faſcinum vanitatis, quæ honeſta ſunt obſcurat.* Pro τὸ *nugacitatis*, Græcè eſt, φαυλότητος, id eſt, malitiæ, improbitatis, nequitiæ; vel vilitatis, vanitatis, leuitatis, ineptiæ: nugacitas ergò eſt malitia nugax, hoc eſt, nugis ſuis alliciens, faſcinans, & in perniciem deducens hominem. Itaque hæc malitia vaniſſimè nugax, & velut quodam faſcino ad ſe deceptione pellicens male dulci voluptatis illicio, ad voluptabilia obiecta refertur, quæ nugaciſſimè ſenſibus illudunt falſatâ deliciarum ſponſione, quam reapſe mentiuntur. Verùm Arabicus interpres, ad cognatam corporis concupiſcentiam, hanc voluptabilium pellaciam refert, ſic locum excribens, & excriptione exponens: *Quoniam corpus malitiæ obnigrat bona.* Ecce tibi quid ſit faſcinum nugacis malitiæ, quo homo ad delectabilia allicitur, & bonum honeſtum contemnit, nempè *corpus malitiæ*, id eſt, concupiſcentiæ fomes, appetitus brutè ſenſitiuus, ſeu brutales paſſiones *obnigrant bonum* honeſtum, & quodam faſcino, ſeu voluptatis præſtigiis, voluptabile adornant, comuntque concupiſcentiæ fuco; & ita *inſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum* etiam ſine malitiâ, & alioqui ſimplicem & innoxiè candidum. Quare de concupiſcentiæ & paſſionum peruerſitate, voluptabilia obiecta, gratiam placendi hauriunt, dum bonum delectabile comptiùs prænitet, & honeſtum *bonum obſcuratur* atque *obnigratur.*

Sapient 4. verſ. 12.
Vatablus.
Græcus.
Concupiſcentia & paſſionum faſcinum, bonum honeſtum obnigrat.
Arabicus.

5\. Iſaiæ 57. ita ſcribitur: *Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt: & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.* Vatablus ſignificanter vertit: *Impij autem Euripi inſtar fremunt, qui neſcit quieſcere, cùm aqua eius limo & luto turbantur*, id eſt, ait, *cuius aquæ propellunt ad littora cœnum & lutum.* Sententioſè Iſaias impios non cuicumque mari aut pelago, ſed nuncupatim Euripo aſſimilat: mare enim cùm in arcto ſtringitur, vt fit in Euripo, etiam ſilentibus tunc ventis, & nullo extrinſecùs perturbatore agitatur, & in fluctus atrociter intumeſcit. Inſuper Euripus ſepties per diem fluit & refluit, ideóque in perpetuâ eſt agitatione, & motu perpeti, arcano naturæ ſecreto. Sic autem luteas & cœnulentas ſordes medullitùs hærentes inceſſanter deſpumat, & ſqualidè euomit. Ait ergò Propheta, Impij inteſtino concupiſcentiæ impetu, & paſſionum impotentiâ agitati, *Euripi inſtar fremunt.* Bellè Philoſophorum moraliſſimus & diſſertiſſimus, ad hũc locum inſcius adludens. *Quid prodeſt*, inquit, *totius regionis ſilentium, ſi affectus fremunt? Omnia noctis erant, placidâ compoſita quiete: falſum eſt. Nulla placidâ quies eſt, niſi quam ratio compoſuit.* Annon cothurno Chriſtiano videtur fatus? Tantùm excultæ rationi licet! Niſi affectus rationi pareat, homines medullitùs *Euripi inſtar fremunt.* O belluinos paſſionum fremitus!

Iſaiæ 57. verſ. 10.
Vatablus.
Niſi paſſiones rationi pareant, Euripi inſtar fremunt.
Seneca epiſt. 57.

Lucæ 11. ita ab Euangeliſtâ ſcribitur *Erat Ieſus eiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecißet dæmonium, locutus eſt mutus: & admiratæ ſunt turbæ.* Cùm mutus eſt, ſurdus indè probatur. Addit etiam Matthæus cap. 12. cæcum etiam fuiſſe. Vide Diabolorum tyrannidem, & pietatem Saluatoris adora. Theophylactus inibi ſic opportunè hunc locum elucidat: *Qui ad Dominum, adductus eſt, & linguâ, & auribus impeditus erat: figura autem hic eſt humana natura, quæ à dæmonibus detenta, non audire poteſt ſermonem Dei, multóque minùs loqui valet. At Dominus poſtquam venerit, dæmoníſque effugauerit, dæmoniacas affectiones, & opera nequam, fecit nos audire, & loqui veritatem*, &c. Altè appellat *dæmoniacas affectiones*, quibus humana natura miſerè infeſtatur. An eas vocat *dæmoniacas affectiones*, quia atrociora dæmonũ officia in hominibus obeunt? Qui paſſionibus agitur dæmoniacus eſt: ô, quis hos inteſtinos dæmones excantet? An *dæmoniacæ affectiones* nominantur, quia ſunt dæmonum arma, voluptatum vigor, & tentationum energia? ô quàm foret imbecillè inermis tota Diabolorum vis, niſi humanæ affectiones eam obarmarent! An plus culpantur noſtræ *affectiones*, cùm humanæ dicuntur, quàm cùm *Dæmoniacæ* nominantur? 6.

Lucæ 11. verſ. 14.
Matth. 12.
Theophilactus.
Humanæ affectiones dicuntur dæmoniacæ. quare?

Ad Romanos 6. Conſepulti, inquit, ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem, vt quo modo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, *ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Quiſnam erit felix ille ſtatus *in nouitate vitæ*, qui gloriam Dominicæ reſurrectionis æmuletur? Appoſitè Ricardus Victorinus apud Tilmannum ibi: *In nouitate vitæ ambulemus. Ad illatam iniuriam hilareſcere, obiectam contumeliam non erubeſcere, de tribulatione, gaudere nónne hoc eſt, in nouitate ambulare, & ſecundùm aliquem modum ſeipſum impoßibilem oſtendere, ſuis paßionibus non ſubiacere?* Itaque qui ſuis paſſionibus non ſubiacet, ſed ab earum pellaciâ immunis eſt, Dominicæ Reſurrectionis æmulus perhibetur; & *ſecundùm aliquem modum ſeipſum impaſſibilem oſtendit*; quaſi tota hominum paſſibilitas à paſſionibus propè ſit. Quid vel à Dæmonibus patiatur, qui mitigatis affectionibus nihil ab eis patitur? O! ſic mortificatio, quos paſſibiles inuenit, ferè impaſſibiles facit! 7.

ad Rom. 6. verſ. 4.
Ricardus.
Affectionum mortificatio propè impaſſibiles facit.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX.

In magnâ ſterilitate terra febribus æſtuat; & à facie Dei peccatores abiicit, quos multimodâ calamitate vexat.

1\. *Decuplex Iudææ fames recenſetur.*

CAtalogus Rabbinorum decuplicem famem recenſet, quæ vſque ad Meſſiam, ob grauiſſima hominum ſcelera, Iſraëliticam terram preſſerit. Prima fames fuit viuente Adamo Geneſ. 3. Altera, viuente Lamech Geneſ. 5. Tertia, viuente Abraham Geneſ. 12. Quarta, viuente Iſaac Gen. 26. Quinta, viuente Iacob Geneſ. 42. Sexta, hæc noſtra fames viuente Booz, Ruth 1. v. 1. quæ ſoluitur verſ. 6. Septima, viuente Dauide 2. Reg. 21. Octaua, viuente Eliâ Prophetâ 3. Reg. 17. Nona, viuente Eliſeo 4. Reg. 6. Decima verò futura eſt, vt aiunt fames non comedendi cibum; aut bibendi aquam, ſed audiendi verbum diuinæ prophetiæ, Amos 8. v. 11. Et fames iſta & fuit, & eſt, & ſemper ad conſummationem ſeculi erit in duris, cæcis, & contumacibus Iudæis, qui panem de cælo verum, panem vitæ, panem in Nazareth à Spiritu-ſancto piſtum, in Bethlehem excoctum, & è furno in mundi huius panarium, menſámque illatum ac propoſitum edere recuſarunt. *Famis*, quæ hîc refertur magnitudo, ex eo non difficulter colligitur, quòd frumento alioquin, & pane Bethlehemiticus abundaret ager; adeò vt exindè ſuum duplex adepta nomen ſit. Nam *Bethlehem*, domus panis eſt; *Ephrata* verò, vber, ferax, frugifera nominatur, vti in Paullæ epitaphio Hieronymus adnotauit. Et ſanè pergrauis proculdubiò hæc *fames* fuit, quæ Elimelechum, virum alioqui primarium & opulẽtum Bethlehemitico ſolo excuſſit, & in Moabitide peregrinari compulit. Nempè Deus ſcelerum vindex, Iſraëlitarum flagitiis commotus, *Iudæam terram ſiccitatis ſententiâ, & pluuiarum ſterilitate addixit. Tunc ſubitò anhelat terra, ſiccatur cælum, ſitiunt amnes, fontes areſcunt: omnis humor ima petit, ſupera deſerit: aër feruet, ſerenitas torquet, tranquillitas pœna eſt: æſtuant noctes, dies areſcunt: ſata torrentur, arbuſta ægrotant, prata deficiunt, nemora languent, campi ieiunant, ſqualet terra, herbas quas produxit interimit, iram Dei vniuerſa creatura teſtatur. Moleſta eſt fames, vbi quod eſurit neceſſitas, deeſſe inuenit.* Hactenùs Chryſoſtomus, cuius ſingulas ſententias ſigillatim enucleare, prolixum foret. Sat eſto excripſiſſe, & ad rem præſentem propoſuiſſe emedullandas; quod cuiuis præſtare pronum eſt.

Hîc verſ. 1. & 6.

S. Hierony.

S. Chryſoſt. ſer. 2. de Eliâ.

Elegans ſterilitatis deſcriptio.

2\. Siracides cap. 48. ita ſcribit: Et ſurrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat. *Qui induxit in illos famem.... Verbo Domini continuit cælum.* Porrò Elias zelans pro honore & cultu veri Dei ſuis precibus imò præceptionibus, clauſit cælum ne plueret, ac ſterilitatem terræ, & ſceleroſis Iſraëlitis famem indixit. Pulchrè S. Chryſoſtomus homil. de Petro & Eliâ recèns editâ, ita ſcribit de hoc Eliæ verbo, quo cæli pluuiam ſtitit, & ſterilitatem ac famem induxit: *Vix dùm exierat ſermo eius, cùm ſubitò mutatus aer, cælum æneum factum: idémque ſermo in terræ viſcera tamquam febris incubuit; & è veſtigio exaruerunt omnia, omnia ſolitudine ac vaſtitate horruerunt, herbæ ſiccatæ ſunt, plantæ ſimul & arbores.* Sententioſè Chryſoſtomus ſterilitatem appellat terræ *febrim*, quâ ægrotat, & velut febrium ardore exæſtuat, ac penè tabeſcit: vel potiùs imbrium negatio; æneo obſtinatiùs cælo, & ſiccitas torrente Sole hians, *terræ febris* nominatur, quâ periculosè languet: *In terra viſcera tamquam febris incubuit.* Parùm foret, herbaceum terræ virorem, vernantem plantarum pulchritudinem, frondeum decus arborum, & earum edules fructus, hâc *febri* æſtuare, & ad interitus vſque vaſtari; magnum ſanè eſt, *terram* ipſam, quæ in æternum ſtare perhibetur, *febri* etiam æſtuare, hiare, fatiſcentibus vi morbi viſceribus. O *terræ febrim*, fœcundam ſterilitatis, famis, ac mortis matricem!

Eccli. 48. v. 2. & 3.

S. Chryſoſt.

Terra febri ægrotat, ad fructuũ ſterilitatem & fœcunditatem famis ac mortis.

3\. 3. Regum 17. enarratur hiſtoria, ad quam præſcriptis verbis Siracides adluſit. Sic autem ſcribitur: Dixit Elias Thesbites ad Achab: *Viuit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* O grande ſupplicium, quo vltra tres annos cælum clauſit, exilium nubibus indixit, vdorem aridæ, & potum negauit hominibus; terrámque communem omnium matrem, in ſterilem nouercam reſculpſit. Huius ſterilitatis ac famis, & illius indicendæ cauſſam peridoneam, eloquenter tradit Seleucienſis Baſilius, præfata Eliæ verba elucidans: *Videns enim Iudæorum populum Propheta bonis tam è cælo, quàm è ſolo patriis immodicè luxuriantem, alimenti auctorem ignorantem, & Dei erga ſe charitatem in impietatis materiam conuertentem, irâ pietatis auxiliatrice aſſumptâ, vocem emiſit, quâ cælo legem ſiccitatis impoſuit, & ſententiam iureiurando affirmans clauſtra nubibus iniecit: Viuit Dominus, non erit per hos annos ros neque pluuia ſuper terram. O lingua, quæ cælum frenas!* Addit tempeſtiuè Baſilius: *Viuit Dominus. Quòd Iudæi auctore vitæ relicto, Dæmonibus mortis auctoribus ſe dediderunt; propriis edocti calamitatibus Viuentem agnoſcant, & condiſcant, per quæ mortem oppetant; Vrantur fame religionis magiſtrâ; quis imbrium pincerna diſcant ſiccitatis malo concuſſi.* Ecce tibi ſalutarem è diuerſo cauſſam, cur ſub Eliâ, & nunc ſub Elimelecho terra febri exæſtuans ſterileſcat, & dirâ fame homines contabeſcant: ſcilicet quoniam bonis tam è cælo quàm è ſolo patriis, vulgaris hominum abuſus in Deum omnium præbitorem indè armatur; & dum Deum bonorum auctorem inſipienter ignorant, alimenti abundantiam transferunt in luxuriam, & piæ gratitudinis materiam, impietatis auxiliatricem reddiderunt. Ergò homines de famis gymnaſio ad virtutem erudiantur ſeueriſſimo penuriæ magiſterio: *Vrantur fame religionis magiſtrâ; quis imbrium pincerna, diſcant ſiccitatis malo concuſſi.*

3\. Reg. 17. v. 1.

Baſil. Seleu. Orat. 11.

Sterilitas famis malo religionis magiſtra perhibetur.

4\. Geneſeos 4. Caino adeſt Deus ſeuerior parricidij vindex. Obſtinatè ſceleroſum pernegat flagitium; ſed hiantis cruentè telluris teſtimonio conuictus, hanc ex Dei ore ſententiam audit: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tuâ. Cúmque operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos.* Mox Cainus pœnæ impatiens, ſic Deo reſpondet. *Ecce eiicis*

Geneſ. 4. v. 14.

Digitized by Google

S. Ambroſ. ibi.
S. Chryſoſt.

me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abſcondar, & ero vagus & profugus in terrâ. S. Ambroſius τὸ *maledictus eris ſuper terram*, excribit, *A terrâ maledictus eſt.* Chryſoſtomus, *Maledictus de terrâ.* Caietanus, *Maledictus tu è terrâ.* Quænam eſt hæc maledictio, quam terra omnium mater, in Cainum peracerbè vibrat? *Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos* Caietanus, *Vim ſuam.* Hebræa, Chaldaica, & Lxx. interpretes, *Virtutem ſuam.* Quàm innocens vltio terræ, vt quæ tam grauiter violata fuerat, ſatis habens non prodeſſe, non quærat nocere. Sed nimis, opinor, terra nocet, cum æſtuanti labore ac ſudore culta, ieiuni agricolæ eſcas fruſtratur, auarâ ſterilitate hianter ingrata. Adeò vt Cainus cùm terræ ſterilitas ei indicitur, confeſtim ſui impotens, præ duræ calamitatis impatientiâ reſponderit: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abſcondar, & ero vagus & profugus in terrâ.* Vide quàm grauatè ferat, terræ ſterilitate laborare. Quod explicatiùs inibi Chryſoſtomus tradit, ſic præfatum locum excribens: *Si eieceris me hodie à facie terræ* (illam mihi ſterilem reddendo,) *& à facie tuâ abſcondar; & ero gemens & tremens ſuper terram.* Quâ ſuper re ad rem tempeſtiuè Rupertus ibi philoſophatur his verbis: *Non ergò* Cain *Deum ſibi iratum graue putat, ſed timet ne agricolari ſibi non liceat; ne terram quam ſolam amat, pro admiſſo ſ cinore perdat.* O bellè! Acerbior Caino eſt ieiuna terræ ſterilitas, & indè fames negotioſâ agricolatione ieiunè otioſa, quàm velut ebria Numinis ira? Qui à facie terræ pœnaliſſimè eiicitur, & terræ ſterilitate mulctatur, à facie Dei ſimul abſcondi cenſetur; & quaſi à Deo, Deique prouidentiâ exul, vagus & profugus, gemens ac tremens, atque obuiæ morti expoſitus perhibetur. Eheu homo qui terram amat, qui terrenis inhiat, qui ad terrena hianter ſuſpirat; ſic terræ incubat, ſic rebus terrenis, terræque fructibus adhęret, vt *non Deum ſibi iratum graue putet*, ſed terræ ſterilitate, & indè eſculentâ ac poculentâ penuriâ laborare! Fœcunda terræ facies, Dei facies ab homine reputatur: quare dum facies terræ fertilis, indictâ ſterilitate negatur, à Dei facie eiici cenſet, gemitibus, tremoribus, ac mortibus obnoxius. *Si eiicis me hodie à facie terræ* (quæ de maledictione tuâ mihi ſterileſcet,) *& à facie tuâ abſcondar; & ero gemens & tremens ſuper terram.* Vide hîc exaggerationem ſterilitatis cenſum.

Caietanus. Hebræa. Chaldaica. Lxx. Interp.

Cui terra ſterileſcit, à facie Dei eiici perhibetur.

S. Chryſoſt.

Rupertus.

5. Pſalm 34. verſ. 12.

Regius Propheta Pſalmo 34. Sic de ſuis aduerſariis conqueritur: *Retribuebant mihi mala pro bonis; ſterilitatem animæ meæ.* Ego quidèm (ait Dauid) Goliathum Philiſthinorum arcem, & Iſraëlitarum pauorem, ſuo ipſius gladio detruncaui, quo de hoſtibus noſtris glorioſè victoriatum eſt: & inſuper Philiſtheos ipſos ſæpenumerò hoſtiliter expugnaui, detriumphaui, proculcaui: prætereà ipſum Saülem ſpiritali modulatione à Dæmoniaco furore liberaui. Ipſe autem Saül tot obſequiorum oblitus, oppugnare me non ceſſat; iam exertâ vi, iam ex inſidiis me morti tradere ſollerter inuigilat. Quam hoſtilitatem tot obſequiis immeritam, *animæ ſuæ ſterilitatem* alto ſtilo Propheta nominat. Quænam eſt hæc Dauidicæ animæ *ſterilitas*, quam vſque adeò grauatè tulit? Græci Patres in huius verſiculi Paraphraſi *ſterilitatem hîc obliuionem nominauit, quippè quòd per filios memoria conſeruetur.* Iidem Græci Patres in huius loci Commentario ita ſcribunt: *Septuaginta verò per ſterilitatem, volunt omnimodum eius interitum deſignare; vti fit in ſterilibus: cui enim proles non ſupereſt, eius quoque memoria non exiſtit.* Niſi malis cum Heſychio inibi in Catenâ agi in perſonâ Dauidis, aut Chriſti: *Sterilitatem animæ meæ. Iudæorum enim ſterilitatem ſibi ipſi adſcribebat, tamquam pater-familias & agricolâ.* S. Cyrillus hanc ſterilitatem ab inſidiis profectam putat, ſic ibi fatus: *Atque inſuper inſidiabantur, vt etiam ſterilitatem ipſi adferrent.* Demùm τὸ *ſterilitatem*, Genebrardus, Hebræus ac Græcus codex excribit, *orbitatem.* Alij latiùs *anxietatem animæ meæ*; alij, *vt me orbent animâ meâ.* Theodoretus & Euthymius *ſterilitatem* pro *obliuione* accipiunt. Ecce tibi ethicè ſententioſa *ſterilitatis* velut Synonyma. Ac ſi perindè ſit *ſterilitas*, ac anxietas animæ, aut deſes *obliuio*, vel funeſta *orbitas*, vel vitæ *interitus*, & mortale excidium, quod *orbat animâ*, ſiue *inſidiæ*, quibus inſidè clancularia hoſtilitas ſubeſt. Vide quibus nunc elogiis ſterilitas denotatur. Florebat Elimelechus in Bethlehemitico ſolo nobiliter opulentus, dura terræ ſterilitas, & indè ieiuna fames, eum *anxium*, reddidit, & in Moabitidem excuſſit illi indicens charæ patriæ *obliuionem.* Dein *inſidiatur* ipſi, & facultates abſtulit, filiis *orbauit*, & in alienigenarum terrâ *interitum* attulit, ſuâ illum *orbans animâ.* Nec bona Noëmi de iſtiuſmodi ſterilitate, minorem *anxietatem* ſubiit, viduata marito, orbata filiis, facultatibus ſpoliata; à ſuis oblita, viduis nuribus funeſtè grauata. Sed tandem *ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſuâ de regione Moabitide: audierat enim quod reſpexiſſet Dominus ſuper populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.* Itaque ſolutâ poſtmodùm ſterilitate, ad ſuos redux, fertilitate fruitur, & priſtinam ferè fortunam læta recuperauit, ac ſi cum ſterilitate mala cuncta diffugerint, & omnia proſpera adriſerint.

Multimoda ſterilitatis ſignificantia, eius malum exaggerans.

Græci Patres in Paraphraſi.

Heſychius.

S. Cyrillus.

Genebrardus. Hebræus. Græcus. Theodoret. Euthymius.

Hic verſ. 1.

§. XXI.

Occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarum negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, tenebrat.

Difficile nimis eſt iniuriam conuenire cum patientia. Vndè viri eximiè boni eſt ſcite pati, nec facere iniuriam; eſt enim acerrimus vindictæ appetitus, quem qui cohibet, magnanimæ erigit patientiæ trophæum, quo ſibi de ſe, ac etiam de inimico ſatis victoriatum eſt. Sanè memoria beneficiorum fragilis, iniuriarum tenax eſt: hoc inteſtinum malum dum iniuriæ recordationem flabellat, igniculos paſſionum accendit, & vel pacatiſſimum animum ad vltionem inquietat. At *turpe eſt maximè homini virtuoſo refricare iniurias, & odiorum ſopitos cineres denuò ſuſcitare.* Sanè hoſtilitas, & acre vindictæ ſtudium; & nimis ſceleroſa, & occupatiſſima res eſt: vbi enim pectus impleuit, animum ſimul exorbet, neque aliud cogitare ſinit præter meditatas durè ſtrages, & cruentas vltionum 1.

Tullius de Amicit.

Turpe eſt homini virtuoſo iniurias refricare, & odiorum cineres denuò ſuſcitare.

tionum minas. Hominis offenſi cogitatorium exhaurit hoſtilitas; & ſui immemor, vel Dei memoriam expungit, totus vindictæ ſtudiis plenè occupatus. Sibi inuidet Dei memoriam, & cæleſtium notitiam, qui in offenſo animo inimicitias ad vltionem verſat. Propè eſt vt Deum, Atheo ſimilis ignoret, qui inimicum odit. Sic Dei cognitionem inimicæ ſimultates obſcurant!

2. Pſalm. 45. verſ. 11.

Regius Vates Pſalm. 45. ſic modulatur: Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram; auferens bella vſque ad fines terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Scilicet ſublatis armis, quæ eminus comminúſque feriunt, defenſionem quoque arcet; vacat enim ſine oppugnatore propugnatio, cùm pacata pacis tranquillitas floreat. Ergò ablegatâ vtrimque hoſtilitate, ſubdit: *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus.* Vacate, inquit & otiamini à bello, quo vel hoſtes adoriri, vel defendere hoſtes adnitimini; & tunc videbitis quòd ego ſum Deus. An Deum ignorat, qui bella gerit? Fortè bella notitiam Dei abolent, & Atheos excudunt? Verùm Græci Patres in Corderij Paraphraſi, ſic inibi locum exponunt: *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus: Exiſtimate igitur, inquit, dicere ad omnes Deum. Quaſi dicat: Cùm vacatis ab inimicis ſecuri, in hoc occupemini, vt cognoſcatis qualem Deum habeatis.* Nempè cùm feriamini ab inimicis & inimicitiis, tunc cognoſcere poteritis, quis, qualíſque Deus ſit. Adſentit Baſilius in nuper citatâ Catenâ indidèm, ita ſcribens: *Poſtquam igitur iis qui ab hoſtibus hactenus perturbati ſunt, pacem elargitus eſt, tunc dicit: Vacate à diſtrahentibus vos inimicis, vt in quiete verba veritatis contemplari poſſitis. Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus.* Scilicet inimicis ac inimicitiis, hoſtibus & hoſtilitatibus totus homo erat hactenùs occupatus atque diſtractus, ac ſi illius mentem, & vires animi hoſtilitas abſorbuerit, adeò vt velut inidoneum ad cognoſcendum Deum reddiderint. Nunc autem cùm bella Deus ſuſtulerit & pacem, longè latéque fecerit, in otio pacis *vacantes, cognoſcite qualem Deum habeatis*, cuius propè laborabatis ignoratione, cùm acerbas & implacabiles inimicitias mutuò gerebatis. *Cùm vacatis ab inimicis, videte (cognoſcite) quoniam ego ſum Deus.* Hem, ſic mentem ad Dei notionem excæcat inimicitiarum tumultus atrociter occupatiſſimus, vt homo tunc velut Deum neſcienter dediſcens, pacis collyrio indigeat, vt *cognoſcat qualem Deum* hactenùs *habuerit?* Sic ſæua hoſtilitas, & pugnax inimicitiarum ardor, Dei obſcurat notitiam, vt cum eâ æquè ac cum hoſte inimicari videatur? Sic inimicitiarum negotium (niſi otio pacis inhibeatur) aut Atheos inuenit, aut propè facit? *Vacate à bellis, & cognoſcite quoniam ego ſum Deus.* Vndè in hoſtiliter pugnaciſſimo Iudicum tempore, ſic in Dei populo fides exoleuit, & idololatria inualuit, vt dirâ fame ſui deſertores Deus peracerbè vexarit.

Græci Patr. *Qui ab inimicitiis vacat, iam cognoſcere poteſt, quis & qualis ſit. Deus.*

S. Baſil. in Catenâ Cord.

Hic verſ. 1. & 2.

3. Exhod 5. verſ. 17.

Exhodi 5. ſub tyrannide Pharaonis, Iſraëlitica gens cogitur indies laterum numerum conficere, cui operi præſtando par non erat, præſertim cùm paleæ negarentur. Igitur expoſtulanti populo, & querelis palatium ac cælum complenti, barbaricè reſpondet Pharao: *Vacatis otio, & idcircò dicitis: Eamus, & ſacrificemus Domino. Ite ergò & operamini: palea non dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum.* Hebræorum *otio* adſcribit Pharao, tunc ſpeciale ſtudium colendi Deum ſuum; & eius numen olim ab ipſis notum, tunc ſacrificiis recognoſcendum, adorandum, propitiandum. Quò autem hanc mentem de Deo ſuo colendo ab Iſraëlitis deleat, & illius memoriam ac cultum oblitteret, nouâ tyrannide eos denuò opprimit, vt inimica hoſtilitas nouis iniuriis atrociter laceſſita, Dei recordationem aboleat. Nempè ſicut pacis otium cognoſcendo Deo ſtudet, ſic noua iniuria, & hoſtilis tyrannicè inimicitia, Dei obliuioni militat, & irreligioſitatis negotium de proximo agit. In iſtiuſmodi ſenſum videntur Græci Patres hunc locum traxiſſe, dum adſimilem ſententiam cum præſcripto loco Pſalmi hîc agnoſcunt: *Vacate, & videte quoniam ego ſũ Deus.* Id eſt, *à bello ceſſantes, & altâ pace fruentes, vult in bonum tẽpore vti. Diuina ſiquidèm cognitio exiſtit ex vacatione: ob quam Pharao increpans Hebræis dixit: Otio dediti eſtis, & idcircò dicitis: Eamus, & ſacrificemus Domino.* Scilicet Pharao animaduertens Hebræorum erga Deum ſuum ſtudium, hactenus velut obliuione intermiſſũ, illud *otio* attribuit: *diuina ſiquidèm cognitio conſiſtit in vacatione* hoc eſt, ad illam egregiè animum extimulat. Ideóque illos nouis operibus negotioſè opprimit, vt de tyrannicâ oppreſſione vltra vires laborare coacti, magis irritentur, & recentes iniurias, ac inimicitias in animo hoſtiliter verſantes, ſeſe magis alienent, & fruſtrà inimicentur: quò fiat, vt dum Dei memoria excidit, illius colendi ſtudium pariter langueat; atque cum recenti iniuriæ recordatione, Dei memoria & cultus exterminentur. Itaque inimicitiarum negotium, Dei notionem obſcurat quam pacis otium egregiè clarat. *Diuina ſiquidèm cognitio exiſtit ex vacatione: ob quam Pharao increpans Hebræis dixit: Otio dediti eſtis, & idcircò dicitis. Eamus, & ſacrificemus Domino.*

Inimicitias auget Pharao cũ Hebræis, vt ipſi obliuiſcantur Dei, ac diuini cultus.

Græci Patres apud Catenam in Pſalm. 45.

4. Exhod. 5. verſ. 1.

Exhodi 5. deſcribitur primus Moyſis cum Pharaone congreſſus: Ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. At ille reſpondit: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraël? neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam.* Quaſi dicat: Neſcio Hebrææ gentis calamitoſiſſimæ, & iniuriatiſſimæ Deum. Neque Deus veſter (quiſquis ille ſit) tantâ viget potentiâ vt me cogat ad eius cognitionem, & obſequenter venerationem, & liberam ſeruientis Iſraëlis dimiſſionem. Tractent hinc Interpretes an Pharao fuerit Atheus, hactenùs plurium Deorum inaniſſimus cum ſuâ Ægypto cultor. Sanè hic, *Neſcio Dominum*, id eſt, Deum inquit: & indè ſaltem atheiſmi ſuſpectus perhibetur. *Contumelioſè admodùm* (ait Cyrillus) *loquitur Pharao, & aduerſus Dei gloriam audacter inſurgit, & quis hic Dominus ſit ſe neſcire profitetur.* Miriſmum ſanè eſt, quòd Pharao, cui volupe fuit vel exanimales & viliſſimas quaſque creaturas ridicularie tamquam numina colere, nunc vllius Dei cognitionem vllam diffiteatur, & coràm profiteatur irrationalem Dei ignorationem. Quid nunc qualem qualem Dei notionem ex

S. Cyrillus. Alex. apud Catenam Lipom. hic.

Digitized by Google

Pharao athei[ſ]ſimi ſuſpectus eſt, cùm exiſtimata ſeditionis auctores excipit.

Pharaonis animo impotenter excuſſit, vt Ægyptium dediſcat ingenium, dum Numinis cognitionem dediſcit? Coniectare hîc liceat, quòd cùm Pharao (cui cum ſuo regno, & cum finitimis prouinciis tunc alta pax erat, & nulla hoſtilitatis ſuſpicio) Moyſen & Aaronem excepit, & audiuit velut hoſtes ſeditioſos, inteſtinum tumultum inimicè meditantes, vibranteſque ſeueriſſimas plagarum minas, infensâ inimicitiarum inchoatione, Deum, Dei notitiam abnegarit. Appoſitè, inibi Lipomanus: Moyſes & Aaron *ſciebant hoc negotium conſtare maximo vitæ ſuæ periculo, quippè quòd a Rege tamquam auctores ſeditionis excipiendi eſſent.* Nimirum Moyſes & Aaron nunc accedunt ad Pharaonem tamquam erepturi ab eius ſeruitute tot familiarum myriades, diuitiis opulentas, ſeruitio perutiles; idcircò *à Rege tamquam auctores ſeditionis excepti*, dum illum exiſtimatâ hoſtilitate exaſperant, & velut *auctores ſeditionis* inquietant; tunc, tunc, quidèm ille ipſe Pharao, cui procliue hactenùs erat quiduis pro Deo colere; Dei notitiam deſueſcit, Deum palam negat, & apud *auctores ſeditionis, quis Dominus ſit ſe neſcire profitetur. Neſcio*, ait, *Dominum, & Iſrael non dimittam.* O, in ipſo exiſtimatæ ſeditionis & hoſtilitatis initio, ſic Pharaonis mens ad Dei notitiam caligat & cæcutit, vt de inimicitiarum negotio mentem exſorbente, Dei cognitionem ſui oblitus pernegèt? Sic humana mens torpet ac friget ad Dei cognitionem, ad quam ab ipsâ naturâ inoculatur, cùm inimicæ hoſtilitatis ardor incaleſcit? *Vacate à bellis, & cognoſcite quoniam ego ſum Deus*: quaſi qui inimicum ſcit, Deum neſciat, propè Atheorum æmulus. Sibi inuidet Dei notionem, quiſquis gerendis inimicitiis obnixiùs militat. Veri Numinis cognitionem, & religioſiorem indè cultum, alta pax, & ſimultatum obliuio, altè fundat, concordiæ baſe faſtigium attollente, & diuinæ cognitionis culmen faſtigiante.

Lipomanus.

5. Pſalm. 6. v. 5.

Pſalmo 6. ſic pangit Dauid: Conuertere Domine, & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: *in Inferno autem quis confitebitur tibi*? Peto, inquit, non argui in furore, quia ſi ita fieret, ad mortem æternam ſine dubitatione damnarer: & ſic periret ex parte memoria tui, & laus tua: Damnati ſiquidèm ad gehennam non recordantur Dei, vt Deum laudent; neque vllus eſt in inferno, qui confiteatur Domino; ſed quaſi Deum peſſimum haberent, illum execrentur. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Verùm Petrus Damianus lib. 2. Epiſt. 5. alium etiam Infernum in homine odioſo, & inimicitiis, aliiſque vitiis dedito eleganter agnouit, ſic ad rem fatus: *Mens Odioſa, cupida, curis tantummodò ſecularibus dedita, libidinis igne ſuccenſa, nonnè tibi videtur infernus, in quo videlicet & Diabolus habitat, & concupiſcentiarum ignes æſtuare non ceſſant? Illic enim de luxuriâ ſulphureus fœtor oboritur, & de cogitationum crebreſcentium tenebroſâ caligine tamquam teterrimi fumi volumina generantur. Nam dum hoc amat, illud timet; in aliis gaudet, hoc Odit, illud auidè concupiſcit; fit infelix mens, ſuſpecta ſemper, & vaga, anxia, ſimul atque ſollicita, quæ curis impellentibus in multa diuiditur, diuerſarúmque paſſionum morſibus laceratur. Hæc itaque flebilis anima gehenna facta eſt, tartarus, & Infernus, quam & cruciant tormenta curarum, & vitiorum vaſtat incendium.* Eheu! *in* hoc Odiorum ac paſſionum *inferno quis confitebitur tibi?* quis te ad debitas tibi laudes mente ac ore perſoluendas, agnoſcet?

Petr. Dam. *Viri improbi anima eſt infernus.*

Qui odia ac inimicitias gerit, infernus dicitur.

§. XXII.

Miniſteriale diuinæ iuſtitiæ munus in ſuppliciis dignè infligendis, ſumptuosè glorioſum reputatur.

LEnto gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, & tarditatem ſupplicij grauitate penſat: nec erubeſcit acerbiùs punire, qui ſceleroſiùs offendi diſſimulat. Quos nec ipſa natura, nec vibratæ pœnarum minæ, continere in officio poſſunt, magnitudine pœnæ ſubmouendi maleficio ſunt, ne malitia impunitate pernicioſiùs ſerpat; ſed grauior ſuppliciorum menſura, taxet culpæ grauitatem, & humanæ licentiæ horrorem incutiat. O time Deum ſummè etiam iuſtum, & acerrimum humanorum ſcelerum vindicem! Mirabilis eſt in re miſericordiæ, & in iuſtitiæ rigoribus planè miriſſimus. *Horrendo modo fit miſeris à Deo damnatis mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit. Mors perimit, & non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenùs pauorem fugat: flamma comburit, ſed numquam tenebras excutit.* Tot miraculis, ingenio antitheſeos argutis, inſta gehennæ ſupplicia Deus arcanè fouet, & fotu continuo ad damnatorum pœnam honorat. Benè iudex damnatur, cùm reus male abſoluitur. Acerbior iuſtitiæ rigor, ſeuerus flagitiorũ vltor, non dedignatur punire, qui punitionem honorat, tamquam iuſtitiæ diuinioris adminiſtram. 1.

In gehennâ plures ſunt naturæ antitheſes.

S. Greg. l. 4. Dialog.

Exhodi 8. dixit quoque Dominus ad Moyſen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: *Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.* Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, &c. De hâc permoleſtâ ranarum plagâ, ſic inibi ſcribit Lipomanus: *Poſtremò conſecrauit etiam ranas, aut id genus ſimilia, in ſupplicium publicum peccatorum, & admonitionem ad reſipiſcentiam.* Profectò, ranæ deformes ſunt, loquaces, earúmque dubia vita: nam & aquaticum & terreſtre animalculum eſt, cuius ſaltus ſerpens, cuius aſpectus turpiſſimus, garrulus, immundus, importunus, ſqualidus: & tamen iſtiuſmodi ranæ ſic honeſtantur, cùm ad delictorum ſupplicia eas deſtinat Deus, vt eaſdem *conſecraſſe* dicatur. Scilicet deſtinatione ſuâ velut quâdam ſacrâ initiatione aut inauguratione eas *conſecrans* ad mactandas Iuſtitiæ ſuæ victimas. Tantámne dignitatem miniſteriale diuinæ punitionis officium, à bono Iuſtitiæ combibit? Iuſtitiæ miniſtros puta, velut Diuinæ iuſtitiæ ſacerdotes, ad punitionis myſteria conſecratos. *Conſecrauit ranas in ſupplicium publicum peccatorum, & admonitionem ad reſipiſcentiam.* Sic Deus vltricis iuſtitiæ miniſterium honorat? 2.

Exhod. 8. verſ. 2.

Lipoman.

Conſecrari dicuntur ranæ, dum in miniſterium diuinæ iuſtitiæ aſſumuntur.

Matthæi

Digitized by Google

3. Matthæi 24 poſt atrocẽ illam ſub Antichriſto calamitatẽ, horribilia ſupremi iudicij ſigna præmonſtrantur. Statim, inquit, poſt tribulationem dierum illorũ *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum*, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cælorum commouebuntur: *Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ.* Quomodò obſcurabitur Sol, & luna apparebit obſcura, in funeſtâ illâ finalis iudicij die? Cur etiam in magno illo totius orbis ſpectaculo, ſidereis facibus viduato, lugubre quondam Crucis *ſignum* apparebit? Quorsùm tunc aderit Crux beneficæ redemptionis glorioſum inſigne, in funeſtè lugubri horribilis iudicij pompâ, ſuppliciorum minace? S. Chryſoſtomus inibi hâc ſuper re ſic luculenter philoſophatur: *Tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo. Hoc eſt Crux ipſa. Crux enim Sole fulgentior videbitur: obſcuratur enim Sol, Crux autem apparet: quod fieri non poſſet, niſi ſolares radios ſplendore ſuperaret.* Poſtquam autem Chryſoſtomus tradidit quantâ fulgorum maieſtate, & auguſtæ maieſtatis gloriâ, Crux in iudicio videbitur, confeſtim ſubdit: *Cuius autem rei gratiâ iſtud ſignum apparet? Tunc*, inquit, *plangent omnes tribus terræ; non enim accuſatoribus opus erit cùm Crucem viderint ..... Crucem autem ſecum habet, vt peccatum ipſorum ſine accuſatione condemnetur.* Ecce tibi quare cum tanto támque auguſto apparatu, in magnâ illâ vniuerſalis theatri pompâ, Crux apparet; nempè vt Crucis aſpectus, reproborum *accuſatio* ſit, imò & *condemnatio*, ſeueriſſimam Iudicis ſententiam præproperè anteuertens. Vacat tunc quodammodò accuſatio Diabolorum de cognatâ hominibus inuidiâ ſagaciter ac malitioſè criminatrix; ipſa Crux coràm ſpectata, ipſo ſui aſpectu improbos accuſat, & acerbiùs prædamnat. Nec de ſeucrioris iuſtitiæ bono Crux erubeſcit, neque ſic accuſare damnaréve pudet, vt clanculùm adeſſe malit; quæ tanto ſplendorum apparatu venit, vt tunc Solem obſcuret, ne de ſolarium fulgorum mendicitatibus, ſe reproborum accuſatricem & condemnatricem humanis tunc obtutibus ingerat. *Crux enim Sole fulgentior videbitur: obſcuratur enim Sol, crux autem apparet.... Non enim accuſatoribus opus eſt cùm Crucem viderint.* &c. Vide hîc cum quantâ gloriæ pompâ, Crux alioqui nobilioris beneficentiæ hactenùs adminiſtra, miniſteriale diuinæ iuſtitiæ munus ſeueriſſimè obeat. Acerbior opportunè iuſtitiæ rigor, gloriæ lenocinium eſt. Profectò in fine mundi *Sol obſcurabitur*, vt diuinæ Iuſtitiæ rigoribus obſequatur: hîc autem verſ. 2. mirabili ſtitione eidem obſequenter deſeruit; nec de pœnaliſſimo miniſterio nobiliſſimum ſidus erubeſcit: *Dicit enim Hieronymus* (ait Lyranus hîc) *quòd tunc temporis Sol ſtetit per aliquod ſpatium immobilis ad terrendum homines, vt ſic retraherentur ab enormibus peccatis quibus erant inuoluti; quod non fecerunt: propter quod tanta fames facta eſt in terrâ illâ, quod Elimelech qui erat de nobilioribus & potentioribus ciuitatis Bethlehem, fuit coactus ire ad terram extraneam ad quærendum victum.* De hâc autem Hebræorum traditione, in litterali commentario plura tradidimus.

Matth. 24. v. 30.

S. Chryſoſt. in Matth. homil. 77.

Sumptuoſo ſplendidioris gloriæ apparatu, Crux in cælo reprobos accuſat, & prædamnat.

S. Hierony. Lyra hic. Hic verſ. 2.

4. Ioannis 2. propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam: & inuenit in templo vendentes boues & oues, & columbas, & nummularios ſedentes. *Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorũ effudit æs, & mẽſas ſubuertit.* Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, *& nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Prima Ieſu, vtpotè Pontificis & Meſſiæ, cura erat Templi. Mirum autem fuit vni homini pauperi, qualis erat Chriſtus, omnia ſacerdotum lucra in templo ſubuertenti, neminem eorum reſtitiſſe. Et, quod mirere magis, Chriſtus Deus ſuâ auctoritate ac maieſtate non putauit indignum, ſic homines propriâ manu verberibus cædere. *Conſideremus* (ait inibi Origenes) *autem ne fortè enorme videatur, quòd Dei Filius captis funiculis parat ſibi flagellum ad eiiciendùm de templo.* Enorme quidèm alicui forſan videri poſſet, & parum diuinæ illius maieſtati conueniens, ſic zelo ſeuerioris iuſtitiæ accendi, vt ſibi ex funiculis *flagellum* paret, & quodammodò verberonum adinſtar, in templo trapezitas diuerberet. Chriſtúſne is eſt, qui hoc miniſterium, quod vile, abiectum, & de miniſteriali infligendi ſupplicij officio, inuidioſum, videri poſſet; per ſeipſum obeat? Et vbi ſunt Angelorum, dæmonúmve miniſteria, illius obſequio exprompriùs deputata? *Enorme* quidèm, & Chriſto Deo indignum ei videri poſſet, qui neſcit quàm ſit nobiliter generoſum ſe præbere diuinæ iuſtitiæ auxiliarem. Profectò de Chriſto Ieſu tunc *parante de funiculis flagellum*, & ſeueriùs negotiatores verberante, ait luculenter Hieronymus, tunc, tunc quidèm, *igneum quiddam atque ſidereum radiabat ex oculis eius, & Diuinitatis maieſtas lucebat in facie.* Quid generoſè auguſtius, quàm præfulgens in facie *diuinitatis maieſtas?* Sic autem *diuinitatis maieſtas* tunc in facie Chriſti fulgentet reſplenduit, vt tunc, nemine vti hactenùs refragãte, ſe Dei filium nominet, & Deum appellet patrem. *Nolite*, ait, *facere domum Patris mei domum negotiationis.* Quod notanter Chryſoſtomus obſeruauit: *Ecce*, inquit, *Patrem vocat, & non iraſcuntur.* Imò & tunc vel à pueris læto plauſu illi acclamatum eſt: *Hoſanna Filio Dauid*, quod erat expectatiſſimi Meſſiæ notaculum. Sic eſt decorum, & nobiliter illuſtre, miniſterialem diuinæ iuſtitiæ opem exhibere, ne vmquam vitiorum impudentia impunitate enormiùs inſoleſcat.

Ioann. 2. v. 15. & 16.

Origenes in Ioann. tom. 12.

Dum Chriſtus negotiatores in templo flagellat, Diuinitatis maieſtas in eo prælucet.

S. Hieron. in Matth. cap. 21.

S. Chryſoſt. in Ioann. homil. 22.

Matth. 21. verſ. 15.

5. Exhodi 17. innoxium in vaſtâ eremo populum Dei, Amalec fraternitatis immemor, hoſtiliter infeſtare ſatagit. Dixitque Moyſes ad Ioſue: Elige viros, & pugna contrà Amalec. Cúmque, dum mutuò pugnabant, *leuabat Moyſes manus, vincebat Iſraël: ſin autem paullulùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec.* Profligauit ergò Ioſue Amalec victrice manu, & victoriali æternùm triumpho. Ecquis inimiciſſimi Amalec malè conciſi, & pœnaliſſimè caſtigati gloriam reportet? an victrices Ducis Ioſue manus? an *manus* Moyſi, ad quarum eleuationem acerbè profligabatur? vter miniſterialem diuinæ iuſtitiæ opem glorioſiùs contulit? ecquis inflicti ſupplicij gloriam ſibi vẽdicet? Tempeſtiuè ſubdit ſacer Hiſtoricus: Ædificauit Moyſes altare: & vocauit nomen eius: Dominus exaltatio mea, dicens: *Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contrà Amalec à generatione in generationem.* Quæ

eſt

Cùm Dei manus eſt in ſuppliciis terribilis, dicitur manus ſolij domini.

Exhod. 17. verſ. 16.

Digitized by Google

eſt hæc *manus ſolij Domini*, quæ iuſtiſſimo acerbiùs rigore tot ſtrages in Amalecitas edidit? Hebraicè ſic excribitur, *Quia manus ſuper ſolium Domini eſt*, id eſt, quia extendit Deus manum ſuam ſuper ſolum ſuum, quòd ipſi & ſuis Hebræis erit contrà Amalecitas bellum perpetuò irreuocabile, & internecinum. Explicatiùs de more Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Dictum eſt hoc à facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, vt committatur prælium à facie Domini contrà viros domûs Amalec, & conſumat eos.* Opinor, Gothica tranſlatio apud noſtrum Marianam ibi (an Hebrææ origini conformetur, non diſputo,) pro τὸ *manus ſolij Domini*, habet, *Manus ſolius Domini*. Profundè quidèm! quaſi *manus ſolij Domini*, aut, *A facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*, perindè ſit. Videlicet aliqua velut contentioſa æmulatio videbatur eſſe inter Moyſen & Ioſue; an huius *manus* in bello inhumanos Amalecitas victrice condignè vindictâ mulctauerit? an potiùs Moyſi *manus* eleuatione victrices? Deus verò litigium pro ſe dirimit, & de *Terribilis* elogio, iuſtas Amalecitarum ſtrages ſibi ſoli glorioſè vendicat. Quare, *manus ſolij Domini*, quæ auguſtam ſummi Dei maieſtatem arrogat; & manus *Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*, perindè hîc cenſetur, ac, *Manus ſolius Dei*, dum *manus* Moyſis & Ioſue, vel à miniſteriali ope in huiuſmodi *terribili* ſupplicio excludi quodammodò videntur. Hem! Sic eſt Deo glorioſum, ſe *terribiliter* oſtentare acerbum ſcelerum vindicem, vt dura in punitione *manus*, dicatur, *manus ſolij Domini*, vel, *Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ?* Sed hic locus alibi amplius enucleatur.

Hebræus. Chaldæus. Mariana. Got. tranſlatio.

§. XXIII.

Mundialia bona poſſeſſorem ſpebus fruſtrant, ſtultitia ſunt, ſpuma ſunt, nec ſibi ſatis ſunt.

1. NOn tantùm poſt voluptatem dolor eſt, & angor malè vexans: ſed cum ipſâ, ne gratiam ſuam impunè diffundere permittatur. Cruciatus, voluptatis comes eſt & familiaris delicioſorum carnifex, dum ſpes deliciarum grauida, fella parturit. Quod gaudium non infeſtatur timore ſui? Etiam ſi deſit interpellator, ipſum deerit: ſic eſt male firma illius ſubſiſtentia! Nec timori repũtes moleſtiam ſimplicem ſubeſſe, anxias habet curas ſui appendices; quin & ipſe inſincerus eſt: nam cupitum alioqui gaudium timet, timet pro gaudio: trepida ſui malè conſcia mens, numquam ferè innoxiam pauet voluptatem. Auida ſpe cupiditas, fruitione citiùs conſternatur, ne præproperè deficiar, & quod cœpit in voluptate, in illius amiſſæ angore conſummetur. Nihil tam deprauat omnem ſenſum humani gaudij, quàm ipſius experti inopia, pœnitentiæ diues. Nulla in votis tam pretioſa voluptas eſt, quæ non friuola, & reipsâ vilis ſit: illius ſpem dolore emimus, illius poſſeſſione illudimus, illius abſentiâ angimur. Quicquid delicioſè gratum nobis votiuè optamus, inimicorum potiùs vota cenſe. Sanè quiſquis voluptatem expetit, futile amat gaudij ludibrium, & dolori fidem promittit.

Quàm ſit voluptas inops gaudij, & doloris diues.

2. Iob 15. ſapientiſſimum illud dogma, tot præuiis laudibus celebratum, quaſi de arcanæ ſapientiæ adytis erutum, Eliphaz Themanites his verbis denuntiat: *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit: & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius.* Vbi Vulgatus *ſuperbit*, Hebraicè eſt מתחולל *mitcholel* quod multa ſignificat, quæ tamen omnia dolorem, metum, angorem, & turbationem indicant, quæ abeſſe non ſolent ab his, qui ſuperbè viuunt, & voluptates vndecumque venantur: quibus deeſſe non poſſunt angores, ſollicitudines, dolores, quos ſecum affert ambitionis auaritia, hians voluptatum male fida cupido, & cõſcientia ipſa, quæ ab auctore ſcelerum perpetuas exigit pœnas. Verùm preſcriptum Iobi locum, luculenter ad rem Tranſlationes exponunt, ob Hebraici verbi fœcunditatem. Aliqui apud Pinedam habent: *Impius ſibi ipſi dolori, & cruciatui eſt.* Tigurina per periphraſim, cui ferè ſubſcribit Pagninus: *Impius omni tempore aſciſcit dolores parturientis feminæ.* Symmachus: *Impius effertur arrogantiâ.* Theodotio autem maiori emphaſi, adſpectu ad ambitionis faſtũ, & voluptatum ambitionem, vertit: *Impius infatuatur, fruſtratur, euaneſcit omni tempore.* Profectò impius præcelsâ ſede ſublimis, dum ſublimiora ſemper ambitioſè expetit; & delicijs exundans, ad nouas inceſſanter anhelat, omni tempore *infatuari*, & *fuſtrari* conſultiſſimè dicitur. Porrò qui in re ambitionis, & malè dulci voluptatum negotio verſans, *ſibi ipſi dolori & cruciatui cunctis diebus eſt*: qui quot quærit & aduocat voluptates voto & ſpe gratiſſimas, tot reipsâ *ſibi aſciſcit dolores parturientis feminæ*; ſanè *infatuatus* eſt, qui ſic fatuè euaneſcit falſatis inueniendi gaudij ſpebus, vt toties fructu gaudij *fruſtratus*, adhuc ad noua inceſſanter gaudia ſuſpiret. Altè quidèm dicitur: *Cunctis diebus ſuis impius fruſtratur:* quia dum humana ſpes in re voluptuosâ gaudium copioſè ſpondebat, dum in poſſeſſione mentitas experitur delicias, voluptatis inopes, & doloris locupletes; vota ſua identidèm *fruſtrari* miratur; & dum *fruſtratâ* admiratione luget, velut *infatuatus* ſuæ experientiæ pertinaciter incredulus, ad nouas identidèm delicias hianter ſuſpirat, inſano quærendarum voluptatum ludibrio. *Cunctis diebus ſuis impius fruſtratur, infatuatur.* O nimis verè!

Iob. 15. v. 20.

Ambitio aſciſcit dolores parturientis feminæ.

Pineda. Tigurina. Pagninus. Symmachus. Theodotio.

Qui voluptates quærit, velut fatuus fruſtratur quæret.

3. Idem Iobus cap. 31. de anteactâ etiam vitâ ſic fatur: *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea.* Magnam in mortalium animis alit confidentiam diuitiarum copia, cui nihil putatur eſſe non expugnabile, & quæ voluptabilium omnium cenſentur pretium, & indè promptuarium. Quare vulgares ſpiritus quos diuina non agit aut moderatur lex, ſed humana, potiùs tranſuertunt, præcipitántque conſilia, ſi ſe ſatis inſtructos eſſe vident pecuniarum præſidio, de reliquo non laborant. Quæ cùm alia præſtet plurima, quæ hominum admiratur ſtupor, maximè tamen eualere putatur ad ea quæ immoderata cupiditas appetentiùs exoptat Nam affluens diuitiarum copia, & ſubſiſtentia felicitatis, & voluptabilium perſeuerans robur, ac robuſtum præſidium vulgò reputatur. Ergò diuites ad quiduis audendum & perficiendum eriguntur

Iob. 31. v. 24.

Digitized by Google

guntur ſuis facultatibus, & illarum ope ac præſidio nihil non ſperant. Iobus autem de cæli ſcholâ benè eruditus, petitè ait: *Si putaui aurum robur meum,* &c.

Lxx. Interp.

Lxx. Interpretes, *Si poſui aurum in coniugium meum.* Quod ſanè ardentiſſimam pecuniæ libidinem ſignificat, voluptatum omnium fœcundiſſimam. Eruditè inibi

Pineda.

noſter Pineda aduertit, quòd pro *Robore* eſt vox כסל *Chiçel*, quæ duo contraria ſignificat, videlicet inconſtantiam, vertibilitatem, mutabilitatem, atque *ſtultitiam*; nam cadunt hæc omnia vitia in ſtultos: deindè etiam firmitatem, *Robur*, ſpem, quæ ſunt inconſtantiæ oppoſita. Hæc ille.

Auri copia dum robur dicitur, ſtultitia exponitur.

Quaſi dicat: Non *putaui aurum robur meum*, id eſt, *ſtultitiam meam*, ſi ex communi hominum opinione ſic de illo cenſuiſſem. Porrò re verâ diuitiarum copia, vertibilis eſt, inconſtans, mutabilis, fugax, infida, pro libidine dominos deſerens,&ad alios infideliter migrans. Quare quiſquis aurum (& in eo voluptatum promptuarium, firmitatem, *robur*, ac ſpem ſuam putat, leuiculè *ſtultus* eſt: nam auro infatuatus, egregiè ſtulteſcens, ſuis opulentiſſimis ſpebus certò fruſtratur. Quod nuper dixerat: *Cunctis diebus ſuis impius fruſtratur*, ſeu *infatuatur*. Nunc autem: *Si putaui aurum robur meum*, vel *coniugium meum*; & non potiùs *ſtultitiam meam*, ſi in illo ſpes meas fideliter collocarem.

4. Oſee 10. Sic Oſee regi Iſraëlis dura prophe-

Oſee 10. v. 7

tat: *Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.* Regum gloria ſumptuoſiùs opulenta, non tam ſplendidè nitet, quàm velut ſpuma ad monumentum albicat,ſuę gratiæ lubricâ ſubſiſtentiâ fragilis.

Syrus.

Syrus, *Recidit Samaria Regem ſuum quaſi paleam.* Nuper cedrus Libani, *palea* ad inſtar, vel tenuiſſimæ auræ cedit, & quoquo verſùs agitatur? Arabi-

Arabicus.

cus Antiochenus, *Deſpexit Samaria Regem ſuum quaſi herbam ſuper aquas*, id eſt, algam. Quid tam reiectaneum ac inutile? Vulgatus au-

Hebræus.

tem rectè *ſpumam* vertit: vox enim Hebræa propriè ſignificat ebullitionem & efferueſcentiam;

S. Hieron.

& indè bullam & ſpumam. Sic Hieronymus inibi interpretatur, *feruentis ollæ ſuperiores aquas, & in ſpumas bullaſque ſurgentes.* Itaque Rex Iſraël nuper glorioſus imperio numeroſi populi,

Humana felicitas, ſpuma eſt ſuper faciē aquæ.

quem *aquæ multæ* repræſentant, velut ſpuma ex iiſdem aquis, id eſt populis nata, modico ambitu fulgens, velut in aquâ conſumptus, & iam tamquam aliquis è plebe, quantocyùs euaneſcit. *Tranſire fecit Samaria regem ſuum, quaſi ſpumam* (ſeu *bullam*) *ſuper faciem aquæ.* Quâ ſuper re

S. Naz. apud Max. Serm. 67.

ſic appoſitè Nazianzenus philoſophatur: *Vt enim*, inquit, *aquarum fluxus copioſarum, incidentem recipiens pluuiam, bullas excitat: quarum aliæ ſimul ac natæ ſunt, rumpuntur, aliæ diutiùs inflatæ, poſteà & ipſæ rumpi ſolent. Sic ad eundem modum huius vitæ mare, alios cùm paulliſper conſpecti fuerint, occultat: alios diutiùs permanentes, ipſos quoque ſubmergit.* O fallaciam ſummæ hominum felicitatis! *Spuma* aut *bulla* eſt Regum gloria: tantiſper nitet, & grandeſcit in globulum; ſed de vento eſt magnitudo, quę falſatâ fide ad modicum tempus detumeſcit, & de facili in matricem aquam conuertitur. Sciant mortalium feliciſſimi, mortales eſſe, & eiuſdem aquæ cum reliquis portio aliqua, ad ſpeciem nitens, & ſplendidiùs præfulgens: mera autem magnitudinis ambitio eſt, abſque durationis hypoſtaſi, poſt puſillum in nihilum euaneſcens. Heu mundialis felicitas dum falſata bona mortalibus ſpondet, mera *ſtultitia* eſt, quâ & ipſi *infatuantur*, & ipſa dulciſſimis ſpebus eoſdem *fruſtratur.* Aſpectabilior felicitas, *ſpuma eſt ſuper faciem aquæ.* Vide Verſ. præcedenti

Hic Verſ. 2.

quam ſit breuiſſimi ęui generoſus generoſæ tunc gentis principatus, quem non anni, non menſes, ſed *dies* metiuntur. Et in hoc Verſ. 2. tempore famis, homo è Bethlehem (quæ eſt terra panis præ cognatâ vbertate) abiit in ſterilem Moabitidem. Sic eſt terrena abundantia paupertinè ieiuna!

Gentium Doctor ad Galatas nuper idololatras, ambitioni, gulæ, libidini, ac ceteris voluptabilibus obſequentiùs ſeruientes, ita ſcribit: 5.

Nunc autem cùm cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo: *Quomodo conuertimini iterùm ad infirma & egena elementa, quibus denuò ſeruire vultis?*

Ad Galat. 4. v. 9.

Valdè ſudat erudita Commentatorum induſtria, vt exponat quæ ſint hæc *infirma, egena*, ſeu *mendica* (vt Tertullianus exſcribit) *elementa*, ad quæ Galatæ ſenſim reuertebantur.

Tertullian.

Hugo Cardinalis quâ ſolet peritiâ in moralibus ſenſibus medullitùs abſconſis ethicè eruendis, ſic inibi ſcribit: *Conuertunt ſe ad egena elementa, id eſt, ad elementa honorum & dignitatum*, &c. & protractâ morali ratiocinatione, ad reliquas voluptatum blanditias, quas nuper recenti adhuc & rudi fide viriliter repudiarunt.

HugoCard.

Hanc ad voluptabilia repudiata conuerſionem, quâ homines *ad infirma & egena elementa* reuertuntur, his verbis Maximus exponit: *In rebus humanis*, inquit, *nihil firmum, nihil æquabile, nihil quod ſibi ſatis ſit: ſed circulus quidam noſtrorum circumuerſatur negotiorum, varias in vno die ſæpè, & interdùm in vnâ horâ, accipiens mutationes: vt fidendum ſit magis auris non durantibus, & pontinagæ nauis veſtigiis, & nocturnis ſomniis fallacibus, quorum breuis eſt gratia, & ludicris puerorum in arenâ figmentis, quàm humanæ felicitati.*

Maxim. Serm. 67. ex Nazianz.

Verè mundialis felicitatis bona, quæ humanus ſtupor ſtultè miratur, humana vota ſpe implent, non pectora poſſeſſione; ſunt enim *infirma, egena, & mendica elementa*, quæ de *egenis* infirmè votis, & precariis votiuè *mendicitatibus* ad breuem & falſatam placendi gratiam adulantur.

Mundialia bona nec homini, nec ſibi ſatis ſunt.

In illis porrò nihil eſt non futile,fallax,lubricum,fugitiuum,mentitum, *Nihil quod ſibi ſatis ſit* (Belliſſimè dictum!) Parùm foret, quòd hæc voluptabilium *infirma, egena, & mendica elementa*, hominis non impleant pectora, nec illi ſatis ſint, atque plenè ſufficiant (Solus Deus eſt, qui eſt, & qui ſibi ſatis eſt, & abundè ſufficit;) nihil etiam in illis eſt, *quod ſibi ſatis ſit.* Sic ſunt etiam ſibi egena & mendica! Scilicet honor non eſt ſatis honori, ambitio ambitioni non eſt ſatis, opulentia opum indiga eſt, ſublimitas gloriæ ieiuna, libido libidini par non eſt, nec voluptas voluptati ſufficit. Nihil in illis non *infirmum* eſt, non *egenum*, non *mendicum*, *nihil quod ſibi ſatis ſit.* Sic felicitas felicitate fruſtratur? *Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Non tantùm decipit, ſed decipitur; quia *nihil* in eo eſt, *quod ſibi ſatis ſit.* Sic eſt ieiunum, infirmum, egenum mendicum!

Eccl. 2. v. 2.

XXIV.

§. XXIV.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit.

1. S. Greg. 2. p. Paſtor. Admonit. 7. *Queruli de occupationũ tumultu plus quiete fatigantur.* SCitè hâc ſuper re Magnus Gregorius: *Sæpè,* ait, *nonnulli velut obliti quòd fratribus animarum cauſſa prælati ſunt, toto cordis adnſu ſecularibus curis inſeruiunt: has, cùm adſunt, ſe agere exultant: ad has etiam cùm deſunt, diebus ac noctibus cogitationibus turbidè æſtuantibus anhelant: cúmq; ab his ceſſante forſitan opportunitate quieti ſunt, ipſâ deterius ſuâ quiete fatigantur. Voluptatem námque cenſent ſi actionibus deprimuntur; laborem deputant ſi in terrenis negotiis non laborant. Sicque fit, vt dum vrgeri ſe mundanis tumultibus gaudeant, interna, quæ alios docere debuerant, ignorent.* Hem! queruntur de negotioſo occupationum tumultu, ſed quiete à negotiis acerbiùs fatigantur. Nauſeant ad otij quietem, ad vrbium negotia, & ſeculares turbas auidiùs hiant. Vrbium frequentiam, & tumultum fugiat, quiſquis ſeriò virtutem amat, raró enim mores, quos extulit, redeunt. O! redde te potius tibi.

2. Matthæi 3. magnus ille eremi ac virtutis cultor Ioannes, vitæ auſteritate notiſſimus; habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: *Eſca autem* Matth. 3. v. 4 *eius erat locuſta, & mel ſilueſtre.* Non hîc morabor Commentatores, quodnam, qualéue fuerit hoc mel, quo Ioannes in deſerto veſcebatur: an fuerit peculiare quoddam mellis genus communi ſuauius ac ſanius, vt aliqui cenſent: an fuerit ros ex arboribus decerptus, quod Manna dicitur: an aliud agreſtius ab agreſtibus apibus, quæ in arborum cauitatibus, & petrarũ ſciſſuris mellificant, confectum. Quicquid illud ſit, ſaltem mellis præſumpta ſuauitas, & mellei vocabuli dulcedo, tantæ Ioannis in deſerto auſteritati parum videtur idonea. Verùm Galfridus inibi (aliundè ad aliam theſim aliter expenſus) Galfrid. apud Tilmãnum in Matthæi c. 11. ſic locum opportunè elucidat: *Veſcebatur locuſtis & melle, eis nimirùm cibariis, quæ ad manum erant: quibus conuenienter inſtruimur, vt his contenti ſimus, quæ faciliùs ad noſtros vſus ocurrunt. Noluit etenim egredi locum ſolitudinis, vt mutaret pane dulcedinem mellis; quia male vnius dulcedinis dilectio fugitur, dum auſteritatis intuitu in grauioris caſus periculo feſtinatur.* Iraque Ioannes ſiniſteritatem humani de ſe iudicij, nec pili quidèm facit, ſed obuio melle veſcitur, ne extrà eremum prætextu agreſtioris cibi, & diſtrictioris vitæ, per vicos, & ciuitates, & frequentes hominum turbas vagari cogatur. *Baptiſta paſcitur melle, ne in vrbibus auſteritatem quærat.* Non ambit auſteriora, ſolitudinis diſpendio; nec melleæ ſuauitatis iacturâ, turbarum frequentiam emere feſtinat. Auſteritatis ſincerus amator, & diſtrictioris diſciplinæ ſectator egregius, aliquod propoſiti laxamentum in ſolitudine mauult, quàm vel ad auſteritatem quærendam in vrbes diuertere, & in hominum ſecularium turbis ad modicum tempus verſari. Satius reputans, votiuum tantiſper mitigare vitæ rigorem, quàm breui morâ inter turbarum tumultus, & ſecularium negotiorum ſtrepitus conuerſari. *Noluit egredi locum ſolitudinis, vt mutaret pane dulcedinem mellis, quia male vnius dulcedinis dilectio fugitur, dum auſteritatis intuitu, in grauioris caſûs periculo feſtinatur.* Melle initus paſcitur Ioannes, ne prophetalis virtus in vrbe ieiunet. Mellis dulcedinem in ſolitudine benè patitur, ne ciuitatum ſecularia negotia, & turbarum mores malè deguſtet. Pium etiam auſteritatis prætextum ſolerter præcludit, nequem exinceps ſpecies virtutis decipiat.

Matthæi 5. *Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos dicens:* Beati pauperes ſpiritu, &c. Benè aſcendit in montem Chriſtus, vt è monte ſublimi ſublimem & cæleſtem Euangelij doctrinam depromeret. Quin & vt antitypus reſponderet ſuo typo, & veritas ſuæ figuræ: lex enim vetus edita fuit in Sinâ monte; noua autem magis excelsâ in excelſiori monte prædicari oportuit. Sed cur turbæ longiùs arceantur à nouæ legis prouulgatione, vbi Euangelicæ perfectionis medulla proponitur? Plures cauſas remouendæ turbæ adaggerant Commentatores; illa verò omittenda non eſt, quam affert Iſaac in Allegoriis noui Teſtamenti, ſic indidèm fatus: *Videns Ieſus turbas aſcendit in montem. Dimittenda eſt turba vt videatur, & iudicetur. Turbam non vidit, qui ſuprà turbam minimè ſe leuauit. Chriſtus (& fortè ſolus) potuit non turbatus à turbâ, in turbâ turbam videre; quam tamen videns, dimiſit, & aſcendit in montem. Heu quanti hodie turbas fugere proponunt, eò tamen fugiunt quò ampliùs à nobis inueniuntur. Et planè quamuis exterior turba exturbet; mihi tamen magis ſuſpecta eſt turba quædam interior, eò quò interius turbantior.* Qui interiori turbâ propè exturbatur, quid ſe exteriori turbâ vrgeri negligit, aut opprimi exambit? Verùm nemo agnoſcit turbarum frequens malum, quod ſenſim irrepit, & paullatim in mores it; niſi qui extrà turbam eſt, aut ſuprà turbam attollit ſe ſe, & cum Chriſto fugiens turbam, aſcendit in montem. Secularis negotioſè faſtus oculos excæcat, ne videat, negotiorum vitium eſſe, quod nullum putat; quò redditur & viſu ſuo vacuus, & operoſus alieno. *Chriſtus (& fortè ſolus) potuit non turbatus à turbâ, in turbâ turbam videre.* O time, quiſquis virtutem amas!

3. Matth. 5. v. 1

Iſaac.

Qui non eſt ſuprà turbam, turbarum pericula non videt.

Threnorum 4. Sic Ieremias lugubris propheta opplorat: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. *Denigrata (LXX. obtenebrata) eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis.* Quæ verba Cornelius noſter à S. Gregorio edoctus, tropologicè refert ad Clericos & Religioſos, qui à priſcis Sanctis ſui Ordinis planè defecerunt, ſolutâ prorſus diſciplinâ; vndè non ſunt cogniti in plateis: quia eorum conuerſatio à vitâ ſecularium nil iam differt. Pulchrè Gillebertus in Allegoriis veteris Teſtamenti inibi allegatus: *Magna certè collaudatio, ſed miſera commutatio. Candor niuis, lactis nitor, eboris rubor, pulchritudo ſapphiri, & puritas carbonis obducitur nigredine. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. Non ſunt vtique pro Nazaræis cogniti iam in plateis. Silebo de aliis: ordinis noſtri cernite*

4. Thren. 4. v. 8.

LXX. Interpr.

Cornelius. S. Gregor.

Gilbert.

Digitized by Google

nite viros, quàm admirabile erat nomen eorum in vniuerſâ terrâ: in initiis, quandò vix erant in plateis, ſtatim cogniti pro ſanctitatis ſigno erant in eis. Attentiùs obſerua quæ ſubiicit Gillebertus: *Nunc autem nullo religionis diſcrimine, nullo priuilegio conuerſationis, aut nullo, aut pertenui diſtincti & ſignati ſunt à ceteris. Ideò non ſunt cogniti quaſi Nazaræi in plateis. Frequentia platearum decolorat Nazaræos, & peregrinam ſpeciem inducit.* Heu nimis verè! Quid renunciaſti ſeculo, vt ſeculum impotentiùs, & ſumptuoſiùs ambires? Sic plateatum frequentia Nazaræos *decolorat*, & ſecularem ſpeciem cum ſeculi conuerſatione ſenſim inducit. Clauſtri inquilinus in plateis *peregrinatur*. Taceo. Et reſtrico Ioannis Baptiſtæ arbitrium, qui totus auſteritatibus innutritus, maluit melleam dulcedinem in eremo pati, quàm agreſtioris cibi deſiderio, turbatum frequentium contagionem noxiam deguſtare.

Frequentia platearum religioſos Nazaræos ſenſim decolorat.

5. Thren. 3. v. 28. Threnorum 3. Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Qui in Religioſorum ſymbolum, ab adoleſcentiâ portat diuinæ legis iugum, & ſedet in ſilentio ſolitarius; *quid leuauit ſuper ſe?* iugum ipſum, reſpondent communiter Interpretes. Aliter Vatablus vertens, *quia leuauit*, ſcilicet Deus *ſuper ipſum* hoc iugum. Nimitùm qui ab adoleſcentiâ portat religioſum iugum, ſolitarius ſedet in ſilentio, à frequentiâ hominum ſemotus; nec graue eſt illi iugum, quod Deus, quem animitùs habet, à ſe ſuper ſe leuauit. Tempeſtiuè S. Bernardus Serm. 40. in Canti. *O ſancta anima ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues teipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti. Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos, ſecede ab amicis & intimis. An neſcis te verecundum habere ſponſum, & qui nequaquam ſuam velit tibi indulgere præſentiam præſentibus ceteris?* Fugit à te Deus, ſi tu ſolitudinem deſeris, & ciuitatum turbis te vltrò ingeris. Iam religioſi inſtituti iugum tuas incipit degrauare ceruices, & illud excutere quoquomodò ſatagis, ex quo te turbis immiſcuiſti. Nec mirum: diſceſſit enim à te Deus, qui tibi medullitùs in ſolitudine præſens, iugum à te ſuper te leuabat, ne tibi pergraue foret. O quàm incipit eſſe graue, nuper leue religionis iugum, his, qui ſecularibus ſe negotiis immiſcent! Qui in ſolitudine ſibi totus eſt, ſe Deo totum ſeruat: qui ſecularibus negotiis ſe ingerit, ſe infide partitur, & ſui ſubreptiones ſeculo impendit; imò & ſenſim ſe totum ſuperimpendit. Deo viue, qui tibi moreris. Benè hìc Elimelech, famis cauſsâ peregrinari in Moabitide coactus, vrbes & oppida Moabitarum prudens fugit, dum exulat à Terrâ promiſſionis; & *in agro Moab* (vt plures excribunt) conſultiſſimè commoratur, quouſque ad Dei populum redire fas ſit.

Vatablus.

S. Bernard.

Fugiat hominum frequentiam, qui ſe Deo ſeruare ſatagit.

Hic Verſ. 2.

6. Pſal. 54. v. 8. Pſal. 54. Dauid ille, ſiue aulicorum adulatione apud Regem inuidioſus, ſiue ipſe iam Rex regnandi profano tumultu, & aduerſariorum inimicâ hoſtilitate iactatus, ſolitudinem votis ambit: Quis, inquit, dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.* O quàm auidè expetit ſolitudinis quietem, vt ſibi, id eſt, Deo totus vacet, qui ſic erat regno neceſſarius? Tertullianus Apolog. cap. 21. Romanis reddit rationem, cur Cæſares qui tot Deorum turbam ſuperſtitioſiùs colebant, Chriſtum, Chriſtique religionem non ſuſceperint: Ea omnia, inquit, ſuper Chriſto Pilatus, & ipſe iam pro ſuâ conſcientiâ Chriſtianus, Cæſari tum Tiberio nunciauit. *Sed & Cæſares credidiſſent ſuper Chriſto, ſi aut Cæſares non eſſent ſeculo neceſſarij, aut ſi Chriſtiani potuiſſent eſſe Cæſares.* O pulchram exaggeratiùs hyperbolen? Quia Cæſares ſunt *ſeculo*, negotiiſque ſecularibus *neceſſarij*, non poſſunt Euangelicæ perfectioni vacare, nedùm eſſe Chriſtiani poſſunt Cæſares? Sic ſecularis negotioſè tumultus, vitæ Chriſtianorum obſtrepit? Idcircò rex Dauid ſeculo renunciat, & in ſolitudine manſionem expetit, vt veram veri Dei religionem obſeruare ſinceriùs eualeat? Si ita in ſeculo periclitatur, *ſeculo neceſſarius*; quid non timeat, qui vltroneus ſe ſuperuacaneè ſeculo ingerit?

Qui neceſſarius eſt ſeculo vix poſſe eſſe Chriſtianus dicitur.

Tertull.

---

§. XXV.

Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de fama ſuffragio valenter armata.

1. Tertullian. Laudatum ſemper illud Tertulliani: *Etiam in pace labore & incommodis bellum pati* milites *ediſcunt; in armis deambulando, campũ decurrendo, foſſam molliendo, teſtudinem deſiciando. Nemo enim miles de cubiculo ad aciẽ procedit, ſed de papilionibus, expeditus & ſubſtructus, vbi omnis duritia, & imbonitas, & inſuauitas cõſiſtit: vt quantò plus laborauerint, tantò plus de victoriâ ſperent.* Corpus aſſuetum tunicis, loricæ onus non fert; caput opertum linteo, galeam recuſat; mollem otio manum durus exaſperat capulus. Vt dici meritò poſſit: Quiſquis Regum pacem volet, etiam in pace arma paret. Factum id à Salomone, & à Regibus omnibus magnis. In pace certè bella meditari, prudentis Principis eſt: aſſueſcere etiam bello in alta pace, ſapientis eſt. Diu apparandum eſt bellum, vt ſemel vincas. Nullum præſidium ei ſuperuacuum eſt, qui hoſtilitatem pugnaciter minacem præcauet. Cui non ſatis præſidij abundè præcautum eſt, illi numquam ſatis victoriatum eſt. Nil bellatori ſuperuacuum eſt, quod aduerſarius in eo timere poſſit, & eiuſdem arcere ictus. Non offert munimen, ſed offert aduerſario terrorem: non auget potentiã, ſed potentiæ famam auget. Potentia verò bellatrix & vltrix hoſtibus manifeſta, potentiſſima eſt.

Diu apparandum eſt bellum, vt ſemel vincas.

2. Pſal. 44. v. 4. & 5. Regius Pſaltes ſic de Chriſto modulatè occinit: *Accingere gladio, tuo ſuper femur tuum, potentiſſime. Specie tuâ & pulchritudine tuâ intende proſperè, procede, & regna.* Quid eſt, quòd quem nuper ad bellum valenter armauit, & ad victoriales hoſtium ſtrages; nunc de emendatiori formâ, luculentâ ſpecie, & oris pulchritudine ſic magnificè commendat? Pulchrâne facies elegantiùs compta, an gladius in dexterâ crebris hoſtium cædibus dentatus, aduerſarios profligat, victoriam parit, trophæa erigit, & triumphum adornat? Multa multi ſuper hâc quæſtiunculâ Commentatoribus obuiâ, quæ aliâs perſtringebamus. Verùm Græci Patres in huius loci cõmentario ita ſcribũt: *Illud, Accingere gladio, vltricem eius deſignat operationẽ, dùm per nota nobis arma*

Græci Patres apud Cord.

Digitized by Google

hoc explicat. Alibi verò oſtendens, quàm ſit facile ipſi ſupplicium ſumere, & vt armis non indigeat, ait : Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. Pſal. 67. v. 2.

Dum autem armorum mentionem facit, vocauit illum potentiſſimum, vt oſtendat eum iſtis minimè egere, & omnem victoriam dexteræ eius attribuit, hoc eſt, naturæ. Profundè quidèm Græci Patres, expoſitione ſenſuum fertili. An *potentiſſimus* dicitur, cùm gladio potenter accingitur, etſi *armis non indigeat*, quia communi aliorum hominum mori ſe accommodat, nec in re gerendâ, à receptâ extrinſecùs cõſuetudine extraordinariè exorbitat ? O quàm eſt laudabile in re virtutis, non ambire de ſingularitate famoſum dici ! An *potentiſſimus* nominatur, cùm gladio potenter accingitur, etſi *armis non indigeat*, quia armorum ſtrepitu & apparatu, pauidum hoſtibus terrorem incutit ? an quia vel ſuperuacanea prouidus apparat, & ſtrenuus ſollicitè præſtruit, quaſi vltra neceſſaria prouideat, ne quid ad victoriam, quam ſollerter procurat, vllâ ratione deeſſe putetur ? An quia ac ſi parum foret eſſe potentem, potentem etiam apud homines videri procurat ? Sanè miriſſimum eſt, quòd *dum armorum mentionem facit, vocauit illum Potentiſſimum, vt oſtendat eum iſtis minimè egere.* Aut fortè ille *Potentiſſimus* dicitur, qui nullis, aut certè minimis indiget, quaſi de minori indigentiâ, magis ſibi ſufficiens, & minùs rerũ indigus, & indè potentior euadat. Itaq; redeo ad theſim, à quâ ſenſuum fœcũditas calamum tantiſper detorſit. nempe etſi armorum minimè indigus, cùm gladio accingitur, *Potentiſſimus* appellatur, quia apud homines parùm eſt eſſe potentem niſi potens videatur: exindè cum gladio accinctus potens apparet, tunc, tuncquidèm *Potentiſſimus* nominatur. Ergò qui pulchritudine naturæ potens eſt, nec armorum indigus ; cùm arma induit, armatúſque hominibus apparet, potentiſſimus nominatur.

In re virtutis, ſingularitatis fama non benè ambitur.

Qui potens eſt, dum potẽs apparet, potẽtiſſimus nominatur.

Qui minimo indiget, potentior dicitur.

3. Paullus ad Romanos 13. ſic illos, & in illis fideles omnes adhortatur ad Principium ſecularium obſequium : Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Vis autẽ non timere poteſtatem ? bonum fac, & habebis laudem ex illâ. *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſſâ gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit.* Omitto nunc, quòd Græcè bis reperitur vox διάκονος: paullò verò pòſt vbi noſter interpres habet *miniſtri enim Dei ſunt*, Grecè legimus λειτουργοὶ vt *Diaconia*, & *Liturgia*, id eſt, hoc miniſterium, non munere, ſed ratione diſtinguatur, de quo forſan ethicè aliàs. Quod verò ſequitur : *Si autem malum feceris, time*: & confeſtim cauſſam timoris addit: *Non enim ſine cauſſâ gladium portat,* hoc eſt, non fruſtrà, non temerè ; ſed vt palàm exertâ vi, & ſupremâ potentiâ terrorem incutiat. *Gladij* porrò nomine vitæ necíſque ſumma poteſtas ſignificatur: vndè apud Romanos lictores virgas, & ſecures Conſulibus præferebant, quò ſumma potentia proponeretur manifeſtiùs ad terrorem ſpectanda. Scitè Nazianzenus Orat. 27. adludens ad præſcripta verba : *Non enim ſine cauſſâ gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram,* ſic opportunè ſcribit : *Cum Chriſto imperium geris, cum Chriſto munus hoc adminiſtras : ab illo gladium accepiſti, non tam vt eo vtaris, quàm vt mineris, ac terreas. Quare tibi videndum eſt, vt illum tamquam donarium quoddam purum, & integrum ei, qui dedit, ſerues.* Itaque tametſi ſubiecti omnes populariter ſciunt, ſummam poteſtatem Principibus ineſſe, & vitæ necíſque arbitrium ; tamen gladium minaciter diſtrictum palàm præferunt, vt exerta vis, & potentia manifeſtior, pauidum *terrorem* acerbius incutiat, & delinquendi temeritatem metu præſcindant : ita vt præuij timoris ſuffragio, ſic ſceleroſam audaciam contineant, vt neceſsè non ſit illo quemquam ferire. Sic gladium, *tamquam donarium quoddam purum ac integrum ei, qui dedit, ſeruas !* quaſi vſus gladij, fidei depoſiti detrahat. Et ſanè dum *gladium portat*, dicitur, *Dei miniſter vindex in iram* : & *ira* nomine *ſupplicium* denotatur, vt communiter notant Interpretes. Procùl *ira* à Iudice pœnam duriùs infligente : at qui palàm *portat gladium*, & ſupremam poteſtatem coràm manifeſtat, ſic impios terret, vt eos contineat, ne ſupplicio tãquam furore ſaucientur. O quàm eſt atrociter acerba pœna, quam *ira* vibrat ! Tantum manifeſta potentia terrorem ingenerat?

Ad Rom. 13 v. 4.

Regium miniſterium dicitur Diaconia, vel Liturgia.

Gladius præfertur Principi, vt manifeſta potẽtia pro ſupplicio iram vibret.

S. Nazianz.

1. Regum 24. in deſerto Engaddi latitat Dauid periculosè fugitiuus. Saül enim cum armatâ manu illum immaniter ad cædem perſequitur. Qui ingreſſus eſt in ſpelæum, vt purgaret ventrem, vbi Dauid cum ſuis abſconſus latebat. Surrexit ergò Dauid, & illi parcens, *præcidit oram chlamydis Saül ſilenter.* Dein poſt Saülem è ſpeluncâ egreſſus, ſic illum alloquitur: Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Dominus in manu meâ in ſpeluncâ : & cogitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus. *Quin potiùs pater mi, vide, & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu meâ : quoniam cùm præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te* Tunc leuauit Saül vocem magnam, & fleuit : dixítque ad Dauid : Iuſtior tu es quàm ego : & tu *indicaſti hodie quomodò tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.* Saül autem adhuc malè animatus in Dauidem cum pauculis latitantem ; & ipſe tribus millibus valenter ſtipatus, confeſtim receſſit, quaſi Dauidi potentiori cederet. Quâ ſuper re ſic philoſophatur Chryſoſtomus homil. de Dauid & Saüle : *Proindè tu quoque ſi quando hoſtis tuus inciderit in mãnus tuas, caue putes eſſe datam vlciſcendi opportunitatem, ſed ſeruandi hoſtis oblatam occaſionem. Eóque tum maximè parcendum eſt inimicis, cùm illi fortè venerunt in poteſtatem noſtram.* Indè ſubdit, obiectans ſibi : *Quid magni, aut quid miri, parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate ?* Sanè parcendi potentia benignitate nota, tunc potentior apparet, quaſi à notione vires ſumat, & robur validiùs mutuetur. Profectò rex Saül præualidâ militum phalange ſtipatus, fugitiuum Dauidem adoriri feſtinat, reputans eum de fugâ imbellem, de latibulo impotentem, neque regiis phalangibus parem: at vbi primùm ex manifeſto præciſæ chlamydis indicio nouit, ſe in illius veniſſe *poteſtatem*, & penès Dauidem fuiſſe potentiam vitæ ac necis ; vitámque dediſſe hoſti, quem potuit nece cruentâ funeſtare, aduertens ſe *veniſſe in eius poteſtatem*, indè illam oculato teſtimonio noſcens, ſatiùs ratus illi cedere, illam pauidè fugit, domúmque redit, propriâ vitâ contentus ; imparem ſe viribus cenſens

4.

1. Reg. 24. v. 12.

S. Chryſoſt.

Nil magnũ parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate. quare?

Digitized by Google

cenſens, eius frangere potentiam, qui eam piâ inimici veniâ ſumptuoſiùs oſtendit. Imò fortaſſè dixerit aliquis de Dauidis benignitate Saülis ſeruatrice: *Quid magni, aut quid miri, parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate?* quaſi potentia ſubactione inimici propalata, ſui notione ſatis contenta, donandæ veniæ aduletur. Satis illi victoriatum eſt: quid vltrà magnificentius, potentius, aut generoſius ſperet?

5. Lucæ 22. v. 38.

Emere gladium iubet, qui ferire prohibet: quò potentia ad vltionem manifeſtetur.

S. Ambr. ibi. lib. 10.

Lucæ 22. Chriſtus Deus Paſſioni proximus, Apoſtolis dixit: Nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram: & qui non habet vendat tunicam ſuam, & emat gladium. *At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis eſt.* Non ſatis intellexerunt Apoſtoli Chriſti mentem, phraſim & cathacreſim. Chriſtus autem noluit Apoſtolis mentem ſuam explicare, ſed diſſimulauit, dicens, *Satis eſt.* Eleganter indidèm ad rem Ambroſius: *Vendat tunicam, & emat gladium. O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? Niſi fortè vt ſit parata defenſio, non vltio neceſſaria: & videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe?* Adſint, adſint gladij, & vltrix potentia validiùs præparata, ne vnquam ſtringantur, ſed videantur ſtringi poſſe. Præparetur vltrix potentia ad feriendum valida, non vt impetum faciat, ſed vt impetum glorioſiùs ſuſtineat, tantò patientiùs, quantò erat ad vltionem potentior; *& videar potuiſſe vindicari, ſed noluiſſe.* Sordido forſan animo adſcriberetur muta ad iniurias patientia, & velut inſenſibilis tolerantia; at de potentiæ vltricis oſtentatione, virtus micantiùs prænitet, & poteſtas generoſiùs ſublimatur.

Hic verſ. 2.

Hinc criminoſiùs culpatur Hebrææ gentis in Idololatriâ peruicax obſtinatio, quæ poſt miriſſimam Solis ſtitionem, & alia prodigioſa ſigna (ſi Hebræis traditionibus credimus,) vibratam Dei iram oſtentantia; & famem validam Hebræos hîc deuaſtantem; præſumunt ſe poſſe his plagis notam omnipotentiam fugâ in Moabitidem declinare. Proh Gentis ſtupor!

§. XXVI.

Hominum timore ſuam auctoritatem, pulchritudinem, & gloriam Chriſtus Deus adornat.

1. S. Clem. lib. 1. Recogn.

APud Clementem Romanum Apoſtoli Petri eruditior vox eſt: *Miror admodùm immenſam Dei patientiã, vt è contrario in nonnullis humanæ temeritatis audaciam.* Adeò vt quidam priſcę philoſophię ſcioli, quia tot ſceleroſis ſeculis tandiu non iratum, ſed pacatè beneficum Deum animaduertunt, impudentiùs putauerint, quòd Deus eſt *incurioſus, & negligens humanorum actuum*, & (vt ſic loquar) nemo hominibus.

Saluianus l. 1. de Guber.

S. Cypr. de Bono Patientiæ parùm à principio.

Non abit energia, quâ etiam de Dei patientiâ loquitur Cyprianus: *Qualis vero in Deo, & quanta patientia, quod in contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris,* &c. & infrà: *Cúmque habeat in poteſtate vindictam, mauult diu tenere patientiam.* Hæc S. Cyprianus à ſuo magiſtro Tertulliano ſapienter edoctus; qui hâc ſuper re in lib. de Patientiâ ſic eloquenter ſcribit: Iam primùm qui (Deus inquam) florem huius lucis ſuper iuſtos & iniuſtos æqualiter ſpargit; qui temporum officia, elementorum ſeruitia, totius geniture tributa dignis ſimul & indignis patitur ſimul occurrere, ſuſtinet ingratiſſimas nationes, ludibria artium & opera manuum ſuarum adorantes, *nomen cum familiâ ſuâ perſequentes: luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie inſoleſcentem, vt ſuâ ſibi patientiâ detrahat: plures enim Dominum idcircò non credunt, quia ſeculo iratum tamdiu neſciunt.* Videtur enim Deus ita ad ſuas iniurias obſurduiſſe, vt haberi à Gentibus poſſit impotens ad ſui vindictam. Sanè ſi iraſceretur in improbos, hanc improbam de Deo mentem forſan dediſcerent, nec eſſet eius manſuetudo Gentibus ludibrio. Indè Deus *in contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris, ſuâ ſibi patientiâ detrahere* perhibetur. Aſt ſi aduertas, Deus vel in ipſâ bonitate ac benignitate, ſe valdè timendum exhibet; quò magis homo diuinæ iuſtitiæ acerbitatem exhorreſcat.

Tertull. lib. de Patient. c. 2.

Deus in contumeliam ſuæ maieſtatis, ſuâ ſibi manſuetudine detrahere dicitur.

2. Regius Pſaltes videns præſagâ mente Chriſtum regem, eiúſque regnum, & pacatum aduerſùs ſceleroſos regimen, ita pangit: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime.* Nempè humano more inſinuat Chriſti Dei potentiam. Quaſi dicat: Non ſolùm Chriſto, aderit formæ pulchrior ſpecioſitas, & venuſtior ſermonũ perſuaſibilitas, Dei ſapientiæ congrua; ſed etiam expedita potentia ad vlciſcendum eos qui perſuaderi nolint, aut Euangelicæ perſuaſioni ore & moribus pugnaciter contradicunt. Hanc vltricem Chriſti Dei potentiam idoneè exponit ſumptâ metaphorâ Ducum armati ac numeroſi exercitus; qui ſuper femora gladios accingunt, & ad vltionem rebellium ſtrenuè parati ſunt. Appoſitè autem ſubdit Propheta: *Specie tua & pulchritudine tuâ intende, proſperè, procede, & regna.* Valdè ſudat ſagacior Interpretum induſtria, vt intempeſtiuitatem huius ſpecioſę *pulchritudinis*, nunc in Chriſto prædicatæ; litteraliter exponat. Quorsùm cùm Chriſto Deo (& ſi mauis Salomoni) gladium accingit, illi modulatur arma, ſcuto clypeat, dexteræ robur prædicat, in pharetrâ ſagittas parat ad vulnera hoſtiliter venenata, & impunè cruenta; de *ſpecie* ac pulchritudine, ſeu emendatioris formæ gratiâ illum glorioſè dilaudat? Quorsùm hæc tam aliena à fortitudine maſculâ, quam exacta hoſtilitas ad prælium requirit? Quæ ergò eſt hæc arcana in bello *pulchritudo*, quam nunc in Chriſto Propheta dilaudat? Græci Patres in Paraphraſi huius loci apud Catenam Corderij, ſic ſapienter locum exponunt: *Specie tuâ & pulchritudine tuâ, id eſt, ſpeciei tuæ & ſplendori tuo* (pro pulchritudine ſplendorem excribunt) *iunge etiam vlciſcendi potentiam. Intende, id eſt, fortiter age, vehementiùs inſta...... Et deducet te mirabiliter dextera tua, pro ſubiugabit tibi dextera tua, hoc eſt virtus tua tibi omnia ſubjiciet.* Nimirùm Chriſti Dei *ſpecies, pulchritudo, & ſplendor*, dicitur potentia ad vlciſcendum iniurias ſibi illatas, & ſtato tempore ſuos ſubiugandum, ac proculcandum inimicos. Vndè cùm anteuidet Propheta Chriſtum gladio ſuo præcinctum, totum modulatis armis cataphractum, & arcu ſagittis minaci inſtructum, vt audacem hoſtium impudentiam hoſtiliter detriumphet ac procul

Pſal. 44. v. 5.

Chriſti pulchritudo & ſplendor, dicitur vlciſcendi potentia.

Græci Patr. ibi.

Digitized by Google

ac proculcet; tunc, tunc quidèm qui *in contumeliam ſuæ maieſtatis & honoris, ſuâ ſibi patientiâ detrahere* dicebatur; iam nouo *ſpeciei, pulchritudinis & ſplendoris* nobili ac venuſto decore ornatus perhibetur: *Specie tuâ & pulchritudine tuâ, id eſt, ſpeciei tuæ & ſplendori tuo iunge etiam vlciſcendi potentiam.* O noua Chriſti ab acerbâ vltione pulchritudo!

3. Matth. 17. verſ. 2. Arabicus.

Matthæi 17. Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem in montem excelſum ſeorſùm: *Et transfiguratus eſt ante eos.* (Arabicus, *Et oſtendit gloriam ſuam coram eis*) *& reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* Et ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. *Et audientes Diſcipuli ceciderunt in facies ſuas, & timuerunt valdè.* Sanè intempeſtiuus videtur hic Apoſtolorum pauidus timor, cùm Chriſtus *gloriam ſuam eis oſtendit.* Quid de nube lucidâ metuant? quid de voce Patris Dei Filium ſuum palàm notificantis, & glorioſè agnoſcentis timeant? Quid in gloriâ Chriſti, eius Diſcipulis timorem incutiat? Putant nonnulli ideò tunc Diſcipulos valdè timuiſſe, quia hæc lucidior nubes, velut glorioſũ Chriſti ſoliũ, videbatur eis nouum quid, magnum, & diuinum parturire. S. Hieronymus inibi ait: *Humana fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet, ac toto animo ac corpore contremiſcens ad terram cadit.* Profectò res eſt miriſſima, & attentiori digna expenſione, quòd Chriſtus Deus *extendens gloriam ſuam coram Diſcipulis* chariſſimis, eos ſic grauiter exterruerit. An non cõplacentia in tantâ Magiſtri gloriâ, & auidum ſimilis gloriæ adipiſcendæ ſtudiũ, eorum pectora citiùs impleret, quàm timor ſegniter pauidus? Quid Dominicæ in Tabore gloriæ cum ſollicito pauidè Diſcipulorum metu? Gloria Chriſti minis territat ad Diſcipulorum timorem, an blandiori pellaciâ gratè ad ſui deſiderium attrahit dulci gloriæ blandimento? O arcanam viſæ gloriæ cum tanto pauore miſturam! Verùm Græci Patres exponentes illud Pſalm. 44. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime. Specie tuâ & pulchritudine tuâ,* &c. armorum minas terrorẽ incutientes, cum glorioſâ ſpecie ac pulchritudine ſubtiliter miſcent: *Specie tuâ,* aiunt, *id eſt, gladius, ſpecies eius, pulchritudo, auctoritas & gloria.* Alto quidèm ſtilo, Chriſti etiam in Tabore *ſpecies, pulchritudo, auctoritas & gloria,* quæ elogia in glorioſâ ſuâ trãsfiguratione Chriſtus ſpirat, & Diſcipulorum oculis ingerit; velut *gladius* eſt, & armorũ ſynonymon, quo illos terret, & pauidè in terrã proſternit. ô Taboris glorias timore honorandas! Beneuolentior de Magiſtri gloriâ cõplacentia, feſta exultim gratulatio, & adſpiratus illius obtinendæ fomes quodãmodò ſiſtitur; & velut à gloriâ metus è diuerſo exacuitur, quò etiam in gloriâ timendus oſtẽdatur. *Et Diſcipuli ceciderunt in facies ſuas, & timuerunt valdè,* ne vel in gloriæ oſtentatione, & oſtenſæ gloriæ benefico condeſcenſu, non timendus exhibeatur. Taboris gloria non eſt tantùm Dominicæ *ſpeciei, pulchritudinis, auctoritatis & gloriæ* index; ſed etiam dum metum afflat, *gladius* eſt, ſeuerioris potentiæ vindex. O time in Taboris etiam gloriâ timendum!

Matth. 17. verſ. 6.

S. Hierony.

Chriſtus vel in Taboris gloriâ ſe timendum oſtentat.

Pſal 44. v. 4. & 5. Græci Patres in Cõmentar. Corderij ibi.

4. Pſal 2. v. 9.

Regius Vates Pſ. 2. ſic Patrem Deum cum Deo Filio loquentẽ inducit: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & ego dabo tibi gentes hereditatem tuam. *Reges eos in virgâ ferreâ, & tamquam vas figuli confringes eos.* Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore, &c. Benè eſt, hereditatẽ ſuam, id eſt, omnium gentium regẽdos populos, Chriſtus Deus à Deo Patre expetat; ſed quare illos poſtulat *virgâ ferreâ,* & non potiùs blando regimine gubernandos? Scitè ſuper his Pſalmi verbis Græci Patres philoſophantur: *Reges eos in virgâ ferreâ. Seuerior regendi ratio virga nuncupata eſt; quâ peccatores & infirmi opus habent. Sed quis dat hereditatem, vt conteratur ab herede?* Mirum ſanè eſt, quòd Chriſtus petat hereditatem ſuam, vt illam conterat; miriſſimum autem quòd Pater Deus det hereditatem, vt ſic ab herede conteratur. Aut non debuit peti, quod ſic conterendum erat: aut quod ſic conterendum erat, forſan non debuit concedi. Reſpondet Origenes in Catenâ ibi: *Reges eos in virgâ ferreâ. Virga Dei, eſt poteſtas eius, & ſupplicium infidelium, ſcilicet in cruce; cuius quidèm materia lignea eſt, vis autem ferrea.* O benè! Crux Chriſti, Dei virga eſt, & quidèm ferrea? Sanè nihil dici excogitariue poteſt tam hominibus gratioſum, beneuolum, ac beneficium, quàm Chriſti Dei *crux*, illi dura, hominibus blandè dulcis; illi fellea, hominibus dulciſſimè mellea: illi ferrea, inhumana, immitis, quippe in quâ patibulatus probroſiſſimè occubuit, inſanis contumeliis appetitus, & cruciatibus peracerbè excoctus: nobis autem mitis, benigna, & beneficè ſalutaris, in eâ enim ſeuerior Dei iuſtitia deferbuit, & pro humanis ſceleribus redemptionem inuenit; inuenit indè iuſtus gratiam, peccator veniam, cælum incolas. Ergò ne Chriſti *crux*, erit Dei *ferrea virga*, quâ Gentes regit? O abſtruſum diuinæ ſeueritatis Sacramentum! ſiquidèm improbitati impudenter obſtinatæ, ipſa *crux* Chriſti, & eius paſſio velut effusè benefica, in *virgam ferream* recuditur, quâ impiorum duritiam potenter domet, frangat, expugnet. *Virga Dei, eſt poteſtas eius, & ſupplicium infidelium, ſcilicet in cruce; cuius quidèm materia lignea eſt, vis autem ferrea.* O! vel à Cruce, & Chriſti paſſione time.

Græci Patres in Cõment. ibi.

Crux Chriſti, Dei virga ferrea dicitur.

Origenes.

5. Pſal. 2. v. 9. S. Auguſt. ibi. Græcus. Aquila.

Adhuc autem emedullandus eſt idem locus & hiccè fœcundus: *Reges eos in virgâ ferreâ, & tamquam vas figuli confringes eos.* S. Auguſtinus legit, *conteres*; Græcè, *comminues*; Aquila, *allides.* Per vas figlinum ſeu teſtaceum *virgâ ferreâ* contritum, confractum, ac comminutum, ſupplicij ineluctabilis acerbitas viuaciùs exaggeratur, quod iidem Græci Patres pulchrè inibi expreſſerunt: *Tamquam vas figuli confringes eos. Quod autem facit virga ferrea vaſis teſtaceis, manifeſtè etiam conſpicitur Iudæis accidiſſe. Quouſque enim ſpem habebant reformationis, lutũ appellabantur.... Aſt vbi demum in malum proruperunt, & pro luto facti ſunt teſta, irreparabilem ipſis contritionẽ comminatur.* Sanè teſtaceum vas ſemel vtcumq; confractum, & præſertim *virgâ ferreâ comminutum, irreparabili* ruinâ conteritur, & in fruſtula viliſſimè inutilia perditur. O time à Deo irato, à Chriſto

Vas teſtaceũ virgâ ferreâ comminutum, irreparabili fractione perditur.

Græci Patres

Digitized by Google

Chriſto Deo ſcelerum vindice; ne te diu contumacem, & in ſui *honoris contumeliam* obtinatè refractarium, tamquam vas teſtaceum virgâ ferreâ conterat irreparabili æternùm ruinâ!

S. Hierony. Hic rel. 1. S. Hieronymus in quæſt. ſeu tradit. Hebraïcis in Paralip. cap. 4. ſic ex Hebræorum, non ex propriâ ſententiâ ſcribit de huius Elimelechi pœnaliſſimâ peregrinatione ac morte, & hâc durâ Iudææ fame: *Tradunt Hebræi hunc fuiſſe Elimelech virũ Noemi patrem Mahalon & Chelion, in cuius tempore Sol ſteterit, propter prauaricatores legis, vt tanto miraculo viſo, conuerterentur ad Dominum Deum ſuum. Quod quia facere contempſerunt, idcircò fames inualuit, & ille qui in tribu Iuda prior videbatur, famis inopiâ cum vxore & filiis, non ſolum patriâ pelleretur, ſed etiam in eâdem peregrinatione cum filiis moreretur.* &c. Vide hîc contumaciter rebelles, & diuinæ legis contumelioſè refractarios, tamquam vas figuli, contritione irreparabili comminutos. O Deum time, quiſquis ſalutem amas.

---

§. XXVII.

Non rem habere, ſed illâ non indigere, rem potentiùs & opulentiùs habendi arbitrium eſt.

1. INter ſuſpecta male viuitur. Quiſquis ſe multum fortuitis dedit, ingentem ſibi materiam perturbationis, & inexplicabilem fecit. Vna hæc via eſt ad tuta vadendi, & externa deſpicere, &

Publ. Mim. *Animus paruo contentus, & magna deſpiciens, magnus eſt.* honeſto contentum eſſe. *Nil magnum eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.* Cogitat enim vir ſapiens varios opulentioris fortunæ caſus, & in ſublimi maximè lubricos; tunc diu hianter appetita formidat, & quæ illum grauem aliis reddit, grauior ipſi felicitas incumbit: & quæ olim ipſi & ſemper aliis videbantur excelſa, iam ipſi prærupta ſunt. Tunc laudat otium lene & ſui iuris, paupertatem paruo contentam; odio eſt fulgor, & fuga iam à rebus adhuc ſtantibus quæritur, tamquam potentiæ & opulentiæ è diuerſo aſylum. Tunc demùm videas ſub inſolenter philoſophantis paradoxis (vt putant) ægræ fortunæ, atque exoſæ hactenùs paupertatis ſana conſilia.

Senec. epiſt. 95. *Nam quaſi iſta inter ſe contraria ſint, bona fortuna, & mens bona, ita melius in malis ſapimus, ſecunda rectum auferunt.* Sanè is eſt verè locuples, qui paupertati ſuæ aptatus eſt, & paruo ſe diuitem fecit: nam inſtructa inopia eſt, in diuitiis cupiditas. Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit; quaſi diues cupiditas, ſit locuples paupertatis cenſus. Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt, poteſt. Ingenuus naſceris, quid tot ſeruitutum genera, per multiplicis indigentiæ opinionẽ tibi ipſe multiplicas? O quantis non indigemus, & hanc exiguæ indigentiæ felicitatem nobis inuidemus! Incipit habere, qui contemnere incipit: quaſi opulentior felicitas, ſit contemptûs ſequela.

2. Matth. 19. verſ. 29. Matthæi 19. dixit Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Tunc Ieſus poſt ſui ſequelam, Dignitatum ſubſelliis ſublimiùs muneratam; ſic facultatum ſuarum abdicationem munerat: *Omnis*, inquit, *qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Magna ſanè, & prædiues promiſſio, ſed fortè eius merito inidonea. Porrò ſi meritum fuit, omnia reliquiſſe, vt relictis omnibus beatiùs viuat; quo pacto huic merito aptari poteſt, cẽtenaria eorundum multiplicatio opulentiùs acquirenda? O Domine, dum Euangelicam paupertatem doces, lucroſam auaritiam perſuades? Vidit hanc difficultatem S. Gregorius, & illam his verbis vrget: *Omnis qui reliquerit domum, &c. Centuplum accipiet. Neque etenim Sanctus quiſque ideo terrena deſerit, vt hæc poſſidere in hoc mundo multiplicius poſſit: quia quiſquis terreno ſtudio terram relinquit, terram non relinquit, ſed appetit.* Exindè ſapienter concludit per iſtiuſmodi centenariam multiplicationem, arcanam paupertatis perfectionem intelligi, ſic ad rem fatus: *Per centenarium numerum perfectio diſignatur. Quia quiſquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hîc perfectionem mentis recipit, vt iam ea non appetat, quæ contemnit . . . . . Centies itaque recipit quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens, terrenis non indiget, etiam ſi hæc non habet. Ille autem pauper eſt, qui eget eo quod non habet. Nam qui & non habens, habere non appetit, diues eſt. Paupertas quippè in inopiâ mentis eſt, non in quantitate poſſeſſionis. Nam cui in paupertate benè conuenit, non eſt pauper.* Ecce tibi *centuplum*, id eſt, grandius præmium, quòd omnes facultates ac fortunas ſuas deſerentibus Chriſtus promiſit: nimirùm eas exinceps non *appetere*, ſed *contemnere*; & firma etiam animitùs perſuaſio, quòd eis minimè *indigent*. Nam quiſquis minimo indiget, minimum *cupit*, & plura tamquam ſuperuacua *contemnit*. Vndè qui pro Chriſto *reliquit omnia*, & ſtrenuo *contemptu* nec pili ea facit; niſi hanc mentem degeneri voto deſueſcat, in huiuſmodi omnium deſertione, omnia in *centuplum* multiplicat, inopinato ſecularibus auctario: nam eorum *appetitum* refutat, *contemptum* acquirit, & *indigentiam* deſueſcit: indéque fit multipliciter ditior, vndè oppidò pauperior credi poterat. *Centies itaque recipit quod dedit, qui terrenis non indiget, etiam ſi hæc non habet. Ille autem pauper eſt, qui eget eo quod non habet. Nam qui & non habens, habere non appetit, diues eſt.* Luculenter quidèm Gregorius!

S. Gregor. lib. 2. homil. 18. in Ezechielem.

Centuplum accipis pro rebus abdicatis, qui minimo indigere ſe putat, lucroſo rerum contemptu.

Regius Vates cum Chriſto Deo per Salomonem adumbrato loquens, ſic fatur: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, Potentiſſime.* Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende proſperè, procede, & regna. Eccur illum gladio armat, quem numquam ſtringit? Sanè miriſſimum eſt, quòd gladio non ſtringendo in Salomone Chriſtum obarmet, & tunc eum appellet *Potentiſſimum.* Porrò gladius vaginâ clauſus minimè validam oſtentat potentiam, quam potiùs demonſtrat, cùm exemptus inimicos malè concidit, & cruentas edit ſtrages. Quare ergò cùm accingitur gladio numquam ſtringendo, tunc *potentiſſimus* nuncupatur? Luculenter ibi Græci Patres in eius loci Commentario: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, Potentiſſime. Dum autem armorum mentionem facit, vocauit illum Potentiſſimum, vt oſtendat eum iſtis minimè egere; & omnem victoriam dextera eius attribuit, hoc eſt, natura, ... Nullius enim illa indiget ſubſtantia* 3. Pſal. 44. v. 4.

Græci. Patr.

Potentiſſimus dicitur, & habere gladium, quia gladio non indiget.

ſtantia ad ea rectè agenda quæ propoſita ſunt. Itaque gladio tunc accingi dicitur, & arma habere, quò ſumptuoſiùs oſtendat, armis minimè indigere. Quaſi non tam habeat illud ipſum quod habet, quàm illud quo non indiget. Vndè *Potentiſſimus* nominatur, & dicitur habere gladium, cùm gladio minimè indiget. O potentiam & opulentiam facilè parabilem! Illa omnia potentiùs & opulentiùs habes, quibus minimè indigere tibi perſuaſiſti. Non tam quis habet ipſum quod habet, quàm quo putat non indigere. Ergò gladio illum accingens, & *armorum mentionem faciens, vocauit illum Potentiſſimum, vt oſtendat eum iſtis minimè egere.* Non rem habere, ſed illâ non indigere, opulentiùs poſſidendi arbitrium eſt. O quantis non indigemus! Si ſapis, ea omnia tunc meliùs poſſides.

4. Ne quis autem iuſtum opibus ac armis deſtitutum, egenum putet; atque opulentiâ potentiáque viduatum, eſſe inopiæ obnoxium, & diuitum violentiæ imbecillè expoſitum, ſic concinnè pangit Pſalmographus: *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, dum pauperis iuſti, inermis ac inoffenſi vitæ, ſaluti, ac reculis proſpicit. At tunc iuſtus ſponte pauper ſatis opulentus ac tutus eſt in paupertatis aſylo, cui diuina prouidentia præſtò auxiliaris adeſt, Sanè pro τὸ *Oculi eius in pauperem reſpiciunt*, in Hebræo legitur: *Oculi eius in pauperem abſcondunt ſe.* Quaſi medullitùs ſcrutetur, examinet ac penetret Deus quid huiuſmodi pauperi deſit, quid opis, quid ſubſidij aut auxilij tempeſtiuè impendetur pauperi, ne quid eorum quæ non habet, & habere negligit, illi vnquam deſit. Peritè ex Genebrardo notat inibi Corderius noſter, quòd nomen *pauperis*, in hoc & ſuperiori Pſalmo ſæpiùs repetitum, in Hebræo eſt חלכאים *chelcaim*, quæ vox & *pauperem*, & *exercitum* ſignificat. Dum enim diuites ac potentes oculos inſidiosè coniiciunt in pauperes, vt illos vi opprimant; non inermes, & omni præſidio carentes impugnant; ſed in eis validum *exercitum* diuinæ virtutis inſtructum, armatúmque in acie offendunt. Hinc Hieronymus vertit: *Oculi eius in robuſtos reſpiciunt:* pro quo apud Theodoretum, Chryſoſtomum, & Euſebium ſcribitur: *Oculi eius reſpiciunt orbem terræ.* Quaſi pauper iuſtus, qui res mundiales contemnit, toti mundo adæquetur: *quod de paupere iuſto Patres exponunt, qui toti mundo propter Deum renunciauit*, addit Corderius. Quid huius mundi deſit ei, qui tamquam nullius rei mundialis indigus, à ſe omnia cum Petro abdicauit? Benè toti mundo adæquatur, quaſi totum mundum poſſideat, qui totum à ſe mundum abiecit, quaſi nullâ re mundi prorsùs indigeret?

Pſal. 10. v. 5.

Hebræus.

Pauper idem eſt ac exercitus.

Genebrad. Corderius.

Qui totum mundum abdicauit, toti mundo adæquatur.

S Hierony. Theodoretus. Chryſoſt. Euſebius.

5. Chriſtus Deus, qui Matthæi 10. Diſcipulis ad prædicandum mittendis ſic iuſſit: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris; non peram in viâ, neque duas tunicas*, &c. Poſtmodùm paſſioni proximus, ſic eos ad Euangelij prædicationem inſtituit: *Quandò miſi vos ſine ſacculo, & perâ, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergò eis: Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram.* Benè eſt, Diſcipulos olim ad Euangelium prædicandum ſine ſacculo & perâ miſerit: nam vt dixit Sapientum quiſpiam: *Homines maximè admirantur eum, qui pecuniâ non mouetur*; eccur *nunc* hâc admiratione Diſcipulos viduare ſatagit, nouiter de eorum veſtitu & annonâ ſollicitus? S. Chryſoſtomus homil. in illum locum Paulli: *Salutate Priſcam.* &c. vtrumque Chriſti præceptum conferens, ſic eleganter philoſophatur: *Numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergò eis: ſed nunc. &c. Non enim ſimpliciter dixit eis: Tollite marſupiam, & peram: ſed priorum memoriam refricando, ſic dicebat: Cùm mitterem vos ſine marſupio & perâ, aliquidne deerat? Hoc eſt, nónne omnia vbertim vobis affluebant? Sed nunc* (ſcilicet quandò iubet, vt ſacculum & peram portent) *volo vos, & paupertatem experiri, & ea propter ad legem priorem obſtrictos nolo, neque à vobis idem quod anteà exigo .... non ita probati fuiſſent, ſi nullam vel afflictionem, vel inopiam, vel anguſtiam deguſtaſſent.* Et paullò antè dixerat; *Permiſit ipſiſmet ſuas ferre tentationes.* Nempè cùm olim Diſcipulos, quaſi nullius rei indigos miſit, ſine ſacculo & perâ, nihil illis in re vllâ defuit; ideóque ſic illos miſit, vt illis *omnia vbertim affluerent.* Nunc autem ſacculum permittit ac peram, in quâ nummos & annonam portent, vt *anguſtiam*, & *inopiam* experiantur permittens *ipſiſmet ſuas ferre tentationes.* O benè! ſacculus nummis refertus, & pera cibis plena, poſſidentis *tentatio* eſt, *anguſtia* eſt, *inopia* eſt? ſic eſt opulentia neceſſitatibus obærata, & ignobiliter tributaria? Imò & vice verſâ, ſic homo paruo contentus, paupertate diues eſt, vt ideò ſine ſacculo & perâ eſſe iubeatur, ne quid illi deſit, ſed ei *omnia vbertim affluant.* Totum habet, qui virtuti totus, omnia deſpicit. Non hìc attendit (ſi traditionibus Hebræorum credimus) ad hanc virtutis arcanam philoſophiam Bethlehemites Elimelechus, qui etiam ſub hâc dirâ *fame* in primis opulentus, ne quid opum in contribules expenderet, patriam deſerens, migrauit in Moabitidem; vbi interitum inuenit ſuum, immatura geminæ prolis funera, & improlis vxoris ac nuruum ſummam egeſtatem. Adeò vt Rutha, ſiue è regio genere, ſiue prænobilis mariti vidua deſertiſſima, ad vile ac mendicum ſpicilegium adacta ſit. Hæc in paupertate cum Boozi connubio opulentiam inuenit: Elimelech verò in opulentiâ inopiam quæſiuit.

Matt. 10. verſ. 9.

Lucæ 22. v. 35. & 36.

Tull. lib. 2. Offic.

S. Chryſoſt.

Opulentia dicitur tentatio, anguſtia, inopia.

Sine ſacculo mittuntur Diſcipuli, ne quid illis deſit.

Hìc verſ. 1.

---

§. XXVIII.

Res muta eſt, quam nominis ſignificantia reddit linguatam, nominis auſpicio, & vocabuli ſacramento.

SÆpè nomen non eſt nudum vocabulum abſque re; ſed rei virtus, & re ipſâ plenum, rem viuidè ſpirans. Nominis ſacramentum, velut operatorio actuosè ſermone celebratur, & res medullitùs latens, nomine deſcribitur, quod rem præloquatur. Nomina ipſa ſæpè Sanctorum merita indicant, reſtantur inſignia; ſyllabis ac litteris inſculpta, nominis priuilegio 1.

Res muta eſt, quam nominis ſignificantia facit linguatam.

Digitized by Google

legio opinatiſſima. Rei grauidum, de cælo allatum nomen eſt. Hinc illa Dei ad Abrahamum vox: *Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abraham, ſed appellaberis Abraham* Tantúmne in vnâ litterulâ beneficium? Scilicet Abrahamus quod fide credidit, nominis adiectione monſtratur, quandò & *Abram Abraham* è cælo conſultiſſimè nominatur, vt nomen ſit rei prophetia, & Dilatandus genere, priùs nomine dilatetur. Anteit nomen rei prærogatiuam, vt vocabulum beneficio prælucear, & rem ſuam ſumptioſiùs loquatur: res muta eſt, quam nominis elogium reddit linguatam.

Geneſ. 17. v. 5.

2. Lucæ 1. loquax Zachariæ incredulitas, ſignum ad fidem expetens, ſilentio mulctatur. Tandem puer naſcitur optatiſſimus, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Renuit conſtanter Eliſabeth, & Ioannem expetit nominari. Innuebant autẽ patri eius, quem vellet vocari eũ. *Et poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens. Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.* Scilicet cùm Zacharias pater eius, propter incredulitatem natiuitatis illius, ab Angelo Gabriële eſſet taciturnitate mulctatus, diuque mutus verborum diſpendio mentis ſecreta velaret; confeſtim nato Ioanne filio, cùm apud proximos eſſet contentio, quo nomine vocaretur, offeruntur patri tabulæ, vt vocabulum eius pro ſui arbitrio ipſe deſcriberet, & quod ſermone non poterat, litteris loqueretur. Tunc mirum in modum acceptis pugillaribus vt ſtylum figeret, linguam reſoluit, & litteras ſermone præuenit: & Ioannem non teſtatus eſt, ſed locutus. Pergit Ambroſius: *Videtis igitur ſancti Baptiſtæ meritum, vocem patri reddidit, ſacerdotis eloquentiam reparauit. Videte, inquam, meritum: os quod Angelus alligauerat, Ioannes abſoluit; quod Gabriel obſtruxerat, paruulus reſerauit. Reſpicite igitur Ioannem, quanta vis ſit eius vocabuli, cuius nuncupatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. Priùs enim erat tacens linguâ, ſterilis filio, priuatus officio: at vbi Ioannes naſcitur, fit repentè pater, Propheta, vel Pontifex; loquela vſum recepit, prolem affectio ſuſcepit, ſacerdotem functio recognoſcit.* Recognoſce hîc quàm ſit vel nomen Ioannis, bonorum vbertim fœcundum, cuius ſola nominatio tot ſimul edidit prodigia. *Recognoſce Ioannem, quanta vis ſit eius vocabuli, cuius nuncupatio reddidit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem.* Recognoſce etiam vter elegantiùs, Ambroſius, an Chryſoſtomus, qui in encomio de natali Præcurſoris ſic fatur: *O nouum, & alienum miraculum! Nomen Scribitur, & os patris, quod loqui non poterat, aperitur. Ioannes vocatur, & eius, qui vocat, lingua componitur, & concinnatur. Ecce ipſum Iuſti nomen, & os aperit ſilentij, & excitat linguam ad mouendum difficilem. Sic enim oſtenditur vox clamans Ioannes, quoniam ipſum quoque nomen, fit vocis operatio.* Sanè eloquenter Chryſoſtomus.

Lucæ. 1. v. 63. & 64.

S. Ambr. ſer. 64.

Ioannis nominatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem.

S. Chryſoſt.

3. Exhodi 2. Moyſes infantulus recèns natus, ſe ipſe ad necem vagitu prodit. Ergò in ſcirpeam fiſcellam incluſum & ad Nili carectum fluitantem, filia Pharaonis extrahit. Quem illa adoptauit in locum filij: *Vocauitque nomen eius Moyſes, dicens: Quia de aquâ tuli eum.* Non hîc morabor Commentatores, an ſit nomen Ægyptium, an Hebræum; veroſimilius enim eſt ex Ægyptiâ linguâ in Hebræam tranſlatum. Verùm inibi Lipomanus ex vocabuli ſignificantiâ, nominis ſacramentum auſpicatur: *Sic itaque*, inquit, *nomina infantibus imponuntur non importunè ab euentibus: & externis rebus aliquid præfiguratur à prouidentiâ Dei. Aquis extrahitur qui filios Iſraël de aquis tribulationis erat liberaturus; & per mare ſicco pede educturus.* Aliud in Moyſis nomine ſacramentum Auguſtinus legit: *A fluctibus myſticâ lingua Moyſes nomen accepit, & Pharaonis necem quam præparauerat in nomine, in flumine maris inuenit.* Vide in Moyſis nomine geminatum ſignificanter præſagium, quo & Dei populum per mare ſicco veſtigio educendum in Terram promiſſionis; & Pharaonis obſtinatè pugnacis, excidium Ægyptique naufragium præmonſtratur, & in vocabuli auſpicio tamquam tabulis deſcriptis legitur, nõ dubio nominis charactere iam tunc vtramque felicitatem feliciter ominante. Tantum nominis ſacramento licet!

Exhod. 2. v. 10.

Lipoman.

In Moyſis vocabulo geminata felicitas prælegitur.

S. Auguſt. in Catenâ Lipom.

Regius Vates Pſal. 131. ſic prophericè pangit: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Inimicos eius induam confuſione: *ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.* Scilicet Chriſto Deo hæc lucerna aut facula ante tot retrò ſecula præfulget, quæ illum præclariùs illuſtret; nempè vt & inimicos turpi pudore ſuffuſos detriumphet, & auguſtior ſanctificatio ſuper eum efflorear. Non conuenit inter Expoſitores, quæ nam ſit hæc ſanctificatio quæ ſuper Chriſtum effloreſcet. Hieronymus ſic locum excribit: *Super ipſum autem florebit diadema eius*; alij, *fulgebit corona eius*; alij, *illuceſcet Nazaræus eius*; alij, *Nazareitas*, aut *conſecratio ſua*; alij apud Chryſoſtomum, *florebit ſegregatum*, aut *ſegregatio eius*. quod perindè eſt, ac Nazaræus. Ceterùm Paullus Burgenſis ſic ex Hebræo locum excribit, & exponit: *Super ipſum autem efflorebit Nazareitas ſua, ſeu conſecratio ſua: quod pertinet ad Chriſtum, qui fuit per excellentiam Nazaræus. Vnde ex hâc auctoritate propriè iuxtà veritatem litteræ Hebraicæ acceptam, Chriſtus fuit propheticè à Dauid, Nazaræus vocatus tamquam habens Nazaræitatem. Vndè quod legitur Matthæi 2. de Chriſto: Vt adimpleretur quod dictum eſt, quia Nazaræus vocabitur, ad iſtam auctoritatem eſt referendum.* Quaſi Nazaræitas, vel quod ſit Nazaræus, ſit Chriſti nomen. Ex hâc forſan Burgenſis doctrinâ, aliqui recentiores vertunt: *Super ipſum autem efflorebit nomen meum*, vel potiùs, *nomen eius*. Itaque hæc lucerna ſeu facula, quæ ipſum illuſtret, propheticè præfulget Chriſto, quod ſuper ipſum effloreſcet nomen, quòd ſit ſua *Nazaraitas (quoniam Nazaræus vocabitur,) ſegregatio, conſecratio, diadema*, ſeu *corona*, quæ ſic *floreat* ſuper caput eius, vt illum pontificio ac regio inſigni ſumptuoſiùs adornet. *Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio eius, corona eius, conſecratio eius*, id eſt, *nomen eius*; nomen inquam, *quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Profectò Anonymus in Catenâ Græcorum Patr. præſcripta Pſalmographi verba ſic exponit: *Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Quid eſt ergò quòd dictum eſt? Mihi videtur hîc dicere proſperitatem, ſecuritatem, vires, Regnum, quæ ei ſegregauit ab initio. Hæc, inquit,*

4.

Pſal. 131. v. 18.

S. Hierony. *Tranſlationes variæ.*

S. Chryſoſt.

Burgenſis.

Nomen Ieſu eſt Sanctificatio, conſecratio, ſeparatio, & corona.

Matth. 2. v. 23.

ad Philipp. 2. v. 9. 10.

Anonym.

manebunt florentia, pullulantia, non flaccida, neque decidentia. Hæc, inquam, omnia in nomine præſcripta, rem nominis auſpicatò augurantur, & indubiè prophetant.

5. Pſal. 2. v. 8. Regius Propheta Pſalmo 2. hæc Dei Patris ad Chriſtum Deum verba refert *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te* quo tota Filij Dei diuinitas cenſetur, & eiuſdem appendices gloriæ. Mox autem ſubdit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et quomodò Pater Deus poſtulat à Chriſto, vt ipſe ab ſe poſtulet ſuam Gentium hereditatem, & regna mundi omnia in ſuam ipſius poſſeſſionem? Quænam eſt hæc vniuerſæ terræ poſſeſſio, & latè opulenta Gentium hereditas? An non hæc omnia diuinitatis titulo Chriſtus Deus poſſidebat? Rem iam poſſeſſam petit, an rei poſſeſſæ vocabulum expoſcit, vt quod res ipſa eſt, nomen etiam manifeſtet? S. Hilarius vt præſcripta Pſalmographi verba exponat, aduocat præfata verba Paulli ad Philippenſes 2. *Et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloriâ eſt Dei Patris.* (ad Philipp. 2. v. 9. &c.) Itaque Hilarius vtrumque locum mutuò conferens, ex altero alterutrius expoſitionem modulatur. Sic ergò fatur Hilarius: (S. Hilarius.) *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes, &c. Et donauit illi nomen &c. Poſt mortem crucis in nomen quod eſt ſuper omne nomen exaltatur. In Deum namque quia nullum vltrà Deum nomen eſt, proueh itur: eique hoc petenti, id eſt, quòd eſſet quod fuerat antè, donatur. Accepit deindè poſſeſſionem omnium finium terræ, id eſt, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* (*Chriſtus poſtulat, vt quod iure præhabet, nomine præferat.*) Videlicet dum Pater Deus à Chriſto petit, vt ipſe à ſe petat Gentes hereditatem ſuam, & poſſeſſionem ſuam terminos terræ, id eſt, peramplum regnorum omnium imperium: id petit, vt quod iure ſuo præhabet, in exaltato nomine præferat; & hæc perampla auguſtiùs poſſeſſio, & ſua omnium Gentium hereditas, in nomine deſcribatur. Datur ergò illi nomen Ieſu, & in nomine inſculptum omnium imperium: *Poſt mortem crucis in nomen quod eſt ſuper omne nomen exaltetur. Accepit deindè poſſeſſionem omnium finium terræ, id eſt, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum* &c.

6. Hic verſ. 2. In hoc cap. 1. verſ. 2. quidam vir Ephratæus ingraueſcente fame peregrinatur in Moabitide: *Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi.* Sanè Elimelech Hebraicè idem eſt quod, *Dei mei Rex.* Iam indè prænuncians in auſpicio nominis, ex ipſo, id eſt, ex eius legali ſobole naſcituros tot Reges, è quibus Chriſtus Deus. Additur: *Et vxor eius (vocabatur) Noëmi.* (*Noëmi, id eſt pulchra, amœna, ſplendor.*) Noëmi Hebraicè idem eſt quod *pulchra, ſuauis, amœna,* qualis hæc fuit verbis ac moribus. Rabbi Salomon ait eam dictam *Noëmi*, propter illud Pſalmi: *Sit ſplendor Domini Dei ſuper nos:* nam ibi pro τὸ *ſplendor,* Hebraicè eſt *noam.* (R. Salomon. apud Corn. ibi. Pſal. 89. v. 17.) Quod eſt huius matronæ grandius elogium, in eius vocabulo fauſtè ominatum, nominis ſacramento.

§. XXIX.

Chriſtiana philoſophia humanam gloriolam Deo victimat, & Diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit.

PRofectò ſi quempiam videro celebrem ſecundis vocibus vulgi: ſi eo intrante, clamor, 1.
plauſus, & pantomimica ornamenta obſtrepuerint, ſi totâ ciuitate illum feminæ puerique laudauerint; quid ni ego illius miſereat, cùm ſciam quæ via ad iſtum fauorem, & gloriæ faſtū ducat; quàm ſit gloriæ indignus, qui gloriam ſic captat. Euangelica autem philoſophia, illius ſtudioſo præſtabit, vt æſtimet iudicia, non numeret, vt malit ſibi placere, quàm populo, Deo malit placere, quàm ſibi, Dei gloriam, non ſuam exambiat; imò & ſuam gloriam in humilitatis officinâ, in diuinam excudat. (*Chriſtiana philoſophia humanam gloriam Deo non ſibi victimat.*) O quàm ignorant homines gloriæ cupidi, quid illa ſit, & cui tota meritò debeatur! Res glorioſa eſt non laudari, & eſſe laudabilem; glorioſior ſanè eſt, gloriam dignè mereri, & illam totam in gloriæ auctorem fidelitet regerere piâ quâdam gloriæ prodigalitate, quâ nihil ſibi ex illâ auarè detrahit, vt ſincerè totam in Deum referat, iuxtà illam Euangelij gnomen, à Chriſto Chriſtianis præſcriptam: (Matth. 5. v. 16.) *Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* (Hic verſ. 2.) Quo vno verbo omnis humanæ gloriæ auaritia Deo victimatur. Bonus hîc *Elimelech,* qui ſecundùm nominis ſui elogium, *ſtare facit ſolem*, qui dies noctéſque luceret; quem opere ſuo ſemper ſpectaret. Conſule ſuprà dicta §. 3. n. 19. & 21.

Exhodi 17. Dei populus ex Ægypto profugus, 2.
per eremum vaſtè inuiam, rudis viator incedit. Amalec verò fraternæ quondam ſimultatis inuidioſè memor, innoxiæ genti armatus occurrit, & pugnabat contrà Iſraël in Raphidim. Dixitque Moyſes ad Ioſue, vt armaret exercitum, & hoſtibus repugnaret. Dum autem vtrimque acies acerrimè confligunt, Moyſe *manus* ſuas leuante, vincit Ioſue; ſin laſſitudine paullulùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Qui tandem male cōciſus eſt, & ſtrenuè fugatus. Et cùm *manus* Moyſis ac Ioſuæ poſſent certare de triumphali victoriæ opportuniſſimè gloriâ; an huic *manus* cum hoſtibus conferenti, an illi ad cuius *manuū* eleuationem, res benè aut malè cedebat? ædificauit Moyſes altare Domino: & vocauit nomen eius: *Dominus exaltatio mea*; vel, vt Cornelius vertit, *Dominus miraculum meum.* (Cornel. ibi. Exhod 1. 7. v. 16.) Confeſtim verò ſubdit ſacer Hiſtoricus: *Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contrà Amalec.* Chaldæus Paraphraſtes ſic explicatiùs ad rem locum excribit, & exponit: (Chaldæus.) *dictum eſt hoc a facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, vt committatur prælium à facie Domini contrà viros domûs Amalec.* Nouus ſanè in Bibliis loquendi modus. Quæ nam eſt hæc *manus ſolij Domini*, aut *Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ?* (*Manus ſolij Domini, cur dicuntur manus ſolium domini.*) Tantóne verborum apparatu, victoria de barbaris Amalecitis celebranda fuerat? Quorsùm quandò poſſent forſan de victoriæ gloriâ contendere *manus* Moyſis orantis, & præliantis

Digitized by Google

Gothica tranſlatio.

liantis Ioſue, *manus ſolij Domini* victorialis proponitur? Opinor, rem retigit Gothica tranſlatio apud noſtrum Marianam ibi, quæ pro *manus ſolij Domini*, habet, *Manus ſolius Domini* (an Hebrææ origini conformetur, alij examinent) Altè quidèm ad rem ethicam, *Manus ſolij Domini*, ſeu manus eius, *cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*, dicit, *manus ſolius Domini* Scilicet Dei *maieſtas*, & *gloriæ ſolium* eſt, quandò *manibus ſolius Domini* tota victoriæ gloria tribuitur; nec pars gloriæ *manibus* Moyſis aut Ioſue ambitiosè hæret ob miniſteriale *manuum* officium, quod vterque exhibuit in prælio. O ſynonyma moraliſſima! *manus ſolij Domini*, & *manus ſolius Domini*. Sic largè vtrique dedit vires ad prælium, & victoriæ felicitatem; illius gloriam velut auarè ſibi vendicat?

3. Iſaiæ 48. v. 9. & 11.

Iſaias cap. 48. ſic ad populum Dei, Dei nomine loquitur: *Propter nomen meum longè faciam furorem meum.* (viderit pius lector, an hæc poſſint accommodari idoneè noſtræ Societati quæ Ieſu nomine nobiliter inſignitur) *Laude meâ infrenabo te, ne intereas ..... Propter me, propter me faciam, vt non blaſphemer: & gloriam meam alteri non dabo.* Lxx. Interpretes pro τὸ *laude meâ infrenabo te*, ſapienter reddunt: *Glorioſa mea inducam ſuper te.* Ne verò præ gloriæ amplitudine arroganter efferatur, & tot egregia opera ſuperbè arroget ſibi, de illiſque ambitioſiùs glorietur, & elatè ſuperbiat, vanæ gloriæ frenum iniicit, & Protoparentis Ignatij generoſo ſtemmate inſignit, nempè, *Ad maiorem gloriam Dei.* Opportunè pariter ac piè Foretius præſcripta Iſaiæ verba, *Laude meâ infrenabo te*, ſic ex Hebrææ origine notanter excribit: *Laudem meam obſignabo tibi.* Quaſi dicat Deus (ait ex eo Cornelius:) *Ego laudem meam inducam ſuper te, téque eâ quaſi ſigno & charactere meo obſignabo*, vt appareas mihi quaſi materia, ratio, & cauſſa laudis meæ; itáque hæc laus mea pro te intercedat, téque ſemper comitetur, tegat, & protegat, imò te ſpecioſum & amabilem in oculis meis reddat, vt, ſi te delere velim, non poſſim, ſed protinùs meminerim laudem meam pariter interitutam, cùm enim te aſpicio, laudem meam aſpicio. Hactenùs ille. Itaque primò ait Deus, Beneficè agam in te *propter nomen meum.* Dein addit: *Ego laudem meam* (id eſt gloriam meam) *inducam ſuper te, téque eâ quaſi ſigno & charactere meo obſignabo.* Demùm vt propriæ gloriæ ambitio frenetur, concludit: *Propter me, propter me faciam: & gloriam meam alteri non dabo.* Liceat accommodatitiè ſic ex Foretio veliturі.

Societas Ieſu diuina gloria ſtemmate, & quaſi charactere inſignitur.

Foretius.

Cornelius.

4. Pſal. 113. v. 9.

Dauid quondam ærumnoſus, ſui, vel calamitoſi etiam populi nomine, Pſal. 113. præluſtrem à Deo liberationem expetit, aiens: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam* .... Ne quandò dicant Gentes, *Vbi eſt Deus eorum*? nempè, Nullibi eſt, Nullus eſt. Aiguanus in repetito pronomine (*non nobis non nobis*) attendit Iudæos & gentiles, quia neutrorum debebatur meritis *gloria*, ſed vni Deo. Scitè Chryſoſtomus ſuper hâc pronominis conduplicatione philoſophatur: *Non nobis Domine*, inquit, *non nobis, oſtendens magnam indignitatem eorum qui ſeruantur, ſed nomini tuo da gloriam.* Itaque geminatâ confeſſione ſuam gloriæ indignitatem palàm fatetur, & renuntiatione iterùm repetitâ, ſibi cognatam propriæ gloriæ appetentiam recuſat, eámque ſoli Deo quaſi in Deitatis ſtipendium, vnicè deberi profitetur. Sic autem ſe deſpoliat cognatâ ambitione propriæ gloriæ, & eam totam in Deum transfert, vt ſuæ gloriæ detrimento, & contumelioſâ deſertione, diuinæ gloriæ compendium ſollerter exambiat. Audiendus eſt hâc ſuper re inibi Cæſarienſis Euſebius ſic fatus: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Ne quandò dicant Gentes, Vbi eſt Deus eorum? &c. Sed ne vnquam iſtiuſmodi ſermonem proferant, concede ac tribue nobis miſericordiam tuam: etſi enim nos non ampliùs viſitatio tua gubernet, attamen credimus te in cælo eſſe, & facere quæcumque volueris.* Itaque nunc Dauid, & cum eo Dei populus ærumnosè afflictatus, de manu Dei ſibi immeritâ liberationem obnixiùs expetit; cuius liberationis gloriam geminato repudio à ſe ablegat, & Deo pleniùs adſcribit. Adeò vt malit exinceps velut carere beneuolâ Dei *gubernatione*, & beneficâ ergà ſe prouidentiâ viduari, quàm imminens diuinæ gloriæ diſpendium experiri. Ne, inquit, tua gloria, aut de noſtrâ ambitiosè vſurpatione, aut de impudenti Gentium obtrectatione, vnquam periclitetur, malumus nos beneficâ tuâ *gubernatione* quodammodo deſtitui, quàm vt tu tuæ gloriæ diſpendium ſubeas, *etſi nos non ampliùs viſitatio tua gubernet.* Sic etiam Paullus eſſe *anathema* pro Chriſti gloriâ percupiebat. Ecce tibi Dauid conduplicatâ repulsâ pertinaciter importunam humanæ gloriæ ambitionem à ſe ablegat, & diuinæ clementer *gubernationis* iacturâ, diuinæ gloriæ auctarium redimere ſatagit: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam; etſi nos non ampliùs viſitatio tua gubernet*, &c.

Aiguanus.

S. Chyſoſt.

Dauid diſpendio diuinæ ergà ſe gubernationis, diuinæ gloriæ compendiũ mercari ſatagit

Euſebius in Caten. Græc. Patr. ibi.

5. Eſther 14. v. 16.

Eſther de ſeruili conditione ad regni thronum ſublimata, ſicut aliquâ diuinæ gloriæ auaritiâ, ita humili ſuæ deiectionis ambitione tacta, Deum alloquitur: *Tu* ô Deus *ſcis, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum, in diebus oſtentationis meæ*, Non eſt mirum, quòd ſic deteſtetur, & exoſam habeat regni coronam, tanquam ſuperbæ *gloriæ ſignum*, dum diuinâ miſeratione, quæ in Deum regerit omnem gloriam, coronari ambit iuxtà illud Pſalmographi: *Qui coronat te in miſericordiâ, & miſerationibus.* Porrò huius coronæ materia, & argutus in eâ artificis labor, Dei miſericordia eſt, & indebitus gratiæ fauor: in Deum ergò gloria referenda eſt, qui in meritis noſtris ex ſuâ gratiâ partis, victorialem nobis coronam fabricauit. Pulchrè inibi Auguſtinus *Qui coronat te in miſericordiâ & miſerationibus*, ait: *Gaudeamus, quia nos vicimus. Qui in nobis victi ſumus, in illo* (Deo) *vicimus. Ergò coronat te, quia dona ſua coronat, non merita tua.* Sanè non tam merita noſtra, quàm dona ſua in nobis coronat, qui in miſericordiâ coronat. Ingratiſſimè humanæ gloriæ auarus eſt, & de rapaci ambitione culpandus, qui glorioſam diuinæ gratiæ coronam, ſibi vſurpat furaci gloriæ furto. Hanc propriæ gloriæ coronam moraliſſimè abominatur Eſther, tanquam *ſignum ſuperbiæ & gloriæ, in diebus oſtentationis ſuæ*, clamans cum Dauide: *Non nobis Domine non nobis ſed nomini tuo da gloriam; qui coronat* nos in *miſericordiâ.* Præmaturè adumbrans illud Apocalypſis

Pſal. 101. v. 4.

S. Auguſtin.

Eſther coronam abominatur, & Dei opera ſe coronari ambit.

Digitized by Google

Apocal. 4. verſ. 10. Arabicus. Syrus.

calypſis : *Procidebant vigintiquattuor Seniores ante ſedentem in throno , & mittebant* (Arabicus *relinquebant*, Syrus, *proiiciebant*) *coronas ſuas ante thronum , dicentes : dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem : quia tu creaſti omnia.* Scilicet ante ſolium gloriæ Dei, cæli Proceres *proiiciunt coronas* ; regni coronam, tanquam *ſignum ſuperbiæ & gloriæ* ſuæ. Eſther abominatur humanæ gloriæ coronam in eum referens, *qui coronat* nos *in miſericordiâ*.

2. Reg. 12. verſ. 30.

Dauid muneribus ad diuini cultûs gloriam donatis, ſumptuosè coronatur.

Cornel. in lib. 2. Reg. c. 12. v. 20.

6. 2. Reg. 12. expugnatis ſtrenuè Ammonitis, *Tulit* Dauid *diadema Regis eorum, de capite eius, pondo auri talentum , & impoſitum eſt ſuper caput Dauid.* Aſt tantum auri pondus, putà talentum, Dauid capite ſuo geſtare non potuiſſet. Talentum enim Hebræum centum viginti libras continebat Citò dicam cum Cornelio: *Partem ergò talenti Dauid imponit coronæ ſuæ, reliquum verò in Templi ornamenta diſtribuit.* Itaque corona Melchon, ex eius capite ablata, Dauidis capiti imponitur: non enim tantùm coronatur regium Dauidis caput, parte auri in fabricandâ coronâ impenſi ; ſed potiori etiam auri portione quam *in Templi* Dei *ornamenta diſtribuit*, & diuino cultui ac gloriæ dedicauit. O glorioſè pretioſior corona, quæ Regum capita ſumptuoſiùs adornat: Aurum quod in Dei gloriam impenditur, Dauidicæ coronæ glorioſior pars eſt.

§. XXX.

Facilis, hilaris, & expeditè prompta mors; mortis meditata, & indè proba vita ſtipendium eſt.

1. MAgnum æternitatis negotium in manibus eſt, & ethicum negotium, in otium ſubtilitatibus refingimus. Quid agâ? mors me ſequitur, fugit vita: aduerſùs me doce aliquid: effice ne mortem fugiam, vita me non effugiat. Doce non eſſe poſitum bonum vitæ in ſpatio eius, ſed in vſu: poſſe fieri, imò ſæpè fieri, vt qui diu vixit, parum vixerit. Dic mihi dormituro, potes non expergiſci: dic experrecto, potes non dormire ampliùs. Dic exeunti, potes non reuerti: dic redeunti potes non exire. Erras ſi in nauigatione tantùm exiſtimas minimum eſſe, quo morte vita diducitur. In omni loco æquè tenue interuallum eſt. Nam vbique ſe mors tam propè oſtendit, vbique tam propè eſt. Has tenebras diſcute, & præclara in morte facula tibi prælucebit, quæ horrorem mortis excutiat: ſic non tam mors, quàm vitæ exitus erit facilis, iucundus, placidus. Cruda ſemper mors eſt, nihil de eâ cogitanti: *Tu autem mortem vt numquam timeas, ſemper cogita.*

Qui mortem ſemper cogitat, numquam timet.

Seneca epiſt. 30.

2. Petr. 1. verſ. 14.

2. 2. Petri 1. Iuſtum, inquit, arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione: *Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus Ieſus-Chriſtus ſignificauit mihi.* Interpretes communiter *τὸ velox depoſitio tabernaculi*, pro exiguo vitę ſpatio decurrẽdo, morte iam iam inſtante, meritò accipiunt. Adde etiã quòd *τὸ velox*, ſignificare etiã poteſt idem ac facilis, adſpectu ad tabernaculi depoſitionem, cuius metaphorâ Apoſtolus vtitur. Porrò cùm hoſtis caſtrametatus caſtrametatum etiam hoſtem recedentem inſequebatur, cùm perticas, quas figebant in terrâ ad prehendendos tabernaculorum funes, facile refigebant. quo parùm in reuulſioni morati, hoſtem inſequerentur; felix victoriæ omen putabatur. Ait ergò Petrus: *Velox eſt depoſitio tabernaculi mei*, id eſt, & citò, & facilè fiet: conti tabernaculi mei non altè in terrâ radicantur, & indè facile & exprompte refigentur; quò fauſtè ominari liceat, meæ mortis victoria, dum ſic velociter ac facile mei tabernaculi depoſitio peragatur. Ceterùm Strabus Fuldenſis in Gloſsâ inibi, ita ſcribit: *Velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Pulchrè non mortem, ſed depoſitionem vocat, quia ſic eſt famulis Dei carnis retinacula eruere, ſicut viatoribus confecto itinere domum propriam pro habitatione tabernaculi adire: ſicut poſitis in expedione, proſtrato hoſte ad patriam redire.* Veloci, facili, ac expromptæ tabernaculi depoſitioni ſic gratulari licet, ac ei, qui de caſtris ad victoriam, aut de victoriâ ad patriam triumphalis redit.

Velox, id eſt, facilis, & victorialis dicitur tabernaculi Petri depoſitio. quare?

Strab. Fuldenſis.

3. Hæc expedita *velocitas*, & glorioſa facilitas, quâ refixum eſt Petri tabernaculum, ſeu mortem ipſe vltrò ſubit, quod ei à Domino ſignificatum ait (*Secundùm quod Dominus noſter Ieſus-Chriſtus ſignificauit mihi*) exponitur à Commentatoribus, de illâ celebri apparitione Chriſti dicentis Apoſtolo, *Iterum venio crucifigi* (verba ſunt Hegeſippi,) *Intellexit Petrus de ſuâ dictum paſſione, quod in eo Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis: non vtique corporis dolore, ſed quâdam miſericordia compaſſione, aut gloria celebritate.* O glorioſè velox, & velociter prompta Petri mors, in quâ, ac ſi eius *vulnera inuidioſa, apud Chriſtum* forent, ipſe Chriſtus pati dicitur *quâdam miſericordia compaſſione:* & (quod mirere magis) quâdam etiam *gloria celebritate.* Hem! in *veloci depoſitione* Apoſtolici *tabernaculi*, hoc eſt, in ſpontaneâ Petri morte, *gloria celebritate* Chriſtus patitur? O *gloria celebritas* in veloci Petri morte, quæ glorias vbertim in Chriſtum reuerberat! Nimirùm dum compatitur Chriſtus in acerbiore Petri morte vltrò oppetitâ, non funeſto compaſſionis luctu, ſed feſtâ *gloria celebritate* eam proſequitur. Refigit enim Petrus *veloci depoſitione tabernaculum*, ſuum, aut recedentes hoſtes fauſtè victurus; aut partâ victoriâ rediturus ad patriam.

Chriſtus in Petro patitur, aut miſericordia compaſſione, aut gloria celebritate.

Hegeſip. l. 3. c. 2. apud Gloſſ.

Tertull. alibi expenſus.

4. Geneſeos 2. recens creatum hominem, immortalitatis priuilegio inexterminabilem, in paradiſum Deus beneficentiùs tranſtulit. Præcepitque ei vt ab vnâ arbuſculâ temperaret, cuius edulem ac ſapidum fructum interim importunum nouerat: *In quocumque*, ait, *die comederis ex eo, morte morieris.* id eſt, mortis certæ ſententiam ex neceſſitate incurres. Vnde Symmacus vertit *Mortalis eris.* Ita Hieronymus, Auguſtinus, Theodoretus. Sed vereor, vt minæ mortis, eiúſque recordatio aut metus, fortunatiſſimum paradiſeæ fœlicitatis ſtatum improſperet. Imò, ſi homo ſaperet, etiam felicitaſſet: *Námque inde perire poſſe datum eſt cunctis, vt viuere dulciùs eſſet.* (quod ex Mario Victor. aliàs expendebamus) Et ſanè ſi primæui delicti pœna fuit immortalitatis amiſſio, mortis incurſio, & paradiſi exilium; hæc eadem diu meditata mors, & ſpontaneâ promptitudine ſuſcepta,

Geneſ. 2. v. 17.

Symmach. S. Hierony. S. Auguſtin. Theodoret.

Poſſe mori, gratia vita eſt.

Mar. Victor. ante lib. 1.

cepta,

Digitized by Google

cepta, præmij titulo meliùs recuperat. Eleganter S. Cyprianus Epiſt. 56. hâc ſuper re ita ſcribit: *Si mortem poſſemus euadere, mortem meritò timeremus: porrò autem cum mortalem mori neceſsè ſit, amplectamur occaſionem de diuinâ promiſſione, & dignatione venientem; & fungamur exitu mortis cum præmio immortalitatis.* Ecce tibi bona mors, non fugienda, ſed vltrò *amplectenda* dicitur; quippe quæ mortalitatis minas, & ſententiam mortis pœnaliſſimè incurſæ, refingit in *diuinam promiſſionem, & præmium immortalitatis.* O! ſic bona mors diu præmeditata, & vltrò ſuſcepta atque expetita, mortis ſententiam, in vitæ *promiſſionem*; & *mortalitatis pœnam, in præmium immortalitatis* reformat? Sic iuſtorum morti exultim gratulandum eſt? Sic glorioſus Chriſtus in moriente Petro patitur *gloria celebritáte?*

S. Cyprian. *Bona mors, mortis pœnam in præmium immortalitatis reformat.*

5. Paullus ad Philipp. 1. ita ſcribit: *Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum .... Coarctor autem è duobus: deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* &c. S. Hieronymus lib. contra Ruffinum, pro τὸ *diſſolui*, habet, *reuerti.* Quid? Paullúſne cæli ciuis, & terræ inquilinus eſt? Profectò *reuerti* quis non poteſt, niſi eò vndè venit. Venítne è cælo, qui per mortem diſſolutis corporis vinculis, ad Chriſtum redire percupit? O Paulli ad mortem hiantia vota, quò per vitę exitum ad Chriſtum pergat! Eloquenter Cyprianus: *Eius eſt*, inquit, *mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire; eius eſt ad Chriſtum nolle ire, qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare..... Amplectamur diem, qui ſignat ſingulos domicilio ſuo, qui nos iſthinc ereptos, & laqueis ſecularibus exolutos Paradiſo reſtituit. Quis non peregrè conſtitutus properaret in patriam regredi? quis non ad ſuos nauigare feſtinans ventum proſperum auidiùs optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Patriam noſtram Paradiſum computamus, parentes Patriarchas iam habere cupimus, quid non properamus & currimus, vt patriam noſtram videre, vt parentes ſalutare poſſimus?* Ecce tibi mors, non tam eſt vitæ exitus, quàm optatiſſimus in patriam *regreſſus.* Hinc Paullus deſiderium habens à corpore per mortem *diſſolui*, per huiuſmodi diſſolutionem, ad Chriſtum *reuerti*, ſeu in cæleſtem *patriam regredi* exoptat. Heu! *eius ergò eſt mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire.* Quid mirum, ſi Achimelechi & filiorum, à populo Dei malè recedentium, cruda & peracerba mors fuerit?

ad Philip. 1. v. 21. & 23.

S Hierony.

Per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat.

S. Cyprian. lib. de Mortal.

Qui mortem [illegible]*, non vult ire ad Chriſtum.*

Hic verſ. 3. & 4.

6. 1. Regum 15. in excidio Amalecitarum re malè geſtâ per Saülem, dixit Samuel: Adducite ad me Agag regem: *Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus, & tremens. Et dixit Agag: ſiccine ſeparat amara mors?* Inducitur tremens non à metu, ſed præ pinguedine, quaſi dicat, Adeò pinguis vt tremulo & vacillanti greſſu incederet. Vndè quidam excribunt, *gradu & inceſſu regio ac ſuperbo*; Alij *gaudens & hilaris*, quaſi vitæ mortem præferret. Vndè Tigurina pro τὸ *Siccine ſeparat amara mors?* habet, *Profectò receſſit amaror mortis.* Non litigabo nunc, an iſte ſit loci ſenſus: neque an id dixerit feceritve Stoico ſupercilio, æquanimitatem mentiente (alibi enim Vulgati vindex, longiuſè hâc ſuper re velitabar.) Hem! ſecularis Princeps morti vicinus procedit *gaudens & hilaris inceſſu regio ac ſuperbo*, dicens: *Profectò receſſit amaror mortis.* O vox à Stoico ſtupore vel Chriſtianis ediſcenda! *Tu mihi metas* (ait Tertullianus) *& ſcenas, & puluerem, & arenam ſuſpiras. Dicas velim: Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus?* O nimis verè! Chriſtianus iubetur cum voluptate emori, vt hanc adimpleat iuſſionem, quomodò poteſt in voluptatibus viuere? Quantùm voluptatis vitæ adiicitur, tantùm morti detrahitur. Quod voluptatis morti deeſt, vitæ intempeſtiuè impenſum eſt. Qui mortem tamquam amaram timet, & eius inſtantiâ exacerbatur; cùm hactenùs ei viuere dulciùs eſſet, mortis memoriam diu excuſſit, & illam eius obliuione aduersùs ſe duriùs exacerbauit. Qui autem mortis recordatione concuſſus vixit candidatus immortalitatis, in illius confinio poſitus, adhuc in terris habitans, tamquam nobilis inquilinus cæli, cælum hianter ſuſpirat, & mortem velut reditum ad patriam exoptat, in eáque exultim præproperè deliciatur. Heu, voluptas in vitâ, felleus in morte amaror eſt; & læta exultanter in morte voluptas, amaræ vitæ ſtipendium! Proh! *non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus?*

1 Reg. 15. v. 32.

Pagninus. Vatablus. Tigurina.

Tertul. de Spect. c. 28.

Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus?

7. Prouerbiorum 14. In malitiâ ſuâ expelletur impius: *Sperat autem iuſtus in morte ſuâ.* Syrus ſic locum vertit, *Qui confidit ſe peccatis carere, iuſtus eſt*; Chaldæus, *Qui confidit ſe moriturum, iuſtus eſt*; L x x. Interpretes, *Qui autem fidit ſanctitati ſuæ, iuſtus eſt.* Eruditè expendit noſter Cornelius inibi, cur L x x Interpretes pro *morte*, ſubſtituant *ſanctitatem*? Et ſanè pro *morte*, Syrus reddit à *peccatis carentia.* O! mors, carentia à peccatis, & *ſanctitas* nominatur? Profectò qui timet mortem, parùm *fidit ſanctitati ſuæ*: & *carentiam à peccatis*, nimis in vitâ ſuâ neglexit. Pulchrè S. Ambroſius de Bono mortis cap. 8. *Mortis metus*, inquit, *non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam: non enim habemus quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum eſt, vita noſtra commiſit.* Itaque metus mortis, non ad mortem, ſed ad vitam refertur: quod ſi vita criminoſa fuerit, tardè reformari præſumitur, cùm mors peragitur. Iuſtus autem *ſperat in morte ſuâ*, quia *confidit ſanctitati ſuæ*, quam in vitâ operatus eſt: quaſi *mors* ſit illi *ſanctitas*; eſt enim ſanctitatis conſummatio. Vndè *mors* & *ſanctitas* vices reciprocant: & Iuſtus non tam pauidè timet mortem, quàm lætanter *confidit ſe moriturum*: quia *fidit ſanctitati ſuæ.*

Prouerb. 14. v. 32. Syrus. Chaldæus. Lxx. Interp. Cornelius.

Metus mortis, non ad mortem, ſed ad vitam referendus eſt.

S. Ambroſ.

Num mors & ſanctitas, idem ſit?

---

§. XXXI.

Frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix; hæc animum fingit, & perfectionem conſummat.

SVbducendus populo eſt tener animus, & parùm tenax recti. Facile tranſitur ad plures. Adeò nemo eorum qui etiam ſtudioſè ingenium ad virtutem concinnant, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium eualet. Socrati, Catoni & Lælio excutere mentem ſuam diſſimi- 1.

Fugiendum eſt turba conſortium.

Digitized by Google

diſſimilis hominum multitudo, vel de ſolo aſpectu, ac colloquio potuiſſet. Perrarus eſt, qui frequenti turbæ tutò ſe credat, illæſus committat. Numquam mores quos extulit, refert. Aliquid ex eo quod diu compoſuerat, inquietatur; aliquid ex his quæ operosè fugauerat, de facili

Seneca epiſt. 7.

redit. *Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas vſque adeò afficit, vt nunquam ſine offensâ proferantur, hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur. Inimica eſt multorum conuerſatio. Nemo non aliquod nobis vitium, aut commodat* (*commendat* potiùs,) *aut imprimit, aut neſcientibus allinit.* Vtique quò maior eſt populus cui commiſcemur, eò periculi plus eſt. Vnum exemplum luxuriæ, auaritiæ, ambitionis multum mali facit. Conuictor delicatus ſenſim enervat, vicinus diues cupiditatem irritat, garrulus maledicè comes, blandientis maliloquentiæ pruriginem affricat. Heu cùm in publicum frequens prodis, & frequenti turbæ miſceris, in tuos mores publicè factus eſt impetus, cui facile reſiſtendo non eſt. Quid ſecurus periculum laceſſis?

2.
Pſalm. 1. v. 4.

Propheta regius Pſal. 1. ſic bonum virum feliciter beat, & prauum propheticè infelicitat: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum. &c. *Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Quemadmodùm viro iuſto firmitatem tribuit, & magnanimam in bono conſtantiam: ſic homini ſceleroſè impio, futilem cordis inanitatem, & flexilem animi mobilitatem adſcribit. Puluis enim vagæ naturæ eſt, ventorum circumlationem ſequitur, vel leui aurâ inquietatur, neque proprium habet firmamentum. Sed vndè habet impius, quòd tam de facili quoquouersùs moueatur, & motu ac circumlatione diſſipetur? Appoſitè inibi Græci Patres in huius verſ. commentario:

Frequens hominum multitudo, alea hominum ſententiosè appellatur.

Græci Patr. apud Cord.

Tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Nam ſimilis fit pulueri, cùm nihil habeat boni humoris, quod ipſum contineat & conſtringat, ne facile rerum euentibus diſtrahatur (Nota quæ ſubiicit verba) *Sed agitur & circumfertur in aleâ hominum, & peruerſis ſuis cogitationibus quaſi ad nihilum redigitur.* O benè! Qui ſeſe hominum turbis ingerit, *aleam hominum* vltrò ſubire dicitur. O quàm eſt damnoſa frequens hominum conuerſatio, quam præceps *alea* culpat! Sanè omnem *aleam* iacit, qui ſe hominum conuerſationi credit: & quicquid virtutis diu acquiſierat, vno teſſerarum iactu diſſipatur: *ſicut puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Profectò puluis irreparabili damno ventorum circumlatione diſſipatur & euaneſcit: & dum diſſipatione aliis rebus ſeſe minutatim admiſcet, ad nihilum redactus per ſui iacturam periit. Quid eſt pulueri diſſipatio, quæ fit ventorum circumlatione; hoc eſt homini *hominum alea*, quâ omnium moribus admiſcetur. Sic eſt periculosè inimica multorum conuerſatio! Ambitioſior, luxurioſior, auarior, imò & inhumanior redibis, quia cum hominibus conuerſatus es. Vnus homo tibi pro populo ſit, & totus populus pro nullo. Satis magnum quiſque ſibi theatrum eſto. Aleator eſt, quiſquis ſe multorum conuerſationi admiſcet: & vno teſſerarum iactu, virtutum gazas, præceps perdidit.

3.
Iudæ v. 13.

S. Iudas Apoſtolus in ſuâ Epiſtolâ Canonicâ ita ſcribit: *Væ illis, quia in viâ Cain abierunt.* Cain autem vagus & profugus ſuper terram oberrare perhibetur. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, *nubes ſine aquâ quæ à ventis circumferuntur.* Fluctus feri maris, deſpumantes confuſiones ſuas, *Sidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum* Syrus vertit, *Stellæ ſeductrices.* Arabicus, *Stellæ caligi-noſæ*, vel *maleficæ* Per hæc ſidera ob inquietudinem errantia, Interpretum plures intelligunt planetas. Sic inibi Beda fatur: *Sidera errantia, quæ ſunt ſeptem, numquam in eodem loco, vbi pridie fecerant ortum, vel occaſum faciunt; ſed modo ad infima Zona brumalis deſcendunt, modo ad alta Zonæ ſolſtitialis aſcendunt, modo mediam zonæ æquinoctialis lineam repetunt.* Non male, opinor, Caietanus hæc ſidera *errantia* interpretatur, non planetas cæleſtes, ſed meteora & exhalationes ignitas, quas Philoſophi vocant ſtellas diſcurrentes in aëre. Huic expoſitioni fauet Vmbertus lib. 4. erud. relig. part. 3. cap. 1. *Vir*, inquit, *religioſus, qui in clauſtro manere non poteſt, frequenter in mundo periclitatur.... Clauſtrales inquieti ſunt ſidera errantia, de quibus legitur in Canonicâ Iudæ. Sidera vero iſta errantia, aliquandò ſunt ſidera cadentia. Poſtquam enim diſcurrendo per mundum deliciis mundanis aſſueuerunt, & aſperitas religionis eis in diſſuetudinem venit, redeuntes ad clauſtrum, clauſtralis vitæ aſperitatem ſuſtinere non poſſunt.* Heu hæc *ſidera* (ob cæleſtis inſtituti vitam) iam *errantia*, propè eſt vt ſint *ſidera cadentia*; quia per vrbium vias, fora, & ſeculares domos crebrò diſcurrendo, *deliciis mundanis, aſſueſcunt*, & religioſam ac ſpiritualem vitam ſenſim dediſcunt. *Sidera* videntur, ob ſidereum religionis, aut anteactæ vitæ ſplendorem; ſed cùm errones eſſe diſcurrendo incipiunt, *tenebrarum procellâ* obſcurantur. Hinc huiuſmodi *ſidera errantia* vocantur, *ſtellæ tenebroſæ*, quia dum in terram cadunt, ſicut ceteri terreni homines, eorum iam conuictores, obſcuris ſordibus ſqualent. Quin & vocantur, *ſtellæ ſeductrices*, ſeu *maleficæ*, quia quod habitu religioſo promittunt, ſeculari conuerſatione *maleficè* mentiuntur, & ita pernicioſiùs incautos *ſeducunt.* Plato lib. 2. de Republ. appellauit mercatores, *planetas vrbium*, quia errones per vrbes diſcurrunt. Heu, æquo plures vrbium, viarum, ac ædium planetas! Infauſtè quidèm Elimelech cum vxore & filiis, à patrio ſolo, ac Dei cognato populo errantes, Moabitidum *vrbium planetæ* facti ſunt. Sanè errantia ſidera; & indè cadentia.

Syrus, Arabicus.

Beda.

Religioſi extra clauſtrum, vocantur ſidera errantia, imò & cadentia.

Caietanus.

Vmbert.

Caueat religioſus, ne ſit vrbium, ac ædium planeta.

Plato.

Hic verſ. & 4.

4.
Oſeæ 2. v. 14.

Oſee 2. ſponſam diu meretricantem lactat Dominus, dum verbis amatoriis illi blanditur, & ad caſtæ ac perfectæ vitæ frugem reducere ſatagit: *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor eius.* Et vndè ſponſa deducenda ſeu extrahenda eſt ad ſolitudinem? Forſan è *Domo vulgi* (ſic appellatur Ieremiæ 39. verſ. 8.) neque enim *vulgi Domus* idoneè appellaretur *ſolitudo*, in quâ Deus loqueretur *ad cor* ſponſæ, ad meliorem vitam reducis. Et quidèm aptè à *Domo vulgi*, ſeu frequenti hominum multitudine erronem ſpóſam reuocat ad ſolitudinem, vt illam olim adulteram recudat in caſtam, virtutibus inſtituat, & ad omnes ſanctitates erudiat. Opportunè Stobæus ex Plutarcho Serm. 56. *Solitudo gymnaſium ſapientiæ, ſuorum formatrix*

Ieremias.

Stobæus ex Plutarcho.

formatrix optima; fingit, & dirigit animos. Ob hanc cauſſam Deorum quoque delubra antiquitùs in locis maximè ſolitariis homines conſtituerunt. An non Plutarchus Chriſtiano cothurno locutus videtur? Porrò ſponſa generoſi connubij male degener, Deo ſponſo faſtidioſè relicto, diu poſt amatores ſuos abierat: ergò adulterini mores dediſcendi erant; & iterùm refingenda, atque cæleſtibus diſciplinis imbuenda. Ait ergò: *Ducam eam in ſolitudinem*: eſt enim *ſolitudo gymnaſium ſapientiæ, ſuorum formatrix optima.* Porrò *ſolitudinem* velut *gymnaſium* dedicat, vt ibi ſponſa mundanas delicias, & vagas voluptates dediſcat, diſcátque cæleſtes virtutum diſciplinas: eſt enim *ſolitudo ſuorum formatrix optima.* Deindè quaſi patùm foret diu errantem *animum dirigere*, addit *τὸ fingit*: ac ſi miniſtrâ & adiutrice *ſolitudine*, & frequentis vulgi fugâ, illius rurſus *animum fingat*, aut in bonum refingat. Si igitur homines in hoc gymnaſio erudiantur, *ſolitudinem* morum formatricem atque reformatricem feliciter inuenient. Illi tædio eſt virtus, qui ad ſingularitatem ſolitudinis nauſeat: faſtidio eſt Deus, cui ſic turba hominum placet.

Solitudo eſt ſapientiæ gymnaſium, virtutum formatrix, quæ animū fingit.

5\. Vix vllus hanc de ſolitudine, aut hominū fugâ, theſim retractauit, quin ſudatum illum Ieremiæ locū aduocet auxiliarem: Bonum, inquit eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ *Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.* Lxx. interpretes ſic locum vertunt: *Sedebit ſingulariter, & ſilebit, quia tulit ſuper ſe.* Hęc prophetæ verba hâc eleganti ecphraſi Bonauentura elucidat: *Sedebit ſolitarius, in ſolitudine eremi. In ſeſſione igitur amor adhæſionis, in ſolitario fuga implicationis; & tacebit à tumultu cogitationis. Quia leuabit ſe, id eſt, ſuprà deſideria ſua, & ſtudia; ſolis rebus æternis inhærendo, non carnalia meditando. Leuauit ergò ſe ſupra ſe, non in eſſendo, ſed in agendo.* Itaque ſolitarius ſedet diuini amoris *adhæſione* quietâ, & *fugâ* tumultuantis ac turbidi ſeculi: & ſic *tacet à tumultu cogitationum.* Solúſne ſolitarius eſt immunis à periculoſo inuadentium *cogitationum* tumultu? Hic, hic inquam, leuat ſe *ſupra deſideria* ac ſtudia ſua: & leuat ſe ſuprà ſe, non in eſſendo, *ſed in agendo.* Hem! Solitarius vltra *deſideria ſua* altè ſublimatur in virtutis faſtigio; & ſupra vires *agere* audet, ac potenter eualet? ô quàm multa hoc vno verbo Bonauentura compendiauit!

Thren. 3. v. 28. Lxx. Interp.

S. Bonauentura ibi. *Solitarius vltra deſideria leuatur, & agit vltra vires!*

6\. Nondùm ſatis emedullatus eſt Prophetæ locus; ſic ergò illum Ambroſius enucleat: *Sedebit ſingulariter, & ſilebit, &c. Qui à iuuentute iugum portauerit, ſedebit ſingulariter remotus à ſtrepitu interpellantium paſſionum; & quietus ſilebit, cui neceſſe iam non ſit iurgari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus, quia tulit iugum verbi anima, quæ captiuas ſibi fecit omnes delicias iuuentutis.* Ecce tibi, qui *Solitarius* viuit à periculoſo ſeculi tumultu *ſingulariter* remotus, ſic pacatâ fruitur virtutis quiete, vt æmulatione feliciſſimi ſtatus innocentiæ, quodammodò immunis eſt à *ſtrepitu interpellantium paſſionum*: cui propè neceſsè iam non ſit *iurgari cum corpore, & cum variis cupiditatibus decertare*; ſed *captiuas ſibi fecerit omnes delicias iuuentutis.* O inopinata ſolitudinis tranquillitas, vltra humanum faſtigium ſublimiſſima! Pergit magnus hic Doctor exponens hoc hominis ſolitarij ſilentium, ſic fatus in Oratione de Obitu Valentiniani: *Sedebit ſingulariter, & ſilebit, &c. Qui tulerit à iuuentute iugum ſingulariter ſedebit, & ſilebit, reuelata ſibi gaudens diuina remunerationis æterna myſteria. Aut certè ſilebit, non opus habens excuſatione peccati, quod praproperâ correctione depoſuit.* Scilicet ſolitarius ſingulariter ſilet, quia ſolitudinis ſuffragio ſic inculpatè viuit, vt ſuſpicax & garrula hominum maledicentia quid in eo culpet non inueniat. quaſi ſolitudo ſit præpropera humanorum defectuum *correctio*; quæ dum præcludit delinquendi occaſiones, excuſationum officia præcludit. Tantùm ſolitudini licet?

Thren. 3. verſ. 28. S. Ambr. apud Chiſler. in Catenâ.

Solitarius à ſtrepitu paſſionum immunis dicitur.

S. Ambroſ. *Vita ſolitaria excuſationum officia præcludit, & ideò tacet.*

§. XXXII.

Venenata linguâ mentis vſurpat munia, ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa ipſi concupiſcentia malitiam ſpirat.

Tertullianus lib. de Patientiâ cap. 6. ita ſcribit: de doctrinâ Euangelij eſt *prohibita ira, reſtricti animi; compreſſa petulantia manûs, exemptum linguæ venenum: plus lex, quàm amiſit, inuenit .... Hoc principali præcepto vniuerſa patientiæ diſciplina ſuccincta eſt, quandò ne linguæ quidèm malefacere conceſſum eſt.* O! exhauriantur linguæ, vt cognatum *linguæ venenum* eximatur! ſic *venenatæ oblocutiones, & oblocutionum toxica* ceſſabunt: alioqui *lingua ſæuit vt beſtia*, & rationis expers bruto furore irrationabiliter ferocit: & ſerpentis adinſtar, venenum quod ſine ſuâ pernicie continet, cum alienâ profert. O caue! 1. Tertullian.

Lingua venenum cognatum. Exhauriatur ergò lingua. Idem c. 12.

S. Ennod. lib. 1. epiſt. 5. & 20. & 1.

Purpuratus Propheta Pſalmo 51. contrà Doëg Idumæum atrociter calumniatorem, ſic pangit, eum alloquens: Quid gloriaris in malitiâ, qui potens es in iniquitate? *Totâ die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* Iniuſtitiam appellat dolum, pernicioſam fraudem, verba ad tot ſtrages malitioſè compoſita. Sed quid eſt, quòd hanc iniuſtam vafritiem ore concinnatam, linguæ *cogitationem* appellat? Sanè lingua Doëg Idumæi perniciem meditatam locuta eſt, diúque animo agitatam, & deliberatam, è compoſitâ & deſtinatâ malitiâ, non per imprudentiam. Cur ergò *tribuit linguæ, quod eſt cordis & animi?* notat ibidèm Genebrardus. Pergit Heracleotes in Græcorum Patrum commentario: *Quod ſi id quod cogitat, ſit pars principalis, & cor, quomodò lingua cogitauit?* Profectò (addit Euſebius in Catenâ) *Id quod cogitat eſt ratio ſuperior, & cor, non lingua:* quo igitur pacto nobile cordis ac rationis munus, linguæ ipſique inſanè maledicæ, à Prophetâ tribuitur? O ſuperbam maledicentioris linguæ ambitionem, quæ cordis, rationis, & arbitrij nobile officium vſurpare præſumit, quò auctoratiùs de alienis defectibus garrire videatur! Scilicet exauctoratur mens, vt auguſtus rationis thronus, & rationalis cogitatorij ſolium, in maledicam linguam transferatur, ne quod illa garrit, inconſultum putetur, ſed de conſílioſâ ratione, & prudentiæ arbitrio conſultiſſimum. *Tribuit linguæ, quod eſt cordis & ani* 2. Pſal. 51. v. 4.

Genebrard. Heracleot.

Euſebius.

Quare lingua maledica cogitare dicitur?

Digitized by Google

& animi. Itaque mens expoliatur ſuo rationis principatu, ne principe auctoritate, linguæ facinoribus refragetur: & omnis cogitatorij & arbitrij ſupellex transfertur in linguam, vt quod à linguâ maliloquâ exit, à conſultiſſimâ ratione, & animo ſagaciter cõſilioſo, & veritatis amante, proficiſci putetur: & non dolos fraudulenter effutire, ſed rationabile conſilium de prudentiæ adytis eloqui. *Iniuſtitiam cogitauit lingua tua.*

3. *Eccli. 21. verſ. 29.* *Apud homines, cor ex verbis: apud Deum, verba penſantur ex corde.*

Hæc Pſalmographi ſententia illam Siracidis gnomen expetit, è cap. 21. exprompteam: *In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium os illorum.* Quaſi dicat: Fatuus & maledicus quicquid habent in corde, id ore garrulè effutiunt: neſciunt enim ſenſa ſua celare, ſed ea in obuias aures exonerant. Exindè videntur *cor* non habere intrà viſcera reconditum, ſed in *ore* repoſitum, omnibuſque patulum & expoſitum. Biblia Tigurina ſic locum exſcribunt: *Ab ore ſtultorum pendet cor eorum: at in corde ſapientum os eorum ſitum eſt.* Sententioſè Syrus vertit: *Os ſtulti ipſum eſt cor eius, & os ſapientis in corde ſuo.* quaſi maledicè garrulorum oratio, in ore, & ex ore naſcatur, non è pectore, à quo legitima prudentiæ ſoboles generatur. Hinc bellè in prouerbiis Beda: *Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò verba penſantur ex corde.* Ceterum Euſebius Cæſarienſis in Catenâ Græcorum Patrum ſuper Pſalmo 51. v. 4. ita ſcribit: *In ore fatuorum corda eorum; exilit enim cor ad labia ipſorum: cor verò ſapientum non eſt os eorum. Cum itaq; fatuus eſſet, quod calumniator exiſteret, ſiue Doëg, ſiue Saül peccans, idcircò ait: Iniuſtitiam cogitauit lingua tua.* itaque calumniatoris animus, mens, ratio, cor, auguſto pectoris ſolio relicto, è quo humanis membris & actionibus dominari debuiſſet, *ad labia exilit*, & linguæ ſe ſubdit obſequio: adeò vt ſe concorporet ori, & in maledicentiæ officinâ reſingatur in linguam: *Os ſtulti ipſum eſt cor eius.* O calumniatricem maledicentiam fatuè excordem! ſiquidèm linguam pro mente, pro ratione ac corde habere perhibetur; non linguã in corde, quod limâ rationis verba expoliat, & attentiùs expolita diſpenſet. O exuatur lingua, principali cordis munere, & beneloquentiæ conſultioris ornamentis induatur, ne cum reiectaneâ infidè Orphâ audiat ſui nominis interpretamentum: Orpha enim ſonat, *Ore nudata*, vt in litterali commentario ſuprà exponebamus, dum nominis etymologiam tradidimus.

(Margin: Tigurina. — Syrus. — Beda. — Euſeb. Cæſar. — 4. *Os ſtulti calumniatoris, ipſum eſt cor eius.* — *Orpha interpretatur, Ore nudata.* — Hic verſ. 4.)

4. Pſal. 51. v. 4.

Pergit Dauid eodem illo Pſalmo 51. *Totâ die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.* Pulchrè hâc nouaculæ ſimilitudine amplificat maledicè noxios Doëgi dolos. Quaſi dicat: Sicut nouacula, quæ præter expectationem aberrat, ſecans carnem vel iugulum loco capillorum & barbæ, ſic tu perniciosè fefelliſti: ſic tu celeri fraude, & præter opinionem meam, me atrociter læſiſti. Nouacula ſæpè imprudenter acutie ſuâ fallit, & aberrans petit iugulum: idque expeditè & celeriter. S. Auguſtinus indidèm, altiùs contemplatur nouaculæ vſum, qui eſt, ſuperflua reſecare: adde etiam & ſic exornare; id muneris ad Iudices flectit: *Quare*, inquit, *dolum potentia malè nouaculæ comparauit? quia non admittitur, niſi ad ſuperflua noſtra.* Sicut igitur nouacula capillos, ſic Iudex facultates & opes (quæ crinium adinſtar hominem adornant) abſumit, & ſic miſerum depilat. Reprehenſionibus etiam accommodari poteſt Auguſtini ſententia: nam Superiorum obiurgatio, velut nouacula ad reſecanda ſubditorum ſuperflua deſtinatur: hæc autem *quaſi nouaculâ acutâ* celeriter, & tanquam inſenſibili abraſu facienda eſt, & quæ ſubditum adornet; non dehoneſtet, non depilet, non deturpet. Portò nouacula dum ſuperflua velociter reſecat, ornatum potiùs negotiatur. O Superiorum reprehenſione ornetur ſubditus, non fœdè dehoneſtetur inconſultâ verborum acutie, quæ periculosè aberret. Manum amoueo ab hâc reprehenſionum vrticâ, quæ ſubiectorum famam male lacerat, & vice ornatùs, deturpationem procurat. Opportuniùs ad rem S. Ambroſius lib. 3. offic. cap. 11. ſic locum exponit: *Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Nequitia,* inquit, *arguit proditorem: eò quòd inſtrumentum huiuſmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerumque vlcerat. Si quis igitur prætendat gratiã & dolum nectat Doëgi proditoris exẽplo, inſtrumenti iſtius comparatione cenſetur, quòd ebria mentis ac titubantis vitio, manus vulnerare conſueuit.* Addit Heſychius ibidem in Catena *Illud verò ſicut nouacula acuta, id eſt, inſenſibiliter ſecans. Quid enim acutius iſto dolo, quem linguâ proditoria cõpoſuit?* Ecce tibi linguæ maliloquæ nequitia ex nouaculæ comparatione. Nam ſicut nouacula *adhibetur ad ornatum*, ſi autẽ dum munus ſuum obit, per imprudentiam exerret, graue infligit vulnus; eò grauius, quò ornatum quærens, ictum inuenit: Sic lingua *ad hominis adhibetur ornatum*, quaſi ad id data ſit, vt alios laudet: quod ſi à ſcopo ſuo aberret, & illos proditoriè vituperet, *ſicut nouacula acuta facit dolum*, & deerrans à ſuo fine, grauiùs ſauciat Et quidèm lingua, ſicut nouacula *inſenſibiliter ſecat.* Hiſpane diceres: *La lengua del maldiciente os deja laſtimado, ſin ſentir, ni ſaber, ni reparar el daño que hace.* Heu nimis verè!

(Margin: *Reprehenſio fiat nouaculâ, quæ dum ſuperflua reſecat, ſimul ornat.* — S. Auguſt. — 5. S. Ambroſ. — *Cur lingua maliloqua nouaculæ comparetur?* — Heſychius. — *Lingua inſenſibiliter nocere dicitur.*)

6. Iacobi 3. verſ. 6.

Celebris eſt illa Iacobi ſententia, & præ celebritate notiſſima: *Lingua*, inquit, *conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehennâ.* Quaſi dicat: lingua adeò eſt exitialis, adeò omnia adurit, adeò inflammat rotam totius vitæ noſtræ, vt videatur conflata in fornace gehennæ, ibique igne tartareo inflammata inflammare rotam & curſum totius vitæ, dum ſulphureas paſſiones & appetitiones humanas flabellat & ſufflammat, vt in hâc vitâ ad culpam accendantur, & in futurâ gehennales pœnas incendio inextinguibili totus homo luat. Pulchrè Gilbertus Abbas in appendice ad Cantic. S. Bernardi ſerm. 24. *Appoſitum eſt*, inquit, *cor hominis in malum ab adoleſcentiâ ſuâ. A primâ natiuitate impulſa neſcit curſum inflectere; & tu illam linguâ prauâ impellis ampliùs & inflammas? Lingua praua iracundiæ & indignationis occaſiones requirit iniurias vel falſas ſimulat, vel veras exaggerat, quas debuerat diſſimulare: ad offenſam officia etiam interpretatur, & venenati ſermonis ſcintillas adhibet ad commouendum cor ſuum. Quid lingua tanquam cordi tuo talem adhibes flammam? ſufficiat illi flamma ſua, ſufficiat illi concupiſcentia ardor carnalis, & leuitatis calor innata, quibus cor tuum ac ſi volubilis rota impellitur.* Attentiùs adnota quæ ſubtexit verba expenſione

(Margin: Gilbertus. — *Lingua gehennæ ſcintillas flabellat.*)

Digitized by Google

penſione digniſſima : *Noli ignem igni adhibere, & concupiſcentiæ addere malitiam. Ignem hunc quem euomis, hauris de gehemâ : indè incipit, & illò rapit.* Subtiliter æquè ac eloquenter Gilbertus ! Scilicet hominis lingua inflammata à gehennâ (eſt catachreſis, id eſt, quaſi inflammaretur à gehennâ) *venenati ſermonis ſcintillas adhibet*, quibus æſtuantem iram, concupiſcentiam, & reliquas paſſiones commoueat ac ſufflammet. Silentio igitur paſſiones preme, & os fornacis occlude taciturnitate : Noli gehennalem *ignem igni* cupiditatum adhibere, & *concupiſcentiæ addere malitiam.* O ! lingua concupiſcentiæ malitiam addit ? ſine malitiâ ſubeſt concupiſcentia, etſi cupiditate exæſtuans, niſi lingua eâ de re pertractans, concupiſcentiam, iram, inuidiam, &c. excitet & ſufflammet ad malitiam? Nimirùm ſic commoræ, & interdùm quieſcentes & ſopitæ paſſiones, linguæ incentiuo efferantur, vt exaggeratiùs dixerit Gilbertus, quòd lingua *concupiſcentiæ addit malitiam:* nam *ignem quem* ore *euomis, hauris, de gehennâ indè incipit, & illò rapit.* O caue à lingua has infernalis gehennæ ſcintillas, taciturnitatéque illas quantocyus interſtingue *Quandò vno esta picaao de vna paſſion, el remedio es callar de aquella materia, porque no ſe au ne y enciend.s mas.*

Lingua addit concupiſcentiæ malitiam. quomodo?

7. Pergit Iacobus, & ſic linguam culpat : *Linguam autem nullus hominum domare poteſt.* Oecumenius legit interrogatiue, quaſi dicat : Feræ domantur, & ad arbitrium hominis obſequenter reguntur. cur lingua ab homine obnixiùs adnitente, domari omninò non poterit ? Rationem reddit Nazianzenus Tract. de ſilentio, vbi appellatur lingua, *Indomabilis, effrenis, exlex:* non quia lingua legi non ſit ſubiecta ! ſed quia ſubiectionem recuſat, obſtinatâ cognatæ licenter lubricitatis præſcriptione quâ iugum, aurigationem, & lupatum legis, *indomabilis* ac *effrenis* excutit ; & inde *exlex* eſſe præſumit.

Iacob 3. v. 8. Oecumen.

S. Nazianz. *Lingua dicitur exlex.*

§. XXXIII.

Locus ſæpè vitiis obnoxius eſt ; ſæpè etiam virtuti auxiliaris.

1. QVemadmodùm ei qui ſe amore exuere ſatagit, euitanda eſt omnis admotio dilecti corporis, & admotum procùl arcendum, aut fugâ quantocyùs declinandum (nil enim expromptiùs quàm amor recrudeſcit) ita qui excutere ac deponere cupit noxia cuiuſcumque rei deſideria, cuius cupidine olim flagrabat ; & oculos, & aures, & memoriam ab his quæ deſeruit, auertat. *Cito rebellat affectus :* quocumque ſe verterit, pretium aliquod præſens conuerſionis ſuæ nocenter inueniet : & diu pacata per leuem occaſiunculam inquietat. Non eſt committendũ vel eximiè virtuoſo vt rurſùs incidat in affectum olim commotum, & impotenter procliuem, & de antiquâ pellaciâ impotentiorem. Æquè relapſionis facilitas, quàm difficultas nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. Quantùm poſſit obnixiùs à lubrico recedat, qui in ſicco quoque parùm fortiter ſtat. Quicquid ad auerſata vitia vel leuiter blanditur, meræ inſidiæ ſunt, ſtationis titubatio, & periculoſæ

Vel leuis occaſiuncula, ſit nobis relapſionis ſuſpecta.

Seneca.

P. Didac. Celada in Ruth.

clanculùm inſidiæ. Ei nihil tutum, qui ſemper & vbique imbecillus eſt, qui hiat ad vetita & noxia, ad iuſſa & proficua tædio virtutis nauſeat. Suæ infirmitatis conſcio nulla cautela ſuperuacua eſt; cui vel poſſe delinquere, alea quodammodò delinquendi eſt. Quid tutum eſt ei, cui vel locus ipſe periculo eſt?

Geneſeos 3. Adamo recèns creato, topiariis paradiſi deliciis felici, & felicitate immortalitatis aucto, ſub pœnâ incurrendæ mortis præcipitur; vt vel ab vnâ dumtaxat arbuſculâ temperaret, in paradiſeâ copiâ tot eduliũ arborum gratiùs fœcundâ : Præcepítque ei (Deus Adamo) dicens : Ex omni ligno paradiſi comede : De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas : *In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Denique (malum !) aut guloſo palati blandimento, aut vxoriæ ſuaſionis lenocinio, aut curioſitatis ſuggeſtione, aut ambitionis præſtigio, de importunæ arboris fructu audacter comedens, exutâ immortalitate, mortem cùm totâ poſteritate ineluctabilem incurrit. Tunc compellitur ad paradiſi exilium : *Nunc ergò, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis.* Cauſſa iſtiuſmodi pœnaliſſimæ expulſionis è paradiſo, hîc aſſignatur, ne fortè Adamus iam peccator, de eſu vitalis ligni euaderet immortalis, quod parùm forſan incommodare videtur. Porrò in paradiſo etiam potuit, ſicut in exilio, pœnitentiam agere ; & inibi degens, diuinam nanciſci gratiam, quâ excuſſo peccato, gratus Deo foret, ſicut de bono pœnitentiæ in exilio poſtmodùm euaſit. Quid vetabat in paradiſo Adami pœnitentiam, quod in exilio non vetuit ? An paradiſeæ vbertim deliciæ ? an felicis illius ſtatus infeliciter amiſſi, funeſta recordatio, & lugubris perdiu memoria ? Imò forſan non tam eum à pœnitentiâ auerteret, quàm ad eam capeſſendam viuaciùs extimularet. Rem tetigit, opinor, Moyſes Bar-cepha 3. p. Comment. de Paradiſo, cap. 1. ſic ad thema præſens opportunè fatus : *Igitur cùm ea illi* (Adamo) *voluntas fuiſſet, vt imperatam legem tranſiliret, meritò extruſus eſt paradiſo, & morte etiam damnatus ; & ſimùl ne ipſius prauitas foret immortalis, qualis, eſt Diaboli.* Num ſi Adamus peccator Paradiſo extruſus non eſſet, vbi ſuppetebat arboris vitæ eſus, *ipſius prauitas foret immortalis ?* Ipſe profectò immortalis foret, non eius prauitas, quam in Paradiſo, ſicut poſteà in exilio exuere potuiſſet. Hem ! ſic vel paradiſus in quo peccatum eſt, vlteriori peccato, & impœnitentiæ blanditur, vt ſi in loco vbi deliquit, in æternum maneret, *ipſius prauitas foret immortalis?* Sic vel peccati recordatio, quam de proximo locus ſuggerit, ad peccandum allectat, inſtigat, raptat ? O quàm citò iterùm rebellat affectus ! quàm leuis occaſiuncula lenocinatur relapſui ! ô, vel commiſſi delicti locus, ſic delicto inficitur, vt delinquendi contagium inhalet, allinat, affricet noxiâ morum peſtilitate? *Et emiſit eum Dominus de paradiſo, ne ipſius prauitas foret immortalis qualis eſt diaboli Quid exaggeratius?*

2.

Geneſ. 3. v. 22. & 23.

Adam paradiſo extruditur, ne eius prauitas foret Immortalis. quare?

Moyſes Bar-cephas

Ioannis 4. mulier illa Samaritana ex Chriſti verbis cognoſcens indubiè eſſe Prophetam, ait illi : Domine video quia Propheta es tu. *Patres* 3.

Ioan. 4. v. 20.

noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quandò neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem. *Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus*, &c.

Deus localis non eſt, homines autē locales ſunt.

Quomodò quis eò ſocordiæ peruenire poteſt, vt quod neſcit, adoret? Quæ eſt hæc in Deo adorando neſcientia, & craſſior religionis ignoratio, quam hîc Chriſtus Deus ſic acerbè perſtringit?

S. Chryſoſt.

Aptè Chryſoſtomus homil. 32. in Ioannem, his verbis verba præſcripta elucidat: *Samaritani quidèm quod neſciebant, adorabant, quoniam localem Deum æſtimabant .... Iudæi verò ab hâc eruti ſunt ſuſpicione, etenim orbis terrarum eum nouerant eſſe Deum.* Ne erremus cum Samaritanis: homines *locales* ſunt, loca morum peſtilitatem ſæpè ſpirant, & affricant, & conuerſationis contagio vitam inceſtant. Deus autem *localis* non eſt, qui vbique totus eſt: qui in omni loco idem ipſe eſt, vbiuis plus, liberalis, bonus, & largè beneficus. Adſimili errore decepti Syri, ab Iſraële in montibus malè conciſi, dixerunt

3. Reg. 20. v. 23.

Regi: *Dij montium ſunt Dij eorum, ideò ſuperauerunt nos: ſed meliùs eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos.*

4.

Ad Rom. 8. v. 39.

Ad Romanos 8. viuidum, quo æſtuabat amorem erga Deum, his verbis Paullus exponit: Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, *Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* Quæ nam eſt hæc *altitudo*, aut *profundum*, quod Paullum à Dei charitate non diuellet? Tantum loco licebit, vt vel Paullum labefactare præſumat?

Oecumen.

Oecumenius: *Neque admodum glorioſa, neque valdè humilia; neque bona, neque triſtia; neque honeſta, neque mala.* id eſt, nulla proſperitas, aduerſitas nulla.

Theodoret. *Quæ loci altitudo aut profunditas, Paullum à Dei amore diuellet?*

Theodoretus verò apud eundem Oecumenium; *Profunditatem, vt opinor, gehennam nominat; altitudinem verò regnum. Adhac æternam dicit vitam, & æternam mortem.* Fumans minis gehenna, & beata cæli gloria ſpebus dulciſſimis prælibata, quemquam à Dei charitate diuellat? (Sed de hoc aliàs)

S. Auguſt.

Verùm S. Auguſtinus lib. 1. de Moribus Eccleſiæ cap. 11. ſic locum exponit: *Non ſeparat Altitudo, neque profundum, quid enim mihi cælum polliceatur, vt à cæli fabricatore, ſeiungar? aut quid terreat infernus, vt Deum deſeram? quem ſi numquam deſeruiſſem, inferna neſciſſem.* (Nota opportunam clauſulam) *Poſtremò quis me locus ab eius charitate diuellet, qui non vbique totus eſſet, ſi vno contineretur loco?* Quiſquis quaſi loci genium cauſatur, vt prauos mores excuſet, Deum immenſitate defraudat, *localem* Deum putat. Vbique Deus eſt, in omni loco ſuorum hominum prouidentiſſimus, vbilibet abundè beneficus. Cui afflet malitiam locus, vbi quantus quantus eſt, Deus ibi eſt. Suam imbecillitatem vbiuis ſit, homo circumfert è ſe profugus nuſquam eſt: ergò declinet vbilibet prauorum contubernium, declinet occaſiones delinquendi, & religione obarmatus, ſatis vbique tutus eſt.

Hic verſ. 4. & 5.

Perperam hîc Mahalon & Chelion Elimelechi filij, ad præuaricatæ legis Moſaicæ defenſionem, accuſent loci genium, & Moabitidis profligatiſſimos pertinaciter mores: prolapſionis occaſiones locus offert non impellit ad ruinam. Deus Iſraël vbiuis locorum totus eſt.

S. Hierony. epiſt. 4.

Quid Samaritanâ viliùs? (ait Hieronymus) *non ſolùm ipſa credidit, ſed poſt ſex viros vnum inuenit Dominum, Meſſiamque cognouit ad fontem, quem in templo populus ignorabat.*

5.

Ioan. 10. v. 40.

Ioannis 10. *Et abiit Ieſus iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm: & manſit illic:* & multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant: Et multi crediderunt in eum. mirum ſanè eſt, quòd quem nuper Iudæi quærebant apprehendere, vbi commoratus eſt in loco, in quo Ioannes baptizabat, confeſtim in eum populariter credunt, & Euangelicâ doctrinâ mores ad omnem ſanctitatem informant. Sic locus hic Euangelij credibilitati, & reformationi morum blanditur?

S. Chryſoſt. homil. 60. in Ioann.

Audiendus eſt inibi Chryſoſtomus, ſic eleganter fatus: *Vide quantùm ei locus, & à prauis ingenijs diſceſſio contulit. Ideò frequenter ab illorum conſuetudine eos abducit: quod etiam in veteri fecit Teſtamento. Iudæos etenim ab Ægyptiis abducens, in eremo finxit, & erudiuit. In omnibus hoc idem & nos admonet, vt fora, turbas, & tumultus fugiamus.*

In loco virtuti idoneo, Deus ſuum populum fingit.

Ecce tibi quantùm eis *Locus* contulit ad veram fidem recipiendam: vt quem alibi priùs tamquam ſeductorem refutabant, in *loco* vbi erat Ioannes olim baptizans, tamquam Chriſtum excipiant. Sic ſuum populum Deus ab Ægyptiis abducens, in loco ſolitudinis *finxit, & erudiuit.* Quaſi parùm foret, quòd in idoneo ad virtutem loco, populum ſuum Deus ad ſanctitates omnes *erudiat*, tamquam in religionis gymnaſio; eum in eo loco, velut in arcanâ morum officinâ denuò *fingere*, & recudere perhibetur. Sic alibi *locus* vitiorum lenocinio infamis, ad Dei populum *fingendum* auxiliatis aduocatur? *Vide quantum eis locus contulit!*

6.

Geneſ. 3. v. 9.

Geneſeos 3. poſt infidam præuaricationem. Adamus male verecundus, Dei vocem fugit: & abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. *Vocauítque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* Deúſne is eſt, qui ſciſcitatur vbi eſt Adam? Annon Deus vbique eſt immenſitate totus? Fortè præuaricator Adamus extrà omnem locum erat?

Rupertus. *Proprius hominis locus, Deus eſt.*

luculenter inibi Rupertus: *Rectè dicitur illi, Vbi es? Quia videlicet mouet pedem ſuum, & in loco ſuo non eſt; Locus enim hominis Deus eſt, extrà quem nuſquam bene eſt.* Nemo de *loco* ſanctitati idoneo, nimis præſumat; aut à profano timeat: neq; hic virtutis titubatio eſt, ſi conſtāter reluctari velit: neque ille tutum à periculis aſylum, ſi lāgueſcat propoſitum. In proprio ſuo loco permanere exambiat, ne periculis vacillet, aut arroganter ſecuritatem præſumat: *Locus enim hominis Deus eſt, extra quem nuſquam benè eſt.* Huius *loci* per gratiam, & bona opera, hoſpes eſt, imò & inquilinus eſt: & per beatam gloriam felix incola, & velut in patrio ſolo, aut terrâ viuentium, glorioſus æternùm habitator. Deus *localis* non eſt, qui omnium *locus* eſt.

§. XXXIV.

Digitized by Google

§. XXXIV.

Paterna viſcera peracerbè vrit funeſta filiorum iactura.

1. Ariſtoteles. ARiſtoteles Moralium Nicomachiorum lib.8. cap.14. de parentum erga filios amore, ita ſcribit: *Conſanguinea autem amicitia eſſe multiformis videtur, & tota ex paternâ dependere. parentes enim amant liberos quaſi ex ſe quiddam ſint: liberi autem parentes, quaſi ex illis quippiam ſint; magiſque ſciunt parentes qui ex ſe orti ſint liberi quam nati ex illis ſe eſſe genitos; maiorem autem id à quo aliquid eſt, cum genito habet neceſſitudinis connexionem, quàm quod factum eſt cum eo qui fecit: proprium enim ei à quo oritur quippiam, eſt id quod ex ipſo oritur..... Parentes igitur filios vt ſeipſos amant, qui enim ex ipſis oriuntur, ſunt quaſi alteri ipſi, dum ſeparati ſunt; filij autem parentes, vt ab illis producti.* Itaque patens cum filio eſt quaſi idem alter, & vnus ambo, qui eſt amandi fomes, & amoris meta. Exindè in eorum funere ineluctabilis dolor ſauciat parentum animos.

Parens cum filio eſt quaſi idem alter, & vnus ambo.

2. Iob cap.1. ille tentationum ſæuientium ſcopulus, Diabolorum incurſiones immaniſſimas inconcuſſus deludens; nuper erat ſalute integer, diues cenſu, domo ſplendidus, liberorum numero felix. Tanto autem innocentiæ ac fidei erat muro munitus, vt non auderet eum attentare Diabolus, niſi à Deo nuncupatim iuſſus; qui furiali ſuccenſus rabie, ſubitò rapinâ, igne, ferróque vniuerſa vno momento diſperdit: Iobus autem tot lugubribus nunciis tunditur, nec mouetur. At vbi diabolus tot machinis nihil ſe profeciſſe cognoſcit, omnem furorem in filios eius effundit, vt in filiis pater labefactetur, Nam cùm ſolito more vnanimes vnà epularentur in domo, derepentè concuſſis toto nixu quattuor angulis eius, perampla illa ædium moles parietibus tectiſque corruentibus, illam ſplendidè numeroſam fratrum cohortem ſepelit antè quàm perimit. *Taléque* (pergit S. Zeno Veronenſis) *commentus impietatis excidium, vt in illâ vnius funeris turbâ paternus dolor non ſufficeret orbitati, cùm neſcit quem primum plangat, quem priorem inueniat, cui primùm iuſta crudi funeris ſoluat.* Quare ne ſaxeus ſtupor, ſed patientiæ philoſophia in tot ſtragibus putaretur, *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua & tonſo capite corruens in terram, adorauit*, &c. Nec mirum quod atrociſſimus Diabolorum ſibi perſuaderet, paterno dolori imparẽ fore Iobi petientiam. Quin & toto tentationum tempore ſic pium parentem & filiorum peramantem, medullitùs vrebat hæc filiorum iactura, & funeſta orbitas; vt quaſi in tentationum ac patientiæ ſtadio Iobus adhuc reliquis iam recuperatis, verſaretur; poſt amiſſæ ſobolis reſtitutionem, tunc, tunc quidèm duntaxar Iobus dicatur, Diabolorum triumphator, & in patientiæ certamine ſtrenuus victor. Quod B. Laurentius Iuſtinianus his verbis luculentèr ediſſerit: *Commendata eſt*, inquit, *Abrahæ obedientia poſt tentationem: Ioſeph caſtitas poſt adultera inſolentiam: Iob tolerantia poſt ſobolis reſtitutionem.* Quid? ante ſobolis reſtitutionem commendata non eſt Iobi patientia, cùm contempſit in perditis facultatibus diuitem, cùm diſſimulauit in pœnâ ſui corporis iuſtum? cùm tot tentationum machinamenta deluſit? cùm lectiſſimæ ſobolis immatura funera tolerauit? cùm ſciolè moleſtiſſimam amicorum hoſtilitatem ſuſtinuit? O exaggeratiorem paterni amoris hyperbolen! Semper his tentationum machinis flecti-neſcius Iob à tentationum palæſtrâ fugatur aduerſarius; ſic tamen putauit vri ſenſu amiſſæ prolis paterna viſcera, & eorum funeſtâ recordatione fodicari, vt quaſi adhuc filiorum recordatione tentaretur à fugato aduerſario; non antè, ſed *poſt ſobolis reſtitutionem, Iobi tolerantia ſit commendata*, tamquam conſummatè ac perfectè iam de omnibus illis tentationibus victrix. Tunc enim tandèm hâc Iobo *commendatione* victoriatum eſt.

Tot filiorum orbitati patienda impar cenſebatur Iobus ab aduerſario.

S. Zeno Ser. de Iob.

Iob 1. v. 20.

Non antè, ſed poſt reſtitutam ſobolem, Iobi patientia, dicitur commẽdata quare?

B. Laur. Iuſtin. de Caſto connub. anim. c.6.

3. Gen.22.v.2. Geneſeos 22. Iſaacus ille vnicus ſerò filius Abrahæ, adhuc paruulus, cui maior pietas, & miſeratio maior debetur, à Deo poſtulatur ad victimam: cui ſi per humanam fragilitatem aliqua in corpore infirmitas naſceretur, aut humanus exitus contingeret; vix in eius caſibus pater viuere potuiſſet, ſi annis teneris moreretur. Hic igitur infans, è cuius vitâ paternus affectus & maternus pendebat, diuinâ voce ad crudam victimam poſtulatur: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Secus cùm eſſet filij pater, deſideratiſſimum filium præmaturè immolare iuſſus, *non contriſtat frontem deuotiſſimus Abraham, nec dolor patri lacrymas perſuaſit.* Zenoni adteſtatur Philo: *Ille* (Abraham) *quamuis maiore quam dici poteſt, teneretur filij deſiderio, nec colorem mutauit, nec animum flexit, ſed conſtantiſſimè perſtitit in eâdem ſententiâ: quippè qui amore Dei ſubactus, fortiter vincebat omnes cognationis affectus, & omnia nomina.* Patriſne conſtantia aut magnanimitas eſt, an ſtupor? Belliſſimè Veronenſis Zeno nuper laudatus; *O pater ſpiritum captans, corpus verò, mortémque contemnens! ô, qui ſeruum Domini ita ſe eſſe meminerat, vt patrem ſe eſſe neſciret! Quid eſt pater? Ecce ſub oculis iacet filius vinculis aſtrictus: vbi ſunt Lacrymæ? vbi dolor qui in humanis ſenſibus verſari conſueuit?* Sanè dum Abrahamus ex amantiſſimo patre, intrepidus filij carnifex accingitur, & tunc lacrymas ſiccis oculis ſiſtit, nec colorem mutat, nec contriſtat frontem, nec animum flectit; parum eſt, quod patrem diſſimulet, *patrem ſe eſſe neſcit*, & patris affectum deuotione dediſcit. Scilicet maluit Zeno, Abrahamum interim patrem ſe eſſe quodammodò *neſciuiſſe*, quàm quòd patris conſtantia laudatiſſima, ad filij ſtrages ſurda, in ſtuporem degeneraſſe forſan putaretur.

S. Zeno Ser. 1. de Abrah.

Philo lib. de Abrahamo.

Nam Abraham dum filium iam mactat, patrem ſe eſſe neſcit?

4. Iteratâ Angeli voce ſiſtitur Abrahamus à filij cæde, & arietem vepribus hærentem, pro filio immolare iubetur, in Dominicæ paſſionis typum, nouæ montis nominationi impreſſum. *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt. Vndè vſque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Hoc eſt* (vt myſticè exponit Ambroſius,) *quod apparuit Abrahæ, reuelans ſui futuram paſſionem corporis, quâ mundum redemit; demonſtrans etiam genus paſſionis, cùm ſuſpenſum oſtendit arietem in virgulto; & virgultum illud, patibulum crucis.* Itaque filij immolatio in monte,

Geneſ.22. verſ. 14. S.Ambr. in Catena. Lipom. inibi.

Digitized by Google

cui nomen, *Dominus videbit*, adſimilem Filij Dei à Patre Deo immolationem præfigurat. Vndè & ipſe Abrahamus à Deo audit: Quia feciſti rem hanc, *& non pepercisti vnigenito filio tuo propter me*, &c. Quare eadem verba repetit Paullus, & à Patre Deo, Dei Filio pro nobis immolando accommodat, aiens: *Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis*, &c. quæ vtraque immolatio dum pariatur, diuinæ ac humanæ virtutis ſumma traditur. Verùm Zeno Veronenſis hàc ſuper re ſic philoſophatur: *A filio ad agnum tranſtulit dexteram* Abrahamus *ſemper lætatus & gaudens. Nec mutatus eſt vultus eius, cùm eſſet victima commutata. Cum tantâ lætitia arietem obtulit, cum quantâ obtulerat & filium.* (Nota impreſſiùs verba quæ tempeſtiuus ſubtexit.) *In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit.* Nempè de Deo antropopathως loquitur, & ſic exponit, quanti ab hominibus taxandum ſit, quòd Pater Deus *proprio Filio ſuo non pepercerit*, cùm typicè Abrahamus à filio ad agnum tranſtulerit dexteram, adumbrans Filij Dei immolationem, à Patre Deo citiùs, quàm à tortoribus exactam. *In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit*, nempè *proprio filio ſuo non parcens*, Hem! dum non parcere proprio Filio ſuo Deus traditur, *Solus dolere* dicitur? An non *dolor* in Deo peregrinatur, tamquam res Deo longiſſimè extranea? Verum enimuerò ſi *dolor* cadere in Deum poſſet, in *proprij Filij* immolatione maximè doluiſſet. Nec minùs, opinor, exprimitur paterna erga filios charitas, & affectus in eorum calamitatibus dolor, cùm dicitur Abrahamus non *doluiſſe*, quàm cùm Deus doluiſſe perhibetur. Porrò Abrahami in Deum pietas exaggeratur, cùm in Filij immolatione dicitur, *patrem ſe eſſe neſcire*; & Dei Patris immerata in Filium ſuum charitas declaratur, cùm in Filij paſſione, & crucis tormento, etſi ipſe doloris incapax, *doluiſſe* traditur. *In illo ſacrificio ſolus Deus doluit, quia aliam victimam* (id eſt, *proprij Filij* in ariete adumbrati) *procurauit.*

Ad Rom. 8. v. 32.

S. Zeno 3.

Solúsne Deus doluit, in adumbrati Iſaaci, id eſt, Filij ſui immolatione?

5. Tertullianus librum de animâ auſpicatur, agens de Socratis magnanimâ conſtantiâ, quæ non de fiduciâ compertæ veritatis, ſed *de induſtriâ venerat conſulta æquanimitatis.* Etiam, inquit, in carcere Socratis, de animæ ſtatu velitatum eſt: neſcio iam hoc primùm, an opportuno tempore magiſtri, etſi nihil de loco intereſt. Quid enim liquidò ſaperet anima tunc Socratis, iam ſacro nauigio regreſſo, iam cicutis damnationis exhauſtis, iam morte præſente vtique conſternata ad aliquem motum ſecundùm naturam, aut externum, ſi non ſecundùm naturam. *Quamuis enim placida atque tranquilla, quam nec coniugis fletus ſtatim viduæ, nec liberorum conſpectus exindè pupillorum, lege pietatis inflexerat, vel in hoc tamen mota ne moueretur, ipſa conſtantia concuſſa eſt aduerſus inconſtantia concuſſionem.* Miriſſimum ſanè eſt, tantùm licuiſſe *conſultæ æquanimitati*, quæ de induſtriâ venerat, & de affectâ quærendæ gloriæ ambitione. Scilicet ipſa Socratis tunc incôcuſſa conſtantia animitùs concuſſa eſt, ne concuteretur, dum ipſe morti vicinus, adhuc placidus & tranquillus *legem pietatis* violenter infringit, flecti-neſcius ad vxoris fletum ſtatim viduæ, & *liberorum conſpectum exindè pupillorum.* Quid tam inſolenter ambitioſius, quàm in tanto iniuſtè periculo, amicorum gratulationem expectare, ad iniutiæ fruſtrationem? Meritò hîc ſacer Hiſtoricus bonæ Noëmi anxiam mœſtitudinem tacitus intermittit, ne feſtinatam narrationem moretur; dum illam inducit charo marito, ac duobus dulciſſimis filiis funeſtè viduatam. *Et ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet & Chelion: remanſitque mulier orbata duobus liberis ac marito.* Verùm in fine cap. 4. ſatis huiuſmodi mœrorem exponit, cùm de natiuitate Obedi, nepotis legalis lætitiam velut effuſam, & lætas mulierum gratulationes recenſet.

Tertull. lib. de Anim. cap. 1.

Socrates flectineſcius ad liberorum conſpectum exindè pupillorum, legem pietatis infringit.

Hic verſ. 5.

Ruth. 4. v. 14. &c.

§. XXXV.

Iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis prematurè cumulat.

EAm viam naſcendo ingreſſi ſumus, quam 1.
diu viuendo peragere, non eſt neceſſe. *Iter imperfectum erit, ſi in mediâ parte, aut citrà petitum locum ſteteris. Vita non eſt imperfecta, ſi honeſta eſt. Vbicumque deſines, ſi benè deſinis, totâ eſt.* Nemo tam imperitus eſt, qui neſciat ſibi aliquãdò moriendũ; tamen cùm propè mors acceſſerit, tergiuerſatur, ac tremit. Nónne tibi videbitur ſtultiſſimus omnium, qui grauatè ferat, quòd ante annos mille non vixerat? Æquè ſtultus eſt, qui ægrè ſuſtinet, quòd poſt annos mille non viuet. Hæc paria ſunt, non eris, nec fuiſti. Vtrumque tempus alienum eſt. In hoc punctum coniectus es, quod vt extendas, quouſque extendes? Eò aliquandò is, quo omnia tandem eunt. Quid tibi nouum eſt? ad hanc legem natus es: hoc accidit omnibus ante te, hoc omnibus poſt te accidet. Series inuicta, & nullâ mutabilis ope, ad mortem trahit cuncta, & ſuâ quémque deſtinâ illigat. Quomodò fabula, ſic & vita: non quandiu, ſed quàm benè acta ſit, refert. Nihil ad rem pertinet quâ ætate, quo tempore, aut loco deſinas; quocumque deſine, tantùm bonam vitæ clauſulam impone. Cui ſenectus in votis eſt, opinor, ſenectutis miſerias inſcius expetit, & cognatis ſenio detrimentis inuidet.

Seneca epiſt. 78.

In quâcumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, tota vita eſt.

2. Regum 18. pendulus è quercu Abſalom 2.
iuſtè lancinatur, & ſpiculis tribus cor eius transfigitur. Capilli & lignum eum alligarunt, & brutum eum animal tradidit, & pro fune quidèm coma, pro ligno autem arbor extitit; pro milite autem eum adduxit mulus, & condignas impietatis pœnas morte luit. Et tulerunt Abſalom, & proiecerunt eum in ſaltu in foueam grandem, & comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis. Porrò Abſalom erexerat ſibi, cùm adhuc viueret, titulum qui eſt in Valle regis: dixerat enim Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. *Vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus Abſalom vſque ad hanc diẽ.* Extat etiamnum hic Abſalomi titulus ſeu monimentum in Valle regis, id eſt, in Valle Ioſaphat, cum nomine ſepulchi eiuſdem, quod floribus in ſummo ſculptis exornatur, vt ſcribit teſtis oculatus Zuallardus. Verùm Abulenſis inibi quæſt. 17. ſecutus Ioſephum, putat hunc titulum fuiſſe *quandam imaginem factam de marmore pulcherrimo, quæ omninò erat ad ſimilitudinem Abſalonis.*

Cur, Manus Abſalom, in eius ſepulcro deſcribitur?

2. Reg. 18. v. 18.

Zual. l. 3. Pereg. die 2.
Abulenſ.
Ioſephus.

Digitized by Google

lonis. Ita quidèm ſi ad rem attendas; non ad ſacri textus verba Porrò pulchra è marmore Abſalomi ſtatua, illius venuſtatem oculis repræſentans, cur non potiùs, Abſalom, quàm *Manus Abſalom* meruit nuncupari: Idcircò manum Abſalomi deſcriptam fuiſſe refert Hieronymus in Tradit Hebraicis: *Vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus Abſalom,* inquit, *In quo titulo manum dicitur defixiſſe, & figuram manus ſuæ expreſſiſſe, & ob hoc, titulum hoc modo vocari.* Non hîc examino vtra ex his expoſitionibus magis quadret ad litteram; hæc ſaltem ad mores, aptior nunc apparet. Sanè expenſione digniſſimum eſt, quòd Abſalom, gratiarum manibus factus iuuenis, ſic morti vicinus de rebus humanis cenſet, vt pro venuſtiſſimâ ſui effigie, marmori ad æternitatem impreſſâ, eius *manum* effigiari maluerit, id eſt, quod fuiſſe tunc maluit, quod hactenùs opere fuiſſe magis æſtimabat, quod beneſuadâ morte tardis deſideriis, & ſero voto percupiebat. Totam ipſius pulchritudinem in floridâ ætate, ſqualidæ ſenectutis neſciâ, apprimè deſcribi putat, & ob oculos cunctis proponi, non quia annoſitate longior, ſed quia operibus actuoſior, *manûs*, id eſt, operationis effigies deſcribitur. Nec deſcribit hîc Abſalom, quòd ipſe hactenùs fuit, ſed quòd hactenùs fuiſſe iuuaret. Vndè iuuenilem pulchritudinem, quæ annoſitatem excludit, *manuum* hieroglyphico ſculpit; vt in breui vitâ operum actuoſitate diuturnâ, pulcherrimam venuſtatem effigiaret; hinc in ſui Sepulcri titulo *figuram manus ſuæ expreſſit:* nam *vocauit titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus Abſalom.* Hem! propè mortem, nil pulchrum apparet, niſi *manus*, ſeu operatio ſedula! Tarda hæc Abſalomi æſtimatio, eſto noſtræ æſtimationis eruditio. Breuioris æui actuoſior manus, pulchrioris gratiæ compendium eſt.

S. Hierony.

Breuioris æui actuoſior manus, pulchrioris gratia compendium eſt.

3. Sapientiæ 4. ſic nos admonet Salomon; *Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* id eſt, in *requie*. Nempè occurrit Sapiens tacitæ obiectioni. Dixerat enim impios, eorúmque filios quaſi acerbos fructus prææmaturâ morte abripi: obiiciet quis, etiam iuſtos, eorumque filios præmaturè mori. Occurrit, inquam, & reſpondet, mortem eorum, licet reſpectu naturæ & ætatis præmatura videatur, ipſis tamen eſſe maturam; tum quia transfert eos ad quietem, & gloriam æternam; tum quia ab ipſis præuiſa eſt, imò expectata & optata: quare mors eos paratos inuenit, & expectantes eam, quaſi tranſitum ad meliorem vitam. Vndè ex Græco vertit Cornelius: *Iuſtus ſi aſſequatur quod contendit.* Ac ſi Iuſtum immaturâ ætati morte præoccupari, ſit præproperè *aſſequi quod contendit.* Scilicet mori in quâcumque ætate, eſt Iuſtum aſſequi quod animitùs expectat, peroptat, contendit. *O quàm pretioſa* (ait Bernardus) *in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Fuge, quæſo, in viâ peccatorum ne ſteteris. Quomodò viuere potes, vbi mori non audes?* Inidoneam putas hanc miſeram vitam, vt vel in eâ moriaris; & idoneam iudicas, vt in eâ viuas? Vitam integrè longam, non faciunt temporum diuturna ſpatia, ſed compendioſa meritorum ſtipendia. Pulchrè Caſſianus: *Diuitiæ ſenum,* inquit, *non ſunt canitie capitis, ſed induſtriâ iuuentutis, ac præteritorum laborum ſtipendiis metienda. Quæ enim non congregaſti* inquit, *in iuuentute, quomodò inuenies in ſenectute tuâ? Senectus enim honorabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata.* Quaſi in meritorum commercio, non tam languidæ ac caducæ ſenectutis, quàm iuuentutis animoſiùs vegetæ lucra atque ſtipendia congregentur. *Quæ in iuuentute tuâ non congregaſti, quomodò in ſenectute tuâ inuenies?*

Sapient. 4. v. 7.

Quomodo viuere potes, vbi non audes mori?

Græcus. Cornelius.

S. Ber. epiſt. 105. ad Romanum.

Stipendia iuuentutis in ſenectute ſunt colligenda.

Caſſia. Coll. 2. cap. 13.

Eccli. 25. v. 5.

Pergit Salomon inibi: *Senectus enim venerabilis* (Græcè *digna, pretioſa*) *eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Porrò, vt argutè dixit Bernardus epiſt. 42. ad Henricum Senonenſ. *Multos iuniorum videmus ſuper ſenes intelligere, & moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis, & quod ætati deeſt cōpenſare virtutibus.* O bonum merẽdi arbitrium, annos protelare virtutibus, dies meritis *antiquare*, & ſenectutis tẽpora anticipatis meritis præuenire! Annuit Ambroſius Bernardo, eũdem Sapientiæ locum elucidans: *Verè ſenectus iſta venerabilis, quæ non canis, ſed meritis albeſcit. Ea enim eſt reuerẽda canities animæ, in canis cogitationibus & operationibus effulgens. Quæ eſt enim vita ſenectutis; niſi vita immaculata, quæ non diebus ac menſibus, ſed ſeculis propagatur, cuius ſine fine eſt diuturnitas, ſine debilitate longæuitas?* Et lib. 1. de Cain & Abel cap. 3. Abelum iuniorem præfert Cain ſeniori: *Seniori,* inquit, *iunior antefertur: quia etſi tempore iunior, virtute præſtantior eſt. Innocentia enim tempore poſterior eſt, quam malitia, & quâdam ſuppar ætate: ſed meritorum nobilitate antiquior: ſenectus enim venerabilis eſt, non annis cana, ſed moribus. Et ætas, inquit, ſenectutis vita immaculata. Vbi ergò generatio exprimitur, præueniat Cain; vbi diſciplinarum ſit prædicatio, præcurrat Abel.* Bonus Abel, qui virtutes ac merita in iuuentute addenſando, iuniores annos moribus *antiquauit*. 4.

Sapient 4. v. 8.

Græcus.

Mores antiquant dies, & nouellos annos.

S. Bernard. Pſal. 118. verſ. 100.

S. Ambroſi lib. 3. epiſt. 21.

Numer. 11. Moyſes iudicando defeſſus, obnixiùs Deum orat, vt pergraue regiminis onus quoquo modo alleuet: *Et dixit Dominus ad Moyſen: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, quos tu noſti quod ſenes populi ſint.* Parum, opinor, operæ ac induſtriæ impendetur à Moyſe, vt cognoſcat quis in populo numeroſo nimis ſit ſenex. An non in oculorum tribunali, rugarum ac canorum teſtimonio id perquam facilè iudicabitur? Quare additur, *quos tu noſti quod ſenes populi ſint?* Profectò ſenectus non annis, non canitie conſtat, ſed meritis ac prudentiâ. Vndè S. Anacletus ait: *Porrò Moyſi præcipitur, vt eligat presbyteros, id eſt, ſeniores. Vndè & in Prouerbiis dicitur: Gloria ſenum eſt canities Hîc verò canities ſapientiam deſignat, de quâ ſcriptum eſt: Canities hominum prudentia eſt. Cúmque nongentis & ampliùs annis ab Adam vſque ad Abraham vixiſſe homines legamus, nullus alius priùs appellatus eſt presbyter, id eſt, ſenior, niſi Abraham, qui multò paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergò propter decrepitam ætatem vel ſenectutem, ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.* Atteſtatur Hieronymus epiſt. 13. ad S. Paullinum Nolæ Epiſcopum: *Noli,* inquit, *frater chariſſime annorum nos exiſtimare numero, nec ſapientiam canos reputes, ſed canos ſapientiam, Salomone teſtante: Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyſes ſeptuaginta presbyteros iubetur eligere, quos ipſe ſciret* 5.

Num. 11. v. 16.

S. Anacl. diſt 84. c. finali.

Non annis, ſed moribus ſenex æſtimandus.

S. Hierony.

 eſſe

eſſe presbyteros, vtique non æuo, ſed prudentiâ iudicandos. Rationem reddit Ambroſius alibi elucidatus: *Ætates*, inquit, *quædam ſunt meritorum. Nam & ſenectus morum inuenitur in pueris & innocentia infantium reperitur in ſenibus.* Quare, hi duo filij Noëmi, in Moabitide peregrini, naturæ & ætati iuuenes præmaturè mortui ſunt; viribus plenâ ætate ſenes, longæuâ meritorum ætate.

S. Ambroſ. Ser. 55. in Domini reſurrect. Hîc verſ. 5.

6\. Iſaiæ 65. *Non erit*, inquit, *ibi amplius infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniam puer centum annorum morietur.* Sanè *infans dierum*, ſcilicet multorum (inquit Sanctius) eſt is qui ætatis multos dies & annos habet, ſed quoad ſapientiam & mores eſt infans. Itaque *infans dierum*, idem eſt quòd *puer centum annorum* Perbellè. Seneca lib. de Breuitate vitæ cap. 8. *Non eſt*, inquit, *quòd quemquam propter canos aut rugas putes diu vixiſſe. Non ille diu vixit, ſed diu fuit.* O timeat puer centum annorum, ne peccatis ſuis excuſationem præcludat! *Ergò cùm ſenex* (ait Chryſoſtomus) *eiſdem, quibus iuuentus, morbis laborat, maximum vitium eſt; ac ne de iuuentute quidèm excuſationem habet, neque enim illa poteſt dicere: Peccata iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Vide igitur ne propter ſenilia facta, iuuenilium peccatorum veniâ te priues.* Salubriter monentem ſequere. Quâ ſuper re conſule S. Gregorium lib. 17. Moralium cap. 4. vbi moraliſſimè multa aduersùs iuuenem ſenectutem.

Iſaiæ 65. v. 20. Sanctius. *Puer centum annorum diu fuit, non diu vixit.* Seneca. S. Chryſoſt. apud Corn. in Sapient. c. 4. S. Gregor.

---

§. XXXVI.

Deſolatæ viduitatis operoſa certamina, virginitatis glorias æmulantur.

1\. FElicior virginitas, operoſior Viduitas eſt: *Non tantùm virginibus datum opinor* (ait Tertullianus,) *licèt in illis integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo viſura ſit faciem Dei; tamen vidua habet aliquid operoſius; quia facile eſt non appetere quod neſcias, & auerſari quod deſideraueris numquam; glorioſior continentia, quæ ius ſuum ſentit, quæ quid viderit, nouit. Poterit Virgo felicior haberi, at vidua laborioſior: illa, quòd bonum ſemper habuit; iſta, quòd bonum ſibi inuenit; in illâ gratia, in iſtâ virtus coronabitur.* Vide, quam ſit laborioſa viduarum continentia. Porrò vidua quæ nupturit, *ius ſuum ſentire* dicitur, illúdque exigere: quare in eius continentia, non florida gratiæ felicitas, ſed victrix ſtrenuè virtus *coronatur*. Sic nonnulli apud Clementem Alexandrinum lib. 3. Strom. cap. 9. *Iam*, inquit, *nonnulli præferunt viduam virgini, quod attinet ad continentiam, vt quæ experta eſt voluptatem, & magno & excelſo animo contempſerit.* O quàm eſt femineę imbecillitati arduum, valentiâ maſculâ expertam voluptatem pertinaciter contempſiſſe! Hæc omnia virginum dignitati oppidò præſtantiori minimè detrahunt: quę viduitas enim etſi non felicior ac dignior, de operoſitatis tamen elogio commendatur, & de expertæ dudùm voluptatis generoſo repudio, multis ærumnis crebrò vectigali. Sat magna viduitatis gloria eſt, glorias virginitatis æmulari, etſi dignitate ſuppari.

Tertull. l. 1. ad vxor. c. 8. *Viduitatis operoſitas, glorias virginitatis æmulatur.* 4. Clem. Alex.

2\. Iudith 15. poſtquam ſatis de Holoferne, & Aſſyriis phalangibus victoriatum eſt, Ioachim ſummus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis vt videret Iudith, eíque de inopinatâ victoriâ gratularetur. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vnâ voce, dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri: *Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te.* Ecce tibi huius Heroïdis caſtæ viduitati, tanti certaminis victoria adſcribitur; quaſi Iudith adſueta caſtæ viduitatis certaminibus, triumphale de hoſtibus trophæum erexerit; & adſueta ſe vincere, victoriam erudierit: ſcilicet quæ vidualem concupiſcentiam domuit, & ſeipſam ſumptuoſiùs detriumphauit. Audiendus eſt Tertullianus lib. de Veland. Virgin. cap. 10 vbi viduitatis certamina his verbis exaggerat adſpectu ad virginitatem: *Non enim*, inquit, *& continentia virginitati antiſtat, ſiue viduarum, ſiue qui ex conſenſu contumeliam communem recuſarunt? Nam virginitas gratiâ cōſtat, continentia verò virtute* (expende attentiùs quæ ſubdit:) *Non concupiſcendi cui concupiſcendo inoleuerit, grande certamen eſt.* Grāde porrò viduæ Iudithæ fuerat *certamen*, ſiquidèm in amico Manaſſis connubio, experta concupiſcentia ritè *inoleuerat* medullitùs conuiſcerata, quam *communem contumeliam* appellat. Cum hâc ergò diu ſtrenuè decertauerat, quàm ſæpè glorioſè deuicerat, præproperâ Holofernianæ victoriæ meditatione: *Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris; ideò & manus Domini confortauit te.* Quaſi viduitatis *grande certamen* aduersùs pugnaciſſimam concupiſcentiam, cui diu *concupiſcendo inoleuerat*, fuerit Holofernianæ victoriæ fideiuſſor, & victoriale triumphi pignus. Itaque Iudith in duro viduitatis certamine, Holofernis victoriam meditatur.

Iudith. 15. verſ. 11. *Iudith in viduitatis certamine, Holofernis victoriam meditatur.* Tertullian. *Vidua inoleuit coniugali concupiſcentia.*

3\. Sapienter Paullus 1. Corinth. 7. *Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu.* Per τὸ *mulier innupta*, quamlibet continentem à viri ſolutam vinculo, interpretatur Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum cap. 7. Alij apud Eſtium inibi, per *innuptam*, nuncupatim Viduam intelligi malunt. Et ſanè S. Ambroſius ethicum didaſcalicè myſterium in huiuſmodi Viduarum ac virginum commercio prodit: & indè præfatur poſt libros de Virginibus librum de Viduis ſe conſultò texuiſſe: *Neque enim*, inquit, *inhonoras debuimus præterire* viduas, *quas Apoſtolica ſententia cum virginibus copulauit. Iuxtà quod ſcriptum eſt: Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu.* Addit tempeſtiuè: *Quodammodò enim magiſterium virginitatis, Viduarum valeſcit exemplis. Quæ cum viro caſtum cubile cuſtodiunt, documento virginibus ſunt integritatem Deo eſſe ſeruandam. Et propemodum non inferioris virtutis eſt eo abſtinere coniugio quod aliquandò delectauerit, quàm coniugij oblectamenta neſcire. In vtroque fortes, vt eas coniugij non pœniteat cui fidem ſeruent, & coniuga*

1\. Cor. 7. v. 34. S. Hierony. Eſtius ibi. S. Ambroſ. l. de viduis in principio. *Viduitas quodammodo magiſterium virginitatis dicitur.*

coniugalia oblectamenta non alligent, ne videantur infirma, quæ ſibi adeſſe non poſſunt. Ecce tibi Vidualis continentia, etſi virginali ſuppar, in virginitatis magiſterium, ad integritatis eruditionem proponitur; quaſi in Viduarum operoſiori pudicitiâ non deſit quid virgo integritas ediſcere poſſit, vt in eâ mutatior, meracior, & eruditior continentia præniteat. *Quodammodò magiſterium virginitatis, Viduarũ valeſcit exemplo.* Antiſtet virginitas integri dignitate pudoris, & Angelicæ æmulationis felicitate; ſed nobili magiſterij prærogatiuâ Viduitas honoretur. Exindè Viduas *Apoſtolica ſententia cum virginibus copulauit.* O quàm *valeſcit* virginitatis propoſitum, quod Viduarum fide & calamitatibus eruditur!

4. 3. Regum 17. ad ieiunam viduam à Deo Elias mittitur: an vt Viduam alat? vt alatur à viduâ? Cúmque Elias veniſſet ad portam ciuitatis, *apparuit ei mulier Vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi pauxillum aquæ in vaſe, vt bibam.* &c. Miriſſimè S. Ambroſius notat, quòd Angelus Gabriel miſſus ſit ad Virginem, & Elias propheta ad Viduam miſſus ſit. Vtramque miſſionem his verbis pariat, & acutè expendit Ambroſius lib de viduis poſt initium: *Quid verò,* inquit, *illud quod temporibus iis quibus fames omne genus vrgebat humanum, Elias ad Viduam deſtinatus eſt? Et vide quemadmodum propria ſingulis gratia reſeruetur. Angelus ad Virginem, Propheta ad Viduam. Adde quòd Gabriel ille, hic Elias, vt ex Angelorum & Prophetarum numero præſtantiſſimi Principes videantur electi.* Sanè Angelus conſultiſſimè ad Virginem mittitur, intemeratæ puritatis cognatione ſimillimam; ſunt enim virgines, terreſtres Angeli. Sed cur Elias propheta, Propheta princeps, inquam, & diſtrictiori auſteritate notiſſimus, ad Viduam mittitur? Et quidèm ſicut Beatæ Virgini, Angeli miſſione, ſic miſſione Prophetæ, Viduæ *propria gratia reſeruatur.* Propriáne gratia Viduis reſeruata, erit auxiliaris Propheta, qui viduitatis, id eſt, calamitatis interpretetur vocabulum? qui inolitæ ritè concupiſcentiæ certamen prædicat? qui ærumnas Viduis cognatas auguretur? qui dignitatem ac meritum vidualis continentiæ ac tolerantiæ exponat, & ad illius patientiam cælitùs extimulet? *Angelus ad Virginem, Propheta ad Viduam.... propria ſingulis gratia reſeruatur.* Niſi fortè, ſicut Virginitas Angelis, ſic & Viduitas Prophetis, aut prophetiæ cognata eſt. Hæc Ambroſij ſententia, ſententiarum nimis grauida eſt, & moralitatum fœcunda.

3. Reg. 17. v. 10.

S. Ambroſ.

Propria viduarum gratia eſt, vt ad illas Propheta mittatur. quare?

5. Pſalmo 67. ſic Propheta regius occinit: Dominus nomen illi. Exultate in conſpectu eius, turbabuntur à facie eius, *Patris orphanorum, & Iudicis Viduarum.* Pro τὸ *Iudex*, alij excribunt *adſertor.* Ceterùm contextus ipſe, & rerum ſyntaxis, *Iudicis* vocabulum refutare videntur. Porrò cùm Deus dicatur *orphanorum pater*, in locum emortui parentis ſubrogatus: ſic etiam *Viduarum*, non *Iudex* aut *adſertor* dici debuit, ſed maritus, in mariti defuncti locum ſubſtitutus: ita vt Deus dicatur, Pater orphanorum, & ſponſus ſeu maritus viduarum. Id peritè vidit Chryſoſtomus ſcribẽs ad Viduam iuniorem, ita fatus: *Quoniam verò illum* (maritum Theraſium) *ad ſe vocauit Deus, ipſe nunc illius loco ſe tibi ſubſtituit: neque hoc meum eſt, ſed beati Prophetæ, qui ita inquit: Pupillum & viduam ſuſcipiet; ac rursùs ipſum vocat, Patrem pupillorum, & iudicem Viduarum.* Et poſt nonnulla addit: *Significat, mulieres, quæ viros amiſerunt, in illorum locum aptari & iungi Chriſto.* Pulchrè quidèm Chryſoſtomus, ipſo contextu duce per τὸ *Iudex* intelligit ſponſum ſeu maritum. Sed cur Deus Viduis ſubſtituens mariti vicem velut maritali tutelâ, fotu, curâ non ſe appellat ſponſum aut maritum? Citò dicam: Deus ipſe defuncti mariti *loco ſe* Viduis *ſubſtituit*, mariti autem refutat vocabulum, ne viduali dignitati detrahat, dum ſponſi aut mariti nomine, Viduitatis prærogatiuam videtur expungere. Quare etſi in demortui coniugis locum *aptetur Chriſtus*; iudex, vindex, & adſertor Viduarum, non maritus nominatur, ne præcelſæ Viduarum dignitati detrahere videatur. Belliſſimè quidèm Chryſoſtomus vidualem dignitatem exaggerat.

Pſal.67. v.6.

Deus defuncti mariti locum ſubſtituit.

S. Chryſoſt. Pſalm. 145. verſ. 9.

Deus non dicitur Viduarum ſponſus, ne viduali dignitati detrahere videatur?

6. Clauſulam reſcribamus ex Ambroſio, qui lib. de Viduis ita ſcribit: An verò, inquit, mediocris tibi Vidua illa videtur Noëmi, quæ viduitatem ſuam meſſis manipulis ſuſtentabat alienæ, quam æuo grauem alebat nurus? Nam hoc quoque ad ſubſidium, & ad gratiam Viduarum proficit, vt ita inſtituant nurus ſuas, quò poſſint in his maturæ habere ſubſidium ſenectutis, & quaſi ſtipendium magiſterij, mercedem quoque ſuæ capere diſciplinæ. Etenim quæ benè inſtituerit, benè erudierit nurum ſuam Ruth, ei deeſſe non poterit, quæ viduitatem ſocrûs paternæ domui præferat. Et ſi vir quoque eius mortuus fuerit, non relinquat tamen, alat inopem, ſoletur mœrentem, nec dimiſſa diſcedat. Sic illa Noëmi duobus deſtituta filiis & marito, quæ fructus fœcunditatis amiſerat, pietatis emolumenta non perdidit. Nam & ſolatium mœroris, & ſubſidium paupertatis inuenit. Videtis igitur ſanctæ feminæ quàm fœcunda ſit vidua prole virtutum, meritorúmque ſuorum ſobole, quæ perire non poſſit. Bona igitur vidua egere non nouit. Hactenùs ille, quibus verbis vtriuſque viduitatem tempeſtiuè commendat ad virtutis gratiam.

S. Ambroſ.

Noëmi ac Ruthæ viduitas commendatur.

Hîc verſ. 5.

§. XXXVII.

Dignus Euangelij concionator; dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, atque ſapientiæ hypoſtaſis.

CHriſtianum oratorem, & idoneum Euangelij prædicatorem te puta, ſi tibi ipſi antè omnes, quod oportet, perſuaſeris: nihil enim turpius, quàm quæ obiicitur, in obiiciente cognoſci paſſionem. Bono propagandæ fidei, & morum corrigendorum facillimè frueris, ſi euitaueris quæ vituperat, ſi te bene inſtruxeris in iis, quibus alios inſtruis. Pudeat te deteriora facere, quàm perſuaſeris. Alteri ignoſcito, tibi ipſi hâc in re nunquam. Vulgaris eſt illa Gregorij ſententia: *Mundari priùs oportet, & ſic alios mundare; ſapientem priùs fieri, & ſic alios facere ſapientes, lumen fieri & ſic alios illuminare; ad Deum accedere, & ſic alios ad Deum adducere; ſanctificari, & ſic alios ſanctificare.* Qui ſecùs faxit, ſanctificationem hominum, & Euangelij 1.

Qualis debeat eſſe dignus Euangelij Prædicator.

S. Gregor.

Euangelij gloriam Chriſto inuidet. Qui ſic fecerit, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in ſe cum Paullo complet, Apoſtolorum ſupplementum eſt Euangelicæ doctrinæ complementum, & Chriſti verba in ſe altiùs radicata, toti orbi feliciter implantat.

Pſal. 34. v. 12.

2. Regius Propheta ſic querulus de inimicâ hoſtilitate expoſtulat: ſurgentes, inquit, teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. *Retribuebāt mihi mihi mala pro bonis ſterilitatem animæ meæ.* Non patùm ſudat Comentatorum induſtria, vt hunc locum genuinè vertat, & exponat.

Symmach. Theodoretus. Euthymius. Aquila. Hebræus.

Symmachus, *Retribuebant mihi mala pro bonis, inuerſa contrà animam meam.* Theodoretus, Euthymius, & alij accipiunt *ſterilitatem* pro *obliuione*: nonnulli latiùs pro *anxietate.* Aquila, & Hebræus textus, *Vt me orbem animâ meâ.* Sed quænám eſt hæc *anxietas*, *orbitas*, aut *ſterilitas*? aut quænám eſt earum occaſio?

Genebrard.

Genebrardus poſt attentam loci explorationem, ſeriò cenſet, quòd hæc verba dixerit Dauid nomine Chriſti, cùm Diſcipulos ſuos in Paſſionis veſtibulo diſperſos vidit, & à ſe alienatos, imminētis periculi metu. Sic ergò inibi Genebrardus ſcribit: *Retribuebāt mihi mala pro bonis. ſterilitatem animæ meæ. Sterilitatem, vt eſſem ſterilis, & omnibus Diſcipulis tamquam filiis orbatus.* (Et poſt paucula) *Retribuebant mihi Diſcipulorum orbitatem. Me meis filiis orbabant. Diſcipulos intelligit, quos Iudæi percuſſo paſtore diſperſerunt.*

Chriſtus Deus ſine diſcipulis, ſterilis dicitur.

Vide hîc quàm grauatè ferat Chriſtus Deus Diſcipulorum ac Prædicatorū Euangelij iacturam? ob quam non modo ſe dicit *anxium*, & filiis *orbatum*; ſed etiam *ſterilem*. Hem! *ſterilis* eſt Chriſtus Deus Diſcipulis ac Prædicatoribus *orbatus*? Euāgelicæ doctrinæ fœcunditas, abactis Diſcipulis ſterileſcit? Si deſint probi diuini verbi Præcones Chriſtus *ſterilis* perhibetur? O! ſuſpice piè eruditos Concionatores, tamquā Chriſti Dei fœcūditatē. Scilicet parùm videbatur callidæ Phariſæorum inuidiæ, & veteratoriæ malitiæ, Chriſtum Deū atrociter perimere, ſi eius arcana fœcūditas, in Diſcipulis ſuperſtes adhuc remaneret: quare eorū vaferrima verſutia, & exſomnis aſtutia malitioſè ſatagit, diſperſione Diſcipulorū, cæleſtem Magiſtrum, non modò improlem, ſed etiam *ſterilem* reddere: quò ſpes tanta filiorum cum eorum diſperſione ſimul faciat aborſum. Quod grande *ſterilitatis* malum, ante tot retrò ſecula periculoſas minas iactans, Dauidem, & in eo Chriſtum, reddidiſſe *anxium* perhibetur; & de *orbitatis*, ac *ſterilitatis* malo ſollicitum.

Hic. verſ. 5. & 6.

Gratulor hîc bonæ Noëmi, quòd *orbata duobus liberis ac marito*, & annoſitate ſterilis, viuidæ ſuadelæ fœcunditate, Moabitidis Ruthæ cōuerſione ad veram veri Dei religionē, & Dei populum auxit, & vuluam Deo fœcundam in Iſraëlem feliciter inuexit.

Ruth. 4. v. 17.

Quin & ipſi Noëmi canâ ſenectute dudùm ſterili, natus dicitur filius: *Natus eſt filius Noëmi: vocauerunt eum Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid.*

Ieremiæ 15. v. 19.

3. Valdè querulo Ieremiæ hæc dixit Dominus: Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam ſtabis: *Et ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris: conuertentur ipſi ad te, & tu non conuertēris ad eos.*

Syrus.

Syrus ſic locum vertit: *Si eduxeris graue à defectiuo* (ſcilicet monetam grauem & ponderoſam ab eâ quæ leuioris eſt ponderis, & à iuſto pondere deficit,) *quaſi os meum eris.*

S. Hierony. Theodoret. S. Thomas. Chaldæus. Lyranus. Hugo.

Quæ Ieremiæ verba S. Hieronymus, Theodoretus, S. Thomas, Chaldæus, Lyranus Hugo, & alij ita exponunt: Si, ô Ieremia, prophetalem ac concionatoriam dederis operam, vt ex Iudæis vilibus, impiis, incredulis & rebellibus, facias credentes, obedientes, iuſtos, ac meis legibus obſequenter flexiles, ſicque eos ſepares à ſuâ impietate, *quaſi os meum eris.*

Prædicatores nominantur, quaſi Eccleſiæ, & Chriſti oſſa.

Sed adhuc ambiguum eſt, quid ſit, quòd eximius verbi Dei præco, populorum conuerſione felix, erit ſicut *os* Dei!

Hugo.

Hugo Cardinalis ſic inibi fatur: *Quaſi os meum eris, id eſt, mihi firmiter, & inſeparabiliter adhærebis. Et ſic ſumitur os oſſis.... Prædicatores ergò cùm ſint oſſa Eccleſiæ, non eſt mirum ſi eis confractis frangitur Eccleſia. Pſalmo 41. Dum confringuntur oſſa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me.*

Pſal. 41. v. 11.

Neruoſa quidèm ethicè expoſitio, niſi eam elumbaret diſcordia cum reliquis tranſlationibus, & cum originali Græco & Hebræo verbo, quod *oris*, non oſſi aptatur.

S. Gregor.

Aptiùs S. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 23. *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. Vilis Deo eſt mundus præſens, pretioſa verò eſt anima humana. Qui ergo pretioſum à vili ſeparat, quaſi os Domini vocatur: quia per eum Deus verba ſua exerit, qui ab amore præſentis ſeculi, loquendo quà poteſt, humanam animam euellit.*

Concionator eſt quaſi os, & cor Domini, etſi nullum conuertat.

Itaque Chriſtianus Concionator, qui verba Dei loquens, homines à peccatis, & à mundo auellit, *os* Domini nuncupatur. Imò etſi caſſo effectu nullum conuertat ad melioris vitæ frugem.

S. Chryſoſt.

Quod notauit inibi Chryſoſtomus in Catenâ veter. Patrum Græcor. apud Chiſlerium: *Si ſeparaueris &c. Quæ igitur virtutes cum hâc poſſunt exæquari? confer cum hâc, quæcumque libuerit; ne expecta ſeparantem; ſed ſi etiam non ſeparaueris, fecit quod in ſe fuit.*

Rupertus.

Addit Rupertus lib. 1. in Numer. cap. 33. *Si iuxta Prophetæ dictum, Qui pretioſum à vili, id eſt veritatem à mendacio ſeparat, ipſe os Domini, dicitur: cur non rectè dicatur & quaſi cor Domini qui habet ſpiritum Chriſti?* Nempè Euangelicus Concionator, qui verba Dei loquitur, Chriſti ſpiritum animitùs ſpitantia, cæli lingua, quaſi *Domini os, & cor Domini* meritò poteſt nucupari.

Siracides Eccleſiaſtici 15. de verbi Dei præcone ita ſcribit: Qui continens eſt *iuſtitiæ*, apprehendet illam. 4.

Græcus.

(Græca exemplaria pro τῇ *iuſtitiâ* habent *ſcientiæ*; de ea enim cap. præcedenti ſermo præceſſerat, & de eâ ſubtexitur) Et obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aquâ ſapientiæ ſalutaris potabit illum: *Et firmabitur in illo, & non flectetur.... In medio Eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ & intellectus*

Eccli. 15. v. 3. & 5.

Tigurina.

Et vt perſpicaciùs demonſtretur agi de Concionatore, Tigurina vertunt: *Et in mediâ concione os eius aperiet.* Quaſi non tam ipſe Concionator, quàm hæc *ſapientia* (quæcumque illa ſit) os eius in concione aperiat.

Quomodò Euangelicus Concionator ſit velut Sapientiæ hypoſtaſis.

Impeditum autem eſt, quòd de hâc ipsâ Sapientiâ dicatur *Firmabitur in illo, & non flectetur.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd Sapientia, etſi hominem nutriens pane vitæ & intellectus, & aquâ intelligentiæ ſalutaris potans, ſic firma ſit, vt incumbens ac innitens homine fluxo, imbecillo, caduco, ſic in illo firmetur, vt non ipſe flectatur.

Palacios.

Pulchrè indidèm Palacios ſic ethicè ſcribit: *firmabitur in illo, & non flectetur. Aduerte hîc hominem non flecti,*

non

Digitized by Google

non eſſe adſcribendum ei , ſed Sapientia , qua ſe in illo firmat. Neque enim quia nos in illâ firmamur , perſtamus recti : ſed quia ſe in nobis illa firmat. Benè eſt , homines perſtent recti, quia ipſa Sapientia , illis incumbit : at ipſa Sapientia homini fluxo & caduco incumbens toto intelligentiæ ac eloquentiæ pondere , quomodo non infirmè labat & imbecillè nutat ? Porrò quod lapſante nititur fundamento , ruinam vltrò minatur. Quia mentis ac oris ſapientia ſe in homine firmat , ideò firma ſtat , ac permanet flectineſcia ? Inſtabili , opinor , hypoſtaſi Sapientiâ ſubſiſtit , homini ſubnixa. Imò & firmiſſimâ. Nam vt nuper ex Ruperto præſcripſimus, Euangelicus Concionator , quaſi *Domini os , & cor Domini* perhibetur. O quàm firmiter ſtat ſapientia , & ſubſiſtit eloquentia , quàm velut Domini *os* , & *cor* Domini fundat, *& in mediâ concione os eius aperit!*

5\. Lucæ 1. exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione : & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt , vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth , exclamauit , & dixit : Benedicta tu inter mulieres , & benedictus fructus ventris tui. Vndè hoc mihi , vt ueniat mater Domini mei ad me ? *Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tua in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Vndè ex pueri exultatione in vtero , potuit Eliſabetha cognoſcere Mariam eſſe Dei matrem , niſi id infans euangelizaret? *Meritò Ioannes* (ait Chryſologus) *in vtero exultat , qui originis ſua libertatem antè noſſe , quàm eſſe meruit : antè meruit ſentire quàm viuere....antè nutu Dei loquitur quàm perueniat ad vocis officium.* Bonus præmaturè prædicator , qui antè annunciare Christum nouit, quàm eſſe meruit: qui carens vocis officio *nutu Dei* loquitur. Sic Ioannes ſine voce prædicans, *Dei nutu* loquitur ? Pergit ad rem Auguſtinus , præſcripta Lucæ verba exponens : Videtis , inquit , quemadmodùm Ioannes antè peruenit ad cælum , quàm tangeret terram ; antè accepit diuinum ſpiritum , quàm humanum; antè ſuſcepit diuina munera , quàm humana corporis membra ; *antè cœpit viuere Deo, quàm ſibi. Imò antè vixit ille Domino quàm Deus viueret illi : iuxtà illud Apoſtoli : Iam non ego viuo , ſed viuit in me Chriſtus. Feruens nuncius , qui antè geſtiuit nunciare , quàm viuere. Ipſe enim ſine viſceribus , viſcera matris exuſcitat : & quia tardabat corpus , ſolo ſpiritu implet euangelizantis officium.* Scilicet in eo qui nondùm ſibi plenè viuit , *viuit Chriſtus* ; voce carens, *ſpiritu* euangelizat , & *nutu Dei* loquitur. Nimirum Ioannes quaſi os Dei eſt & Dei nutu loquitur.

Lucæ 1. v. 44.

S. Chryſol. ſer. 87.

Num Ioannes antè vixit Domino, quàm Deus viueret illi?

S. Auguſt. Se. 22. de ſanctis.

Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur.

Ad Galat. 2.

---

§. XXXVIII.

Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ?

1\. ARbor infructuoſa intricat ceſpitem , necat ſpatium , exhaurit terræ vires , cultorem conficit , damno afficit poſſidentem ; ac ſic excidere iſtam lucrum eſt , iſtam non habere commodum eſt. Sic homo vtique qui naturæ donum , munus animæ , rationis beneficium , excellentiam ſensûs , iudicium mentis , artis induſtriam , culturæ bonum ſteriles atque inopes actus euertit, occupat, mergit auctori fructum, cultori gratiam negat : vndè ſicut arbor è terrâ, ſic iſte vitâ meretur excidi. Vide hîc ex aureo Chryſologi ore, quàm ſit inops hominis natura, & bonitatis ieiunè ſterilis.

S. Chryſol.

Homo eſt arbor infructuoſa.

Ioannis 15. Chriſtus Deus ſic homines ad bonorum actuum fœcunditatem adhortatur : Ego ſum vitis, inquit, vos palmites : *qui manet in me , & ego in eo , hic fert fructum multum : quia ſine me nihil poteſtis facere.* Benè eſt , qui manet in Chriſto , velut palmes in vite ; & in quo manet Chriſtus, velut vitis in palmite, multum ferat virtutum fructum ; ſic enim alitur , adipatur, ac fœcundatur palmes pingui ſucco Chriſti Dei , velut fœcundæ vitis. At vocula illa cauſalis *quia* , non leue negotium faceſſit Interpretibus , dum ſenſum videtur intricare , & propè inidoneum reddere. Quomodò enim homo, qui velut palmes manet in Chriſto quaſi in vite , ferret fructum multum , *quia* homo ſine Chriſto nihil boni quod conducat ad vitam æternam poteſt facere ? Imò ſi quicquam ſine Chriſto poſſet homo facere (vt garrit Pelagius , & doloſi Pelagij cineres,) plus fructuum vitæ æternæ ferre eualeret : nam aliqualis potentia hominis, æquali Chriſti gratiâ ad bonum opus inſtructa, robuſtior eſſet , quàm eiuſdem hominis impotentia, æquali gratiæ auxilio adiuta : neque enim opere ſuo vacat potentia , potentioris virtutis adiumento ; ſed potiùs erumpit in perfectius opus , geminatâ potentiâ robuſtior. Quid ergò eſt , *Qui manet in me , & ego in eo, hic fert fructum multum : quia ſine me nihil poteſtis facere ?* (Nihil inquam , ſiue paruum, ſiue magnum , quod vitâ æternâ , aut gratiâ dignum ſit , id eſt , nihil meritorium , vt Theologi loquuntur) Igitur ſi homo ſine Chriſti gratiâ, poſſet aliquantulum ferre fructum ; cum gratiâ Chriſti, non *ferret multum fructum ?* Pulchrè Auguſtinus inibi : *Qui à ſemetipſo ferre fructum exiſtimat , in vite non eſt ; qui in vite non eſt , in Chriſto non eſt ; qui in Chriſto non eſt , Chriſtianus non eſt.* Exinde Concilium Arauſicanum cap. 7. & 9. totum eſt in elumbando humani arbitrij vigore ad erumpendum ex ſe in opus bonum ; ac vitæ æternæ meritorium. Opportuniſſimè ad rem Paullus : *Ego autem*, inquit , *carnalis ſum venundatus ſub peccato .... non enim quod volo bonum , hoc ago : ſed quo odi malum illud facio.* Itaque non modo ad bonum non viget ; ſed tam longè abeſt vt vigeat , vt dicatur, quòd *quia* homo nihil boni à ſe poteſt facere, ſi gratiâ Chriſti adiuuetur , *multum fructum feret.* Tanta eſt hominis tenuitas ad rem gratiæ peragendam ! Quin & tanta eſt humanæ malitiæ ſollertia, & velut cognata induſtria ad rem gratiæ pugnaciter fruſtrandam ! Heu quot auxilia quæ ad bonum ſufficiunt , irrito illicio caſſa ac inefficacia redduntur ! Parum eſt, quòd homo ad iſtiuſmodi bonum ſterilis ſit, niſi etiam ab illius malitiâ, aut vecordiâ, aut deſidiâ ſterileſceret diuina ſufficienter gratia, boni operis alioquin ex ſe fœcunda. Hem ab hominis aut inertiâ , aut nequitiâ , tot gratiæ abortus ! tot præmaturas bonorum operum in radice neces ! *Qui manet in me , & ego in eo , hic fert fructum multum quia ſine me nihil poteſtis facere.* Gratulor huic humanæ

2\.

Ioann. 15. v. 5.

Quare quia homo nihil boni poteſt facere , cum Chriſti ope multũ fructum ferat?

S. Auguſt. Tract. 81. in Ioannem.

Concil. Arauſ.

Ad Rom. 7. v. 14. & 15.

humanæ ſine Chriſto impotentiæ, vt homo in Chriſto *mul:um fructum ferat.*

3. Ad Philipp. 2.v.12.&13.
Ioanni (vel potiùs Chriſto) accinit Paullus, ad Philippenſes 2. ita ſcribens: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bonâ voluntate.* Miriſſimum ſanè eſt, quòd hanc doctrinam Philippenſium auribus Paullus implantet. Nempè quòd cum ingenti animi *metu*, & pauido corporis *tremore*, opera æternæ ſalutis vnuſquiſque operetur, quia Deus in vnoquoque operatur pro ſuo beneplacito, & *velle* bonum, & illud opere *perficere*. Imò, ô Paulle, quia Deus infinitè bonus ac pius eſt, & quia ſimul omnipotens eſt, piè operabitur in nobis, vt benè *velimus*, & potenter efficiet, vt efficaciter & perſeuetanter *perficiamus*. Profectò indè Paullus *metum* & *tremorem* incutere videtur, vndè videri poterat excutiendus. E fiduciæ illicio, timorem ingenerat fortè ſpem recudit in metum. Planè non ita. Sed quàm potenter ſæpè homo diuinæ gratiæ reluctetur apprimè declarat. Porrò metum ac tremorem ſuadet, non quia Deus pro bonâ voluntate ſuâ operatur *velle* ac *perficere*; ſed quia eiuſmodi velle ac perficere, non vbilibet, ſed *in nobis operatur*. Hinc metus, hinc tremor, hinc ſtrenua ſollicitudo, ne nos fruſtremus bonum, quod Deus *in nobis* operari exoptat. Bellè ibidem Chryſoſtomus: *Cum metu & tremore. &c. Non te iſte metus angat, & alacritatem voluntatis ipſe nobis dat, & operationem.* Ergò ô homo, time ac contremiſce de tuâ imbecillitate, & ingenio ad rem virtutis de ſe inidoneo, & ad vitia procliui, quia *in te* Deus operari debet, vt velis; neque enim poſt lapſum tuum, tu ſine te ſalutem conſequeris: ſed ſpem erige, quia in voluntate tuâ ad bonum tuum, & ad ſalutem tuam languidâ, Deus operatur *alacritatem*, quâ bonum intenſiùs *velis*, & ſtrenuè *perficias*. Time, treme, & caue tibi à te, & ſollertet ſatage, ne per ſocordiam tuam ſaluti tuæ oſcitantet inuideris. Qui à te metuis ac tremis, à Dei bonitate, & omnipotentiâ fiduciam concipe: *Non te iſte metus angat, & alacritatem voluntatis ipſe nobis dat, & operationem.* Nota etiam in his verbis Chryſoſtomi de Semipelagianiſmo vindicias.

Cum tremore noſtram ſalutem operamur, quia in nobiſipſis illam Deus operatur.

S. Chryſoſt.

4. Pſalm. 43. verſ. 2.
Pſalmo 43. ſic pangit Dauid: *Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis.* Cur dicit, Auribus noſtris audiuimus? Quonam enim alio corporis membro quis audit? Communis hic eſt mos hominum, vt quandò aliqua narrant de quibus facti ſunt certiores, præſertim res magni momenti, dicant ſe auribus percepiſſe; & in aliis oculos, aut manus teſtes adhibent, iuxta illud, *Vidimus oculis, & manus noſtræ contrectauerunt*, & in aliis ſimiliter ſenſibus. Eſt igitur eius, qui vult fidem facere auditori, aures adiungere. Sic reſpondens Chryſoſtomus in Catenâ, rationem reddit, cur Propheta dixerit, ſe auribus audiuiſſe. Verùm vlteriùs quærit Ambroſius, cur addiderit *noſtris*? ſatis enim eſſet dicere, auribus audiuimus. Quâ ſuper re ſic ad rem præſentem inibi philoſophatur: *Deus auribus noſtris audiuimus. Auribus audiuimus plenum erat. Cur ergò additum eſt Noſtris? Quid ſibi vult, niſi vt intelligas, illa eſſe noſtra quæ mentis ſunt; & ea eſſe meliora quàm quæ iſtius corporis? & ideò quaſi de alio dicit hic ipſe Propheta: Non timebo quid faciat mihi caro.* Ecce tibi vir iuſtus tamquam alius à carne ſuâ, & à ſeipſo quatenùs homo eſt, eſſe cenſetur, & ſeipſum velut à ſeipſo extraneum reputat. Adeò enim à carne & corpore diſſitus cenſetur homo iuſtus, vt alius ab homine videatur, & quaſi ipſe alius. O, ſic peregrinatur in homine virtus, iuſtitia, pietas, vt qui ſanctitatem colit, & ad perfectionem hiat, alius à ſe eſſe putetur? Vndè homo iuſtus nec auribus audit, nec oculis videt, nec manu contrectat (ſic ſequeſtratur à collegio carnis, & exterioris hominis ſenſu!) ſed auribus ſuis audit, oculis ſuis videt, manibus ſuis contrectat: illa enim ſunt propria illius, quæ mentis, rationis, ac conſilij ſunt: *ergò additum eſt Noſtris, vt intelligas illa eſſe noſtra quæ mentis ſunt & ideò quaſi de alio dicit hic ipſe Propheta: Non timebo quid faciat mihi caro.* Verè pariter ac bellè Ambroſius!

1.Ioan.1. verſ. 1.

S. Chryſoſt.

S. Ambroſ.

Homo iuſtus, alius à carne, & à ſeipſo eſſe dicitur.

5. Pſal.18.v.13.
Idem regius Pſaltes ſic pangit: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Plures cenſent *delicta* hîc appellari quotidianos defectus, qui ſanctimoniæ notas inurunt, & indecora ſtigmata Deo odioſa. L x x. Interpretes ſcribunt παραπτώματα, hoc eſt propriè lapſus, caſus, nec opinantis animi prolapſiones. Quare S. Hieronymus in cap. 2. ad Epheſios, ait multos opinari eſſe quaſi peccatorum initia, cùm tacita cogitatio ſubrepit, & ex aliquâ parte conniuentibus nobis, nondùm nos tamen impulit ad ruinam. Verùm Græci Patres in Commentario apud Corderium, ſic dilucidè locum exponunt: *Delicta quis intelligit? &c. id eſt, peccandi rationem. Quis vtique tam peritus eſt, vt diſpicere atque obſeruare valeat, atque intelligere differentiam voluntarij & inuoluntarij? Statim itaque tranſit ad voluntarium, Occulta vocans illa quæ ſunt ſecundùm concupiſcentiam, cui ſuccumbimus: Aliena verò quæ extrinſecus nobis inopinatò accidunt, quæ Externi fortuita vocare ſolent, quales ſunt res aduerſæ.* Hem! ſic caligat in peccatore vel ipſum *Rationis* lumen, vt peccandi *rationem* obtendat, & in peccato *rationem* inuenire præſumat? Nil tam irrationale, quàm peccatum, cuius eſſentia, hoſtilitas cum ratione cenſetur; barbarum quidèm peccatum eſt, & error à rectâ *rationis* regulâ; & tamen ad peccandum, *peccandi rationem* homo quærit, & malè inuentam, peiùs obtendit. (ſic iuuat ex hoc loco ethicè velitari) O! quis *peccandi rationem* intelligat? Præterea huiuſmodi voluntarium & inuoluntarium peccatum humana ad peccandum pronitas non refutat. Neque enim tantùm inteſtino humanitùs peccandi fomite ad delicta ſufflammatur homo (quæ vocat *Occulta*;) ſed *Alienis* etiam, id eſt, inopinatò accidentibus, ſeu fortuitis, *quales ſunt res aduerſæ*, ad peccandum inſtigamur. Medullitùs concupiſcentiæ igniculo vſtulatur homo: neque extrinſecùs eſt tutus à ſibi *alienis*. Quaſi alienis & propriis ad malitiam exæſtuet. Vide hîc vel Dei populum, id eſt, Hebræam gentem enormiter peccatricem, minaci æthere, Solari ſtitione (ſi traditionibus Hebræorum acquieſcimus,) ſterili ſolo, ac dirâ fame oppreſſam: præcoqua Elimelechi, ac peregrinæ ſobolis funera, ſcelerum nimirùm ſtipendia. Sed tandèm Gratia repugnantis naturæ victrix, & ſcelera vicit, & ſupplicia poſt decennium auertit. Hic verſ. 6.

Lxx. Interp.

S. Hierony.

Hom.o rationem ad peccandum inuenire præſumit.

Græci Patr.

Quæ ſint peccata occulta, quæ aliena?

§. XXXIX.

Digitized by Google

§. XXXIX.

Templum Dei, ipſius facies dicitur; mundiali opificio ſimile, Ægypti obliuio, & gloriæ proœmium.

1. *Plutarchus.* SCitè Plutarchus in Commentario de Stoicorum pugnis: *Dogma eſt Zenonis*, inquit, *non eſſe ædes ſacras Deorum ædificandas. Sacrum enim, quod vile ſit & profanum, nihil eſſe. Ædificatorum autem opificium & opificum nullum eſſe non vile. Qui verò hæc & rectè collaudant, initiantur in fanis, ſcandunt arcem, venerantur ſimulacra, coronis ornant templa, cùm ea ædificatorum ſint & opificum opera. Ita ne verò Epicureos, qui Diis ſacra faciunt, putant ſe coarguere: cùm ipſi potiùs coarguantur, dum immolant in aris & templis, quæ neque extare neque extrui ſtatuunt oportere?* Deſipit porrò humana ſapientia, & opere deſtruit quod ore adſtruit, dum Dei templa, diuinioris reuerentiæ obtentu irreuerenter refutat. Zenonem magiſtrum imitatus Seneca, etiam hâc in re parùm ſibi cohæret: *Quomodò ſint Dij colendi, ſolet præcipi*, inquit. *Accendere aliquem lucernam ſabbatis, prohibeamus: quoniam nec lumine Dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine. Vitemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum humana ambitio iſtis officiis capitur. Deum colit, qui nouit*, &c. Verùm ipſe Seneca lib. 7. Natural. qq. cap. 3. à Stoicâ ſui Zenonis ſcholâ nobiliter degenerat, & ad Peripateticorum caſtra tranſilit, inquiens: *Egregiè Ariſtoteles ait, numquam nos verecundiores eſſe debere, quàm cùm de Diis agitur? Si intramus templa compoſiti, ſi ad ſacrificium acceſſuri vultum ſubmittimus, togam adducimus, ſi in omne argumentum modeſtiæ fingimur*, &c. Peritè parum cohæret, & palam ſibi pugnat Stoicorum ſchola, quæ diuinæ maieſtatis ac reuerentiæ obtentu, Dei templa demoliri imperitè adnitebatur. Sacroſanctum Dei numen, & humanæ ad Deum reconciliationis ſacrarium tollit, qui templa ſuſtulit.

Qui templa Deo extruenda negant, ipſi illa ædificant, ſacrificiis colunt, & coronis adornant.

Seneca. epiſt. 95.

Ariſtoteles.

2. *Pſal. 50. v. 13.* Regius Propheta dum adhuc ſui ſceleris offenſam magis, ac magis delere ſatagit, pœnaliſſimam illius mulctam deprecari contendit, ſic Deum obnixè rogans: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. *Ne proiicias me à facie tuâ: & Spiritum-ſanctum tuum ne auferas à me.* Dei piè exambit faciem, quæ omnes gratias ſpirat, & peccatorum reliquias expungit. Ceterùm per illud, *Ne proiicias me*, innoteſcit quomodò diuinam ſibi gratiam pœnitendo reſculpſerit: non enim iam tamquam illâ ſpoliatus rogat eam recipere, ſed hâc minimè fruſtrari petit, neque diuinâ prouidentiâ fraudari. *Faciem* autem hoc loco Dei curam ſeu prouidentiam appellare videtur: *Spiritum* verò intelligit ſiue ſanctum, & principalem, ſiue donum aliquod affectibus imperans, & voluptates coërcens. Verùm Græci Patres in huius Verſiculi Paraphraſi, hunc locum interpretantur de Dauidis poſteris in Babyloniâ diu exulantibus, & reditum in Ieruſalem apprecantibus, ſic inibi fati: *Ne proiicias me à facie tuâ*, &c. *Ne igitur, inquis, multo tempore me morari facias in Babyloniâ, ſed reduc me in Ieruſalem. Nunc enim videor mihi eſſe extra faciem tuam, quòd non ſtem in Templo tuo, neque conſueta offeram ſacrificia. Reduc me igitur, inquit, ad propria, & priſtinam mihi gratiam reſtitue, hanc enim vocat Spiritum-ſanctum tuum. Vndè ſubiungit: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: Et redde mihi, inquit, priſtina omnia per quæ viuebam.* Nimirùm aut Dauid in ſuâ poſteritate apud Babyloniam exul, aut ipſe Saülis hoſtilitatem fugitans apud Reges finitimos, cùm longè abſit à tabernaculo, ſeu Dei Templo, ſe tamquam à *Dei facie proiectum* opplorat, & idcircò reditum in Ieruſalem auidè ſuſpirat. Dauid procùl à Dei Templo, velut Cainum à Dei facie eiectum ſe reputat, & eiuſmodi pœnaliſſimam eiectionem anxiè deprecari ſatagit, aiens: *Ne proiicias me à facie tuâ. Nunc enim videor mihi eſſe extra faciem tuam, quod non ſtem in Templo tuo.* Quin & hanc gratiam redeundi ad Ieruſalem, vt Templo adſit, *vocat Spiritum-ſanctum tuum*, & lætitiam ſalutaris Dei, per quam *viuit*. Altè quidèm domus Dei, tamquam gratiæ *vita*, & *Spiritus-ſanctus vocatur*. Hem! ſic munificè in Dei Templo Spiritus-ſanctus communicat ſeſe? O bona *vita*, Spiritus-ſancti gratiâ exundans, quæ à Templi numine eſt! Qui Dei Templa non frequentat, proiici à Dei facie perhibetur.

Græci Patr.

Qui Dei templa non frequentat; à Dei facie proiici perhibetur.

Gen. 4. v. 14.

3. *Exhod. 25. v. 8.* Exhodi 25. hæc iubet Dominus Moyſi, vt ad diuinæ religionis cultum faciant filij Iſraël: *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxtà omnem ſimilitudinem Tabernaculi quod oſtendam tibi.* Moroſus eſſem, ſi omnia quæ priùs in Dei Tabernaculo, & poſteà in Templo facta ſunt, ſigillatim percenſerem. Sat eſto vniuerſatim cum Theodoreto dixiſſe, Tabernaculum ſimile fuiſſe mundo vniuerſo. Sic ergò Theodoretus hunc locum inibi quæſt. 60. elucidat: *Tabernaculũ hoc fieri mandauit Deus.... Illud autem præſe ferebat creationis ſpeciem. Quia ſicut Dominus Deus cælo terràque creatis medium expandit firmamentum, & ſuperiora diſtinxit ab inferioribus: Ita Tabernaculum quidèm vnum extrui præcipit ..., in cuius medio velum extrueretur, inſtar firmamenti, quod diſtingueret Tabernaculum iſtud in duas partes: & partem illam quæ erat oſtium verſùs, vocauit Sancta: ſecretiorem autem partem velaminis, appellauit Sancta Sanctorum*, &c. Teneo ex Theodoreto Tabernaculi ſeu Templi formam, *Præſe ferre creationis ſpeciem.* O quàm multa paucis! Porrò ſicut in ordine rerum naturalium largior Dei omnipotentia, illo ſextiduo omnia creauit quæ totum mundi opificium conſtituunt, integrant, ornant, & perficiunt: adeò vt nullam rerum naturalium ſpeciem exinceps crearit in vllo genere, quæ tunc ſaltem virtute, creata non fuerit: Sic in ordine gratiæ, & in ſerie rerum ſpiritualium, Tabernaculum ſeu Templum, *præ ſe fert creationis ſpeciem.* Quare nulla eſt ſpecies gratiarum, nullum ſpiritualium donorum genus, nullum cæleſtium chariſmatum beneficium, quod beneficè in Dei Templis non exundet, ſiue ad noui hominis ſpiritualem, creationem, ſiue ad ſuſtentationem, delicias, ornatum, &c. longum nimis facerem, ſi omnia aut ſaltem præcipua quæ adumbrat hæc allegoria, perſtringerem. Sat eſto, ad Theodoreti acumen

Theodor.

Dei Templum creationi mundi aſſimilatur quare?

4. *Mundi antitypus dicitur Templum ad Ægyptiarum voluptatum obliuionem extructum*

men intendiſſe digitum. Malo, vt ab aliis ſollertiâ obſtetricante moralis partus edatur, quàm aborſum facere excurſu prolixiore. Addam hîc

S. Chryſoſt.

Theodereto adſentite Chyſoſtomum in Pſalmos graduum, vbi ita ſcribit: *Accipiens Deus Iudaos rebus ſenſibilibus nimium inharentes, ne ampliùs ad concupiſcentiam rerum Ægyptiarum declinarent, fecit Templum ad imaginem vniuerſi mundi, ſenſibilis, & intelligibilis. Quod autem*

Ad Hebr. 9. v. 23.

Templum hoc vniuerſi mundi fuerit antitypum, affirmat Paullus. Ecce tibi Dei templum vniuerſi mundi ſenſibilis, & intelligibilis antitypum. Quin & tot deliciis Templum exuberat, vt extructum ſit ad Ægyptiarum voluptatum obliuionem. O! ſic mundialis voluptas deſipit Templa frequentantibus? Sic empyreæ deliciæ vbertim exundant? Quare religioſa Noëmi tot

Hîc verſ. 6.

orbitatibus deſolata, quamprimùm potuit, pergit in patriam, vndè peruium ſit Dei Templum frequentare, ad tot calamitatum opinatiſſimũ remedium, quo, toto decennio exul, viduata vixit.

5.
Pſal. 21. v. 4.

Regius Propheta Pſalm. 21. ſic occinit: Clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. *Tu autem in Sancto habitas, laus Iſraël.* hoc eſt, in ſanctuario, in tabernaculo, in Templo, vbi te magnificum atque laudabilem exhibes, & naturæ Deum, hominúmq; auguſtum dominatorem: vbi te homines orant, & adorant, & laudes tuas concinnè decantant: vbi Cherubini, & reliquæ cælorum mentes, triſagio te ſuo aſſiduiſſimè venerantur. Con-

Dei laudes in Templo decantata, futura beatitudinis proœmium dicuntur.

Hebræus.

cinit Hebræus textus: *Tu ſanctus habitator laudum Iſraël*, vel, *habitans in laudibus Iſraël*: hoc eſt, qui in ſancto Templo tuo vbi dignatus es habitare, ſemper laudaris ab Iſraële. In tuo enim Templo præmaturè Iſraël feſtinat inchoare, quod beato officio, & glorioſo munere eſt acturus in omnem æternitatem. Vndè diuinas lau-

S. Chryſoſt. in Pſal. 144. apud Cord. hîc.

des in humano ore appellat Chryſoſtomus, *futura vita proœmium*: hoc eſt, felix beatitudinis auſpicium, empyreæ gloriæ inductorium ac præludium, & præcoquus æternæ felicitatis guſtus; in Templo iam nunc delibans beatitatem, cuius medullas perpetuò exorbebit. O bonam Templi cum cælo æmulationem!

6.
Pſal. 64. v. 5. & 6.

Idem regius Vates ſic occinit Pſalm. 64. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: *Sanctum eſt Templum tuum, mirabile in aquitate*

S. Auguſt.

Appoſitè notat Auguſtinus, quòd *non dixit, Templum ſanctum tuum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis, ſed mirabile in aquitate.* Nempè hæc Templi admirabilitas non refertur ad fabricam, etſi miriſſima fuit; ſed mirabile dicitur Templum in *aquitate*, ſeu *iuſtitiâ*, id eſt, ſanctitate: in eo enim velut in mirâ officinâ homines refingit, &

S. Chryſoſt.

mirè demutat. Aptè S. Chryſoſtomus Templum ſeu Eccleſiam Noëticæ arcæ non ſolum comparat, ſed longè præfert, ſic fatus homil. 3. de Pœnitentiâ: *Arca quidèm animalia ſuſcepit, & animalia conſeruauit; Eccleſia* (hâc voce etiam Templum vulgo nominamus) *verò animalia ſuſcipiens, eadem transformauit vtputà accipiter illuc introiuit & accipiter exiuit. Introiuit huc*

Dei Templum Noëticam arcam excellit. quare?

quis accipiter, columba exiuit: introiuit lupus, & ouis egreditur. Anguis introiuit, & exiuit agnus, non tranſmutatâ naturâ, ſed malitiâ excluſâ. Sanè arca in vniuerſali mundi naufragio, & communi ruinâ animantium confugium fuit, præſidium fuit, & tutiſſimum à periculo aſylum. Hâc in re Templum ritè frequentatum, arcæ Noëmi pariatur. In eo autem miriſſimè excellit, quòd arca quos intra ſe excepit, ipſos illæſos reſtituit. Templum verò arcanâ morum metamorphoſi, in actuoſâ omnipotentis gratiæ officinâ, exceptos recudit in alios ipſos: accipiter in columbam refingitur; lupus in ouem, anguis in agnum, publicanus in iuſtum reformatur. Miriùs hæc arca ſeruat & cuſtodit, quos ſic transformat. *Sanctum eſt Templum tuum, mirabile in aquitate, in iuſtitiâ*, id eſt, *ſanctitate. Introiuit quis accipiter, columba exiuit; introiuit lupus, & ouis egreditur; anguis introiuit, & exiuit agnus*; ritè intrauit publicanus, & vetere malitiâ excluſâ, ac nouâ ſanctitate reſculptus, iuſtus exiuit. Sibi hanc morum transformationem inuidet, qui ſacroſancta Dei Templa frequentare negligit.

---

§. XL.

Perſeuerantia ſententioſè dicitur, immotus ad Deum motus, virginitatis gloria, peccatorum lauacrum, iuſtorum fortuna, forma, & eſſentia.

MAgnum pretium dat rebus diuturnitas. 1.
Vitrum ſi ſecuritate æquaret aurum, forſan pretio ſuperaret. Sæpè pretioſius quod in rebus eſt, tempus eſt. Antiqua artificia, & antiquior nobilitas antiquiùs habentur, durationis æſtimanda ſuffragio. Dignitas eſt duraſſe: erit & poſſe durare, nec facilè infringi. Integra virtus eſt, quæ adhuc in exitu nouiter inchoat; & res eſt perpetui initij, ne ad finem perueniat: perpetuò naſcitur, ne vmquam moriatur. Res continua eſt conſummata virtus: ferè fruſtrà fiet, ſi per fruſta fiat. Non valdè diſtat, virtutem omittere, ac intermittere. Idem ſemper velle, idem nolle, perfectæ virtutis ſacramentum eſt: neque enim niſi ad rectum vnitas voti reperitur. Vitium diſpergitur. Continuam ſui complacentiam ingerere, non niſi honeſtas eualet: quæ ſi ſemper præualet, felix innocentiæ nomen, re nominis plenum, tamquam ſuum vendicat: qui eſt in re morum, virtutum flos, & perfectionis compendium.

Ferè ex Euſeb. l. 2. de Art. Vol. c. 75.

Bonum continuum excudit innocentiam.

Geneſeos 11. Noëmi poſteritas vix à com- 2.
muni mundi naufragio ſoſpes euaſit, cùm de rediuiuâ malitiâ ſuperbam Babelis ſtructuram inſolenter molitur. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem ac turrim, quam ædificabant filij Adam, & ait: *Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum* &c. Hebræum הָבָה *Haba*, pro quo Vulgatus excepiſit, *venite*, eſt vox adhortantis, & poteſt iungi vtrique numero, ita vt ſignificet, *age*, in ſingulari, vel in plurali, *Agite*. Putauerim Angelis loqui, quorum miniſterio linguas confudit Deus. Ita communiter Interpretes cum Auguſtino. Sed ſciſcitari lubet, vbi nam à Deo aberant Angeli, quos vocat amico verbo *Venite*, vt ſuos ſocios, atque ad opus gregales faciat? Eleganter S. Gregorius

Geneſ. 11. v. 7.

S. Auguſt. l. 16. de Ciuit. Dei c. 9.

S. Gregor. lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. Moral. cap. 5. ſic ad rem præſentem philoſophatur: *Dicitur eis qui aderant, Venite: quia nimirùm hoc ipſum numquam a diuinâ contemplatione decreſcere, in diuinâ contemplatione ſemper accreſcere eſt; & numquam corde recedere, quaſi quodam ſubtili motu eſt ſemper venire.* Scilicet qui à Deo numquam recedit, ſemper ad Deum de nouo venire perhibetur. Velut recens aduenit, qui ab eo numquam abſcedit. Primitias fruitionis ſemper quodammodò delibat, qui diu fruendo exatiatus putabatur. Sed vide nunc mihi, quàm ſit in re virtutis commendabile, numquam à virtute vel tantillùm excidere, neque illam vmquam intermittere. O ſubtilem arcanè motum, quo res immota ſenſim Deo appropinquare perhibetur, continuæ ſtationis artificio! *Numquam corde recedere, quaſi quodam ſubtili motu eſt ſemper venire.* Subtiliter quidèm Gregorius.

Qui numquam à Deo recedit, quaſi quodam ſubtili motu illi appropinquare dicitur.

3. Lucæ 1. v. 28.

Lucæ 1. Gabriel Angelus diuinæ corporationis ſacramentum tractaturus cum Virgine, ſic nouiter eam ſalutat: *Aue gratiâ plena; Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.* O quàm multa quàm paucis, tam panegyricè, quàm ethicè hîc nobis Angelus compendiauit! S. Fulgentius Serm. 3. præſcripta Angeli verba ſic elucidat: *Cùm dixit: Aue, ſalutationem illi cæleſtem exhibuit. Cùm dixit: Gratiâ plena, oſtendit ex integro iram excluſam primæ ſententiæ, & plenam benedictionis gratiam reſtitutam.* (Attentiùs nota quæ ad rem ſubiicit verba) *Cùm dixit: Benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictum fructum expreſſit, vt ex eo benedicta dicatur, inter mulieres, quæcumque perſeuerauerit virgo.* Audaciuſculè quidèm Fulgentius in perſeuerantiæ laudem. Benè eſt, dum Maria Deipara, *Benedicta in mulieribus* nominatur, ſingularis eius innuatur virginitas, & dignus virginitatis partus, ſcilicet optatiſſimus Meſſias, Chriſtus Ieſus, verus Deus, & homo verus exprimatur: indè enim dicitur *Benedicta in mulieribus*, eâ enim gratiâ præcelluit, vt hominem Deum generaret. Quid eſt autem quòd addit: *Vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres quæcumque perſeuerauerit virgo?* Num ipſa Maria Deipara, etſi virgo Deum conciperet, Deúmque pareret, niſi vſque ad vitæ finem *virgo perſeueraret* (quod Hæretici blaterant) *Benedicta inter mulieres* non foret, nec tanto elogio digna cenſeretur? An quia Deipara non tantùm virgo fuit, ſed quia *perſeuerauit virgo*, generoſæ virginitatis gloriam regeſſit in virgines? Hem! Tantùm perſeuerantiæ licèt?

S. Fulgent.

An quia Deipara perſeuerauit virgo, Benedicta nominatur?

4. Ioann. 21. v. 8.

Ioannis 21. poſt Chriſti paſſionem, piſcationis officium cum aliis Diſcipulis reſumit Petrus, & totâ illâ nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen eum diſcipuli cognouerunt. Paruerunt autem iubenti, vt in dexteram nauigij rete iacerent. Miſerunt ergò: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dixit ergò Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. *Simon Petrus cùm audiſſet: quia Dominus eſt, tunicâ præcinxit ſe (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare.* Sanè cùm comprehenderetur Ieſus, Ioannes abiecit ſindonem, & nunc Petrus inuentus eſt nudus: quia Ioannem texit fuga, Petrum negatio ſic nudauit. Mirum quidèm & verè mirum, quia qui in naui nudatus eſt, in mare ſe demergit indutus, quia innocentia numquam nuda eſt, & reatus ſemper refugit ad velamen. Sicut Adam, ita & nunc Petrus poſt culpam ſuam geſtit tegere nuditatem, quia fuerant ambo vtique ante culpam ſanctâ nuditate veſtiti. Pergit Chryſologus: Petrus *tunicâ ſe præcinxit, & miſit ſe in mare, vt mare dilueret, quod negatio taliter ſordidauerat.* Nimirùm Petrus ſuccedaneis delicto lacrymis, & inceſſante amarè fletu, quem dolor per oculos animitùs expreſſerat, infidæ negationis ſqualorem pulchrè diluerat: & nunc etiam quaſi culpę maculâ adhuc ſordeſceret, vberiùs expetit lauacrum, & mundiorem inceſſanter puritatem ambiens, *miſit ſe in mare, vt mare dilueret, quod negatio taliter ſordidauerat.* Quaſi parùm foret lacrymarum riuulis negationem inceſſanter diluiſſe, adhuc diluendo perſeuerat, & toto mari, pelago toto, quod negatio ſordidauerat, abluere & emaculare ſatagit. *Miſit ſe in mare vt mare dilueret, quod negatio taliter ſordidauerat.* Scilicet hîc Petrus æmulatur Dauidicæ pœnitentiæ perſeuerantiam adhuc poſt veniam, dum ait: *Amplius laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me.* Græcè eſt, *Laua me pluſquam hactenus lauiſti.* Alij ex Hebræo: *Multiplica lauare me.* Quod Græci Patres in Commentario ſic elucidant: *Amplius laua me. Vt vtrobique delicti ſui magnitudinem oſtendat: vel quia intellexerat ex Nathan peccatum iri condonatum, & omnigenas calamitates exuberantiam eius intercidiſſe. Ceterum, inquit, modo adhuc mihi lotione opus eſt, vt ſordes adhæreſcentes perfectè abſtergantur.* Vide quàm inſtanter perſeueret criminis lauacrum poſtulando, nequid delicti adhuc inhæreſcat: *Rogat deleri iniquitatem* (ait inibi Heſychius in Catenâ,) *ita vt non ſolum curetur vulnus; verùm ne cicatrix quidèm relinquatur.*

Negationē, quam Petrus fletu diluerat, toto adhuc mari diluere perſeuerat.

S. Chryſoſt. Serm. 78.

5.

Pſal. 50. v. 4.

Græcus apud Corderium.

Hebræus.

Græci Patr.

Cicatrix ex vulnere peccati, abolenda lacrymis eſt.

Heſychius.

6. Prou. 2. v. 7.

Salomon ita ſcribit Prouerbiorum 2. Dominus *cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter.* Pro τὸ *ſalutem*, Hebraicè eſt תושיה *tuſciia*, quod Pagninus, Tigurina, & alij vertunt ὕπαρξιν, id eſt, eſſentiam, exiſtentiam, ſubſtantiam. Vndè Rabbi Dauid: *Seruabit iuſtis id quod eſt*, R. Moſes *legem*; alij, *formam, præſcriptum, & quicquid ſtabile eſt ac ſolidum*; alij, *fortunam*; alij, *ſapientiam.* Quare inibi Cornelius noſter cum aliis Interpretibus, ſic locum exponit: *Deus cuſtodiet tuſciia, id eſt, eſſentiam, hoc eſt ſoliditatem, & conſtantem in bono perſeuerantiam iuſtorum, quæ ingens eſt theſaurus: rectâ enim ducit ad gloriam: perſeuerantia enim ſummum eſt Dei donum.* Ecce tibi perſeuerantia in bono, dicitur bona iuſtorum *fortuna*, eorum *forma*, & *eſſentia.* O quàm multa ſub harum vocum compendio breuiter addenſantur, & elucidanda traſparent! quaſi *eſſentia* iuſti, virtutum *fortuna*, & meritorum *forma*, quodammodò perſeuerantia ſit. Pulchrè Bernardus, vel quiſquis eſt auctor Sermonis de Virtute obedientiæ: *Perſeuerantia eſt ſingularis filia ſummi Regis* (quam qui duxerit, dotis nomine cælū accipit;) *finis virtutum eſt, earúmque conſummatio eſt, totiúſque boni repoſitorium.* Ecce hoc eſt quod hîc dicitur de perſeuerantiâ: *Reponit iuſtis eſſentiam.* Eadem habet B. Laurentius Iuſtinian. capit. 2. de Perſeuerantiâ: *Perſeuerantia eſt finis virtutum, earúmque conſummatio; ſine quâ neque qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix*

Hebræus.

Pagninus.

Tigurina.

R. Dauid

R. Moſes.

Cornelius.

Perſeuerantia eſt iuſtorum fortuna forma, & eſſentia.

S. Bernard.

Perſeuerantia eſt finis virtutum, earumque conſummatio.

B. Laurent. Iuſtinian.

eſt ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, Charitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle hanc, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt, cui æternitas redditur, vel potiùs quæ æternitati hominem reddit. Incaſſum enim bonum agitur, ſi ante vitæ terminum relinquatur.

7. 1. Corinthiorum 9. ita ad eos Paullus ſcribit: *Neſcitis quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit brauium?*

1. Cor. 9. v. 24.

Nempe ſicut in ſtadio ita & in viâ & vitâ Chriſtianâ non omnes currentes accipiunt brauium; ſed tantùm benè & ritè currentes ad metam vſque. Cùm ergò ait, *vnus*, an fortè negat plures brauium accipere? Difficilis ſanè obiectio, quam eruditè verſat Chryſoſtomus, & ex eo Commentatores.

S. Chryſ. ibi.
S. Bonauēt. in Pſal. 67.

Verùm S. Bonauentura huius ſententiæ ſenſum, à Chriſtianis (de quibus Paullus agebat) ad virtutes deflexit: *Omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit brauium: ſic de virtutibus poteſt dici, nam virtutes ad regnum Chriſti currunt, ſed vna ſola accipit brauium. Nam currunt mundi contemptus, paupertas, vigiliæ, eleemoſyna, obedientia, abſtinentia, patientia; ſed ſola Perſeuerantia coronatur. nam qui perſeuerauerit in finem ſaluus erit.*

Omnes virtutes currũt, ſed ſola perſeuerantia accipit brauium.

Currunt, currunt quidem virtutes omnes in Chriſtianæ virtutis ſtadio; ſed fruſtrà currunt, ſi curſum inconſtantia interrumpat. Sola perſeuerantia brauium accipit, vna coronatur perſeuerantia. Futile eſt felicius exordium, quod perſeuerantia non conſummat.

Hîc verſ. 7.

Hîc à verſ. 6. bona Noëmi viduata marito, & filiis orbata, ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſuâ Ruthâ & Orphâ. Vtraque relictâ Moabitide, iter ad Terram promiſſionis ſtrenuè arripit. Orpha verò viam auſpicatò inchoatam, in medio itinere deſerit, & ad ſuos infidè repedat. Rutha verò *obſtinato animo* in itinere perſeuerat, & per obſtantia it alacris vſque ad Bethlehem: vbi generoſum maritum, regiam prolem, & Deum ex ipsâ naſciturum feliciter inuenit, conſummato perſeueranter curſu.

---

§. XLI.

Ibi vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt feliciter inueniatur.

1. ADhuc puer Ieſus amittitur, vt de ipſius quæſiti & inuenti ſcholâ erudiatur homo, vbi Ieſus inueniendus coràm adſit, vbi non inueniendus, clanculùm lateat. Fruſtrà diu quæritur, vbi inueniri non poteſt. De facili inuenitur, qui ibi vbi eſt, quæritur.

Vbi quærendus, & vbi non quærendus eſt Chriſtus.

Amittunt Ieſum eius Parentes, vt vbi quærendus, & vbi non quærendus ſit, typicè doceant. Quem in comitatu, & inter cognatos quæſitum non inueniunt, inter legis ſapientes, & in templo Dei facilè repererunt. Pueri Ieſu nomine ſic inibi ſcribit Eucherius: *Quid eſt, quòd me in comitatu infidelium, & extrà Eccleſiam eſſe putabatis? hîc eram* (in templo ſcilicet; *hîc me quærat, qui quærere vult. In his quæ Patris mei ſunt, inter illos qui Patris mei voluntatem faciunt.* O quæramus Ieſum inuentu facilem, ſi ibi vbi eſt ab hominibus quæratur! Alioquin ſi via error eſt, quò plus eum quæſieris, eò magis ab eo diſceſſiſti.

Lucæ 2. v. 49.
Eucherius.

Matthæi 18. vbi languens ſabbati veſper, in 2.
diem Dominicam auſpicatò albeſcere incœpit, piè feſtinata mulierum fides, ad ſepulchrum Chriſti peruenit. Adeſt de cælo Angelus vultu micanter fulgureo, & accedens ſepulcralem reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. *Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos: ſcio enim, quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt hîc: ſurrexit enim, ſicut dixit; venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus.*

Matth. 28. verſ. 5.

Piè quærunt, hæ mulieres Chriſtum, nec tamen inueniunt, quia mortuum quærunt, quia vbi iam non eſt, quærunt; an quia crucifixum non dicunt? Profectò ſic, velut eas perſtringens, Angelus admonuit. Quaſi erret, potiùs quàm quærat, qui crucifixum non quærit Chriſtum. Audiendus eſt Galfridus allegatus in Allegoriis noui Teſtamenti, ſic eleganter indidèm fatus: *Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. Arctiſſima,* inquit, *diſciplina crucis, vagari prohibet: imò viro non manum, non pedem, non latus, aut humeros patitur vel moueri. Surrexit, non eſt hîc. Quid igitur nos hîc agimus? quid hîc ſumus? Fratres, non hinc fugiendum eſt, ſed hac nobis eundum: nam & fuit hîc, ſed hinc ſurrexit. Hæc eſt via, ambulemus in eâ, non fugiamus eam: qui enim vult in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulauit & ipſe ambulare.*

Galfridus.

Per crucis diſciplinam, immotus quiſque feſtinat ad Chriſtum.

Qui Chriſtũ quærit, vt eũ inueniat, crucifixũ quærere debet. Stat immotè fixus, qui quærendo vagatur, & Chriſtũ inter tẽporalia quærit negotia. Crucifixus quærendus eſt per arctiſſimã diſciplinã crucis, quæ *non manum, non pedem, non latus, aut humeros patitur vel moueri.* Sic homo cruci myſticè affixus, ad Chriſtum mouetur immotus, immotè quærendo ocyus feſtinat. & Chriſtum feliciter inuenit. Qui in humanis negotiis feſtinus vagatur; aut ſtat, aut Chriſtum fugit. Per illam fixam cum crucifixo ſtationem, nobis eundum eſt. Hæc eſt via, ambulemus in eâ, non fugiamus eam. Qui Chriſtum ſic quærit, eum feliciter inuenit. Quiſquis ſecùs faxit, vagatur, & errat.

Canticorum 3. hæc vox ſponſæ auditur: *In 3.
lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea.* Si lectulus ſumatur pro mollioribus deliciis, male ibi quæritur; perditur ibi potiùs quàm inuenitur. Si verò pro contemplationis otio, non ſemper reperitur. Sed eſto, in lectulo ſic quærat, cur nocte quærit? Opinor, ad quærendum clara diei lux opportunior affulget, quæ quod quæritur, prodat; nam tenebrarum lenocinium, latendi arbitrium eſt, non publicandi artificium. Verùm quæ *per noctes* quærit, non videtur mihi tam aſpectûs, quàm amplexus ſectari. Tenere magis optat, quàm intueri. Bona quidèm viſio, viſio eſt, ſed adhæſio melior, quia arctior: nam qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Sed vtrumque melius eſt, quàm alterutrum: quid ergò ad quærendum, reſpuit diem, & noctes expetit?

Cant. 3. v. 1.

Profundè Gillebertus Serm. 1. in Cantic. *In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Quid ſi ad inuentionem dilecti, & nox operatur? cooperatur planè, & accommodatè ſatis. Sicut in lectulo ſancta quietis accipitur otium, ſic obliuionem quandam intellige in nocte. Vtrumque ſapientia, & contemplationis negotio opportunitatem*

Gillebert.

tem miniſtrat. Obſerua diligentiùs quæ eleganter ſubtexit: *Miraris quòd bona nox, & dies malus eſt? Diem hominis, inquit Propheta, non concupiui. Neſcio quo pacto ſibi mutuò aduerſantur, & alterutrò ſe obſcurant, dies Domini, & dies hominis, ſiquidèm dum alter exoritur, alter reconditur. Diem inquit hominis non concupiui; hoc eſt, humanum fauorem, humanam gloriam, & inter reliquos, imò præ reliquis ſpectabilis videri. Rectè hanc diem Propheta abiurat, quæ perturbationis miniſtrat materiam. Melior ergò hæc nox die: ſiquidèm nox à perturbatione abſcondit, dies exponit.* O! ne Deum quæras in die hominis, qui apud Deum nox eſt, diei humani claritate obſcura. Planè caligat, qui in honoris culmine, in deliciarum luxurie, & in dignitatum ſplendore, Deum quærere, & inuenire præſumit. O homines ad Deum quærendum, mundi claritate obſcuratos, mundialium bonorum ambitione cæcos! Cæca nox, quæ iſtiuſmodi bona abſcondit, apud Deum meridies eſt. Quid in die abuſiuè, & verâ potiùs nocte, Deum quærere, & inuenire exambis? Benè ſponſa ſponſum *per noctes* quærit, vt ſic quæſitum inueniat.

Ierem. 17. v. 16.

Cur ſponſa ſponſum per noctes, & non interdiu quærit?

4. Pergit ſponſa ſtudio ſui ſponſi quærendi & inueniendi ſtimulata: *Surgam* inquit *& circuibo ciuitatem; per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum; & non inueni.* Significat ſponſa ſe quæſiſſe ſponſũ in ſuburbio, in angiportubus, in vicis, in foris, in plateis, vbi eſſe ſolet hominum turba: at in frequenti turba non inuenitur cæleſtis ſponſus, qui amat ſecretum & ſolitudinem, certè fidem & ordinem, qualis eſt in Eccleſiâ. Fruſtrà *per vicos & plateas* quæritur: non enim eſt Chriſtus circunforaneus. Chriſtus pax & concordia eſt; in plateis ac foris litigiorum contentiones. Chriſtus ſumma iuſtitia eſt, in foro iniquitas, & ſcelerum tumultus. Chriſtus fides eſt, in foro fraus, & ſubdola perfidia. Chriſtus ſedulus operator eſt; in foris & plateis deſes otium, quod ore multum iniuriarum & obtrectationum negotium vſquequaque faceſſit. Addit Ambroſius hunc locum exponens. *Per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Fugiamus ergò forum, fugiamus plateas. Non enim iniuria tantummodò eſt non inuenire quem quæras; ſed etiam plerumque vbi non oportet quæſiſſe, vulnus eſt: quæſiſſe in domibus virorũ, qui ſibi falsò Doctorum nomen aſſumunt, quæſiſſe procaciùs quàm verecundius.* Profectò qui ſic quærit Chriſtum, dum à ſic quærente non inuenitur, non leui iniuriâ Chriſtus afficitur, quia tanquam valdè inuentu difficilis proditur; quaſi nequeat à quærentibus inueniri, qui per hæc diu quæſitus, minimè reperitur. Quin & non parùm Chriſtum deuenuſtat, qui in loco, negotio aut otio, quod pium Chriſtianum dedecet, Chriſtum quærere & inuenire præſumit. *Non iniuria tantummodò eſt non inuenire quem quæras; ſed etiam plerumque vbi non oportet quæſiſſe, vulnus eſt.* Te vulneras, dum quæris, & non inuenis. Chriſtum deuenuſtas, dum eum quæris in loco ac negotio, in quo Deum dedecet inueniri. Diabolorum officina, via ad Deum quærendum & inueniendum putanda eſt? O diſcamus ex ſponſæ, id eſt animæ ſanctæ gymnaſio, vbi non inuenitur Chriſtus, vt ibi vbi eſt quæſitus, feliciter inueniatur!

P. Didac. Celada in Ruth.

Cantic. 3. v. 2.

S. Ambr. lib. 3. de Virgin.

Iniuriâ afficit ſeipſum, & Chriſtum qui in foris ſecularibus eum quærit. quare?

Bona Ruth, quæ iuſſa redire ad tumultuoſam patriæ ſuæ requiem, conſtanter tamen pergit in Bethlehem: & per longas viduitatis ærumnas, per ſummam egeſtatem, per æſtuantem ſpicilegij laborem, per famem ac ſitim, per exilium, per Hebrææ gentis inuidiam, & ardua quæque, it ſtrenuè alacris, Deum in Dei populo quærens: quem in hâc mundi nocte & Dei claro die diligenter quæſitum, feliciter inuenit.

Hic v. 8. &c.

5. Iſaias cap. 6. *Vidi*, inquit, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum.* &c. Notant paſſim Commentatores, hoc Dei ſolium ſimile fuiſſe propitiatorio templi, ſuſtentato à duobus Cherubinis. Dicitur hoc ſolium excelſum & eleuatum, reſpectu terræ in quâ ſtabat Iſaias: ſolium enim hoc videbat ipſe in cælo excelſo. Sed quid eſt, quòd ibi Deus tunc *ſedens* apparet: porrò ſeſſio permanentem ſtationem haud dubiè ſignificat. Deúſne permanenter ſedit in Iudaico throno aut lege? an velut in viâ & tranſitu ad Euangelij & gratiæ legem? In Iudaico propitiatorio *ſedet* Deus? an potiùs in Eccleſiâ? Tempeſtiuè Galfridus apud Tilmannum ibi: *Vidi Dominum ſedentem, &c. Deſcendit aliquandò Dominus plebem ſuam viſitans, ſed non ſedit: dignum quidèm ſuæ maieſtatis ſolium non inuenit: in Eccleſia ſolio ſedit, & ſedebit Dominus in æternum.* Nimirùm deſcenſus Dei fuit, quòd Deus aliquandò Hebræum populum viſitaret, ſed in tranſitu, vt vectabile propitiatorium innuebat. At in Eccleſiâ eſt verum propitiatorium, vbi Deus tamquam in ſolio ſuo *ſedet:* illò tamquam ad temporarium typum, & fugacem vmbram deſcendit. Ergò in ſolâ catholicâ Eccleſiâ quærendus eſt Chriſtus Deus, in quâ velut in ſolio ſuo *ſedet*, qui ait: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Qui extrà Eccleſiam, Deum quærit, allucinatur, cæcutit, errat. Tanquam erro palabundus vagatur, qui ibi vbi eſt, vbi permanenti ſtatione ſedet Deum non quærit.

Iſaiæ. 6. v. 1.

Galfridus.

Deus ad Iudæos deſcendit. in Eccleſiâ ſedet, ibi quærendus eſt, vt inueniatur.

Matth. 28. v. 20.

6. Matthæi 5. *Beati*, inquit, *mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Mundus mundo corde conſpicitur: per cordis munditiam Deus ſic quæritur, vt inueniatur; ſic inuenitur, vt conſpiciatur. Eleganter Ambroſius lib. 1. in Lucam: *Nec in loco Deus videtur; ſed mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quæritur: nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu, & cùm abſens putatur, videtur: cùm præſens eſt, non videtur.* Abſentem putas? per munditiem cordis Deum quæris, ad Deum feſtinas, Deum inuenis, Deum videbis. Cor tuum niteat munditie, & Deum, quem puritatis greſſibus quæſiſti; præſentem puta. Magnum eſt hoc puri cordis ſacramentum. Dei præſentia, tactio, viſio, puritatis ſtipendium eſt. Alioqui *cùm præſens eſt, non videtur;* mundis autem corde, *cùm abſens putatur, videtur.* Hem! ſic eſt cordis munditia perſpicaciter oculata!

Matth. 5. v. 8.

S. Ambroſ.

Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur; quomodo?

Digitized by Google

§. XLII.

Quod gratè cœpit in voluptate, in dolore ac pœnitentiâ ingratè conſummatur.

1. M. Aurelius apud Cornel. Eccle. 1.

M. Aurelius Imperator ita de mundi vanitate, ac voluptabilium ambitioſâ fraude, ad ſuos peroraſſe dicitur: *Quæ ſum expertus liberè proferam, licèt cum mei nominis notâ, ſed olim forſitan futuro ſeculo profutura: Per omnia me vita exercui, periculúmque feci poſſétne ſeipſam exatiare humana malitia. Deprehendi quò plus cibi ſumo, famem acriorem; quò bibo magis, ardentiorem ſitim; quò ſum in ſomno indulgentior, maiorem ſomni cupiditatem; quò plura mihi ſunt, adhuc his plura concupiſcere; quò quæro diligentiùs, minùs inuenire: nihil demùm vmquam obtinuiſſe, quod appetitum ſedaret, ac non aliud habendi potiùs libidinem prouocaret.* Quaſi ipſa poſſeſſio ſit rei optatiſſimæ tædium; & cum ipſa voluptate, & illius nauſeam, & ipſam aliorum voluptabilium ſitim biberimus. Sic bona adepta faſtidimus, & ad nouas ſpes ſitienter hiamus! Sic eſt ieiuna voluptatis voluptas! *quò quærimus diligentiùs minùs inuenimus.*

Quam ſit ieiuna voluptatis voluptas.

2. Eccle. 1. v. 7. Hebræus. Syrus.

Eccleſiaſtæ 1. ſic philoſophatur Salomon: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Hebræus textus pro τὸ *flumina*, habet, *torrentes*, vt ſignificet quanto auidè impetu *flumina* in mare ferantur. Quare Syrus ſcribit: *Omnes torrentes præcipitantur in mare.* Quid eſt quòd fluuij omnes tam feſtinato curſu, & auido impetu ſic in mare ferantur, vt ſe dicantur præcipitare? Quid boni in mari, quaſi in motûs ſui centro flumina exambiunt? O cæcum altioris naturæ impetum mortalibus moraliſſimum! Pulchrè Ricardus Victorinus Tract. 1. de ſtatu inter. Hominis, cap. 10. *Omnia flumina*, ait, *in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur; quia oblectamentum in faſtidium vertitur, & omnis delectatio carnis, in amaritudine terminatur.* Heu nimis verè! Quid aquas velut cognato calcare vrget & extimulat, vt inceſſanter ad mare feſtinent? vt ſic hianter ſe in mare præcipitent? An properant ad quietem optatiſſimi centri? an feſtinant, vt agnatam dulcedinem in amaritiem ignoratam conuertant? Semper naturali impetu præcipitant ſeſe, vt propria dulcedine amiſsâ, cum ſui naufragio totam maris amaritudinem ebibant ſiti nimis ſtultâ. Sic homines voluptatum ludibrio acti, ad deliciarum male dulcia mella inceſſanter hiant, & dum fella deguſtant, adhuc ad eadem ſemper anhelant: *Omnia flumina in mare feruntur, & omnis aqua dulcis in amaram mutatur: quia oblectamentum in faſtidium vertitur: & omnis delectatio carnis in amaritudine terminatur.* Mirabile quidèm eſt, quòd tantâ procliuitate perpetuò eant flumina prædulcia in amariſſimum mare, nec toties experta amarities, eorum repigret curſus quò minus ad maris acerbitatem ſemper hient. Peridoneum ſanè fatuæ hominum ergà voluptates inſaniæ hieroglyphicum. De hâc verò dulcium fluminum amaritie, dum in mare influunt, ſic philoſophatur Hieronymus alibi enucleandus: *Putant quidam*, inquit, *aquas dulces, quæ in mare fluunt, vel ardente deſuper ſole conſumi, vel ſalſugini maris eſſe pabula.* O! acerbiſſima marinæ aquæ amaritudo, fluuialium aquarum dulcedine, tamquam pabulo vtitur? Amarities nutritur dulci pabulo, ſed quod in amaritudinem conuertit. Sic amara ſitiunt dulcia, quæ in amaritudinem transforment?

Richard. Vict.

Dulces fluminũ aquæ, ad amaritiẽ feſtinãt maris. Sic homo ad voluptates.

Maris ſalſugo amariſſima, dulcibus aquis paſcitur.

S. Hierony. in cap. 1 Eccleſ.

3. Iſaiæ 19. v. 14.

Iſaiæ 19. Stulti, inquit, facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum. *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo.* Profectò caput *vertigine* turbatum verti ſolet, vt putet omnia quæ videt gyrari & rotari, ſúſque déque fieri. Ergò *ſpiritus vertiginis* eſt animus perturbatus, & mens erronea, morbi præſtigiis ſic turbidè ac caliginosè affecta, vt cenſu ſenſúque oculorum enormiter erret. Forſan ad hunc Iſaiæ locum alludens Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, ſic ad rem fatur: *Quemadmodum exhalationes quæ è terrâ, & ex lacunis ac voraginibus oriuntur, conflantur in caliginem, & vmbroſam vertiginem: ita etiam carnalium cupiditatum vapores malam animæ inurunt habitudinem, voluptatis ſpectra animæ repræſentantes, & ante eam effundentes: intelligenti itaque luci tenebras offundunt, attrahente animâ vapores, qui oriuntur ex cupiditate, & perpetuitate voluptatum condenſante vitiorum vertigines.* Nimirùm ex obſcœno voluptabilium cœno, & cœnoſis impudicarum libidinum voraginibus, tetri vapores exhalantur, ex quibus caliginoſa conflatur & ſpiſſatur nebula, quæ *intelligenti luci tenebras offundit*, hoc eſt, lumen rationis obſcurat & obtenebrat, & *cupiditate voluptatum*, vitiorum *vertigines condenſantur.* Adeò vt phantaſmatum inaniſſima *ſpectra* pro rebus videre, ſibi videatur. Scilicet dum homo voluptatum gratiam ſibi proponit obſcuratâ libidinibus mente, *vertiginem* patitur, & deliciarum phantaſmata, ſeu voluptatum *ſpectra* videt, ſpecie dulciſſima, ſed eorum gratia ſpecie tenùs in ſpebus placet; reipsâ phantaſma eſt, ſpectrum eſt, terriculamentum eſt, *vertiginis* voluptuoſæ morbo fabricatum. Sanè *vertiginis* cenſus eſt, qui de mundialibus bonis habetur: male ſanum caput, & obſcurata tenebroſè ratio, ſic de illis iudicat. Sana mens ſincerè videt, Dulces fluminum aquas ad mare falsè amariſſimum properanter decurrere *vertiginis* errore.

Clem. Alex.

Noſtra vertigo, voluptates tamquã ſpectra proponit.

4. Leuit. 13. verſ. 6.

Leuitici 13. ne ſerpat lepræ contagium, Sacerdotibus ſic præſcribitur: *Si obſcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia ſcabies eſt.* &c. Quæ eſt lepra aut ſcabies, quæ non tam ad Medicum, quàm ad Sacerdotem ſpectat? Lauretus Ceruarienſis ex S. Gregorio, ita ſcribit: *In ſcabie feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur, quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirùm feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorũpit, & foris iam corpus ſauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiã in actione dominatur.* Peridoneè libidinis voluptas, ſcabiei cõparatur, quod Zacharias Epiſcopus Metylenes Diſp. de Opif. mundi his verbis ediſſerit: *Voluptatem virtuti præponunt ineſcati, & inſanientes, quaſi ſiquis optet prurigine admorderi, & ſenſim fallente voluptate totum corpus dilaceret vnguibus, nec ſecuturam mox ſcabiem cogitat.* Inſanit,

S. Gregorius Laur. Ceruar. verbo, *Impetigo.*

Quod cœpit in voluptate prurit, in ſcabie conſummatur. Zacharias.

Digitized by Google

ſanit, inſanit quiſquis fallente voluptate, illius lenocinio adgaudet; delicias enim reputat fœdā *ſcabiem*, & *prurigine admorderi*, totúmque corpus *vnguibus lacerare*: nam quod cœpit in aliquo voluptatis pruritu, in ſcabie conſummatur: indè acerbiorem lanienam acceſſens, vndè credi poterat blandiùs deliciari.

5. Matthæi 5. hoc ſymbolo Apoſtolorum dignitatem, & munus Chriſtus exponit: *Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?* Quaſi dicat: *Vos*, ô Apoſtoli, qui proximè hîc mihi aſſidetis; *eſtis* ex meâ electione ac deputatione, *ſal terræ*: illud ergò *eſtis*, id eſt, eſſe debetis, & per meam gratiam reipsâ eritis. Porrò *ſal* notat officium, vim, & dignitatem Apoſtolorum, quia ſicut ſal condit cibos, vt ſapidi ſint; ſic Apoſtolorum ſapientia condit animos, vt benè ſapiant. Et ſicut ſal vi ſuâ, ſuâque acredine mordicat, pungit, ſiccat, & vrit; & ſic penetrans carnem, eam à corruptione præſeruat, exugendo & conſumendo humores ſanguineos, quibus caro infecta eſt, & à quibus corrumperetur: ita Apoſtoli carnis deſideria, & voluptatum exhalationes menti corruptionem afferentia, hominibus exemerunt, eóſque æternæ incorruptioni, & immortalitati ſeruarunt. Vim huius comparationis (ait inibi Hilarius) *& Apoſtolorum officium, & ipſius ſalis natura monſtrabit: hoc igitur in omnem vſum humani generis effectum, incorruptionem corporibus quibus fuerat aſperſum impertit.* Itaque ſapienter cenſet Hilarius, *ſalis* comparatione, Apoſtolorum officium peridonèe deſignari, in hoc enim obnixiùs incumbere debent ex munere, vt à corruptione præſeruent. Quæ ſit autem huiuſmodi corruptio aut putredo, pulchrè tradit Richardus Victorinus ſic ad rem fatus: *Satagamus noxios affectionum carnalium humores, voluptatúmque putredines adhibitis curationum congruarum medelis extirpare.* Nimirùm voluptas humanæ vitæ gratia putatur, & votorum ſumma, quæ ſui blandimento gratè lenocinatur; at voluptas, fœda *putredo* eſt, vſque adeò noxiè tabida, vt ad illius præſeruationem, Apoſtolorum officia Chriſtus Deus ſolertet deſtinarit. Nempè placidè nitet ſpebus voluptatum gratia; ſic autem latè ac pernicioſè hæc tabes ſerpit, ſic *voluptatum putredo* infeſtat mortales, vt ad iſtiuſmodi corruptionis medelam, *ſal* Apoſtolicum deſtinarit. O quâ honorat Chriſtus voluptuoſæ corruptionis medelam, cui ſanandæ prima Apoſtolorum officia præcoquâ ſollicitudine deſtinat! *Vos eſtis ſal terræ*, quod *noxios affectionum carnalium humores, voluptatúmque putredinem* curet. Qui voluptatum *putredini* non medetur, fruſtrà Apoſtoli nomen gerit.

Matth. 5. v. 13.

S. Hilarius.

Apoſtoli ſūt ſal terræ, quod voluptatum putredinē curet.

Richar. Tractatu 3. de ſtat. inter homin. c. 3.

6. Eccleſiaſtæ 2. ſic nos erudit Salomon: Riſum reputaui errorem: *Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Per riſum & gaudium, delicias & voluptates intelligit, quæ hominem in riſum exultim ſoluere ſolitant. Vatablus: Et gaudio dixi: *Quidnam eſt id quod affers?* Pineda vertit: *Quid hoc coquis?* Putabas te coquere delicias, & neſcis te fella & abſynthium coquere. Tigurina. *Lætitiam neſcio quid parere.* Quaſi dicat: Monſtroſa partio eſt: concepit enim lætitiam & voluptatem, & triſtitiam ac moleſtiam *parit*: nam quod cœpit in volnptate, conſummatur in dolore. *Monebat* Ariſtoteles *voluptates intueri non à fronte, ſed à tergo; non venientes, ſed abeuntes. Venientes enim fucatâ ſpecie blandiuntur abeuntes verò aculeum, id eſt, dolorem & pœnitentiam relinquunt.* Philoſophico, an Chriſtiano cothurno? O quàm fulget à fronte, quæ à tergo ſic ſqualet! Falſatâ fide ſpondet gaudia læto deliciarum auſpicio; mentis autem votis, quod hilariter incipit, flebiliter deſinit infelici aborſu, & frequenti datæ fidei abuſu. Quare conſultiſſimè Rutha hîc ſurdis auribus excipit ſuadentem ſibi Noëmi, quòd ad ſuos repedet quærens nuptiarum *requiem*, quam ſemel irrequietam, & funeſtis angoribus plenam experta eſt. Conſtanter mauult ſe lugubri viduitati, & perpetuo exilio damnare, quàm *quietis* vocabulum requietis vacuum iterùm experiri.

Eccle. 2. v. 2.

Vatablus.

Pineda.

Tigurina.

Voluptatum aborſus.

Ariſt. apud Laërt. lib. 5. cap. 1.

Voluptas à fronte placet à tergo diſplicet.

Hîc v. 9.

§. XLIII.

Cum Chriſto, & per Chriſtum, qui eſt via, eundum nobis in cælum eſt.

1. Viuere æternùm beatè omnes volunt (cuius pectus non altè hoc votum implet?) ſed ad peruidendum quid ſit quod beatam vitam tandèm efficiar, egregiè caligant. Adeóque non eſt facilè conſequi beatā vitam, vt ab eâ quiſque eò longiùs recedat, quò ad illam citatiùs fertur, ſi via error eſt, ſi lapſus eſt; vbi in cōtrarium ducit, illa velocitas maioris interualli cauſſa eſt. Proponendum eſt itaque primùm, quid ſit quod petamus; tunc circumſpiciendum eſt, quà contendere illò celerrimè poſſimus; intellecturi in ipſo itinere, ſi modò rectum ſit, quantùm quotidie profligetur; quantóque propiùs ab eo ſimus, ad quod ſectandæ virtutis, & beatitatis adipiſcendæ cupiditas nos impellit. Quandiu quidèm non ducē ſecuti, paſſim vagamur, breuis noſtra conteritur vita inter errores. Gratulor Chriſtianæ, id eſt, Euangelicæ & Apoſtolicæ diſciplinæ, quòd rectam ad virtutem & ad cælum viam in Chriſto dedicauit; quam qui tenet, errare deſiuit; per quam qui ambulat, ad cælum currit, in quâ qui incedere ceſſat paſſionum torpore, egregiè repedat.

Nimis errat, qui aberrat à viâ.

2. 1. Corinthiorum 9. ſic eos ad curſum Paullus extimulat cognatâ palmæ ambitione: *Neſcitis*, inquit, *quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis.* Scilicet coronam gloriæ, & brauium victoriæ. Vocula, *ſic*, notat rectitudinem, diligentiam, celeritatem, & inceſſantem perſeuerantiam, quæ maximè in curſu ad brauium requiritur. Abiicit palmæ ſpem, qui in curſu torpet, qui laſſatus curſum repigrat. Luculenter ait Bernardus epiſt. 254. ad Garinum: *Ipſe hominis ſeculique auctor, quandiu cum hominibus conuerſatus eſt, numquid ſtetit? Et quidèm teſte Scripturâ pertranſiit beneficiendo & ſanando omnes. Pertranſiit ergò ſicut non infructuosè ita non remiſsè, non pigrè, non lento gradu, ſed quemadmodùm de eo ſcriptū eſt: Exultauit vt gigas ad currendam viam. Porrò currentem non apprehendit, qui & ipſe pariter non currit: & quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi? Ideò Paullus aiebat: Sic currite, vt*

1. Cor. 9. v. 24.

S. Bernard.

Statio in viâ virtutis, velox diſceſſus à Chriſto eſt.

comprehendatis. Deindè ſubtiliter probat Bernardus quòd in ſtadio virtutis non currere, ſed ſiſtere, ſit regredi, & à Chriſto longiùs diſcedere: *Quod ſi*, inquit, *illo currente tu gradum ſiſtis, non Chriſto appropias, ſed te magis elongas, timendúmque tibi eſt, quod ait Dauid: Ecce qui elongant ſe à te Domine, peribunt.*

Pſal. 72. v. 27.

Itaque ſi proficere currere eſt, vbi & proficere, ibi & currere deſinis. ſcilicet ſi homo cum Chriſto, ipſum imitando, currit; dum ipſe currere ceſſat, & Chriſtus tamquam gigas velociſſimè currit, tantò ſe elongat à Chriſto præcurrente, quantò ipſe pigrâ ſtitione currere ceſſat, & ſe ſiſtit in viâ. Itaque non progredi, regredi eſt; & ipſa ſtitio eſt elongatio à Chriſto: nam à Chriſto præcurrente, eò magis diſcedit, quò diutiùs ſiſtitur, & currere cum eo negligit. Quare dum ſtat immotus in virtutis viâ, celeri motu, & veloci fugâ ſe elongat à Chriſto. Nam ſi *illo currente tu gradum ſiſtis, non Chriſto appropias, ſed te magis elongas, timendúmque tibi eſt, quod ait Dauid: Ecce qui elongant ſe à te Domine, peribunt.* Ergò ſtatio, receſſus eſt, fuga eſt, infida deſertio Chriſti eſt, & pernicioſior ab eo elongatio. O time!

3\. Ad Hebræos 10. ita Paullus ſcribit: *Habentes itaque fratres, fiduciam in introitu ſanctorum, in ſanguine Chriſti.*

Ad Hebr. 10. v. 10.

Nempè in ipſo Chriſti *introitu* in ſancta Sanctorum, id eſt, in cælum, habemus ſpem nos etiam in illud introituros; ſiquidèm per eandem viam incedere adnitimur. Addit Apoſtolus: *Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem.* Pronomen *quam*, cohæret cum *viam nouam*, refertque *introitum Sanctorum*.

Græcus.

Vndè aliqui ex Græco clariùs hîc vertunt: *Quem*, ſcilicet *introitum*: ſed Latinâ ſyntaxi eadem eſt ſententia & ſenſus, ſiue vertas *quam* ſiue *quem. Hic enim introitus non eſt aliud quàm via in cælum. Via enim in cælum eſt initium introitus in cælum, & introitus in cælum eſt complementum viæ in cælum*, vt inibi exponit

Cornelius

Cornelius. Recta ſanè ac felix via eſt, quæ *via* cùm ſit in cælum, ſimul in cælum *introitus* eſt. Hanc viam, quam Chriſtus *initiauit*, vocat Paullus, *nouam*, & *viuentem.* τὸ *initiauit*, idem eſt ac innouauit, primus calcauit & iniuit, vel etiam dedicauit, aliiſque communem fecit, vt

Vatablus.

vertit Vatablus. Primus ergò Chriſtus viam in cælum initiauit, quia primus illam ingreſſus eſt, itáque ex inuio viam fecit, eámque nobis ſic ſtrauit, complanauit, ac peruiam reddidit, vt

Quare Chriſtus dicitur via viuens?

ipſa via ſit felix in cælum *introitus*, aut introitûs initium. Hæc noua via in cælum, profundè appellatur *viuens*, id eſt, multis iam ſemper viatoribus frequens; multitudo enim viatorum, viam quodammodò viuentem facit; porrò viam per quam rarus aut nullus viator incedit, emortua via eſt, ſeu viæ cadauer, ſine motu inanime.

S. Anſelm. ibidem.

Addit Anſelmus: *Viuentem, id eſt, durabilem, & manentem, atq; nos ſanctificatos expectantem. Vel viuentem, quia omnes qui intrant viuere facit. Viuentem, quia nullus per eam ingreditur, niſi quem vita ducit.* Vel potiùs *viuentem*, quia hæc via viuens & animata, eſt caro Chriſti, & Chriſtus ipſe, qui dicit; *Ego ſum via, veritas, & vita.*

Ioann. 14. v. 6.

Bona quidèm via, *viuens* & animata, quæ ad vitæ æternæ cæleſtem pâtriam ſic ducit, vt ducatu viatores portet. *Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem.*

Ioannis 14. dixit Thomas ad Ieſum: Domine neſcimus quò vadis, & quomodò poſſumus viam ſcire? *Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, veritas, & vita.* 4.

Ioann. 14. v. 6.

Quaſi dicat: Quæris, ô Thoma, duo, ſcilicet meam viam, & eius terminum, nimirùm quò vadam, & quâ viâ? reſpondeo: Ego ſum via, quam quæris; via inquam, non fallax, ſed vera, quæ ducit ad veram vitam, purà ad Deum, vbi eſt Domus Patris mei, in quâ manſiones multas eſſe dixit. Ergò Deus in cælis eſt terminus; ego homo Deus nunc in terris ſum via. *Sequamur* (ait Bernardus) *Domine te, per te, ad te, quia tu es via, veritas, & vita. Via in exemplo, veritas in promiſſo, vita in præmio.*

S. Bern. ſer. 2. de Aſcenſ.

S. Ambroſ.

Verùm S. Ambroſius lib. de Bono mortis cap. 12. ſic profundè hunc locum elucidat: *Ego ſum via, veritas, & vita. Sequamur te Domine Ieſu, ſed vt ſequamur accerſi, quia ſine te nullus aſcendit. Tu enim via es, veritas, vita: poſſibilitas, fides, præmium. Suſcipe nos quaſi via, confirma quaſi veritas, viuifica quaſi vita.*

In viâ quæ eſt Chriſtus poſſibilitas eſt quæret Cornelius.

Verùm quia τὸ *poſſibilitas* ſubobſcurè poſitum eſt, noſter Cornelius ad eum locum Ioannis, ſiuè paraphraſticè, ſiue alia exemplaria nactus, ita locum excribit: *Tu enim via es, veritas, & vita; quia in viâ poſſibilitas, in veritate fides, in vitâ præmium.* Quid eſt, quod eſſe dicitur in hâc viâ *poſſibilitas*? An *poſſibilitas* inueniendæ veritatis, & adipiſcendæ vitæ? Sanè niſi incedas per hanc *viam*, quæ Chriſtus eſt, *poſſibile* non eſt ad terminum, quæ eſt vita cæleſtis, beata, ac æterna peruenire. Ergò *ſequamur Domine te, per te, ad te*; quia omnis alia via, error eſt. Audiendus eſt Auguſtinus ſerm. 55. de verb. Domini ſecundùm Ioannem:

S. Auguſt.

Quà vis ire? ego ſum via: quò vis ire? ego ſum veritas: vbi vis permanere? ego ſum vita. Veritatem & vitam omnis homo cupit; etiam Philoſophi Deum eſſe vitam quandam, & veritatem viderunt; viam non omnis inuenit. Verbum ergò Dei, quod apud Patrem eſt veritas & vita aſſumendo hominem factum eſt via (Nota quæ ſubdit verba:) *Ambula per hominem, & peruenies ad Deum; melius eſt in viâ claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare.*

Etſi claudices, ambula per viam; quæ Chriſtus eſt.

Nempè licèt male pedatus ſis per naturæ imbecillitatem, & præuaricans, & *claudicans*, malè incedas, & paſſim impingas; hanc viam ne deſeras: nam ſi per aliam quamcunque incedas, quò perniciùs ambulas, eò longiùs aberras, & à termino elongaris. Si via error eſt, quæuis velocitas maioris interualli cauſſa eſt. Ergò, vt vt poſſis, per hanc viam ambula, ne à termino aberres. De hâc præcinit Iſaias: *Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam.*

Iſaiæ 35. v. 8.

5\. Matthæi 7. ſic nos admonet Chriſtus Deus: Intrate per anguſtam portam: quàm lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. *Quam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam.*

Matth. 7. v. 14.

In hoc verſ. idem ac in præcedenti dicit ac repetit ad maiorem emphaſim, vt id altiſſimè cordibus noſtris imprimat, vt notat Baſilius. Hæc eſt vox æternæ ſapientiæ: qui ſapit ergò & ſeriò animam ſuam ſaluare ſatagit, arctam viam capeſſat.

S. Baſil. in Breuior. q. 241.

Vndè Theophylactus & Euthymius cenſent hanc eſſe vocem Chriſti admirantis. quaſi dicat: Papæ, quàm

Theophyl. Euthym.

quàm anguſta eſt via ad vitã. Sed nota, quòd vbi de latâ viâ ac portâ quæ ducit ad inferos ſermo eſt, ait, Multi ſunt, qui *intrant* per eam; vbi autẽ agitur de hâc ſtrictâ viâ & portâ, quæ ducit ad cælum, conſultò mutat ſtilum, & non ait, intrant; ſed, Pauci ſunt, qui *inueniunt* eam. Sanè arcta hæc via quæ ducit ad cælum, priùs diligenter quærenda eſt, vt *inueniatur*; & poſteà obnixè adlaborandum, vt per illam incedatur, ac perueniatur, in cælum. Quocircà S. Lucas cap. 13. v. 24. vbi hanc ſententiam reperit, ſic habet: *Contendite intrare per anguſtam portam:* vbi pro *contendite*, Græcè habetur, *Agonizate intrare*, & quaſi in agone & agoniâ *contendite*, extremas ſummáſque vires velut agonizantes exerite; quaſi pro vitâ, ſi rectè inceditis, vel morte, ſi eam non capeſſitis. vel ab eâ deflectatis, decertate. Agonem ergò obimus, & dum inimus hanc viam, & per eam ambulamus, planè agonizamus certamúſque pro cælo vel inferno, pro gloriâ vel gehennâ, pro ęternitate beatiſſimâ vel miſerrimâ. O, quiſque videat quomodò in hoc viæ aut vitæ ſtadio tantum agonem *agonizet*! Profectò hîc verſ. 10. 11. & 12. Orpha & Ruth, ſocrum Noëmi ſecutæ, viam vitæ feliciter inuenerunt. Orpha verò infidè repedauit, & ad patriam Idololatram regreſſa eſt. Secùs Ruth, quæ ardua quæque magnanimiter deuorans, per viam auſpicatò inuentam victoriali agone ambulare *agonizauit*; & *obſtinato animo* ad Terram promiſſionis pergens, vtramque felicitatem abundè reperit.

Agonizandum eſt, vt incedamus per arctam viam, quæ ducit ad cælum.

Lucæ 13.

Græcus.

Hic verſ. 10. & 11.

---

§. XLIV.

Timor in imaginationis officinâ, miſerias anticipat, ampliat, exaggerat.

1. IMaginationis abuſu torquemus timorem ad tormentum noſtrum, illúmque inſipienter facimus inanium angorum ac miſeriarum officinam: plus enim opinione noſtrâ, quàm reipsâ laboramus. Proceſſit adeò inſania, vt ipſa vota fecerimus pericula, ipſa bona timenda, dum pro ipſis timemus. Non dumtaxat in malis periclitamur, ſed in timoribus periculi, in ſpe bonorum anxiâ. Feſtinamus timendo ad diſcrimina, præcipimus triſtitiam, anticipamus miſerias, imò & ampliamus. Inani crudeliter prouidentiâ plura mala imaginatione formidantur, quàm reâpſe ſunt: multa quæ non eſſent, ſunt: & quæ ſunt, diu ſunt, quia à metu præproperè incipiunt. Itaque noſtra opinio plura mala facit, aut maiora: vel addit, vel ampliat, vel exaggerat, dum præter diuturnitatem, acerbitatem exacuit infelici miſeriarum auctario. Quæ immatura ſunt, auſteriora inconditè ſunt: pleráque acerbius ſuſtinemus timendo, quàm patiendo; minora in ſe ſunt, quàm in formidine: ſuſpicio incrementat ignota, & in peius vrget. Dein non tantùm mala parat, quia fingit, ſed quia facit, & facta auget; & ad exaggerationem amentiæ, ſuprà certitudinem nonnumquam magnitudinem adiicit. O inſanos propriæ calamitatis opifices! ô immites ſui carnifices! Quid cor tuum lancinas imaginationis lanienâ inceſſante? Mentem indè flecte, & aliò torque, vt tormentum mitiges; aut, ſaniora ſperando, deludas. Hoc remedium omnibus obuium eſt, & ſapientibus facile parabile. Obnixiùs tu à te excute telum, ne hæreat lateri lethalis arundo.

Timor, & imaginatio, mala ampliant, & exaggerant.

2. Exhodi 7. Dei iuſſu primam Ægyptiis plagam Moyſes & Aaron ſeueriùs vibrant. Porrò Aaron *eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem.* Grandis quidèm Ægypto calamitas, ſiti areſcere, aut cruore potari. *Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere de aquâ fluminis.* Communiter Interpretes putant, fodiſſe quidèm, ſed irrito labore; nam omnes omninò Ægypti aquæ in ſanguinem conuerſæ erant. Vndè Philo autumat, plures Ægyptios ſiti enectos. Plures ſitis ſubſidium inuenerunt in aliis liquoribus aut electuariis, terræ etiam ſucculentis fructibus aut herbis, in vino præſertim. Quin & conſtans eſt Medicorum opinio, famem ante ſeptimum inediæ diem exactum non necare; ſitim verò etſi fame acerbior ſit, diuturniùs ſuſtineri poſſe. Verùm, vt inibi expendit Abulenſis, *aquam* dicuntur Ægyptij fodiſſe, non ſanguinem. Sic contrà Ioſephum arguit Abulenſis: *Dicitur in litterâ: Foderunt in circuitu fluminis aquam; ergò aquam repererunt; aliàs non dicerentur fodiſſe aquam. Item quia dicitur in litterâ: Non enim poterant bibere de aquâ fluminis: quaſi dicat, quòd quia non erat potabilis aqua fluminis, cùm eſſet verus ſanguis, potabant de aquâ, quam in circuitu fluminis fodiebant, quæ potabilis erat.* Verùm enimuerò quis neſciat, littorales foueas ac puteos per occultos terræ meatus è vicino flumine aquam ſugere? Puto, non aquam, ſed percolatum ſanguinem haurient Ægyptij. Sanè mitiſſimum eſt, ex puteis qui in ſanguineo fluuio aut fonte habent originem, vtcúmque idoneos hauſiſſe latices, quibus aridam rigarent ſitim. Quid? aliquandò ab impuro fonte, purior deriuatur riuulus? A ſqualidâ matrice nitidus prodit fœtus? Ab inerudito magiſtro peritus diſcipulus eruditur? Sed vide hîc mihi proficuè conſultam Ægyptiorum prudentiam, dum ex ſanguine non idoneum conficiunt potum. Nimirùm ſanguinolentum fluuij liquorem vſque ad vicinas foueas ac puteos percolatum, ſic depurant, dum ad ſe trahunt, vt potum hauriant, quo ſitim fallant. In flumine aut fonte ſanguis eſt, & cruor propinatur; ſed quia percolatum ac depuratum ad foueas aut puteos deriuant, potum pro cruore hauriunt, & *fodiunt in circuitu fluminis aquam*, non ſanguinem. Imitere Ægyptiorum prudentiam, & horrorem ſanguinis, quem calamitas propinat, rationabili ad te ductu ſic percola, vt non cruoris horror, ſed non inidoneus ad potum liquor à te hauriri videatur. O pulchra prudentiæ metamorphoſis, quæ ſic ærumnas lenit, & cruentas calamitates mitigat! O ſic, ſic inquam, obuias mortalis vitæ miſerias exarma! ſic illas percolare, ac defæcare ſatage. Velis, & poteris.

Exhod. 7. v. 24.

Philo.

Ioſephus. Abulenſ. quæſt. 9.

Fluuij etiam ſanguinem Ægyptiis per colandum eſt ad potum.

3. 2. Machabæorum 1. Iudæi è captiuitate Babylonicâ reduces, religioſè ſcribunt ad reliquos alibi commorantes, vt agant diem feſtum ſcenopegiæ, & diem ignis qui datus eſt quandò

Nehemias

1. Machab. 1. v. 19.

Nehemias ædificato templo & altari obtulit ſacrificia. Sic autem habet ſacer Hiſtoricus: *Nam cùm in Perſidem ducerentur patres noſtri, ſacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt*, &c. Perardua hinc exoritur quæſtio, quomodò cum filij Iſraël, quo tempore ablatus fuit de templo ignis, & in puteum demerſus, procul dubiò abducti fuerint in Babylonem, quæ longè abeſt à Perſide, in Perſidem tamen hîc dicantur eſſe tranſlati. Hinc Hæretici ouant, triumphant, quaſi in his Machabæorum libris labem repererint, & certiſſimum mendum. Quare viri (ſi Deo placet) ſincerè eruditiſſimi, & candidi defecatæ veritatis riuales, hunc librum è catalogo Scripturarum expungendum eſſe identidèm garriunt. Hunc nodum facilè hîc Serarius & Sanctius extricant. Ceterùm benè inibi Cornelius notauit, quod tempore Nehemiæ quo datus fuit ignis, monarchia Babyloniorum iam tranſlata erat ad Perſas. Exindè non è Chaldæâ ſeu Babylone, ſed ex Perſide rediiſſe dicuntur: nam Perſæ Regis edicto & fauore in Iudæam redierunt. Quod in rem ethicam mirè quadrat. Scilicet Iudæi in captiuitatem Babylonis olim abducti fuerant, excidio & exilio funeſtè tragico: at cùm Regis Perſæ priuilegio nobiliter benefico, in patriam læti redierunt, malunt nominare vndè hilares redierint, quàm quò mœſtiſſimè abducti ſunt. Imò & locum in quem abducti ſunt in exilium, eo appellant nomine, quo vocatur Princeps aut Principatus, vndè feliciter reduces in optatiſſimam patriam redierunt. Quod eſt conſultioris prudentiæ arbitrium. Nempe triſtia & infauſta reticere, ac obliuiſci; læta verò ac felicia ore ac memoriâ ſubindè reuerſare. Quare pro Chaldæâ aut Babylone Perſidem ſubſtituerunt, aientes: *Cùm in Perſidem ducerentur Patres noſtri.*

Serarius. Sanctius. Cornelius.

Iudæi dicuntur in Perſidem abducti in exilium, quia indè redierunt.

4. Math. 6. v. 34.

Matthæi 6. *Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum: Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi: ſufficit diei malitia ſua.* Quaſi dicat: Sinite craſtino, id eſt, futuro tempori curam & ſollicitudinem craſtini, vt quid ante tempus vultis eſſe anxij & miſeri? Sufficit diei, id eſt, præſenti tempori, ſua ſollicitudo, cura, moleſtia, anxietas, afflictio. Quid hodiernum diem nouo moleſtiarum faſce degrauatis? imò & futuras moleſtias, quæ fortè non venient, acceſſitis? Scitè Chryſoſtomus: *Nequaquam vlterioris diei cura te conterat: cuius enim diei ſpatium te viſurum neſcis, quam ob cauſſam illius ſollicitudine torqueris?* Deindè expendit Chryſoſtomus illud, *Craſtinus dies ſollicitus erit ſibi ipſi.* Sanè *dies*, exanimalis res eſt, ſenſu ac intellectu carens; quomodò ergò dies ſui ipſius ſollicitus erit? Pergit Chryſoſtomus: *Vt enim eos acriùs increparet, ipſum penè tempus animauit, & velut afflictum ab omnibus introduxit, quaſi quòd contrà illos de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ clamaret.* Itaque cùm eâ imprudentiâ homo aduersùs ſe infatuatur, vt futuri temporis calamitates, forſan non futuras, anxiâ imaginatione acceſſat, & illarũ cruciatum anticipet; hodiernus dies, quo futuræ præſentiuntur ærumnæ, ab Euangeliſtâ *animatus* inducitur, & meritò querulus, quia, quaſi ei non ſufficeret malitia, ſeu moleſtia ſua, futuri temporis moleſtiis oneratur, degrauatur, exacerbatur. Stultum ſanè eſt præcoquo afflictionis ſenſu, futuris afflictionibus fruſtrà torqueri. Sic præſens tempus huius iniuriæ acerbitate funeſtatur, vt ſenſum de re inſenſili afflictio nimia extorqueat præ impatientiæ magnitudine ſuperuacuè exundãte. *Ipſum penè tempus animauit, & velut afflictum ab omnibus introduxit, quaſi quòd contrà illos de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ clamaret.* Quid exaggeratius?

S. Chryſoſt. ibi.

Cur animatur dies, in quo de futuris calamitatibus angimur?

5. Matth. 1. v. 11.

Matthæi 1. ſecundam Progenitorum Chriſti teſſeradecadem his verbis claudit Euangeliſta: Amon autem genuit Ioſiam. *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.* Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salatiel. In comperto omnibus eſt, quòd Ioſias antè exilium Babylonicum obierit: tranſmigratio nondum inchoata ſub Ioſiâ, ſub eius filiis conſummata fuit: quo igitur pacto Ioſias numquam exul, in exilio filios gignere potuit? Imò Iechonias, qui *poſt tranſmigrationem Babylonis*, Salatielem genuiſſe dicitur, in tranſmigratione ſeu exilio illum genuit. Num commutatione perſonarum errauit Euangeliſta? an potiùs de propoſitâ veritate nos erudit? Litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè Euthymius inibi: *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Et quidèm hos antè Iudæorum in Babyloniam tranſmigrationem genuerat. Reliquum eſt ergò, vt, In tranſmigratione, accipiatur pro eo quod eſt, Circà tempus tranſmigrationis.* Scilicet Ioſias exilium Babylonicum quod numquam ſubiit, ſollicitudine & angore moleſtiùs præſentiens, & de illo præproperè miſer, illud ſubiiſſe, & in illo filios genuiſſe perhibetur: & ideò quod *circà tempus tranſmigrationis* euenit, in illâ, & ſub illâ accidiſſe dicitur; non temporis articulo, ſed calamitatis præſenſione, quâ ſic affligebatur præmaturè Ioſias, ac ſi iam illam ipſe ſubiret. *Quid neceſſè eſt* (ait tempeſtiuè Seneca) *mala acceſſere, & ſatis citò patienda cùm venerint, præſumere, ac præſens tempus futuri metu perdere? Eſt ſine dubio ſtultum, quia quamquam futurus ſis miſer, eſſe iam miſerum.* Sic Noëmi ac Rutham moleſtè angit incertus ærumnarum metus, qui funeſtas expreſſit lacrymas: & quidèm fruſtrà: nam vndè lugubres timebant miſerias, indè inopinatam felicitatem inuenerunt. Præſtat, præſtat cum Iechoniâ, quod in exilij miſeriâ euenit, proſperitati ſpectatæ ac futuræ libertatis adſcribere; & futura ſpe meliora præſumere.

Euthymius.

Etiam qui futurus eſt miſer, ſtultè nunc eſſe miſer incipit miſeriarum præſumptione.

Seneca. epiſt. 24.

Hic verſ. 12. & 13. &c.

---

§. XLV.

Humana vilitas ac miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exorator egregius.

1. QVid eſt hominum vita? pertinax miſeriarum contentio, quarum frequens multitudo ſic humanam obruit formidinem, vt nimiæ aſſiduitatis beneficio minùs timeamus. Supplicium animarum Orpheus putauit vitam; ſimile illi (adiecit Ariſtoteles) quo viui cadaueribus conſtricti, os ori, pectus pectori, manus manibus, atrociſſimè cruciabantur. Scilicet conſtringitur

Ferè ex Euſeb. de Arte Volunt.

Digitized by Google

ſtringitur pura, æternáque anima putri, fluidóque corpori. Propterea forraſsè natura ſollers rationem lentè & auarè diſpenſat, ne ex abrupto malis terreamur, ſed aſſuetudine feramus minùs ingratè. Stultiſſimus conatus eſt, clauſtris obſtare mœrori, fores miſeriis occludere, cui patuit ianua vitæ. Adeò vt non modò per ærumnas, miſerias, & calamitates; ſed per ipſa etiam oblectamenta, inſido lenocinio malè grata, angor & mœror inuaſerit. Tam conſtat inſtabilitate cupiditas, vt continua lætitia triſtet, & ſui nauſeam ac faſtidium moueat. Vtinàm ſic inoculari quis poſſet, vt cubilium receſſus, & arcana pectorum penetraret; lacrymantes videret, fruſtrà optantes: videret faſtidientes: hunc ſolicitum pro neceſſariis, illum anxiè in ſuperfluis occupatum. Et ne nauſeam narrando moueam; nullam inuenies domum, nulla pectora, vota nulla ſine fortunæ ludo. Quare breuis etiam vita, prolixa calamitas meritò nuncupari poteſt; ſed quæ precariis tacitè votis calamitates auertit.

Breuis etiam vita, prolixa calamitas eſt.

2\. Regius Propheta Pſalm. 21. calamitatibus penè obrutus, de inſidiis Saülis male exul, & ærumnosè exagitatus ſui ac ſuorum ſtrages timet; & dum præter miſerias humanæ vitæ appendices, atroces Regis iras veretur, nimis calamitosè angitur, malis vndique lancinatus. Sic ergò in vaſtis inuiè ſiluis mœſtus occlamat: Qui timetis Dominum, laudate eum, vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum. Timeat eum vniuerſum ſemen Iſraël: *Quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis: nec auertit faciem ſuam a me: & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me.* Quænam ſunt iſtæ preces, quas Deus non deſpexit? & quis eſt hic humilis clamor, quem non ſpreuit, & cui gratam audientiam beneficus exhibuit? Multa multi hâc ſuper te, quæ lubens omitto, vt tempeſtiuam Græcorum Patrum expoſitionem citiùs excribam: *Neque deſpexit deprecationem pauperis, &c. Laudate, inquit, eum, qui auctor ſalutis huius nobis fuit, qui viliſſimam noſtram naturam deſpicere minimè voluit; ſed exaudiuit.* Planè miriſſimum eſt, & attentâ animaduerſione digniſſimum, quòd non dicatur humilis Dauidis oratio, aut clamor corde aut ore conceptus, à Deo exaudiri; ſed potiùs *viliſſima noſtra natura exaudiri* dicatur. Scilicet ipſa natura humana tot appetitionibus & ſubſultibus inquieta, tot ærũnis obnoxia, tot miſeriis obærata, tot perſecutionibus ac calamitatibus agitata; ipſa, ipſa inquam, etſi muto ſilentio tacita, clamor eſt, & grandis clamor, & precaria vox lamento ſimilis. Itaque ipſa tolerantia miſeriarum vndique hominem impetentium, dum atrociùs illis lancinatur, corde etiam & ore muto, linguata eſt, & precarium arcanè clamorem edidit, quo clementiam extorquet. Nempè ipſa natura humana miſeriarum mole oppreſſa, & tolerando penè obtuta, præcoqua orario eſt, & vocalis ſilenter clamor, clamorem precum anteuertens, qui dum Dei aures præproperè tangit, optatum ſubſidium feliciter impetrat. Quare piiſſimus Deus non tam vocalem orantis linguæ clamorem, quàm *viliſſimam noſtram naturam* innumeris exagitatam miſeriis *exaudiſſe* perhibetur. Tardè clamat lingua, cui præcurrit calamitatis clamor lamento ſimilis, tacitâ ærumnoſæ naturæ voce. Ergò laudate Deum, qui auctor ſalutis huius nobis fuit, *qui viliſſimam noſtram naturam deſpicere minimè voluit; ſed exaudiuit.* O gratulemur naturæ humanæ miſeriis oppreſſæ, & malis atrociter agitatæ; quippè quę de miſeriarum prærogatiuâ, ad orationis elogium ſublimatur.

Pſalm. 21. v. 25.

Græci Patr. in Paraphr. ibidèm.

Ipſa natura miſeriis agitata, precarius clamor dicitur.

Ioannis 5. iuxtà Probaticam piſcinam hians ad optatiſſimam ſanitatem, pauper quiſpiam Paralyticus iacebat, triginta octo annos habens in infirmitate ſuâ. *Hunc cùm vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri?* Qui ſciebat diuturno morbo acerbiùs cruciari, & eo animo illic adeſſe, vt diligentiâ præ reliquis (ſi fortè poſſet) ſanitatem mercaretur, non ignorabat Paralyticum velle ſanari. Id autem interrogat, vt huiuſmodi interrogatio planè indicet, & diſertè publicet, eius pietatem anteuertiſſe vocalem Paralityci precationem, & diuturnioris morbi tacitis clamoribus permoueri: *Magnum* (ait inibi Cyrillus) *miſericordiæ Chriſti eſt argumentum, non expectare ſemper laborantium preces, ſed ſuâ miſericordiâ praeuenire;* vocales, inquam, preces non ſemper Chriſtus expectat, quia ipſa infirmitas, ipſa calamitas, miſeria ipſa apud Chriſti miſericordiam precaria eſt, & ſilenter linguata. Vndè Chriſti laudatior benignitas, vocales Paralytici preces non expectat, nam totus ipſe Paralyticus totius corporis diſſolutione tandiu miſer, clamor eſt, & grandis clamor, præcoquo impendendæ curationis ſapore miſericordiam extorquens. Ergò hic Paralyticus ore ac corde tacito, *Humanam apponit neceſſitatem, tamquam deprecatricem*, vt aliàs ex Tertulliano expendebamus. Sic deſolata Noëmi, ſic Rutha hîc funeſtè luctuoſa, inopiam, orbitatem, atque *neceſſitatem, tamquam deprecatricem apponunt*; & quod miſeriarum voce rogant, abundè impetrant.

3\.

Ioan. 5. v. 6.

S. Cyrillus.

Paralyticus humanam apponit neceſſitatem, tamquam deprecatricem optimè.

Tertull. lib. 4. aduerſ. Marc. c. 12.

Hîc v. 12. & 13. & 14.

4\. Eccleſiaſtes cap. 2. hanc de orando Deo gnomen proponit: *Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coràm Deo.* Auſculta attentiùs huius admonitionis rationem inopinatam: *Deus enim in cælo, & tu ſuper terram: idcircò ſint pauci ſermones tui.* Imò quia Deus in cælo eſt, & homo in terrâ, ideò expedire videtur, vt homo miſeriarum ſolicitudine, & calamitatis æſtu velut impotenter excitus, quantocyùs accurrat ad preces, & diuinam opem multâ oratione, & iteratis perſeueranter precibus obnixiùs imploret. Porrò cùm homo ſit in terrâ, & indè terrenis miſeriis afflictatus; & *Deus in cælo* eſſe dicatur, atque adeò iſto nomine, longè à terrâ nunc collocetur (etſi per immenſitatem vbiuis adſit) quod attinet ad audientiam; eccur non expediat clamare voce maiori, & preces fuſiùs multiplicare, an fortè ſic feliciùs exaudiatur? *Deus enim in cælo, & tu ſuper terram*, ait: *idcircò ſint pauci ſermones tui*, dum è terrâ Deum cæli rogas. Hebræus textus habet: *Ne acceleres ex ſolitudine*, hoc eſt, ex animi æſtuantis angore, obruti calamitatis impatientiâ: nam quantùm accedis ad anxietatem, tantùm diffidentiæ vicinaris, quæ impetrationem faſcinat. Appoſitè Chaldæus ſic locum excribit: *Ne inconſulto ſermone prorumpas, neque præceps animus tuus feratur, vt vim & orationis aculeos effundas, cùm tu ad Deum precaturus venis...... Cor tuum non feſtinabit*

Eccle. 5. v. 1.

Quia homo eſt in terrâ, & Deus in cælo, nimis ſollicitè ab homine orãdus non eſt.

Hebræus.

Chald. Paraph.

prò

proferre loquelam in tempore, quo tu oras ante Dominum. iam enim præfeſtinauit ipſa *neceſſitas, & viliſſima natura noſtra* calamitatis voce) *Namque Dominus imperat ſuper omnem mundum, & ſedet ſuper ſolium gloriæ in cælis altiſſimis, & tu ſedes ſuper terram; propterea erunt verba oris tui modica.* Videlicet Deus eſt in cælis, nullius indigus, de bonitatis elogio bona inceſſanter parturiens; inibi ſedet in auguſtioris gloriæ ſuæ ſolio, eidem ſuæ gloriæ generosè ſtudioſus: homo autem ſedet in terrâ terrenus, & indè tot miſeriis miſerabiliter obnoxius: ergò abiiciendum eſt humanarum precum multiloquium, & nimis anxia impetrandi ſollicitudo, diffidentiæ confinis, & indè diuinæ gloriæ indecora: nam homo qui de terrâ eſt, in terrâ eſt, & ad matricem terram properat, terrenarum vndique calamitatum anticipatâ voce precariè clamat, & Dei gloriam præproperâ impetratione buccinat; adeò vt neceſſarium non ſit, vt homo in terrâ præ anxiâ impatienter ſollicitudine, multiloquium orando multiplicet. Sic Deus *ſedens ſuper ſolium gloriæ ſuæ in cælis altiſſimis, viliſſimam naturam noſtram deſpicere minimè voluit, ſed exaudiuit.* Quare tardè precariâ voce totam *vim & orationis aculeos effundes.*

Orationis aculeos tardè effundit vocalis oratio, quam neceſſitas anteuertit.

5. Iob 13. v. 3. & 4.

Iob cap. 13 ſic acerbè querulus amicos alloquitur: Secundùm ſcientiam veſtram & ego noui, nec inferior veſtri ſum. *Sed tamen ad Omnipotentem loquar: Priùs vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum.* Non hîc diſputo, an Iobi amici in re fidei errauerint, peruerſis dogmatibus imbuti. Quid ſit autem fuiſſe *peruerſorum dogmatum cultores,* reliquæ ex Græcis atque Hebræis codicibus translationes explicatiùs ad rem edifferunt. Lxx. Interpretes excribunt, *Medici iniuſti*; alij, *Curatores* ſeu *medici idoli*, hoc eſt, velut *idola medica*, id eſt, emortua, ſine auditu, ſine viſu, ſine vllo ſenſu, ſine ope, ſine auxilio, *veluti lapideus quidam Apollo, aut ligneus Æſculapius*, ait inibi Pineda. Quaſi dicat Iob ad amicos, qui ad illum venerant cauſsâ ferendi opem, quam minimè tulerunt, etſi oculis eum videbant penè calamitatibus obrutum: Vos, ô amici, mihi *medica Idola* eſtis, falsáque numina, cùm enim ſolatium atque opem, & officium veræ amicitiæ polliceri mihi videamini veſtrâ præſentiâ, *condixiſtis enim vt pariter venientes ad me conſolandum* accederetis; ſed tamen, licet me tot calamitatibus afflictatum oculis cernitis, nihil plus à vobis, quàm à *medico Idolo*, id eſt, à ligneo Æſculapio, aut lapideo Apolline ſperare debeo. Porrò etſi opem à vobis numquam implorauì; at tot ſpectatis miſeriis ſurdos eſſe, & inſenſiles ad opem ferendam, *medica Idola* manifeſtè vos comprobant: quippè qui ſurdi eſtis ad tot miſeriarum vocem, & tantarum calamitatum clamorem: appoſui enim vobis meam calamitatem ac neceſſitatem, tamquam opis *deprecatricem* optimam. Ergò vos aurium & oculorum cæci ad ſubueniendum, tamquam *medica Idola* eſtis, quæ dum de miſeriarum aſpectu auxilium piè pollicentur, opem fruſtrantur falſatâ fide. Quare vobis abiuratis vtpotè *medicis Idolis*, quæ hominum viſis miſeriis minimè tanguntur, *ad Omnipotentem loquar:* ille enim ſpectatam miſeriam audit, & ad elogium orationis acceptat, & miſeretè afflictatam noſtram naturam exaudit: eſt enim *Omnipotens Saddai*, id eſt, omnium optimarum rerum vltrò vberrimus, poténſque non ſolùm poteſtate & viribus, ſed etiam inrogatâ clementiâ, qui quem videt ærumnoſum, tamquam *deprecatorem* audit.

Lxx. Interp.

Pineda.

Iob 2. v. 11.

Medicum Idolum dicitur, quiſquis opem non fert ſpectata aliorum miſeria.

§. XLVI.

Longanimis patientia auro argutè aſſimilatur; quaſi athleta caditur & vincit; & perſecutorum inſaniam in propriam coronam recudit.

OCtauius eleganter Chriſtianus ſic ethnicum Cæcilium alloquitur: *Calamitas ſæpiùs diſciplina virtutis eſt: vires & mentis & corporis ſine laboris exercitatione torpeſcunt: omnes adeò veſtri viri fortes, quos in exemplum prædicatis, ærumnis ſuis inclyti floruerunt. Itaque & nobis Deus nec non poteſt ſubuenire, nec deſpicit; cùm ſit omnium rector & amator ſuorum: ſed in aduerſis vnumquemque explorat & examinat: ingenium ſingulorum periculis penſitat: vſque ad extremam mortem, voluntatem hominis ſciſcitatur, nihil ſibi poſſe perire ſecurus. Itaque vt aurum ignibus, ſic nos diſcriminibus arguimur..... Dei miles nec in dolore deſeritur, nec morte finitur. Sic Chriſtianus miſer videri poteſt; non poteſt inueniri.* Tyrones leuiter ſaucij, tamen vociferantur, & manus medicorum, magis quàm ferrum horrent. At veterani, quamuis confoſſi, patienter, ac ſine gemitu, velut aliena corpora excoriari patiuntur. *Perdidiſti tot mala, ſi nondùm miſer eſſe didiciſti.* O quàm benè Noëmi ac Rutha in tot calamitatum gymnaſio, miſeræ eſſe didicerunt!

1. Minut. Felix in Octau.

Chriſtianus, miſer videri poteſt, miſer eſſe non poteſt.

Hic verſ. 13. Seneca de Conſol. ad Albin. c. 3.

2. Iob 23. v. 10.

Iob 23. ſic loquitur: *Ipſe verò* (Deus inquam) *ſcit viam meam, & probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit.* Quaſi dicat: Etſi ego nunc Deum plenè noſcere ac videre nequeam; ille tamen ſat ſcio, videt me, quia videt vias meas: & (niſi meipſum fallo) non tam punire me voluit, quàm his ærumnis explorare, ac purgare; & me ipſo, dum anguſtiùs & acerbiùs exercet, reddere meliorem. Sicut aurifex in fornace probat, & purificat aurum, & dum acrior eſt, & diuturnus ignis, purius reddit aurum, & de meliori notâ commendat. Sanè celebris quæſtio eſt inter rerum naturalium ſcrutatores, cur aurum inter reliqua metalla primatum obtineat receptiſſimo omnium ſenſu ac cenſu. Quâ de re ita ad rem ſcribit naturalis hiſtoriæ Princeps: Aurum, inquit, *nec pondere, aut facilitate materia prælatum eſt ceteris metallis, cùm cedat per vtrumque plumbo; ſed quia rerum vni nihil igne deperit, tutò etiam in incendiis rogiſque durante materiâ. Quin imò quò ſæpiùs arſit, proficit ad bonitatem. Aurique experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat quo ignis. Atque ipſum obryzum vocant. Primum autem bonitatis argumentum eſt, quàm difficilè accendi. Altera cauſſa pretij maior, quàm minimum vſus deterit, cùm argento, ære, plumbo lineæ producantur, minúſque ſordeſcant deciduâ materiâ. Nec aliud la-*

Plin lib. 33. c. 3.

Aurum quò ſæpiùs arſit, ſine detrimento proficit ad bonitatem, &c.

Digitized by Google

[illegible] *Sæpe* [illegible] *ex ipso* [illegible] *pon- der.* [illegible] *res rerum* [illegible]. Ecce tibi o[illegible]natiſſima Iobi laus, quòd *probatur quaſi aurum*, cui vim nihil igne deperit. Quin imò quò ſæpiùs arſit, proficit ad bonitatem. Adde etiam aduerſùs ſal[illegible] & aceri ſuccos rerum domitores conſtantiam flecti-n[illegible]ſcium, ac piè pertinacem. Mitto hæc, quæ cuiuis expendere pronum eſt. Non abſimiliter ſub aliâ metaphorâ idem tradit Antonius in Meliſsâ ex Gregorio Nazianzeno: *Eſt*, inquit, *in fabulis, plantam quandam eſſe, quæ cum inciditur germinet, quæque cum ferro certare dicatur, ac ſi poetarum more loqui liceat, quæ morte viuat, & incisione naſcatur, & conſumptione augeatur. Talis mihi videtur eſſe ſapiens & philoſophus, qui in perturbationibus claritatem conſequitur, cui virtutis materia eſt moleſtia, & aduerſis ornatior redditur, nec dextris iuſtitiæ armis tollitur, nec ſiniſtris flectitur aut deijcitur, ſed idem ſemper manet in non iiſdem, aut etiam probatior, quemadmodum aurum in fornace.* Ecce tibi conſtantiæ ac longanimitatis in aduerſis ideam.

Gaudens [illegible] ſuccisione [illegible] tur, conſumptione augetur [illegible] homo patiens.
Anton. l. 2. Serm. 89.
S. Nazianz.

3. Matthæi 5. hæc ſupponitur Beatitudinum clauſula, & beata Chriſtianæ perfectionis corona: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Pro τ *maledixerint*, Græcè eſt, *exprobrauerint* (vt habet Lucas cap. 6.) conuitiati fuerint, conuitiis, probris, ac contumeliis inſanè affecerint. Summa ergò beatitudo eſt, pro Chriſto, pro pietate & virtute patienter & generosè, imò hilariter ferre calumnias, probra, ſcommata, dicteria, ceteráſque iniurias verborum ac verberum, quibus improborum hominum inſania probos inſectari ſolet. In hoc ſitus eſt apex Chriſtianæ virtutis ac perfectionis. Hanc patientiam quietè ac ſecurè longanimam, gloriæ corona expectat, quam perſecutorum inſania è perſuetſo fabricat. Sapienter Baſilius ita ad rem ſcribit: *Qui demiſſione animi ſuas contumeliones præmium eſſe apud Deum minus dedecoris inuenerit quàm re vera habeat: ac ex patientia ſibi coronam parabit, alterius inſaniam, ſuæ ſecuritatis & quietis occaſionem faciens.* Nempe ipſa perſecutorum inſolentia, quæ inquietare, exaſperare, & exacerbare ſolitat, longanimæ patientiæ, *ſecuritatis & quietis occaſionem facit*; inde tranquillitatem è diuerſo mutuans, vnde credi poterat titubare. Parum hoc, niſi *ex patientiâ ſibi coronam paret, alterius inſaniam.* Res ſanè miriſſima, quòd longanimis patientia in contumeliarum, plagarum, atque calamitatum officinâ, ipſam perſecutorum *inſaniam*, in *coronam* recudat. O pulchram è perverſo metamorphoſim! Beata cælitum *corona*, ex inſolenti improborum hominum *inſaniâ* affabrè materiata eſt. O argutam conſtantioris patientiæ officinam, quæ ipſam perſecutorum *inſaniam*, & oris ac operis inſolentiam, in gloriæ *coronam* refingit! Quis non *quietus* ac *ſecurus* flecti-neſciâ ſemper conſtantia veſaniam perſecutorum [illegible] ſi animitùs atte[illegible] gloriæ *coronam* fabricat [illegible] *coronam per* [illegible] *contraria tex-* [illegible] Celada in R[illegible].

Græcus.
Lucas.
Matth. 5. v. 11.

S. Baſil. apud Anton. [illegible]

Patientia ex perſecutorum inſania gloriæ coronam ex cudit.

[illegible] Chryſoſtomus [illegible] è pendebamus. *Ex patientia ſibi coronam parabit, alterius inſaniam.*

S. Chryſoſt.

2. Corinth. 11. Paulus ſtrenuus Chriſti athleta, in laborum ac perſecutionum ſtadio, pugnare paratus, vincere adſuetus, de victoriis ſe piè iactat, vt Chriſtianas victorias de ſe nouiter erudiat. In quo, inquit, quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minùs ſapiens dico) plus ego: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſuprà modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum.* &c. Quid eſt, quod Paulus in Chriſtiano agone animoſus pugil, & pugnator egregius, dum reportatos à ſe triumphos piè recenſere ambit, hindas verberum vibices, cruentas à ſe exceptas plagas, & tergora virgis frequenter cæſa glorioſius commemorat? Profectò ſe potiùs perpetitiorum verberonem ſeu flagrionem probat Paullus, de verberum plagis longanimâ aſſiduè patientiâ, quam robuſtum in palæſtrâ victorem. Luculenter ad rem ait S. Ignatius, quaſi adludens ad præſcripta Paulli verba *In plagis ſuprà modum. A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum. Firmiter*, inquit, *dum cæderis, quaſi incus eſto. Generoſi eſt athletæ cædi & vincere: maximè vero propter Deum nobis omnia patienda ſunt, vt ipſe nos patiatur.* Sanè generoſus eſt athleta, qui ſuo ſanguine ruſſatus, & malè conciſus, non cadit animo, nec aduerſario cedit; ſed vibicibus contuſus, plagis cruentè madidus, redinuiuo vigore è genu etiam pugnans magnanimitate flectineſciâ, per ipſa pericula, per ſanguinem, per vulnera, per cædes, per ſtrages it alacer ad victoriam. *Generoſi eſt athletæ cædi & vincere*; qui eſt aliquis generoſioris victoriæ faſtus, qui hoſtilia ſumptuoſius trophæa è diuerſo erigit. *Ergò firmiter dum cæderis, quaſi incus eſto*, ad tunſiones nata, ictibus adamantina; & quæ patiendi obſtinatione duriora metella ſuſtinendo domat, ac flectit, dum plus tunditur ac cæditur, generoſiùs vincens.

4.
2. Cor. 11 v. 23 & 24.
Generoſi eſt athletæ cædi & vincere.
S. Ignat. apud Anton. in Meliſſ. l. 1. Serm. 89.

Regius Vates Pſalmo 115. pro tot acceptis à Deo beneficiis animosè gratulabundus, ſic pangit: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? & quaſi poſt maturam deliberationem ſtrenuè reſpondet: *Calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.* Plures huius ſententiæ ſenſus hic Genebrardus, Agellius, & Lorinus adaggerant. Non minùs litteralis expoſitio eſt, vt Dauid forti animo ſe paratũ aſſerat ad ferendũ non tantùm res aduerſas, exilia, inimicorum contumelias ac perſecutiones, & vitæ penuriam, quâ affligebatur à patriâ extorris; ſed mortem ipſam, quaſi hunc calicem Chriſtus Dauidi etiam ante tot ſecula propinauerit, cui potando ſe conſtanti animo Propheta obtulerit longanimâ patientiæ conſtantia, vſque ad fæces illum exhauriens. *Si calix ſalutaris eſt*, ait Origenes, *neceſſe eſt vt ſaluemur calicem illum totum illum bibentes, vt nihil fundamus ex eo: effundit autem accipiens, qui denegat ne aliquid patiatur.* Itaque hic Chriſti Domini *calix* ærumnis, probris, calamitatibus, perſecutionibus, ac fellibus abundè plenus longanimæ patientiæ ſiti ſic exhauriendus eſt, vt nec impatienti nauſeæ liceat, vel 5

Pſal. 115. v. 4. aliàs 13.
Genebrard.
Agellius.
Lorinus.
Orig. Tract. 35. in Matt.
Calix tribulationum victoriali ſemper patientiâ inebriandus eſt.

vel guttulam illius effundere, aduerſitatis ferendæ tædio. Imo & ad anhelam patiendi conſtantiam ſpectat, calicem vſque ad ſummam illius oram ſitienter implere. Quod eleganter his verbis Syneſius ediſſerit, in Orat. poſt libr. de Prouid. ſic fatus. *Imple tu, & corona Deo craterem bonæ confeſſionis.* Sane craterem ſeu calicem *coronare*, eſt vel ſic eum liquore implere, vt vltra ſummam vaſis oram ſuperplenus liquor tumidè exurgat, & *calicẽ coronare* videatur: vel adludit ad *coronas*, quibus victorū etiam calices inorabantur, ornabanturque (vt mauult e Virgilio Pamelius, ex illo: *Et vina coronant*) Monet ergò Syneſius, vt per tolerantiam perſecutionum, & patientiam conſtanter exhibitam, non tantùm vltrò *impleamus* Dominicæ paſſionis calicem, quem ipſe nobis Chriſtus propinat; ſed eum etiam *coronemus*, hoc eſt, ſuperimpleamus, & victoriali ornemus coronâ. Itaque Dauid dum ſitit calicem tribulationibus plenum, & ſuperplenum fellibus mauult, illúdque longanimâ aſſiduè patientiâ haurit; non tantùm ſeipſum, ſed ipſum etiam tribulationum ac paſſionum calicem ſumptuoſiùs *coronat*. Sic eſt patientia longanimitate generoſa, coronarum fertilis! *Imple tu & corona Deo calicem bonæ confeſſionis*, quæ conſtanti perſecutionum tolerantiâ peragitur.

Syneſius.

Pamelius.
Virgilius.

---

§. XLVII.

Æquanimis in vtráque fortunâ conſtantia, ab impatientiâ inexpugnabilis, meta virtutis, & æmulatio diuinitatis perhibetur.

1. QVocumque te abdideris, mala humana circumſtrepent. Multa extrà ſunt, quæ circumeunt nos, quæ aut in proſperitate fallant, aut in aduerſitate vrgeant. Multà intùs, quæ etiam in mediâ ſolitudine exæſtuant. Contemnere quis omnia poteſt, ferre, niſi contempſerit, vix poteſt. Virtutis conſtantia circundanda nobis eſt tanquam inexpugnabilis murus, quem Fortuna neque blandè adridens, neque ſeuerè torquens, labefactare eualet. In inſuperabili loco ſtat animus, qui externa deſeruit, & arce ſua ſe ſibi vendicat. Infra illum omne telum cadit. Non habet (vt putamus) Fortuna longas manus; neminem apprehendit & occupat, niſi hærentem ſibi. Relinque opinionem miſeriæ, quam pati tibi videris; adhuc in ærumnis meliora ſpera vel de fortunæ inconſtantiâ vices ſemper alternantis, & miſer eſſe deſiiſti. Contemne proſperitatem Fortunæ, toto felicitatis pondere incumbentem; fallax eſt, fugax, incerta, ne vicibus ſuis te iactet. Illius adriſus, meræ ſunt inſidiæ, & certæ ærumnarum minæ. O feliciſſimum illum, eâ virtutis conſtantiâ præditum, qui neque aduerſitate cadit, neque felicitate arroganter inſultat. Hunc hunc inquam, ſola Euangelij philoſophia verè excudit, in Chriſtianarum virtutum operoſâ officinâ.

Proſpera & aduerſa fortuna conſtanter contemnenda eſt, tanquã inconſtantiæ ſuſpecta.

2. Propheta regius Pſalmo 18. ſic concinnè ad cæli harmoniam modulatur: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum, pulchræ diſcordiæ concordiâ æquanimiter ratâ inquam. Pergit Pſalmographus, & aliud cæleſtium orbium parallelum, pariter diuinam gloriam decantans, tempeſtiuè inducit: *Dies*, inquit, *dies eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Multa & ad litteralem, & ad ethicam doctrinam in hiſce verbis myſteriorum fœcundis, Commentatores attentè vident & ſcitè tradunt. Græci Patres in huius loci commentario apud catenam Corderij, ſic ad rem indidèm ſcribunt: *Dies dies eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Qualem iſtam? ſcilicet conditoris. Non enim ſibi mutuò inſultant, ſiue augeantur, ſiue minuantur; ſed neque proprium ordinem tranſgrediuntur. Qui vtique ordo ordinantem manifeſtat.* Nempè dies & nox viciſſim creſcentes ac decreſcentes, quod amittunt, ordine ſuo paullatim recipiunt; & quod receperunt, ſenſim alteri tribuunt. Nam dies de noctis temporibus mutuatur, & rursùm nox de die recipit, quod illi ad ſuum crementum tribuerat. Neque dies cùm lucidior, maior, ac prælustrior eſt, exiguæ ac ſubluſtri nocti inſultat: neque tunc contractior & obſcurior nox, diei inuidet prælucendi ac perdurandi felicitatem. Neque è contrario, nox cum ſucciduis incrementis maioritatem ſibi reſtituit, ea felicitate inſoleſcit, & diei arroganter inſultat; cùm ſciat vterque quod incremēti faſtigium ſunt certiores decreſcendi minæ, & breuior durationis mora benè incrementa auguretur. Exindè *non ſibi mutuò inſultant, ſiuè augeantur, ſiuè minuantur, neque proprium ordinem tranſgrediuntur*, aut de miſeriæ agoniâ, aut de felicitatis inſolentiâ: quâ conſtantiæ æquanimitate, *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam, Qualem iſtam? ſcilicet conditoris*, dum eius gloriam ſimul cum cælis ſumptuoſiùs buccinant arcano diuinæ laudis auctario.

Dies & nox non ſibi inſultant, ſiue augeantur, ſiue minuantur.
Pſal. 18. v. 3.

Græci Patr. apud Catenam Corderij.

Humana in aduerſitate, vel felicitate æquanimitas, diem ac noctem æmulatur.

3. Sub Concionis finem ſic homines Siracides hortatur: *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Tigurina, *Nam in hoc conſiſtit omnium hominum perfectio.* Campenſis, *Illo enim ſolo acquiritur quicquid verè & ſolidè beatum facere poteſt.* Caietanus, *Hoc dumtaxat diuinum eſt, fixum ſtabileque bonum in omni homine.* Olympiodorus, *Hic eſt ſapiens, integer, perfectus homo.* Olympiodoro ſuccinit S. Gregorius Nazianzenus apud Antonium in Meliſſâ p. 1. cap. 50. niſi quod ſapientem ac perfectum appellat philoſophum. Sic ergò ad rem fatur Nazianzenus: *Nihil inexpugnabilius philoſophiâ, nihil tranquillius: omnia prius cedunt quam philoſophus. Duo ſunt inuicta, Deus & Angelus: & tertium philoſophus. Eſt enim philoſophus, non materialis in materia, in corpore incircumſcriptus, in terrâ cæleſtis, in affectibus imperturbatus, vbique inferior cæteris præterquam animi magnitudine, & cedendo vincens illos qui ſe vincere putant. Vnam ergò ſapientiam noui, Timere Deum. . . . Audi ſummam ſermonis. Deum time, & mandata eius ſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Ecce tibi quid præſtet philoſophia, id eſt perfectæ virtutis ſtudium, quo quis euadit *ſapiens, integer, perfectus homo*, quod *dumtaxat diuinum eſt, fixum ſtabileque bonum in omni homine*, nempe à fortuna ſiuè proſpere adridente, ſiuè acerbiora minante, aut [illegible], *inexpugnabilem* reddi, flectineſciâ ſemper conſtantiâ inconcuſſus. Sic eſt [illegible] cum vinci videtur, vt *cedendo vincat illos qui [illegible] cere putant.*

Eccle. 12. v. 13.
Tigurina.
Campenſis.
Caietanus.
Olympiod.
S. Nazianz.
Antonius.

Virtus reddit hominem inexpugnabilem, & inuictum etiã cùm vinci putatur.

Vide

Vide quàm trãquillò inexpugnabilẽ ac inuictum reddat hominem conſtantia, quæ à virtute eſt.

4\.
Lucæ 24. v. 26.

Lucæ 24. Dicipulos de ſuâ reſurrectione ac diuinitate ambiguos his verbis Chriſtus Deus reprehendit: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ; *Nonnè hæc oportuit pati Chriſtum?* Quaſi dicat: Vos, ò Diſcipuli, veſtrámque de meâ reſurrectione, diuinitate, atque adeò Incarnatione fidem turbauit, ac ſpem fregit mea paſſio; quare nuper dixiſtis, *Sperabamus*; ſed temerè & ſine cauſsâ, nam in Deo homine non peregrinatur paſſio, quam prophetæ potiùs prædixerunt.

Baſil. Seleu.

Audiendus eſt Seleucienſis Baſilius, qui Orat. 39. diſputans contra Arianos, ita ad rem ſcribit: *Quid aiunt, qui ſuperſtitioſâ religione laborantes, trepidant timore vbi non eſt timor; ne quid, quod opinantur, Deus patiatur, cùm paſſiones hominum ſine paſſione medicatur, ac ideò credere refugiunt Dei incarnati generationem ventri mulieris eſſe concreditam* (Nota attentiùs quæ ſubiicit verba ad rem tempeſtiua (*Hoc Deo honorificentius, hoc modo magis impatibilis demonſtratur, quòd & patibili celatus ſit corpore, & quòd impatibilitatem diuinitatis oſtendat.*

Chriſtus Deus patibilis impatibilitatem diuinitatis oſtendit.

Itaque valdè *oportuit pati Chriſtum*, Deum in Chriſto pati, vt in humanitate patiente *impatibilitas Diuinitatis oſtendatur.* Quid enim tam miriſſimè arcanum, quàm quòd patiente Deo, exiſtat diuinitas à paſſionibus immunis? Sanè *hoc Deo honorificentius eſt*, quippè quod in Chriſti doloribus, cruciamentis, paſſionibus impatibilitatem Deitatis è diuerſo oſtenret; quod non ita magnificè oſtenderetur, niſi Deus paſſionem ſubiiſſet. Hem! paſſio impatibilitatis demonſtrandæ arbitrium eſt? Profundè quidèm Baſilius.

5\.

Geneſeos 22. in Abrahami ſenio, & Saræ effœtâ ſenectute filius naſcitur, optatiſſimum vtriuſque deliciolum. Sic meruit fides, quod ademerat ætas; extorſit credulitas, quod natura negauerat. Riſit Sara munus iuuentutis ſuſcipiens in ſenectâ; vndè nomen accepit infans. Sed ô funeſta præceptio! Vnicus ille filius ſolliciti ſenis, adhuc paruulus, cui amor, pietas, & miſeratio maior debetur, poſtulatur ad victimam:

Geneſ. 22. v. 2.

Tolle, inquit, *filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum*, &c. Eſſe iubetur ſeuerus religioſè carnifex vnigeniti filij, cui ſi per humanam fragilitatem aliqua in corpore infirmitas naſceretur, aut humanus exitus contingeret, vix in eius caſibus alius pater viuere potuiſſet, ſi annis teneris moreretur. Sed quid hic pater, conſtantiæ idea, & magnanimitatis hyperbole? *Non contriſtat frontem* (ait

S. Zeno ſer. 1. de Abrah.

S. Zeno) *deuotiſſimus Abraham, nec dolor patri lacrymas perſuaſit; ſed exultat, & gaudet... O, qui ſeruum Domini ita ſe meminerat, vt patrem ſe eſſe neſciret! Quid eſt pater? Ecce ſub oculis iacet filius vinculis ſtrictus, vbi ſunt lacrymæ? vbi dolor, qui in humanis ſenſibus verſari conſueuit? In tantis filij caſibus lætatur & gaudet, & ſe Dominum promeruiſſe triumphat.*

Æquanimitas Abrahami in ſummâ felicitate pariter ac infelicitate.

Parum fuit conſtantiæ Abrahami in calamitoſo filij excidio inexpugnabilem extitiſſe, calamitate maior; niſi in filij etiam ſoſpitate, ipsâ etiam felicitate totis viribus inopinatè incumbente, maior extitiſſet. Pergit idem inibi Veronenſis Zeno: *A filio ad agnum tranſtulit dexteram ſemper lætus & gaudens; nec mutatus eſt vultus eius, cùm eſſet victima commutata. Cum tantâ lætitiâ arietem obtulit, cum quantâ obtulerat & filium: vbi enim fides fuit, non erat dolor.* Non elucidabo nunc ſolitâ ecphraſi ac expenſione Zenonis pulchra verba, ne rudiori ſtilo tot ſententiarum elegantiam deuenuſtare videar.

6\.

Magnanimam inconcuſſæ patientiæ conſtantiam, quæ in omni fortunâ animũ pacatè tranquillat, ſic graphicè Tertullianus deſcribit:

Tertull. lib. de Patient. cap. 15.

Age iam ſi & effigiem, habitúmque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus & placidus. Frons purâ, nullâ mœroris aut iræ rugoſitate contracta: remiſſa æquè in lætum modum ſupercilia, oculis humilitate, non infelicitate deiectis. Os taciturnitatis honore ſignatum. Color qualis ſecuris & innoxiis. Motus frequens capitis in Diabolum, & minax riſus. Cæterùm amictus circùm pectora candidus & corpori impreſſus: vt qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitiſſimi & manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, ſed eſt tenera ſerenitatis, apertus & ſimplex, quem tertiò vidit Elias. Nam vbi Deus ibidem & alumna eius, patientia ſcilicet.

Æquanima patientia elegans deſcriptio.

Reſpectum à Tertulliano ad illud 3. Reg. 19. v. 12. *Sibilus auræ tenuis*, vbi intellexit eſſe Deum, nam ſtatim Elias operuit vultum ſuum pallio. Ecce tibi in proſperis atque aduerſis magnanimæ æquanimitatis idea.

3\. Reg. 19.

Tandèm ad armandam hominum conſtantiam intermittenda non eſt opinatiſſima illa Iobi vox in tot aduerſis: *Dominus dedit, Dominus abſtulit ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum*: quam elucidans Didymus in cap. 1. catenæ Græcæ, ſcribit: *Illius* (Diaboli inquam) *poteſtati rem omnem permiſit, idque ad noſtram omnium vtilitatem. Vt Iobus character, formáque fortitudinis, tanquam in columnâ relinqueretur inſculptus, eſſetque meta virtutis, non ſolum illius ætatis hominibus, verùm etiam poſteris.* Itaque Iobi æquanimitas non ſolum dicitur *forma* ſeu idea conſtantiæ, & *virtutis meta*; ſed etiã de boni exempli virtute magnanimitatis *character*, quaſi adſimilem virtutem ſpectatrici poſteritati inſculpat, ac imprimat. O quàm fuit priſca illa ætas adſimilis conſtantiæ egena, vt videre hîc licet primùm in Elimelecho; dein in Noëmi lugubri ſæpè planctu, orbitatis, exilij, ac paupertatis ærumnas miſerrimè opplorante. Quò vna eſſet Euangelij laus, iſtiuſmodi conſtantiæ vberior fertilitas, quæ cælorum hortea abundè compleret.

Iob 1. v. 21.

Didymus.

Iobi conſtantia characterem imprimere dicitur.

Bonum exemplum characterem imprimere perhibetur.

Hîc verſ. 13.

§. XLVIII.

Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergò iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor fouetur.

NEmo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur: reuocari enim præterita non poſſunt, futura prohibentur. In omni ſemper iudicio adhibenda eſt moderatio, quæ ſanabilia ingenia à deploratis diſcernat. Sanè ali- 1.

Propè eſt vt iniquè damnet, qui ſæpè.

quandò iniquum eſt, totam perſequi culpam. Propè eſt vt libenter damnet, qui ſæpè. Peractâ mundialis naufragij tragœdiâ acerbiùs vltrice, ſic blandè Noëmum Deus alloquitur: *Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum pronâ ſunt ab adoleſcentiâ ſuâ: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci.* Ex hâc Dei ſcholâ ſic Ambroſius Iudices peritè erudit: *Et ſi vindicauerat Dominus in hominum genus, tamen cognouerat, quia vindicta legis ad timorem proficit & cognitionem doctrinæ, magis quàm ad naturæ commutationem, quæ corrigi in aliquibus poteſt, in omnibus mutari nõ poteſt. Vindicauit ergò Dominus quod timeremus, pepercit vt reſeruaremur. Et vindicauit ſemel ad exemplum timoris, pepercit in reliquum, ne dominaretur ſemper amaritudo peccati; ſimúlque ſiquis peccata cupiat ſæpiùs vindicare, aſper magis, quàm cenſorius habetur.* Benè monentem ſequere.

Geneſ. 8. v. 21.

S. Ambroſ. apud Lipom. Caten. ibi.

2\. Canticorum 8. *Pone me*, inquit, *vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum; quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Chaldæus, Arabicus, Rabbini, Catholici, qui verſum præcedentem cenſent eſſe vocem ſponſæ, hunc quoque eidem aſſignant, quaſi ipſa petat, vt ſponſus cor ſuum & brachium iugi memoriâ & amore ſponſæ tam miſeræ, & peccatis corruptæ, & ſuppliciis cruciatæ, beneuolentiæ velut ſignaculo obſignet. Hinc Chaldæus vertit: *Dicent filij Iſraël in die illâ Domino ſuo: Obſecro te, pone nos ſicut ſculpturam annuli ſuper cor tuum, & ſicut ſculpturam annuli ſuper brachium tuum, vt non addamus vltrà eſſe exules.* Ecce hîc expetit miſera ſponſa beneuolentiæ ac pietatis ſignum, vt à duro prolixioris exilij ſupplicio liberetur, & benigniùs cum illâ agatur. Ceterùm dum iuſtitiæ diuinæ rigores mitigare ſatagit expetito beneuolentiæ ac pietatis ſigno; quid eſt, quòd ſe velut *inferni* pœnis caſtigari dicit: *Dura*, inquit, *velut infernus æmulatio.* Syrus & Arabicus vertunt: *Crudelis ſicut infernus.* Quid? inferni pœna, ſeu gehennæ incendium dici *crudele* poteſt? Eſto, peracerbum ſit; at crudele eſſe non poteſt; non enim vltrà damnati meritum cruciat. An dicitur *infernus crudelis*, quia gehennæ ignis etſi peracerbè cruciat vitæ tamen damnatorum parcit; & corpora non abſumit, ſed reparat? O pietatem de velut crudelitate ludentem! Aliter S. Gregorius inibi hâc de re philoſophatur: *Dura*, ait, *ſicut infernus eſt æmulatio. Dura extitit* (Syrus, *crudelis*,) *quia ſicut infernus ſine miſericordiâ, quos tenet, cruciat: ſic*, &c. Scilicet *durus* (ne dicam *crudelis*) dicitur *infernus*, non quia miſeros damnatos peracerbè cruciat; non quia ad pœnarum perpetuitatem, quod debuit conſumere erogat, & perpetuò reparat, vt numquam non ſæuiat: ſed quoniam, tametſi citrà condignum puniat, miſericordiæ expers perhibetur: *Infernus ſine miſericordiâ, quos tenet, cruciat.* Quaſi ſimilis ſit gehennalibus incendiis, & infernalibus Tartarorum miniſtris, quiſquis adeò acerbè rigidus in iudiciis eſt, qui *ſine miſericordiâ, quos tenet, cruciat.* Hem, qui ſine pietate iudicium exercet, rigorum dumtaxat ſtudioſus, infernalium Miniſtrorum de crudelitate æmulus eſt; & quod cœpit in iudice, in Diabolo conſummat? Diabolus enim *ſine miſericordiâ, quos tenet cruciat.* O caue hanc infernalem Diabolorum crudelitatem, quiſquis iuſtitiam amas!

Canticor. 8. v. 6. Chaldæus. Arabicus. Rabbini. Catholici.

Chaldæus.

Syrus. Arabicus. *Ne ſit Iudex ſicut infernus, qui ſine miſericordiâ cruciat.*

S. Gregor.

Prouerbiorum 20. hæc politica gnome à Salomone proponitur, Principibus ſalutaris: *Miſericordia & veritas* (id eſt, iuſtitia) *cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.* Hebraicè hoc poſterius hemiſtichion ita effertur. *Et fulcit in miſericordiâ thronum ſuum.* O bona clementiæ cum iuſtitiâ miſtura, quæ Reges fulcit, & regna fundat! *Nam miſericordia ſine iuſtitiâ* (ait inibi Lyranus) *eſt puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordiâ eſt crudelitas, quæ deſtruunt Regem & regnum: ſed miſericordia iuſtitiâ ſtimulata, & iuſtitiâ miſericordiâ temperata cuſtodiunt Regem & regnum.* Sanè mera clementia in Principe, in Magiſtratu, in Iudice, & quouis alio Superiore *puſillanimitatis* ſuſpecta eſt, & velut ritè delinquendi priuilegium. Mera autem iuſtitia, mera crudelitas eſt: decet enim feras, hominem dedecet, quicquid ab humanitate alienum eſt. Quare iuſtitia à miſericordiâ temperanda eſt, ne in crudelitatem degeneret: & *miſericordia iuſtitiâ ſtimuletur*, ne nimium iners puſillanimitatem ſapiat. Profectò altè dicitur, quòd in Iudice *miſericordia à iuſtitiâ ſtimulari* debet. quò non meraciſſima miſericordia imbecillæ puſillanimitatis ſuſpecta; ſed in ipsâ miſericordiâ aliquid iuſtitiæ, etſi ad miſericordiam *ſtimulantis*, tranſpareat. Et quidèm miriſſimum eſt, quòd ipſa iuſtitia, quæ eſt rigorum matrix, & diſtrictionis incentiuum, ad *miſericordiam ſtimulet.* O arcanum iuſtitiæ ad miſericordiam *ſtimulum!* An merito infligendum ſupplicium ſic ſæpè eſt durè acerbum, vt propè inhumanitati confine ſit, & crudelitatis ſuſpectum, niſi miſericordiæ lenitate temperetur? exindè miſericordia ipſa concitatur, exacuitur, & ſtimulatur, vt diſtrictionem iuſtitiæ temperet? An potiùs ipſa meracior iuſtitia, quia æquitas eſt, & ius ſuum vnicuique tribuere ſatagit, dum enorme ſcelus nudum ſpectat, ſtrages ac rigores ſceleri condignos meditatur: at cùm hominis rei imbecillitatem perſpicit, & iracundiæ aut concupiſcentiæ furias, quibus ad commiſſum ſcelus agebatur, expendit, rigidæ æquitatis iure tenetur, quod humanæ imbecillitati, &c. tribuitur, pœnarum rigoribus detrahere, ne mera iuſtitia his conſiderationibus exuta, ſatis æqua non ſit, & in crudelitatem iniquè degeneret? Quare ad æquum & iuſtum ritè iudicandum, auxiliarem aduocat miſericordiam, & ad illam aduocandam *ſtimulat*, ne pœnas vltrà condignum infligat, ſi nudo ſceleri condignas pœnas rigidè vibret. Ergò ad æquum iudicium accedat *miſericordia iuſtitiâ ſtimulata:* nam *iuſtitia ſine miſericordiâ eſt crudelitas.* Sic iudicium miſericordiæ exors, mera crudelitas eſt, & violenta tyrannis, quæſito iuſtitiæ nomine palliata; ſed ipſo veſtitu inueſtis.

3\. Prouerb. 20. v. 28. Hebræus.

Lyranus.

Quo pacto iuſtitia acquus riger, ſit miſericordiæ ſtimulus.

Redeat iterùm ſemel enucleatus Salomonis locus, ad rem candem aliter expendendus: *Miſericordia & veritas* (id eſt, iuſtitia) *cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.* Hebraicè, Rex *fulcit miſericordiâ thronum ſuum.* Itaque Regum ac regnorum fulcrum, cuſtodia, ac conſeruatio, non eſt mera iuſtitia, ac ſeuerus iuſtitiæ rigor; ſed iuſtitiæ ac miſericordiæ ſocietas.

4\. Prouerb. 20. v. 28. Hebræus.

Digitized by Google

S. Thomas. cictas. S. Thomas lib. 1. de Eruditione Principis cap. 16. & cap. 15. hanc Salomonis ſententiam ſic exponit: *Multum neceſſaria eſt Principi miſericordia: cuſtodit enim illum, ne ignis Zeli & iracundia illum deſtruat. Vndè Prouerbiorum 20. dicitur: Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem: ignis zeli ardere debet oleo miſericordia; deficiente verò hoc oleo, ignis Zeli deſtruit Principes, ſicut ignis, ſi deſit oleum materiale, lampadem effringit.* S. Gregorius *Gregorius ſuper Ezechielem: Sancti zeli diſtrictio de virtute miſericordia neceſſe eſt vt ardeat.* Et infrà: *Tam omnibus ignoſcere, crudelitas eſt, quàm nulli parcere: modum enim tenere debemus; ſed quia difficile temperamentum eſt, quid aquo plus futurum eſt, in partem humaniorem propenderet.* Peridoneè

Miſericordia oleo nutriatur ſeuerio ru iuſtitia ardor, ne extinguatur.

ſeueræ iuſtitiæ zelus rigoribus exæſtuans, *igni* comparatur. Porrò ignis deficiente pabulo planè decinereſcit, & extinctus in vagum puluerem ſoluitur: & lampadis flamma de olei pabulo lucet, & ardet; quo deficiente, extincta perit. Sic prælucens iuſtitiæ ardor, niſi blandæ miſericordiæ oleo foueatur nutriatúrque, illicò extinguitur, & lampadem effringit funeſto fragore. Nempe iuſtitiæ ardor ſine benignitatis oleo Principem ac principatum euertit. Sed attentiùs nota, quòd S. Thomas ex Magno Gregorio, ardorem iuſtitiæ comparat ignitæ lampadum flammæ; & miſericordiam iuſtitiæ miſcendam, oleo quo ignis fouetur atque nutritur. *Zeli diſtrictio de virtute miſericordia neceſſe eſt vt ardeat. Ignis zeli ardere debet in oleo miſericordia.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd mite ac blandum miſericordiæ oleum, ſit idoneum ſeueræ ac rigidæ iuſtitiæ nutrimentum; & quod benignitatis oleum ſit aptum rigorum iuſtitiæ pabulum, quod in zeli ardorem conuertatur. Hem! ſic debet eſſe iuſtitia benignitate imbuta? ſic blando miſericordiæ fotu lucet iuſtitiæ ardor, aliter extinguendus? ſic in iuſtitiæ ardore, cognata miſericordiæ mulcedo tranſlucere debet? O bonum iuſtitiæ ac miſericordiæ commercium, ad Regum regnorúmque vitalem perpetuitatem fœderatum! Hic verſ. 13. Lugubri planctu hîc queritur deſolata Noëmi, quòd egreſſa eſt manus Domini contrà eam, ſuámque familiam extinxerit: at diſtrictionis ardor, miſericordiæ oleo fouebatur: nam ibi inſperatam ſobolem, & plenam felicitatem inuenit, vbi credi poſſet extincta.

5. Prouerb. 10. v. 28. S. Thomas. Aliquid autem reſtat emedullandum in præſcriptâ Salomonis gnome: *Miſericordia & veritas* (iuſtitia) *cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.* Quæ verba ex S. Thomâ nuper elucidauimus: *Ignis*, inquit, *zeli ardere debet oleo miſericordia, deficiente verò hoc oleo ignis zeli deſtruit Principes: ſicut ignis, ſi deſit oleum materiale, lampadem effringit.* Vndè

Potètes parcè vtantur poteſtate, vt ſemper vti poſſint.

auſterioris iuſtitiæ rigoribus, à quibus benignitas peregrinatur, nutant regna, & imperia labaſcunt. Porrò nimis grauatè ferunt ſubiecti populi, continuam principandi acerbitatem pietatis exortem. Plato apud Anton. in Meliſſ. lib. 2. Serm. 1. Sententioſè dixit Plato: *Debent Potentes parcè vti poteſtate, vt ſemper vti poſſint.* Alioqui ſubditi rigoribus exaſperati, Rempublicam tumultibus ac defectionibus inquietant, & pergraue iugum excutere intentant. Ergò *miſericordia & veritas* (iuſtitia) *cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.*

P. Didac. Celada in Ruth.

Addam tamquam huius theſis clauſulam, pulchram Catonis gnomen, apud Antonium in Meliſſâ lib. 2. Serm. 1. *Magiſtratus*, inquit, *aut Iudex neque pro iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet.* Sciliceet, Princeps, Magiſtratus, Iudex, aut quiuis Superior, ſic debet eſſe iuſtitiæ ſtudioſus, vt nullâ auctoritate, potentiâ nullâ ab eo aliquid iniuſtum *exorari* poſſit, flectineſcio iuſtitiæ vigore ad æquitatem erectus. Quin & ſic etiam debet eſſe iuſtitiæ tenax, & benignitatis peramans, vt pro iuſtitiâ æquè ac tēpeſtiuè exhibendâ, & pro humanitate, quam capit negotium, *orari non debeat.* Sic enim debet feſtinare ad æquitatem, vt ſupplicationes anteuertat. Serò rogare ſemper debet bonum Superiorem, qui æquitatem ac benignitatem, quam negotium patitur, rogaturus accedit. Sit ergò ad rem iniuſtam inexorabilis; atque ad rem æquitatis ac gratiæ è diuerſo etiam inexorabilis; quia ſcilicet benignitatis ſtudio, ſupplicantium votis præcurrit. Ergò bonus, æquus, ac pius *Iudex neque pro iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet.* 6. Cato apud Antonium.

Superior neque pro iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet.

---

§. XLIX.

Iuſtus rigor in Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat.

INgens ad virtutem incitamentum præmia & pœnæ ſunt: neque quiſquam facile tam fatuè malus eſt, vt ſi improbitati ſocientur pœnæ, non fugiat illam: vt, ſi non impellat amor, repellat timor; ſi non inuitent præmia, deterreant damna, ac licet natura illum non ducat, ſed rapiat; frenum tamen impotenti huic Dominæ injiciet, & magnis illius conatibus maioribus occurret. Quod ſi dominatum illius excutere nec ſeriò velit, nec per aſſuetudinem poſſit; continebit tamen vitia, ne erumpant, & tamquam compedibus ſtringet, & domeſtico includet carceri: atque ſi domi improbus eſſe pergat, ſaltem eſſe improbus palam non audebit. Id æqua Iudicis ſeueritas ſuppliciorum metu præſtabit vt ſibi ſoli improbus, improbus aliis eſſe deſierit. Nimia in Iudice mititas, de ſcelerum impunitate flagitia nutrit, & in benignitatis officinâ, delinquendi impudentiam excudit. Pacatæ indolis bonitas videtur, & meræ bonitatis inſidiæ ſunt: vt vni bonus ſit pluribus malus eſt, & imbonitatem bonitate è peruerſo alit. Pereat impius, vt afflanda impietas ſimul pereat. Vnius morte, mortes plurimorum redimere præſtat. Supplicium, quo ſceleroſum reum dignè excruciat, ac dehoneſtat, Iudicem honorat, & de iuſtitiæ æquitate nobiliter commendat. Vltima ſcelera vltimis ſuppliciis inuri, non eſt crudelitas, ſed miſera, neceſſaria tamen curatio. Scias demùm, quòd fulmen Iouis inſigne fuit, & auguſtioris in cælo Deitatis illuſtre olim notamentum; non beneficiorum, ſed ſuppliciorum ſtemma. Bellè dictum: Cùm nocens abſoluitur, Iudex damnatur. 1.

Seueritas Iudicis in dignis ſceleris ſuppliciis, vigor iuſtitia eſt.

4. Regum 2. Eliæ diſceſſuri comitem ſe præbet Eliſeus: Eliæ pallio velut cymbâ vtérque Iordanem enauigat. Cúmque pergerent, & in- 2. 4. Reg. 2. v. 11.

cedentes ſermocinarentur: *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt inter vtrumque: & aſcendit Elias per turbinem in cælum.* Scilicet ſubitò inter vtrumque apparuit currus igneus, quem ignei etiam trahebant equi, in quem conſcendens Elias, ad cælum ſublatus hiantem diſcipu-

Abulenſis. lum reliquit. Multa hic mouet Abulenſis, vt hunc ignem, ex quo materiatus eſt *currus*, & *equi* efformati, exponat; latè pertractans an fuerit verus ignis, & vndè coalitus. Explorare nunc ethicè præſtat, quare *igneo* curru, quem equi etiam *ignei* trahebant, in cælum Elias aſcenderit? An non ex nube potiùs, de Scripturarum more, vehiculum extrueretur? Quare *igneus* currus, & equi *ignei* (ſanè infrequens horum condendorum materia) ad Eliæ aſcenſum in cælos, & glorioſum eius triumphum apparantur? Profectò Siracides velut ignitum inducit

Eccli. 48. v. 1. Eliam: *Et ſurrexit*, inquit, *Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.*

S. Epiphan. Tradit S. Epiphanius in Vitis Prophetarum, in Eliâ, Eliam flammâ fuiſſe enutritum, in ſignum ardentis eloquij eius; non quòd verè flammâ fuerit enutritus (hoc enim eſt impoſſibile;) ſed quòd flamma lamberet eius vultum & os, in illúdque videretur ingredi, illúmque cibare &

Dorotheus. *Elias igne, quo puniuit, triumphum ſuum in cælos adornat, ad Iudicum eruditionē.* paſcere. Sic & Dorotheus in Synopſi: *Cùm naſciturus*, inquit, *eſſet Elias, pater eius Sabacha vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari, & igne tamquam faſciis inuolui, & flammâ ignis velut cibo ali. Et Ieroſolymam profectus rem iſtam indicauit, dictúmque illi eſt ex oraculo, ne timeret: fore enim vt puer naſciturus in luce habitaret, & quæ diceret firmam ſententiam haberent, indicarétque Iſraëlem gladio & igne.* Addit

Hugo Card. 4. Reg. 1. v. 10. & 12. ad rem opportunè Hugo Carenſis id referens: *Et hoc verum fuit, quia Elias duos quinquagenarios igne conſumpſit.* Itaque Elias ardenti zelo *indicans Iſraëlem igne*, & duos quinquagenarios cum centenario ſatellitio ſeueriſſimè cõburens, in fauillamque ac vagos cineres funeſtè redigens, *igneum currum*, quem *equi ignei* traherent, meruit, quo triumphum agens, in cælum aſcenderet. Nempè ignem *deſcendere* de cælo iuſſit, quò impios idololatras, & palatinos idololatriæ fautores pœnaliſſimè combuſſit: ergò Elias *indicans Iſraëlem in igne*, de acri ſuppliciorum materiâ *currum* extruat, *equos* condat, vt triumphali *curru* ex igne conflato, victorialem agens triumphum, *aſcendat in cælum.* Tantùm abeſt, vt ſeueriſſimum ex torrente igne ſupplicium (quæ rigoris ſumma putatur) Eliæ retardet itum in cælum; vt potiùs ex igne triumphalis extruatur currus, & ſumptuoſior apparetur gloria: quò materia ſuppliciorum, quibus durius ſauciauit impios, *iudicis* Eliæ triumpho glorioſius militet. Exindè ignis *deſcendit* de cælo ad acerrimum impiorum ſupplicium: ergò *igneus currus* & *equi ignei* Eliæ ad cælos triumphum conſultiſſimè adornant; vt indè præluſtriorem mutuetur gloriam, vndè diſtrictiori rigorum ſeueritate, dehoneſtari ac denigrari poſſe forſan videbatur. Quare eodem igne, qui durius exacerbauit ſupplicium, ſumptuoſiorem adornat triumphum. O bonam Iudicibus eruditionem! Inſigne magni Iouis fulmen moraliſſimè putatur.

3\.

2\. Reg. 14. v. 21. 2. Regum 14. Dauid paterno affectu blandus Ammonis occiſi vindex, facilem fratricidæ Abſalomo veniam concedit. *Et ait Rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergò, & reuoca puerum Abſalom.* Sed paullò pòſt tamquam miti Regis conniuentiâ irritatus, atroci contra Regem coniuratione immaniter rebellat. Adeò vt dixerit Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Ieruſalem: *Surgite, fugiamus: neque enim nobis erit effugium à facie Abſalom: feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam.* 2. Reg. 15. v. 14. Perdidit Abſalom ſceleſtiſſimus mentem, amiſit conſilium, inſectatur innocentem, fugat patrem, poteſtatem arripit, vſurpat imperium, regnum inuadit; non vt cum patre ſocietatem iniret regni, ſed vt totum regnum patris ſanguine poſſideret. Sagaciùs perueſtigant Interpretes, quare Abſalom aduersùs Patrem immeritum, ſic immaniter coniurauerit, & genitoris ſui beneuolum ac beneficum ſanguinem, ſic atrociter ſitierit? Quâ in re mitiſſimus Rex, vel hoſtium peramans, Abſalomum offenderat, vt naturæ leges impiè proculcans, immeriti parentis patricidium inuaderet? Patriſque mititas, & indulgentia largior, Abſalomum aduersùs Regem armauit, vt vitâ ac regno eum expoliare feſtinus inuadat? Fuitne hæc in Abſalomo ambitioſior regnandi impatientia? an è cælo veniens paternæ indulgentiæ acerbior vindicta? S. Chryſoſtomus in hom. de Abſalom perſequente patrem Dauid, multus eſt ſuper hoc argumento, ſic fatus: *Offendit Dauid filium, quia fratris in eum voluit vlciſci parricidium. Semper enim ſcelera, dum non reſecantur, increſcunt: & in augmenta facinorum proſilitur, quoties ſecurâ impunitate peccatur. Dum enim Abſalom fratris occiſi facinus non vindicatur, in parricidium patris* (non vindicantis flagitium) *recidiuum facinus iteratur.* Videlicet, facinus quod à Rege aut Iudice inultum impunè dimittitur, piæ indulgentiæ prætextu, inſolentiam ſceleſti impuniti atrociter armat aduersùs Regem aut Iudicem indulgentiùs conniuentem; adeò vt *recidiuum facinus iteretur*, & blandiori Principi periculoſiùs immineat. Quod Rex impunito Abſalomo indulgenter condonauit, *recidiuo facinore*, Regi impendet: quaſi rex Dauid filium Abſalomum offenderit, quia eius ſceleroſum fratricidium, vlciſci tantùm *voluit*, & tandem inultum dimiſit. Semper enim ſcelera dum merito non reſecantur ſupplicio, de ſecurâ impunitate inſolenter excreſcunt, & in blandum toleratorem *recidiuo facinore* relabuntur. quaſi de impuni aliorum reatu, omiſſi ſupplicij reus exiſtat. Pergit in hâc mente Chryſoſtomus adhuc luculentiùs: *Quis te*, inquit, *in hoc facinus proſilire, parricida deterrime docuit? Quis te furor audere tam immane facinus prouocauit? Nunquid te pater, quia non læſit, offendit; aut idcircò te offendit, quia non læſit? Quin forſitan non offenderet, ſi læſiſſet.* Quaſi ipſe Abſalom, quia illæſus & impunitus dimittitur à Rege, patris affectu conniuente, parricida reus velut offenſus, in ſceleris impuniti blandum toleratorem inſolenter armetur, & ſuum reatum in reatûs impunè condonatore, inhumaniter vlciſcatur.

Abſalom, quia impunè fratricida, in conniuentem patrem molitur parricidium.

S. Chryſoſt. *Dauid læſiſſe dicitur Abſalomum, quia fratricidij reum non læſit.*

4\.

1\. Regum. 2. Heli Pontifex audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli; & quomodò dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi: & dixit eis *Quare faciis* 1. Reg. 2. v. 23. & 24.

Digitized by Google

facitis res huiuſmodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo. Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio. Magnus hîc timor incutitur, quia Heli Pontifex filiorum culpâ damnatur, cuius peccata propria nulla referuntur. Bonus in ſe Pontifex, in ſubditis malus; & tot vltricium pœnarum indè reus, vndè blandior reprehenſor inuenitur. Quâ de re audiendus eſt Petrus Damianus Opuſc. 17. cap. 2. *Heli, inquit, quia filiorum peccata cognouit, ſed eos inuectione, quâ digni erant, acerrimâ non corripuit, eiſdem filiis à Philiſthim in bello peremptis, ipſe quoque de ſellâ retrorſum cecidit, fractiſque ceruicibus expirauit. . . . Et quidèm redarguit, & quidèm corripuit: ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate & auctoritate Pontificis. Quare, inquit facitis res huiuſmodi, quas ego audio, peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei, non eſt enim bona fama, quam audio. Porrò quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit: & quos hoſtili ferire gladio debuit, paterna blanditia lenitate palpauit.* Sanè impudens malitia domanda eſt, non ſuadenda. Imò malitiam ſuadet, qui illam ſic blandè corripit: nam huiuſmodi correptionis mititas, nequitiam *palpat*, & inſolentiæ de impunitate adulatur. Pœnaliſſimè punitur in ſe pius, impius in filiis, quia quos Dei inimicos impiis flagitiis fatetur, *filios recognouit*, filios nomi at,& tanquam filios lenis corripit. Filios, quos Iudex ſceleratos videt, *in ſuam perniciem filios recognouit.* Filios à ſe, & à religione ignobiliter degeneres, quaſi indigno pietatis nomine, non tantùm iudiciario, ſed etiam *hoſtili ferire gladio debuit*, non *paterna blanditia lenitate palpare.* Hem! ſeuerior dignè iuſtitia, ſic acerbè vel filios punire debet, vt *hoſtilitatem* æmuletur? Quid exaggeratius?

Heli ſceleſtes filios, non debuit filios appellare. — Petr. Dam. — *Acerba iuſtè punitio hoſtilitatem æmulatur.*

5. Ruth c. 1. verſ. 1. Lyranus. S. Hierony.

Lyranus hîc c. 1. acerbitatem diuinæ iuſtitiæ, ex Hieronymo tradit, vel potiùs ex traditionibus Hebræorum, relatore, non auctore Hieronymo: *Facta eſt fames in terrâ. Abiìtque homo de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide*, &c. Cauſſa huius peregrinationis variè aſſignatur. Dicit enim Hieronymus, quod tunc temporis Sol ſtetit per aliquod ſpatium immobilis ad terrendum homines, vt ſic retraherentur ab enormibus peccatis quibus erant inuoluti. Quod non fecerunt: propter quod tanta fames facta eſt in terrâ illâ, quod Elimelech qui erat de nobilioribus & potentioribus ciuitatis Bethlehem, fuit coactus ire ad terram extraneam ad quærendum victum ſuum. Hactenùs ille. Sed ob exilium auctâ calamitate, mariti ac filiorum luctuoſo funere, opplorat Noëmi: *Egreſſa eſt manus Domini contra me. Eleuatâ igitur voce rurſùm flere cœperunt.* O time cæleſtis Iudicis iras, ſcelerum vltrices.

Rigor diuinæ iuſtitiæ peracerbus. — Hic verſ. 13.

§. L.

Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi.

1. TAntùm conſcientiam releuat pœnitentia & confeſſio delictorum, quantùm pœnitentiæ procraſtinatio & diſſimulatio malitiam exaggerat. Feſtinata conuerſio, ſatisfactionis conſilium eſt; procraſtinatio, contumaciæ, & præſumptionis. Omne quidèm cunctationis & tergiuerſationis erga pœnitentiam vitium, ſæpè præſumptio diuinæ indulgentiùs benignitatis importat. *Certi enim* (ait Tertullianus) *indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur; & commeatum ſibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi.* O pigeat vltimæ ſpei facere mentionem; & interim oneri eſſe miſericordiæ, dum peccatorum moles ſuper illam præſidenter ſtruunt, & Dei benignitas ampliandæ malitiæ adulari peruerſè cogitur. Gratus in Dominum extiteris, ſi veniam quam tibi offert, contumelioſo miſericordiæ honore non recuſaueris. Qui quaſi indubitatæ veniæ incertâ finaliter ſpe, *commeatum ſibi facit delinquendi*, diuinæ benignitatis abuſu, & pœnitentiæ abortu, peccata fœcundat, Miſericordiâ abutitur, Iuſtitiam irritat, vitam inceſtat, infelicitat mortem, & præſumptæ ſpei ſpecioſo vocabulo ſibi gehennam exornat. Audi Dei querelam: *An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?* Malè Dei bonitas in malitiæ patrocinium aſcitur, & iniquitatibus noſtris Miſericordia ſeruire cogitur; adeò vt indè cunctanter procraſtinetur conuerſio, vndè credi poterat celeriùs maturari.

Tertull. lib. de Pœnit. cap 6. — *Ne indulgentior Dei miſericordia, commeatum nobis faciat delinquendi.*

Regius Propheta fœdum Berſabee adulterium, inſido ſceleroſè homicidio ad reatum exaggerat. Tandem admonitus à Nathan, contritione animitùs vritur, & ſacco ac cinere volutans, piè ambitioſo pœnitentiæ ſqualore veniam ſupplex precatur. Timet anxius diuinæ Iuſtitiæ furorem: an tutò contendat ad Miſericordiæ effugium, tanquam ad indubitatæ veniæ tutius aſylum? *Miſerere mei Deus* (ait) *ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.* Dum magnam miſericordiam flebili prece ſollicitat, ſui ſceleris magnitudinem prodit, magnæ miſericordiæ indigans; & diuinæ benignitatis magnitudini infinitæ blanditur. Nimirùm Dauid piè ingenioſus dum ſuum delictum accuſat, excuſat; cùm condemnat abſoluit; cùm veniam ſic orat, exorat. Sed quid eſt, quòd non contentus Dei *magnam miſericordiam* aduocare, Dei *miſerationum* memoriam inducit? an non ſufficit magna Dei *miſericordia*, ad magni ſceleris veniam? quorſùm etiam *miſerationes* aduocat auxiliares? Appoſitè Græci Patres in huius ſententiæ Paraphraſi: *Miſerere mei Deus ſecundum magnam Miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem Miſerationum tuarum. &c. In miſericordiâ petiit magnitudinem, & in miſerationibus expetiit multitudinem, ac ſi delictum, quod magnum eſſet minimè deleri potuiſſet, niſi miſerationibus ac benignitate* (Miſericordiâ inquam) *illi proportionatis.* O! tanta eſt geminati ſceleris grauitas, vt Dauid æquus malitiæ cenſor, petat in Miſericordiâ magnitudinem, & in miſerationibus multitudinem expectat, vt repetitæ illius magnæ malitiæ, magna Dei *Miſericordia*, & diuinæ indulgentiùs *Miſerationes proportionentur*? O arcana ineffabiliter *proportio*, diuinæ *Miſericordiæ* diuinis *Miſerationibus* ſimul adiunctæ, cum geminato Dauidis flagitio! Profectò infinitè magna miſericordia Dei eſt, ſed

2. Pſal. 50. v. 3. — Græci Patr. *Dauid magna Miſericordia crebras Miſerationes aduocat auxiliares, quare?*

æquè eſt eius Iuſtitia infinitè magna. Exindè *Miſerationes* caſtigationibus numeroſiores vltra *Miſericordiam* allegat; quò peccatores erudiat, ne Miſericordiæ præfidentes impudenti præſumptione, & præſumptis inaniter ſpebus *commeatum ſibi faciant delinquendi*, diſtricto iuſtitiæ rigore impudenter contempto. Dauid incunctanter & ritè pœnitens, crebrum miſerendi vſum aduocat auxiliarem, & tu pœnitentiam procraſtinans, miſerendi vſum in te impedis, vltimam miſerationis ſpem in poſtremo vitæ termino fidentiùs exambiens? ô quàm anticipata præſumptio, ſeræ diffidentiæ, imò & certæ condemnationi vicinatur! ô nimis periculoſum Miſericordiæ abuſum!

Pſal. 118. v. 58.

3. Dauid adhuc infuſus lacrymis ſic à Deo veniam obnixiùs deprecatur: *Deprecatus ſum*, inquit, *faciem tuam: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.* Non expetit nunc ſimpliciter Dei miſericordiam, ſed miſericordiam ſecundum Dei eloquium, id eſt, verbum, ſeu promiſſionem. Itaque Dauid emendationi ſtudens, & veram ac ſolidam ſcelerum veniam peroptans, non meram miſericordiam, ſed miſericordiam iuſtam, ſeu cum iuſtitiâ deprecatur. Eccur Propheta non ſolam miſericordiam, ſed eam iudicio aut iuſtitiæ mixtam aduocat ad peccati veniam? An non benigniùs & beneficentiùs ageret Deus, ſi interim velut iuſtitiæ oblitus, immetatâ miſerendi facultate ac licentiâ veniam impertiret? Quid ad peccati remiſſionem, iuſtitiam aduocat auxiliarem, cùm ſcelus ſuum non colorat excuſationibus, ſed palàm confitetur? Anonymus ibi in Catenâ Græcorum Patrum, præſcripta Pſalmographi verba ſic elucidat: *Illud, Miſerere mei ſecundum eloquium tuum, dicere poſſit etiam ſapienter infirmus Medico, Vt ars poſcit cura. Nam is à quo petitur nouit miſericordiæ modum & formam. Sæpè igitur caſtigationis modum tenet, & pœna fit benignitas ſiue clementia*; quia impunitatis licentiâ delicta non fouet, ſed diſtrictioris iuſtitiæ pœnali rigore, ea miſericorditer coërcet, vt temporariâ punitione faciat, ne delinquendi impudentiam æternùm puniat. Anonymo concinit eleganter Ambroſius, ſic indidem fatus: *Miſerere mei ſecundum verbum* (*eloquium* habet Vulgatus) *tuum. Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. Hoc ideò dictum eſt, vt ſciamus ſecundum verbum Dei, ſecundum rationem diſpenſandam eſſe miſericordiam debitoribus.* Non expetit Dauid miſericordiam, quàm latè patet miſericordiæ vocabulum, & indulgentioris veniæ elogium, expromptâ miſerendi facilitate opinatiſſimum; ſed iudicio admixtum, & pœnali ſupplicio conditum, quo velut cautere ſiſtat peccandi libidinem: nam *facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.* Sic indifferens, & quaſi inconſulta benignitas commeatum delictis faceret; & indè incentiuum ſumeret malitia vndè credi poterat extinguenda. Ergò *ſecundùm rationem diſpenſanda eſt miſericordia debitoribus:* quaſi irrationalis foret miſericordia ſic obuia, facilis, & exprompta, quæ impudentiam nutriat, quæ velut impunitatem ſpondeat, quæ incentiuum ſuggerat delinquendi, nimiâ veniæ facilitate, & longiori ſupplicij dilatione.

Miſericordia iuſtitia admixta, pœnam refingit in clementiam.

Græci Patr.

S. Ambroſ.

Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.

4. Redeat iterùm ſemel expenſus Dauidis locus, aliter in idipſum emedullandus: *Deprecatus ſum faciem tuam: miſerere mei ſecũdùm eloquium tuum.* hoc eſt, ſecundùm verbum ſeu promiſſionem tuam, id eſt, *ſecundùm rationem*, vt Ambroſius expoſuit, ne veniæ facilitas impudentiam delinquendi foueat. Ergò præſcripta verba ſic inibi exponit Theodorus in Catenâ: *Miſerere mei ſecundùm eloquium tuum. Miſericordiam petit fieri iudicio, & non iniquè. Eloquio tuo, inquit, miſerere mei ſecundùm quod conuenit.* Miſericordiam ſibi peccatori à Deo fieri deprecatur; ſed ſecundùm eius eloquium, promiſſionem, & voluntatem, id eſt, *cum iudicio*, & iuſtitiæ admixtam, ſecùs *iniquè fieri* audaciuſculè Theodorus pronunciat. quaſi *facilitas veniæ tribuens delinquendi incentiuum*, à Deo *iniquè* fieret, cùm hominum iniquitatem nimiâ benignitate fouere videretur. Procùl à bono Deo malum *iniquitatis* nomen: at nimia bonitas inconſultâ veniæ facilitate effuſior, dum impunitate tribueret *delinquendi incentiuum, iniquitas* à Theodoro nominatur. Nil ſic eſt apud homines Deo auguſtius, quàm eius miſericordia, & immetata benignitas; ſed cùm ratione ac iudicio conditur, ne nimietate in *iniquitatem* degenerare dicatur, & delictis è diuerſo lenocinari. Miſericordia ſine ratione ac iudicio, à miſericordiæ generoſitate deſciſcit, & *iniquitatis* nomine denotatur. Quarè Dauid *Miſericordiam petit fieri iudicio, & non iniquè. Eloquio tuo, inquit, miſerere mei ſecundùm quod conuenit.* Num in re miſericordiæ, *iniquè* fier à Deo, quod homini non *conuenit*? Profundè quidèm Theodorus!

Pſal. 118. v. 58.

Theodor. Catenâ Græc. Patrum.

Miſericordia ſine iudicio, iniquè fieret. quare?

5. Idem regius Vates Pſalmo 100. ſic pangit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Non deſunt qui cenſeant, ſibi miſericordiam petere, inimicis iuſtitiam. Nimia forſan ſui indulgentia, & erga inimicos ſeueritas. Heracleotes verò in huius Verſiculi commentario, ſecutus alios, & quem alij ſequuntur, vtrúmque ſibi Dauidem expoſcere autumat, & ſic eleganter locum exponit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Cùm exactum ſit iudicium eius, non manifeſta ſolùm, ſed etiam ea quæ cordis ſunt exquirens, idcirco miſericordia iudicium præcedit; quandoquidèm non ſecundùm iniquitates noſtras iudicat, neque ſecundùm iniuſtitias noſtras nobis facit: nam ſi ad meritum verborum, operum & cogitationum reſpexerit, primus: quam ob rem ante iudicium miſeretur.* Quaſi peccatis occultis, & quæ animitùs peraguntur, infinita Iudicis Dei perſpicacia, miſericordiam quodammodò debeat, quæ præcedat iudicium. Sic inuiſis ſceleribus miſericordia Dei indulget, vt miſericordia iudicium præcedat? Verùm Euſebius vniuerſatim ſententiam intelligit, ſic ad rem fatus in Græcorum Patrum Catenâ: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. id eſt, Tuam miſericordiam, tuúmque iudicium cantabo; rationem enarrans quâ ſoles non primùm iudicare, deindè miſereri; ſed primùm miſereri, ac deindè iudicare, & cum clementiâ & miſericordiâ ſententias pronunciare.* Peridoneè quidèm Euſebius diuinæ miſericordiæ ac iuſtitiæ negotium componit, vt iudicium non præcedat miſericordiam, ne ſine miſericordiâ iudicet ac puniat peccatores. Sed vice versâ negotium peragatur, vt miſericordia præcedat iudicium,

Pſal. 100. v. 1.

De peccatis occultis miſericordia præcedit iudicium.

Heracl. in Comment. Græc. Patr.

Euſebius.

Deus priùs miſeretur, quàm in iudicio ſententiam pronunciet.

Digitized by Google

iudicium, illíque præſit, ne fiat ſine miſericordiâ iudicium, ſed *cum miſericordiâ ſententiam pronunciet.* Porrò ſola clementia *facilitate veniæ incentiuum tribuere delinquendi*, & vitiis lenocinari videretur: iudicium autem præeunte & præſidente clementiâ peractum, delictum puniret, ac delinquentem coërceret; & de mitiore pœnâ quàm delictum meretur, gratitudinis blandimento emendationem concinnaret, admonitus iudicio, & ſupplicij mititate gratanter obligatus. Exindè Deus *primùm miſeretur, ac deindè indicat, cum miſericordiâ ſententiam*
Hic verſ 13. *pronunciat.* Diſtrictiori iudicio punitur hîc Noëmi; ſed miſericordiâ præcedente ſupplicium; quo & ſalubriter erudita eſt, & quod tandèm in clementiam, ac felicitatem euaſit. Sic Deus *cum miſericordiâ ſententiam pronunciat!*

---

§. LI.

Dilata diu ſpes expectatione ſuſpenſa, ſperantis animum acerbè vrit, morſicat, fatigat.

1. Spes futuræ mercedis, & promiſſi præmij furatur operis labores, & metum abſcondit periculi: ſed neque abſcondit, nec furatur ſperandi moleſtias. Sententioſè Epictetus: *Quid eſt longiſſimum? ſpes* (nam etiam celeritas in deſiderio eſt mora) *Quid eſt ſpes? Vigilanti ſomnus, expectanti dubius euentus.* Porrò rei optatæ dubius euentus, dum ſuſpenſum tenet animum, illum mirè vexat, vrit, excruciat? & eò actiùs dilatione macerat, quò ardentiore deſiderio ſtimulatur. Hinc ſudatiſſima illa Salomonis gnome: *Spes, quæ differtur affligit animam.* Hebræus ſic vertit: *Spes protracta eſt languor, infirmitas*, vel *ægritudo cordis*, Hinc etiam illud Symmachi lib. 3. epiſt. 46. *Grauis eſt ſitis bonarum rerum cui ſola fruendi aſſiduitas medicinam facit.* Sola fruitio eſt ſpei pharmacum?

(Epictetus. *Spes, ſomnus, ſitis, & languor eſt.* Prouerb. 13. v.12. Hebræus. Symmach.)

2. Matthæi 20. bonus ille paterfamilias vineæ ſuæ ſedulus cultor, primo mane, & penè ſingulis exinceps diei horis operarios pactâ mercede conductos ad cultionẽ vineæ ſollicitus mittit. Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Cùm veniſſent ergò qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſinguli denarium Veniẽtes autem & primi, arbitrati ſunt, quòd plus eſſent accepturi, acceperunt autẽ & ipſi ſingulos denarios. *Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vnâ horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus?* Valdè ſudat commentatorum induſtria, vt hoc operariorum murmur in vitæ exitu, & ipſo vitæ beatæ ingreſſu, non inidoneè exponant. Cenſet Chryſoſtomus hoc murmur eſſe emblema duntaxat parabolæ; ideóque non applicandum rei per illam ſignificatæ. Addit: *Per hoc murmur ſignificatur mercedis & gloriæ magnitudo, quæ tanta eſt in Apoſtolis, vt ceteri ex Iudæis electi, & beati, eis inuiderent, & murmurarent, ſi inuidia & murmur in beatos cadere poſſet.* O! ſumma aliquorum gloria, niſi inuido ceterorum murmure explicari vix poteſt? dein Gloſſa;

(Matth. 20. v. 11. & 12. *Magnitudo gloriæ Apoſtolorum, aliorum murmure denotatur.* S. Chryſoſt. ibi. — Gloſſa.)

Non omnes murmurabant, inquit, *ſed quidam mali ſcilicet, qui bonum quod inceperant ad finem non perduxerunt; ideóque præmio priuati murmurant.* O infeliciſſimos, qui ob breuem in vitæ fine deſidiam, totius ferè diei & æſtus labore ac ſudore priuantur: Non qui benè incipit, ſed qui cœptum bonum conſummat, ille empyreæ gloriæ denario feliciter muneratur. Ceterùm Lytanus inibi adhuc hæret in ſymbolico operariorum murmure. Porrò ſi per illud, *Cum ſerò eſſet factum* &c. deſcribitur vocatio ad recipiendum cæleſte regnum, aut in fine mundi, aut in vitæ fine, nullus relinquitur obmurmurationi locus; nemo enim vmquam æternæ beatitudinis præmium recipiens, murmurabit contra Deum, ſed erit ſuo præmio contentus? Quænam ergò eſt hæc intempeſtiua murmuratio? Subdit Lyranus: *Ad quod reſpondet B. Gregorius, quod iſta murmuratio non eſt alind quam dilatio præmij, quàm ſuſtinuerunt Patres ſancti in limbo vſque ad paſſionem Chriſti.* Nimirum primi operarij putantur antiqui Patres, qui in lege naturali aut ſcriptâ olim vixerunt, quibus vſque ad paſſionem Chriſti beatum præmium dilatum eſt: nouiſſimi autem operarij Euangelicæ legi deputantur, qui ſtatim poſt mortem cæleſti beatitudine donantur. Ergò primi operarij, id eſt, antiqui Patres è limbo in cælum ingredientes, cum murmure inducuntur; non quòd in beatitudinis ingreſſu obmurmurent (procul à cælo murmur;) ſed quaſi perindè ſit, ſanctiſſimos etiam viros induci longâ expectatione diu anxios, ac cum murmure induci. O! ſic diuturnæ ſpei longa moleſtia, murmurationi confinis, cognata murmurationi eſt, & querulæ impatientiæ vicinari putatur? Sanè non videtur poſſe viuaciùs exprimi anxia ſperandi moleſtia, quàm ſi in iam iam ingreſſuris beatam cæli gloriam, tamquam obmurmurationis ſynonymum deſcribatur: ac ſi idem ſit perdiu debitum præmium ſperare, ac murmuratione querulâ velut impatienter agitari. *Iſta murmuratio non eſt aliud quàm dilatio præmij, quam ſuſtinuerunt Patres ſancti in lymbo vſque ad paſſionem Chriſti.* Luculenter quidèm ad mores Gregorius: an etiam ad litteram, aliàs examinauimus.

(*Non qui bonum incipit, ſed qui conſummat, beatur.* — 3. — Lyranus ad illud, Cùm ſerò, &c. S.Gregor. — *Diuturnæ ſpei explicatio, aut ſynonymum putatur operariorum murmuratio.*)

4. Threnorum 3. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.* Pro τὸ *ſperantibus* Chaldæus habet, *expectantibus*: Lxx interpretes, *ſuſtinentibus*. quaſi perindè ſit *ſperare*, ac *ſuſtinere*; ſpes ac patientia. Rabanus ad verſ. præcedentem: *Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum*, ita ſcribit: *Ipſe Dominus pars* (tota hereditas) *eius eſt, cuius amore omnia terrena deſpicit, ad cuius aſpectum futurum, & ſe peruenturum ſperat. Ex cuius perſonâ Propheta in Pſalmis ait: Defecit cor meum & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in ſecula.* Ex eiuſdem perſonâ, ac ſi eadem dicat, eſt quòd Deus ab eo tamquam pars *ſperatur*, & quòd *deficit cor* eius, & *caro* eius? Sic eſt ſpes anxia, defectus cordis, & carnis macies? Pergit Rabanus id explicatiùs exponens: *Eodem ſenſu, Bonus eſt*, ait, *Dominus ſperantibus in eum: quia beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum.* quaſi ſpes ac timor reciprocent moleſtiarum vicem: & quod incutit timoris horror, ſuggerat ſpei anxia ſuſpenſio. Magnanima patientia ſuſtinet

(Thren. 3. v. 24. Chaldæus. Lxx. Interp. Raban. apud Chiſlerium. *Spes cum timore vices reciprocat? quare?* Pſalm. 72. v. 26. — *Spei, vigor, patientia dicitur.*)

Digitized by Google

ſtinet timoris minas, & ſpem dilatam patientia ſuſtinet. Pulchrè Ambroſius Serm. 9. ſuper Pſal. 118. Expoſitione litteræ *Teth*, hunc locum elucidat: *Bonus eſt Dominus ſperantibus*, vel *ſuſtinentibus eum. Quis ſuſtinet Dominum, niſi ſtudio charitatis? Quis eſt qui ſperat, niſi quod optat & diligit? Quod enim ſperamus, per patientiam expectamus.* Profectò ſic eſt patientia ſpei cognata, & indiuidua ſpei, vt quaſi patientia ſit energia expectationis, & ſpei vigor, *quod ſperamus, per patientiam expectemus.* Sic eſt ſpei conuiſcerata patientia? ô moleſtos ſperandi labores, ſic patientiæ indigos!

S. Ambroſ.

5. Siracides Eccleſiaſtici 4. hominum beneficentiam ſic ſalubriter erudit, ne tardo munere citiùs quàm ſuccurrat, offendat: *Animam eſurientem ne deſpexeris: & non exaſperes pauperem in inopiâ ſuâ. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti.* Nempè qui opem ex miſericordiâ debitam procraſtinat, & eâ indigentem longis ſpebus defraudat, eum *exaſperare* dicitur. Græcè, *Ne protrahas pauperem*: Tigurina, *Ne in inopiâ ſuâ ſuſpenſum quemquam teneas?* Alij, *Ne exacerbes, ne ad iram prouoces.* Pro τὸ *cor inopis* ſpei ſuæ dilatione, ne *afflixeris*, Græcus habet, *Cor irritatum ne conturbes.* Quaſi dicat: Dum tuâ miſerendi cunctatione ſpebus *tenes ſuſpenſum*, illum *exaſperas, exacerbas, affligis, irritas*, & *adiram prouocas.* Theodoricus apud Caſſiodorum lib. 3. Epiſt. 4. quaſi commentans præſcripta verba, *Ne in inopiâ ſuâ ſuſpenſum* longis ſpebus *quemquam teneas*, ſic appoſitè ſcribit: *Apud conſcientiam noſtram læſionis genus eſt profutura tardare: nec poſſumus æſtimare iucundum, quod ingratâ fuerit dilatione ſuſpenſum.* Atteſtatur Seneca lib. 2. de Beneficiis: *Nihil*, ait, *æquè amarum eſt, quàm diu pendere: æquiore quidem animo ferunt præſcindi ſpem ſuam, quàm trahi.* (eodem *trahendi* verbo rationis impetu vſus, ac Siracides diuino inſtinctu, *Et non protrahas datum anguſtianti*) Rationem explicatiùs reddit Nazianzenus Orat. 16. *Ne nox quidem*, inquit, *miſericordiæ officia tibi corrumpat. Ne dixeris: Rediens redi, & craſtino die dabo tibi; ne quid inter propoſitum tuum, & beneficium intercedat: vna enim beneficentia eſt, quæ moram non admittit*: ne moleſtam protrahendo ſpem expectatione ſuſpenſâ, læſionem faciat, & ſperantem irritans & acerbans, damnum pro beneficio tribuas. Ergò præſtat ſpem repulſâ præſcindere, quàm animum promiſſionis expectatione ſuſpendere.

Eccl. 4. v. 2. & 3.
Græcus.
Tigurina.
Caſſiodor.
Seneca. *Beneficentia moram non admittit, ne expectatione læſuram faciet.*
S. Nazianz.

6. Exhodi 14. vix ex Ægypto egreſſum Dei populum inermem, Pharao cum validâ Ægyptiorum manu potenter armatâ, atrociter inſequitur. Cumque appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſraël oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe: & timuerunt valdè: *clamaueruntque ad Dominum*, & dixerunt ad Moyſen: Forſitan non erant ſepulchra in Ægypto, ideò tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Ægypto? Nónne iſte eſt ſermo, quẽ loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede à nobis, vt ſeruiamus Ægyptiis? multò enim meliùs erat ſeruire eis, quàm mori in ſolitudine. *Dixitque Dominus ad Moyſen: Quid clamas ad me?* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd ſolus Moyſes clamaſſe dicatur, cùm hactenùs nullus eius clamor audiatur in calamitoſæ tragœdiæ vrgente metu. Populus *clamaſſe* narratur, & ſolus Moyſes querulo inſtantis periculi ad Deum *clamore*, vociferari perhibetur? quaſi populus clamore taceret, vnus Moyſes ſilentio ad Deum clamat? Ambroſius in Pſalmum 118. Octonatio 19. hunc tacitè querulum Moyſis clamorem, cum ſpe peracutè reciprocat, aiens: *Moyſi dictum eſt: Quid clamas ad me? hoc eſt, quid de me ſperas? ..... tu ſolus ad me clamas, qui per vniuerſam terram nomen meum annunciari expectas.* Nimirùm filij Iſraël inſtante calamitate attoniti; & vndique oppreſſi, lugubri querulè clamore vociferantur, ſed quaſi tacerent, clamare non dicuntur, quia animum deſponderant, & auxilium diuinum planè deſperauerant. Moyſes verò Dei promiſſionibus attentus, clamat ad Deum, quia in Deo ſperat; imò quia ſperat, flebili animitùs voce queri, & *clamare* perhibetur. *Quid ad me clamas? hoc eſt, quid de me ſperas?* quaſi ſpes, quoddam genus luctuoſi *clamoris* ſit, & intimi doloris quo vritur, aliqua lugubris querela. Sanè *quod ſperamus, per patientiam expectamus.* Sic patientia, & clamor ſpei confinis eſt, & expectationi cognatus! O quàm hîc timet bona Noëmi ad patrios lares redux, ne ambæ nurus generoſis maritis immaturo funere viduatæ; longis ſpebus diu ſuſpenſæ, diuturnâ expectatione exinceps torqueantur, permoleſtâ calamitatis exaggeratione.

Exhod. 14. v. 15.
Idémne eſt, querulè clamare, ac ſperare?
S. Ambroſ.
Hîc verſ. 13.

§. LII.

Compaſſio, eſt bona miſeria, eſt Dei ſigillum, & cor potabile, brachia extendens, & oculos mittens ad miſeriæ leuamen.

1. MIſerum te puto, ſi numquam fuiſti miſer: nimis miſer fuiſti, quia tranſiiſti vitam ſine alienæ miſericordiæ illice, & tuæ conceptaculo: miſeria enim propria eſt miſerationis, eruditio de alienâ miſeriâ. Profectò miſeria, eſt copia tribulationis, & inopia conſolationis, quandò multifariè quis patitur, & à nemine releuatur. Miſericordia eſt, animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio, ſi facultas adſit: ſi verò deſit, votis ſubueniamus, compatiamur, condoleamus. *Pia eſt iſta triſtitia, & (ſi dici poteſt) bona miſeria, vitiis alienis tribulari, non implicari; mœrere, non hærere; dolore contrahi, non attrahi.* Tantò quiſque perfectior eſt, quantò perfectiùs ſentit dolores alienos. Plus eſt aliquandò compati ex corde, quàm dare: quia quiſquis indigenti perfectè compatitur, minùs æſtimat omne quod dat: & rem quamlibet ſæpè dat, qui non compatitur. Si doles, condoleo: ſi minùs condoleam, grauatè id feram; nam cùm ſim eiuſdem corporis membrum, ſi abſit dolor, ſtupor arguitur: & periculoſiùs laborat, qui ſe ægrum eſſe non ſentit. Sanè cùm alienæ infirmitati compatimur, à noſtrâ conualeſcimus, & valentiùs roboramur: Deúmque ad miſerationis talionem prouocamus.

Compaſſio, eſt bona miſeria pietatis.
S. Auguſtin. epiſt. ad Sela.

2. Pſalmo 118. ſic pangit regius Vates: *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum*, dum tribulationes nobis ſuper tribulationes addiderunt.

Digitized by Google

Pſalm. 118. v. 70. Aquila. Symmach.

runt. Tam longè aberant ab humanitate, vt præ inhumanitate, homines dediſcerent. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ergo verò legem tuam meditatus ſum.* Pro τὸ *coagulatum*, Aquila vertit, *Impinguatum*; Symmachus verò, *Medullatum*. Ecquid non bonum, impinguatum ac medullatum immiſericordium etiam cor, miſeris comminatur? Quæ eſt iſta medullati cordis

Græci Patr.

coagulatio vſque adeò miſeris inuidioſa? Græci Patres in Paraphraſi ſic locum exponunt: *Coagulationem appellat denſitatem & ſeueritatem. vult igitur dicere, Babyloniis nullam eſſe clementiam aut mentis remiſſionem, ſed illos animum obfirmaſſe, & intendiſſe ad mala captiuis irroganda.* Tam longè aberant à compaſſione & commiſeratione, vt inhumanâ *ſeueritate denſarent* cor, ne vllâ clementiâ ad pietatem liqueſceret, ſed impiè multiplicarent ærumnas. Ceterùm ibidem Anonymus in Catena, rem ad litteram & ad mores viuaciùs expreſſit:

Anonym.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. Nonnulli enim, inquit, *ante ſuperbiam quidèm ſtrenui erant, & corde ſimplici atque potabili, ita vt cum lacte delicatiſſimo compararetur; poſtquam autem ſuperbiam induerunt, omnes indurati, quaſi è lacte in caſeum tranſmutati ſunt.*

Compaſſio non modò ſuccurrit miſero, ſed illi cor ſuum potabile propinat.

Pulchrum ſanè compaſſionis & miſerationis hieroglyphicum, ſub quo inuehitur in homines durè immiſericordes. Lac enim naturâ ſuâ candidum, dulce, ac fluidum eſt, & facilè dilabitur, atque effluit; ſi verò coaguletur, & in caſeum ſubſiſtat, dureſcit illicò, neque amplius effluit. Non aliter humanum cor quodam naturali ductu fertur ad miſerorum compaſſionem, illiſque ſuccurrendum. Adeò vt erga miſeros & calamitoſos, homo pius ſit *corde potabili* (bellè dictum!) ſcilicet parùm eſt homini pio effluere in miſericordiam, & beneficiorum ope ærumnoſis ſuccurrere; ipſius etiam *cor* ſic præ compaſſione liquatur, & velut expectoratur, ac foràs per condolentiam beneficam exit ad calamitoſi opem, vt non tantùm opportunâ ſtipe ſubueniat ærumnis, ſed etiam ærumnoſo ſuum etiam *cor* præ compaſſione *potabile* exhibeat. Hiſpanè diceres *No ſolo con la lymolna ſocorre al neceſſitado, ſino que por la compaſſion le brinda el coraçon con la ternura del affecto.* Quod pulchrè Anonymus dixit: *Nonnulli quidem ſtrenui erant, & corde ſimplici atque potabili, ita vt cum lacte delicatiſſimo compararentur.* Malè hanc ipſam mentem Ambroſio inuidiſſem, niſi eius inibi commentarium adſimiliter luculentum ſubſcripſiſſem. Ergò ſic fatur Ambroſius:

S. Ambroſ. ibidem.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. Coagulato enim lacte fit quædam concoctio, nec ſuauitatem habens eandem, nec gratiam. Ergò coagulatum eſt per ſuperbiam cor, & per inuidiam, quæ lenitatem naturæ fluentem & beneuolentiam, malitiæ coactione vitiat.

Pſalm. 24. v. 16.

3. Dauid tot perdiu ærumnas tolerando defeſſus, Dei opem hianter implorat, & Pſalmo 24. Dei oculos ad ſe videndum expoſcens, ait: *Reſpice in me, & miſerere mei.* Vocula, *&*, exegetica eſt, idem expetens in poſteriore hemiſtichio, quod in priore poſtulauerat: quaſi perindè ſit, Deum *reſpicere* ad humanam miſeriam, ac per compaſſionem; ac beneficentiam, illius miſereri. Ita Interpretum Proceres: & eſt idiotiſmus in Pſalmis frequens. Itaque oculi miſeriam intuentes, pro compaſſione, & expromptâ opitulatione frequenter vſurpantur: & quidem cum arcanâ quâdam miſerendi energiâ, & epithaſi ad thema præſens tempeſtiua: quaſi compatientes ac miſericordes oculi, ſedibus ſuis quodammodò relictis ad miſeris oculariùs opitulandum exiliant.

Dum Deus ad miſeriam per compaſſionem reſpicit, oculos mittere dicitur.

Gen. 39. v. 7.

Geneſeos enim 39. ſcribitur, quòd *poſt multos dies iniecit Domina ſua oculos ſuos in Ioſeph.* τὸ *iniecit oculos* ſic exponit Auguſtinus in locutionibus in Geneſ. l. 1. *Alia littera, Miſit vxor Domini eius oculos ſuos in Ioſeph.*

S. Auguſtin. Lipomanus.

Addit inibi Lipomanus poſt allegatum hunc Auguſtini locum: *Sic oculus animam ſolet deprædari!* Itaque in quâuis etſi diuerſiſſimâ materiâ: *Reſpicere ſeu inijcere oculos*, perindè eſt, atque *oculos mittere*. Ergò calamitoſus Dauid, aiens, *Reſpice in me*, arcanè expetit, vt Deus ad ſe miſerum *mittat oculos*, quo oculi Dei quodammodò apud ipſum ſint, de benefica oculorum ad ſe miſſione. Sic *humanus oculus ſolet animam deprædari*, vt Dauid calamitatis lenocinio, Dei oculos ad ſe *mitti*, & ita eos quodammodò *deprædari*, & apud ſe habere exambiat? Sanè compaſſio & miſeratio dum viſcera eliquant, *cor potabile* miſeris propinant: ſic etiam humana calamitoſiùs miſeria, Dei oculos velut *deprædari*, & ad ſe *mitti*, quodammodò exambit, & compaſſionis illicio ad ſe attrahere præſumit. Perbellè Chryſoſtomus homil. 12. in epiſt ad Hebræos:

S. Chryſoſt.

Miſericordia volat tamquam viuens columba; placidum habens, ac mitem oculum; nihil eſt illo oculo melius. Nihil eſt Dauidi calamitoſo melius, quàm placidos ac mites diuinæ miſericordiæ oculos, ad ſe *miſſos*, apud ſe habere. *Reſpice in me, &* (id eſt) *miſerere mei.* Et alibi miſerè querulus: *Domine quandò reſpicies?*

Pſal. 34. v. 17.

Exhodi 2. ſub ferali edicto Pharaonis naſcitur 4.
Moyſes; & ipſo infantulo ſe prodente ad mortem rudi vagitu, ipſe arculâ incluſus ſcirpeâ, in flumen proijcitur ab aquis exorbendus. Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine; & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei.

Exhod. 2. v. 5. & 6.

Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è famulabus ſuis, & allatam aperiens, cernénſque in eâ paruulum vagientem, miſerata eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic. Nimirùm femina hæc Princeps videns oculis arculam in medio papyrionis, ſeu carecti vel iunceti ad fluminis ripam, audito belliſſimi infantis tenero vagitu, tenerè ad compaſſionem beneficam viſcerali condolentiâ permouetur. *Miſerata eius, ait &c. Fletus itaque iſte infantis, commiſerationis fit occaſio feminæ*, vt exponit inibi Lipomanus,

Lipomanus.

Sed attentiùs explorare licet, quid compaſſionis inſtinctu hæc Princeps fecerit. *Miſit vnam è famulabus ſuis*, quæ fiſcellam è flumine extrahens, infantulum piè ſoſpitaret. Verùm pro τὸ *vnam è famulabus ſuis*, alij vertunt, *Et miſit brachium ſuum, & accepit eam*, fiſcellam inquam, in quâ vagiebat infantulus.

Regis filia compaſſionis inſtinctu, Moyſem extrahit manu ſuâ. Chaldæus.

Chaldæus Paraphraſtes: *Et vidit arcam in medio carecti, & extendit brachium ſuum, & tulit eam*, manu ſuâ. Crudelitati patris obſtitit filiæ clementia, quæ plus compaſſione præſtitit, quàm Tyrannus crudelitate ferocit. Profectò parùm foret, quòd hæc Princeps femina compaſſione extimulata, miſiſſet vnam è *famulabus* ſuis, quæ periclitanti ſubueniret infantulo; niſi ipſa Regis filia in carectum fluminis *brachium* ſuum extenderet, &

manu

manu ſuâ compaſſionis officio obſequeretur, & ſoſpitatis adminiſtram ſeſe vltrò exhiberet. O! ſic pia compaſſio viſcera vrget, vt Regis filia, velut pigrum ac tardum famularum obſequium quodammodò refutans, ipſamet ſuo *brachio*, manu ſuâ famulatum miſello infanti incunctanter præſtiterit? Nihil indecorum putat compaſſionis cenſus, & condolentiæ ſenſus, dummodò calamitoſo ſubueniat. Obliuiſcitur regiam ſobolem, & regalem faſtum compaſſio diffitetur, ne non calamitoſis præſtò adſit. Quare Regis filia, *miſit vnam è famulabus ſuis*, id eſt, *extendit brachium ſuum & tulit eam.*

5. In hoc cap. 1 verſ. 13. bona Noëmi, marito viduata, & orbata filiis, peregrina, mœſta, pauper, cum vtráque nuru funeſtè lugente, in Bethlehem reuerti feſtinat. Quibus lugubri planctu eam proſequentibus, reditum ad patriam ſuadet:

Hic verſ. 13.

Illis verò mœſtiſſimè reſtagantibus, ait: *Nolite quæſo, filiæ meæ: quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus Domini contrà me* Sed quam tantæ compaſſionis arbitrio mitiſſimè auertit: & quæ viciniam mox eius felicitatem, velut ſigillo manu Dei excuſſo conſignauit. Quâ de re audiendus eſt S. Ephræm Syrus ita fatus: *Qui ſe ipſum extollit, dedecus ſibi ipſi conciliat: at qui proximo in humilitate ſeruit, glorificabitur. Qui proximi commiſeratione, in die tribulationis eius ducitur, etiam ipſius ſemper miſerebitur Dominus* (quomodò *ſemper*?) *miſericordia enim viri velut ſigillum cum ipſo.* Scilicet Mardochæo tradidit Aſſuerus ſignatorium Regis annulum, quo regia edicta ad nutum conſignaret: & Noëmi ob piam *commiſerationem*, ſuum Deus ſigillum, quo cuncta ſibi proſpera exinceps conſignaret, quodammodò dedit: *Miſericordia enim viri* (viri nomen feminam ſæpè in Bibliis non excludit.) *velut ſigillum cum ipſo.* quaſi compaſſionis priuilegium ſit, Dei *ſigillum* penes ſe habere.

S. Ephrem. de Timore Dei Imit. Prouerb.
Compaſſio eſt velut ſigillum Dei apud nos.

---

§. LIII.

Meditatus extremi Iudicij horror, in re virtutis miracula patrat, lenocinia voluptatis abſentat, & peccandi fomitem interſtinguit.

1. GRaue iudicium eſt ei, qui iudicium non habet, qui iudicium extremum non timet. Tunc Chriſtus Deus manifeſtus veniet inter iuſtos iudicaturus iuſtè, qui occultè venerat iudicandus ab iniuſtis iniuſtè. *Ille Iudex* (ait Auguſtinus) *nec gratia præuenitur, nec miſericordiâ iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione, nec pœnitentiâ mitigatur. Hic dum tempus habet, agat anima pro ſe, quandiu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus iuſtitiæ.* Sanè iudicaturo Domino lugubrem flebiliter mundum, horrendum immugiet, concutietur vniuerſale mortaliũ theatrum inopinato quondam ſpectaculo, tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam Reges, mundo formidabiles, nudo latere palpitabunt. Adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis, Socratis æquanimitas titubabit, Ariſtotelis argumenta non proderunt, Philoſophorum argutiæ ad cauillos fabricatæ, nec mutire audebunt, quandò aderit ille Filius pauperculæ quæſtuariæ, in ſolio exertæ iam Diuinitatis, omnes fines terræ diſtrictiùs iudicaturus. Ecquis quoties diem illam corde tacito animitùs verſat, toto corpore non pauidè contremiſcit; & ſiue comedat, ſiue bibat, ſiue aliquid aliud faciat, non ſemper videatur illa tuba terribilis ſonare in auribus ſuis, & horriſonè mugire: Surgite mortui, venite ad iudicium? *Verè vox magna* (ait Chryſoſtomus,) *vox tuba terribilis, cui omnia obediunt elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, portas æreas frangit, vincula mortuorum diſrumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis aſſignat.* Profectò grauius iudicium eſt ei, qui hoc iudicium non timet, & præduris tubæ vocibus, cordis duritiem non emollit, & ad omnes ſanctitates reformat.

S. Auguſt. l. 3. de Symb.
Dies iudicij ſalubrem metum incutiat.
S. Chryſoſt. in 1. Cor. 5.

2. Machabæorum 1. vrbe ac templo hoſtiliter dirutis, cùm Hebræa gens duceretur captiua, Sacerdotes Dei omnipotentis cultores, *acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum.* Ibi obſignauerunt iudicio ſacro pariter, & ſilentio ignem reconditum. Poſt plurimum verò temporis, Deus hanc mentem regi Perſarum dedit, vt inſtaurari in Iudæâ templum, & legitimos reparari Ieroſolymis ritus iuberet. Cuius gratiâ muneris Nehemiam ſacerdotem rex Perſarum direxit. At ille ſecum etiam direxit illorum ſacerdotum nepotes, qui dudùm ſacrum ignem abſconderunt. Venientes autem *non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam* Et cùm deeſſet ignis, quo adolerent altaria, haurire eos aquam Nehemias, ſibique deferre, & aſpergere ſuper ligna iuſſit. Tunc viſu mirabile, cùm eſſet cælum intectum nubibus, Sol repentè illuxit, accenſus eſt magnus ignis, ita vt omnes in tam euidenti Dei gratiâ factum ſtupentes, lætitiâ perfunderentur. Mira quidem repetito miraculo metamorphoſis. nempè ille ipſe qui vltra ſeptingentos annos *ignis* fuerat, & tot ſacrificiales animantes hactenùs acri incendio deuorauerat, iam totos ſeptuaginta annos conuerſus in *aquam craſſam* ſtagnet in puteo. Et quod mirere magis, iſtiuſmodi craſſiori aquâ conſperſa ligna ſubito conflagrarunt. ô prodigium omnibus retrò ſeculis inuiſum! Fruſtrà præter vnum Deum, phyſicam prodigij cauſſam indagabimus; ethicam inſinuat Carthuſianus Hugonem inibi ſecutus: *Acceptum* inquit, *ignem de altari abſconderunt in valle, id eſt, Sacerdotes ignem qui ſub altari holocauſtorum iugiter arſit, ſecum ſumpſerunt, atque in valle* (*vt dicitur*) *Ioſaphat abſconderunt.* Scilicet communiter tradunt Doctores, *in valle Ioſaphat* fore celebrandum extremum iudicium: illùc enim omnes aduocabuntur, iudicabuntur omnes. In hàc ergò valle ſupremo hominum iudicio deſtinata, velut in miraculorum officinâ, viuidus ardenter ignis, in aquam conuertitur; & peracrem ſuam vim dediſcens, aquæ teporem, & reliqua aquæ accidentia mirabiliter induit Hominum *ſulphureos mores*, Clemens Alex. aliàs expenſus agnouit: at iidem igniti mores ad vitia acres, & ardore fomitis ſufflammati, ad præſentiam *vallis Ioſaphat* (vbi futurum eſt extremum iudicium,) ſic mitigantur, tepeſcunt,

1. Mach. I. v. 19.
Carthuſ. Hugo Card.
In valle Ioſaphat, ignis in aquam, & aqua in ignem reformatur, quare?
Clem. Alex.

& frigent

& frigent ad omnium cupiditatum ardorem, vt
frigidæ aquæ teporem repræſentent. Ceterùm ne
ad præſentiam *vallis Ioſaphat*, velut aqua fri-
geant, & langueat ad virtutum facinora ſtre-
nuè peragenda; quod nuper erat *aqua*, ipſáque
languidè *craſſa*, & pigrè frigida, de facili re-
3. ſtaurat acrem *ignis* naturam, & rem virtutis
ardenter operatur. Hæc miracula ethicè natura-
lia, *vallis Ioſaphat*, id eſt, meditatus extremi
iudicij dies, indiès operatur; dum iudicij me-
tus ignitos, aut ſulphureos ad vitia mores re-
Cur in valle Ioſaphat Deipara commoratur, ac ſepelitur? ſtinguit: & alioquin tepentes ac pigros, ad ar-
dua virtutis peragenda viuaciùs accendit. Idcir-
cò Aloyſius Nouarinus, vir copioſâ peritè eru-
ditione locuples, opportunè notat, quod ex
Hieronymo refert Guarricus Abbas in ſerm. de
Nouar. vmbr. virg. n. 793. Aſſump. B. Mariæ: *Creditur*, inquit, *in valle*
Ioſaphat commorata, vbi & ſepulta, vt ait B.
Guarricus. *Hieronymus*: vt ſuo nos exemplo Deipara do-
S. Hierony. ceret, mente iudicium eſſe voluendum, & ex-
tremum illum diem animo verſandum, quò
nos etiam in vitâ ac morte ad Deiparæ exem-
plum *in valle Ioſaphat* commorantes, ipſius vi-
tam ac mortem feliciter æmulemur.
4. Sophoniæ 1. hoc durum vaticinium legitur:
Sophon. 1. v. 14. *Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt, & ve-*
lox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur
S. Hierony. Remigius. Petr. Damia. Vatablus. *ibi fortis*. S. Hieronymus, Remigius, Petr. Da-
mianus, Vatablus, & alij, hæc omnia allegori-
cè adaptant diei iudicij. Non autem leue eſt in-
ter eos litigium, quare ante bis mille annos, &
inſuper quod adhuc ſupereſt, finalis iudicij
dies, *iuxtà* eſſe dicatur. Ecquid eſt quod tam
prolixam temporum diſtantiam abbreuiet? S.
S. Hierony. Hieronymus, Propè, inquit, eſt dies iudicij,
vel propter æternitatem, quia nihil ei longum eſt:
vel propter pœnæ magnitudinem, quia patienti
numquam longè videtur ſupplicium, quod infe-
Magna calamitas nũquam valdè abeſt. *rendum eſt*. Eheu numquam longè, ſed propè
ſemper eſt, quod magnum, & toleratu pera-
cerbum eſt! quaſi acerbitatis magnitudo com-
minata, ſuſtinendas pœnas metu anticipet, &
ſenſu præcoquo præmaturè iam infligat. Hanc
Hieronymi ſententiam explicatiùs tradit B.
B. Petr. Dam. Petr. Damianus lib. 4. Epiſt. ad Epiſcop. epiſt.
57. præſcriptum locum ſic ad rem luculenter ex-
ponens: *Nunc*, ait, *dum tibi mundus arridet,*
dum carnis ſanitas feruet, dum proſperitas terre-
na demulcet, quæ poſt iſta ſequuntur, excogita:
Finalis iudicij meditatio, dum illud reddit præſens, voluptates abſentat. *& iam quaſi tranſactis, quæ præſto ſunt, illud*
prudentia veſtra ſolerter examinet, quæ præſen-
tibus futura ſuccedant. Quæcumque ergò tranſi-
toria ſunt altiori conſilio iam tranſiſſe decernite, &
velut ludifactoriæ illuſionis ſomnium deputate.
Illùc mens veſtra currat, illùc ſollicitos acuminis
ſui oculos dirigat, quod poſtquam contigerit,
tranſire non nouit. (vndè concludit) *Terribilem*
vltimi iudicij diem iam in conſpectus veſtri præ-
ſentiâ ponite, & repentinum tantæ maieſtatis ad-
uentum tremefactis viſceribus retractate, nec
illum diem putetis eſſe longinquum, quem Prophe-
ta tanto ante nos ſeculo vicinum, & velut iam
eſſet in limine, prædicabat, dicens: Iuxtà eſt
dies Domini magnus, & velox nimis. Nimirùm
meditata finalis iudicij acerbitas, cunctis diſtri-
ctiùs mortalibus imminens, & gehénæ æternita-
tem fulminans, tam impreſsè cogitanda eſt, &
animo præſentanda, terrore diſtantiam ſuffuran-
te; vt *iuxtà eſſe* dicatur. Parùm eſt; quod pa-
uida meditatiò longè abſens iudicium finale
præſentet, niſi præſentia mundi lenocinia, ad
prauitates omnes blandiùs inſtigantia, longiùs
abſentet. Nempè ad meditatum finalis iudicij
horrorem, *quæcumque tranſitoria ſunt* (& præ-
ſentia adulantiùs mulcent) *altiori conſilio iam*
tranſiſſe decernite, & velut ludifactoriæ illuſionis
ſomnium deputate. Itaque meditata finalis iudi-
cij tremenda dies, dum ſalubrem illius horro-
rem præſentat animò, blandimenta mundi, car-
nis lenocinia, & quicquid humanam appeten-
tiam blandè mulcet, miriſſimè abſentat. Vndè Hìc verſ. 13.
cùm propè adſit iudicium, illud pauidè medi-
tanti; quæ actu titillant voluptatum blandi-
menta, longiùs abſentantur. Simile quid, *egreſ-*
ſa manus Domini contrà totam Elimelechi fa-
miliam, in Noëmi operata eſt; dum etiam velut
in finali iudicio ſigna in Sole eſſe perhibentur, Lyranus in c. 1. v. 1.
vt ex Hieronymo tradit Lyra in cap. 1.
Regius Vates ſic modulatè ad rem occinit 5.
Pſalm. 48. Os meum, inquit, loquetur ſapien-
tiam, & *med.tatio cordis mei prudentiam*. Quæ
eſt hæc prudentia cordis *meditatione* erudienda?
Aperiam, inquit, *in Pſalterio propoſitionem*
meam, vel *ænigma*, vt ex Hebræo Hieronymus S. Hierony.
excribit. Et mox anceps *ænigma* timoris propo- Pſal. 48. v. 6.
nit, aiens: *Cur timebo in die mala? Iniquitas cal-*
canei mei circumdabit me. Dies *mala*, (ſeu *mali*, Tranſlatio.
vel *maligni*, vt alij transferunt) à multis Com-
mentatoribus intelligitur dies nouiſſimi iudicij,
quæ in Scripturis non rarò *dies mala* nuncupa-
tur, vt inibi Corderius noſter obſeruauit. Sed Corderius.
quæ eſt hæc *iniquitas calcanei* quã ob timendam
poſtremi iudicij diem, ſic timet Propheta? S. Am-
broſius iniquitatem calcanei ſic inibi exponit: S. Ambroſ.
Alia eſt iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in
quo Adam dente ſerpentis eſt vulneratus, & ob-
noxiam hereditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vul-
nere dereliquit, vt omnes illo vulnere claudicare-
mus ..... In die enim indu.ij noſtra in nobis, non
alienæ iniquitatis flagitia puniuntur: vndè reor,
iniquitatem calcanei magis lubricum delinquendi,
quàm reatum aliquem noſtri eſſe delicti. Vbi nota *Extremi iudicij timor, concupiſcentiæ fomitem interſtinguit.*
illud *lubricum delinquendi*; quo ſignificatur ni-
hil eſſe facilius huic corruptæ debilitatæque na-
turæ, præſertim agitatæ concupiſcentiæ fomite,
quem ex morſu ſerpentis traximus, quàm pro-
nè labi in peccatum, atque paſſim offendere.
Sapienter enim S. Chryſoſtomus aduertit eſſe in S. Chryſ. l. 1. de Compunct.
nobis *magnam quandam celerémque inclinatio-*
nem, & deorsùm ferens pondus ad lapſum & pec-
catu·n. Hanc extimuit Paullus, hanc nunc Dauid
ob diei iudicij finalis metum cautè extimeſcit.
Verùm huic tanto malo ipſa timendi cauſſa altè
meditata, ſaluberrimè occurrit: nam meditatus
diei iudicij horror, huic malo medetur, dum
concupiſcentiam mitigat, appetitum hebetat,
& peccati fomitem interſtingit. Patheticè S.
Baſilius in illud Pſalmi 33. *Venite filij, timorem* Pſal. 33. v. 12.
Domini docebo vos, horrorem huius diei deſ-
cribens, ſic tempeſtiuè fatur: *Cùm te appetitus* S. Baſilius.
inuaſerit peccandi, velim cogites horribile illud
& intolerabile Chriſti tribunal, in quo præſidebit
Iudex in alto & excelſo throno, aſtabit autem
omnis creatura ad glorioſum eius aſpectum contre-
miſcens. Adducendi etiam nos ſumus ſinguli, eo-
rum quæ in vitâ geſſimus rationem reddituri. Mox
illis qui multa mala in vita perpetrarunt, terri-
biles quidam & deformes aſſiſtent Angeli, igneos

Digitized by Google

vultus præ ſe ferentes, atque ignem ſpirantes, moſtique vultu ſimiles, propter mœrorem & odium in humanum genus. Ad hæc cogita profundum baratrum, & inextricabiles tenebras, & ignem carentem ſplendore, vrendique vim habentem: deindè vermium genus venenum emittens, &c. Ecce tibi, *iniquitatem calcanei*, id eſt, humanas cócupiſcentias ſerpentis morſu exulceratas, quas Propheta propter horrorem diei iudicij pauidè timet; ipsâ nunc meditatione, & metu indè concepto, egregiè mitigat, & velut exarmat, aut interſtinguit. *Cùm te inuaſerit appetitus peccandi, velim cogites horribile illud & intolerabile Chriſti tribunal*, &c. Quare ipſe iudicij timor, timendi cauſſam exarmat, dum timendum nunc fomitem ad peccandum, iudicij finalis timore interſtinguat, quod eſt ſalutare & arcanum *ænigma* à Dauide propoſitum.

§. LIV.

Minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium.

1. Seneca l. 1. de Irâ c. 16. NE *illud quidèm indicandum eſt*, ait Seneca, *aliquid iram ad magnitudinē animi conferre. Non eſt illa magnitudo, tumor eſt*: nec corporibus copia vitioſi humoris intenſis, morbus incrementum eſt, ſed peſtilens abundantia Omnes quos vecors irâ animus, ſuprà cogitationes extollit humanas, altum quiddam & ſublime ſpirare ſe credunt, ceterum nihil ſolidi ſubeſt, ſed in ruinam prona ſunt, quæ ſine fundamentis creuere. Non habet ira cui ſubſiſtat, non ex firmo manſuróque oritur, ſed ventoſa & inanis eſt, tantùmque abeſt à magnitudine animi, quantum à fortitudine audacia, à fiduciâ inſolentia, à ſeueritate crudelitas. Multum, inquam, intereſt inter ſublimem animum & ſuperbum. Iracundia nihil amplum, decorúmque molitur. Contrà mihi videtur veternoſi & infelicis animi imbecillitatis ſibi conſcij, ſæpè indoleſcere. *Vt exulcerata & ægra corpora quæ ad tactus leuiſſimos gemunt, ita ira muliebre maximè & puerile vitium eſt. At incidit & in viros. Nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia ſunt. Quid ergò? non aliquæ voces ab iratis emittuntur, quæ magno emiſſa videantur animo, veram ignorantibus magnitudinem?* Ita quidèm: ſed magnitudinem oſtentant, de furoris vitio puſillanimitatem probant. Hiſpaniæ tauros inter atrociores totius orbis belluas cenſe, qui (vt ipſi armentarij ferunt) cùm incipiunt timere, ferocire incipiunt.

Quod videtur animi magnitudo, ſæpè imbecillitas eſt.

2. Pſal 54. v. 9. Dauid Pſalm. 54. tot dirè perſecutoribus afflictatus, ipſos anxiè timet, & ſeipſum etiam timet: *Expectabam*, inquit, *eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritûs, & tempeſtate.* Iis Commentatoribus lubens aſſentior, qui *τὸ ſpiritus*, non pro vento, ſed pro animo exponunt. Quî enim Dauid ſic anxius expeteret, à puſillanimitate venti, tempeſtatis; aut turbinis liberari? aut quæ eſt hæc puſillanima turbinis imbecillitas, quam Dauid ſtrenuè magnanimus vir, ſic pauidè perhorreſcit? Quæ eſt ergò hæc *puſillanimitas*, ob quam ſic ſollicitus eſt Dauid, ab eâque anxiè liberari expetit? Iſne eſt Dauid, qui puſillanimitatis vitio laboret? Adhuc puer gigantem Philſthæum ſtrages ſuperbiloquenter minantem, vno ictu proſtrauit; & nunc puſillo animo eſſe conqueritur? Quæ eſt ergò hæc *puſillanimitas*, in Dauide hactenùs peregrina? Opinor, rem tetigit Genebrardus, qui inibi ſic locum elucidat: *A puſillanimitate ſpiritûs*, id eſt, *ab animi anguſtiâ, mœrore, deiectione. Hebraicè à ſpiritu vehementi... Quid ſi igitur commoda ſit ſententia Veterum, à ſpiritu puſillanimi & paruo vt Spiritus non ventum ſignificet, ſed animum, vt ſæpè alibi.* Itaque ex plurium litteraliſſimâ ſententiâ, quam ipſe non improbat Genebrardus, Dauid liberari expoſcit à *puſillanimitate*, id eſt: *ſpiritu puſillanimi & paruo*, pro quo in Hebræâ origine legitur *à ſpiritu vehementi vel rapido.* Benè quidèm, & optimè ſpiritus ſeu animus præ ſuperbiâ *vehemens*, præ iracundiâ *rapidus*, præ furore præceps, *ſpiritus puſillanimis & paruus* nominatur; quaſi *puſillanimitas* perindè ſit, in idémque recidat, ac ſpiritus *vehemens, rapidus*, & ab iracundiâ præceps. Itaque Dauid vir ſtrenuè magnanimus, dum ſe aduertit à Saüle ac ceteris inimicis hoſtiliter inſectatum, tametſi hoſtem potentiſſimum idoneo metu præcauet; non tam illum timet, quàm in ſe *ſpiritum vehementem vel rapidum*, quo iracundè excitus, in Saülem violenter deſæuiat, quem conciratiorem animum, *puſillanimitatem* appellat. Tam differt inconſultus furor ab animi magnitudine, vt appoſito *puſillanimitatis* elogio denotetur. Sanè ab exiguo animo, & à ſpiritu puſillanimi ſunt furoris natales. Valentiam putas, & timiditas eſt: tantúmque abeſt à magnitudine animi, quantùm à fortitudine audacia, quam puſillanimus timor ad rapidum facinus derepentè inquietat. Virtus tranquilla ſemper eſt, vitium vero rapidum, irrequietum, tumultuoſum, turbidum.

Genebrard. Hebræus. *Furor, ſeu rapidus animus, nihil à puſillanimitate differt.*

Aliter etiam præſcripta Pſalmi verba ad rem ſponte veniunt: *Expectabam, eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritûs, & tempeſtate.* 3. Pſal. 54. v. 9. Pſalterium Ambroſianum ita locum excribit, & excriptione exponit: *Expectabam Deum, qui ſaluaret me à puſillanimo, & tempeſtate.* Nimirùm Saülem, inuidiâ, furore, & lectiſſimo hoſtiliter ſatellitio aduerſùs ſe, armatum, appellat *puſillanimem.* Quod inibi ſcitè notauit Lorinus noſter, ſic fatus: *Expectabam Deum, qui ſaluaret me à puſillanimo. Verum, inquit, eſt Saülem perſecutorem, quantò ſæuior erat, tantò timidiorem, ac puſilli magis animi fuiſſe: quod non rarò demonſtrauit, feréque aliis accidit, vt ſi timidi, ſint etiam crudeles. Nam* (verba ſunt Senecæ) *Qui ſceptra duro ſæuius imperio regit, timet timentes; metus in auctorem redit.* Profectò neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent: furor ergò Saülis, non puſillanimem illum inuenit, ſed fecit, de indiuiduo furoris ac timiditatis conſortio, & paſſionum nexu, aut participio. Vnde Dauid tempeſtiuè exclamat: *Expectabam Deum, qui ſaluaret me à puſillanimo*, Saüle, inquam, qui ſic impotenter aduerſùs me ferocit, vt dignas puſillanimitate ſuâ ſtrages edat. Itaque ſiue de Saüle, ſiue de Dauide locus exponatur, *puſillanimitas* perindè eſt, ac animus *vehemens vel rapidus*, quæ moraliſſima ſynonyma ſunt, nequis rapidam vehementer audaciã cum animi magnitudine

Pſal. Ambr. Lorinus. *Timendus Saül timet, & metus in auctorem redit.* Seneca in Œdipo act. 3.

Digitized by Google

tudine confundat, & puſillanime vitium, magnanimæ virtutis penicillo colotet.

4. Lucæ 8. mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſſit retrò & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus; Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, &c. *Videns mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius.* Miriſſimam mulieris audaciam in tanto verecundiæ metu, & pauidâ trepidatione, S. Chryſologus Serm. 35. ſic eloquenter elucidat: *In arduis languoribus dat crebrò conſilium vis doloris: in deſperatis cauſſis eſt ſæpè magiſtra neceſſitas: inuenit ipſa ſibi paſſio medicinam. Hinc eſt quod mulier verecundo vulneri qualiter ſubueniret inuenit, vt fidei inſinuaret ſilentio, quod inſinuare publico clamore non poterat. Dabat audaciam multam pietas curantis, ſed fiduciam pudendi languoris neceſſitas auferebat. Sic anceps mulier, & fidei trepidante conſilio, maluit de fide iudicari, quàm de fœdo vulnere ſic perire.* Hæc bona femina, diu iam deſperatâ à medicis ſanitate, languoris diuturni impatiens, cum ipſo languore conſilium init, & optatiſſimam ſalutem audacter trepidâ furacitate ſubripuit:& quantùm pudendi languoris pudor eam pauidè continet, tantùm fidei furtiuæ animoſitate clanculùm audet. Languens metus cum piâ temeritate confligit: & *tremens* adeſt, quæ *fidei trepidante conſilio*, piâ audaciâ de fimbria deſperatam ſanitatem audacter ſpetando piè præſumpſit. O! ipſa corpore *tremens, & fidei trepidante conſilio*, ſic animoſam fiduciam mente concepit? Sic, ſic Rutha de flebili conſternatione alacris exurgit, & piâ temeritate audax, Suos repudiat; & ſtrenuo religionis ſtudio ad ignotum & inuiſum populum extorris pergit animo velut obſtinatè flectineſcio.

Matth. 9. v. 21. Lucæ 8. v. 47.

S. Chryſol.

Mulier fidei trepidante conſilio, plus audet.

Hic v. 13. & 14.

5. Iudith 8. tandem Bethulienſi populo annuit Ozias, qui militiæ præerat, vt niſi intrà quinque dierum ſpatium adeſſet auxilium, vrbs Holoferni traderetur. Quod vt reſciuit Iuditha, magnanima quidèm heroina, quæ deprecata periculum, victoriam de Aſſyriis ſumptuoſiùs adornabat, Principes ac presbyteros vrbis confeſtim acceſſit. *Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyriis ſi intra quinque dies non venerit nobis adiutorium?* &c. Itaque valdè ſatagit Iuditha, dum Bethuliæ liberandæ audax molitur facinus, & præluſtrem de hoſtibus victoriam meditatur, ne ob popularium metum, res putetur deſperata. Vndè & meditatæ deditionis pœnitentiam ciuibus indicit, & eorum ſpes ad Deum animoſiùs corrigit; ne præuia populi deſperatio, quam audacter molitur victoriam improſperè deuenuſter: Tempeſtiuè Ennodius in Panegyrico: *Minùs diligo proſpera, quæ ſumunt à deſperatione principium*; ne metus facinoris audaciam aſſlaſſe putetur. Forſan cenſeri poſſet Iudithæ facinus, & inopinata victoria, à metu aut deſperatione ſumpſiſſe principium, hos arcet degeneres rei geſtæ natales; & ipſa ſpebus inuicta, metu exempta, popularium deſperationem ſollerter excuſſit, vt præluſtrem victoriam, & proſperam patriæ liberationem, gratiorem etiam reddat: nam *minus diliguntur proſpera quæ ſumunt à deſperatione principium*: quaſi timor imbecillus, & deſperatio puſillanima, dedecus ſibi cognatum, in glorioſi facinoris audaciam reuerberent.

Iudith. 8 v. 10.

Iudith minùs diligit proſpera, quæ ſumunt à deſperatione principium.

S. Ennod.

Matthæi 26. orante Ieſu in horto, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & *cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus*, miſſi à principibus ſacerdotum. Cohorte autem in Ieſum irruente, Petrus *extendens manum, exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius.* O audacem Petri animoſitatem, quâ totam cohortem ſolus inuadit! At nuper ſic animoſum in armatam phalãgem, quo pacto poſtmodũ ancilla vna exarmauit, & ad infidam compulit negationem? Qui in totam cohortem intrepidus irruit, garrulam nunc ancillulam ſic timet? Quis eſt iſte inopinatus Diſcipuli metus, manifeſtæ puſillanimitatis index, in tantâ nuper ſtrenuè magnanimitate, quâ ſolus ipſe obuios quoſque ferire non timet? Imò forſan, quoniam in horto magis timuit armatos, quàm mulierculam in palatio inermem, in horto inconſultam audaciam animoſiùs exhibuit. Opinor, hanc philoſophiam de experientiâ docuit Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium ſeniorem: *Ita*, inquit, *dum obſequia interpretor impudentiam.... duas res diuerſiſſimas iunxi, metum & temeritatem.* Hem! ſæpè natales temeritatis, timor, pauor, ac tremor eſt. Excitus inconſultè metus in anguſto poſitus, dum puſillanimitate arctatur, euaporatur in audaciam, & in temeritatem erumpit, ſi quomodo periculum euadere queat. Magnanimus non niſi conſultè audet, ne virtus in vitium deſciſcat. Inconſulta à pauore audacia, dum periculum arcere ſatagit, ſæpè in temeritatem degenerat, & *duas res diuerſiſſimas iungit, metum & temeritatem.* O quoties quod furor videtur, ſpecie tenùs vibratâ cenſurâ; ſi animitùs inſpiciatur, metus timor ac pauor eſt, & puſillanimitas imbecillior, è peruerſo audax. 6.

Matth. 26. v. 51.

Temeritatis natales ſæpè à metu ſunt.

Latin. Pacat.

§. LV.

Infidus poſt pœnitentiam relapſus, propè Deum negat, Deo præfert Diabolum, cui habitaculum adornat: quare de ſic recidiuis infrequens dicitur venia.

HÆc cognata vitia ſunt vitio, aditus facilis & mendax, exitus difficilis & infidelis. Mala operatio à rectâ ratione prauè exorbitans, indè ſuam malitiam prodit, quòd tam efficax ſit, vt, cùm non ſit, ſufficiat malitiæ; & tam maligna, vt cùm ſemel ſit, vt vltrà repetito ſcelere ſit, inſidioſè ſufficiat dolo. Peccati malitia ſe propè negat quantum ſit, cùm eſt, explicatura, cùm fuit, relapſionis procliuitate vlterioris malitiæ fœcundâ. Non conſectanea eſt culpa culpæ, ſed collactanea fortaſsè ſoror; imò & mater, cùm ex ipſâ naſcatur. Non antè peccatum editur, quàm eum ipſo, & ex ipſo pronitas ad relapſum ſeminetur: iniquè ipſo peccatur pectore dum concipitur malignitas, iam propè grauida eſt vlterioris malitiæ, & peccati iterandi obſes. Hinc ſæpè non bonâ fide pœnitentia 1.

Culpa vlterioris culpa fœcunda eſt, & quaſi relabendi obſes.

* P. Didac. Celada in Ruth.

tentia peragitur, & rediuiuo infideliter funere peccata tumulantur. Heu quoſdam, qui pari ſtudio quo crimen pœnitendo excluſerunt, aditum illi mox pandunt, illúdque velut impotenter admittunt infidelitate relapſionibus frequente. [S. Auguſt. in Soliloq.] *Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat; nihil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata. Nihil valet à malis veniam poſcere, & mala de nouo iterare.* Pœnitentia veniam dare poteſt, ſecuritatem non poteſt. Caue relapſionis infidelitatem.

2. [Pſal. 80. v. 16. Corder. ibi.] Pſalmo 80. ſic minaciter Regius Propheta conqueritur: *Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſecula.* Benè ibi notat Corderius, quòd peccatores priora peccata per pœnitentiam retractantes, & ſtatim repetentes, dici poſſunt per antonomaſiam *mendaces*: quia cùm anteactæ vitæ culpas coràm Deo retractent, abiurent, deteſtentur, & anathematizent; poſteà tamen eaſdem iterantes, fidem frangunt, ac Deo mentiuntur. Igitur *inimici Domini*, inquit Dauid, *mentiti ſunt ei*: quia, vt inibi exponit Auguſtinus, [S. Auguſtin.] *redit ad quod renunciatur. Vtique quibus rebus renuncias niſi factis malis, factis à Deo damnandis, furtis, rapinis, periuriis, homicidiis, adulteriis, ſacrilegiis? His omnibus renuncias, & rurſus his inflexus ſuperaris. Facta ſunt tibi poſteriora deteriora prioribus. Inimici Domini mentiti ſunt ei.* Verùm huiuſmodi mendacium viuaciùs ex Hebræa origine [S. Hierony. Treuetus.] exprimit Hieronymus: *Qui oderunt eum, negabunt eum.* Treuetus, *negabant.* [*Qui poſt pœnitentiam in peccata relabitur, Deum propè negare dicitur: quare?*] Quaſi Deum quodammodò *negent*, qui Deo *mentiuntur*, ſeu promiſſis Deo factis in confeſſione non ſtant. Porrò cùm nemo mentiatur niſi ei, quem decipi poſſe confidat; qui Deo *mentitur*, Deum poſſe decipi præſumit, ac proindè Deũ eſſe quodammodò non credit, quod eſt Deum diſſimulanter *negare. Mentitur* itaque Deo, illúmque *negat*, qui in deteſtatas culpas infidè relabitur. Quæ igitur illos punitio manet? *Et erit tempus eorum* [Græci Patr.] *in ſecula*, Græcè, *in æternum.* Pulchrè Græci Patres in commentario: *Tempus appellat calamitates: nam, iuxtà Syros & Hebræos, calamitas nuncupatur tempus.* [*Tempus ſumitur pro calamitatibus.*] Quaſi dicat: Ne putent ſe in eadem delicta poſt pœnitentiam impunè relabi, eorum *tempus* in hâc vitâ, & *æternitas* in ſeculo futuro, mera *calamitas* erit: adeò vt ipſum tempus, & duratio diuturnior, acerba calamitas ſit, & digna *mendacij* ſui pœna, quod iuxtà vocabuli elogium, Dei *negatio* quodammodò nuncupatur. *Inimici Domini mentiti ſunt ei*, vel *negabant eum.*

3. Lucæ 11 ſic ad turbas attentiùs auſcultantes, & ad Phariſæos excantati Dæmonis miraculum calumniantes, Chriſtus loquitur: Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per *loca inaquoſa*, quærens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. [Lucæ 11. v. 25. &c.] *Et cùm venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam.* Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & *ingreſſi habitant ibi* (ibi enim *requiem*, quam nuper quærebat, inuenit) *Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Profectò expenſione digniſſimum eſt, quòd immundus ſpiritus, illuuie peccatorum ſqualidus, per legitimam pœnitentiam ab homine peccatore expulſus, ſic loca *inaquoſa* ſiue arida horreat, quaſi ad aquas anhelet. Imò quòd nuper deſertam ſordidam à ſe domum, ad eam per pœnitentiam *ſcopis mundatam & ornatam*, redire percupiat. [*Relabi adſueuus, ideò ſe videtur lacrymis lauare, vt mũdus ad ſordes redeat.*] Aquiſne ſalubriter ablutam, & ſcopis mundatam & ornatam domum, Diabolus ſemel expulſus exambit? Inſolens planè videtur hæc Diabolorum ad reditum appetentia? Quæ eſt hæc diabolica mundiriei inſolenter ambitio? Moraliſſimè Magnus Greg. [S. Greg. 3. p. Paſtor. admonit. 31.] *Admonendi ſunt*, inquit, *qui admiſſa plangunt, nec tamen deſerunt, vt conſiderare ſollicitè ſciant, quia flendo inaniter ſe mundant, qui viuendo nequiter inquinant, cùm idcircò ſe lacrymis, lauant vt mundi ad ſordes redeant.* (& poſt pauca) *Et qui admiſſum plangit, nec tamen deſerit, pœnæ grauiori culpæ ſe ſubiicit, quia & ipſam quam flendo potuit impetrare veniam contemnit, & quaſi in lutoſa aquâ ſeipſum voluit: quia dum fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit antè Dei oculos ſordidas ipſas etiam lacrymas facit.* Ecce tibi, cur Diabolus ab homine per pœnitentiam extruſus, ſic horreat loca aridè *inaquoſa*, quaſi pœnitentiam fruſtrà iterantium *ſordidas ipſas lacrymas* expetat. Domum etiam exoptat malè fidæ pœnitentiæ *ſcopis mundatam & ornatam*; *quia flendo inaniter ſe mundant; cùm idcircò ſe lacrymis lauant, vt mundi ad ſordes redeant.* Heu ad has lacrymas, & ad hanc munditiem Diabolus hiat, & tanquam *requiem* ſuam hianter quærit. Sic enim *fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Arabicus: *Et fiet nouiſſimum illius hominis peior principio eius.* Qui eſt finis & ſcopus parabolæ, vt ſcilicet innoteſcat, relapſum in peccatum peiorem eſſe lapſu: ſicut peior eſt morbo recidiui morbi. Malè ruinæ minis totiès tentas aſſurgere. Quid te lacrymis identidèm lauas, vt mundus ad ſordes redeas?

4. [2. Petri 2. v. 21.] 2. Petri cap. 2. *Facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.* Quibuſnam? ſubdit Apoſtolus: *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorsùm conuerti.* [*Relapſus eſt humani intellectûs contumelia.*] Nempè minus malum refugis illis fuiſſet, ſi nunquam Catholicam veritatem illuſtratâ cælitus mente cognouiſſent, quàm poſt illam ſuſceptam ad priſtinam cæcitatem & impietatem infidè relabi. [Tertullian.] Ad hunc Petri locum alludere videtur Tertullianus lib. de pœnitentiâ cap. 5. ſic fatus: *Deſpicit porrò qui bonorum ac malorum intellectum ab illo* (Deo) *conſecutus, quod intelligit fugiendum, quodque iam fugit, reſumens, intellectui ſuo, id eſt, Dei dono contumeliam facit: reſpuit datorem, cùm datum deſerit.* Ecce tibi, quiſquis quod per fidem *intellexit fugiendum, quódque iam fugit* per pœnitentiam, *reſumens* per relapſum, *intellectui ſuo contumeliam facit*, quò præcipuam hominis partem ſibi contumelioſam reddit. Quin & Deo etiam irrogat contumeliam. *Ceterum* (pergit Tertullianus) *non leniter in Dominum peccat, qui cum æmulo eius Diabolo pœnitentiâ renunciaſſet, & hoc nomine illum Domino ſubieciſſet, rurſus eundem regreſſu ſuo erigit, & exultationem eius ſeipſum facit.* [*Relapſus poſt pœnitentiam, Diabolum Deo præfert, per pœnitentiæ pœnitentiam.*] *Nónne Diabolum Domino præponit? Comparationem enim videtur egiſſe, qui vtrumque cognouerit; & iudicatò pronunciaſſe eum meliorem, cuius ſe rurſùs eſſe maluerit. Ita qui per delictorum pœnitentiam inſtituerat Domino ſatisfacere, Diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam ſatisfaciet, eritque tanto magis peroſus Deo, quantò æmulo eius acceptus.* Planè elegãter Tertullianus,

à quo

Saluianus.

à quo totam ſententiam hauſiſſe videtur Saluian: li. 5. de Gubernat. *Nam taliter*, inquit, *omnia faciunt, vt eos non tã putes antea pœnitentiã criminum egiſſe, quàm poſteà ipſius pœnitẽtiæ pœnitentiam: nec tam prius pœnituiſſe quòd malè vixerint, quàm poſtea quòd ſe promiſerint benè victuros.* Scilicet relapſus altè appellatur pœnitentiæ prioris poſterior pœnitẽtia libata Diabolo in eius obſequiũ, & Dei cõtumeliam. Quare iſtiuſmodi peccatores in ſcelera per pœnitentiam abiurata relabentes, Propheta appellat mẽdaces Deo, & infideles Dei negatores: *Inimici Domini mentiti ſunt ei*, vel *negabunt*, ſeu *negabant eum.* Heu! hoc elogio relapſus poſt pœnitentiã denotatur? Infelix ſanè Orpha regreſſu ad ſuos, relapſu in priſtina: *melius erat illi non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorsùm conuerti, iudicatò pronuncians eum meliorem, cuius ſe rurſus eſſe maluerit.* Mentita eſt fideli ſocrui, Deum refuga *negauit.*

Hic v. 14.

5. Siracides Eccleſiaſtici 34., ita ad rem ſcribit: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* Dicit *à mortuo*, id eſt, propter, vel poſt contactum mortui: vel potiùs à mortuo, id eſt, ab immunditiâ legali contractâ à mortuo, dum quis cadauer tangit. Quæ verba ſaltem myſticè S. Gregorius intelligit de relapſu in peccatum poſt pœnitentiæ lacrymas: *Baptizatur*, inquit, *à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato: ſed poſt baptiſma mortuũ tangit, qui culpam poſt lacrymas repetit.* Luculentiùs hunc locum inibi Rabanus ediſſerit: *Poſt lauacrũ mundus eſſe negligit, quiſquis poſt lacrymas vitæ innocentiam non cuſtodit. Et lauantur ergò, & nequaquam mundi ſunt, qui commiſſa flere non deſinunt, ſed rurſum flenda cõmittunt. Quibus ait Iſaias: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.* Sed quid eſt, quòd appellat Rabanus *vitæ innocentiam*, cùm nullus datur poſt lacrymas pœnitentiæ relapſus? Eſto, collata in baptiſmo gratia, *vitæ innocentia* conſeruetur: at baptiſmus lacrymarum, ſeu lacrymæ pœnitentium, *vitæ innocentiam* hactenùs excludunt: lacrymæ enim anteactæ vitæ ſcelera baptizant, & per pœnitentiam expungunt. An pœnitentiæ lacrymæ, quæ ſic conſcientiam abluunt, vt nullo exinceps inquinetur relapſu, *vitæ innocentiam* tribuere poſſunt? Audiendus eſt hâc ſuper re S. Cyprianus de Habitu Virg. cap. 1. ſic fatus: *Ecce, inquit, ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Dat viuendi morem, dat innocentiæ legem, poſtquam contulit ſanitatem. Nec habenis liberis & ſolutis vagari poſtmodùm patitur, ſed ipſis potiùs quibus ſanatus fuerat mancipato grauiùs comminatur, quòd ſit ſcilicet minor culpa deliquiſſe antè, cùm necdùm noſſes diſciplinam Dei, nulla ſit venia vltrà delinquere, poſtquam Deum noſſe cœpiſti.* Itaque admonitio de cautelâ, quæ relapſum arceat, *lex innocentiæ* à Cypriano nuncupatur, quam *vitæ innocentiam* Rabanus appellauit. Nimis autem metuenda eſt illa Cypriani ſententia, etſi cum exaggeratione prolata: *Cùm nulla ſit venia vltrà delinquere, poſtquam Deum noſſe cœpiſti.* Nulla? ân rara? an potiùs infrequens? Vtcumque res habeat, non de facili ſurgit, relabi aſſuetus. Si non times de certo, time de infauſto.

Eccli. 34. v. 30.

S. Greg. 3. p. Paſtor. adm. 31.

Rabanus

Tribuitne innocentiam pœnitentia non iterata?

Iſaiæ 1. v. 16.

Ioann. 5. v. 14.

S. Cyprian.

Eſt ne infrequens, vt vlla ſit venia delinquenti poſt pœnitentiam?

§. L V I.

Grauis peccati malitia, omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit.

1. Diabolus (ait S. Anſelmus) *nullâ præcedentis peccati vindictâ ſuperbiens peccauit; ego viſâ eius pœnâ non continens ad peccatum properaui: ille in innocentiâ conſtitutus, ego verò reſtitutus: ille perſtitit in malitiâ Deo reprobante, ego verò Deo reuocante: ille obduratur ad punientem, ego verò ad blandientem: & ſic vterque contrà Deum, ille contrà non requirentem ſe, ego verò contrà morientem pro me. Ecce cuius imaginem horrebam, horrorem in multis aſpicio me horribiliorem.* Hoc dicimus, quòd humana malitia vltrâ Diabolicam culpatur, diuinæ bonitatis contemptu, & miſericordiæ abuſu. Ergò de infinitâ peccati enormitate taxanda eſt pœnitentiæ bonitas, quæ ſicut eſt malitiæ expunctio; ſic bonorum omnium compendium eſt. *O pœnitentia quid de te noui referam? omnia ligata tu ſoluis, omnia clauſa tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas.* In his *omnibus* pœnitentiæ bonis, *omnis* malitia peccati non dubiis characteribus tranſparet, qui eſt mortalis peccati cenſus.

S. Anſel. lib. de Caſu Diab.

Mortalis peccati malitia, ex pœnitentiæ bono taxanda eſt.

S. Cyprian. de laud. pœnit.

2. Matthæi 18. poſtquam Chriſtus Deus fraternæ correptionis & reconciliationis formã præſcripſit, confeſtim ſubdit? *Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint; fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.* Locus ſanè difficilis, & illius cum præcedentibus nexus valdè difficilior. Mitto hæc apud Interpretes obuia, nec ſemel à nobis pro re ethicâ perſtrictim delibata. Præcipua difficultas eſt, quinam ſint hi *duo*, quorum *conſenſus* tanti ſit, vt tanto præmio muneretur. Chryſoſtomus putat eſſe Apoſtolos, Origenes virum & vxorem, Anaſtaſius verò Nicænus cenſet eſſe correptum & correptorem, de quibus præceſſerat ſermo. Sic igitur hâc ſuper re Anaſtaſius ſcribit: *Quomodò eſt intelligendum illud, ſi duo ſimul conſenſerint ſuper terram?* Reſpondet quæſt. 74. *Ipſe locus hoc indicat: nam verba facit de eo qui arguit & arguitur* (id eſt, corripit, & corripitur) *Nam ſi is qui arguitur, fuerit compunctus & conuenerit cum ſcopo & inſtituto arguentis; de omni peccato cuius petierint remiſſionem, dabitur eis à Deo. Sed ſi non conuenerit qui arguitur cum eo qui arguit; non datur ei remiſſio, ſed vinculum.* Res ſanè mira, & expenſione digniſſima. Scilicet perampla illa Chriſti promiſſio, quâ tota Dei omnipotentia horum *duorum* arbitrio quodammodò permittitur, *remiſſio de omni peccato* eſſe perhibetur. Nota immeritæ pollicitationis verba: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.* Ecce tibi *omnis res quamcumque* homo petere poteſt ſuper terram, *de omni peccato remiſſio* eſt. Et vbi ſunt reliqua bona quæ in diuinæ omnipotentiæ theſauris contenta, diuina largi-

Matth. 18. v. 19.

S. Chryſ. ibi. Origenes. inibi. Anaſt. Nicæn.

Omnem rem quamcumque petere

poteſt, obtinet, qui peccati remiſſionem meretur?

tas hominibus beneficè donare copioſiùs eualet? Et vbi ſunt etiam omnia mala, quæ deprecari orando poſſumus, & precibus auertere? Reliquáne bona quæ Deus poteſt præſtare, aut cetera mala quæ amouere eualet, aut nulla ſunt, aut *peccati remiſſione* continentur? Tantúmne, támque immetatè malum eſt peccatum? Tantúmne bonum, imò & bonorum omnium compendium, *peccati remiſſio* ab Anaſtaſio cenſetur? *De omni re quamcumque* petierit, peteréve poteſt, copioſè fit compos, cui commiſſi *peccati remiſſio* donatur? Sanè graue peccatum innumerabilium immetatè malorum cenſus eſt: & indè tedituum nomine, pœnaliſſima nunc in hâc vitâ, & æternùm in futurâ, ſupplicia pendit. Ergò quiſquis *peccati remiſſionem* feliciter obtinet, & omnium felicitatum aſpectabilium cumulum, & malorum omnium abſentiam deprecatur. Quid igitur illi expetendum ſupereſt, cùm bonorum omnium compendium obtinet *de omni re quamcumque petierit*, compos fieri dicitur, qui *peccati remiſſionem* obtinere valet. Heu! tanta eſt peccati malitia? tantáne etiam *peccati remiſſi* felicitas? *Omnem rem quamcumque petere* poteſt, adipiſci dicitur, qui *remiſſionem peccati* obtinere meruit. Quid exaggeratiùs.

3. Pſalmographus de ſceleſtiſſimo peccatore agens, ſic ad rem occinit: *Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo non requiret.* id eſt grauitatem humani ſceleris diſcutere negligit Deus, velut oblitus ſe eſſe iudicem: vndè peccator impunitate inſoleſcit, & enormiùs delinquit. Quare ſubdit, Deum alloquens, tanquam illi de ſuâ oculatius prouidentiâ, & de pœnaliſſimo ſceleratorum ſupplicio gratulatus: *Vides quoniam (quod) tu laborem & dolorem conſideras, vt tradas eos in manus tuas.* Nempè Deus impiorum ſcelera *videns*, & *conſiderans*, velut tacitus meditatur, ac machinatur quomodò hæc ſcelera vindicet, & acerbo dolore ac labore, alieni laboris doloriſque auctorem duriùs afficiat, eos tradêdo in manus ſuas. Vides, inquit & conſideras, o Deus, vt iniquos in pœnam iniquitatis *tradas in manus tuas.* Quid tam pœnaliſſime acerbum, & minaciùs horrendum, quàm in manus Dei viuentis incidere? *Vt tradas*, inquit, *eos in manus tuas.* Verum quænam ſint iſtæ Dei *manus*, in quas peccator peccando traditur, profundè Hieronymus inibi exponit, ſic fatus: *Vt tradas eos in manus tuas. Manus Dei*, inquit, *illi dicuntur, qui iuſtam vindictam Dei exercent ſuper peccatores. Propter hoc manus, quia per illos vindicatur Deus.* Addit Hieronymus aliam loci expoſitionem in primis luculentam, & rei opportunam: *Aliter: Vt tradas eos in manus tuas, id eſt in operibus ſuis, vt digni ſint tradi, qui indigna geſſerunt: quia ipſi ſibi ſuis miſeriis tradiderunt: & dimiſit illos in omnes voluntates ſuas.* Vide enormiorem peccati malitiam, & conſidera quam atrociter in peccatorem deſæuiat, quaſque in illo ſtrages velut omnipotenter exerceat. Nimitùm cum Deus *irritatus* peccati enormitate, punit acerbiùs, peccatorem *tradit in manus ſuas*: tradi autem in manus omnipotentis Dei, vt peccatorem acerbiùs ac pœnaliùs caſtiget, eſt peccatorem tradere in ſuiipſius manus: *Vt tradas eos in manus tuas, id eſt, in operibus ſuis: & dimiſit illos in omnes voluntates ſuas.* Scilicet quaſi

Pſal. 9. v. 35. Hebr. v. 14.

S. Hierony.

Acerbius eſt peccatori tradi operibus ſuis, quàm tradi in manus Dei.

mite ac blandum fotet, in *manus* Dei viuentis ac omnipotentis incidere, quod eſſe horrendum Paullus euulgat; quò malitiæ pœnaliſſimæ enormitatem Propheta exaggeret, ait peccatorem *tradi operibus ſuis, & dimitti in omnes voluntates ſuas*, ac ſi id perinde ſit, imò & acerbiùs, quàm in Dei viuentis ac omnipotentis manus incidere. Heu! hinc taxare liceat ſceleroſam humanæ malitiæ atrocitatem.

Eccleſiaſtæ cap. 10 verſ. 1. ſic Chaldæus Paraphraſtes Compl. exscribit, & exponit: *Appetitus malus, qui moratur ad portas cordis, adducit mortem in ſeculo. eò quòd fœtere faciat ſapientem in tempore quo peccat, & diſperdit nomen bonum.* Scilicet ſapiens, qui tamquam *ſal terræ*, ſibi & aliis bonum afflabat, & immiſcebat ſaporem, peccati labe corruptus, grauiter ac moleſtè fœtet, vt ori diuino velut nauſeam mouens, eum ignominioſè proiiciat. Quod Tertullianus, vel potiùs Nouatianus viuaciſſimè expreſſit in lib. de Trinitate, vbi de Spiritu ſancto ita ſcribit: *Hic improbos foràs expuit.* O quàm multa paucis! Quid tam ſqualidum, putridum, fœtidum quàm ſputum, quod os nauſeabundum foràs excreat? Ecquis tam fœdè ſordi lus, qui ſputum foràs proiectum, ore relambat? Profectò Spiritus ſanctus, qui per Prophetas locutus eſt, Dei os appoſitè nominatur: *Hic, hic*, inquam, *improbos foràs expuit.* O quantam Deo nauſeam peccator peccati corruptione mouet, vt ab eius ore confeſtim expuatur! Ex ſale cibos condiente, & a quo gratior eſcarum ſapor, ſic peccati labe homo corrumpitur, tam grauem combibit fœtorem, vt Spiritus ſanctus *improbos foràs expuat.* ſic Orpham iam populi Dei proſelytam *foràs expuit.* Fœtorem mox illius denarrent Hebræi, libidinis obſcœno ludibrio, vltra legentium fidem. 4.

5. Pſalmo 6. ſic plangit iam peccator Dauid: Laboraui in gemitu meo, &c. *Turbatus eſt a furore oculus meus* (furorem appellat vel Dei aduersùs ſe iram; vel acerbam pœnitentiam, quâ velut furit contra ſeipſum ob commiſſum peccatum:) *inueteraui inter omnes inimicos meos.* contubernales peccatores appellat inimicos: quare ſubdit: *Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Quid eſt, *inueteraui* peccando? quaſi iuueneſcit ad libidinem, reliqua *inueteraſcit*? Profundè dixit peccando *inueteraui*, quaſi per peccatum ſenuerit, & tamquam ſenio confectus, velut enetuis deficiat. Appoſitè inibi Chryſoſtomus in Græcorum Patr. Catenâ *Quid ſibi vult illud, Inueteraui? Infirmatus ſum. Etenim vita hominis in agone verſatur, & mille hoſtibus vita noſtra referta eſt: qui tunc euadunt potentiores, cum in peccata incidimus. Nihil enim æque vetuſtatem ſeu veternum, & infirmitatem conciliare ſolet, vt natura peccati.* Quocircà Paulus veternum hinc contractum excuti præcipiens, ait: *Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri. Quandò*, inquit, *ſub peccato inueteratus fueris, renoua temetipſum.* O quàm eſt ſenectus imbecillè infirma! quam in ea languet interſtinctus iuuentæ vigor! quot infirmitatum reditus pendit ſenectutis cenſus! ô quàm ſunt & multa, & permoleſta ſenectutis ſtipendia! ô time hanc ſpiritualis roboris, à peccato ſenectutem! *Quando ſub peccato inueteratus fueris, renoua temetipſum.* & ſenectu

Eccl. 10. v. 1. Chaldæus.

Spiritus ſanctus improbos ob peccati fœtorem, foràs expuit.

Nouatian.

Hîc verſ. 14.

Pſal. 6. v. 8.

Peccatum eſt morum ſenectus, atque veternum.

S. Chryſoſt.

Ad Rom. 12. v. 2.

Digitized by Google

ſenectutem excute, pœnitentiæ vigore iuueneſcens ad ſpiritualem luctam, & gratiæ facinora; quo vno medicamine *ſenectus recuratur. Dicendo autem nouum* (ait Paullus) *veterauit prius. Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt.* Denique Aquila pro τὸ *Inueteraui inter omnes inimicos meos*, ita ſcribit: *Tranſlatus ſum in omnibus illigantibus me.* Nempè ob peccati ſenectutem ſic langueo, ſic ſum imbecillus & eneruis, vt quilibet affectus, occaſio quælibet ita me alliget & illaqueet, vt quoquouerſùm ſponte ducat, & vltrò transferat: quaſi peccati ſenectus ſit lubrica greſſuum titubatio, & facilis ad vitia nexus, *Tranſlatus ſum in omnibus illigantibus me.* O vide quò te ſcelera illigatum tranferant!

Tertull. de Pall o.
Ad Hebr. 8. v. 13.
Aquila.
Peccatum peccatorem illigatum quouis trāsfert.

---

§. LVII.

Dei manum tractat peccatorum lacrymas: quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare.

1\. *QVarii vnde ſint lamentationes, vnde fletus per lacrymas argumenta deſiderij quærimus, dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus.* Nemo triſtis ſibi eſt, ſed aliis: eſt enim aliqua & doloris ambitio. O ambitionem piè felicem, per culparum lacrymas Deo oſtendere dolendi cauſſas, & deſiderij argumenta. Nemo ad Deum aliquandò flens acceſſit, qui non quod poſtulauit, acceperit; nullus ab eo peccatorum veniam dolenter optauit, qui non inpetrarit vocali lacrymarum ſilentio. Ipſe enim eſt qui conſolatur flentes, dolentes curat, pœnitentes informat. Sanè fletus eſt electus animarum cibus, vitiorum macies, corroboratio ſenſuum, ſanctitatis ſubſiſtentia, abſolutio peccatorum, Diaboli naufragium, refectio mentium, lauacrum culparum, & delicioſum Dei epulum. Quid plura?

Seneca. epiſt. 64.
Per lacrymas dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus.

2\. Regius Propheta Pſalmo 55. ſic modulatè Deum alloquitur: *Vitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Prius hemiſtichium ſic Græci Patres in Paraphraſi exponunt: *Ecce enim omnem vitam meam tibi conſecraui.* Theodoretus in Catenâ; *Omnem vitam meam dedicaui tibi.* Profectò *omnis* Dauidis iam lacrymantis *vita*, etſi adulterio fœdiſſimo olim conſtuprata, & Vriæ cædè obſcœniùs cruentata, idonea redditur, vt dum Deo annunciatur & proponitur, illi *dedicari* & *conſecrari* poſſit, & eſſe conſecrata dicatur. O grande lacrymarum ſacramentum, quod *vitam* malè ſceleratam, benè Deo *conſecrat*! Exindè addit cauſſam: *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Scitè iidem Græci Patres inibi adnotant, quòd τὸ *Poſuiſti mutatum eſt ſecundum tempus. Vult enim dicere: Lacrymas meas ante te propone, & illas reſpice.* Sed quod cum lacrymis petit vt fiat, quaſi iam factum reputat, & velut prophetat faciendum prædictione præcoquâ. Verum profundè Symmachus pro illis verbis: *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo*, hæc ſubſtituit: *Poſuiſti lacrymas meas intra te.* Deúſne is eſt, qui plorantium lacrymas intra ſe ponere poteſt? Sic animitùs & velut medullitùs Deus acceptat lacrymas, vt illas in ſinu ſuo foueat & illas intra ſe ponere dicatur? O quàm intra Deum lacrymæ peregrinarentur! Hâc hyperbole declarat Pſalmographus quàm ſint hominum lacrymæ apud Deum acceptæ, vt quaſi parum foret illas in conſpectu ſuo ponere, illas intra ſe, quaſi in ſinu ſuo admittere, & velut conuiſcerare dicatur.

Pſal. 55. v. 9.
Græci Patr.
Theodoret.
Lacrymæ Dauidis vitam Deo conſecrant.
Num quod petunt lacrymæ, fore prophetant?
Symmachus
Deus dicitur lacrymas intra ſe ponere, quare?

3\. Lucæ 7. diſcumbente Ieſu in conuiuio Phariſæi, ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, attulit alabaſtrū vnguenti: *Et ſtans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat.* Quid Magdalena peccatrix, importuna côuiuio, veniæ opportuna, capillis ſuis *tergit*? pedéſne *tergit*, an ſuas lacrymas, quibus Chriſti pedes madebant? S. Chryſoſtom. hom. 6. in Matthæum ait: Magdalena *totam ſe præ nimio Chriſti deſiderio effudit, capillos diſſoluens, & ſanctos eius pedes ſuis lacrymis irrigans, ac propriis illos crinibus abſtergens.* quaſi Magdalena Chriſti pedes capillis ſuis *terſerit*. Verùm S. Gregorius homil. 33. in Euangelia, de hâc peccatrice muliere inquit. *Oculis enim terrena concupierat, ſed hos iam per pœnitentiam conterens, flebat; capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat, ſed iam capillis lacrymas tergebat.* quaſi non tam Chriſti pedes lacrymis infuſos, quàm ipſas ſuas lacrymas pedibus madidè inolitas Magdalena *terſerit*, aliquâ piâ ambitione velut recuperandi ſuas lacrymas, aut illas ſæpiùs tractandi. Adſimili ſtudio in cæleſti illâ Ieroſolymâ Deus occupatus inducitur: *Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Non placet Syrus exſcribens, *Et deficiet omnis lacryma:* neque Tertullianus, *Delebit Deus omnem lacrymam*; & paullò pòſt, *ſiccabit.* Malo cum Bibliis Vulgatis, *terget, abſterget.* Pulchrè Bernardus in Declamationibus: *Felices*, inquit, *lacrymæ, quas benigna manus Conditoris abſterget: & beati oculi, qui in talibus liqueſieri fletibus elegerunt.* Parùm videbatur Magdalenæ, quòd eius viſcera, & oculi lacrymis liquefierent, niſi aliquâ etiam piâ ſiue ambitione, ſiue auaritiâ lacrymarum, illas manu ambitiosè auarâ *abſtergendo* tractaret. Quod quaſi vices homini lacrymanti reciprocans, piâ hîc contentione Deus quodammodò æmulatur; cùm non tam hactenùs lugentium lacrymas *ſiccare*, aut *delere* perhibetur, ne lacrymas *defeciſſe* expreſsè dicatur, ſed *benignâ Conditoris manū abſtergi.* O lacryma ſatis beata, etſi ſolummodo Dei manu contacta! Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum abſtergitur. Recogita totum Deum lacrymis occupatum, ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientiâ, prouidentiâ, & ipsâ in primis adſectione, quâ de iuſtorum oculis ipſas lacrymas auidè abſtergebat. *Felices lacrymæ, quas benigna manus Conditoris abſterget: & beati oculi, qui in talibus liqueſieri fletibus elegerunt.*

Lucæ 7. v. 38.
S. Chryſoſt.
S. Gregor.
Felices lacrymæ, quas benigna manus Conditoris abſterget.
Apocalypſ. 21. v. 4.
Syrus.
Tertull. l. de Reſurr. car. cap. 58.
S. Bernard.

4\. Paullus 2. ad Corinth. 12. ita ſcribit: *Si gloriari oportet* (non expedit quidèm:) veniā autem ad viſiones, & reuelationes Domini. *Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit; raptū huiuſmodi vſque ad tertiū cælum. Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt* &c. Auguſta ſanè Paulli prætogatiua, de quâ *ſi gloriari oportet*, vel ipſe Paullus in primis gloriari poſſet, quaſi

2\. Cor. 12. v. 2. & 3.

de te vltra mortalium faſtum ſublimiſſimâ, & de ſingularitate famoſiſſimâ, quòd ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſciens, miriſſimâ ecſtaſi in cælum raptus ſit. Verùm S. Ephrem tom. 1. Orat. de extre. iudicio, & compunctione, lacrymas huic Paulli ecſtaſi in paucis opinatiſſimæ, diſſimulanter pariare videtur, ita ſcribens: *Certè ſcitote, fratres, non fore in terrâ quid dulcius gratiâ lacrymarum. Si quis veſtrum expertus lacrymarum dulcedinem mediante oratione deſideraueris eleuari e terris, totus hic extra corpus in cælum fertur. Et quid dico extra corpus? imo extra ſeculum vniuerſum totus eſt, nec amplius conuerſatio eius inuenitur in terris.* Quid Paullinæ ecſtaſi accommodatius: Ecce tibi homo arcanâ lacrymarum virtute, nouus Paulli æmulator. Parùm eſt, quòd *e terris eleuetur*; etiam *totus extra corpus in cælum fertur*: adeò vt velut præproperè corporis expers, & corporearum paſſionum exſors, quaſi ex virtute lacrymarum angelizatâ carne, coloniam duxerit in cælos, nobilis eorum inquilinus. Et quaſi ſatis non foret, quòd adhuc mortalis, & mortali degens corpore, extra corpus viuere cenſeatur, *extra ſeculum vniuerſum totus eſſe* dicitur, *nec amplius conuerſationem eius in terris inueniri*, qui eſt velut Paulli character, opinatiſſimum Paulli elogium, & ſanctitatis meta. Ecce tibi in lacrymarum officinâ, noui Paulli nouiter excuduntur, qui in corpore, quaſi *extra corpus* ſint, in cælum ferantur; & in ſeculo viuentes, quaſi *extra ſeculum vniuerſum toti*, in cælis potiùs, quàm in terrâ *conuerſentur*. Ineffabilis ſane eſt lacrymarum virtus, quæ Paullos inuenit, aut facit.

S. Ephrem. *In lacrymarum officinâ, ſumma Paulli elogia arcanè excuduntur.*

5. Matthæi 11. hanc quærendæ beatitudinis nouam terris gnomē Chriſtus Deus nouiter enunciat: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Syrus, *Regnum cælorum cum violentiâ accipitur.* Vatablus, *Vi inuaditur.* S. Lucas cap. 16. ſic eandem ſententiam effert: *Ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.* Omnis in regnum cælorũ vim facit, illudque vt rapiat, inuadit, quia magnâ multitudine, ſtudio, auiditate, impetu, alio alium præuenire ſatagente, ad illud obtinendum, imò rapiendum homines certatim concurrunt. Vel quia non naturali generis propagine, vt ambibant Iudæi, ſed ſupernaturali vi gratiæ, quæ naturam ſuperat, hoc regnum ambitur, & quaſi inuaditur; adeòque peccatores, vt publicani, meretrices, & Gentiles ipſis Phariſæis & Iudæis, illud meritò præripiant, & quaſi vi inuadant, ac rapiant. *Rapitur Chriſtus* (ait Ambroſius) *cùm aliis naſcitur, & aliis deligitur, & ſuffragatur.* Dein explicat Ambroſius, quo nam hæc vis fiat: *Vim facimus*, inquit, *Domino non compellendo, ſed flendo; non prouocando iniuriis, ſed lacrymis exorando, non blaſphemando per ſuperbiam, ſed per humilitatem mærendo. O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordiâ condonatur! Beata, inquam, violentia, quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuriâ nemo cauſatur: vis admittitur, & religio propagatur. Quiſquis enim violentior Chriſto fuerit, religioſior habetur a Chriſto. Aggredimur in itinere Dominum (ſiquidèm ipſe eſt via) & more latronum ſuis eum ſpoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, theſauros, & vitam; ſed ille tam diues & largus eſt, vt non abnuat, non reſiſtat, & cum omnia dederit, nihilominus omnia poſſideat.* Pluſculùm excripſimus præter morem, ſed nihil omittendum erat. En lacrymarum vi, & gratâ fletuum violentia, cum ſuo cæleſti regno, & empyreis gazis, ipſe a nobis rapitur Chriſtus, opulente acquiritur, & beate poſſidetur. Ambroſio opportune adiunit ſapientiſſimus Idiota

Matth. 11. v. 12.
Syrus.
Vatablus.
Lucæ 16. v. 16.
S. Ambroſ. lib. 5. in Luc.
Lacrymæ vim faciunt Chriſto, & illum ſibi rapiunt, quomodò?

6. de octo Beat.tud. cap. 4. ita ſcribens: *Regnum cælorum Dominus rapi vult noſtris fletibus, quod noſtris meritis non debetur: nihil enim Domine conglutinat tantopere tibi, vt illæ lacrymæ, quas peccati dolor, & amor virtutis effundit.* Profectò violentiæ videtur negotium, Deo peccatores conglutinare: at tanta eſt lacrymarum vis, tam arcana fletuum virtus, vt peccatores flagitiorum enormitate ſceleroſos, non tantum reconciliet Deo, ſed Deo etiam *conglutinet.* Vndè illud Propheticum nuper expenſum: *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo* Symmachus, *intrà te.* Quaſi homo dum fluentibus lacrymis liquefit, flagitiis defæcatus, & depuratâ vitiorum ſcoriâ, Deo quodammodò miſceatur, illi *conglutinetur*, & ſic *intra Deum poni* dicatur. Quid non boni Noëmi ac Rutha ſibi ſpondeant, quæ toties renouato fletu vberes lacrymarum riuulos effundunt? Hinc Ruthæ felicitas ſumpſit auſpicium; hinc quaſi *obſtinate* tendit ad Iſraëlem; hinc populo Dei *conglutinari* feſtinat; hinc ſobolem inuenit ſic Deo coniunctam, vt ex illâ Chriſtus Deus feliciter in mundo naſceretur.

Idiota. *Lacrymæ peccatores Deo conglutinant.*
Hic verſ. 14.

§. LVIII.

Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt.

1. Veritatis pulchritudo poſt multas audientium corruptelas, & referentium ſtupra, adhuc in ſe virgo eſt, nec adulteratur locis, nec ſeneſcit tempore, nec nocte infuſcatur, nec die perſtringitur, nec vmbra intercluditur, nec ſenſibus ſubiacet, nec amaritie deſipit, nec mendacio tumulatur. Multorum improbitate depreſſa veritas plerumque emergit, & intercluſa ad ſui fidem etiam e peruerſo reſpirat. Tantam ſemper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, & cuiuſque hominis ingenio aut arte ſubuerti potuerit, & licet nullum patrocinium aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſam defenditur, & ipſa ſui vindex ex inopinato tranſparet. Magna ſane eſt veritatis vis, quæ contra omnium ingenia, calliditatem, ſolertiam, & contra fictas hominum inſidias facile ſe per ſeipſam tuetur. Si quidèm vel *pueritia, ſomnus, imprudentia, violentia, inſania, eius generis ſunt à quibus ſæpiſſime veritas auditur.* Verùm felicior ſæpè eſt mendacij fortuna, quæ vbi mentes hominum de facili primùm occupauit, vix vnquam excutitur, nec eum deſerit gradum, quem falſatis coniecturis obtinuit. Tandem aliquandò emicuit clare veritas, at poſtquam etiam in omnium oculis diem fecit, mendacij noctem diſpellere vix eualet. Sic eſt cognatus mortalibus error, Sic humanam credibilitatem ſubornat falſitas, vt ſi minùs iam perſpecti mendacij fides

Magna eſt, eritque ſemper veritatis vis.
Cicero in Topicis. *A pueritiâ, ſomno, & imprudentiâ ſæpè veritas auditur.*

fides, ſaltèm mendacij vox, & lingua mendacij, primos mendaciorum tumuſculos ſapiat. Sic eſt mens hominum fida mendacij cuſtos, & adhuc perſpectæ falſitatis tenax, vt mendacio ſemel imbuta, vix mendacium aut corde, aut ore deſueſcat, aduerſus perſpectæ veritatis ſuffragium.

2. Geneſeos 20. Abrahamus natalis ſoli diu exul, agreſtium Palæſtinorum inquilinus, in Gerarâ eorum metropoli, & regiâ vrbe habitare cogitur. *Dixitque de Sarâ vxore ſuâ: Soror mea eſt.* Cúmque totâ vrbe citiùs increbreſceret, pariterque pulchrioris venuſtatis fama, riualem inuenit Regem. Miſit ergò Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. Sed à Deo in ſomnis admonitus, cælitùs docetur Saram eſſe Abrahami vxorem, etſi ſororem eſſe vterque ſeriò affirmauerit. Et minis Rex ſeueriſſimè interminatus, vxorem viro ſuo incunctanter reſtitui iubetur. Confeſtim Rex Dei iram feſtinus declinans, ad palatium euocat Abrahamum, quem iam certò nouerat eſſe Saræ maritum, & pro raptæ vxoris ſub ſororis nomine offenſâ, largè munerat, Geneſ. 20. v. 16. Dein Saræ dixit: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum* &c. An non Abimelech nuper à Deo audierat: En morieris propter mulierem quam tuliſti: *habet enim virum*? cur ergò vtitur *fratris* nomine quo ipſe deceptus eſt, & vero mariti vocabulo abſtinet, quo ſincerior conſtabat veritas? Appoſitè inibi Rupertus. *Quare Abraham, poſt coniugium cum Sarâ euulgatum, adhuc frater appelletur?* Rupertus: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Alluſit ad appellationem eius, dicens: Dedi fratri tuo.* Ita quidèm; ſed huiuſmodi appellatio *fratris* cœpit cum errore, quo minimè coniuges cenſebantur, ſed *fratres* duntaxat, diſſimulato coniugij titulo. At vbi cælitùs innotuit coniuges eſſe, cur reſtauratur priſtinum *fratrum* nomen cum coniugij notificatione expungendum? Occaſio Regij erroris, qui latè in vrbe percrebuit, fuit *fratris* nuncupatio; & veritate iam coniugij perſpectâ, & vulgò notâ, adhuc perſeuerat eadem *fratris* appellatio? Sic altè hæret ſemel imbutus error, vt etiam euulgatâ veritate, ſi non erroris ad fidem perſuaſio, ſaltem illius nomen nominationis abuſu perduret, & vulgaris nuper error, non animi perſuaſione, ſed oris nominatione perſeueret. Adeò vt poſt diuinam coniugij reuelationem, adhuc Saræ dicat Abimelechus: *Ecce dedi mille argenteos fratri tuo, alludens ad appellationem eius, dicens: Dedi fratri tuo, id eſt, Abrahæ. quem vocaſti fratrem tuum,* Abulenſ. ait explicatiùs inibi Abulenſis in huius loci commentario.

3. Ioan. 1. v. 1. Hâc ſublimi voce ſuum Euangelium Ioannes auſpicatur, quòd Chriſti diuinitatem hominibus arcanam, diuinitus exponat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Pro τὸ *Verbum*, Græcè habetur ὁ λόγος, id eſt, *illud Verbum*, ſcilicet æternum & diuinum. Sed cùm liquidò apud Catholicos conſtet hoc Verbum eſſe Filium Dei, ſic enim vocatur infrà in hoc cap. verſ. 14. cùm dicitur *Vnigenitus Patris*; grande olim fuit litigium apud priſcos Theologos, quare in principio Euangelij Verbum citiùs nominetur à Ioanne, & non potiùs Filius, quo nomine poſtmodùm ſæpiùs indigitatur? Eccur non ſtatim Dei Filius dicitur, qui Filius Dei exinceps nominatur? Quare Filij nomen in Euangelij principio, & nominationis auſpicio recuſatur? Vidit hanc difficultatem Magnus Baſilius homilia 16. & ſic ad rem ſubtiliter reſpondet: *In principio erat Verbum. ſi dixiſſet: In principio erat Filius, appellatione Filij cogitatio de paſſione generationis ſubiiſſet. Quoniam apud nos genita & tempore, & paſſione generantur. Idcircò de induſtria Verbũ dixit, vanis hominum ſuſpicionibus occurrens.* Altè quidèm Baſilius! Scilicet cùm generatio ſine motu & ſine paſſione, hactenùs incognita hominibus fuerit, & vltra humanæ cogitationis faſtum ſit, de Diuinitatis arcanò humanæ menti non peruia; huiuſmodi humanam imbecillitatem, aut vilitatem Euangeliſta anteuertens, in ipſo ſui Euangelij auſpicio præcauet ne ſtatim Filius nominetur. Siniſtra enim in principio cogitatio rei, ſic exinceps altè hæret, vt vix aboleri poſſe decurſu tẽporis videatur: ſemper enim erroris primò concepti, reliquiæ viuunt ſuperſtites, quæ primam cogitationem adhuc in mendacio deprehenſam malè fouent. Dicatur ergò in principio Euangelij, non Filius, ſed Verbum, ne ruſticanè agreſtis hominum cogitatio aliquid vile primo concipiat, quod vix poſteà eualeat excutere. Porrò Verbum primò audiens, ad humiles terrenáſque cogitationes non deprimitur, ſed verbi poteſtatem ac ſenſum perueſtigat, & quod ex mente procedit, ſincerè intelligit, & purè eloquitur. Cur ergò Verbum? quia ex intellectu oritur? Cur Verbum? quoniã ſine motu genitum eſt. Cur Verbum? quia ſine paſſione procedit. Cur Verbum? quoniam imago eſt genitoris, totum in ſe demonſtrans genitorem. Itaque occurrens Euangeliſta humanæ tenacitati in errore primò concepta, in Euangelij auſpicio abſtinuit verbo *Filij*, nomine *Verbi* conſultiſſimè vſus, ne *appellatione Filij cogitatio de paſſione generationis ſubiiſſet. Quoniam apud nos genita & tempore & paſſione generantur.* Quo nomine exinceps liberè vtitur.

S. Baſil. Cur in principio euangely, non Filius, ſed verbum nominatur?

4. Regius Vates Pſalmo 50. ſic pangit Deum alloquens: *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi.* Pſal. 50. v. 8. Si ſpecie tenùs vibretur cenſura, mirum videri poſſet, quòd qui exactam ac ſinceram veritatem diligit, *incerta* ſeriò manifeſtet. Eſtò, manifeſtarit *occulta* Deitatis priuilegio; *incerta* autem manifeſtare abſque dubiâ ambiguitate, & aliquo quaſi veritatis dilectæ præiudicio, ægrè fieri poſſe videtur. Procùl à Dei mente vel incertitudinis veſtigium: ergò longè erit à Deo *incertorum* reuelatio. Valde ſudat Commentatorum induſtria, vt hæc *incerta* certò definiant, & eiuſmodi incertitudinem verè determinent. Reliquæ ferè tranſlationes: *incerta* omittunt, & velut ſcopulos declinant. Hieronymus, *Abſconditum & arcanum ſapientiæ manifeſtaſti mihi*; Alij, *in abſtruſo*, vel *in penetrali ſapientiæ ſcire me feciſti*, alij, *in abſcondito cordis ſapientiam docebis me*; alij, *in intimis aut renibus ſcire me feciſti*, alij, *in abſcondito aut obſignato & clauſo ſapientia ſcire feciſti me.* Has omnes tranſlationes addenſaui, vt innoteſcat, quàm operoſum putarint Interpretes exponere τὸ *incerta*. At Vulgatus *incerta* habet quæ autem illa ſint, mirè variant Expoſitores. Græci Patres in Paraphraſi ſic locum elucidant ad rem tempeſtiuè: *Incerta & occulta vocat; vt quæ priùs hominibus incerta erant & occulta, poſteà verò manifeſta reddita per legis conceſſionem.* Res ſanè mitiſſima,

S. Hierony. Tranſlationes variæ.

Incerta vocantur, quæ priùs incerta erant, etſi certa iam ſint.

Græci Patr. ibi.

Digitized by Google

ma, & attentâ expenſione digniſſima, quòd Biblicâ etiam phraſi, *quæ priùs hominibus incerta erant*, tametſi poſteà *manifeſta* ſint, certa, & vulgò nota, adhuc *incerta* nominentur. O! quod olim habebatur tamquam ambiguum & *incertum*, per certam notitiam dubiâ ambiguitate ſublatâ, *incertum* perhibetur? Sic incertitudo quæ rebus iam ineſſe non poteſt, nominibus hæret? Priſtinæ incertitudinis reliquias ſaltem in nomine, res iam indubiè certiſſima ſeruat? *Incerta vocat, quæ priùs hominibus incerta erant, poſteà verò manifeſta reddita.* Sic primitiua elogia rebus velut conuiſceratantur, vt ea vix excutere omninò poſſint, quin ex priſtinis aliquid exinceps ſuperſit?

5. Minut. Felix — Minutius Felix in Octauio, pro auitâ Maiorum Idololatria, ſic loquentem Cæcilium inducit: *Nullum negotium eſt patefacere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, ſuſpenſa, magiſque omnia veroſimilia quàm vera .... Cùm igitur aut fortuna certa, aut incerta natura ſit, quantò venerabiliùs ac meliùs, antiſtites veritatis Maiorum excipere diſciplinam, religiones traditas colere: Deos quos à parentibus antè imbutus exiſtimare quàm cognoſſe, familiariùs adorare: nec de numinibus ferre ſententiam, ſed Prioribus credere, qui adhuc rudi ſeculo in ipſis mundi natalibus meruerunt Deos vel faciles habere vel Reges* (Tandem poſt paucula) *Hic perpetuus venerationis tenor manſit, qui longâ ætate non infringitur, ſed augetur: quippè antiquitas ceremoniis atque fanis tantùm ſanctitatis tribuere conſueuit, quantùm adſtruxerit vetuſtatis. Nec tamen temerè (auſim enim interim & ipſe concedere, & ſic meliùs errare) Maiores noſtri*, &c. Hem! qui nuper perſpectam veritatem repudiat, & auitis hæret erroribus, quibus primò adſenſit, etſi ſe errare cognoſcat, *ſic meliùs errare* putatur? Benè quis ſemper veritati adnuit; nunquàm non malè errat: qui ergò ſemper non benè, ſed malè errat, quomodò poteſt *meliùs errare?* Verùm enim verò homo qui primò erroribus imbuitur, ſic illis tenaciter hæret, vt etiam refutans perſpicuam veritatem, *meliùs errare* malè putet. Opinor, infortunata eſt veritas erroribus ſuccedanea; perſæpè enim eorum ſuperſunt reliquiæ, quæ veram credulitatem inquietent, & veritatis fidem excutiant, funeſto veri naſcentis abortu.

Auita tantùm credulitas Idololatriam ſuaſit.

Erroribus primò imbutus, meliùs putat errare, quàm recentem veritatem amplecti.

Hic verſ. 14. — Sic Orpha hìc Moabiticis erroribus innutrita, & mendaciſſimæ Idololatriæ à cunis adſueta, poſt veri Dei fidē cùm generoſo connubio ſuſceptam; veræ fidei refuga, ad priſtinos errores de facili redit, *meliùs errare* putans, quàm cognitæ veritati diutiùs adhærere.

§. LIX.

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur.

1. Tertull. l. de Pœnit. c. 2. — SI homines poſt peccata ad veniam maturantes, Dei, ac per hoc rationis compotes eſſent (ait aliorsùm Tertulianus,) *merita primò pœnitentia expenderent: nec vnquam eam ad augmentum* (aliàs *argumentum*) *peruerſæ emendationis adhiberent.* Modum itaque pœnitendi teneant, qui delinquendi non tenent. Niſi enim in quorundam ſcelerum pœnitentiâ modus teneatur, in peruerſæ emendationis argumentum, imò & augmentum euadit. Nam animus pœnitentis dum anteactæ vitæ delicias in memoriâ parùm cautè verſat, ſenſim emollitur, & ad voluptatem rurſùs blandeſcit: & quod reuerſat ad deteſtationem, emendationis ſtudio, de cognatâ voluptatis pellaciâ blanditur ad relapſionem: & quod vult deteſtari pœnitentiæ deſiderio, mauult ſectari voluptatis lenocinio. *Vult poma cùm iam in acorem vel amaritudinem ſeneſcere incipiunt, ex parte aliquâ tamen adhuc ipſi gratiæ ſuæ adulantur.* O ne malè dulces cogitationes impenſiùs mente pertractes, ne gratæ ſuauedinis inſidioſo medullitùs illicio, delicias deteſtandas clanculùm interpelles! Velut tabidam ſaniem exhorreſcere peccatum incipis; ſed alicubi lego *ſaniem pretioſam.* caue ne tu delicioſè periculoſam ſaniem experiaris.

Poma cùm putreſcunt, adhuc de antiquâ gratiâ ſibi adulantur. Sic aliquando pœnitentia.

Idem ibi. c. 6.

Manil. lib. 5

2. Dauid ille innocentiâ prælustris, à Prophetâ Nathane cælitùs admonitus, agnoſcit tandem reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitet, gemmas regias abdicat, pretioſa auro textili indumenta deponit, purpurâ exuitur, diademate exhonoratur, cultu & corde mutatur, totum regem cum ornatibus ſuis abiicit, prouidum pœnitentem cum piè ambitioſo patrocinio ſqualoris aſſumit; & ſacco ac cinere volutatus, quaſi diu plorando defeſſus, in has lugubres voces tandèm erupit: *Beati, quorum remiſſa ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.* Alibi ethicè velitando oſtendimus, illud *tegere* non modò non detrahere veræ peccatorum *remiſſioni* per veram pœnitentiam factæ, ſed mirè illam augere pulchro abolitionis auctario; rumpantur licet Hæreticorum ilia. Nunc autem perueſtigandum eſt, quare Dauid ſic magnificè beet eos, quorum *remiſſa* ſunt iniquitates, & quorum *tecta* ſunt peccata. Ambigitne de ſuis ſceleris *remiſſione* per Prophetam atteſtatiſſima, vt his quorum *remiſſa* ſunt peccata quodammodò inuidere videatur? Num timet, an ſua peccata ſemel *remiſſa* & *tecta*, rurſùs illi ad culpam *imputentur?* Quid adhuc timet Dauid diuturniori pœnitentiæ flebiliter aſſiduus? Audiendi ſunt inibi Græci Patres: *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c. Lamentis, inquit, & lacrymis aſſiduis propter peccatum intabeſcēs, & omnis generis calamitatibus idcircò circumdatus, felices illos ac beatos nuncupo, qui citra moleſtiam, Domini benignitate peccatorum conſecuti ſunt remiſſionem.* (Aduerte attentiùs quam diuturnæ pœnitentiæ *moleſtiam* Dauid detrectare exambiat) *Tantâ ſiquidèm in illos vſus eſt liberalitate, vt non ſolum remittat, verùm etiam obliteret peccata, neque veſtigia eorum relinquat.* Nimirùm Dauid & vitæ paſtoritiæ, & bellicis pugnaciſſimè laboribus duriter adſuetus, non ob moleſtam aſperitatem cenſet pergrauem diuturnam pœnitentiæ *moleſtiam*; ſed quia aſſiduis lacrymis propter peccatum *intabeſcens*, & pœnitentiæ *circumdatus* calamitatibus, viuidam adhuc voluptuoſi ſceleris memoriam refricat, & recordatione periculum quodammodò fouere cogitur. Petit ergò obnixiùs Dauid, vt voluptuoſum ſcelus *obliteret, neque veſtigia eius relinquat,*

Pſal. 31. v. 1. & 2.

Græci Patr. in Paraphraſi ibi.

Cur petit Dauid vt, dudùm peccata dimiſſa obliterentur, ne veſtigiū maneat?

Digitized by Google

linquat, ne vel in ipſâ auſteriori pœnitentiâ,peccati *veſtigia*,& voluptatis notas non dubiis characteribus legat, & indè peccatum relegat. Hanc periculi moleſtiam excutere ſatagit,aiens, *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates* (id eſt, protsùs obliterata,) *& quorum tecta ſunt peccata* (id eſt, ſic penitùs deleta, vt neque eorum *veſtigia* relinquantur) Quare *beatos* prædicat illos indulgentiori Dei benignitate felices, *qui citra moleſtiam* periculi huius, *peccatorum conſecuti ſunt remiſſionem*. Vide quàm cautè Dauid hìc timet, ne vel actuoſioris pœnitentiæ aſperitates, voluptuoſi ſceleris illecebras concupiſcentiæ ingerant, veritus ne etiam cùm peccata deteſtatur, ipſa de cognato lenocinio, *adhuc gratia ſuæ adulentur*, & pœnitentiæ meritum degeneret in *augmentum*, vel *argumentum peruerſa emendationis*. Non quòd in memoriam non ſint adducenda peccata ad confeſſionem, & ad agendam pro illis pœnitentiam; ſed quòd voluptuoſa delicta cautè animitùs tractanda ſunt, ne voluptatis ſcintilla è diuerſo excitata, concupiſcentiam ſufflammet, & extincto dudùm igne, homo igneis moribus materiatus, iterùm decineteſcat; quæ opinatiſſima ſpiritualium Patentum gnome eſt.

Pœnitentia cautè refricet voluptuoſi ſceleris illecebras.

3. Dauidi Dauidem aduocemus auxiliarem, qui in pœnitentiæ merito primatum tenet. Hic ergò de cæli ſcholâ, & in experientiæ gymnaſio edoctus, ſic ad Deum clamat: Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam: *Et ſecundùm multitudinem miſerationũ tuarum, dele iniquitatem meam. Ampliùs lãua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contrà me eſt ſemper.* Quid eſt, quòd Dauid cum ex Prophetæ Nathan, ac proindè ex Dei ore dudùm audiſſet, ſuum illi dimiſſum peccatum, ſic ſollicitè adhuc eum *delere* ſatagit, ab eòque magis ac magis lauari? Scitè inibi notant Græci Patres, quòd *rurſum hic mundationis petit incrementum, cùm dixit Ampliùs; vt vbiq; magnum ſuum delictum oſtenderet. Deinceps etiam cauſſam reddit, ob quam dignus ſit clementiâ, infert enim: Quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Scilicet etſi iam expunctum & obliteratũ eſt meum delictum, & remiſſa illius offenſa; adhuc tamen opus eſt, vt *ampliùs* me laues, ac illius *veſtigia*, ac reliquias deleas. Cauſſam huius exactioris veniæ reddit: Quoniam, inquit, dum pœnitentiam ago, & peccatum iam diu à me patratum *cognoſco*, ac in memoriâ ad deteſtationem, ad ſatisfactionem, atque ad emendationem reuerſo; tam longè abſum, vt me ad rursùs delinquendum alliciat cognatâ voluptuoſi delicti pellaciâ, vt potiùs meum delictum contra me eſſe cenſeam, & tamquam aduerſarium deteſter. Adhuc tamen blandum hunc aduerſarium, de recordatione inſidiosè lenocinantem timeo quia etiam dum illud per pœnitentiam deteſtor, *peccatum meum contra me eſt ſemper*. quaſi nunquam ceſſet peccati minas blandè ac gratè vibrare. Opportunè inibi Heſychius, alibi aliter expenſus: Dauid *rogat deleri iniquitatem, ita vt non ſolùm curetur vulnus; verùm ne cicatrix quidem relinquatur. Quamobrem etiam miſerationum multitudinem prætendit: neque enim ab vna miſeratione, hoc eſt, venia vnius delicti peccator ſaluari poteſt, ſed ad multa multis opus eſt miſerationibus, vt minas effugiamus.* Itaq; non tãtùm *miſericordiâ magnâ*, & multis *miſerationibus* expetit *ampliùs* ſuum voluptuoſum ſcelus *lauari*, & ſic elui ac ſanati, vt ne *cicatrix* quidèm, næuus, aut veſtigium relinquatur, vt ſic, ſic inquam, illius *minas* effugiat. O ſic laſciui olim flagitij *minas* timet, dum illud aſperiori pœnitentiâ animitùs deteſtatur; O! *peccatum meum* etiam in memoriâ illud ſeuetiùs deteſtante, fœdiùs abominante, & obnixiùs emendante, adhuc *contra me eſt ſemper*, & voluptatis lenocinio, duriſſimas blanditiarum *minas* iactat? O quàm cautè obuerſandæ memoriæ eſt, quod inſidioſo voluptatis præſtigio, è peruerſo concupiſcentiam inquietat! Quod præſumis de pio, de periculoſo time. Perrarò voluptatis ſcintilla, in appetitu ſecurè ventilatur. Sub doloſo cinere, voluptatum fauillæ tectiùs calent; ô metue gehennalis incendij *minas*, male ſecuras in pœnitenti aſylo.

Pſal. 50. v. 3. & 4. & 5.

Græci Patr. in Paraphr.

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt.

Heſych. ibi in Catenâ.

Lucæ 15. Prodigus adoleſcens, filius piiſſimi patris malè deſertor, fame tabidus, pecorum ſeruitute abundè ſatur; pœnitentiæ ſtimulis concitatus, benè redux patri adeſt. *Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Si adoleſcentis huius ſcelus diſplicet, horret abſceſſus; nos à tali patre nullatenùs diſcedamus. Certè ſi abſceſſerimus vitiorum impetu abrepti, ſi ſubſtantiam patris ſimul cum noſtrâ luxurioſè diſperſimus; ſi ad impietaris præruptum totum, totam ſi venimus ad ruinam; ſurgamus aliquandò, & ad talem patrem tali inuitati redeamus exemplo. Quod inibi Chryſologus ad rem elucidans, ita ſcribit: *Vidit illum pater ipſius .... & cecidit ſuper collum eius. Aſpectus patris fugat crimina, expellit noxam, cunctam nequitiam & tentamenta propellit ... filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis.* Benè eſt, quòd pœnitentem filium ſic beneficè pater excipiens, & beneuolè tractans, veniæ oſculo peccata filij redimat, dum reconciliationis gratiam illi liberaliùs indulget. Quid autem eſt, quòd cùm filius anteactæ luxurioſius vitæ penitentiâ angitur, & voluptuoſa vitia conſtanter deteſtatur, tunc, tunc quidèm pœnitentem filium *claudit gremio*, *ligat lacertis*, neque tantùm expellit noxam, & fugat crimina, ſed etiam *cunctam nequitiam & tentamenta propellit*? O boni patris erga pœnitentem filium, indulgentiſſimam miſericordiam, quæ ſic largiori veniâ voluptuoſa fugauit delicta, vt cum delictis *tentamenta propulerit*! nequæ deteſtatur flagitiâ, guſtatas delicias blandè aſpirantia, dum ea incautè memoriâ fouer, ad ea rursùs ſectanda, malè incaleſcat, & è peruerſo exæſtuet. Pœnitentis filij *tentamenta propellit*: ne remediis male laboret, & periculoſiùs ægrotet. Pœnitentis filij luxurioſa ſcelera *gremio claudit*, ne exinceps in affectæ mentis tabulâ tranſpareant ad gratiam, voluptatis penicillo colorata. Filium ritè pœnitentem, & pœnitentium ideam *ligat lacertis*, ne dum à concupiſcentiæ deliciis fugit, inſidioſæ voluptatis lenocinio, ad voluptates incautus feſtinet. Sic in regiâ pietatis viâ, & in aſperioris pœnitentiæ ſemitâ, velut ex inopinato latibulo clanculariæ ſubdolè inſidiæ, & turpioris relapsûs *minæ*, non ſemel

4. Lucæ 15. v. 20.

S. Chryſol. Serm. 3.

Pius pater pœnitentem Prodigum gremio claudit, & lacertis ligat, vt tentamenta tunc propellat.

ſemel aduerſus pœnitentiam erumpunt; & in ſacramento emendationis, inemendationis arbitrium deliteſcit! O caue, quiſquis virtutem amas! Sic nunc Orpha dum ad Dei populum pergens, paternæ domus gratiam, & idololatriæ licentiam deteſtatur, eorum commemoratione,

Hic verſ. 14.

velut præſtigiis allecta repedat; *Eleuatâ igitur voce, rurſum flere cœperunt. Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reuerſa eſt.*

5. Pſalm. 100. v. 2.

Pſalmo 100. ſic pangit Dauid: Miſericordiâ & iudicium cantabo tibi Domine *Pſallam & intelligam in viâ immaculatâ: quandò venies ad me?*

Symmach.

Symmachus vertit, *Conſiderabo viam immaculatam.* Alij ex Hebræo, *Intellectum dabo in*

Corder. ibi.

viâ immaculatâ. Quæ nam eſt hæc perſpicacior intelligentia de viâ immaculatâ, quam ingredi Propheta exoptat; & ad quam percipiendam nouum intellectum, ſagacem intelligentiam, & conſiderationem requiri præfatur? Inceſſus in viâ, & per viam immaculatam, attentâ mentis conſideratione, an piis voluntariis affectibus peragitur? Quæ igitur eſt hæc perſpicacior *intelligentia* ſeu *conſideratio*, quam Dauid tunc pœnitens requirit, vt per *viam immaculatam* ſecurus incedat?

Valdè intelligit in viâ immaculatâ, qui via impura obliuiſcitur.

Græci Patr.

Belliſſimè Græci Patres in huius ſententiæ Paraphraſi: *Intelligam in viâ immaculatâ, id eſt, obliuiſcar vitæ impuræ.* Hem! ſic vel memoria ſceleroſæ olim voluptatis ad relapſum inſtigat, niſi cautè admittatur; vt *intelligere*, & *conſiderare viam immaculatam* ad incedendum per eam, ſit *obliuiſci vita impura*? O arcanam ex *obliuione intelligentiam* ethicè opinatiſſimam!

§. LX.

Nil acerbiùs, atrocius nihil, quàm vera inimicitia: falſatæ amicitiæ penicillo colorata.

1. Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 9.

CLemens Alexandrinus: *Eſt aliud*, inquit, *quoddam oſculum inceſtum, veneno plenum ſanctitatem ſimulans. An neſciùs quod etiam phalangia, ſi ore tantùm tangant, graues dolores hominibus afferant?* Phalangium eſt genus araneatum, quod ſi vel leuiter carnem tangat, venenum ſtillat, & per membra diſpergit, quod ea grauiter excruciat. Sic qui blanditiarum ſpecie, venenatâ fraude animitùs tectâ, amicitiæ lenocinia offert; oſculo venenatè inceſtat, periculoſiùs venenat, & atrociùs ferit.

Iudas amoris pignore, Chriſto vulnus infligit.

Hinc Chriſtus Deus in ſuâ acerbiſſimâ Paſſione, ad reliqua tormenta propè mutus, inceſtum Iudæ oſculum querelis excepit: *Iuda oſculo Filium hominis tradis?*

Lucæ. 22. v. 48. S. Ambr. ibi.

Commentariũ ſubnectit Ambroſius: *Amoris pignore vulnus infligis? charitatis officio ſanguinem fundis? & pacis inſtrumento mortem irrogas? ſeruus dominum, diſcipulus prodis magiſtrum, electus auctorem?* Sic hoſtilitatem penicillo amicitiæ tectiùs coloratam, & ſpeciem virtutis vitio ſtudentem, peracerbè homines ferre ſolitant!

2. Ioan. 19. v. 28. & 29.

Ioannis 19. Poſteà, inquit, ſciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, *dixit: Sitio. Vas ergò erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cùm ergò accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.* Verè Chriſtus ſitiebat in cruce, & acri vexabatur ſiti, eius enim caro ſanctiſſima acerbiſſimis doloribus exiccata, humido etiam naturali penè effuſione ſanguinis conſumpto, ſiti torquebatur acerrimâ. Tunc ergò dixit Ieſus, *Sitio.* (& vt benè notat Salmeron) *Simpliciter loquens quaſi inter amicos verſaretur, qui ad eam vocem ſtatim potum offerent.*

P. Salm. tom. 10. Tract. 44.

Tortores autem celeriter accurrunt, & ſpongiam felleo imbutam aceto, ori eius applicant. Quod *accepiſſe* dicitur, id eſt, acetum guſtaſſe, libaſſe. Quod, vt exponit inibi Lyranus: *Cùm guſtaſſet, noluit bibere, quia illud quod eſt modicum, quaſi nihil reputatur: & ideò quia parum de illo aceto accepit, vt hic dicit Ioannes, Matthæus dicit, Noluit bibere.*

Matth. 27. v. 34. Lyranus in Ioan. 19.

Sanè miriſſimum eſt, hoc propinati aceti tormentum, primis dumtaxat labris delibaſſe; qui totum Paſſionis calicem ſic hianter vſque fæces exhauſit? acrem fellei aceti amaritiem refutat, qui ſaginari voluptate patientiæ voluit è vitâ diſceſſurus?

Quare Chriſtus ſitiens, acetum guſtu libatum ſtatim refutat?

Perbellè ad rem inibi Cyrillus philoſophatur: *Sitio, &c. Pro iuuante & incundo potu nocentem & acerbum attulerunt; & humanitatem, quâ moueri videbantur, in impietatem conuerterunt; nam cùm petenti dabant, charitatis habitum ſuſcipere videbantur.*

S. Cyrillus. Alex. lib. 12. c. 35.

Nimirùm cùm Saluator in cruce ſanguine penè vacuus, & doloribus exhauſtus, dixiſſet, *Sitio*, ſpecie humanitatis, aceti potandi ſæuitiam prætexunt, & ſitienti potum offerre videntur: at reipſâ benignitatis obtentu hoſtilitatem abſcondunt, efficiúntque compaſſionem falſatam veræ crudelitati ſeruire turpi inhumanè miniſterio.

Impiè ſæuit, quiſquis ſpecie amicitiæ ferit.

Humanitatem quâ moueri videbantur, in impietatem conuerterunt; & mucrone opportunæ pietatis, pietatem ſubdolè feriunt. Ergò Chriſtus Deus fellitum acerrimè potum guſtu libat, & primis labris ſpongiam lambit oblatam, ne vllum omninò tormentum refutet; refutat vlteriorẽ aceti hauſtum, quò huiuſmodi hoſtilitatis technas palàm refutet, tamquam nequiori prauitate exundanter imbutas. Sanè inhumanum eſt, humanitatis pignore amaritiem homini exhauſto propinare, & virtutem cogere ad vitiorum lenocinium. Impiè ſæuit, quiſquis amicitiæ prætextu ferit. Ergò Chriſtus ipſa etiã fella ſitiens, ad illa ſic oblata moraliſſimè nauſeat, & renutu peridoneo refutat, & conſultiſſimo faſtidio myſteria loquitur. Huic expenſioni annecte quæ infrà num. 7. ſubſcribuntur.

3. Prouerb. 3. v. 29.

Prouerbiorum 3. cautelam cum amicis ſic erudit Salomon: *Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam.* Turpe eſt enim amicitiæ fiduciam, in hoſtilitatem pernicioſiùs refingere.

Hebræus. *Malè ſuper amicitiam aratur malum.*

Hebraicè habetur, *Ne ares*, ſeu *fabrices ſuper amicum tuum malum.* Porrò ſicut qui *arat* terram præduro vomere proſcindit, vt illam emolliat, ac blandiùs præparet ad vberem prouentum; ſic qui amicum aut amicitiam excolit, vt indè vberrimam malorum ſegetem hoſtiliter demetat: modicum intuliſſet malum, niſi amicitiæ ſpecie deſæuiret.

Bibl. Rom. *Non aliter læditur inimicus, quàm ſi videatur eſſe amicus.*

Quare Biblia Romana pro τῷ *amico* exſcribunt *Inimicum*. quaſi ille antonomaſticè ſit *inimicus*, qui ſimulatâ amicitiâ colitur. Exindè ſimulata amicitia eſt inimicitiarum emphaſis, vigor hoſtilitatis, & nocendi energia.

Xenophon. Clem. Alex. l. 6. Strom.

Sententioſè Clemens Alexandrinus ex Xenophonte, ait: *Non aliter inimicos læſerit*

Digitized by Google

laſerit quiſpiam, quàm ſi videatur eſſe amicus. quaſi aperta inimicitia ſit ad nocendum imbecilla, quantumuis hoſtiliter ferociat, niſi ſpecie amicitiæ ad ſæuitiam armetur.

4. Matth. 5. v. 29. & 30.

Matthæi 5. ſic fideles omnes Chriſtus inſtituit: *Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te .... Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum*, &c. Non de membris corporis hoc dixit Chriſtus; abſit vt lanienam doceat; ſed de amicis & cognatis: ſumus enim inter nos alter alterius membra. Si ergò, inquit, habes amicum, qui videtur eſſe tibi æquè neceſſarius ac dexter oculus; vides autem, aut ſuſpicaris te ab illo lædi, vel aduersùm te moliri aliquid odoraris, confeſtim, erue eum & amicitias rumpe. Ad hunc ſenſum videtur Anaſtaſius Nicænus præſcripta verba Chriſti deflexiſſe, ſic interrogans quæſt. 73. *Quid eſt: Si oculus dexter, vel manus tua te ſcandalizet, excinde eam abs te?* Reſpondet paullo poſt initium: *Vir iniquus tentat amicos, & abducit eos in vias non bonas; obfirmans autem oculos ſuos, cogitat peruerſa, & labiis ſuis definit omnia mala.* O non bonam fraudulenti amici tentationem! Nempè *obfirmat* oculos ſuos, id eſt, obſtinatè cogitat, & prætèritâ amicitiâ confiſus, labiis ſuis *definit omnia mala*. Hem! amicus ſimulatus *omnia mala* amico *definit*? Quid eſt *omnia mala*? Omnia mala amicus ſimulatus amico, ab amicitiâ ſecuro & inermi, poteſt infligere? ô quàm multa quàm breui compendio! ô nimis argutam falſatæ amicitiæ *definitionem!*

Amicus ſimulatus omnia mala amico definit.

Anaſt. Nicænus.

5. Prouerb. 22. v. 24. & 25.

Salomon Prouerb. 22. ita ſcribit: *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo.* Lxx. Interpretes vtrumque hemiſtichium de amicitiâ intelligunt: *Noli eſſe ſodalis viro furioſo, cùm amico iracundo ne cohabites.* Symmachus, *Ne amicitiam contraxeris*, Chaldæus Paraphraſtes, *Non commiſcearis cum viro bilioſo.* Itaque ſeriò monet Salomon vt caueamus exaſperatæ amicitiæ iras, tamquam nimis infeſtas de nuper ſociali familiaritatis fœdere; nam eiuſmodi iracunda exaſperatio *omnia mala definit amico.* Quare Hebræa vertunt: *Ne aſſocieris Domino naſi*, idem eſt pollenti irâ, qui irâ abundat: hæc enim maximè ſe oſtendit in naſo rugoſo & ardente. Niſi malis *naſum* ad ſannas, irriſiones, ac ludibria referre. Quaſi dicat: Amicus exaſperatus, & qui ſimulatæ olim amicitiæ abutitur ad offenſas, cùm omnia tua illi nota ſint, illa prodet propudioſa tui irriſione; te probroſè ſubſannabit, & communi ludibrio illudendum ac ridendum exponet, tamquam *Dominus naſi.* Alij pro *Domino naſi* ex Hebræo vertunt, *Ne aſſocieris marito iræ.* Profundè quidèm infidelis amicus, & qui amicitiâ abutitur ad nocendum, dicitur *iræ maritus*, qui ſcilicet iram quaſi vxorem ſibi deſpondit & copulauit, & ab eâ diuelli nec velit, nec queat: ſolent enim mulieres eſſe iracundæ, & iras litéſque in domo ciere. Exin *iræ maritus* dicitur, quaſi in irâ, ac ſæuiùs nocendi malignitate delicietur voluptuosè, imò & impunè tamquam cum legitimâ vxore. Ergò caue ab infideli amico, qui amicitiâ abutitur ad nocendum, tamquam à *Domino naſi*, & *iræ marito.*

Lxx. Interp.
Symmachus
Chaldæus.
Hebræus.

Amicus infidelis dicitur Dominus naſi, & iræ maritus, quare?

6. Pergit Salomon Prouerbiorum 27. quò innoteſcat quiſnam ſit infidelis amicus, à quo ſic ſollicitè nobis cauendum eſt. *Meliora*, inquit, *ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.* Sed vndè dignoſcere poterimus, quænam ſint hæc odientis *fraudulenta* oſcula cùm ſe amicitiæ ſpecie tectiùs diſſimulent? Aquila pro *fraudulenta oſcula* habet, *ſupplicantia*, id eſt, ſuppliciter blandientia, orantia & adulantia. Radix enim Hebræa ſignificat ſupplicare, orare, diſſuauiari, ſiue ſuauibus verbis blandiri vt quid impetres. Verùm Lxx Interpretes vertunt, *Spontanea oſcula.* Tigurina ex oppoſito, *Coacta.* Hanc antitheſim extricat Symmachus qui vertit, *Turbata* oſcula. Scilicet ſi oſcula, id eſt, obſequia amici aduerteris eſſe nimis affectata, parùm cohærentia, & ſibi pugnantia, *ſpontanea* inquam, & *coacta*; & indè ſæpè *turbata*, animi infidelis perturbatione obſequiorum fraudulentiam prodente; ſollicitâ amicis cautelâ opus eſt, ne grauiori vulneri aditum ſecuritas pandat. O caue has ſubdolas inimicæ amicitiæ technas, fraudis oſculo tectas! Oſculatâ hîc Noëmi, ac fratriâ Ruthâ (è quâ Obed, & indè Dauid) diſcedit Orpha, ſtatim concepturа & paritura Goliath (ſi eſt aliqua Rabbinorum fides;) ne ſine oſculo, id eſt, blando amicitiæ obſequio, implacatior perageretur hoſtilitas.

Prouerb. 27. v. 6.
Aquila.
Infidelis amici obſequia minimè cohærentia ſibi pugnantia, & turbata ſūt.
Lxx. Interp.
Tigurina.
Symmachus
Hîc verſ. 14.
Rabbini in Commentario refutati.

7. Pſal 54. v. 13. 14. & 15.

Pſalmo 54. ſic Chriſti nomine Dauid conqueritur: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet; abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus: qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Veniat mors ſuper illos*, &c. Hæc de Iudâ proditore, à Chriſto antedicta, magno conſenſu tradunt Commentatores. Sed vide quanta amicitiæ ſigna in Iudam Chriſtus oſtenderit; *Homo vnanimis* dicitur; Symmachus, *Eorundem morum, familiaris meus, & notus.* Illud autem, *Simul mecum dulces capiebas cibos*, alij exſcribunt, *Dulces faciebas cibos.* Addit Heſychius in Catenâ: *Solus enim cum Ieſu intingebat manum in catino.* Iudas, inquam, charioris amicitiæ infidus proditor. Verùm non ſine magnâ emphaſi, huius querelæ ſermo eſt defectiuus; præceſſerat enim, *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique*; cùm autem amicus ſic familiaris, tam infidè in me ſæuierit, videtur ſupplendum, Suſtineri non poteſt; quod Græci Patres in Commentatio notanter aduertunt, ſic fati: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu verò*, &c. *Per ellipſin enim & ſublimis phraſis eſt, conſequentiam requirens. Deficit enim illud, Non ſuſtinuiſſem. Omnium enim moleſtiſſimum videtur, ſi vir familiaris & contubernalis patret ea quæ hoſtium ſunt & inimicorum. Accuratè autem hæc in Proditorem quadrabunt; quandoquidèm etiam Symmachus familiarem pro duce expoſuit.* Altâ igitur reticentiâ ſacer Scriptor omiſit, *Non ſuſtinuiſſem*; agebat enim de Chriſti Dei paſſione. In quâ etſi ſaginari moleſtiarum patientiâ voluit: at *omnium moleſtiſſimum videtur, ſi vir familiaris patret ea quæ hoſtium ſunt.* Quid exaggeratius?

Quàm amicè Chriſtus Iudam tractauerit.
Symmachus
Heſychius.
Marci 14. v. 20.
An Iudæ proditio fuerit in Paſſione, omnium cruciamentorum moleſtiſſima?
Græci Patr.

§. LXI.

Libidinis intemperantia multimodè ſugillatur.

1. BLandum malum luxuria, lubrica pernicies libido, Venus doloſa eſt; & quam citiùs accuſare cupias, quàm vitare eualeas. Quid hoc vitio fœdius? quid etiam damnoſius? quo probitas atteritur, caro inſoleſcit, vitia ſopita viueſcunt, hactenùs victoriæ languent, virtus cadaueraſcit, animi & corporis vires expugnantur. Libidinoſa intemperánſque adoleſcentia

Generoſiores Dæmones ad libidinem non tentant homines.

effœtum corpus tradit ſenectuti: cúmque libido omni ætati ſit turpis, tum maximè ſenibus fœdiſſima eſt: ſemper pudenda, pœnitenda ſemper. Quare Plotinus, quòd haberet corpus pulchrè erubeſcebat. Adeò vt S. Thomas in Opuſculis, ſapientiæ Proceres allegans, ſeriò affirmet præcelſioris Hierarchiæ Dæmonas ſic de carnis vitio erubeſcere, vt generoſitatis ſuæ olim memores, ad libidinem homines tentare detrectent. Sic vel immundi Spiritus otium aut negotium concupiſcentiæ depretiant! Sic hominis generoſitatem, obſcœnum carnis ludibrium dedecet! Sanè libidinis initium continebis, ſaltem ſi exitum cogitaueris. Hoc vitium in propria corpora ſacrilegium eſt, hominum pudor, generoſiorum Dæmonum nauſea, & Angelorum horror. Hoc vitio vermeſcunt corda, putreſcunt, fœtent. *Annon vermis luxuria (neſcio ſi alter nocentior) ingreditur blandiendo, mordet ridendo, transforat delectando, perimit conſenſu voluntario?*

S. Thom. apud Euſebium lib. de Operibus & Diebus c. 12.

Luxuria vermis, qualis.

Vverrieus. apud Tilmann. in Matth. 2.

2. Lucæ 2. poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi, tulerunt puerum Ieſum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino: *Et vt darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Turtures & columbæ, quas puerpera pro peccato, id eſt, immunditiâ ſeu irregularitate legali offerebat, ſignificabant gemitum ſeu compunctionem pœnitentis, quo expiantur peccata. Columba ſimplex animal eſt & lætum, non felle amarum, non morſibus ſæuum, non vnguium laceratione violentum. Cur ergò tam fauſtam volucrem in minore dumtaxat ætate Deus expetit, in adultâ verò faſtidioſè reſpuit? *Turtures* ſimpliciter Deus ad hoſtiam exambit, & *pullos columbarum* ſolùm acceptat? Appoſitè Bernardus ſerm. 59. in Cantica: *Nec ſolùm commendant turturem gemitus*, inquit, *commendat & caſtitas. Huius meritò digna fuit dari hoſtia pro Virgineo partu &c. Et licet alias quidèm per columbam Spiritus ſanctus ſoleat deſignari; tamen quia libidinoſa auis eſt, non decuit offerri eam in ſacrificiũ Domini, niſi eâ ſanè ætate, quâ neſciret libidinem. At turturis non deſignatur ætas, quoniam agnoſcitur caſtitas in quâcumque ætate.* Sanè columba, auis alioqui opinatiſſima, & quam apparẽter induere Spiritus-ſanctus mauult, quo cæleſtem generoſitatem nobiliter fœnerat, facta Spiritus-ſancti ſymbolum, obſes, auſpicium. Inde ergò ad hoſtiam Deo placentem auſpicatò eligitur; ſed in eâ dumtaxat ætate, quæ libidinem neſcit. Expetitur auis electiſſima; ſed cum exceptione maioris ætatis; ne dum libidinem ſuboler, Virgineæ hoſtiæ oblationem inceſtet, & aliquid non caſtum à Virgine matre, & Virginali filio immolari videatur. Quare hoſtia vndique continentiam ſpirat, puritatem fragrat, pudicitiam afflat. Procul tunc à Dei aris quod vel innoxiam libidinem ſuboleat. Idcircò *licet aliàs per columbam Spiritus-ſanctus ſoleat deſignari; tamen quia libidinoſa auis eſt, non decuit offerri eam in ſacrificium Domini, niſi eâ ſanè ætate, quâ neſciret libidinem.*

Lucæ 2. v. 24.

S. Bernar.

Quare non columba, ſed pulli columbarum offerri iubentur?

3. Ad Philippenſes 3. ſic impudentem quorumdam improbitatem Paullus indiciis prodit, verbis caſtigat: *Multi enim ambulant*, inquit, *quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Suggillat hîc Paullus Hæreticos, qui (vt notat Cornelius inibi) ſicut crucis Chriſti, ita & continentiæ, ſeueritatis, auſteritatis vitæ quam Chriſtianos docet crux Chriſti, hoſtes erant, agebántque & prædicabant vitam in otio & deliciis, mollem, laſciuam, epicuream: quemadmodùm & noſtræ ætatis hæreſes libertatem omnem carni indulgent hæretico priuilegio. Et hâc quoque ratione Apoſtolus eos vocat inimicos crucis Chriſti, quia nimirùm, vt ſequitur, eorum Deus venter eſt, & non niſi terrena ſapiunt. Vndè & quoſuis alios, etiam Catholicos, ventri & veneri deditos hiſce verbis perſtringit Apoſtolus. Ceterùm Balduinus argutus Auctor apud Tilmannum ibi, ſic tempeſtiuè locum exponit: *Inimicos crucis Chriſti &c. Si crux Chriſti quæ nobis portanda imponitur, voluptati aduerſatur, & voluptas cruci, quomodò excuſari poſſunt voluptatis amatores, vt non iudicentur crucis perſecutores? De quibus Apoſtolus ait: Flens dico, inimicos crucis Chriſti. Qui (vt dictum eſt) rei mortis Chriſti ſunt, non ſicut auctores vel factores, vel miniſtri mortis Chriſti, ſed ſicut mortis contemptores, qui ſacramentum diſpenſationis in ſe euacuant, conſilium Altiſſimi irritantes, qui caleſti benedictione & ineffabili gloriâ indignos ſe faciunt, qui in deliciis agentes myſterium crucis irrident, qui Filium Dei conculcant, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt in quo ſanctificati ſunt, & ſpiritui gratiæ contumeliam faciunt.* Præſcriptis verbis multa non bona libidinis elogia densè conglobantur, quæ pronum eſt ethicè enucleare. Nota autem penſiculatiùs verba quæ ſubiicit: *Vita carnalis*, inquit, *Dei iniuria eſt & in totius Trinitatis contumeliam redundat. Iniuria ſiquidèm Patris eſt quòd Filius conculcatur. Iniuria Filij quòd ſanguis eius quaſi polluitur. Iniuria Spiritus ſancti quòd gratia contemnitur.* Profectò longum nimis facerem, ſi Balduini ſententias ſingulas ad rem exaggeratiùs luculentas, quâ libido proſcribitur, emedullarem. Sat eſto illas hîc reſcripſiſſe, & earum acumen perſtrictim adnotaſſe.

ad Philip. 3. v. 18. & 19.

Cornelius.

Balduin.

Non bona libidinis elogia densè conglobantur.

Libido, totius Trinitatis contumelia dicitur, quare?

Iudicum 16. Samſon ille robuſtiſſimus Hebræi populi dux, de muliebri fraude viſu ſuo vacuus, & operoſus alieno, apprehendens ambas templi columnas, vt morte ſuâ populum redimeret ſuum, animoſè ait. *Moriatur anima mea cum Philiſthim.* Quæ verba ſic elucidat Ambroſius epiſt. 70 ſic fatus *Etſi* Samſon *incomparabilis in hâc vita fuerit, tamen in morte ſeipſum vicit,* 4.

Iudic. 16. v. 30.

S. Ambroſ.

Digitized by Google

vicit, & inſuperabilem geſſit animum, vt contemneret, & quaſi pro nihilo haberet vitæ finem omnibus formidoloſum. Virtutis igitur fuit, quod (Vita animæ dicitur ſenſualitas.) *victoriarum numero diem clauſit, nec captiuū exitum, ſed triumphalem inuenit. Denique non telis, ſed cadaueribus hoſtiū preſſus humatus eſt, proprio tectus triumpho.* Hæc ad litteram de Samſonis victoriâ ac triūpho ſeculis omnibus opinatiſſimo. Prælustrè hunc tauri Herois triumphū ſic flectit (Stephan. apud Tilmann. ibi.) allegoricè Stephanus Cantuarienſis: *Moriatur anima mea cum Philiſthiim. Anima, id eſt, Senſualitas &c. Mortificatur caro, vt mortificentur maligni ſpiritus.* Itaque Sēſualitas, ſeu cognata libido medullitùs æſtuans, *anima* hominis & *maligni ſpiritus* ethicè nominatur; quaſi ſenſualis hominis anima & vita libidine conſtet. Bonus myſticè Samſon, qui morte animæ ſuæ, id eſt, ſenſualitatis, infernalium Philiſthinorum mortem inuenit, & vitalem glorioſè triumphum reportauit. O! *Moriatur anima mea cum Philiſthiim. Anima, id eſt ſenſualitas.*

5. Paullus recenſens vitia, in quibus olim (ad Epheſ. 2. v. 3.) Epheſij infideles verſabantur, ita ſcribit: *In quibus & nos omnes aliquandò conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum,* (Græcus.) Græcè ſcribitur, *voluntates.* Quaſi dicat: Explentes appetitus & deſideria concupiſcentiæ, ſiue ea quæ carni, id eſt, concupiſcentiæ carnali, cogitationi & fantaſiæ libebant, quæque concupiſcentia volebat, id eſt, appetebat Pro *τῶ cogitationum*, Ambroſius vertit (S. Ambroſ. S. Hierony.) *Conſiliorum.* Hieronymus, *Mentium.* Sed quid eſt quod carni adſcribitur *voluntas, cogitatio, mens, conſilium*; cùm potiùs conſilij inopes & veſanè amentes reddat cùm luxuriæ igniculis homo ſufflammatur? Sanè homo laſciuus ſic (Libido rationis expertem facere dicitur.) mentem ac rationem deſueſcit, vt phantaſia illi pro ratione ſit, & pro voluptate concupiſcentiâ, quaſi interim mente viduetur. Eleganter Ioannes Climacus Gradu 15. ita ſcribit: *Im-* (Ioan. Clim.) *mundus ſanè ſpiritus*; inquit, *inuerecundus, impudicus, immanis eſt & atrox, qui dum cordis ſenſum impudenter occupat. facit quoque vt is qui impugnatur in morem fornacis vratur, Deum denique non timet, æterni ſupplicij memoriam nihil exiſtimat, orationem execratur.... mentis* (Libido infernalis gehennæ memoriam abolet.) *impotem, & totius rationis expertem facit, ingique concupiſcentiâ inebriat.* Eheu! ſic amentes, ac propè infideles & atheos, infelices homines, quos occupat, luxuria reddit? Scilicet præcoquo gehennæ igni vſtulantur; ſic obduratione lapideſcūt, vt infernalis flammæ memoriam penè expunxerint, & ad res fidei velut cæci ac ſurdi; ſicque à libidine obbruteſcunt, vt phantaſiam pro ratione, pro voluntate concupiſcentiam habere videantur. *Mentis impotem, & totius rationis expertem facit* eum, qui *facit voluntatem carnis, & cogitationem.* Hanc à libidi- (Hîc verſ. 14.) ne veſaniam experta eſt Orpha, à Noëmī & Ruthâ diſcedens, ſi Hebræis credimus.

6. Lucæ 7. mulier illa Peccatrix elogio nobilis, importuna conuiuio, veniæ opportuna, ad pedes Ieſu prouoluitur, & lacrymarum balneo, in Chriſti pedibus priſtinæ abluit impudentiæ ve- (Lucæ 7. v. 39.) ſtigia. Vidēs autē Phariſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens: *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum;* (S. Auguſtin. Chriſtus inſcitia denotatur, ne vlſomodo libidinis arguatur.) *quia peccatrix eſt.* Quæ verba exponens S. Auguſtinus Serm. 11. ad Fratres, de cautelâ à libidine, ita ſcribit: *Quia ergò eam Phariſæus repulſurus eſſet, cum hoc Dominus non fecit, exiſtimauit eum neſcire, quæ illa eſſet, & dixit apud ſemetipſum: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret quæ mulier ſibi acceſſit ad pedes. Non dixit: Repuliſſet eam: ſed ſciret quæ eſſet: tanquam eſſet conſequens, vt ſi ſciret, repelleret. Ex illo ergo quod non eam repulit, etiam neſcire eum pro certo ſuſpicatus eſt.* Bonus Dominus, qui maluit permittere ſe de inſcitiâ argui, quàm denotari, quòd ſciens & volens ſe à feminâ peccatrice tangi permiſerit.

...P. Didac. Celada in Ruth.

---

§. LXII.

Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & varietatibus temperatus; malè audit.

CErtè habitum vertere, naturæ totius ſollenne munus eſt; & velut cognato ſui tædio, quandoquidèm eſſentiam excuſſiſſe non eualet, accidentiam euariare exambit. Mundus ipſe hoc munere fungitur; neque enim mundus, ſi non vt mundus. Proindè dum cogit diuerſa in vnum, ex demutatione diuerſa ſunt, etſi ſub vno vocabulo vniuerſatim denotentur. Sic in mundo, *diuerſitatis diſcordiam vices fœderant* (ait Tertullianus) id eſt, conſtantia perpetuæ (Tertull. l. de Pallio c. 2.) viciſſitudinis, quâ res aliæ aliis ſuccedunt, & in ſe inceſſanter demutantur, & ipſæ tamquam non (Rerum natura male variationibus obnoxia naſcitur.) ipſæ, ſed aliæ ſuccidaneâ mutatione apparent; diſcordiam illam *fœderant*, id eſt, concordem faciunt. *Ita mutando erit mundus omnis, qui & diuerſitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Mitto cælum perpetuo motu, & vices alternante ſemper viciſſitudine corporatum; terram, ſi recenſeas, temporatim veſtiri amantem, propè ſis eamdem negare, memor viridem, cùm conſpicis flauam, mox & viſurus canam. Sic terra, licet ſtabilitatis ſymbolum, vices ſecum reciprocat, nunquam ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quandò alia. Sic & homo, princeps terræ inquilinus, *varium animal* ſententioſè dicitur, (S. Nazianz. alibi expenſus.) quaſi aliquâ ſui nauſeâ (quò terræ ſoboles mundo temperata dignoſcitur) non bono, opinor, humanæ naturæ elogio; ex quo generoſam cum cælicolis cognationem malè degener diffitetur. Quid tam turpe, quàm homo anceps, dubius, incertus, ac varius? ſibi non placet, & omnibus diſplicet.

2. Michæas cap. 1. Hebræi populi ſtrages, & Ieroſolymæ ac templi excidium annuncians, ſic funeſtè loquitur, vltrà Ieremiam tragicus Vates: Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpolia- (Michææ 1. v. 8.) tus, & nudus: *Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.* Profectò Struthio- (Ferè ex Plin. l. 10. c. 1.) nes grandiſſimi ſunt, & penè beſtiarum generis, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demùm datis pennis, vt currentem adiuuent: cetero non ſunt volucres, nec à terrâ tolluntur. Vngulæ iis ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ: conoſque bellicos & galeas pennæ pereleganter adornant. De huius ſiue beſtiæ, ſiue volucris luctu, & cauſsâ quæ lugubrem funeſtè planctum moueat, multa ad litteram noſter Ribera, Sanctius, (Ribera. Sanctius. Cornelius.) & Cornelius inibi tradunt. Verùm S. Gregorius

S. Gregor. l. 31. Moral. cap. 5.

in cap. 39. Iob, vbi de Struthione agitur, aliam fortè luctuoſi planctûs occaſionem ethicè proponit: *A terrâ quippè,* inquit, *eleuari non valet, & alas quaſi ad volatum ſpe tenùs erigit: ſed tamen numquam à terrâ ſe eleuando ſuſpendit.* Et confeſtim huiuſce belluinę auis proprietates hominibus ſic ethicè adaptat: *Habent quippè volandi pennas per ſpeciem, ſed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram ſanctitatis extendunt, ſed curarum ſecularium pondere pregrauati, nullatenùs à terrâ ſubleuantur.* Itaque, vt

Iob 39. v. 13.

ſapienter inquit Iobus: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris.* Quis herodium & accipitrem neſciat aues reliquas quantâ volatûs ſui celeritate tranſcendat? Struthio verò pennæ eorum ſimilitudinem habet, ſed volatûs eorum celeritatem non habet. Indè forſan funeſto planctu nimis angitur ſtruthio, quem pudet per humum beſtiarum adinſtar repere, & de pennatum pulchro apparatu, volatum quem præſumit, explicare vix eualet. Volucri ſpecie prædìtus, inter beſtias recenſeri ambitiosè dedignatur, & cum illis per terram repere; cùm autem ob pergrauem pigrè volatum, etſi pennas habeat velociſſimis auibus ſimiles, vix à terrâ ſe poſſit attollere, quaſi ancipitis naturæ ſit, & ambiguæ ſortis, funeſtè gemit, querulus de incertâ naturâ, & dubio naturæ genio, cùm pudeat per humum cum beſtiis repere, nec ambita aëris habitatio, ei cum reliquo pennatorum genere concedatur. Exindè meritò nimis mœret, & ambiguam naturæ ſortem, ancipitem, ac incertam funeſtè luget. *Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.* Heu quoties tædet nos eius ſtatûs, quo cenſemur; & cùm alium ſublimiorem fauoris, aut præſumpti arroganter meriti pennis ambimus, neque ei adnumerati conceditur, nauſeabundi pigreſcimus, & neutriùs munera obimus! illum pudore dedignamur, hunc arrogantiæ alis præſumimus. quare ambiguo ſemper cenſu neutrum obimus, & querulo ſtruthionum luctu diſcruciamur.

Pennatum ſtruthionem pudet per terram repere, & ei volatus negatur.

3. Leuitici 11. ſacer Hebræorum Legiſlator Moyſes, Dei inſtinctu multa volucrum genera, tamquam immunda, profana & execranda, à Dei populo veſci ſeriò vetat: Hæc ſunt, inquit, quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis; aquilam & griphem .... ſtruthionem & noctuam.... *Et cygnum, & onocrotalum,* &c. Ad hunc locum benè ex S. Iſidoro notat Carthuſianus, *Si in prohibitionibus auium, qui in iſto capitulo prohibentur hominibus comedere, non lateret myſterium, eſſet in textu ſuperfluitas magna verborum. Multa namque prohibentur in eo, quæ nullus Iudæorum, aut etiam aliorum benè diſpoſitorum comedere conſueuit: quod patet per ſe, ideò myſtica eſt ratio eorum* Ergò myſtica huius prohibitionis cauſſa ſollertiùs peruestiganda eſt. Pergit ipſe, penè ex Abulenſi hæc ſubdens: *Cygnus eſt auis nota, pennis albiſſima, carne nigra; inter piſces nutrita, eos non comedit, ponderoſum gerit corpus, ideò rarò volat, diligitque quietem; quaſi mortem contemnens, dulciter canit morte inſtante.* Ecce tibi animantem meritò reiectaneam. Quaſi aquaticum prorsùs animal foret, in aquis verſatur, & gregalibus piſcibus minimè veſcitur, quaſi de piſcis naturâ, & grato piſcium conſortio ſibi aduletur. In terra etiam ambulat, in eâque nidificat, & ſuam fœcunditatem oſtentat, dum in terrâ parit oua, & ea excludit. Sublimem quoque aëris habitationem ambit, & more volucrum, in quorum cenſu eſt, ſuper aëra volat. Dulci modulatè cantu vicinam contemnit mortem, quâdam ambiguæ naturæ præſumptione arroganti, quod etſi tamquam volucris moriatur in terrâ aut aëre, in aquis forſan velut piſcis victura ſit, aliquo dubiæ naturæ priuilegio. Quare myſtico ethicè Sacramento, à Dei populo cygnus, tamquam auis reiectanea, profana, & abominabilis cenſetur, de ambiguæ naturæ non bono elogio: quippè quæ, terræ, aquæ, & aëris elogia, & commoda captare ambit; & dum in triplici elemento cenſeri præſumit, nullius metatum pertigit, nullius munus implet, nullius perfectionem viciſſitudinibus corporata, conſummare eualet. Aquarum nauſeâ in terram proſilit, & terræ ſtipendia captat; & velut terræ faſtidio, celeri pennâ ſe tollit in aëra, agens vindicias de cognatâ deſidiâ: & rursùs terræ ac aëris tædio, ſeſe mergit in aquis, nec dubiæ naturæ notam indè abluit: imò indè putatur *immunda,* vndè credi poterat iam diluta. Profanum ſanè eſt, & meritò reiiciendum, quod nullibi incola eſt, ſed vbiuis inquilinum, dubio naturæ, ac naturalis elementi cenſu, & ambiguo ſemper ſtudio.

Leuit. 11. v. 18. S. Iſidorus. Carthuſ. ibi.

Abulenſ. *Cygnus in triplici elemento viuens, reiectaneus habetur, & in nullo cenſetur.*

Zachariæ 5. Egreſſus eſt Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua oculos tuos, 4.
& vide quid eſt hoc, quod egreditur: *Hæc eſt amphora egrediens: hæc eſt oculus eorum* (Iudæorum) *in vniuersâ terrâ. Et ecce talentum plumbi portabatur.* Hoc talentum plumbi ſuper amphoram notat pergraue pondus culpæ, & conſequenter pœnæ, quæ peccatores Iudæos Babylonico exilio puniendos deprimit & opprimit, vt ſeſe erigere, & ab eâ eximere nequeât: vndè obſtruit os amphoræ, vt impietas eâ incluſa in æternum occluſa maneat. Ita S. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & Lyranus. Hæc ergò *amphora* impietate Iudaicâ plenè exundans, *eſt oculus eorum in vniuersâ terrâ,* id eſt, tota oculata ad concupiſcentiæ illecebras, ad ambitionis faſtum, & ad omnem ſcelerosè impietatem, huiuſmodi blandimenta ſagaciter ſcrutatur, & operosè exequitur. Deindè leuaui oculos meos, & vidi: *Et leuauerunt amphoram inter terram & cælum.* Scilicet non curſu, non equis, non curru, ſed volatu, id eſt, velociſſimè tranſtulerunt *amphoram,* vt ex contextu liquidè conſtat. Qui enim volat, librat ſe in aëre inter cælum & terram. Rupertus inibi ſic ad rem hæc verba exponit: *Leuauerunt amphoram inter cælum & terram. Nec terra ſua capit eos* (Iudæos inquam) *nec cælum admittet eos. Et quemadmodum ſignifer eorum Iudas proditor periit, ſuſpenſus inter cælum & terram, cæli terræque perouus; ſic & iſte populus à terrenâ Ieruſalem excluſus, & cæleſti factus indignus, quaſi pendet inter cælum & terram.* Putaret aliquis, quòd iſtiuſmodi *amphora* tot grauiſſimis Iudæorum peccatis plena, pergraui plumbi talento ſuperpoſito; tanti ponderis mole ad infimiſſimum terrę locum concitatâ ruinâ deſcenderet, & grauiſſimè in imo ſubſideret. At vt viuaciùs exponatur tot enormitas ſcelerum, quæ oculata ad libidinis, arrogantiæ & auaritiæ blandimenta commiſit, à terra exulare cogitur, nec cælum

S. Hierony. Haymo. Remigius. Rupertus. Lyran. ibi.

Zachar. 5. v. 9.

Rupertus.

Oculata amphora, peccatorum ſymbolum, inter cælum & terram ſuſpenditur, quare?

Digitized by Google

cælum inhabitare permittitur; ſed in medio ac peregrino elemento à reliquis excuſſa, *ſuſpenditur. Quia nec terra ſua capit eos, nec cælum admittit.* Itaque Propheta ad exaggerandã flagitioſiorem Iudaici populi malitiam, hanc *amphoram* eâ plenam, & quaſi talento plumbi prægrauatam, à cognatâ terrâ violenter exulare compellit, nec in cælo tamquam in patriâ habitare permittit; ſed velut dubiæ, incertæ, & ambiguæ naturæ, in extraneo ſibi aëre inquilina ſuſpenditur. Sic huiuſmodi *amphoram*, enormium flagitiorum Symbolum, *eleuauerunt inter cælum & terram*, tenetúrque *ſuſpenſa inter cælum & terram, cæli, terræque peroſa.*

5. In hoc cap. 1. Ruth & Orpha Moabitides, generoſo connubio inſeruntur populo Dei; ſed tædis infelicibus, morte maritorum præcurrente optatiſſimam ſobolem. Ergò lugubris Noëmi viduata marito, & duobus filiis orbata, regreſſum in patriam adornat. Ruth Hebrææ religionis tenaciſſima, & Bethlehem præmaturè incola, regreſſum ad Moabitidem idololatram, velut *obſtinato animo* recuſſat. Orpha verò, quæ mente ambiguâ nutabat, è Bethlehemitico itinere repedat regreſſu degenere. *Orpha oſculata eſt ſocrum, ac reuerſa eſt.* Quid aliud faceret ambigua mulier, Moabitidis languidè deſertrix, nec ipſa Iſraëlitis pleno animi voto? Nec ſuæ Moabitidis mores retinuit, nec Iſraëlis veram cum moribus religionem arripuit. Et (ſi Hebræis credimus) exindè meretricem impudentiſſimam egit; & eſſe putatur mater gigantis Goliath, qui violentis ſtragibus giganteâ hoſtilitate Dei populum infeſtauit. Tales mores eam decebant, quæ Moabitidem perdidit, nec Iſraëlitidem fecit.

Sceleroſiſſima dicitur Orpha, quæ Moabitidem perdidit, nec Iſraelitidem fecit.

Hîc verſ. 14.

Conſule Cômentarium litteralem, vbi refutauimus hoc Hebræorum placitum.

§. LXIII.

Homo in terris, præ mutabilitate, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, & non alius.

1. SI miraris (ait S. Ambroſius) quomodò defectum Luna patiatur, cùm tantam vim mutationis habeat ſuæ; conſidera & in eo magnum eſſe myſterium, quòd eius exemplo cognoſcis, ô homo, nihil rerum humanarum eſſe poſſe, & mundanæ totius creaturæ, quod non aliquandò reſoluatur. Nam ſi etiam Luna cui tantum Dominus commiſit miniſterium, vt illuminet orbem terrarum, & creſcit & deficit, quia omnia ex nihilo orta vſque ad perfectionem veniunt, & iterùm perfecta minuuntur: cùr non id moderationis aſſumimus, vt neque in aduerſis abiiciamus animum, & rurſùm non extollamur in proſperis, neque in poteſtate aliquâ nos diuitiiſque iactemus, neque in viribus corporis aut pulchritudine gloriemur, in quo eſt facilis corruptio, crebra mutatio? *Nam ſi te Lunæ contriſtat occaſus, quæ ſe ſemper reparat ac reformat: multò magis contriſtare te debet ſi anima profectu virtutis impleta cùm fuerit, poſteà per inconſtantiam mentis à ſuo deflexa propoſito, ſtudia ſua ſæpè commutet ..... Aliud eſt fungi miniſterio, aliud circumferri ingenio, & ſenſus infirmitate fixam non habere ſententiam.* Heu,

S. Ambr. l. 4. Exaëm. c. 8.

Quàm ſit homini cognata mutatio.

ſic homo mutationibus corporatur, nunquam ipſe, ſemper alius; etſi numquam magis ipſe, quàm cum alius! Sic inconſtantiæ obæratus naſcitur!

Iob cap. 19. hâc ſpe erectus duram calamitatem frangit: Scio, inquit, quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terrâ ſurrecturus ſum: & rurſùm circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum. *Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.* Putant etiam cum S. Thomâ, quòd Iobus hîc intelligit Chriſtum hominem Deum, qui oculis videri poteſt corporeis, quæ Sanctis eſt beatitudinis accidentalis portio præcipua. *Ego ipſe Iob* (ait Hieronymus,) *qui in ſtercore iaceo, & totus vulnerum ſanie computreſco, ego inquam Iob iam incorruptus, atque vulneribus diſſolutus, in hâc carne mortali, incorruptâ reſurrectione futurâ glorificatus, videbo Deum. Et vt exprimeret ipſius corporis inſtaurationem, ait, Et oculi mei conſpecturi ſunt.* Ita quidèm. Sed quid neceſſè fuit addere, *Et non alius?* An non id ſemel & iterùm expreſſerat, dicendo, *ego ipſe*, & rurſus, *oculi mei conſpecturi ſunt?* Quorsùm id ipſum propè vſque ad nauſeam auditorum inculcat? Porrò ſi ipſe Iob ſuiſmet oculis conſpecturus erat Deum, nimis ſuperuacuè videtur addi, *Et non alius.* Belliſſimè Galfridus ibidèm apud Tilmannum, ita ſcribit: *Quē viſurus ſum ego ipſe, & non alius. Vt quid inculcans verba multiplicas? Quia propemodùm alius, ſed tamen ego ipſe, & non alius. Interim námque quomodò videor ego ipſe, dum nondùm eodem ſtatu permaneo? Tunc ego ipſe facturus ſum, videns eum qui idem ipſe eſt ſimilis factus ei.* Altè quidèm Galfridus! Scilicet ideò ait Iobus, *ego ipſe* in cælo conſpecturus ſum Deum hiſce oculis; & inſuper addit, *& non alius*, vt denotet quod ipſe, non hìc ſemper eſt, ſed erit in cælo, ipſemet, & non alius, fruens eius beatâ viſione, qui *idem ipſe* eſt; anteuertens illam Ioannis Apoſtoli gnomen, *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Quaſi dicat Iobus: Nunc in hâc vitâ mortali, ſic mutationibus obnoxius viuo, ſic ad ſingulas horas, pro leuiculâ occaſionum & affectuum varietate demutor, vt propè ſim quòd negem meipſum nunc eſſe, & non alium, qui nuper eram; ſic mutationibus temperatus, variis affectibus animatus, & vicibus corporatus mihi videor. Quare qui nunc ipſe alius ſemper ſum; in beatâ cæli gloriâ, videns eum qui idem ipſe eſt, tunc ero *ego ipſe, & non alius*, tot varietatum ac mutationum alternatione exemptus.

2.

Iob. 19. v. 27.

S. Thom. ibi.

S. Hierony. ibi.

Galfridus. Tilmannus.

Homo in terris, ipſe alius eſt; in cælo verò ipſe, non alius.

1. Ioan. 3. v. 2.

Ad Romanos 8. ita ſcribit Paullus: *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe:* quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. τὸ vanitas*, cùm dicitur omnis creatura ſubiecta *vanitati*, ab Interpretibus accipitur pro *mutabilitate*, quam inſenſiles creaturæ nimis grauatè patiuntur, dum in hominis ſeruitio occupantur; interim enim defectui, mutationi, ac corruptioni obnoxiæ ſunt. Quod *non volens*, id eſt, *non ſpontè* (vt legit Hieronymus;) ſed reluctans, ingemiſcens, & velut parturiens, omnis creatura ſuſtinet vſque ad ſeculi conſum-

3. ad Rom. 8. v. 20.

S. Hierony.

mationem. Pro τὸ *vanitate*, id eſt, *mutabilitate*, Eraſmus. aliqui ex Græcis codicibus habent, *fruſtrationi*, quaſi continua creaturarum *mutabilitas*, ſit earum *fruſtratio* : nam identidèm ſuis naturis illudunt inceſſanti defectu, quo vices cum aliis alternant. Vndè dum aliæ alias creaturas irrequietâ generatione *parturiunt*, præ dolore *ingemiſcunt*. Non ſic homo, non ſic; ſed exanimalibus creaturis inſenſibilior, mutationibus gaudet, cognato vniformis permanentiæ tædio, nauſeans ad diu ſimilia, inſanè alacri mutationis S. Ambroſ. appetentiâ. Quod eloquenter tradit Ambroſius lib.4. Exaëmeron cap. 8. ſic præſcriptum Paulli locum præſtrictim elucidans: *Aliud eſt fungi miniſterio* (quod faciunt creaturæ dum mutantur; *aliud circumferri ingenio, & ſenſûs infirmitate fixam non habere ſententiam. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt: non ſpontè: ſed propter eum* *Ob mutabilitatem creaturæ ingemiſcunt, homo ſibi gratulatur.* *qui ſubiecit in ſpe. Illa ergò non ſpontè mutatur, tu ſpontè mutaris. Illa congemiſcit, & comparturit in ſuâ mutatione: tu non intelligis, & gratularis frequenter.* O malum! ô fatuam hominum vecordiam! Præ inſenſibilibus creaturis homo ſtulteſcit, dum illæ, cùm ſe videant vanitati *mutabilitatis*, & naturarum *fruſtrationi* obnoxias propter homines, vicem ſuam dolent, *congemiſcunt*, & *comparturiunt* præ doloris impatientiâ: At homo ſic præ brutis obbruteſcit fatuè, vt mentis inops varietatibus gaudeat, & de mutationis probro, ſibi & naturæ *frequenter gratuletur.* Hem! ſic in ſuis contumeliis inſcius ſibi plaudet? ſic cui cognata eſt ambitionis arrogantia, ſibi de ſuis vilitatibus adulatur? Lenocinium eſt vanægloriæ, quod inconſtantiæ probrum exaggerat? Non bona foret mutabilitatis patientia; ergò ſtulta *gratulatio* eſt. O diſcat homo de exanimalium gymnaſio, de ſuâ *mutabilitate*, ſeu potiùs *fruſtratione*, non ſibi propudioſè *gratulari*! Suſpiret in terris ad cæleſtia, ibi enim, ibi, inquam, erit *ipſe*, *& non alius.* Quod ſanctus Iobus hianter expectabat.

4. Prouerb 15. v.7. Prouerbiorum 15. de Salamonis ſcholâ hæc gnome proponitur: *Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.* Per *ſapientes* hìc intelliguntur, qui veræ ſapientiæ, id eſt, virtuti ſtudent: hæc enim eſt Sanctorum Tranſlationes. ſapientia. Per τὸ *diſſeminabunt*, alij habent, *cuſtodient*; alij *conſtringent*, ſeu *alligabunt*. Quæ excriptiones in idem recidunt; idem enim explicatiùs tradunt. Nam vir ſapiens ſapientiam & virtutem cordi ſuo *alligat* & *conſtringit*; & indè eam *cuſtodit*: quare labia eius ſapientiam conſtanter *diſſeminant*. Non ſic ſtultus, cuius Lxx. Interpr. Catena Græc. cor eſt *diſſimile*. Lxx. Interpretes, *Corda imprudentium non ſecura.* Auctor Catenæ Græcorum, *Stultorum autem corda ſunt lubrica & inſtabilia.* Itaque cor imprudentium cum pro leuiculis occaſionibus & affectibus de facili immutetur, dicitur à mutabilitate *non ſecurum, lubricum, inſtabile*, & ſibi inceſſanter *diſſimile*. Sapienter Gre- S.Gregorius gorius Magnus 3. p. Paſtoral. Admonit. 19. *De iſtis*, ait, *Scribitur: Cor ſtultorum diſſimile erit. Cor quippè ſapientum ſibimetipſis ſemper eſt ſimile: quia dum veris perſuaſionibus acquieſcit, conſtanter ſe in bono opere dirigit. Cor verò ſtul-* *Homo varius, ſibi diſſimilis, ſe ipſum negat.* *torum diſſimile eſt: quia dum mutabilitate ſe varium exhibet, numquam id quod fuerat manet.* Alius ex alio ſemper eſt, numquam ipſe. Se iugiter negat, quaſi ſe ſui pœniteat, & quodam ſui tædio, alius à ſe eſſe inceſſanter malit. Cor imprudentis *lubricum* eſt: quis in lubrico pedem tutò figat? quare in eis collocata fiducia, lapſus eſt. Cor imprudentis *non ſecurum* eſt, quia *inſtabile* eſt. Et quia *diſſimile* eſt; quem ſemel expertus es hominem, rurſus inuenies polypum, quem vicinia colorat; aut chamæleonta, qui pelliculâ viuit, & eâdem abſconditur. Nam & Tertull. l. de Pallio. c. 5. *Chamæleon mutare totus, nec aliud valet: nam cùm illi coloris proprietas vna ſit, vt quid acceſſit, indè ſuffunditur: hoc ſoli Chamæleonti datur, quod vulgò dictum eſt, De corio ſuo ludere.* Sibi autem illudit, qui de inconſtantiæ viciſſitudinibus, ſemper à ſe alius, fidem adimit ſibi. Bona Ruth, eò de magnanimæ conſtantiæ elogio ab Hic verſ.14. omnibus laudatior, quò inconſtantia Orphæ turpior apparet. In viæ initio Orpha probè ſequax, in viâ nutat, & cogitat de regreſſu; & de primâ manſione infidè repedat: in fide *lubrica, inſtabilis, non ſecura*, & ſibi propudioſè *diſſimilis*. I, ito infelix, mutabilitatis tuæ pœnas in patriâ lues, dum felicitati Ruthæ inuideris, quæ ob propoſiti conſtantiam flecti neſciam, generoſa Regum mater nominari promeruit.

2. Corinth. 1. Paullus ſollicitè amolitur à ſe 5.
leuitatis & inconſtantiæ notam: quòd ad eos, 2. Cor. 1. v. 17. vti promiſerat, non venerit: ſimulque aſſerit firmam & conſtantem eſſe ſuæ prædicationis veritatem. *Cùm, inquit, hoc voluiſſem, numquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito ſecundùm carnem cogito, vt ſit apud me Eſt, & Non? Fidelis Deus* &c. Vide quàm ſit Paullus velut anxiè ſollicitus, vt hanc leuitatis ac inconſtantiæ ſuſpicionem detegat, ne opinio leuitatis illum, & cum illo Euangelij prædicationem exauctorare videatur. Sapienter S. Gregorius nuper lauda- S. Gregor. 3. tus: Aliter, inquit, admonendi ſunt pertinaces, atque aliter inconſtantes. Pertinacibus namque dicendum eſt, quòd plus de ſe, quàm ſunt ſentiunt. *Inconſtantibus verò intimandum eſt, quòd valdè ſe deſpicientes negligunt, & ideò leuitate cogitationum à ſuo iudicio per temporum momenta flectuntur.... Iſtis dicendum eſt, quia ſi hoc quod ſunt vtcumque attenderent, nequa-* *Homo varius & inconſtans, ad id quod eſt non attendit; & infrà ſe ſordidè ſe abiicit.* *quam eos per tot varietatis littora mobilitatis aura verſaret.* Itaque qui inconſtanter varius eſt, proprio ſe contemnit ſuffragio, & contemnendum obiicit alieno; quandoquidèm ipſe proprio iudicio egregiè diffidat; & proprio ſui neglectu, negotietur alienum. Infrà id quod eſt, ſeipſum ſordidè abiicit, qui leui inconſtantiæ aurâ quoquouerſùs ventilatur; *quia ſi hoc quod eſt vtcumque attenderet, nequaquam eum per tot varietatis littora mobilitatis aura verſaret.* Planè ſui ſemper refuga, ſe diffitetur, qui mutabilitatis vitio laborat. Quare Paullus ne vel in re exigui momenti inconſtans audiat, nimis hìc ſatagit apud Corinthios, ne Euangelij doctrinâ ſimul cum eo exauctorari videatur.

§. LXIV.

Digitized by Google

§. LXIV.

Non bonum aliorum exemplum, bonos mores pernicioſè toxicat.

1. EX vitio alterius ſapiens emendat ſuum; inſipiens ſuum facit, quod in alio vitium agnoſcit, & aliena vitia oculis haurit, ac moribus fouet. Dignus tibi ſis, coràm te peccare pudeat, & ipſe tibi perſonæ auctoritatem dabis: alioqui citò ibis poſt vitia, quæ ſaltem vultu non exprobras, quæ dum ſilenter vides, garrulus approbas. Spectata aliorum malitia, gregales paſſim diſcipulos aut inuenit, aut facit. Quem mali aſpectus non auertit, euertit. Efficaciſſimum ad ſcandelam eſt non boni exempli magiſterium, quod dum viſum peſtilenter toxicat, peſtilitatem ſuam moribus afflat. Qui in aperto male viuit impunè, magiſter eſt publicæ corruptelæ: quicquid quiſque fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. Niſi ab hâc morum peſte te cautiùs ſubtrahas, contagium ſenties inſenſili ſenſim hauſtu, mores ad interum toxicante. O caue hanc obuiam mundi peſtem, quiſquis cælum amas!

Malum exemplum mores ſpectatorum toxicat.

2. Geneſeos 1. vix præfulſit primæua illa lux, & ad examen vocatur, priúſquam miniſterio ſuo deſtinetur, proprióque honoretur vocabulo. Dixit Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. *Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem.* Super quibus verbis ſic Hugo Victorinus apud Tilmannum ibi, eleganter philoſophatur: *Non negligenter transeundum eſt quòd dicitur: Vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. Fecit & vidit, deindè diuiſit & vocauit. Quare vidit? Noluit priùs diuidere quàm vidiſſet, priùs vidit ſi eſſet bona: & tunc demùm diuiſit lucem à tenebris: vocauitque lucem Diem, & tenebras noctem.* Pendo verborum ſeriem, vt pandam ordinis appoſitiſſimi ſacramenta. Nempè priùs lucem Deus *vidit*, hoc eſt, ad bonitatis examen vocauit: dein viſam & examinatam approbauit: exin lucem examine approbatam, & de *bonitatis* elogio commendatam, ab obſcurâ tenebrarum malignitate *diuidit*, ne eam infuſcet peſtilens tenebrarum contubernium: mox lucendi miniſterio deſtinat: demùm prælustre *Diei* nomen imponit. Itaque bona *lux*, etſi ore Dei approbata, quo vſque à *tenebris*, id eſt, obſcuro flagitioſorum conſortio ſegregetur, ne malignè offuſcetur eorum conſortio; nec præclare lucendi deſtinatur miniſterio, nec in rerum naturâ nomen habet. Hem! ſic eſt anonyma lux, & res ſine nomine, nec lucendi permittitur officio, quouſque à tetro obſcuróque cōtubernio ſeparetur? Sic Deus præcauet à non bono gregalium exemplo, vt nec nomen, nec miniſteriale nominis ſui officium illi iam approbatæ permittat, quouſque à tenebrarum viciniâ ſegregatur? Poſt diuini examinis præclaram approbationem, quò in laudatâ bonitate perſtet, adhuc reſtat illam à tenebris ſeparare. *Fecit, & vidit; deindè diuiſit, & vocauit. Noluit priùs diuidere, quàm vidiſſet, ſi eſſet bona, & tunc demùm diuiſit.* quaſi ſeparatio à malo malorum exemplo, ſit diuinæ approbationis ſequela, & duraturæ bonitatis character. O probè nexas virtutum conſequentias! Heu quàm eſt periculoſum improborum contubernium, quò adſimilis improbitas ſenſim affricatur peſtifero morum contagio!

Geneſ. 1. v. 4. & 5.

Hugo Victor. Tilmannus.

Nec nomen, nec miniſterium bona luci permittitur, quouſque à tenebris ſeparetur.

Deuteronomij 6. diuinæ legi promulgandæ hoc procemiolū moraliſſimè præmittitur: *Audi Iſrael, & obſerua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & benè ſit tibi, & multipliceris ampliùs.* 3.
Nonnulli addunt, *Audi Iſrael, & tace*; quo ad perfectionem legis attentione audiendæ, & opere faciendæ, non ſolùm audientiam, ſed & ſilentium expoſcat. Quod eſt hoc arcanum ſilentium, quod expetitur ad audiendum & adimplendum diuinæ legis ſacramentum? Adam in Allegoriis veteris Teſtamenti citatus, ſic hunc locum ethicè exponit: *Dum populo Dei lex diuina proponitur, in ipſis ſuis vitiis deſaciendâ Deo audientiâ, & de tenendo ſilentio Iſraël commonetur. Proindè verbi diſcipulus, aut ſe falsò profitetur verbi diſcipulum, aut veraciter tenet & diligit ſilentij Sacramentum.* Subindè exponit quódnam ſit hoc ſilentij ſacramentum, quod moribus debent reipsâ conuerſantibus ſecum exhibere: *Quid dicam, ait, de his qui venenum aſpidum habent ſub labiis, ſæpè impudenter turpia proferunt, detractionibus venenatis inſeruiūt, mentiri, periurare, contendere, peruersè interpretari quicquid boni viderint in aliis nullatenus erubeſcunt? Sepulcrum ſanè patens eſt guttur eorum. Et de ſepulcro gutturis tot quaſi mortuos efferunt, quot mortis exempla in aliorum perniciem proponunt, peruerſa loquendo, & eadem actitando.* Scilicet hi, hi, inquam, qui vel bona aliorum ſceleroſo commento deprauant, & ſic deprauata ore proponunt; qui etiam aliorum mala verbis propinant, & mala quæ ipſi actitant, coràm ſpectanda ore aut opere proſtituunt; tot efferunt mortuos, mortem aliorum de non bono exemplo ſpirantes, quot verba loquuntur, quot opera factitant. *De ſepulcro gutturis tot quaſi mortuos efferunt, quot mortis exempla in aliorum perniciem proponunt, peruerſa loquendo, & eadem actitando.* Geminata ſanè contagio contagiis fœcunda, & mala aliorum ore garrulo coràm proponere, & propria ſcelera imitanda prodere, dum ea impudenter factitat. Ab hoc malo vnum remedium eſt, vota & preces, quæ auertant peſtem hanc malitioſam. Itaque detractor malo aliorum exemplo audientes venenatè toxicat. Sic de facili aliena hauritur malitia, niſi ad aurium margines excoletur!

Deuter. 6. v. 3.

Adam de Perſenia.

Pſal. 5. v. 11.

Detractor malo aliorū exemplo audientes venenatè toxicat.

Lucæ 8. mulier illa furaci fide celebris, & clandeſtino furto nobilis extitit: quæ erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim: quæ deſperatâ à medicis ſanitate, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti Ieſu, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus: Quis me tetigit? Negantibus autem cunctis, dixit Petrus: *Præceptor, turba te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?* Hinc grandius ethicè litigium, quænam ſit hæc fidelium turba, quæ Chriſtum Deum & *affligere* audet, & *comprimere* eualet? nam eſſe de hâc hominum turbâ, omnes pariter diffitentur. Quis enim inter eos, qui Chriſtum premunt, numerari patiatur? Et tamen Petrus cum reliquis Apoſtolis verum dixit. Tempeſtiuè Gregorius lib. 3. Moral. capit. 14. 4.

Lucæ 8. v. 45.

S. Gregor.

Multi, inquit, *Dominum comprimunt, & vna tangit: quia carnales quique in Eccleſiâcum pr emunt, à quo longè ſunt; ſoli tangunt, qui huic veraciter humiles adiunguntur. Turba igitur premit: quia multitudo carnalium, quò intus admittitur, eò grauiùs toleratur. Premit, & non tangit: quia & importuna eſt per præſentiam, & abſens per vitam.* Et confeſtim Gregorius explicatiùs tradens, quínam ſint iſti, qui per vitam abſentes à Chriſto, illum nihilominùs moleſtè affligunt, & grauatè premunt, ſubdit: *Nonnumquam enim prauis nos ſermonibus, nonnumquam verò ſolis peruerſis moribus inſequuntur. Suadent namque aliquandò, quæ tenent; aliquandò verò etſi non ſuadeant, præbere tamen iniquitatis Exempla non ceſſant. Qui igitur ad mala nos vel verbis, vel Exmplis alliciunt, profectò perſecutores noſtri ſunt.* Et indè non ſolùm Eccleſiam perſequi, ſed Chriſtum comprimere perhibentur. Scilicet qui non bono exemplo, verbo aut opere ſuos aliis mores allinunt, & affricant prauitatem, & longè eſſe à Chriſto, & ſimul eum *premere* perhibentur. O! quis audeat, poſsítve Deum *premere?* Vide quàm ſit temerariè audax vitij ſpectati peſtilitas, vt Deum, quem procùl à ſe arcet, *premere* dicatur.

Malo peccatorum exẽplo, Christus comprimi dicitur.

5. Lucæ 10. homo deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho; & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. *Accidit autem vt Sacerdos quidam deſcenderet eâdem viâ: & viſo illo præteriit. Similiter & leuita cùm eſſet ſecùs locum, & videret eum, pertranſiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecùs eum: & videns eum, miſericordiâ motus eſt.* Et appropians, alligauit vulnera eius, &c. In hâc hominis Samaritani pietate, multa, ipſáque eximiè prælustria effulgent, commendatione & expenſione digniſſima. Illud tamen maximè elucidat, & deprædicat Chryſoſtomus, quòd præeuntium exempla minimè ſecutus fuerit, ſic ad rem fatus: *Accidit vt ſacerdos quidam, &c. Quin etiam ſi alij hoc fecerint, ne tu feceris. Ne dixeris apud temetipſum, homo ſum mundanus, vxorem & liberos habeo; iſta Sacerdotum ſunt, iſta Monachorum. Neque enim Samaritanus ille hæc dicebat; vbi nunc Sacerdotes? vbi nunc Phariſæi? vbi Iudæorum Doctores?* Grande quidèm pietatis in Samaritano miraculum, quòd malum exemplum ſemel & iterùm inculcatum, ab his qui moribus præfulgere debuerant, ſecutus non ſit, vitio ſuo prætendens alienum; ſed aliorum factis cæcus, & viſu ſuo piè operoſus, benignitatem, quam malè neglexerunt alij, ipſe intentiùs ſecutus eſt. Exindè hic Samaritanus communi Interpretum cenſu dignus habitus eſt, qui Chriſtus Deus putaretur, qui illo voluit micantiùs tranſlucere. Tranſparet etiam nunc in eius proauiâ Ruthâ, cui poſtquam ad ſuos regreſſa eſt Orpha, dixit ſocrus Noëmi: *En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ.* Ipſa autem alacri conſtantiâ, & magnanimâ virtute, non bonum Orphæ exemplum negligens, tunc vel maximè velut *obſtinato animo* ſuos auerſata ad Dei populum properantiùs feſtinauit; dignáque ſic euaſit, ex quâ Chriſtus tandem naſceretur.

Lucæ 10. v. 31. 32. & 33.

Bonus Samaritanus, & Chriſti typus, qui præeuntium exemplum malum non fuit ſecutus. S. Chryſ. Orat. 5. adu. Iudæos.

Hîc verſ. 15.

6. Matthæi 18. *Qui autem ſcandalizauit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt*, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, &c. Scãdalum propriè accipio cum Ianſenio & Cornelio noſtro. Et putauerim eſſe cognatum puſillorum vitium, quod ſollers induſtria facile deludit. Hæc Matthæi verba expendens Chryſologus apud Tilmannum ibi, ita fatur: *Scandalorum autem genera ſunt diuerſa: & prima ſunt illa, quæ Diaboli fraus parturit, ſecunda quæ generat calliditas humana, tertia quæ parit in nobis ſuſpicax & incauta natura.* Diaboli hoſtilitas, niſi de te armetur, imbecilla eſt. Inimici hominis calliditatem, ipſa de hoſtibus cautela fruſtratur. Exindè *ſuſpicax*, & alioquin *incauta*, cuiúſque natura, periculoſius ſibi ſcandalum parturit. Caue tibi à te, & omnia ſcandala deluſiſti. Quanta ſibi ſcandala creet, incautè *ſuſpicax* quorundam natura, & videmus, & dolemus. Ipſi ſibi fingunt hoſtem, iniuriam, & contumeliam. *Amputa opprobrium, quod ſuſpicatus ſum.*

Matth. 18. verſ. 6.

Ianſenius. Cornelius.

Suſpicax natura ſcandalum ſibi parturit.

S. Chryſol.

Pſal. 118. verſ. 39.

§. LXV.

Cathedra peſtilentiæ docet improbos, aliorum ſe improbitate defendere.

1. PVerum minor ætas excuſat, maior ſenem, feminam ſexus, extraneum libertas, domeſticum familiaritas. Omittamus excuſationes, nemo inuitus delinquit. Peccatum peccato addit, qui culpæ quam ipſe fecit, aliena patrocinia ad defenſionem adiungit. Sanè nulla eſt delicti excuſatio (etſi nulla expromptior ac frequentior,) delinquentium multitudo. Multitudo ſociorum ſicut nec innocentiam, ita neque impunitatem criminum facit. Cæci ducem quærunt, nos vitiis noſtris obcæcati, ſine duce erramus, & mox pro errorum duce, turbam errantium, in errorum auxilium adſciſcimus. Ipſi nos decipimus; non eſt extrinſecùs in aliis malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ipſis ſedet: & ideò difficiliùs ad ſanitatem venimus, quia neſcimus nos moribus ægrotare, quia multi pariter vitiis ægrotant. Aliorum frequens morbus, noſtram non leuat ægritudinem. Quòd malorum augetur numerus, auctarium malitiæ eſt; nec benè malitiam tinctâ bonitatis colorat. O intellige tuum eſſe vitium, quod putas aliorum. Crediderim, ex multorum ſceleroſis moribus, innocentiam malè præſumi. Suum cuiúſque eſt, quod illum ſiue bonum, ſiue malum factitat. Iſtiuſmodi excuſationis ingenium, arbitrium malitiæ eſt, & illius fœcundiùs propagandæ lenocinium.

Excuſatio, ex aliorum delictis malè innocentiam præſumit.

2. Pſalmographus ſic modulatè Pſalmos auſpicatur: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit.* De hac peſtilentiæ *cathedrâ*, à quâ qui recedit longiùs, prophetico ore beatur, multa multi eruditè diſſerunt. Plures commentationes Heſychius addenſat, qui cùm *peſtilentiæ* loco, *peſtium*, vel *peſtilentiarum* in Græco codice legat, in Catenâ ita ſcribit: *In cathedrâ peſtilentiæ non ſedit. Peſtes vocat impoſtores, qui ſpecie tenus iuſtitiam colunt, malitiam verò factis exercent. Hi quidèm vitam humanam inficiunt, Cathedra verò peſtilentiarum, eſt indicium iura prodentium. Cathedra peſtilentiarum eſt ſedes falſorum doctorum. Cathedra peſtilentiarum,*

Pſal. 1. v. 1.

Græcus.

Heſychius.

Hypocriſis dicitur Cathedra peſtilentiæ, quare?

tiarum, eſt hypocritarum ſtola. Cathedra peſtilentiarum, eſt ſacerdotum hypocriſis: in eâ iubet non ſedendum, longum abs re facerem, ſi expoſitiones ſingulas nunc elucidare vellem. Contentus eas excripſiſſe, gradum faciamus, ad tempeſtiuè idoneam Græcorum Patrum commentationem, quam hîc adducit in commentario Corderius: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit. At rectus hic noſter ſermo*, inquiunt, *beatum agnouit illum qui non communicauit conſilio impiorum, neque peccatorum facinoribus fuit addictus, neque peſtilentium flagitiis ſe muniuit.* Ecce tibi cathedra peſtilentiæ docet flagitioſorum facinoribus ſe munire, & aliorum delictis per garrulas excuſationes ſua clypeare. Hæc doctrina peſtis eſt; & ſuam contagionem afflans, latè ſerpit, & vitam humanam, hominúmque mores peſtiferâ tabe inficit, vitia alit, & virtutes enecat, dum peccandi pudorem excuſſit. Quaſi multitudo delinquentium, cùm malitiam latiùs propagat, illam à prauitate emaculet; & quia enormiùs increbreſcit, cum impunitate prauitatem exnat. Ergò *Beatus vir* ille prædicatur, qui cuiuſque moribus ſuam faciem reſtituit, nec communi delinquentium ſtolâ ſe veſtit ad innocentiam, nec de aliorum malitiâ bonitatem ſibi refingit, peſtifero morum adulterio. *Beatus vir, qui in cathedrâ peſtilentiæ nonſedit.* Id eſt, *neque peſtilentiæ flagitiis ſe muniuit* Heu, ſic eſt volupe in aliorum peccatis aſylum noſtris inuenire, ex prompto excuſationum arbitrio?

Græci Patr. ibi apud Caten. Corderij.

Cathedra peſtilentiæ docet, ſceleſtorum flagitiis ſe munire.

3. Tametſi rex Dauid ex Nathani prophetæ ore audierat eius peccatum eſſe dimiſſum, adhuc veniam obnixiùs exorat; quam vt conſequatur, illud multimodè exaggerat: Tibi ſoli peccaui, inquit, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Sed nota quid continuò addat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* O intempeſtiua nunc ſui ſceleris excuſatio! Flagitium ſuum quod hactenùs aggrauauerat, iam auitâ Maiorum ſuorum prauitate excuſare adnititur? Num malitiam enormioris delicti extenuat Iſraëlitarum òlim damnata prauitas? Quid aduocat aliorum peccatum ad ſui patrocinium? Imò ad ſuæ exaggerationem malitiæ, & condignum grauioris ſupplicij reatum, peccantium parentum ſceleroſam turbam adſciſcit. Quâ ſuper re ſic ad rem eleganter Græci Patres in Catenâ philoſophantur: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. quaſi Deo diceret: Si igitur volueris de me ſupplicium ſumere propter ea quæ deliqui aduersùm te, non ſolum occaſionem habes mea peccata puniendi, ſed etiam maiorum: nam nec illi erga te grati extiterunt, quin nec ego ipſe; ſed quodammodò Maiorum ingratitudinem hereditaui.* Nimirùm iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum, quod tibi ſoli cõmiſi, contra me eſt ſemper, grauiori pœnâ digniſſimum. *Si igitur volueris de me ſupplicium ſumere*, paratiſſimus ſum illud ſubire: nam Iſraëlitica gens olim & nunc in te populariter deliquit, & patientiæ tuæ oneri fuit. Peccatoris culpa dum ſe propter turbam peccantium excuſat, illam accuſat, dum punitionem acceſſit, ne præſcribat impunitas. Vndè Dauid paratum ſe exhibet ad pœnaliſſimam ſui ſceleris mulctam, non tãtùm quia ipſe deliquit, ſed propter delinquentium in ſuo populo multitudinẽ, & auitam Maiorum prauitatem. *Si igitur volueris*, inquit, *de me ſupplicium ſumere propter ea quæ deliqui aduerſum te, non ſolum occaſionem habes mea peccata puniendi, ſed etiam maiorum.* Vide quomodò Dauid ex multorum ſceleroſis moribus, ſuum non extenuat flagitium, ſed potiùs ad ſupplicij reatum exaggerat. Multorum enim peccantium turba, tantùm abeſt vt expungat pœnæ reatũ, vt acerbioris ſupplicij *occaſionem* offerat.

Pſal. 50. v. 7.

Dauid ex ſceleroſâ multorum malitia, ſuũ ſcelus ad punitionem exaggerat.

Græci Patr. in Paraphr. ibidem.

4. Geneſeos 9. ex arcâ egreſſus Noë vir agricola cœpit exercere terram, & plantauit vineam. Bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. *Quod cùm vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis forìs.* Caluinus, Lutherus, & gregales eorum clamant Patriarcham inexcuſabilem eſſe, quòd largiùs biberit: an vt ſuas comeſſationes & ingurgitationes tanti Patriarchæ exemplo tueantur? an vt virus maledicentiæ in probos petulanter effundant? Certè tribuunt intemperantiæ, quod fuit inexperientiæ. Sed vndè tanta Chamo impietas, & in bonum parentem irreuerentia impudens? Quorsùm inbonam patris nuditatem malè nudat? Annon patris propudio filius deturpatur; & dum patrem ridendum offert, ſeipſum oſtentui præbet? Eſto, Cham patris dedecus negligat, de ſuo debuit eſſe ſollicitus; patris probro ipſe quoque deturparetur. Quid tulit lucri, quod proprio dedecore petulanter mercatur? Hâc de re ſic ad rem præſentem Ambroſius ſcribit: *Quod cum vidiſſet Cham &c. quod ad altiorem ſenſum attinet, omnes mores peſſimi erroribus delectantur alienis. Non ſolum erroribus; ſed etiam iis quæ ipſis videantur mala eſſe, etiam ſi non ſint. Nudum enim Noë non ſentiebat* (vterque filius;) *qui amictu erat indutus ſapientiæ.... Ridet igitur Cham nudatum patrem videns. Omnis namque improbus quoniam ipſe deuius diſciplinæ eſt, aliorum lapſus non ſolùm pro ſui erroris ſolatio accipit, quòd conſortes inuenerit culpæ, verùm etiam improbo lætatur affectu, tamquam ſua ipſe delicta correxerit.* Longiuſculè, ſed belliſſimè de more Ambroſius. Nimirùm improbus Cham, de cognato improborum genio, *lætatur & ridet* de inexperta Noëmi ebrietate; quia improbos mores ſuos cohoneſtare ſibi videtur, cùm deturpat alienos. Ludibrio inexpertum Noëmi errorem culpat, & *pro ſui erroris ſolatio accipit, quòd conſortes inuenerit culpæ.* Imò & falſatâ perſuaſione præſumit ſe immunem à vitiorum contagio, dum de contumelioſo aliorum delicto, *etiam improbo lætatur affectu, tamquam ſua ipſe delicta correxerit.* O impudenter futilem improborum perſuaſionem, quæ aliorum ſcelere ſua ſcelera *correxiſſe* præſumit! Sanè vitium vitio non curatur, neque alienum delictum delicti proprij *correctio* eſt. Ingenium cuiuſdam peruerſæ obſtinationis eſt, alienum errorem tamquam erroris proprij *correctionem* putare. Quandò, aut
5. quomodò proprium delictum in ſe quis corriget, qui alieno delicto *corrigi* præſumit? Alienum flagitium non ingerit flagitij proprij pœnitentiam, quæ eſt *correctionis* adminiſtra, ſed ad vlteriora flagitia pruriginem afflat mali exempli contagione peſtiferâ. O: ſic eſt impudens improborum vecordia? Nota etiam quòd *mores peſſimi*

Geneſ. 9. verſ. 22.

Martin. del Rio ibi.

Caluinus. Lutherus.

S. Ambr. l. de Noë & arcâ cap. 30.

Mores peſſimi putant erroribus alienis ſuos correxiſſe, quare?

Cham patris, id eſt, ſui propudio, ſuorum ſcelerum patrocinium mercatur.

peſſimi Cham delectantur patris *erroribus*; ſatiúſque ipſe putat ſe diffamiâ patris palàm deturpare, quàm paternum errorem in ſuæ improbitatis patrocinium non aſſumere. Paterno, id eſt, ſuo dedecore, ex conſortio peccantium, præſumptam ſuorum ſcelerum *correctionem*, & quodammodò innocentiam exambit, quaſi deſinat eſſe ſcelus, quod etiam pater committit. Itaque adſimili protracta ratiocinatione, vt aliàs ex-
Daniel. 13. 20. pendebamus, Danielis 13. ſalaciſſimi ſenes dixerunt Suſannæ: *Nos in concupiſcentiâ tui ſumus: quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere*
Procus fit leno, vt alienâ libidine excuſet ſuā. *nobiſcum.* Ecce tibi, hi improbi ſenes, vt ſuam libidinem excuſent, procurāt alienam: & quod in re libidinis miriſſimum eſt, alteruter ex proco, alterius leno fit; alterius ſtuprum cum eâdem Suſannâ alteruter procurat, vt propriam libidinem defendat alienâ. Eodem excuſationis ingenio, Geneſeos 19. vtraque Loti filia cócubitum cum patre alteri negotiatur: & vtraque ſemel patris concubina, non ſemel eiuſdem ſtu-
Geneſ. 19. verſ. 34. pri conciliatrix, & alterutrius lena facta eſt. *Alterâ quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hâc nocte, & dormi cum eo.* Heu! ſic impotenter peccantes vrget, peccatorum patrocinium in alienis conſortium peccatis inuenire? Male vitium vitio defenditur.

6. Orpha hîc male degener à generoſo mariti genere, & verâ veri Dei religione; viduitatis tædio inopiæ metu, & fidei imbecillitate, ad Moabiticos redit errores. Tunc, vt Ruthæ fidem examinet ac probet ſocrus Noëmi, contumeliam redeundi ad ſuos, colorare aut cohoneſtare nititur cognatæ Orphæ errore recenti. *Cui*
Hic verſ. 15. Ruthæ *dixit Noemi: En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum eâ.* Bona autem Ruth, cui benè notum erat, quàm eſſet illa futilis ac mentita excuſatio, & quàm friuole aliorum defectus ac error, ad proprium errorem honeſtandum afferantur, intentiùs tunc adnititur ſocrui hærere, & *obſtinato animo* illam indiuiduè ſequitur.

---

§. LXVI.

Bonum virtutis exemplum*, Beare *noſtrum imitatione dicitur; ſui appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione.

1. Nunquam quantumuis etiam obſcura virtus latet, ſed ſui ſigna clara mittit. Quiſquis dignus fuerit, veſtigiis illam colliget, & piè auidâ furacitate ſuam faciet, quin exemplari eum deſpoliet virtute, què potiùs imitamento egregiè venuſtat. Nunquam inutilis eſt opera viri boni.
Seneca de Tranq. vitæ cap. 3. *Auditu enim, viſu, vultu, nutu, obſtinatione tacitâ, inceſſúque ipſo prodeſt. Vt ſalutaria, quæ citra guſtum tactúmque odore proficiunt, ita vir-*
Bonū exemplum latè virtutem propagat. *tus vtilitatem etiam ex longinquo & latēs fundit, ſiue potitur & fruitur ſuo iure, ſiue precarios habet acceſſus, ſiue otioſa mutáq; eſt, & anguſto circumſcripta, ſiue adaperta, in quocumque habitu eſt, prodeſt.* Aliquem habeat animus (præter obuios virtutum occurſus) quem imitetur, quem non imitari vereatur, cuius auctoritate & ſanctitate etiam ſecretum ſuum ſanctius faciat. O felicem illum, qui ſic aliquem animo revereri, ac moribus imitari poteſt, vt non ſolùm ad eius colloquium aut aſpectum, ſed ad memoriam quoque eius ſe componat, atque ordinet! Qui ſic aliquem imitari eualet, citò erit ipſe imitandus. Non vnus hodie ſuppetit moribus ſic impreſsè aſpectabilis, ne aut exemplum ſeculo noſtro, aut conuitium deeſſet. Sanè, ait S. Grego- S. Gregor. Præf. in libros Dial.
rius, *ad amorem patriæ cæleſtis plus exempla, quàm prædicamenta ſuccendunt.*

Iob 23. ſic de ſe ipſe fatur: *Veſtigia eius* (Dei in- 2.
quam) *ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui,* Iob 23.v.11.
& non declinaui ex eâ. In Hebræo textu, *Apprehendit pes meus illius greſſum,* aut *veſtigium* Profectò verbū originale propriè dicitur de manibus, quæ aliquid tenaciter apprehendunt, & firmiter tenent; benè tamen transfertur ad pedes, qui firmiter etiam hærent, & in veſtigio cōſiſtunt, quò ſignificetur manibus pedibúſque in id incubuiſſe. Ceterùm *veſtigia Dei* erunt diuinæ actiones, quibus præit ille, & in virtutibus, nos informat. *Veſtigia Chriſti id eſt beare eius, ſecutúſne eſt Iobi pes?*
Sic inibi Pineda, qui addit ex S. Gregorio, fortè Pineda ibi S. Gregorius
Iobum cælitus illuſtratum intendiſſe in Chriſtum Ieſum, atque *quaſi in terrâ conſpiciens, ad imitationem eius veſtigia teneret; de quibus per* 1. Petr. 2. v. 21.
Petrum dictum eſt: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Mirè Caietanus Hebræi textus verba ad Caietan ibi.
examen reducens, & peritè explorans, præſcriptum verbum, *Veſtigia*, ſic excribit, & ſcriptione ad rem luculenter exponit, *beare*: nempè *In beare tuo vidit pes meus.* quaſi dicat Iob, quòd *pes ſuus*, id eſt, affectus & actio, inſecutus eſt *beare*, ſeu beatitudinem Chriſti Dei. Noſter Corderius in Annotationibus ad Pſalm 1. Corderius.
ſic effert, & explicat Caietani ſententiam: *Beare tuum ſecutus eſt pes meus:* quo denotatur beatitudinem noſtram nunc in eo ſitam eſſe vt, Chriſti Dei veſtigia ſtudioſo imitamento ſequamur. *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus*, id eſt, *In berare tuo vidit pes meus*, vel, *Beare ſuum ſecutus eſt pes meus:* Scilicet pes humanus videat ad ſequelam Chriſti veſtigia, tanquam *beare* ſuum quaſi Chriſti veſtigia ad imitationē propoſita, nobis beatitudinem ſpirent, affricent, imprimant. O! Chriſti veſtigia felici imitatione ſic præmaturè beant? Quibus pergraue ac durum videtur Chriſti *veſtigia* ſequi, acerbæ ſunt præcoquæ beatitudinis gratiores deliciæ. O pedes noſtri ſint oculati ad Chriſti *veſtigia* tanquā *beare* ſuum! Tædio eſt ſua beatitudo cui graue eſt Chriſti veſtigia ſequi. Cæcus eſt, qui in Chriſti Dei veſtigiis, ſuam beatitudinē non videt. Chriſti imitatio Chriſtianas ſanctititates ſpirat, cælum fragrat, beatitudines inhalat, præproperè homines imitatione beat: *Veſtigia eius*, id eſt, *beare eius vidit*, vel *ſecutus eſt pes meus.*

Regius Propheta ſic Pſalmos auſpicatur: *Bea-* 2.
tus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & Pſalm. 1. v. 2.
in viâ peccatorum non ſtetit. *ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Quænam eſt hæc *lex Domini*, quam Iuſtus die ac nocte attentiùs intuetur, aſſiduè contemplatur; & cui ſic ſtudioſè adhæret voluntas eius, vt eâ de cauſsâ *beatus vir*, adhuc degens in terris nominetur? Theodoretus in Catenâ Græcor. Patrum inibi, Cenſet hanc legem eſſe, non omninò vmbratilem illam ac typicam, ſed potiùs ſpiritualem in eâ latentem: *Chriſti vita iubet; quare paterna decreta in ſemetipſo deferre dicitur.* Theodoret.

aut

aut legem naturæ hominibus animitùs ingeneratam: vel Chriſti doctrinam Gentibus annunciatam. Chryſoſtomus autem in eâdem Catenâ ita ſcribit: *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ecquæ lex iſtiuſmodi niſi Chriſtus, ex Patre ineffabiliter natus? Lex quidèm tanquam paterna decreta deferens in ſemetipſo.* Scilicet Chriſtus Dominus, lex noſtra eſt, & *in ſemetipſo paterna decreta defert*, & profert cæleſti vitâ, quæ cælum fragrat, diuinas virtutes ſpirat & velut lege latâ imitandas proponit. Quot vides in Chriſto exemplares virtutes ad imitationem propoſitas, tot reputa velut Dei leges. & paterna decreta, quæ imitanda oculis intimat, auribus prouulgat, & imprimenda animis per imitationem infigit, efficacioris ſuadelæ lenocinio. Opportunè Athanaſius (vel quiſquis eſt auctor) exhort. ad monach. de eorum virtutibus loquens, *Vita*, inquit, *iubeat*, *lingua perſuadeat*; *quia plus auctoritatis geſtat exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio.* Itaque Chriſti Dei *vita* tot virtutibus illuſtris, tot ſanctitatibus mira; tot exemplis aſpectabilis, velut quædam lex eſt, quæ oculis promulgata, eſt placida ac lenis morum informatrix, & dum *ſui appetentiam ingerit*, arcano blandimento imitationem *iubere* perhibetur. Quocircà (ſiquidèm *vita iubet*) eiuſmodi lex Chriſtus eſt, *tamquam paterna decreta deferens in ſemetipſo.* Hanc legem qui obſeruat, & moribus exprimit, *beatus vir* dicitur, quia *veſtigia* Dei, hoc eſt, *beare Dei vidit*, & *ſecutus eſt pes eius*, vt nuper ex Hebræâ origine cum Caietano adnotabamus.

S. Chryſoſt. — *Bonũ exemplum ingerit imitationis appetentiam.* — *S. Athanaſ.* — *Caiet. Suprà n. 2.*

4. 4. Regum 2. pallio vſus pro cymbâ, Elias traiecit Iordanem, dixitque ad Eliſæum: Poſtula quod vis vt faciã tibi, antéque tollar à te. Dixitque Eliſæus: Obſecro vt fiat in me *duplex ſpiritus tuus*. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: *Attamen ſi videris me quando tollar a te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit.* Theodoretus, Procopius, Rupertus, Lyra, Caietanus, & alij feriò cenſent, *duplicem ſpiritum* duplo maiorem intelligi; quaſi non ſatis Eliſæus habuerit ſpiritu æqualem eſſe Magiſtro, ſed habere expetierit duplo maiorem. Quod ſcitè his verbis tradit Ambroſius Serm. 89. *Elias*, inquit, *cùm ſimplicem ſanctitatis ipſe haberet ſpiritum, Eliſæo duplicem dereliquit. Mirum ergò in modum plus Elias gratia dimiſit in terrâ, quàm ipſe portauit in cælos.* Et quo pacto Elias conſummatus virtute Magiſter, plus gratiæ in terris Diſcipulo reliquit, quàm ipſe portauit in cælos? Verùm attentè exploranda ſunt verba quæ præmiſit, & indè eſt ſolutio petenda ad rem opportuna. Quæ ſic Galfridus elucidat: *Si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti; ſi autem non videris, non erit. Semper*, inquit, *gratiam auget diſcipulorum, virtus patefacta priorum; & dum in eis vident quæ æmulentur, ampliora ipſi incrementa virtutum & deſiderant, & merentur.* Moraliſſimè quidèm magnus Elias à Diſcipulo expetit, vt illum quamattentiùs videat, eumque exploret quàm maximè ac diutiſſimè poſſit, vt *ſpiritum duplicem* mutuare valeat: quò homines erudiat per ſpectata Maiorum exempla æmulâ imitatione ad ſumma virtutum faſtigia aſcendendum eſſe. Adeò vt imitamenti arcano ſacramento, maiora & ampliora virtutum facinora in ſe exprimat, quàm exemplar ad imitationem proponit. Vndè diſcipulo Eliſæo ethicè reſpondet Elias: *Si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petiſti* nempè *duplex ſpiritus* meus. *Mirum ergo in modum* de imitationis myſterio, *plus Elias gratia dimiſit in terrâ, quàm ipſe portauit in cælos.* Nam dum diſcipuli in Maioribus *vident quæ æmulentur, ampliora ipſi incrementa virtutum & deſiderant, & merentur.* Qui enim meliores ac potiores, quos moribus exprimat, non conſiderat ad vitæ altioris æmulationem, vix proficere eualet. Quod his verbis tradit S. Gregor. lib. 24. Moral. c. 6. *Neque enim*, inquit *eorum vitam conſiderant, quibus ſe humiliando poſtponant, ſed quibus ſuperbiendo ſe præferant. Deteriores namque reſpiciunt, quibus meliores ſe eſſe gloriantur, & idcircò proficere ad meliora non poſſunt*, quaſi proficere non poſſit, qui potiorem non reſpicit, quem moribus exprimat.

4. Reg. 2. verſ. 10. — *Theodoret.* — *Procopius.* — *Rupertus.* — *Lyra.* — *Caietanus.* — *S. Ambroſ.* — *Elias plus gratia per exemplum reliquit in terrâ, quàm portauit in cælum.* — *Galfridus.* — *Vltra ideam virtus imitata creſcit, imitationis ſacramento.* — *Proficere nõ poteſt, qui potiorem, quem imitetur, non reſpicit!* — *S. Gregor.*

5. Gentium Doctor ſuũ Titum doctrinâ ac ſanctitate prælustrem ſic adhortatur: *In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrinâ in integritate & grauitate.* Pro τὸ *exemplũ*, Græcè loquitur, τύπον, hoc eſt, *typus, forma, exemplar*, vndè omnium virtutum lineamenta ducantur, & ſpectatoribus imitatione imprimantur. *Cetrùm* (ait inibi Theophylactus) *publica inſtitutio exemplarque virtutis, tua vita ſplendor ſit, ſeu imago quædam & veluti archetypus, omnibus propoſitus qui aliquid imitari volent, eorum quæ in ipſo bona conſpexerint.* Itaque potiorum vita, quæ imitanda proponitur, dicitur virtutum archetypus, exemplar, publica inſtitutio, ſeu *forma* moribus ſpectatorum imprimenda. Quod profundiùs tradidit Egeſippus lib. 2. de excidio Ieroſolymitano cap. 5. *Boni Principis vita*, inquit, *probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt.* Parum foret, quòd principis ſanctitate viri, vita coràm propoſita, ſit per vniuerſos ſpectatatores, *forma* virtutis ac *publica inſtitutio*, quæ legis animatæ vices ethicè obeat: altè etiam dicitur, *Probitatis quædam præſcriptio* Sanè *Præſcritio* (ſecundum Goffredum C. eodem tit.) *eſt quoddam ius ex tempore ſubſtantiam capiens*, id eſt, firmitatẽ. Nimirùm bonum exemplũ, quod aliis coràm imitandum proponitur, ius quoddã eſt, ſeu arcana quædam vitæ legis auctoritas, quod non rãtùm probitatem ſpectatoribus iubet, ad eámq; velut latâ imitationis lege obſequenter cogit; ſed etiã quaſi à primâ mundi ætate *ſubſtantiam*, id eſt, firmitatem capiat, *probitatis quæda præſcriptio eſt* Aliter hunc Paulli locum ad Titum excribit, & exponit Hilarius lib. 8. de Trin. *In omnibus*, inquit, *teipſũ bonorum factorũ præbens exemplum, docentem cum veneratione verbũ ſanum.* An dicitur cum *veneratione* docere, qui quod ore docet, opere cõfirmat? alioqui qui ore duntaxat ſuadet, ſine *veneratione*, imò cum doctrinæ contẽptu docet. An docet cum *veneratione*, qui quamuis quaſi idiota, illiteratus, vilis, ac ruſticanus contẽptim taceat; dum tamen vita probitate loquitur, ſic ab omnibus ſuſpicitur, vt docere cum *veneratione* dicatur? An bonũ exemplum docet cum *veneratione*, quia ſpectatores æmulo imitamento illud certatim arripiunt. O quantâ cum *veneratione*, bona bonæ Noëmi exẽpla arripuit, hauſit, & expreſſit Ruth, quæ hîc illius veſtigiis velut obſtinatè hæret, adeò vt refutatã

Ad Titum. 2. v. 7. Græcus. — *Theophyl.* — *Imitandum exemplum dicitur probitatis præſcriptio.* — *Egeſippus.* — *Goffred.* — *S. Hilarius.* — *Bonum exemplum docet cum veneratione.* — *Hic v. 15. & 16.*

ſuſcatâ Moabitidis ſuperſtitione, veri Dei cultum cordi,ori,operi animitùs implantarit, *quâdam probitatis præſcriptione*, omni æuo auctoratiſſimâ.

§. LXVII.

Peccatorum viæ parturiunt, de non boni exempli imitatione; quod aera toxicat, cælum claudit, turbo eſt, Diabolus eſt, & velut coactio ad malum.

1\. VOluptas eſt cum quâdam lubricâ ſuauitate ad illicita fœdæ mentis inclinatio, quæ blando lenocinio ſic titillat hominum ſenſum, vt vel in aliis audita, ſpectatáve velut impotenter alliciat, trahat, raptet male dulci blandimento. Sapienter Iſidorus: *Licet ſæpè*, inquit, *in medio carnalium Deus protegat vitam electorum, tamen ſatis rarum eſt vt quiſque inter ſeculi voluptates poſitus, à vitiis maneat illibatus, in quibus etſi non citò implicatur, aliquandò tamen attrahitur, nec enim diu poteſt eſſe ſecurus, qui periculo fuerit proximus.* Sic vitiorũ via,per quam alios incedere videmus,ſpectata nocet! Nõ enim incedimus quà eundum eſt,ſed quà itur,& pecudum more vnus poſt alium ducimur, & libenter erramus.Diſcipulus prioris eſt poſterior inceſſus. Claras ſuas maculas reddunt, ſi illi ad quos multi reſpiciunt, aliquâ reprehenſione ſordeſcunt.

S. Iſidor. l. 3. de ſumm. bono.

Non incedimus quà eundum eſt, ſed quà alij eunt, etſi malè errent.

2\. Regius Pſaltes de improbo quoque ſceleſtè criminoſo, ita ad rem pangit: *Non eſt Deus in conſpectu eius,* quem ſequatur itineris rectorem; ſed quà lubet,delicioſè pergit,cœnoſo voluptatũ ludibrio paſſim impingens.Indè ſubdit: *Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Quem locũ S. Cyrillus ſic exponit: *Omnis hominis peccati amantis, & incontinenter in vitium ruentis, eò quòd non habeat Deum in conſpectu ſuo, inquinatæ ſunt prorſus viæ (id eſt,actiones,) & impuritatis plenæ ſunt, & malitiæ cœno contaminantur; & quæ ſi ad iudicia legéſque Dei è medio tollendus ſpectant.* Scilicet parùm eſt, quòd improborum viæ ſint cœno contaminatæ, & ideò peruiæ duntaxat immundis? niſi etiam limpidè immaculatam virtutis viam (quæ ſunt *iudicia legéſque Dei*) è medio tollere impudenter audeant. Hem! ſic frequentatur peccatorum via, vt via virtutis prope excluſa ſit, abolita, ac ferè nulla? Verùm profundius ethicè ſacramentum ſubeſt huic verbo, *inquinatæ*, pro quo Genebrardus habet, *profanatæ.* Hieronymus verò, *Parturiunt viæ illius in omni tempore.* Nimirùm peccatores etſi per ſqualidam incedant viam, & cœno contaminatam, & profanitatibus impiam, tamen iſtiuſmodi via nimis eſt viatorum fœcunda,& ſui frequentatores indies parturit. *Parturiunt viæ illius in omni tempore.* quaſi *omne tempus*, de mali exempli lenocinio idoneum ſit ad partionem, & fœcundè grauidum ad ſequelam. Exindè igitur, ſic eſt deſerta via mandatorum Dei, ſic eſt ſolitariè inuium virtutis iter, vt ſpectata peccatorum impietas; illud abolere, & è medio tollere audacter præſumat: quãdoquidèm ſic de non bono exemplo, & grato obſcœnæ voluptatis illicio, vitiorum frequentatur via, vt fœcunditate ſqualidè fertili frequens indies viatores parturiat. *Non eſt Deus in conſpectu eius: parturiunt viæ illius in omni tempore.* Ecce tibi peccaorum via, viatorum ſemper partu, imò potiùs aborſu, fertilis

Pſal. 9. v. 26. Apud Hebr. Pſal. 10. v. 5. S. Cyrill. in Caten. Græ. Patr.

Peccatorum via, de non bono exemplo viatores parturit.

Genebrard. S. Hierony.

eſt. E diuerſo autem viæ virtutis ſua non deeſt 3.
fœcunditas. Porrò Deiparæ ex vrbe ſuâ peregrinanti in Bethlehem, *factum eſt, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.* Quæ Lucæ verba ſic elucidat Chryſologus: *Et hoc agit, vt ordinem partus diuini toto veritatis tramite cuſtodiret: nam poſteaquàm primogenitum totius creaturæ virgo mater vt pareret, viam totius patriæ percucurrit: ſic virgineus partus, ſic primitiuorum eſt dedicata natiuitas.* (Addit tempeſtiuè pariter & acutè) *Et neceſſariò, fratres, via generatur in viâ. Ego ſum, inquit, via: vt omnis aditus excluderetur erroris, & viator tandem cælum peteret, qui terreni itineris incaſſum diu ſudores pertulerat, & labores.* Nimirùm ſi viæ iniquitatis recentes omni tempore viatores *parturiunt*; ne vitium virtuti antiſtet, *neceſſariò via generatur* (id eſt, paritur) *in viâ. Ego ſum, inquit, via, vt omnis aditus excludatur erroris, & viator tandem cælum peteret*,&c. ſic eſt virtutis via,potioris ac rectioris viæ fœcunda?

Lucæ 2. v. 6. &c.

S. Chryſol. Ser. 175.

Quare Chriſtus qui via eſt, in viâ naſcitur?

Ioann. 14. v. 6.

4\. Lucæ 1. de Baptiſtâ Ioanne nato, & poſt octo dies circumciſſo, ita ſcribit Euangeliſta: *Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu: & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Hinc liquidò conſtat Ioannem à puero conceſſiſſe in deſertum, ibique continuò manſiſſe vſque ad annum trigeſimum, quo cœpit ſe oſtendere populo, illíque prædicare pœnitentiam & fidem in Chriſtum. Verùm Commentatores variè philoſophantur de hoc præmaturo Ioannis ſeceſſu, & fugâ in deſertum. Theophylactus inibi ait: *Seceſſit, vt extra multorum malitiam nutriretur.* Quod explicatiùs ediſſerit Origenes hom. 11. in Lucam: *Dignè*, inquit, *qui ſic conceptus fuerat & natus, non expectauit vt à patre nutriretur vſque ad diem oſtenſionis ſuæ in Iſraël: ſed receſſit, fugiens tumultum vrbium, populi frequentiam, viciniam ciuitatum* (Nota attentiùs quæ ſubiicit:) *& abiit in deſerta, vbi purior aer erat, cælum apertius, & familiarior Deus.* Vel à patre Zachariâ, Dei Sacerdote, & ſanctiſſimo Prophetâ, inidoneè Ioannes educaretur; quia in vrbe educandus erat? Sic vrbium tumultus, populi frequentia, imò & *ciuitatum vicinia* mores inquietant, & aſſimilem prauitatem inhalant? Ergò Ioannes adhuc infantulus, noxiam hominum viciniam declinat, & deuitans non boni exempli contagium, in mores malignè ſerpens, præproperè fugit in vaſtam eremum hominibus imperuiam: & indè *ibi purior aer erat.* O! ſic aërem toxicat hominum frequentia, de peſtilenti morum afflatu? Sanè procùl ab hominibus, *cælum apertius* eſt, & *Deus familiarior*: quaſi hominum conuerſatio cælum claudat,& hominem à Dei familiaritate alienet. Nimirùm improbi conuictorum ſpectati mores, contagium ſunt aëris ad vitam reſpirandi, ſunt cælorum ſera, ac diuinæ familiaritatis exilium. Ergò quammaturè Ioannes educationem paternam refutans, feſtinat in deſertum; quia procùl à ciuitatum viciniâ, *purior aer erat, & cælum apertius, & familiarior Deus.*

Lucæ 1. v. 80.

Theophyl.

Origenes.

In ſeceſſu ab hominibus, purior eſt aër, cælum apertius, & Deus familiarior.

Oſeas

Digitized by Google

5. Oſeas cap. 4. durus in Iſraëlem Vates, interminati ſupplicij cauſſam publicat, quò pœna culpæ condigna cenſeatur: *Ligauit eum*, inquit, *Spiritus in alis ſuis, & confundetur à ſacrificiis ſuis.* Theophylactus legit; *Turbo ſpiritûs tu es in alis eius.* Arabicus Antiochenus: *Venit ſpiritus inflexus* (retortus) *in alis eius.* Non conuenit inter Expoſitores, quiſnam ſit hic *ſpiritus* ſeu *ventus* (*ventum* habet Symmachus) *inflexus*, qui Iſraëlem, aut Iudam tanquàm turbo agitet, aliò præcipitanter ducat, & celerrimè euertat? S. Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, & Lyranus per huiuſmodi ventum aut ſpiritum accipiunt Diabolum, quaſi dicat: Diabolus, & qui Iſraëlem ſic validè impellit, & velut turbo agit, & adigit ad tam enormiſſima flagitia. Alij aliter de Deo hæc intelligunt, quaſi dicat Deum eſſe ipſum ventum ſeu turbinem, qui à ſedibus ſuis auferet Iſraëlem, & ad Aſſyriam captiuitatem impellet. Verùm S. Cyrillus inibi, non excribit, *legauit eum*, ſed, *ligauit eam*, & de tribu Iuda id interpretatur, adſpectu ad reliquum Iſraëlis populum, quem malo exemplo anteiuit, & ad enormiſſima ſcelera æmulatione nequitiæ extimulauit, ſic fatus: *Verùm licet his omnibus ſimul ſtolidiſſima multitudo Ephraim* (id eſt, Iſraël) *ſubiecta ſit, tamen tu, Iuda, illi fuiſti velut quidam turbo ſpiritus in alis volucris. Norunt omnes volatilia ſpiritu vehementi eã impellente, & tantum non cogente, proculdubio volare celeriùs. Ergò prolapſus eſt Iſraël, deflexitque ad apoſtaſin. Tu verò fuiſti ei Turbo ſpiritûs in alis. Quomodò, aut quâ ratione? Poſtquam enim vidit te, qui eſſes in lege inſtitutus, iam inertem ac ſupinum, iiſdémque peccatis illigatum, maturiùs deſciuit.* Nimirùm omnes ad vitia alati ſumus, ad quæ celerrimè volamus: at aliorũ exẽplum ante oculos ſpectatum, ventum alis addit; & velut turbo eſt, quo ad vitia præcipites ferimur. *Turbo ſpiritus ſibilabit in alis*, vt habent Lxx. Interpretes; & Symmachus, *Ligauit ventum in alis venti.* Nec *turbo* duntaxat eſt *alis* additus; ſed *diabolus* eſt ad illud malum exemplum arripiendum acerrimè inſtigans, vt quod oculis factum videt, factis exprimat, & moribus æmulanter reſculpat. *Ergò prolapſus eſt Iſraël, deflexitque; tu verò* (ô Iuda) *fuiſti ei ſpiritus, ventus, turbo*, imò & *Diabolus in alis ſuis, poſtquam vidit te iam inertem ac ſupinum, iiſdémque peccatis illigatum, maturiùs deſciuit.*

Oſeæ 4. v. 19. — Theophyl. — Arabicus. — Symmach. — S. Hierony. — Haymo. — Albertus. — Hugo. — Lyra. — S. Cyrillus. — *Malũ exemplum, turbo & Diabolus eſt ad vitia impellens.* — Lxx. Interp. Symmachus

6. Gentium Doctor ſic ad Galatas ſcribit; Cùm veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti. Priùs enim quàm Iudæi quidam veniſſent, ipſe Petrus edebat indifferenter cum his, qui ex Gentibus crediderant; ſed poſtquam veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe timens Iudæos. Egò hæc aduertens, Dixi Cephæ coràm omnibus: *Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter* (hoc eſt, ritu Gentium, qui indifferenter cum quouis edunt) *viuis, & non Iudaicè; quomodò Gentes cogis indaizare?* Quaſi dicat: O Petre, planè intelligis legis Moſaicæ ceremonias iam eſſe expunctas, & omni prorſus vi deſtitutas, atque idcircò negligendas eſſe non ignorans; *quomodò Gentes cogis indaizare?* Petrúſne is erat, qui Gentiles ad Euangelium conuerſos, ad Iudaiſmi iam aboliti ceremonias cogeret? Vndè nam hæc Gentium violenta *coactio*, Apoſtolo indigna, & Petro impoſſibilis? Tempeſtiuè Anſelmus litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè: *Quomodò Gentes cogis indaizare? Non ergò tunc Petrum quid in eâ re verum eſſet docebat, ſed eius ſimulationem quâ Gentes exemplo ſuo indaizare cogeret, arguebat.* Nimirùm, ô Petre, tuo exemplo ad Iudaicas ceremonias retinendas colendáſque validiùs impellis, & ad imitationem *cogis*. Tantáne vis, támque efficax imitationis energia, & velut arcanus vigor non bonis maiorum exemplis ineſt, vt ad imitationem *cogere* dicantur? Sanè dici vix poteſt quantam vim habeant exempla præſertim in malum; ea eſt enim (vt ait Plutarchus exempli natura, vt coniunctam cum perſuaſione oblectationem habeat. Exemplum oculorum linguâ loquitur, rei oblectamento perſuadet, afflatque imitamenti æmulationem. Exindè Ruthæ gratulor, quòd prauam repedantis Orphæ viam ſequi neglexit: inquinatæ enim viæ aſſimiles parturiunt vias: corrupti mores aëra toxicant malo exemplo, quod turbo eſt propellens in malum, ad quod quodamodò *cogere* perhibetur. Quare Rutha videns Orphæ regreſſum, velut *obſtinato animo* indiguit, vt flectineſcia in viâ virtutis perſiſteret.

Ad Galat. 2. v. 14. — *Malũ exemplum ad ſimile vitium velut cogit ſpectatores.* — S. Anſelm. ibi. — Plutar. l. de virt. mul e. — Hic verſ. 15. & 16

§. LXVIII.

Non eloquenter ſapiens, & moribus idiotas; ſed pulchra morum elegantia, ſiderea voce Euangelij doctrinam perſuadet.

INculpata innocenter vita, Euangelij ſuadendi vigor eſt, & laudatior ſuadela. Hanc contrà ethnicum Cæcilium Chriſtianus Octauius eleganter in argumentum aſſumit: *Si vobiſcum*, inquit, *Chriſtiani comparentur, quamuis in nonnullis diſciplina noſtra minor, mul ò tamen meliores deprehendimur. Vos enim adulteria prohibetis, & facitis: nos vxoribus noſtris ſolummodò viri naſcimur: vos ſcelera admiſſa punitis; apud nos & cogitare, peccare eſt: vos conſcios timetis: nos etiam conſcientiam ſolam, ſine quâ eſſe non poſſumus. Denique de veſtro numero carcer exæſtuat: Chriſtianus ibi nullus, niſi aut reus ſuæ religionis, aut profugus.* Sic Chriſtianus Chriſtianam religionem infidelibus prædicat, cùm videtur; dum ad eius vitam attenditur, dum eiuſdem mores curioſiùs explorantur! Non verba, ſed exempla proſelytos faciunt, & veræ religionis nobiles inquilinos; qui de auitâ Maiorum religione, vel potiùs ſuperſtitione, pulchrè deficientes, nobiliter degenerant. Audio hîc exploratoria tectiùs verba, quibus bona Noëmi nurum Rutham adhortatur, vt in patriam idololatram, & Deos ſuos reuertatur: irrito tamen labore: nam religionem, quam religioſa afflauerat conuerſatio, verba excuſſiſſe non poſſunt. Sic animitùs hæret religio, quam morum elegantia perſuaſit. 1.

Minut. Felix in Octau. — *Vita olim Chriſtianorum, Chriſtianæ religionis ſuadela eſt.* — Hic verſ. 15. & 16.

Lucæ 8. *Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* Vndè exit, qui ſemper vbique præſens eſt? qui omnia immenſitate implet? qualiter exire poteſt? Certè non loco, ſed benignitate, & incarnationis diſpenſatione propinquior nobis factus eſt. Nam quia venire ad ipſum deſides cunctabamur, ipſe ad nos egredi feſtinat. Sic 2.

Digitized by Google

igitur Chriſtus exiit Euangelicam doctrinam, & verbum Dei ſeminare, vt de cæli ſcholâ cæleſtem œconomiam ediſcamus. *Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.*

Lucæ. 8. v. 5.

Non miror, granum etſi electiſſimum, dum ſecùs viam cadit, à viatoribus proculcari, & indè inhumatum à *cæli volucribus* roſtro tolli. Sed à *cæli volucribus* citiùs ac latiùs forſan propagabitur, dum ocyſſimo volatu, Dei verbum volucres portant, & vbiuis deprædicant. Quid tam votiuè fauſtum huic *ſeminis*, id eſt, *Dei verbi*, & doctrinæ Euangelicæ accidere potuit, quàm à *volucribus cæli* aſſumi, & placidè ſonoro earum garritu velociter quoquoverſùm ferri, & vbilibet prædicari? Sed (ô malum!) hoc electum *ſemen*, ſeu *verbum Dei*, de harum *volucrum* roſtro ſonans, infeliciter ſterileſcit. Porrò per has *cæli volucres*, Anſelmus Laudunenſis cum communi Interpretum, *Dæmones* intelligit: & explicatiùs Cyrillus in Catenâ, *Spiritus immundos* commentatur.

Anſel. Laud. ibi, in Gloſſ. Matth. 13. S. Cyrillus. in Catenâ Matth. 13.

Profectò *Spiritus immundi*, & ſi generoſo vocabulo, *volucrum cæli* nominentur, & cæleſte *ſemen*, id eſt, *verbū Dei*, nempè doctrinam Euangelicam ore portent, & prædicent, ac celeri volatu, illam vbiuis annunciarent, tamen quantùm celeritatis in annunciando, & modulatæ eloquenter garrulitatis his *cæli volucribus* adiicitur, tantùm de vitioſi *Spiritus immunditiâ*, propagationi & promulgationi Euangelicæ doctrinæ detrahitur. *volucres cæli* dicuntur; ſed dum *immundo ſpiritu* prædicātes modulatè garriunt; non doctrinæ Euangelicæ, id eſt, huius *ſeminis* propagationem, ſed abortum negotiantur.

Volucres cæli, quæ aluntur immundo ſpiritu, Euangelij doctrinam prædicando corrumpunt.

Volucre ſubtiliter ingenium, vox canorè dulcis, & acuta eloquenter garrulitas; ſi animitùs regatur à *ſpiritu immundo*, *volucris cæli* præ celebritate forſan appellabitur; ſed reipsâ Euangelicam doctrinam, hoc eſt, *verbum Dei* eneruat, ac ſterilem facit, dum ſibi cognatam virtutis infœcunditatem, Euangelicæ doctrinæ afflat. Iſtiuſmodi *cæli Volucres* cæleſtem doctrinam portare videntur in ore, illam *comedere*, illáque ali; ſed dum illi *ſpiritu immundo* medullitùs aluntur, *verbum Dei* corrumpere perhibentur, atque diuinum virtutum *ſemen* contemptim *conculcare*. Porrò inculpata Prædicatoris vita, potior Euangelij ſuadela eſt, & illius perſuadendi arcanus vigor.

3. Exhodi 16. poſtquam Hebræus populus ſicco Mare rubrum traiecit veſtigio, nuper victrici Pharaonis potentiâ inibi funeſtè tumulatâ, dum Ægyptiorum cadaueribus nec in matricem pulverem redire datur; gens Hebræa ad Terram promiſſionis properat per vaſtam eremum hominibus imperuiam. Dum ibi latrat præ fame venter, eſcas famelicus populus à ductore Moyſe querulus expoſtulat; & cæleſtem à Deo cibum impetrat, ſuauiſſimum Manna inquam, obuiis manibus indies exprompttum. Dixit itaque Moyſes: Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: nullus relinquat ex eo in mane. *Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.*

Exhod. 16. verſ. 20.

Origenes, vt erat Allegoriarum ſtudioſus (quò in litteræ cortice ethicæ medullæ myſterium proderet) in hoc cæleſti Manna, Dei populo ad alimoniam cælitùs donato, Dei verbum, ſeu doctrinam Euangelij recognoſcit; quod procedens de ore Dei, & Euangelici Prædicatoris linguæ inſertum, cæli doctrinam annunciat, publicat, perſuadet, vt ad omnes ſanctitates Dei populum nutriat, & velut immortalitatis viaticum ad empyreæ patriæ vitam perducat. Verùm ipſe Origenes ſic ſibi validè obiicit: *Scatere cœpit vermibus, atque computruit. Sed dicet aliquis: Si Manna verbum Dei eſſe dicis, quando vermes facit?*

Origen. homil. 1. in Exhod.

Confeſtim ſibi ad rem præſentem tempeſtiuè reſpondet; *Poſt ſuſceptum ergò verbum Dei ſiquis peccat, efficitur ei ipſum verbum vermis, qui eius ſemper conſcientiam fodiat, & arcana pectoris eius rodat.*

Māna, id eſt, verbum Dei, in malè morati Concionatoris ore, vermes facit.

Itaque illud ipſum, quod in bonis, morigeris, & obſequentibus eſt cæleſte *Manna*, & panis vitæ, quo ſe & alios ad vitam æternam nutriunt; in ore tamen eorum, qui ſollicitè ſtudent auaritiæ, in craſtinum infidè prouident, & Dei præcepta refractarij violant, mirâ pœnaliſſimè metamorphoſi computreſcit, & *facit vermes*, qui Prædicatoris malemorati *ſemper conſcientiam fodiant, & arcana pectoris eius rodant*: tot animarum ſceleroſè reus, quot cæleſti alimoniâ fruſtratur; & in locum cæleſtis Manna, putidos garrulæ facundiæ floſculos, fœtidâ vermiculatione corruptos auditoribus propinat. De propriâ Concionatoris malitiâ, & malè ideali vitâ, viuidum Dei verbum, cælum fragrans, quodammodò *computreſcit*, & putri corruptione vermiculatur. *Poſt ſuſceptum ergò* (Manna, id eſt,) *verbum Dei ſiquis peccat, efficitur ei ipſum verbum vermis.* Heu corruptis moribus garrulus Concionator, pro Dei verbo *vermes* loquitur: & verbum Dei infœcundè degeneri vermiculatione propinat! O hæc Origenis tropologia de Manna in vermes conuerſo, Concionatorum *ſemper conſcientiam fodiat, & arcana pectoris rodat!* Fugiat hos vermes, quiſquis vermes infernales perpetuò morſicantes, & iugi inceſſanter morſu damnatam conſcientiam abrodentes fugiſſe exoptat.

Lucæ 3. anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, procurāte Pontio Pilato Iudæâ, Tetrarchâ autē Galilææ Herode, ſub principibus ſacerdotū Annâ & Caiphâ: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem, Zachariæ filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* 4.

Lucæ 3. v. 2. & 3.

Benè eſt, præmittatur ab Euangeliſtâ perditiſſimus tunc mundi ſtatus, moribus profligatiſſimus, vt ſub talibus Præpoſitis par erat, quò prædicatio Ioannis opportuna videatur ad pœnitentiæ ſuadelam, & peccatorum remiſſionem. Sed quare de tanti Concionatoris probitate, nihil anteloquitur Euangeliſta? Peridoneè, opinor, Matthæus, & Matthæum de more imitatus Euangeliſta Marcus, Ioannis vitam aſperitatibus præſtructam ad prædicationis energiam præfatus eſt: quod alto ſilentio Lucas occluſit. Matthæus ait: *Habebat* Ioannes *veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circà lumbos ſuos: eſca autem illius erant locuſtæ, & mel ſilueſtre.*

Matth. 3. verſ. 4.

Præeuntis Matthæi Marcus veſtigia premit, cap. 1. v. 6.

Marcus.

An forſan præuia ad prædicationem Ioannis elogia, ſi non explicatiùs, viuidiùs tamen Lucas ediſſerit, aiens: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem?* Hâc ſuper re, ſic ad thema præſens argutè philoſophatur Ambroſius: *Sanctus Matthæus, & Mar-*

S. Ambroſ. ibi.

cus

Digitized by Google

cus veſtitu, & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt; Lucas compẽdio vſus eſt, dicens: Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Vnum dixit, & omnia declarauit. Scilicet dum ſignatè notificatur, quòd ad recens Concionatorem Ioannem, *verbum Dei factum eſt*; verbum Dei inquam non tam dictum ore tenùs, quàm actuoſo opere *factum*, & vitâ expreſſum ad futuram auditorum normam; inſimul hoc vno verbo, *omnia* exprimuntur, & explicatiùs declarantur, quæ tanto verborum ambitu reliqui Euangeliſtæ præmiſerunt, nempè de cilicini ſpinoſitate ſacci, de cinctu aſperitudine lumbos arctè opprimente, de inediâ agreſti cibo ieiunè protractâ, de præcoquo humani conuictûs exilio, de eâ in terris vitâ, qui in cælos præmaturè coloniam tranſmiſit. Itaque hæc *omnia compendio* Lucas præfatur, dum Ioannes inaugurandus Prædicator pœnitẽtiæ in remiſſionem peccatorum, *verbo* ad ſe *facto* præſtructus dicitur. Hinc deſertorem Dei populum ſic aure cõcuſſit, peccatorũ, & proteruiam edomuit, proculcauit, expugnauit. *Factum eſt verbũ Domini ſuper Ioannem. Vnum dixit, & omnia declarauit.*

Factum Dei verbũ ad Ioannẽ, plura dicit, quàm ſignificat. quare?

5. Pſalmo 49. ſic Dauid pangit: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuum?* Loquitur de Scribâ docto, & in lege Dei peritè erudito; ſed cui ad motũ ſuadelã, vitæ elegantia deeſt. *Peccatorem* (ſcitè ait inibi Athanaſius in Catenâ) *hoc loco diuinarum Scripturarum promulgatorem vocat.* quaſi hoc peccatum præ reliquis emineat enormius; & illi tribuat *Peccatoris* elogium. Et, ac ſi quod probè dicit, improbis vitæ moribus dediſcat, addunt ibidèm Græci Patres in Paraphraſi: *Quid tibi hoc vult? quòd leges quidèm enuncies, & tantum circa ipſas ſtudiũ oſtendas, & etiam abſque cognitione ipſas annuncies?* Quantumuis eximius doctor, acumine ingenij præditus, & impenſo diu ſtudio eruditus, Dei verbum ſine morum elegantiâ populis enunciet, *etiam abſque cognitione ipſum annunciare* perhibetur. quaſi à non bonis moribus dediſcat, quod ſapientiùs didicerat: & ipſe *cognitione* ſic viduatus, ſordidè imperitam, obſcuram, & cæcam de rebus diuinis vocẽ emittat. Quare iidem Græci Patres ſubdunt in huius loci Cõmentario: *Habeat vita tua claram vocem iſtiuſmodi docentem, quemadmodum & Cæli enarrant gloriã Dei, cùm os non habeant, ſed aſpectûs ſui pulchritudine contemplatorem ſuum in admirationem rapientes. Pulchrè autẽ dixit, Per os. Cor enim, inquit fructu eius vacuum eſt; labia verò temerè mouentur, idque ad damnationẽ eius qui loquitur.* Sanè Euangelicus Concionator velut ſidereâ voce, plus loquitur cùm videtur, & pulchrâ morum elegantiâ vel de aſpectu ſuo vitia ſuffundit. Sapiens eruditione, ſed moribus idiota, doctrinam quam adſtruit, citiùs deſtruit.

Pſal. 49. v. 16.

S. Athanaſ.

Græci Patres in Paraphr.

Sapiens eruditione, & moribus idiota, quam adſtruit doctrinam, deſtruit.

Pſal. 18. v. 2.

Siderea eloquentia, optima eſt ad ſuadelam Euangelij.

---

§. LXIX.

Explorandum potiùs ſæpè eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit; in Catholicæ veritatis gratiam.

1. CONfuſis oculis proſunt virentia, & quibuſdam coloribus infirma acies acquieſcit: *P. Didac. Celada in Ruth.* quorundã ſplendore præſtringitur: ſic mẽtes ægras in veritatis ſtudio aut ſtadio affici videas. In arduo eſt veri exploratio, ſed eà imus, quà ducit veriſimilitudo. Omne hâc viâ procedit officium. Sequimur quà opinata ratio, non quà ipſa veritas trahit. Fallaces enim ſunt rerum ſpecies, quibus credimus. Quis neget? Sed nihil aliud inuenio per quod cognitionem regam. His veritas mihi veſtigiis ſequenda eſt. Certiora non habeo. Hæc vt quàm diligentiſſimè æſtimem, operam dabo, nec citò illis aſſentiar, nec morosè nimis. Porrò ſi omnia argumenta ad lancem cœperimus expendere, ſilentium indiceretur: pauca enim admodùm ſunt ſine aduerſario. Cetera etiam ſi vincunt, litigant. Ceterùm nollem (ſi fieri potuiſſet) vt iſtiuſmodi litigium, & inuentæ veritatis victoria, ſolâ opinatiſſimâ dicentis auctoritate conſtaret, fidei diuinæ non bonâ ſæpè æmulatione. Profectò tam imbecilla ſunt, ac penè nulla, nonnulla huius æui iudicia, vt non quid dixerit, ſed quis dixerit, ad credibilitatem impreſſiùs explorent. Cùm Magnatum aſſentatio prodeſt, tamquam mendacij reus, peccat vulgaris homo qui verum dicit. Nam quaſi iſta inter ſe contraria ſint, humilis fortuna, & mens bona; fortunæ, non mentis bonitas, velut ſequeſtra veritatis cenſetur. At in ſterquilinio etiam margarita fulgurat; & in ſuperbis Regum theſauris nummus ære adulteratus meritò depretiatur. Quis æſtimaſſet prædicationem Apoſtolorum, ſi illos è lacubus potiùs, quàm ex academiis euocatos; generis ignobilitas, veſtium ſqualor, rudis verborum inconcinnitas, & non ſalutata Athenarum limina, prædamnaſſent. Ægræ igitur mentis eſt, ſcrupuloſiùs explorare quis dicat, & quid dicat, contemptim negligere. Teneo planè Philoſophorum errores, patronorum ſolo nomine magnos, & merâ antiquitate generoſos; quos Piſcatorum ſapientia de cælo erudita falſitatis & hæreſeos redarguit, reuincit, detriumphat.

Explorandum potiùs ſæpe eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit?

2. Declinare ſatagit hos Euangelij ſuadendi ſcopulos, gentium Doctor, ne Petri nauicula, veritatis mercibus onuſta, ad illos naufraga impingat, ſic ſcribens ad Romanos cap. 12. Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos. *Idipſum inuicem ſentientes: Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.* Cùm enim Apoſtolus eandem vellet eſſe fidelium omnium mentem (vt vult Chryſoſtomus, conſentiente Anſelmo,) Chriſtianam humilitatem, atque animi demiſſionem requirit. Nam qui plus æquo ſibi arrogant, quique ſe magnificentiùs circumſpiciunt, non ita facilè ſequuntur ſenſa aliorum, quos in ſublimiori ſapientiæ, eruditionis, ac dignitatis ſuggeſtu non vident, ſed in humili gradu, habitu abiectiore, & obſcurâ aut nullâ ſapientiæ famâ deſpectant. Idcircò conſultiſſimè ait: *Humilibus conſentientes.* Pro τὸ *humilibus conſentientes*, Græcè habetur, *Humilibus obſecundantes, & accommodantes*, quod Paullinus in epiſt. ad Auguſtinum, *Humilibus congruere*, interpretatus eſt. Quod Tertullianus profundo ſtilo ad rem viuaciùs expreſſit, ſic locum excribens, & exponens: *Non altum ſapientes, ſed humilibus aſſentantes*, Itaq; eadem ſentire ac humiles, abiecti, plebeij, & qui nullâ ſapientiæ famâ, aut nobilitatis ſtemmate celebrantur, illorum inquam, ſenſis *accommodari*, & dictis *congruere*, adeò eſt

Ad Rom. 12. v. 16.

S. Chryſoſt. S Anſelmus.

Qui humilibus pari mẽte adſentit, illis obſecundare, & aſſentari perhibetur.

Græcus. S. Paullin.

Tertull. lib. 5. aduerſ. Marc. cap. 15.

difficile ac perarduũ,vt huiuſmodi *conſenſus* dicatur *obſecũdatio*,vel altiori vocabulo *aſſentatio*. Profectò alicui *aſſentari*, eſt aliquo mendacij genere admixto,illius laudes exaggeratiùs prædicare: nam adulatio vltra verum laudatorem audet. Quare *humilibus conſentientes*,illorũ mẽti,ſenſis, ac dictis non modo *obſecũdare* ſeu obedire dicũtur,& velut cæcâ fide duci; ſed & illis *aſſentari*,& illorum verbis adſenſu adulari. Sanè infortunata eſt veritas, quæ in humili & abiecto ore verſatur, quaſi ex dicentis abiectione incredibilitatem mutuetur, & aſſenſionis tenuitum. Sic Potentes ac litterati, de potentiæ ac litteraturæ famâ opinatiſſimâ, tyrannidem erga veritatem & credibilitatem exercent; vt qui humilibus adſentit, illis *obſecundare*, imò & *aſſentari* dicatur? *Humilibus conſentientes*, id eſt, *obſecundantes, vel aſſentantes. Quid exaggeratius?*

3. 2. Regum 12. Dauid rex fœdum adulterij ſqualorem, homicidij feritate cruentat. Et cùm diu impunè inſoleſceret, *miſit Dominus Nathan ad Dauid*, qui ouiculæ parabolam, in ipſum (2. Reg 12. v. 9 & 10.) acerrimè verteret, aiens Tu es ille vir: *Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tuâ vſque in ſempiternum.* Peccauit Dauid, quod ſolent Reges; ſed pœnitentiam geſſit, fleuit, ingemuit, quod non ſolent Reges. (*Apud Dauidem Idiotæ auctoritas fidem meruit.*) Quod erubeſcunt facere priuati, Rex non erubuit priuato homini confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignatur rogare indulgentiam, quam petebat qui nullis legibus humanis tenebatur. Pacatè tulit quempiam è plebe ſubiectum, acerbum pati ſceleris occulti reprehenſorem: nec regio faſtu obiectum detrectauit opprobrium, homine plebeio falſitatis redarguto, ne propudioſo dehoneſtaretur errore. Scitè Didymus hâc de re (Didymus apud Catenã Græc. Patr. in Pſal. 50.) ſic fatur: *Nam cùm tantus Rex ab idiotâ reprehenſus fuiſſet, nihil indignatus, ſemet ipſe accuſauit.* Non morabor hîc Græci & Latij ſermonis ſciolos. Sanè *Idiota* propriè ſignificat hominem plebeium, & nullo dignitatis munere fulgentem. Accipitur etiam communiter pro ruſtico, illitterato, & imperito. Vtcumque res ſe habeat: magni æſtimat Didymus, quòd rex Dauid ex hominis priuati, plebeij, ſeu illitterati ac imperiti ore rem occultam & ſibi inuidioſam audiens, incredulo ſupercilio minimè detrectauerit; ſed tantâ apud illum auctoritate veritas viguerit, ac ſi aliquis è regni Proceribus, aut conſultiſſimis Senatoribus illam dixiſſet. Sic in *Idiota* linguâ ſqualet veritas; quandoquidẽ in eorum ore vel mendacium fulget ad aſſentiendi gratiam! Sanè infortunata eſt veritas, prænobili aut litterato ore viduata, quaſi totum ex auctoritate dicentis vigorem ad credibilitatem mutuetur. O expendamus cum Dauide, quid dicat; ſæpe omittamus, quis dicat. Aurum in ſterquilinio, aurum eſt; vitrum in coronâ, vilis nitula reputatur. Audio ſæpè falſum humanâ auctoritate generoſum.

4. Matthæi 8.cùm introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & di- (Matth. 8. verſ. 10.) cens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. *Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit? Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël.* Quid tibi, ô Iſraël, lucri ex miraculis in Ægypto editis? ecquæ vtilitas in Moſaicâ lege, & Prophetarum oraculis Euangelium clarè adumbrantibus? Homo Gentilis à Teſtamento alienus, miraculorum ignatus, legum profanus, prophetiarum expers, Moſaicæ diſciplinæ exors, Iudæorum fidem verâ credulitate ſuperauit Pergit ad rem (Baſil. Seleu. Orat. 19.) Seleucienſis Baſilius: *Vnus Gentilis ſuprà totam Iudæorum multitudinem fide ſe extulit. Eſto Gentilis diſcipulus: incredulos, vt credas, ſequere.* O peregrinũ Chriſtianæ religionis gymnaſium! Quid tam contẽptibile apud Hebræam gentem, (*De ſcholâ Gentilium, à Iudæis Euãgelium diſcendum eſt. quare?*) quàm profanus Gentium populus? Quid in tantâ auctoritate, dignitate, ac maieſtate, ac Moſaica lex, & ſanctiſſima Prophetarum oracula? Ergò qui nec Moyſi, nec Prophetis credis, crede homini Gentili,& erroribus innutrito: *incredulos, vt credas, ſequere.* Scilicet tanta eſt veritatis vis, vt in ore etiam hominis Gentilis, & erroribus adſueti, fidem extorqueat. Imò & tanta eſt noſtræ fidei veritas, vt vel Gentili ore edocta, credulitatem inueniat in homine Iudæo, ſi credibilitatis momenta adamuſſim expendat. Ergò, ô Iudæe, qui Moyſi & Prophetis, de re Chriſtianâ incredulus es, *eſto Gentilis diſcipulus: incredulos, vt credas, ſequere.* non enim deuenuſtatur veritas ore dicentis. Adi Gentilium ſcholam, eſto Gentilis diſcipulus. Vide quid dicat, non quis dicat. *Planè non negabimus* (ait Tertullianus) (Tertull. de Anima. c. 2.) *aliquandò Philoſophos iuxta noſtra ſenſiſſe. Teſtimonium eſt veritatis etiam inuentus ipſius. Nonnumquam & in procellâ confuſis veſtigiis cæli, & freti, aliquis portus offenditur proſpero errore: nonnunquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenditur cæcâ felicitate.* Addit ſubindè opportuno ſarcaſmo: *Deliquit, opinor, diuina doctrina, ex Iudæâ potius* (Ibidem. c. 3.) *quàm ex Græciâ oriens. Errauit & Chriſtus Piſcatores citius, quàm Sophiſtam mittens.*

Matthæi 16. venit Ieſus in partes Cæſareæ 5.
Philippi. *Et interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis?* (Matth. 16. v. 13. & 16.) Relatis autem incertis incerti vulgi opinionibus, reſpondens Simon Petrus dixit: *Tu es Chriſtus, filius Dei viui.* Tempeſtiuè indidèm addubitat (*Cur myſterium Incarnationis hic Chriſtus non per ſe, ſed per Diſcipulos docet?*) Chryſoſtomus, eccur ſuo ipſius ore, ſuam nunc ipſe Chriſtus diuinitatẽ non enunciat; ſed Chriſtianiſmi ſummam, & myſteriorum cardinem, Diſcipulorũ ori permittit? Audiendus eſt Chryſoſtomus homil. 55. in Matthæum: (S. Chryſoſt.) *Tu es Chriſtus, Filius Dei viui. Quare autem non ipſe apertè dicit, Ego ſum Chriſtus; ſed aliorum ſententia rogando diſcipulos iſtud confiteri inducit? Quia videlicet & ipſum magis ita decebat, & illi ad fidem hoc modo inuitabantur.* Addit Baſilius (Baſil. Seleu. Orat. 25.) Seleucienſis, totus Chryſoſtomi doctrinâ eloquenter imbutus: *Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? cum ei propoſitum eſſet docere, diſcentes interrogat.* Ecce tibi, quare ipſe non apertè tunc dicat, Ego ſum Chriſtus; ſed cùm ei propoſitum eſſet id docere, Diſcentes interrogat: *quia videlicet & ipſum magis ita decebat, & illi ad fidem hoc modo inuitabantur.* Sanè magis *decebat*, vt ad huius myſterij fidem, *Diſcentium* ora hanc veritatem enunciarent, vt homines

nes

Digitized by Google

nes aſſueſcerent huiuſmodi *diſcentibus*, fidei veritates indubiè credere. Vel *Diſcentium* ora, ſublimia Chriſti myſteria, & fidei veritates eructantia, certam fidem facere *oportet*: neque neceſsè eſt, vt ſumma Chriſti Dei auctoritas, myſterij veritatem immediatè enunciet: ſat eſt, quod id, quod Deus animitùs reuelat, à *Diſcente* dicatur. *Quare ipſe non apertè dicit: Ego ſum Chriſtus; ſed aliorum ſententia rogando Diſcipulos iſtud confiteri inducit? Quia videlicet & ipſum magis ita decebat, & illi ad fidem hoc mo-*
Hic verſ. 16. &c. *do inuitabatur.* Sanè veri Dei religionem, quam tot Prophetæ Moabitis non perſuaſerunt, vetulæ Noëmi conuerſatio Moabitidæ Ruthæ hìc expromtè perſuaſit.

---

§. LXX.

Repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur.

1. A Petente auctoritas datur, cùm credit Dominum præſtare poſſe quod petitur. Ergò qui petit, plus ſæpè donanti dat, quàm ab eo accipit. Dat auctoritatem, dubiam ſtipem accepturus. Dat opinatam dandi poteſtatem, & egeſtatis publicatæ dehoneſtamentum recipit. Offert generoſæ liberalitatis indicium, & debitum gratitudinis refert. Ergò nil petas, quod negaturus fuiſti; nil negabis, quod petiturus fuiſti: Et ſanè qui timidè rogat, docet negare: nam timiditas in petendo, diffidentiæ confinis eſt; & repulſam dum excuſat, ſubornat. Nihil propemodùm illiberalius dixerim, quàm quòd beneficia nec dare ſcimus, nec accipere. Accipit ingratus, quod illiberalis donat. Quis noſtrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut ſemel? Quis non, cùm aliquid à ſe petendum ſuſpicatus eſt, frontem obduxit, vultum auertit, occupationes ſimulauit, & longis ſermonibus occaſionem petendi abſtulit? In anguſto verò comprehenſus, aut diſtulit, aut timidè negauit, nec, vt moleſtiâ careret, dedit. Dicam tamen quod ſentio, malim non recipere beneficia, quàm non dare. Nam qui non recipit, conſuetæ ſuæ inopiæ relinquitur; qui non dat, petentem pudore lædit; & indè calamitatem cumulat, vndè credi poterat ſubleuanda. Et dum expetitam non donat gratiam, dat fruſtratæ ſpei ludibrium, & verecundiæ contumeliam. Petenti ſuæ inopiæ laxamentum iniquè rependitur pudoris tormentum. Sanè ingenuitatem lædit, qui indignum rogat: ſubleuandam calamitatem exaggerat, qui rogatus negat.

Valdè læditur is, cui petita negātur.

2. Lucæ 11. amicus ille vt paſcat vtcúmque amicum hoſpitem, incommodiſſimo intempeſtæ noctis tempore, panes rogaturus amicum adit. Ille autem deintùs reſpondit: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, *non poſſum* ſurgere, & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit, pulſans: *Dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens, eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Hæc non videntur in Deum conuenire: neque enim Deus inuitus, & vt ſe à tædio liberet importunas audiendi preces, petitionibus adnuit. Imò neque in

Lucæ 11. verſ. 8.

P. Didac. Celada in Ruth.

homines conuenire poſſe videntur. Nam qui diceret, *non poſſum dare*, quomodò confeſtim dare èualet? Vtrùmque ex altertutro redarguitur, aut non verè dixiſſe, *non poſſum dare*, qui ſtatim dedit; aut ſi dare non poterat, non verè dediſſe. Quo enim pacto donet, qui verè dicit? *dare non poſſum*? Verùm & hoc (vt obſeruat inibi Maldonatus) ad Deum poſſumus aliquâ ratione accommodare, vt ſignificetur, etiam Deum non ſolùm amicis, verùm inimicis etiam ſuis, id eſt, peccatoribus, non propter amicitiam & gratiam à quâ alieni ſunt, ſed propter ipſam orationis perſeuerantiam, tandèm conceſſurum eſſe quod petunt, etſi concedi non poſſe videatur. Rectè Vulgatus Græcum nomen ἀναίδειαν, *improbitatem* vertit, quamuis propriè etiam *impudentiam* ſignificet? vel *inuerecundiam*, vt obſeruat Cornelius. Arabicus habet, *importunitatem*, quaſi Deus velit, quodammodò *improbos*, *importunos*, *impudentes*, & *inuerecundos* in petendo nos eſſe. Ceterùm τὸ *propter improbitatem*, alij apud Gloſſam vertunt, *propter verecundiam*, accipientis inquam. Nempè, quiſquis ille ſit, qui rogatur, ſi petitor intentiùs & obnixiùs roget, adhuc impetrabit, quamquam is à quo petit beneficium, dicat ſe *non poſſe* illud donare. Impetrat autem id, quod ſic petit, *propter verecundiam*; ſcilicet ne à repulsâ rubore ſuffuſus, *verecūdiæ* probrum, & tormentum ſubeat; & ſic petitione negatâ, de renutu negantis, *importunus*, *improbus*, *impudens*, & *inuerecundus* videatur. Itaque repulſæ cenſus & æſtimatio, ex ſuffuſæ *verecundiæ* taxanda eſt. licet enim is, à quo aliquid petitur, *improbè*, *importunè*, ac *inuerecundè* rogetur; etſi dixerit ſe *non poſſe* petitis adnuere, & poſtulata concedere, quaſi vltrà eius poſſibilitatem poſita ſint; debet tamen petitam gratiam non negare, ſed, vt vt poſſit, poſtulatis adnuere, *propter verecundiam petentis.* Si petitum donum nec iuſtitiæ, nec pietati debes, debes tamen petentis *verecundiæ*; ne pudoris tormento, etſi eius ſanguinem non effundas; & tamquam *importunum*, *improbum*, ac *inuerecundum* renutu pænaliſſimo dimittas.

Maldonat.

Græcus.

Cornelius.
Arabicus.

Gloſſa in margine.

Quod non poſſumus petenti demus, propter eius verecundiã.

Matthæi 20. acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo, aiens: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. *Ait illis: Calicem quidèm meum bibetis: ſedere, autem ad dexteram meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Malè hinc garriunt Ariani, hìc dici hoc dare non eſſe Chriſti, ſed Paternæ poteſtatis; ac proindè Chriſtum non eſſe Deum, & ὁμόουσιον Patri; quaſi ad quem non pertinet humanis poſtulatis adnuere, exors diuinæ potentiæ ſit. Quid ergò eſt, *Non eſt meum dare vobis?* Scilicet Chriſtus Deus, Dominus cæli ac terræ verecundabatur, & propè confundebatur, matri pro filiis poſtulanti etiam ſuæ ſedis conſortium ambitioſè expetitum denegare. Quàm patiens & clemens Dominus quàm alta ſapientia & bona Chriſti charitas. Volens enim oſtendere quod non perfunctoriam rem aliquam Diſcipuli poſtularent, *ſed eam quam impetrare non poſſent, prærogatiuam eis paterna ho-*

3\.

Math. 20. verſ. 23.

Chriſtus in iuriſdictioni ſua cedit, ne repulsâ petitores moleſtiſsimè pudefaciat.

 norificentia

S. Ambr. l. 5. de Fide poſt initium. *norificentiæ reſeruauit, non metuens ne quid iuri proprio derogaret* (Pergit Ambroſius, cuius ſudatâ alioqui verba non pudet nouiter expendere nec inidoneè ad rem accommodare) *Noluit his quos diligeret videri quod peterent denegaſſe ſanctus & totus Dominus, qui mallet aliquid diſſimulare de iure, quàm de charitate deponere.* O quàm homines vrit ſui iuris, poteſtatis, aut iuriſdictionis tuendæ, atque ampliandæ libido! (quâ ſuper re alias copioſè agebamus) verùm quod à Iacobo & Ioanne, quia ambitioſè petitur, impetrari non poterat, ne poſtulatam immeritarum tunc ſedium prærogatiuam petentibus denegaret, eóſque ob repulſam cruciaret pudoris tormento, electionem tunc intermittens, *paternæ honorificentiæ reſeruauit, non metuens ne quid iuri proprio derogaret.* Bonus Dominus, cui omnis data eſt poteſtas in cælo & in terrâ, cui ſumma auctoritas à Deitate hypoſtaticè vnita ineſt, *maluit aliquid diſſimulare de iure*, & iuriſdictioni ſuæ vltrò cedere, *quàm de charitate deponere*, & ſupplices rogatores renutu pudefacere. Ecce tibi quàm ſit peracerbè moleſtus ſuffuſus a re petitâ & negatâ pudor, & ingloria verecundia repulſæ appendix, vt Chriſtus Deus ſatiùs duxerit, velut iuri proprio derogare quàm coràm negare, quod prece ſupplici rogabatur. *maluit aliquid diſſimulare de iure, quàm de charitate deponere.* Hinc vel maximè repulſæ cenſum taxare licet, & rei negatæ moleſtiam æſtimare.

4. Regius Vates Pſalm. 21. ſic ad rem concinnè pangit: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.* Senſus eſt: Supplici oratione clamabo interdiu, & non exaudis: & nocte (ſupple) clamabo, & non exaudies: & tamen licèt die ac nocte inexauditus clamem, renutu exceptus, adhuc tamen non ceſſo precibus aſſiduè clamare, neque iſtiuſmodi perſeuerantia velut pertinaciter ſupplex ac precatia, *mihi ad inſipientiam* aſcribi debet, quaſi contemptim neglecta ſit. L x x. Interpretes huc adludere videntur: *Clamabo per diem, & non exaudies; clamabo per noctem, & non ero inſipiens*, noctu iterando preces, interdiu repulſas, & rei petitæ negationes inglorias. Ceterùm τὸ *inſipientiam*, Genebrardus interpretatur *ſtultitiam.* At Græca vox ἄνοια ſignificat etiam *ſuperbiam*, & *impotentiam animi*: item *excitionem* animi, ſeu *carentiam* rationis & *ignorantiam*, atque *imprudentiam.* (Conſule Bellarminum, Genebrardum, Lorinum, Agellium) Scilicet, etſi interdiu ſupplex clamarim, nec exauditus ſim, [illegible] poſtulata velut contemptim fruſtratus, [illegible] quodãmodò neglectus, & negatione pudore ſuffuſus, quòd adhuc noctu clamem, nec à rogando deſiſtam; adſcribendum non eſt, *inſipientiæ, ignorantiæ, imprudentiæ, ſtultitiæ, impotentiæ animi*, aut *ſtupori.* quaſi ſtultæ imprudentiæ ſit, & inſenſilis animi *ſtupor*, quòd repulſæ verecundiam nuper paſſus, idem pudoris tormentum iterùm ſubire non recuſet, ſed ad rei petitæ negationem [illegible] alacris, & gratiæ impetrandæ ſpe [illegible] erectus. quod aut inſenſilis *ſtupor*, aut aliqua præſumptionis *ſuperbia* [illegible] poſſe videtur (Veruntamen [illegible] iteratæ orationis *ſuperbia*, [illegible] agitur de aſſidua orationis inſtantia, vbi hic locus enucleatur) Vide hic Rutham quæ

Pſalm. 21. v. 3.

Semel negatam, iterum ſupplicare, ſtupor, ac ſuperbia dicitur. quarè?

Lxx. Interp.

Genebrar. Græcus.

Bellarmin. Genebrard. Lorinus. Agellius.

Hic verſ. 15. 16. &c.

inſtanter, etiam poſt iteratam repulſam, roget, vt ſibi liceat ad Dei populum ſimul pergere, & veri Dei ritibus ſacris initiari. Adeò vt in rem ſæpiùs negatam precando adniti, aliqua *impotentia* animi, & mentis *ſtupor* propemodùm poſſet reputari.

Pergit adhuc regius Pſaltes: Timeat eum 5.
(Deum inquam) omne ſemen Iſraël: *Quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis: nec auertit faciem ſuam a me.* Grande quidèm beneficium, quòd illum humiliter deprecantem non ſpreuerit, neque deſpexerit, neque ab eo faciem auerterit, abnuens poſtulatis. Obſeruandum autem eſt, quòd orationis repulſa, dicitur orantem *ſpernere, deſpicere*, & ab eo *faciem auertere.* Quæ verba noſter Lorinus ſic mihi ad rem exponit: *Non ſpernere, non deſpicere, non auertere faciem, non ſolas denotant negationes, ſed beneuolam præterea exauditionem. Spernit,* ἐξουδένωσε, בזה *baza, qui contemnit alium velut nullius momenti, aut etiam tamquam capite damnatum: Deſpicit,* προσώχθισε, *qui horret, auerſatur, deteſtatur, vitat vt piaculum, & rem moleſtam, infauſtam, immundam, venenatam. Auertit faciem, qui nec aſpicere præ tædio ſuſtinet.* Ecce tibi quibus elogiis ille homo tibi dicatur, qui non exauditur, ſed eius oratio renutu excipitur. Is, is inquam, velut homo nullius momenti, & tamquam capite damnatus quodammodò tractari perhibetur. Et qui rem ſuppliciter rogatam negat, ſupplicem rogatorem horrere, auerſari, deteſtari, & vitare vt piaculum, & rem infauſtam, immundam, & venenatam dicitur; quem nec aſpicere præ tædio, aut horrore immundo ac infauſto ſuſtinet. Quid ad thema præſens exaggeratius?

Pſalm. 21. verſ. 25.

Qui repulſam patitur, nimis dehoneſtari perhibetur.

Lorinus.

§. LXXI.

Affectus altè impreſſus, energia eloquentiæ eſt, atque viuidus perſuaſionis vigor.

Eloquentia numquam adhuc ſe vlli ſic indulſit, vt tota contingeret: ſatis felix eſt, 1.
qui in aliquam eius partem receptus eſt. Communiter definitur eloquentia, Idoneorum verborum & ſententiarum ad pronunciationem accommodatio; continens vocis, vultus, geſtus moderationem cum venuſtate. Verum hæc eloquentiæ energia, quæ in pronuntiatione apta, & conuenienti corporis geſtu conſiſtit, homines ſic aggredi poterit, vt eorum aures gratè penetret, & oculis delectet, non tamen animos inuadat: quò enim tranſuerſum agat auditorem, aliquis dicendi vigor & maſcula potenter perſuaſio requiritur, quæ aliud quiddam à placidæ concinnitate eſt. Vnde vulgaris illa Auguſtini ſententia: Tullij linguam omnes mirantur, pectus non æque. Ariſtotelis pectus omnes, linguam non æquè. Platonis linguam & pectus æquè. Sanè in eo ſumma eloquentiæ eſt, qui ſic omnia loquitur quæcumque dicit, vt magna, & quocumque modo parua dicit, modo loquendi ſic magnificet, vt in eius ore nil paruum ſit, nil quod magnitudinis opinionem non eam æſtimationem habeat, vt ſui deſiderium non faciat, quæ eſt

In quo conſiſtat eloquentiæ ſumma.

S. Auguſt.

eſt perſuaſionis energia, & eloquentiæ meta. Sed quæ non tam ore, quàm affectu conſtat. Ille benè loquendi facundiam habet, & perſuaſionis emphaſim, qui ſinum cordis per viuidè affectam voluntatem extendit: nec loquentem iners deſidia præpedit, cùm affectus linguam antecedit, regit, accendit. Altè affectus eſto, & dic quod voles, quomodò voles dic, & feliciter perſuadebis.

2. Lucæ 2. Factum eſt, cùm Maria cum ſponſo Ioſepho eſſet in Bethelehem, impleti ſunt dies, vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum; & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eâdem, vigilantes ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxtà illos. Et dixit illis: Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnũ: *Quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum; Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.* Profectò ſi penitius conſideretur ſignum, quod Angelus exhibet, deſtruere videtur, quod adſtruere conatur. Infantem dicit pauperculis inuolutum pannis, in pecuino ſtabulo natum, in bruto reclinatum præſepio; & tamquam Chriſtum Deum adorari iubet? Quid Dei Verbo cum infante? quid Diuinitati cum vili præſepio, & ſtabuli humilitate? Et tamen Angelus ſic eloquenter cum Paſtoribus egit, vt tantam humilitatem hactenùs in Deo peregrinantem, illis feliciter perſuaſerit. Pulchrè Bernardus Serm. 4. in Natali Domini: *Quid eſt*, inquit, *quòd ſola ab Angelo commendari videtur humilitas; nec tamen ſola à Paſtoribus inueniri? Fortè ſpecialiùs commendat Angelus humilitatem, quia ruentibus ceteris per ſuperbiam, ipſe in humilitate ſtetiſſet.* Ratio quidèm Bernardo digna! Scilicet res nimis ardua, & forſan vltrà Angelicam eloquentiam, videri poſſet, hominibus perſuadere tantam Dei humilitatem, quòd ſummà ſummi Dei maieſtas vſque adeò humiliata ſit, vt vili præſepio ſtabuletur: at Angelus qui ruentibus ceteris per ſuperbiam, ipſe per humilitatem ſtetit in cælo; ſic altè affectus erat ergà humilitatem, vt *ſpecialiùs commendans Angelus humilitatem* Dei, eam hominibus feliciter perſuaſerit. Angelus cui profundè impreſſa erat humilitas, aut ipſe humilitati altiùs impreſſus, par eſt, vt humilitatem in ſummâ etiam Dei maieſtate ſuadeat. O! ſic affecta voluntas ad ſuadelam iuuat?

Lucæ 2. v. 11. & 12.

Cur Angelus ad ſuadendam Dei humilitatem eligitur?

S. Bernard.

3. Danielis 13. legimus duplicem commendari iuuentutem, alteram quidèm ferendo, alteram ſuſtinendo ſententiam: ac Danielem quidèm, pro latâ ritè ſententiâ plauſum habere & ad gratulationem: Suſannam verò pro victoriâ caſtitatis obtinere coronam: ſenes autem iniuſtè cõdemnatores de iuuenili ſalaciâ condemnari à iuuene Daniele, iuuentute canâ florẽte. Cùm enim Suſanna caſtitatis rea, ob violatam caſtitatẽ duceretur ad mortẽ, ſuſcitauit Dominus ſpiritũ ſanctum pueri iunioris, cuius nomẽ Daniel. *Et exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum à ſanguine huius.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, iſtiuſmodi ſenes, cùm & accuſatores & teſtes eſſent, ac iudices, potuiſſe populo perſuadere quòd impudicitiæ damnaretur Suſanna. Imò, quod mirere magis, iuuenem Danielem, cui ætas minimè bonum pro caſtitate ferebat ſuffragium, tantâ eualuiſſe eloquentiæ vi, vt Suſannam iam impudicitiæ damnatã, potuerit vindicare. Valdè fallor, niſi præcellens caſtitatis ſtudium, quo Daniel in iuuenili ætate, cõcupiſcentiæ flammis obnoxiâ præpollebat, eloquẽtiæ ſtimulos, & perſuaſionis vigorem inſigniter miniſtrauit. Quod inſinuat Aſterius Serm. in Danielem & Suſannam: Daniel *iuuenis*, inquit, *Caſtitatem calumniâ oppreſſam vlciſcens*: quare inducuntur populi *traducentes iuuenilem ſenectutem, & canam admirantes iuuentutem.* Itaque ſicut impudiciſſimi ſenes impudicitiæ ignibus vſtulati, luxuriam quâ ſalaciter æſtuabant, ſuadere eualuerunt: ſic è diuerſo iuuenis Daniel inſigniter ergà caſtimoniam affectus, etiam aduersùs ætatis ſuffragium, Suſannæ caſtitatem omnibus eualuit perſuadere. Sic Daniel caſtiſſimus *iuuenis caſtitatem calumniâ oppreſſam vlciſcitur*, peridoneus puritatis ſequeſter ac vindex, ipſe puritatis ſtudioſiſſimus, & puritate prælustris. Qui ſic affectus erat in ſinceræ caſtitatis ultorem; aptè à Dei Gratiâ deſtinatur pudicitiæ encomiaſtes; & facundus calumniatæ puritatis aſſertor. Tales Gratia quærit virtutum defenſores, qui non tam ore, quàm affectu eloquantur; & ſic affecti, feliciter perſuadeant.

Daniel. 13. verſ. 46.

Daniel iuuenis caſtiſſimus, factus aptiſſimus fit caſtæ Suſannæ vindex.

Aſter. to. 1. Bibl. Franc. Combefis.

Lucæ 1. adeſt corporandi Verbi tempus opportunum, & deſtinatur Angelus è cælo orator, qui magnum hoc ſeculorum negotium cum Virgine tractet. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem*, &c. Notat S. Hieronymus in cap. 8. Danielis, tres Angelos in Scripturâ nominari ac celebrari, ſcilicet Michaëlem, Raphaëlem, & Gabriëlem: è quibus Michaëlem ait præeſſe precibus, atque idcircò dicitur *Michaël*, id eſt *quis vt Deus*? quaſi dicat: Solius Dei eſt exaudire preces pœnitentium: Secundò Raphaëlem præeſſe ſanitati: hinc dicitur *Raphaël*, id eſt *medicus*, vel *medicina Dei.* Tertiò *Gabriel*, id eſt, *fortis*, aut *fortitudo Dei*, præeſt præliis ac bellis fidelium, vt patet Danielis 12. verſ. 13. & ſequentibus. Vndè ipſe hîc mittitur ad Mariam nunciaturus Chriſtum. Rurſùm *Gabriel* dicitur, *vir Deus* (vt exponit inibi Cornelius) Quaſi dicat: Deus incarnabitur, eritque homo puer, quantùm ad naturam ac ætatis ac corporis progreſſum, idem tamen erit vir. Itaque Gabriel conſultiſſimè mittitur, vt annunciet Mariæ incarnationis myſteriũ, Mariæ Virgini, inquam, quæ virginitatis ſtudio, cunctanter agebat; nec, niſi poſt longam diſceptationem, Deum in eius virgineo vtero corporandum, Gabrieli annuit. Quam tandem Dei corporationem ipſe feliciter perſuaſit. Opportunè Aſterius Serm. in Danielem: *Quid*, inquit, *Gabrielem interpretaris? Arrige aures, & diſce: Deus & homo. Quia itaque ille quem annunciabat, Deus erat ac homo, quò faciliùs diſpenſationem perſuadeat, rei miraculum, nominis notatione anticipat.* Nempè electiſſimè ad Virginis Mariæ ſuadelam ſuper re Incarnationis, nuncius ac orator mittitur *Gabriel*; id eſt, *Deus & homo*: nam cùm piè velut pertinax virginitatis ſtudium, & acerrimum illius ſeruandæ propoſitum, Mariæ pectus votiuè impleſſet, haud facile erat illi maternitatem perſuadere, niſi illibato ſinceriſſimè pudore: cùmque eſſet monſtri adinſtar, Virginem con-

4.

Lucæ 1. v. 26.

S. Hieronym.

Danie. 12.

Cornelius.

Aſterius. tom. 1. Bibl. Franc. Combefis.

Gabriel, id eſt, Deus homo, Deum hominem naſciturum faciliùs perſuadet.

Digitized by Google

cipere ac parere Deum etiam, æquum fuit ad ſuadelam, vt nuncius, orator, & è cælo rhetor, *rei miraculum, nominis notatione anticipet*, & quod ipſe vocabulo erat, ſui ſtudio efficaciter cunctanti Virgini perſuaderet. *Quia itaque ille quem annunciabat, Deus erat & homo, quo facilius diſpenſationem perſuadeat*, Deus & homo cæleſtis rhetor nominatur, vt quaſi de ſui ſtudio feliciter rhetoriſſet, & cunctanti Virgini ſuadeat, fore vt illibato pudore Deum conciplat, Deum pariat. Ac ſi *Gabriel* nomen ſuum (id eſt, *Deus & homo*) vindicet, cum Deum hominem naſciturum præmunciat; atque adeò ex Virgine produtum digno Dei naſcentis partu. Rectè igitur Dei hominis de humanâ natiuitate vindicias agit, qui ſui nominis elogio, Deum & hominem vocabulo præfert, quò de proprio myſterium ineffabile *facilius perſuadeat*.

5. Matthæi 4. in primâ ac ſecundâ tentatione victorem Chriſtum, Diabolus pertinaci impudentia tentator, aſſumpſit in montem excelſum valde: *Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Solerter hic quærit erudita Commentatorum induſtria, quomodo Diabolus rem tam abſurdè indignam auſus fuit proponere Chriſto, & perſuadere præſumpſit? Reſpóder Cornelius, quòd tacitè Dæmon hic explorat, an Chriſtus ſit Filius Dei, cogitabat enim ipſe; ſi Chriſtus verè eſt Filius Dei, ipſe mihi indignabitur, qui ipſi hanc dignitatem eripio, méque Filium Dei eſſe ſimulo, ac vt talis ab eo adorari poſtulo: quare iratus ac fremens reſpondebit: Vndè tibi hæc arrogantia? Ego ſum Filius Dei, tu verò es Satanas. Hactenus ille. Quare cùm diuinam adorationem impudenter expoſcit, impatientiam latenter procurat, & indecoram Chriſto iracundiam ſubdole negotiari ambit. Sic putat homini fore procliue ad immodicam iracundiâ prouitari, vt frementi iracundiæ cedat, qui impia adoratione non cadit. Alij communiter ad inſolentem Diaboli ambitionem, & impudentem arroganter ſuperbiam, hanc tentationem referunt. Quâ ſuper re ſic ad rem eleganter philoſophatur Rabanus inibi, reſcribam eius verba, alibi expenſa: *Oſtendit autem hæc Diabolus Domino non quod ipſe viſum eius amplificare poſſit; ſed vt vanitatem pompæ mundanæ, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam ac deſiderabilem verbis oſtendens, in amorem Chriſto ſuggerens venire volebat.* Sat eſto digitum intendiſſe ad tempeſtiuum Rabani acumen, aliàs enucleatius emedullatum.

Matth. 4. v. 8. & 9.

Specie expetita adorationis, ad iracundiam Chriſtus tẽtatur.

Cornel. ibi.

Ambitioſus Dæmon ambitionẽ Chriſto ſuadere præſumit.

Rabanus.

Profectò bona Noëmi impenſius affecta in patriam Bethleem, & in Dei Iſraëlis religionem, Ruthæ etiam Moabitidi itum ſecum peregrinum, peregrinamque Moabitis religionem, etiam è diuerſo perſuadet: nam cum ore hortatur ad reditum in Moab, affectu inſolens iter, atque extraneæ religionis optarum cultum feliciter extorquet, tacite linguata affectuum eloquentia.

Hic verſ. 15. & 16.

§. LXXII.

Ex diuinæ incarnationis beneficio, mirè erigitur ſpes humana.

O fallacem hominum ſpem fragilemque 1.
fortunam, & manes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe fräguntur & corruút, & ante in ipſo portu obruuntur, quam portum conſpicere potuerunt! Ita quidem cùm in homine, non in Deo collocatur. Porrò ſpes in Chriſto Deo eſt vltimum aduerſarum rerum ſolatium: tribulationi minimum tribuit, quiſquis ſpei plurimum. Belle dictum: *Fortuna innocentem deſerit ſæpè, at bona ſpes nunquam*: nam bonam conſcientiam non debilitat calamitas, cùm in aduerſis ſolatium ſit non meruiſſe quæ patitur. Sane ſpes in Chriſto Deo, furatur labores, deludit hoſtilitatem, metum abſcondit periculi, & anticipatâ piè præſumptione præuiamè quodammodò beat. Sibi ipſi fidere, non fidei, ſed perfidiæ eſt: nec confidentiæ, ſed diffidentiæ magis, in ſemetipſo fiduciam habere. Is verè fidelis eſt, qui nec ſibi credit, nec in ſe, nec de homine ſperat. De diuinâ miſeratione tunc ſperandum ampliùs eſt, cum præſidia humana defecerunt. *Tu es Domine ſpes mea* (exclamat Bernardus) *Quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid optandum, tu es Domine ſpes mea. Prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe dicat pondus diei & æſtus, ieiunare bis in ſabbato ſe dicat, poſtremo non eſſe ſicut cæteros homines glorietur, mihi autem adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam.*

Tullius lib. 3. de Orat.

Fortuna innocẽtem deſerit, at bona ſpes nunquam.

Seneca in Prouerb.

Spes in ſolo Deo collocãda.

S. Bernard. Serm. 9. ſuper Qui habitat.

Geneſeos 49. Iacob ille Iacobææ familiæ 2.
princeps, duodecim Patriarchis Hebrææ gentis protoparentibus vltimum vale dicens, & largè benedicens, dum venit ad patriarcham Dan, à quo Samſon ille ſtrenuus Iſraëlitarum dux, & Dei populi columen, ita fatur: Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus Iſraël, &c. *Salutare tuum expectabo Domine.* Cur autem Danitis benedicens Iacob, ab eis deflexerit oculos, eoſque conuerterit ad expectandum Saluatorem, qui ex illâ tribu prognatus non fuit, Chaldæus paraphraſtes ſic edifferit: *Salutare tuum expectabo Domine, dixit pater noſter Iacob. Non expecto ſalutare Gedeon, quæ eſt ſalus temporalis, neque ſalutare Samſon, quæ eſt ſalus tranſitoria, ſed expecto redemptionem Chriſti filij Dauid; qui venturus eſt cuius redemptionem deſiderat anima mea.* Itaque Iacob ſpem auertit à puro homine, & in homine Deo illã melius collocat vt & iure diuinitatis infinitè beneficæ, & titulo humanitatis cum hominibus cognatæ, à Saluatore miſericordiã ſperet. *Nam propter bonitatem Diuinitatis* (ait S. Maximus) *peculiarẽ nobis Saluator debet affectum, ſcilicet quia ſicut Deus noſter in ipſo eſt, ita & ſanguis noſter in illo eſt. Miſericordiam igitur mihi debet propriè Diuinitas, neceſſitudinem exhibere debet affinitas.* En geminatus in Chriſto Deo ad beneuolentiam ſtimulus, quo velut obæratus Saluator tenetur. Porro proprium eſt Dei miſereri ſemper & parcere, quod generoſum attributum Deo cognatum

Geneſ. 49. verſ. 18.

Chaldæus paraphr.

Num diuinitas & humanitas in Chriſto debeant nobis præſtare miſericordiam?

S. Max. homil. 3 in feſto Paſchæ.

tum eſt. At quia iuſtitia Dei etiam elogium eſt; ſpes noſtra à iuſtitiæ rigoribus ad Humanitatis Chriſti Dei humanitatem appellat, nam *neceſſitudinem exhibere debet affinitas.* Itaque Saluator mundi Chriſtus Deus iure affinitatis nobis *debet neceſſitudinem*, id eſt, beneuolentiam & beneficentiam, quam *affinitatis* neceſſitudo exigit: vndè Chriſti beneficentiam ſpei noſtræ illicem *neceſſitudinem* ex *affinitate* ortam appellat. Quare ex hypoſtatico nexu venit, vt, quia Chriſtus Deus & homo eſt, & quà Deus, & quà homo miſericordiam miſeris hominibus debeat, vt quaſi intermittens iuſtitiæ opera quæ metum incutiunt, exerceat miſericordiæ munera quæ ſpem ingerant, ac ſi miſericordiæ exhibendæ debitor ſit. *Miſericordiam igitur mihi debet præſtare Diuinitas; neceſſitudinem exhibere debet affinitas. Salutare tuum expectabo Domine.*

Ad Rom. 8. verſ. 19.

3. Paullus in hâc ſpe totus, ita ad Romanos ſcribit: Ipſe ſpiritus, inquit, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & heredes: heredes quidèm Dei, *coheredes autem Chriſti*: ſi tamen cõpatimur, & cõglorificabimur. *Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat.* Benè inibi notat Cornelius noſter verborum emphaſim, quò præclariùs ſcintillet Paulli ſententia. Non dicit, Creatura expectat, ſed *Expectatio creaturæ expectat,* quaſi dicat: Creaturæ adeò auidè hanc gloriam per Chriſtum, & cum Chriſto obtinendam expectant, vt videantur eſſe ipſa expectatio, & meracior ſpes. Sic Dauid inquit, *Et ſubſtantia mea apud te eſt.* Vbi Aquila apud Theodoretum, pro *ſubſtantiâ* vertit *expectationem.* At ſi tota Dauidis ſubſtantia ex ſpe coalita videatur; & ipſe totus de hâc ſpe hianter auidiſſimâ velut hominis ſubſtantiam deſueſcens, ex ſpe conflatus, & denuò reſculptus ſit, quæ eſt arguta expectationis hyperbole, & aliquis ſperandi faſtus. Ergò Paullus de hoc Dauidis gymnaſio præpropere eruditus, cùm per Chriſtum coheredem Chriſti fieri præſtolatur, & alias huic gratiæ appendices glorias erectiùs expectat, non ait, Creatura expectat, ſed *Expectatio creaturæ expectat:* nam Dauidis *ſubſtantia* vices cum *expectatione* quodammodò reciprocat. *Et ſubſtantia mea* (id eſt, (*expectatio mea*) *apud te eſt.* Hinc eſt illa decantatiſſima Bernardi ſententia. *Non pudet te corpore cælum ſuſpicere, & mente in terrâ repere; caput ſursùm, & cor habere deorsùm?*

Cornelius.

Idémne eſt creaturarũ ſubſtãtia, ac earum expectatio?

Pſal. 38 v.8. Aquila. Theodoretus.

S. Bernard.

4. Idem Gentium doctor, & Eccleſiæ magiſter ſic ad Philippenſes ſcribit: Multi ambulant, quos ſæpè dicebam vobis, inimicos crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, &c. Pro τὸ *conuerſatio*, in Græco legitur *πολίτευμα*, id eſt, *Vitæ ratio*, ſeu *inſtitutum*, ait Budæus. Quaſi dicat: Chriſtianæ vitæ ratio & inſtitutum eſt, in cælis agere; Chriſtianiſmus eſt profeſſio vitæ cæleſtis. Addit Budæus quod illud Græcum verbum pro quo Vulgatus habet, *conuerſatio*, ſignificat etiam *regimen politicum* reipublicæ vel ciuitatis. Quaſi dicat Paullus, Noſtrum regimen, noſtra reſpublica, noſtra ciuitas in cælis eſt; nos gerimus vt municipes cælorum; regnum cælorũ eſt ciuitas noſtra, cuius municipali iure regimur. Quare Tertullianus pro *conuerſatione* excripſit *municipatum*, & Clemens Alexandrinus *coloniam*. Verùm S. Hilarius lib. 11. de Trinit. ſic locum luculenter vertit: *Noſtra autem expectatio in cælis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.* Profundè quidèm Hilarius. Nempè in hâc etiam mortali vitâ, *noſtra conuerſatio in cælis*, ſeu noſtræ *vitæ ratio* vel *inſtitutum* in cælis; ſeu *regimen politicum* noſtræ reipublicæ aut ciuitatis, quaſi iam *coloniam* tranſmiſerimus in cælum, & prœmaturè eſſemus cæli *municipes*; *noſtra expectatio*, ſiuè ſpes noſtra eſt, quâ *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, qui per cæleſtis gratiæ, & empyreæ gloriæ dona largiùs benefica, reformans corpus humilitatis noſtræ, illud *corpori claritatis ſuæ configurauit.* O in Chriſtum erigamus ſpem, quâ etiam nunc olympiam cæli vitam, & empyreas glorias prægustamus! *Noſtra conuerſatio* (ſeu vitæ ratio, aut regimen politicum, aut municipatus, aut colonia, *in cælis eſt*, id eſt, *Noſtra expectatio in cælis eſt: vndè etiam Saluatorem expectamus.*

Ad Philipp. 3 v.20.

Græcus.

Budæus.

Noſtra expectatio, id eſt conuerſatio, in cælis eſt.

Tertull. l. de Coronâ mil. cap. 13.

Clemen. Alexa. alibi expenſ.

S. Hilarius.

5. Pergit Paullus diuinæ per Chriſtum beneficentiæ mirificus encomiaſtes, & noſtræ ſpei erector acerrimus: *Qui etiam*, inquit, *proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?* Benè notat Iuſtinianus noſter quod plerique Græci codices verbum habeant præteriti temporis, *donauit*; qui tamen nunc habentur in manibus habent futuro tempore, *donabit*, quomodò inter Græcos legiſſe videntur Chryſoſtomus & Theophylactus, inter Latinos Ambroſius, *nihil immutatâ ſententiâ.* quaſi donato nobis Chriſto, perindè ſit *cum illo omnia nobis donabit*, ac *nobis donauit.* quod hominum ſpem valdè erigit. Eleganter Euſebius Emiſſenus hâc ſuper re ita philoſophatur: *Cui primum imaginem ſuam dedit, in ſeculum ſeipſum pro eo tradidit: vt cum iam tanta perceperis, per ea quæ agnoſcis præſtita, diſcas ſperare promiſſa, & opem rebus nutrias, & de conſequendis ea quæ iam es conſecutus interroges, ac perceptorum experimentum proficiat tibi in teſtimonium ſperandorum; ac ſi iam attributa beneficia pro retribuendorum fideiuſſoribus habeas, ac Dei tui præteritam præſentémque bonitatem quaſi futurorum teneas cautionem.* Nimirùm ex beneficio diuinæ corporationis, quâ nobis à Patre Deo donatus eſt Chriſtus, vlteriora ſperare beneficia *diſcere* debemus. O bonum ſpei gymnaſium! Rursùs acceptum à nobis Incarnationis beneficium, quo nobis datus, nobis natus Saluator eſt, ſuper beneficiis exinceps conſequendis *interrogandum* eſt, vt de eius reſponſione ſpem fidenter erudiamus. Porrò tam auguſtè opulentum beneficium, retribuendorum *fideiuſſor* exiſtit: adeò vt *nihil immutatâ ſententiâ* perindè habeatur: Pater Deus cum Chriſto *omnia nobis donabit*, ac *omnia nobis donauit.* Quid ad rem exaggeratius? Vide hîc quot naturæ & gratiæ beneficia, ante tot retrò ſecula ingeſſerit in ſinum Ruthæ futurus ex eâ Saluator. Vndè nil mirandum, quòd hâc velut cæcâ ſpe propagãdi ſemen ex populo Dei, tot neceſſitudines ſtrenuè ruperit.

Ad Rom. 8. v. 32.

Iuſtinian. ib.

Græcus.

Chryſoſt. Theophylactus. S. Ambroſ.

Emiſſ. homil. 1. de Symbolo.

Donatio nobis Chriſti, ſperantibus eſt omnium donorum fideiuſſio?

Hic verſ. 16.

6. Ioannis 1. ſic de Verbo ſcribitur: *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Et quo modo quod in Verbo

Ioann. 1. v. 3. & 4.

Digitized by Google

Verbo corporato, id eſt, Chriſto Deo, factum eſt, id totum eſſe vita potuit? Eleganter Ambroſius præſcriptã ſententiam ſic exponit: *Quod factũ eſt ergò in ipſo, vita eſt. Caro facta eſt in ipſo, vita eſt. Infantia facta eſt in ipſo, vita eſt. Iudicium factũ eſt in ipſo, vita eſt. Mors facta eſt in ipſo, vita eſt. Remiſſio peccatorum facta eſt in ipſo, vita eſt. Vulnus factum eſt in ipſo, vita eſt. Illuſio facta eſt in ipſo, vita eſt. Diuiſio facta eſt in ipſo, vita eſt. Sepultura facta eſt in ipſo, vita eſt. Reſurrectio facta eſt in ipſo, vita eſt. Vide quanta in ipſo facta ſunt, quibus vita noſtra facta conuerſio eſt; vt quæ perierat, redderetur.* Vide quàm multipliciter multiplicem vitam nobis Chriſtus donat, vt vitam ſemel amiſſam, per ipſum recuperemus. O! quem non erigat ad vitæ ſpem, cui ſemel in peccato mortuum, toties vita per Chriſtum redonatur? *Quod factum eſt ergo in ipſo, vita erat.*

S. Ambr. in Pſal. 36.

Quicquid factum eſt in Chriſto, vita hominum erat. quare?

---

§. LXXIII.

Myſteria Chriſtianâ fide credenda, humanæ rationis faſtum longè excellunt.

1\. ALto ſtilo Tertullianus Chriſtianam fidem comparat cum naui, quæ patitur naufragium inundante in illam idololatriæ infidelitate: *Inter hos ſcopulos & ſinus*, inquit, *inter hæc vada & freta idololatriæ velificata ſpiritu Dei fides nauigat, tuta ſi cauta, ſecura ſi attonita. Ceterùm inenatabile excuſſis profundũ eſt, inextricabile impactis; irreſpirabile deuoratis hypobrychiũ* (id eſt, periculum deuorans exorbénſque naufragos) *in idolatriâ, quicumque fluctus eius offocant, omnis vortex eius ad inferos deſorbet.* Hæc fides pagana. Chriſtiana verò vltrà rationis faſtigium tota, de ipſius Dei arcanis erudita, de inuiſis inoculata, de myſteriis omnibus certa, tuta erit ſi cauta, *ſecura ſi attonita*, id eſt, licèt per ardua, obſcura, & humanæ rationi vix peruia incedat, ſecura ibit, ſi cum timore & tremore, veluti is, cui de cælo attonitum eſt & intonitum; qui potiùs timore fulminis, quàm fulguris ſplendore illuminatur: imò & ipsâ fulguris luce quodammodò cæcatur, vt cum Paulo cæleſtia meliùs videat. Videmus nunc in ænigmate, vt poſtmodum faciali aſpectu videamus. Porrò Deum vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum. Videt homo quouſque habet oculos, neque vltrà poteſt. Qui ergò ſic cæcutit, credat Deo, qui eſt ſumma veritas, ne credat ſibi: omnis enim homo mendax.

Tertull. l. de Idolol. c. 24.

Fides Chriſtiana, ſecura erit, ſi attonita ſit.

2\. Matthæi 26. tandèm in limine Paſſionis opinatiſſimum illud epulum Chriſtus celebrat, quod perſæpè antedixerat: *Cœnantibus*, inquit, *eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum.* Æthiopicus verò ſignificantiùs vertit: *Hæc ipſa caro mea.* Quis cibum & potum, quo Chriſtus ipſe ceuſetur, & ipſe Deus propinatur, auidè non accipiat? Apoſtoli ad tam inſolitam Chriſti actionem, támque nouum ac mirum Sacramentum, mirati & turbati non ſunt; quia iam antè fuerãt inſtructi & præmoniti Ioannis 6. vt aduertit Chryſoſtomus homil. 83. in Matthæum. Tum etiam quia idem Chriſtus qui myſteria tradebat, mentem eorum fide inſtruxit, vt non tam ſuis oculis, quàm Chriſti verbis fidem præberent; & altiùs de cælo inoculati, ad humanæ viſionis perſpicaciam meliùs cæcarentur. Quâ de re audiendus eſt S. Bernardus: *Hoc eſt corpus meum. Credat*, inquit, *homo firmiter, credat indubitanter, confiteatur fidenter. Si videtur impoſſibile iuxtà humanam rationem, ſi incredibile iuxtà humanam ſapientiam, verum ſemper & certum maneat in conſcientiâ fidei propter diuini ſermonis reuerentiam. Credat homo Deo magis quàm ſibi, credat ſe Deo, ne Deus non ſe credat illi. Credat ſpiritum ſuum Deo, vt ſit creditus cum Deo ſpiritus eius. Credat rationem ſuam Deo, & abneget ſemetipſum, & ſicut audit à Deo, ſic iudicet.* Intermitto nunc ſolitam expenſionem; quia aliàs ad alium thema, hunc Bernardi locum enucleauimus. Pulchras densè ſentẽtias hîc ſpiſſat Bernardus ad rem præſentem peridoneas. O, vt credamus fide, humanam *rationem Deo credamus!* in rebus fidei ſæpè humana ratio *abneganda* eſt, vt de Deo, rebúſque Dei ferre poſſit *iudicium.*

Matth. 26. verſ. 26.

Æthiopicus.

Ioann. 6. Chryſoſt.

S. Bern. apud Tilman. ibi.

Vt credamus fide, humanam rationẽ Deo credamus.

Idcircò, vt nuper ipſe Bernardus adnotauerat, ab hoc fidei Myſterio profani arceantur, qui propriæ rationis temeritate accedere præſumunt: *Deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite*, &c. Bernardum legis: *Accipite. Ritè accipiunt hi, quibus ait Ieſus, Accipite, quibus accipiendi licentiam præſtat autoritas tribuentis, non propria voluntatis præſumptio. Nam qui imprudenter & irreuerenter ſe ingerunt, magis rapiunt & capiunt, quàm accipiunt: vt contra eorum præſumptionem dictum videatur, Accipite, cùm præmiſſum ſit, eum dediſſe.* Scilicet quiſquis propriæ voluntatis, proprij iudicij, ac propriæ rationis præſumptione, ſe fidei Myſteriis vltrò ingerit, fidei Myſterium, quod non capit, dum accipit, non tam accipit, quàm *rapit*, ac furatur: furax Myſteriorum poſſeſſor, & iniuſtus æſtimator. O audacter temeraria fidei furta, ab humanâ ratione perpetrata! Sic, ſic Hæretici ab Eccleſiâ non accipiunt, ſed *rapiunt* fidei Myſteria: quia humanæ ac propriæ rationis temerario inſtinctu ea æſtimant; non de ſenſu ac cenſu Eccleſiæ ea accipiunt. Exindè fidei Myſteria furto poſſident Hæretico priuilegio. Opinor, propria cuiuſque ratio, & priuatus aut cuiuſuis aut pauculorum rationis inſtinctus, inidoneus eſt fidei arbiter, & Myſteriorum ſequeſter. Apud Eccleſiam Romanam archiuum veritatis eſt, & fidei Chriſtianæ cenſus. Hinc accipienda eſt. Qui verò propriæ voluntati, & humanæ ac politicæ rationi præfidunt, *magis rapiunt & capiunt, quàm accipiunt.* Proh noſtrum ſeculum, male fidei rapax, & Myſteriorum furax! Tantùm licentiæ humanæ rationis licet, vt diuinam veritatem furari, & furto deprauare audeat! Hæne ſunt Chriſti & Apoſtolorum voces, quæ hactenùs in vniuerſali Eccleſiâ reſonarunt? an ſic garrulæ quædam ranæ è ſuo morum cœno Hæreticè coaxant? Qui hæc fidei furta de diuinæ ſapientiæ theſauris committere audent, caueant ne theſaurizent ſibi iram in die iræ. Longanima Dei patientia, iram nutrit, & acerbiorem vindictam è diuerſo obarmat. 3.

Matth. 26. S. Bern. ſuprà.

Propriæ rationis præſũptio, fidem non accipit, ſed rapit.

Hæretici fidẽ non accipiũt ſed furantur.

Marci 16. *Nouiſſimè*, inquit, *recumbentibus illis vndecim apparuit* Ieſus: *& exprobrauit incredulitatem* 4.

Marci 16. v. 14.

Digitized by Google

dulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.

Græcus.

Pro *τὸ nouiſſimè* Græcè habetur, ὕστερον, id eſt, poſteà, deindè poſtremò: fuit enim hæc poſtrema Chriſti apparitio facta ipſo die paſchatis, ſiue Reſurrectionis, cùm veſpere apparuit vndecim Apoſtolis.

S. Bernard.

Verùm S. Bernardus in Allegoriis noui Teſtamenti aduocatus, ſic addubitat: *Quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Quid eſt,* inquit, *quod dicit? Reſurgentem illum nullus legitur vidiſſe mortalium. Hoc ergò de Angelis accipiendum, quibus reſurrectionis teſtimonium perhibentibus, Apoſtolorum puſillanimitas haſitauit.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirũ, quòd Reſurrectionis ſacramentũ, in quo rei Chriſtianæ cardo vertitur, nemo mortalium viderit.

Principium Reſurrectionis, & Aſcẽſionis finem, Diſcipuli non vident, quare?

Cum Chriſto poſt triduum rediuiuo, & è mortuis reſuſcitato, multi ex diſcipulis conuerſati ſunt, & auctoratiſſimo ſuffragio Euangeliis mandatum: at *reſurgentem illum nullus legitur vidiſſe mortalium.* Ceterùm è contrario accidit in glorioſâ illius ad cælos aſcenſione: auſpicium illius videre diſcipuli potuerunt, non autem cæleſtem Dominicæ aſcenſionis terminum.

Actor. 1. v. 9. Occumen.

Audiendus eſt Oecumenius ad ea Actorum verba: *Videntibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Addit autem,* inquit, *Videntibus illis. Quandoquidèm hic ſitum erat vniuerſum fidei negotium, ac neceſſitatis illorum. Principium quidèm videri potuit, finis autem non ita: propterea quoque adſtiterunt viri dicentes, quòd in cælo requieſcat: neque enim viſio ad finem pertingebat. In reſurrectione verò contrario modo, principium quidèm viſum non eſt.* Finem Reſurrectionis, id eſt, eum qui reſurrexerat, viuentem videant; non tamen reſurgentem: è contrario autem videant Aſcenſionis principium non finem, quò vnius Myſterij principium, & alterius finis, & ſic vtriuſque aliquid humanos oculos lateat, & de cælo meliùs inoculentur fidei lumine. Sanè decebat, vt vtrumque Myſterium oculis viderent Diſcipuli, ad fidelium auctoratiſſimum teſtimonium. Sed oportebat ad fidei negocium, ne vtrumque prorsùs Myſterium perſpicuè clararetur, & aliquid non viſum vtrique ſubeſſet: exindè Reſurrectionis principium, & Aſcenſionis finis Angelico commendatur ſuffragio.

5. Ioannis 3. ambiguus hæret Nicodemus: quomodò poſſit homo denuò naſci. Cui reſpondit Ieſus: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodò, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?*

Ioann. 3. v. 12.

Hem! quandò Chriſtus Dominus *terrena* docuit, qui homines ſemper ad cæleſtium rerum amorem, & terrenorum contemptum adhortatus eſt? Certè numquam. Quæ ergò ſunt hæc *terrena*, quæ docuiſſe teſtatur? Multa multi in quæſtione difficili. Verùm cùm ſermo præceſſerit de baptiſmo, quæ eſt quædam ad gratiam natiuitas, Interpretum Proceres, hæc *terrena* de baptiſmo accipiunt.

S. Chryſoſt. *Regeneratio per baptiſmum, terrena dicitur adſpectu ad Verbi generationem.*

Eleganter Chryſoſtomus hom. 26. in Ioannem, ita ſcribit: *Si terrena dixi vobis. &c. Verùm terrenum potius baptiſma dicit, vel quòd in terrâ perficitur, vel quòd ad ſua ipſius ineffabilis generationis cõparatationem, ita appellat. Nam & ſi cæleſtis ipſa generatio ſit, ad illam tamen veram ex Patris ſubſtantiâ comparata, terrena eſt. Et non dixit: Et non intelligitis; ſed: Non creditis. Siquidèm qui intellectu difficilia non intelligit, meritò ignorantia accuſatur: qui verò quæ non ratione, ſed fide intelliguntur, non accipit; non ampliùs ſtultitiæ, ſed incredulitatis arguitur.* Vide hîc quam ſint ſublimia Diuinitatis Myſteria, quæ fides Chriſtiana proponit credenda, quãdoquidèm celeſtis regeneratio, quæ fit per baptiſmum, *terrena* nominatur, adſpectu ad diuinam generationem, quâ Verbum è Patre Deo Deus naſcitur: & quâ ipſum Verbum corporatum è Matre Virgine Deus homo etiam naſcitur, natiuitate arcanâ humanæ rationi inopinata. Profundè autem docet Chryſoſtomus, quòd non dixit, *Non intelligitis*, quæ tardioris ingenij ſtulta ignorantia foret; ſed, *Non creditis* non enim *ratione* ſed *fide intelligenda* ſunt, ad quæ vel rudis intellectus eualet. Quia non iubemur oculatiùs perſcrutari myſteria, ſed cæcâ fide credere. Hæc fides Rutham fecit patriæ exulem, aiens ad Noëmi: *Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.* de hâc poſtmodùm à Boozo egregiè commendatur: hæc illam inter Hebræi populi Matronas. & inter Chriſti progenitores generoſiùs cenſeri fecit, animoſioris fidei priuilegio. Hic verſ. 16.

6.

Lucæ 7. v. 3. Matth. 8. verſ. 6.

Lucæ 7. Centurionis cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus. Et cùm Centurio audiſſet de Ieſu, *miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & ſaluaret ſeruum eius.* Vt iam hinc Gentilium voce Saluatoris nomine Chriſtus inauguretur, qui ſeductor à Iudæis dicebatur.

S. Chryſol. *Gentilis exlex, Iudæos in lege poſitos, legem docet.*

S. Chryſologus Serm. 15 ita ſuper hâc miſſione ad rem philoſophatur: *Gentilis Iudæos ad Chriſtum mittit; & in lege poſitis, qui ſine lege erat, legis demonſtrat auctorem. Nemo ergò miretur, ſi Gentilis, hoc eſt, Chriſtianus, aut vocat, aut ducit, aut perducit ad Chriſtum. Iudæi rogant pro Gentili, qui pro ſe non rogant: & agunt ſatis ſalute alieni ſerui, qui pro ſalute ſuorum nihil agunt filiorum.* Vide hîc facinora fidei, fidei Chriſtianæ miracula vide. Dei legem exlex docet: fideles hactenùs Iudæos, incredulus, vt credant, docet; & de Gentilium errorum gymnaſio meracior veritas eruditur.

---

§. LXXIV.

Deus dum ab homine ideò quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur.

VNuſquiſque, quod præ ceteris colit, quod ſuper omnia miratur, & admiratione ad noſcendũ ducitur, ac mente & animo quærit, hoc ei Deus eſt. 1.

Alanus de Conqueſt. naturæ.

Deus eſt ſplendor numquã deficiens, vita indefeſſa non moriẽs, fons ſemper ſcaturiens, ſeminale vitæ, ſeminarium ſapientiæ, principale principium, initiale bonitatis initium. Propè eſt Deus, tecum eſt, intùs eſt. Ita dico, ſacer intra nos ſpiritus ſedet, malos obſidet, bonos alit; bonus verò vir ſine Deo nemo eſt: & tamen ſi non vendideris omnia, nec emes; & ſi animam non habueris ſollicitam, & quærentẽ, non inuenies. Duo enim oportet adeſſe, & à vitæ huius negotiis abeſſe, & ſollerter quærentem eſſe.

Deus inueniendus, & inuentus quærendus adhuc eſt.

Ergò Deum (ait Auguſtinus) *quæramus inueniendum, quæramus inuentum: vt inueniendus quæratur,*

S. Auguſt. in Ioann, alibi expenſus.

ratur : occultus eſt ; vt inuentus quæratur, immenſus eſt.

2\. Threnorum 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea expectabo eum. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.* S. Ambroſius in Oratione de obitu Valentiniani, ita hanc refert ſententiam : *Bonus eſt Dominus ſuſtinentibus eum, animæ quærenti.* Adiicit, *Quod enim ſperamus per patientiam expectamus.* quaſi perindè ſit *expectare* ac *ſuſtinere.* Tot tantique ſunt ſpei labores, & expectationis moleſtiæ! Verùm S. Bernardus Vulgato hærens, ſic ex ſperandi bono bonũ *quærendi* Deum luculenter exaggerat : *Bonus es Domine*, inquit, *ſperantibus in te, animæ quærenti. Ipſam numeri diſcretionem prudenter aduerte, quòd ſperantes quidèm in eo pluraliter dixerit; Quærentem verò eum ſingulariter, quòd ſingularis ſit puritatis, ſingularis gratiæ, ſingularis perfectionis, non modò nil ſperare niſi ab eo, ſed nil quærere niſi eum. Quòd ſi bonus illis, quantò magis iſti?* O benè! Nimirùm pluratiuo nomine *ſperantes* expreſſit, nam plurium eſt ſperare : at ſic nil ſperare niſi à Deo, vt nil niſi Deum quis *quærat*, hoc infrequens eſt, perrarum eſt, *ſingulare* eſt, & de ſingularitate famoſum : ſingularis enim eſt puritatis, ſingularis gratiæ, ſingularis perfectionis ita Deum quærere, vt *nil quæras niſi Deum.* Qui ſic Deum quærit, quamuis quærens videatur non inueniſſe; ſingulariter *perfectionem* inuenit, quæ ſine Deo inueniri non poteſt.

Thren. 3. v. 25. S. Ambroſ. ibi, & in Pſal. 118. lit. Teth.

S. Bern. Ser. 9. in Pſalm. Qui habitat. *Sperantes pluratiuo nomine, Deum quærentes in ſingulari exprimuntur. quæret*

3\. Semel expenſus Ieremiæ locus redeat iterùm aliter expendendus : *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.* Quæ Prophetæ verba idem Bernardus in lib. de Diligendo Deo, ſic enucleat, Deum alloquens : *Bonus es Domine animæ quærenti te. Quid ergò inuenienti? Sed enim in hoc eſt mirum, quòd nemo te quærere valet, niſi qui priùs inuenerit. Vis igitur inueniri, vt quæraris; quæri, vt inueniaris. Potes quidèm quæri, & inueniri, non tamen præueniri.* Altè quidèm Bernardus! Porrò miriſſimum eſt, quàm bonus ſit Deus ergà *quærentes* ſe, quando quidèm tam eſt arcanum Deum quærendi ſacramentum, vt quæri Deus non poſſit, niſi priùs fuerit inuentus : quæritur enim vt inueniatur, & inuenitur vt quæratur. Profectò grande myſterium eſt, & vltra humanum captum ineffabile, vt niſi priùs tanquam medullitùs præſens Deus adſit, non poſſit velut abſens quæri, & quærendo inueniri. Nugatorius circulus ſpecie tenùs videri poſſet, qui eſt abſtruſus aliquis virtutis faſtus, de gratiæ adytis arcanus.

Thren. 3. v. 25. S. Bernard. *Deus præſens adeſt, vt quæratur tanquam abſens?*

4\. Necdùm ſatis emedullatus eſt præſcriptus Ieremiæ locus; reſtat enim exponendum, cur Deus quærenti ſe dicatur *bonus*. An non neceſſe eſt vt omnibus bonus ſit, qui eſſentialiter ſic bonus eſt, vt non poſſit bonus non eſſe? Quâ ſuper re ſic philoſophatur Rupertus : *Bonus Dominus ſperantibus in eum, quod illi primi homines non fecerunt; bonus, inquam, Dominus animæ quærenti eum, quem non quæſierunt illi, quinimò fugientes faciem eius in medio ligni paradiſi ſe abſconderunt. Quid porrò illis eſt qui ſperāt in eum, qui non quærunt, ſed fugiunt eum? Nónne & illis eſt bonus? imò iuſtus. Et quidèm ſi iuſtus eſt, & bonus : verumtamen aliud ſecundùm quod bonus, aliud operatur ſecundùm quod eſt iuſtus.* Nempè Deus vnicè *bonus* dicitur animæ *quærenti* illum; quaſi erga eum ſic punitiua diſſimulet attributa, vt ſemper cum illo ſecundùm quod bonus, pius, benignus, munificus, miſericors eſt operari videatur. Sic cum illo omnem vim beneficam exerit, vt quaſi ſe eſſe iuſtum quodammodò diffiteatur, ita intermittit ſeuerioris iuſtitiæ opera, vt merè ſe bonum erga illum exhibeat. *Bonus eſt Dominus animæ quærenti illum.* O quære ſollerter Deum, quiſquis illius erga te miſericordiam vnicè exambis! Addit Paſchaſius : *Idcircò ſperantibus in ſe bonus dicitur, quoniam licet naturâ ſit bonus, imò bonitas, cum peruerſis tamen peruertitur, & cum aduerſantibus aduerſatur. Et ne otioſa ſit ſpes, addit, Animæ quærenti illum. Quoniam qui ſperat, nondùm habet in re, quod iam tenet, & fruitur in ſpe. Propterea reſtat, vt quæras per deſiderium, non qualecumque, ſed ſummum bonum* Qui Deum quærit, non tam ſummum iuſtum, quàm *ſummum bonum* dicitur quærere : talem enim ſibi inuenit; quia iuſtum ſicut alij, non experitur.

Thren. 3. v. 25.

Rupertus ibi.

Cur Deus dicatur bonus duntaxat quærenti illum?

S. Paſchaſ. apud Chiſlet. ibi.

Regius Vates Pſam. 104. ſic fideles omnes adhortatur : *Lætetur cor quærentium Dominum, Quærite Dominum, & confortamini : quærite faciem eius ſemper.* Multa hîc conuoluit, & addenſat Propheta. Primò expetit, vt Deum *quæramus* : ſecundò, vt *lætemur* quærentes : tertiò, vt ipsâ quæſtione *confortemur* : quartò, vt *ſemper* quæramus. Super 1. quæſito ſic inibi ſcribit Chryſoſtomus in Catenâ : *Lætetur cor quærentium Dominum. Quid eſt Quærere? Scilicèt ea quæ illius ſunt ſapere, ſemper ipſum cogitare, ſemper in mente habere, numquam deſinere per orationem & probas actiones cum ipſo conuerſari* Procliue eſt ſingulas Chryſoſtomi ſententias emedullare. Sed quæ eſt in hâc Dei inquiſitione lætitia? Græcus Anonymus Paraphraſi ibidèm : *Lætetur cor quærentium Dominum. Nunc igitur omnes qui quæritis Dominum eritis in lætitiâ, tamquam minimè fruſtrati gratiâ eius.* Et ad tertium de confortatione in huiuſmodi inquiſitione adiicit : *Manifeſtum enim eſt inquiſitionem eius fortitudinem ac virtutem præbere quærentibus eam : ne deficiatis itaque hoc facientes.* Adhuc addit Theodorus Heracleotes in commentario, tertium quæſitum quarto ſubnectens : *Illud autem, Quærite Dominum ſemper, opponitur iſti quod ſecundum Moyſem ter in anno apparere dicitur. Non ſemel inquit, ſed per totam vitam quærite : ſic enim inexpugnabiles eritis ab ipſo confortati.* Itaque ne quis deficere timeat fatigatus ac laſſus *ſemper* Deum quærens; opportunè adiicit, *Et confortamini*, nam ipſa Dei diuturnior inquiſitio vires non debilitat ac frangit, imò *fortitudinem ac virtutem præbet quærentibus.* Quaſi qui non *quærunt*, potiùs animo cadant, & viribus deficiant. Quin & iſtiuſmodi Dei quæſitio, non modò fortitudinem ac virtutem adipat, & robur præbet, ſed & *inexpugnabiles* facit. O quàm multa hoc vno verbo complexus eſt!

5\. *Pſalm. 104. v. 3. & 4.*

Quid ſit Deum quærere.

S. Chryſoſt.

Græcus Anonymus.

Heracleotes *Qui Deum quærit, non laſſatur, ſed inexpugnabilis redditur.*

6\. Adhuc luculentiùs præſcripta Pſalmographi verba ſic enucleat inibi Auguſtinus : *Quærite faciem eius ſemper. Sed ſi ſemper quæritur, quandò inuenitur? An ſemper dixit in totâ vitâ iſtâ quâ hîc viuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quandò & inuentus quærendus eſt... An fortè etiam cum facie ad faciem viderimus eum ſicuti eſt, adhuc perquirendus erit? Eſt ſine fine quærendus*

Pſal. 104. v. 4. S. Auguſt.

Deus etiam inuentus quærendus etiam eſt.

quærendus, quia ſine fine amandus. Benè quidèm. In omni occaſione, in omni loco ac tempore ſemper quærendus eſt, non quòd nunquam inueniatur; ſed quòd tandem aliquandò inuentus, adhuc magis ac magis quærendus eſt. Quæramus inueniendum, quæramus inuentum: vt inueniendus quæratur, occultus eſt; vt inuentus quæratur, immenſus eſt, incomprehenſibilis eſt. ac ſi qui quærens inuenit, ipſam etiam quærendi ſitim inueniendo biberit, & ſaturitate etiam ipſâ arcanè fameſcat, indè plus quærens, vndè ampliùs inuenit. *An fortè etiam cùm facie ad faciem viderimus, adhuc quærendus erit? Eſt ſine fine quærendus, qui ſine fine amandus.*

Nam à cælicolis Deus quæritur?

7. *Iſaiæ 55. v.6.* Iſaiæ 55. ſic homines ſaluberrimè adhortatur: *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum propè eſt.* Loquitur Propheta omnibus hominibus, tam Gentibus, quàm Iudæis, omnibus enim propoſitus eſt Chriſtus, ac per eum ſalus. Sed tempus quo *propè* eſt, & inueniri poteſt, non ſolùm eſt tempus legis nouæ, ſed & huius vitæ tempus. Vſque ad mortem enim inueniri poteſt; poſt mortem niſi in vitâ inuentus, inueniri non poteſt. Totum enim hoc tempus eſt miſericordiæ; quod ſequetur, erit iuſtitiæ & iudicij. Appoſitè S. Bernardus ſerm. 3. de Quadrageſimâ: *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dùm propè eſt. Neque enim tunc erit inuocandi tempus, quandò nemini proximus erit Deus; ſed aliis quidèm præſens, aliis verò nimis valdè remotus.* Quaſi, licèt Chriſtus Deus omnibus coram in iudicio adſit, nemini proximus, aut *propè* neminem ſit: quia prædeſtinatis eſt præſens, reprobis verò nimis valdè remotus. Bernardo ex parte accinit Gregorius: *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum propè eſt. Modò non videtur Dominus, & propè eſt; in iudicio videbitur, & propè non erit. Necdùm in iudicio apparuit, & ſi quæratur, inuenitur; nam miro modo cùm in iudicio apparuerit, & videri poteſt, & inueniri non poteſt.* Sanè luculenter.

Quare in iudicio dicitur Chriſtus nemini proximus?

S. Bernardus

Chriſtus in iudicio videri poteſt, inueniri non poteſt.

S.Gregor. l.17. Moral. apud Th. Hibernicū.

Ecce tibi hîc Ruth abiuratâ Moabitide idololatrâ, ſollicitè ſatagit ad Iſraëlem cum ſocru pergere, & Dei populo aggregari: *Ne aduerſeris mihi*, inquit, *vt relinquam te & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus.* Vndè ſubdit ſacer Hiſtoricus, quòd Ruth *obſtinato animo* decreuit verum Iſraëlis Deum quærere, quem feliciter, non tantùm vt Deum, ſed vt filium ac Deum inuenit. O quàm perfectè inuenitur, qui ſic auidè nunc perquiritur!

Hic verſ.16.

---

§. LXXV.

Deus qui ideò tam ſollicitè quærit hominem, vt inueniat; iam propè inuentus eſt ab homine, qui Deum quærit.

1. S. Bernar. de dilig. Deo. PVlchrè Bernardus: *Nemo te Domine quærere valet, niſi qui prius inueneris. Vis ergò inueniri vt quæraris, quæri vt inueniaris: potes quæri, & inueniri, non tamen præueniri.* Quàm ſollicitè Deus hominem quærit, vt Deum homo

quærat, & quæſitum inueniat! Quamuis exſomni curâ inuigiles quæſiturus, illum non præuenies, qui vt eum quæreres, priùs te quæſiuit, & priùs inuenit. Homo qui ideò Deum quærit, vt inueniat, iam propè eum inuenit, vt quæreret. Ne igitur Deum quærentem homo fugiat, & Deum inueniet. Fugit Orpha; Rutha verò rectà pergit, quærit, inuenit, priùs inuenta vt ſic quæreret.

Nemo Deū quærere valet, niſi eum prius Deus inuenerit.

Hîc verſ.16.

Geneſeos 3. maleſuadâ ambitionis fame, citiùs quàm fame edulis arbuſculæ, cibo needùm ſatis decocto Protoparentes ingurgitantur, & adhuc crudam indigeriem eructant. Præuaricationis appendix, fuit nuditas inopinata: indè frondea veſtis, male materiata, & priùs conſuta: exin fuga, pudoris ſequela; & miſericordia diuina piè malorum ſequax. *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Quæ ſacri Hiſtorici verba, hoc eleganti commentario Hugo Victorinus inibi elucidat: *Non ambulauit*, inquit, *ſed deambulauit, hîc & illîc quaſi errabundus & vagus in directum non vadens, ſed pergens quocumque, hoc eſt, deambulauit. Et quare deambulare itáque voluit? Vt oſtenderet ſe talem foris, qualis intùs cœperat ille eſſe. Iam enim in eo mota erat veritas & fluctuabat; & ideò Veritas foris deambulabat; deambulabat tamen, & non diſcedebat. Neque abiit in directum, elongans quaſi irreuocabilis, nec reuerſurus ampliùs: ſed propè gyrans & iuxtà deambulans, abiit, & non abiit, modò vadens, modò rediens, & magno quodam incerto æſtuans, quaſi nolens ſedem ſuam deſerere, nec valens pollutam manſionem ſuſtinere.* Adſuetam intermitto elucidationem, quam eloquentiùs Auctor præoccupauit. Sanè multas ſententias huic themati opportunas, Hugo densè conglobat expenſione digniſſimas, quas ſigillatim elucidare, pronum eſt.

2.

Geneſ.3.v.8.

Quàm ſolliciter hominē fugitiuum Deus quærat.

Hugo Vict. apud Tilmann. ibi.

Quare Deus quærens Adamum, non ambulare, ſed deambulare dicitur?

Itaque cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in medio paradiſi, & timui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* Hanc ſurdam Adami abſconſionē adeò ipſum ſollicitiùs quærente, nuper laudatus Auctor his verbis ſubtiliter expendit, ſic ad rem tempeſtiuè fatus: *Quid facis Adam? Quare ſiles? Voca diſcedentem, ſequere fugientem, quoniam adhuc propè eſt, & expectat ſi fortè reuocetur, & ideò moram facit, & blandè minatur abſceſſum, læſum ſe dolens, & violenter eiectum: & redire vellet, ſi fortè inuitetur vt veniat. Sed heu non eſt qui memor ſit amoris, qui charitatis recordetur, cui cordi ſit ſocietatis affectus! Vbi es Adam? Adam vbi es? Audiui, inquit, vocem tuam, & abſcondi me. O abſcondite vbi es? Quàm longè es, & quàm propè es. Quàm longè es ab illo, & quàm propè es illi! Quærit te Deus tuus, vt tu ipſum inuenias; & quærit te, vt tu ipſum quæras, & dicas: Domine vbi es? Et tu ergò quid facis? Nam ipſe perdidit, tamen quærit. Si perdidit, non totum perdidit, quia videt quod perdidit. Non enim quæreret, niſi videret. Tu autem quid? Adam vbi es? Tu totum perdidiſti, quia perdidiſti ne habeas, & viderè*

3.

Gen.3.v.10.

Hugo ſuprà

Dei ſtudium in quærendo Adamum fugitiuum, & abſconditum.

Digitized by Google

deſiiſti ne quæras. O infidelis Adam vbi eſt recordatio tua? Dure, indurate, obdurate, non te emollire potuit tanta benignitas, vt liqueſieres, & curreres poſt eam? Pluſculum reſcripſimus quàm de more eſt, non quàm par erat, opinor, Quid omitterem? Addenſatæ eleganter ſententiæ in idipſum peridoneæ, ſolitæ expenſionis & elocutionis vices gerant. Portò ſic ſubtiliter ac eloquenter Hugo expendit Dei quærentis ſtudium erga fugitiuum Adam, vt vlteriorem rei enucleationem præcludat.

4. Adhuc autem inconſulta Adami fuga, & ſollers Dei inquiſitio aliter emedullanda eſt, ſi fortè aliquid moralioris ſucci exprimere valeamus: *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Errat fugitiuus Adam, vt Deum ſe quærentem declinet; & errantis Adami Deus veſtigia inſequitur, ne vltrà exerrans, Deum ſe quærentem effugiat. Bellè Galfridus apud Tilmannum, ibi ita ſcribit: *Nunc verò Deus deambulare dicitur quærens latentem inter frutices peccatorem. Sic enim Sanctus quidam exponens quod de Ioſeph legitur, quia inuenit eum vir errantem in agro: Errabat, quia errantes quærebat. Sic velut cunctabundus & mutare paratus quod intendebat Dominus deambulabat, nec ferebatur impetu, ſed quaſi moras nectens retractando & expectando an pœnitere peccator vellet, hinc indè pergebat.* Scilicet bonus Deus vbi ſuum hominem vidit *errantem*, vt illum quæreret, & inueniret, & in rectam viam ſollerter reuocaret! *non ambulauit, ſed deambulauit, huc illuc quaſi errabundus & vagus in directum non vadens, ſed pergens quocumque: hoc eſt, deambulauit.* Hem! ſic velut vagus, & quodammodò errabundus inducitur Deus, vt errantes quærat, vt quæſitos inueniat, vt inceptum ab ipſis fugam præcludat? *Errabat* Ioſeph *quia errantes quærebat:* velut *vagus & errabundus* hinc indè pergebat. Deus, vt errones quæreret, & inueniret. Veſtigia errantium quaſi errabundus inſequitur, vt inueniat eum, qui à ſe profugus per obliquas atque ſemitas exerrabat. O ſic Deus hominem quærit, vt ab homine quæratur?

Gen. 3. v. 8.

Galfridus.

Geneſ. 37. v. 15. *Deus quaſi errabundus errantem Adamum quærit.*

Hugo adductus n. 2.

5. Pſalmo 118. purpuratus Propheta, piè ambitioſo pœnitentiæ ſqualore mœrens, ſic Deum orat: *Erraui ſicut ouis, quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.* S. Ambroſius alios ſecutus, & quem ſequuntur alij, pro τῷ, *periit* excribit, *perierat.* Indéque ad rem præſentem appoſitè locum exponit: *Et pulchrè addit, ſicut ouis quæ perierat. Non enim perit qui agnoſcit errorem. Quære, inquit, ſeruum tuum, quoniam mandata tua non ſum oblitus.* Itaque profundè notat Ambroſius, quòd cùm ouis errat in ſaltibus obnoxia ferarum rictibus, dum Deum expetit tanquam paſtorem eam quærentem, non dicitur, *perit*, ſed *perierat:* nam dum *cognoſcit errorem*, dum Deum vt eam errantem quærat, balatu ſollicitat, iam *perire* deſiit, & inueniri cœpit: & quod cœpit in errore, in inuentione conſummatur: nam dum expetit à paſtore quæri, ipſa quærit paſtorem: nec illum quæreret, niſi priùs vt quæreret, inueniſſet. O quàm feſtinat Deus errantem quærere, qui, iam inuentus eſt, vt quæri expetat, qui cognouit errorem. *Pulchrè addit, ſicut ouis quæ perierat; non enim perit qui agnoſcit errorem.* Addit adhuc Ambroſius. *Veni ergò Domine Ieſu, quære ſeruum tuum, quære laſſam ouem tuam.... Veni ſine canibus, veni ſine adiutore, ſine nuncio, iam dudum te expecto venturum.* Benè ouis erroribus laſſa, ſolum Deum quæſitorem ſui exoptat: *canes* alioqui gregis auxiliares refutat, ne canum auxilium in caninam rabiem degeneret. Dein *nuncium* recuſat, ne eius error per nuncios euulgetur, & erroris euulgatio, de diffamia frontem obduret, hactenùs præ verecundiâ ac pudore teneram. Denique Deum ſolum aduocat *ſinè adiutore* homine: ſic hominis adiutrix Dei opera ſæpè ſuſpecta eſt, ob nimium auſterè rigorem, reditum auerſione præpediens, dum ſpecie experitæ conuerſionis, vlteriores exinceps errores clanculùm negotiatur. *Quære me, quia ego te quæro. Quære me, inueni me, ſuſcipe me, porta me. Potes inuenire quem tu requiris: dignare ſuſcipere quem inueneris: impone humeris quem ſuſceperis. Non eſt tibi pium onus faſtidio, non tibi oneri eſt rectura iuſtitiæ. Veni ergò Domine, quia etſi erraui, tamen mandata tua non ſum oblitus.*

Pſal. 118. v. 176.

S. Ambroſ.

Perierat, non perit ouis, quæ ſuum agnoſcit errorem.

Dauid à Deo quæri expetit ſine nuncio, & ſine adiutore, quare?

Geneſeos 28. iram agreſtis Eſaü declinans mitis Iacob, de Parentum conſilio fugitiuus pergit in Meſopotamiam. Cúmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes, *Et Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui*, &c. Hæc ſcala, teſte Theodoreto ſymbolum eſt prouidentiæ & gubernationis diuinæ: vndè Deus illi innititur, quaſi prima cauſſa. Itaque Deus in hâc Iacobi viſione cælo conſtitit, ſummóque ſcalæ gradu nitebatur; & ad Deum per ſcalam hanc aſcendebant Angeli deſcendebantque, vt eius iuſſa ad terram deferrent, & quid miſſione profecerint, renunciarent, nouáque imperia ad hominum obſequia miniſteriali officio ſuſciperent. Hæc imaginariâ viſione Iacobo profundè obuerſantur. Sed quare Deus cùm ſuæ prouidentiæ ſedulitatem oſtentat, non in cæleſti empyrei ſolio, ſed velut ad *cæli portam* (vt ipſe Iacobus ediſſerit) egreſſus perhibetur? An non dignitatem, auctoritatem, ac maieſtatem diuinæ prouidentiæ, ſic auguſtiùs demonſtraſſet? Ita quidem. Sed non illius ſedulitatem oſtendiſſet. Exindè non in olympi receſſu, ſed ad cæli ianuam prouidentiùs apparet. Quâ de re audiendus eſt Galfridus apud Tilmānum ibidem, ſic notanter fatus: *Et Dominum innixum ſcalæ. Huic innixus Dominus reſpicit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, & requirens Deum.* Nempè Deus, vbi ſuæ prouidentiæ ideam aut typum oſtendit, quò eius ſollertiam exprimat, animaduertens humanam oſcitanter deſidiam; non apparet in empyrei palatij penitiori auguſtiùs receſſu; ſed ad *cæli portam*, ſollicitè proſpectans, & requirens, ſi fortè ab hominibus requiratur, ipſe eos præpropere requirens. Scalam vſque ad cæli culmen dormienti & oſcitanti præmonſtrat; & agiles expromptè miniſtros, qui per illam velociter aſcendant & deſcendant, eant & redeant à cælo in terram, & rursùs à terrâ in cælum, ne quid forſan homines retardet.

6.

Geneſ. 28. v. 13. Theodoret.

Dominus innixus ſcalæ reſpicit, ſi forſan ab hominibus quæratur.

Galfridus. Pſal. 13. v. 2.

Scala

Digitized by Google

Scalæ innixus Dominus reſpicit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, & requirens Deum. Sic ſollicitè Deus quærit, vt ab hominibus ipſe quæratur! Sic inuẽtu facilis eſt, vt illum quæſiiſſe, planè inueniſſe cenſeatur! Nam dum ideò quæritur, vt inueniatur, iam propè inuentus eſt, vt quæreretur. O quæramus Deum, qui ſic nos quærit!

---

§. LXXVI.

Iniuria ab iniuſto offenſore æquanimiter tolerata, iniurias à ſe Deo illatas, beneficâ manſuetudine redimit.

1. *Remittat iniurias, qui iniurias Deo illatas, ſibi à Deo remitti ambit.* S.Greg. lib. 30. Moral.

INiuriarum remediũ eſt obliuio; imò & recordatio Deum à nobis iniuriis grauioribus laceſſitũ. Tunc enim illatas contra nos offenſas æquanimiter toleramus, cùm in conſciẽtiæ ſecreto ad mala perpetrata recurrimus. Leue quidẽ videbitur quòd iniuriis immeritò percutimur, cùm noſtram conſcientiam nequior in Deum hoſtilitas vellicat, morſicat, culpat. *Sicque fit* (ait Gregorius) *vt contumelis gratia magis, quàm ira debeatur, quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinari poſſe confiditur.* O erubeſcat peccatis non parcere, qui Deo ſæpè recolit parcenda peccaſſe! Eleganter Chryſologus: *Dimittenda ſunt autem debita, non pecunia ſolùm, ſed omnium cauſſarum, culparum, criminum, quicquid homo incurrere poteris, in his tibi cùm incurrerit alter, ignoſce. Fidens peccatis ſuis petit veniam, qui peccanti libenter ignoſcit.* [S.Chryſol. Ser. 68.]

2. Pſalmo 50. Dauid adhuc pœnitentiæ incubat, vt plenam peccati veniam certiùs impetret. Sic autem madentibus oculis, & corde animitùs contrito Deum alloquitur: [Pſal. 50. v. 6.] *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Valdè ſudat ſagacior Commentatorum induſtria, vt idoneam reddat cauſſam, quare dixerit Dauid, ſoli ſe Deo peccaſſe; quandoquidèm contumelioſè cruentus contra immeritum Vriam extiterit, cùm illum vxorio conſtupratum adulterio, fraudulentâ cæde infidè peremit. Quâ ſuper re multa multi, quæ inibi Lorinus noſter eruditè ſpiſſat. [Lorinus.] Verùm Græci Patres in Catenâ multimodè etiam exponunt quomodò Dauid dicat ſe ſoli Deo peccaſſe: [Græci Patr. in Catenâ. *Quomodò Dauid ſoli Deo peccaſſe dixerit.*] *Tibi ſoli peccaui*, inquiunt; *Plurimis enim à te affectus beneficiis, contraria tamen rependi: & non dicit ſe iniuriâ vllâ Vriam affeciſſe; (quomodò enim?) Sed maximum crimen in Deum commiſiſſe; qui ipſum elegit, & è paſtore Regem creauit. Vel quia cùm ceterorum oculos effugiſſet, Deum tamen non latuit, ſed per Prophetam reprehenſus fuit. Vel quòd vt Rex humanis quidèm legibus non eſſet ſubiectus; ſed vt Dei cultor ſoli Deo. Vel quia nullus hominum ipſum increparat, ſolus autem Deus eum correxerat: Tibi, inquis, ſoli peccaui.* Intermitto nunc expenſionem tot cauſarum, quas Patres luculenter addenſant, alibi copioſè enucleandas, vt citiùs excribam, quæ ad rem præſentem ſapienter ſubſcribunt: *Tibi*, inquit, *ſoli peccaui. Si dicatur autem ex perſonâ eorum, qui erant in Babyloniâ: Quoniam in Babylonios mihi iniurios nihil peccaui, ſed in Dominum ſolum deliqui.* Et in eiuſdem Verſiculi Paraphraſi hanc eandem cauſſam velut potentiſſimam ad veniam impetrandam conſultiſſimè inculcant: *Tibi ſoli peccaui. Etiam ad hoc*, inquit, *Domine attendas quòd in Babylonios, qui me modò affligunt, nihil deliquerim, ſed in te Dominum meum ſolummodò peccauerim; quare me eorum iniuriis liberari & eximi clementiaque tua permitti æquum ſit.* [*Iniuria ab iniuſto offenſore tolerata, iniurias in Deum commiſſas redimit.*] Et poſt paucula idem repetunt: *Cùm enim*, Domine, *plurimis nos beneficiis affeceris, gratitudinem à nobis non retuliſti: at Babylonij nullam habent cauſſam nos criminandi, neque cum ratione quicquam nobis poſſunt obiicere, quia nobis iniuriam intulerunt.* Quaſi dicat Dauid alto ethicè ſtylo: Multas, ipſaſque acerbiſſimas iniurias in meipſo ab inimicis meis nunc immeritò patior; & mea ſoboles, regnumque meum à Babyloniis olim patietur, cùm nullomodò vnquã tot aduerſariis iniurius extiterim: quare æquum eſt ô Domine, vt mihi offenſori tuo parcas, quandoquidèm tot tantáque mala patior, ab his quos nullatenùs offendi. *Tibi ſoli peccaui*; non Saüli atrociſſimo aduerſario, non Babyloniis immeritò ferocientibus: ergò qui offenſas ab humano aduerſario iniuſtè illatas, æquanimiter patitur, quodammodò meretur vt veras iniurias tibi irrogatas, & dignum pro eis ſupplicium impunè declinet. Nempè ſeueriorem peccati mei mulctam, quam à te iuſtè timere poſſem, iniuſtè mihi intulerunt inoffenſi aduerſarij, nullà à me iniuriâ laceſſiti: igitur hæc immerita pœna quam ab eis iniuſtè ſuſtinui, pœnaliſſimum ſupplicium redimat, quod *tibi ſoli*, non illis peccans, iuſtiſſimè merui. Quaſi iniuria ab inimicis iniuſtè illata, & patienter tolerata, Dei iras pro noſtris contra ſe peccatis meritiſſimas, potenter auertat. O leuiculæ ác temporalis iniuriæ patientiâ, acerbiſſimas à Deo pœnas pro noſtris flagitiis iuſtè inferendas, expungamus! ô bonam eruditionem è Dauidicæ pœnitentiæ gymnaſio hominibus ediſcendam!

Matthæi 6. in Dominicæ orationis quatuor primis petitionibus continetur bonorũ ſupplex apprecatio, iam quinta cum duabus ſequentibus, deprecatio malorum eſt: 3. [Matth. 6. v. 12.] *Et dimitte nobis*, ait, *debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Explicatiùs ad rem Arabicus. [Arabicus.] *Et dimitte nobis peccata noſtra, ſicut nos dimittimus his qui peccauerunt in nos.* Hæc eſt enim conditio, quam Deus à nobis requirit, quâ poſitâ facile peccata noſtra dimittit: ſi verò ea deſit, non dimittit quæ nos aduerſus eum commiſimus. τὸ *ſicut* non ſignificat regulam & menſuram, quam Deus in dimittendis peccatis ſequatur: [*Homo iniurias ignoſcens ſuæ veniæ ipſe ſibi arbiter eſt.*] plura enim debemus petimúſque dimitti nobis à Deo, quàm alij debeant nobis. Dimittamus ergò parùm, vt nobis multùm, imò & totum dimittatur. Tempeſtiuè Chryſologus. [S.Chryſol. Serm. 67.] *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Homo ſi ſine peccato eſſe non potes, & vis ſemper dimitti tibi totum, dimitte ſemper: quantum vis dimitti tibi, dimitte tantum, quoties vis dimitti tibi, toties tu dimitte: imò quia vis totum dimitti tibi, totum dimitte. Homo intellige, quia remittendo aliis, tu tibi veniam dediſti.* Sibi inuidet totius delicti ſui veniam, qui alienis offenſis veniam non largitur. *Addidit legem* (ait Cyprianus) [S. Cyprian. de Orat.] *certâ noſſponſione conſtringens, vt ſic nobis peccata dimitti poſtulemus, ſecundùm quod & ipſi debitoribus noſtris dimittimus.* O bona largioris beneficentiæ *lex*, à quâ vel Deus ipſe

exlex non eſt! Bona *lex*, quâ Deus ſponſione ſuâ ſe voluit obligare, vt plura & grauiſſima ſibi debita dimittat, ſi homo paucula & leuia ſuo offenſori dimittat. Sanè peccatum eſt ſummum debitum ob ſummam iniuriam, quam irrogat Deo, quæ quia eſt infinita, hinc pro eâ eiúſque debito nec homo, nec Angelus ex rigore iuſtitię ſatiſfacere potuit, ſed Chriſtus Deus, qui eſt Deus & homo. Debita ergò hæc ſunt culpæ, quæ inducunt reatum ſeu obligationem pœnæ & gehennæ: huius enim debitorem conſtituunt hominem, dum peccat: peccator ergò debet animam Dæmoni, morti & inferno: Deo autem debet mille, imò infinitas animas, mortes & gehennas, ſi eas haberet, vel ſuſtinere poſſet. O, videat homo, & attentiùs expendat, quàm magnam debiti molem illi condonet Deus pro leuiculæ iniuriæ veniâ! *Homo intellige, quia remittendo aliis, tu tibi veniam dediſti.* Tu tibi huius opulentioris veniæ arbiter eſto. *Si enim dimiſeritis hominibus peccata* (Græcè *offenſas*) *eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra: ſi autem non dimiſeritis, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra:* quia nimirùm hæc eſt quaſi *lex* talionis (quam Cyprianus agnouit) vt quod proximo facimus, hoc nobis velut pari iure rependat Deus. Ecce tibi Moabitis Ruth, Moabitarum veteres cum Iſraëlitis inimicitias non exequitur; ſed ad Iſraëliticum populum ſecurâ beneuolentiâ tranſit: indè non tantùm veniam à Deo meruit, ſed inter Chriſti Dei Maiores ſanctiùs & glorioſiùs recenſeri.

Cornelius ibi.

Hic verſ. 16.

4\. Siracides Eccleſiaſtici 28. hâc ſuper re ſic nos ſalubriter admonet: *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam* (quaſi propriæ vltionis ſtudio, Dei vindictam de ſe quærat, & *inueniat*, (*& peccata illius ſeruans ſeruabit*: Syrus, *obſeruando obſeruabit*: Tigurina, *ſedulò conſeruabit*. Heu grande ſupplicium! impœnitentiæ proximum, an deſperationi confine? Pergit propiùs ad rem: *Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe cùm caro ſit reſeruat iram, & propitiationem quærit à Deo?* Mirum ſanè eſt, & ſtolidè ineptum, vt homo ſit offenſori ſuo implacabilis, & Deum enormiùs à ſe offenſum, fore ſibi propitium exambiat. O, talem te erga offenſores ipſe offenſus exhibe, qualem Deum à te offenſum, erga te crimonoſiùs offenſorem habere exoptas. Pulchrè Chryſoſtomus præſcripta Eccleſiaſtici verba exponens, ita ſcribit: *Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cùm delictorum veniam poſcis, talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te, ſicut & quidam Sapientum Scribit dicens: Homo homini tenet iram, & à Deo quærit ſanitatem? ſi erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodò pro peccatis ſuis exorat Deum, cùm ipſe caro ſit, & teneat iracundiam?* Scilicet homo ſibi ipſi erga ſe eſt diuinæ miſerationis aut punitionis ſequeſter. Qualem velit hâc in re Deum, talem ſuis moribus pingat: diuinæ enim vindictæ, aut veniæ arbitrium penes hominem eſt. *Qualem vis erga te eſſe Deum, cùm delictorum veniam poſcis; talem te exhibere debes his qui delinquerunt in te.* O bellè! Quod attinet ad inimicis veniam præſtandam, homo à Deo velut imitandus proponitur: ſed præſtat, vt homo offenſus Deum imitetur.

Syrus. Tigurina.

Eccli. 28. v. 3. 4. & 5.

Qualem vis erga te eſſe Deum, talem te inimicu exhibe.

S. Chryſoſt. l. 1. de Compunct.

Inimicorum offenſis venia, Martyres excudit.

Quod luculenter his verbis ediſſerit Auguſtinus: *Imo ergo dicit tibi Deus: Docēa te, vt imiteris me; in cruce pendens dixi: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: docui hoc milites meos, docui Martyres: priùs eſto & tu martyr meus, tyro meus aduerſus Diabolum: aliter inuictè nullo modo pugnabis, niſi pro tuis inimicis oraueris.* Ecce tibi quanti ſit meriti, & quantæ dignitatis ſit, Chriſtum Deū hâc in re imitari, & offenſori iniurias condonare, vt iſtiuſmodi venia *Martyres* excudat præuento carnificis officio; Martyreſque non inueniat, ſed faciat. De quo alibi forſan.

S. Auguſt. Serm. 4. de S. Steph.

5\. 3. Regum 4. rex Salomon obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, à Thaphsâ vſque ad Gazam, & cunctos Reges illarum regionum: *Et habebat pacem ex omni parte in circuitu.* Quid eſt, quòd Salomon ex omni parte pacem *in circuitu* habere perhibetur? Populum ſuum immenſis vectigalibus opprimebat, limitaneas prouincias ſubiugatas premebat; pacem cum Diis Gentium habebat, cum ſuo bellum. & ex omni parte pacem *in circuitu* habere dicitur? Quæ eſt ita pax *in circuitu*? Eleganter S. Gregorius Nazianzenus Oratione de ſe ipſo, ita ad rem ſcribit *Quemadmodum eadem terra ſtat quidèm ſanis, & non ægrotantibus; mouetur autem vertiginoſis, & his qui ſe circumuoluunt; cùm videntium paſſio ad id quod cernitur tranſmutatur, ita & nos facile decipimur propter inimicitias.* O, quàm facile propter inimicitias decipimur! ô inimicæ hoſtilitatis vertiginem, quæ de ſuâ ægritudine omnia aduerſus ſe mouet! Pacem non veram, ſed *in circuitu* habet, qui inimicitiarum vertigine laborat. Decem tribus tributis oppreſſas non releuat, Ieroboamum ad Ægypti exilium compellit. Necdùm rebellionem decem tribus meditabantur, nec Roboamo in votis erat defectio: igitur Salomon inimicitiarum vertigine agitatus, vel nunc firmiter ſtantia, *in circuitu* ſtare putat, & à Deo timet malum, quod aliis parauerat. In filio Roboamo ſuorum defectionem & hoſtilitatem ſubiit: an verò ipſe ſuorum ſcelerum veniam à Deo tandem conſecutus ſit, adhuc ſub iudice lis eſt, quam nemo hactenùs compoſuit. O periculoſam inimicitiarum vertiginem, quæ omnia ſúſque déque mouet!

3\. Reg. 4. v. 24.

S. Gregor. Nazianz. *Homines facilè decipiuntur propter inimicitias, quaſi laborarent vertigine.*

---

§. LXXVII.

Primos tentationum ſubſultus incunctanter excutere, aliquis virtutis faſtus eſt.

1\. Benè B. Laurentius Iuſtinianus: *Virtus languet niſi exerceatur; laceſſita autem creſcit. Ignis quò plus agitatur, plus ſerpit. Videmus ſilueſtres feras cùm irritantur indomitas fieri, cùm verò quieſcunt, manſueſcere. Quis ſuffic enter narrabit ad quantum perfectionis culmen ſanctum Iob erexerit tentatio?* Quos Deus altius ſublimare ſatagit, arctiùs premit: adeò vt inchoata tentationis preſſura, ſit erectionis auſpicium, & forſan ſublimitatis faſtigium. Sic homo indè altiùs adſurgit, vndè credi poterat tentatione proſtratus: nam virtus inexercitata languet, *laceſſita autem creſcit*, quantocyùs præproperâ repulsâ fundetur faſtigium.

B. Laur. Iuſt. de caſto connub. c. 6.

Tentationibus Iuſtus proficit ad virtutis augmentum.

1\. Regum

2\. 1. Regum 24 Saül liuore ſaucius, aſſumens tria millia electorum virorum, perrexit ad inueſtigandum Dauid, pèr ardua montium vix hominibus peruia. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti, eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Surrexit ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. *Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.* Haud dubium eſt, quin Dauidis animum occidendi inimiciſſimi Saülis tunc ſubierit cogitatio, vt Saülis morte ſuam, ac ſuorum vitam redimeret: ſed ab eo conſilio compunctum animum conſcientia deterruit, & illa elegit, in quibus aliqua apparebat obſeruantia, & nihil erat quod pietas aut religio damnaret. Quare ſatis habuit abſciſsâ chlamyde, referre ſecum ſeruatæ Regiæ vitæ illuſtre teſtimonium. Sed quia fidelis erat, & pius Dauidis animus, illâ tantâ continentiâ aliquid habuit, quod non probaret, & quo arbitraretur læſam maieſtatem, cùm decurtatâ chlamyde læſam putaret Regiam perſonam; quam Deus ſacro delibutam oleo ad regni culmen deſtinaſſet. Quare percuſſit Dauidem animus ſuus, id eſt, angor conſcientiæ, quaſi conſilium ſuum ipſe damnaret, & infectum vellet quod velut præcipitato conſilio feciſſet imprudens. Hâc ſuper re ita eleganter philoſophatur Chryſoſtomus in homil. de Dauid & Saüle: *Percuſſit enim, inquit, Dauidem cor ipſius, ac velut equum ſubſilientem ac ferocientem reuocauit iram. Huiuſmodi ſunt ſanctorum animæ, priùs quam concidant, reſurgunt.* Belliſſimè quidèm. Nempe Dauid immeritæ hoſtilitatis initiâ incenſus, & periclitantis vitæ ſuæ amore ſufflammatus, oram chlamydis præcidit (at quantulum erat interuallum inter corpus & chlamydem? ſed dum erumpentem cohibet iram vltricem, præproperè tentationem excutiens, ſententioſâ antitheſi dicitur, *priuſquam concidat, reſurrexiſſe.* Vix capit mens, quòd aliquis ſine caſu reſurgat; reſurrectio enim ſine præuiâ ruinâ non conſtat: at ſic eſt arcanè auguſtum, primum tentationis impetum retundere, coërcere, frangere, vt ſine iamiam inſtantis caſûs, aut vicinantis ruinæ detrimento, *reſurrectionis* elogium minimè præſtruatur. Qui enim obortam tentationem ruinæ minacem, feſtinatâ reſiſtentiâ animoſè excuſſit, ruinæ veniam ferè abſque ruinæ piaculo æmulatur; & dum *priuſquam concidat, reſurgit*, quodam gratiæ miraculo, in puritate innocentiæ, viuidæ pœnitentiæ ſublimius meritū inuenit, aut facit. Porrò dum non *concidit*, adhuc erectus innocenter ſtat; dum verò dicitur à vicino caſu *reſurgere*, obnixiùs ad ſurgendum adnitentis meritum cōbibit, & præmaturè repræſentat, arcano ænigmate, *priuſquam concidat, reſurgens*; quandoquidèm reſurrectio caſum præcurrit, & pœnitentiæ elogium in innocentiâ peregrinatur, præcoquâ reſurrectionis prærogatiuâ, quam præuius caſus minimè ad innocentiæ nitorem deuenuſtat. O vide hîc quàm proximè tentationis impetus ruinæ vicinetur, & quantum ſit excuſſæ quamcitiſſimè tentationis elogium!

1\. Reg. 14. v. 6.

Sanctius. ibi.

S. Chryſoſt. *Qui primum tentationis impetum excutit, priuſquam concidat, reſurgit*

Tentatio, proxima ruinæ nimis vicinatur.

3\. Geneſeos 39. Ioſephus Gratiarum manibus factus iuuenis, de fratrum durâ inuidentiâ in Ægypto ſeruus; de ſalacis dominæ refutatis blāditiis, Ægypti Dominus euaſit. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph. Accidit autem quâdam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: *Et illa, apprehenſa laciniâ veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.* Bonus Ioſeph à patre dilectus vſque ad fratrum inuidiam, fratribus inuidioſus vſq; ad impiam proditionem, humilis vſq; ad vilem ſeruitutem, verecundus vſque ad fugā. Sanè in Ægyptiæ dominæ incontinentiā ſubitò incurrens, femineâ manu apprehenſus, intactus permanſit; & contactâ veſte quamprimùm relictâ, puro caſtitatis indumento meliùs ſeruato, inopinatâ fugâ feſtinus exiuit. S. Ambroſius lib. 4. in Lucam, rem totam, ad rem præſentem opportunè, huius ſententiæ compendio luculenter expreſſit: *Nónne*, inquit, *tentatio Ioſeph, virtutis eſt conſecratio?* O benè! Scilicet Ioſephus tenacibus mulierculæ manibus permittens veſtem, libidinis quantocyùs effugit anſas, præpropera fugâ prò armis contra tentationem vſus, prodigè tradit veſtem, vt auarè temperantiam teneat, ſtrenuúſque miles virtutis ſtadium nudus decurrit: nudatur veſte adulteræ manibus conſpurcatâ, ne tentationis furacitate nudetur à temperantiâ. Nónne hæc Ioſephi *tentatio* ſupra iuuenilem animum viriliter excuſſa, *virtutis conſecratio eſt?* Caſtimoniam in ſe *conſecrat*, qui tentationem ſuffragio ætatis velut irrefragabilem, ſic refutat: qui tentationem tanto impetu venientem, ſic viuidè feſtinus excantat, factus eſt puritatis *ſacrarium*. Hem! ſic primos vitij ſubſultus tentatione ſufflammatos, præfocaſſe beat? *Nónne tentatio Ioſeph, virtutis eſt conſecratio?*

Geneſ. 39. v. 12. & 13.

Ioſephi tentatio citiùs excuſſa, virtutis eſt conſecratio.

S. Ambroſ.

4\. Pſalmo 75. ſic conciñnè pangit regius Vates: Notus in Iudæâ Deus, in Iſraël magnum nomen eius. *Et factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum. Quomodò in pace eſt Dei locus, cùm ſit vita hominis *militia* ſuper terram, & lucta cum paſſionibus, cum hoſte viſibili ac inuiſibili aſſiduè pugnax? Et ſanè vincenti olympia gloriæ corona promittitur: victoria verò de hoſte profligato conſtat: in pace autem vacuum ac nullum eſt victoriæ nomen niſi fortè quis ſine prælio vincat. Appoſitè inibi Græci Patres in commentario. *Et factus eſt in pace locus. Hæc autem fuerit anima tranquilla. Vbi nēpè ignita quoque iacula, quæ malignus emittit, & cognata arma, quæ per paſſiones vulnerant, conteruntur.* Ecce tibi animi pax, & anima tranquilla, dum hoſtilem tentationum inſolentiam, paſſionum ſubſultus, & ignita Diabolorum tela præproperè arcet, & facili ac incruentâ pugnâ primos hoſtium impetus pugnaci arcanè tranquillitate retundit. Hanc velut ſine certamine victoriam B. Laurentius Iuſtinianus prædicare videtur, ſic profundè ſcribens: *Omnes pacis tempore victores ſunt, cùm non ſit qui repugnet.* Protinùs aliud victoriæ genus, quod inito pugnaciter certamine reportatur, aſſignans ſubdit: *Commendata eſt Abrahæ obedientia poſt tentationem: Ioſephi caſtitas poſt adulteræ inſolentiam: Iob tolerantia poſt ſobolis reſtitutionem.* Hæc poſt tentationum conflictum tamquam conſummata victoria prædicatur: nec omittitur victoria, quæ pacatè, & præproperè primos tentationum im-

Pſal. 75. v. 3.

Qui primum tentationis ſensū excludit, in pace victor eſt.

Græci Patr:

B. Laur. Iuſt. de caſto connub. animæ c. 6.

petus excutiens, ſine pacis ac tranquillitatis detrimento, hoſtes velitando fugat, proculcat, detriumphat. Omnes qui ſic pugnāt, vt primos hoſtium ſubſultus retundant, *pacis tempore victores ſunt.* Profectò pax, victoriæ fructus eſt, & certaminum ſequela, ſic verò velut ſine pugnâ vincere, faſtus quidam victoriæ eſt, innocentiæ nitor, & virtutis meta. Non hinc abeam, quin præſtrictim adnotauerim, quòd *Iobs tolerantia poſt ſobolis reſtitutionem commendata ſit.* An non etiam anteà commendatione digniſſima fuit? Sic vrget ſobolis amiſſæ amor? Sic occaſio tentationis medullitùs eradicanda eſt, ad victoriæ commendationem? Sed de hoc fortè aliàs.

Cur Iobi tolerantia poſt ſobolis reſtitutionem commendatur?

5. Gentium Doctor ſic Epheſios erudit: Gratiâ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donū eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. *Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.* Pro τὸ *factura*, Græcè ποίημα, id eſt, vt habet Ambroſius, *figmentum*, Vatablus, *creatura*, Eraſmus, *opus*. loquitur non de primâ creatione hominis, quâ creati ſumus omnes in Adamo; ſed de ſecundâ quam explicat ſubdens, *Creati in Chriſto Ieſu.* Itaque per Chriſtū redemptorem rurſus quaſi creati ſumus, & per gratiam, eius *factura, opus* ſeu *figmentum* facti, aut refecti. Sed quare cùm homo per gratiam rurſus velut efficitur, *figmentum* appellatur? An quia per tentationem refingitur, aut reficitur? Audi hāc ſuper re Auguſtinū, qui exponens illud Pſal. 94. *Venite adoremus, & procidamus... ante Dominum, qui fecit nos,* ita ad rem præſentem eleganter ſcribit (quaſi exponeret illud Paulli, *Ipſius ſumus factura*, aut *figmentum*) *Si recuſares tentationem, recuſares refectionem. Ergò reficeris: & ſi reficeris, in manibus artificis es. Aliquid tibi tollit, aliquid corrigit, aliquid complanat, aliquid mundat; agit quibuſdam ferramentis ſuis. Ipſa ſunt ſcandala huius ſeculi: tu tantum de manu artificis noli cadere.* O timeat cadere de manu Dei artificis noſtri, & effectionis per naturam, & refectionis per gratiam, quiſquis ſe agnoſcit tanquam *ipſius facturam* ſeu *figmentum*! Tantùm abeſt, vt homo iuſtus & perfectus tentationibus imbecillè ſuccumbat, & corruat, vt illas feſtinus excuriens, illis *reficiatur*, adipetur, roboretur. Itaque homo perfectus, Dei *figmentum* eſt, in tentationū officinâ, & *artificis manu* refingendus ſeu *reficiendus*: ergò *ſi recuſaret tentationem, recuſaret refectionem.* Et ô homo huius *figmentum, tu tantum de manu artificis noli cadere.* Si tentationi conſenſeris, cecidiſti; reficeris verò, ſi iteratos tentationum ictus, fruſtrà identidèm vibratos, & patientiâ clypeatus exceperis, & actuoſæ ſollertiæ ſedulitate flecti neſcius excuſſeris. Excuſſit hîc Rutha tentamenta numeroſo agmine pugnantia, à patriæ ac cognatorum amore, à religione auitâ, ab exilio in peregrinâ vrbeculâ Bethlehem, à mendicitate inter gētem alienigenam Moabitis exoſam, à connubij difficultate, à nouitate religionis denuò capeſſendæ. Has omnes tentationes, quæ maſculam labefactarent conſtantiam, Rutha velut *obſtinato animo* ſine morâ reiecit, atque exarmauit: maluitque de mendicitate ſpicilegij victitare precario ac æſtuoſo ſubſidio, quàm virtutis propoſitum deſerere, regreſſu in Moabitidem degeneri.

Ad Epheſ. 2. v. 10.
Græcus. S. Ambroſ. Vatablus. Eraſmus.
Pſalm. 94. v. 6.
S. Auguſtin. *Recuſat refici, qui tentari recuſat.*
Homo velut figmentum in manu artificis, tentationibus reficitur.
Hic verſ. 16. & 17.

§. LXXVIII.

Vitiis adſueto pronus eſt in eadem vitia relapſus, de inceſſanter pertinaci conſuetudinis lenocinio.

GRauiſſimum eſt imperium conſuetudinis. 1.
Sic fit vbi homines maiorem vitæ partem in tenebris agunt vt nouiſſimè Solem quaſi ſupervacuum faſtidiant. Tunc ſanè conſummata eſt infelicitas, vbi turpia non ſolū delectant, ſed etiam placent: & ferè deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt, naturæ medullitus conuiſcerati. Diu in vitiis iacuimus, extirpari perarduum eſt. Non enim inquinati ſumus, ſed infecti. Non eſt morbus inter vitia contemnendus: ſi adoleſcentia vitiis adſueta ſit, & improbitatibus innutrita; vix eualet in languidâ etiam ſenectute eorum impetum ferre, & ſe aduersùm inolitos mores cōtumaciter agere. Educatio liberior, nulla diſciplina in iuuentute ſibi relictâ, mores facit, & id vnuſquiſque ſapit cui perdiu aſſueſcit. Exindè quod introduxit mala conſuetudo, prauæ indolis ope extimulata, bona excutere vix eualet. Crede mihi, res eſt ardua impetibus naturæ reluctari, refragari adſuetis, quæ magno ſemper impetu veniunt: quarè ſubindè grauamur, & in eadem reuoluimur. Poſt diutinum morbum oſſa & medullas vitiantem, infidelis plerumque ſalus eſt: huic ſanitatis loco eſt, leuior acceſſio: ſed quidèm acceſſio; & ſæpè ad eadem grauis relapſus.

Ferè ex Senecâ ſparſim.
Vitiis adſueto pronus eſt in eadem vitia relapſus.

2. Machabeorum 1. cùm Hebræa gens in Chaldæam duceretur captiua; Dei Sacerdotes, euerſo Templo, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cùm autem præteriſſent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à Rege Perſidis, nepotes Sacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: *& non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi, & ſacrificia quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aquâ, & ligna, quæ erant ſuperpoſita.* Si quis extraneus aſpiceret aquam reſpergi ad flammam in lignis ſuperpoſitis excitandam, forſan tamquam fatuum Nehemiæ conciliū rideret. Sed vide rei euentū, & illius cauſſam ſagaciùs explora: *Vtque hoc*, inquit, *factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, qui priùs erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.* Ad hunc euentum in paucis miriſſimum, Rupertus velut ſtupens, ita ſcribit: *Quale fuit, ligna & ſacrificia ſuperpoſita, itémque lapides magnos aquâ perfundi, magnúmque de contrario elemento ignem accendi?* Quid mirius, quàm quòd aqua ſeipſam deſueſcens, ignis naturam & ardorem induerit? Verùm hæc aqua ex igne coagulata fuit. Pergit Rupertus: *Ignem morientem, qui nutriri non poterat, qui vbi nutriretur non habebat, illi* (puteo inquam) *reſuſcitandum commiſerunt.* Profundè quidèm Rupertus. Scilicet *aqua* illa craſſa, à tempore Moyſis *ignis* fuerat; (tropologicum ſenſum nunc explorare liceat) at aqua illa ex igne dudùm conflata,

2. Machab. 1. v. 22.
Rupert. lib. 10. de Vict. verb. c. 19. & 18.
Diu ignis in aquam conuerſus, ignis naturam de facili reſumit.

Digitized by Google

ra, ad modicum *Solis reſulgentis* ardorem, *lignis* propiùs admota, ea cælitus ſubitò corripit, ſufflammat, comburit, & in vagos cineres mirè redigit. *Omnes mirantur*, qui phyſicam rerum naturam ſpectant; deſinunt autem mirari, qui rem ethicam altiùs contemplantur. Vident *aquam* ſeptuaginta annos *craſſam*; ſed viderint eandèm vltrà ſeptingentos annos, ignem fuiſſe. Quid ergò mirum, ſi quod tandiu ignis fuerat, vel ad modicum Solis ardorem, ſcintillet, & ad intermiſſam ignis naturam ex leui occaſiunculâ redeat? Quare Hebræi *ignem morientem, qui nutriri non poterat, puteo reſuſcitandum commiſerunt.* Scilicet parùm veriti, quòd qui tandiu *ignis* fuerat, puteo crederetur, & ſuam naturam intermittens, vel in *aquam* igni hoſtiliter inimicam, tranſiret: veroſimili enim coniecturâ augurabantur, quòd diuturnos flammæ mores de facili denuò reſumeret. O quis non timeat, quod antiquus vitiorum æſtus, ab ætate vel à virtute frigeſcens, prono fomite ad deteſtata olim vitia, iterùm atque iterùm incaleſcat. O time inolita diu vitia, & vel leues occaſiunculas vitiorum time. In re virtutis, non nuper acquiſita, ſed exinceps acquirenda computa. Qui ſecùs faxit, facilè in adſueta reuoluitur, & in cognato dudùm cœno volutatur.

3. Pſalm. 38. v. 6. Pſalmo 38. ſic Dauid modulatè pangit: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos; & ſubſtantia mea tamquam nihilum antè te.* Pro τὸ *ſubſtantiâ*, alij exſcribunt, *vita*; alij *occaſus*, vitæ inquam; alij, *hypoſtaſis*, ſeu *ſubſiſtentia.* (de quo aliàs vbertim agebamus) Verùm S. Cyrillus in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium, præſcripta verba ſic ad rem exponit: *ſubſtantia mea tamquam nihilum ante te. Quaſi omnis vita mea ſubſtantia, quaſi nihil coràm te reputatur, & perſpecta habetur. Hanc enim ſubſtantiam appellauit, vel, ſecundùm Symmachum, conuerſationem atque conſuetudinem; illud enim vitam nuncupauit.* Ecce tibi aſſidua hominis *conſuetudo*, ſic in naturam & mores abit, vt dicatur eius *vita*, eius *ſubſtantia*, eius *ſubſiſtentia*, ſeu eiuſdem *occaſus*. Profundè quidèm in re ethicâ. Porrò antiqua diu *conſuetudo* ſic homini inoleſcit, eique medullitùs conuiſceratur, vt recens illius *vita* ſeu *ſubſtantia* dicatur; & *vita* ac *ſubſtantia* priſtinæ *occaſus* nominetur. Quaſi noua conſuetudo ſic in ſubſtantiâ abeat, & per illam homo antiquam dediſcat naturâ, vt recens ipſius *vita*, ſit alia noua natura ſeu ſubſtantia, & funeſtus antiquæ ſubſtantiæ *occaſus*. Hem! ſic per nouam conſuetudinem antiqua hominis ſubſtantia velut tumulatur funebri occaſu; & de recenti cõſuetudine nouiter ipſe alius exurgit ac viueſcit, vt hactènus ipſe, iã ipſe alius nominetur? *Et ſubſtantia* (ſeu *vita*) *mea tamquam nihilum ante te.* Nempè *conſuetudo*, quæ altera natura dicitur, dũ ſenſim ſurrexit ac viueſcit, priſtinæ ſubſtantiæ *occaſus* eſt, & quaſi mors ac tumulus; & recens diu *conſuetudo*, noua eius *ſubſtantia*, & morum *ſubſiſtentia* nominatur. *Hanc ſubſtantiam appellauit conuerſationem, atque Conſuetudinem.* Altè quidèm Cyrillus!

Græci Patr. Corderius.

Symmach. *Conſuetudo dicitur hominis ſubſtantia, & occaſus.*

4. Ieremiæ 13. Quòd ſi dixeris, ait, in corde tuo *Quare venerunt mihi hæc?* Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata sũt verecũdiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ. Quid ergò ex multitudine iniquitatum diu frequentatâ? *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas; & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Quaſi dicat: ſicut hoc eſt impoſſibile per naturam; ita iſtud eſt valdè difficile, quia peccandi conſuetudo quaſi verſa eſt in naturam: non quod bene agere, & antiquos mores deſueſcere ſit omninò impoſſibile, ſed quod ſit nimis difficile. Vndè S. Auguſtinus humanos affectus, & conſuetudinis vires quaſi per anotomiam pernoſcens, ſic de ſe ad Deum loquitur: *Suſpirabam ligatus, non ferro alieno, ſed mea ferreâ voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & indè mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. Quippè ex voluntate peruersâ facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur facta eſt neceſſitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis (vndè catenam appellaui) tenebat me obſtrictum dura ſeruitus. Voluntas autem noua, quæ mihi eſſe cœperat vt te gratis colerem, fruique te vellem Deus ſola certè iucunditas, nondum erat idonea ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam. ita duæ voluntates meæ, vna vetus, alia noua; vna carnalis, alia ſpiritualis confligebant inter ſe, atque diſcordando diſſecabant animam meam.* Sic neruosè Auguſtinus velut neceſſitatem conſuetudine inductam exponit. Quâ de re eloquenter Cyprianus recens ad fidem conuerſus, ad Donatum ſcribit: *Quî poſſibilis, aiebam, eſt tanta conuerſio, vt repentè ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel vſurpatum diu ſenio vetuſtatis inoleuit? Altâ hæc & profundâ penitus radice ſederunt. Quandò parſimoniam diſcit, qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſueuit? & qui pretioſâ veſte conſpicuus in auro atque in purpurâ fulſit, ad plebeium ſe ac ſimplicem cultum quandò deponit? Facibus ille oblectatus & honoribus, priuatus & inglorius eſſe non poteſt. hic ſtipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officioſi agminis honeſtatus, pœnam putat eſſe cùm ſolus eſt. tenacibus ſemper illecebris aſſuetum, neceſſe eſt, vt ſolebat, vinolentia inuitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, libido præcipitet. Hæc egomet ſæpè mecum: nam vt ipſe quamplurimis vitæ prioris erroribus implicatus tenebar, quibus exui me poſſe non crederem; ſic vitiis adhærentibus obſecundans eram, & deſperatione meliorum malis meis veluti iam propriis ac vernaculis adſauebam.* Pluſculum immorarer, ſi Auguſtini ac Cypriani ſententias ſingulas ad rem opportunas, enucleare vellem. Attento lectori ſat eſto eas legere, & expendendas eligere.

Ierem. 13. verſ. 23.

S. Auguſt. 8. Confeſſ. 5.

Conſuetudinis vis, neceſſitati confinis dicitur, quare?

S. Cyprian. epiſt. 2.

Siracides Eccleſiaſtici 16. ſic de Deo loquitur cùm Sodomam ſceleribus innutritam, & auitâ peccandi conſuetudine impudenter obſtinatam euertit: *Non miſertus eſt illis*, inquit, *gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis.* Syrus ita locum vertit: *Non eſt miſertus ſuper populo anathematizato*, &c. Græcè ſic exſcribitur: *Non eſt miſertus gentis perditionis* (id eſt, perditæ, ideóque perditioni, euerſioni, ſeu ruinæ ſuæ addictæ: vndè ait:) *extollentium ſe in peccatis ſuis.* Nimirùm velut *anathematizata* eſt prauitas, quæ longâ diu conſuetudine impudenter robuſta, peccando *extollitur.* O non bonam à malâ conſuetudine extollentiam! Appoſitè Auguſtinus Serm. 58. de Tempore vt non ſic pec- 5. Eccli. 16. v. 10.

Syrus. Græcus. *Conſuetudo peccandi hominem anathematizat.*

S. Auguſtin.

Conſuetudo peccandi in ipſis ſe ruinis ſuis ſepelit. catores attollantur ſeriò monet, *Ne conſuetudine peccandi in ipſis ſe ruinis ſuis ſepeliant.* Itaque peccatores cùm conſuetudine inſoleſcunt, ſublimiùs ſe attollunt, vt *in ipſis ſe ruinis ſuis ſepeliant.* Heu! conſuetudinem peccandi velut ſepulcrum puta, quo viuens homo in ruinis ſuis quaſi viuum cadauer funeſtè tumulatur. His ruinis ſepulta fuit Orpha, ſurgeus vt ad auitos mores repedaret. (Hîc verſ. 16. & 17. &c.) Ex hiſce ſepulcralibus ruinis Rutha feliciter euaſit, dum piè *obſtinato animo* pergit ad Dei populum, antiquis ſuperſtitionibus conſtanter abiuratis. (Seneca l. 2. de Irâ, c. 12.) Sanè *nihil eſt tam difficile & arduum quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat aſſidua meditatio; nullique ſunt tam feri & ſui iuris affectus, vt non diſciplinâ perdomentur. Quodcumque ſibi imperauit animus, obtinuit.*

§. LXXIX.

Aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodò afflat.

1. (Ferè ex Senecâ.) OMnia omnium rerum, ſi benè obſeruentur, indicia ſunt, & argumentum morum; & ſi probè attendas, ex minimis, & longè petitis poteris improbum agnoſcere: inceſſus oſtendit, & manus mota, & interdùm reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum, & præcipuè frequentata loca, & conuictorum mores, eorúmque fuga, aut ſtudium. Barbariſmus eſt morum, minimorum contemptus, & ſuſpecti loci improborúmque gregalium expetitum contubernium. *Locus, & conuictor bonus moribus militet.* Nulla res magis animos induit honeſtos, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum conuerſatio Quicquid frequens vides & audis paullatim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet. Profectò non magis vtilitati eſt ager cum reditibus amplis, quàm vicinus æqualis cum moribus bonis. Adeò eſt tenera, & impreſſioni facilis, indoles humana, vt vicina quæque moribus quoque vicinentur; imò & in mores noſtros facile eant, dum probitatem aut improbitatem expromptiùs arripiunt. Salutare eſt fora & turbas auerſari, & non conuerſari cum diſſimilibus, & diuerſa cupientibus. Turba etſi ſtatim non mutat te, impedit tamen, atque ſenſim mutabit: multum ſæpè moribus nocet, quod locis, & locali turbæ vulgati approbatione congruere videtur. In vitia alter alterum trudimus: quomodò autem reuocari poſſunt ad ſalutem, quos nemo retinet, quos cognata locis pericula, & eorum publici mores ad peruerſum impellunt. Intutum ſanè eſt, quod loci genius ſubruit, & de ſui tincturâ inficit & colorat.

2. 2. Machabæorum 1. cùm Iudæus populus malè à Chaldæis conciſus, vrbe ac templo dirutis, in Perſidem duceretur captiuus; ſacerdotes qui tunc Dei omnipotentis cultores erant, ſacrum ignem à tempore Moyſis iugiter nutritum, reuerenter acceptum, occultè in valle abſconderunt. Erat illic patens puteus, receſſu infrequens, nec populari vſui obuium, ob locum ab arbitris remotum. Ibi obſignauerunt iudicio ſacro, pariter & ſilentio ignem reconditum. Cùm autem præteriiſſent anni multi (ſeptnaginta inquam,) placuit Deo, vt mitteretur Nehemias à Rege Perſidis: qui nepotes ſacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: (2. Mach. 1. v. 20.) *Et ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam.* Mira quidèm ſacri ignis metamorphoſis. Beuè eſt, Sacerdotes, qui in excidio vrbis ac templi, cultores Dei erant, *acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum?* quid autem eſt, quòd *ignis* in *aquam* conuerſus eſt? Quid *igni* ſubtiliter viuido, cum *aquâ craſsâ* commune poteſt ineſſe? Id luculenter eruditiſſimus Serarius expendens, ſic inibi fatur: *Fuit porro quadruplex hîc miraculũ. Primum ignis in aquam verſi, non cinerem, non aërem, &c.* (Serar. ibi: qu. 13.) Scilicet exprompta videtur *ignis* tranſmutatio in cinerẽ, fumum, aërem; at flammei ignis in *aquam craſſam* conuerſio, rerum naturæ nimis extranea eſt, & inſolenter peregrina. (*Qui in prunario ignis eſt, in puteo aqua craſſa eſt.*) Quid enim eſt ram longè poſitum ab ignis naturâ quàm natura aquæ? Sanè, ſi ſemper illud verum: *Non miſcentur contraria*; quantò magis, vnum alterius non mutuabit naturam, & alteruter in alterum non abibit. Ita quidèm; ſed obſtat velut arcanus loci genius. Scilicet ille ipſe ignis, qui in prunario perpetuus *ignis* eſt, & à tempore Moyſis candens perennat; in *puteo*, tametſi tunc ſicco, diu conſignatus, velut *ignis* naturam deſueſcit, & non in cognatum *cinerem*, non in *aerem*; ſed in *aquam* ipſámque *craſſam*, velut de cognato loci genio tranſmutatur. Ille, ille ipſe, qui perdiu in prunario *ignis* erat; in *puteo*, tametſi *ſicco*, iam aqua, imò & *aqua craſſa* eſt. Hem! ſic loci-genius naturas rerum demutat, vt ignis non cadaueréſcat in *cineres*, aut in vagum *aërem* diſſipetur; ſed, vel in *ſicco puteo*, in *aquam craſſam* conuertatur. Nimirùm *puteus*, aquam continere adſuetus, vel ipſum *ignem*, in craſſiorem *aquam* demutabit. O caue cognatos loci mores, quiſquis virtutem amas! Sic dę facili, locorum genius, rerum naturas, & morum ingenia, vel in contrarium demutare ſolitat!

Verùm præſcriptus locus ſemel expenſus, iterùm adſimiliter ad præſentem theſim enedullandus eſt. 3.
Itaque illo 2. lib. Machabæorum cap. 1. ſic refert ſacer Hiſtoricus: Cùm in Perſidem (Quare pro Chaldæâ Perſidem ſubſtituerit, non vacat ethico ſacramento, quod alibi panditur) ducerentur patres noſtri, ſacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, *Acceptum ignem de altari, occultè abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum.* (2. Mach. 1. v. 19. & 20.) Poſt ſeptuaginta tamen annos, è captiuitate redux ſacerdos *Nehemias, nepotes ſacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam.* Religioſè quidèm, & cautè Sacerdotes egerunt: in puteo *alto* ſacrum ignem piè abſcondunt, religioni patrocinante ſecreto: & in *puteo ſicco*, ne vdor ſtagnantis aquæ ignem extingueret; ſed de ſiccitate ſuâ ignem cognatâ qualitate vteumque foueret. (*In puteo etiam ſicco, inuentus eſt ignis, qui conuertatur in aquam.*) Et tamen ignis in aquam craſſam tandèm mutatus eſt, *Non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam.* Hugo Carenſis inibi exponens illud: *Abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo contutati ſunt eum*; ait, *Altus profundus, & ſine aquâ.* O miriſſima loci vis! Non mirarer, ignem in *puteo ſicco*, pabuli

buli

Digitized by Google

buli defectu euaneſcere, & in emortuos cineres, aut aërem cognatum ſolui: at *puteus ſiccus*, id eſt, *ſine aquâ*, quo pacto ignem conuertat in aquam? Siccitas, aquæ naturam refutat, cui naturalis eſt intenſior humiditas; quid ergò hanc metamorphoſim è diuerſo operatur? Prudenter & cautè ſe putant Sacerdotes, in loco abſconſo & *ſicco*, ſe *tutò* ignem collocaſſe, dum qualitatem *ſiccitatis*, cognatam igni, & aquæ oppoſitè extraneam, illi applicant; & tamen contrà pugnaces *ſiccitatis* vires, in *aquam craſſam* conuerſus apparet. Scilicet *puteus*, locus eſt aquis continendis deſignatus, & localis vocabuli proprietate, aquas continere adſuetus: vndè tametſi *ſiccus* ſit, & *ſine aquâ*, de cognato loci genio, vel ſiccum ignem, in humidam aquam moraliſſimè conuertere perhibetur. O! loco tantùm licet, vt quod frequenter habere conſueſcit, etſi non habeat, quodammodò operetur? Siccus etiam puteus & lacus, aſſiduè cognatam humiditatem exhalat? O time loca, vbi frequens malitia peſtilitatem afflauit, velut nunc eodem contagio imbuta time. In aquæ loco, licèt tunc *ſicco*, intutus ſeruatur *ignis*, de facili in *aquam* conuerſione ſuſpectus. O diſce ex hâc ethicè elementorum ſcholâ, intuta probitati loca ſollerter præcauere! (Non negatur miraculum, ſed illius moralitas enucleatur.)

4. Ioannis 4. Chriſtus Dominus poſt longiorem cum Samaritide ſermonem, obſcœnam ipſius libidinem illi renunciat. Tunc mulier ab opinato iam Prophetâ, interrogat: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt locus, vbi oportet adorare.* Nempè Samaritana agnoſcens Ieſum eſſe Prophetam, proponit ei quæſtionem de religione, illo tempore inter Iudæos & Samaritanos ſummè controuerſam, vt ſciret vtram partem ſequi debeat, vt ſaluti ſuæ conſulat; plus forſan æquo deferens locorum genio, & nimis de cognatâ loci pietate, aut impietate ſollicita. Dicit ei Ieſus: *Mulier crede mihi, quia venit hora quandò neque in monte hoc* (Garizim, qui imminet vrbi Sichem) *neque in Ieroſolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus*, &c. Quid eſt, quòd Samaritani (qui erant velut Iudæorum Heretici (nimirùm de loco ſolliciti, *quod neſciunt*, adorare dicuntur? Profectò hæc mulier de loco adorationi idoneo interrogat; non de Numine adorando in Ieroſolymitano aut Garizimitano monte: quorsùm ergò Chriſtus Deus interrogationi de loco ad religionem idoneo, reſpondens, edocet, quiſnam Deus cognoſcendus ſit, & religioſâ adoratione colendus? Sanè verum Iſraëlis Deum, Samaritani etiam cognoſcebant, & reuerenter adorabant. Sanctus Chryſoſtomus homil. 32. in Ioannem, hoc dubium percallens, his verbis extricat: *Samaritani quidèm ait, quod neſciebant, adorabant, quoniam localem Deum æſtimabant; nihil de eo plus imaginantes, quàm de Idolis* (locus ſuprà §. 33. adſimiliter expenſus.) Nimirùm Samaritani ram altam imbiberant mentem de loci genio; quaſi ille foret ad pietatem aut impietatem afflandam potentiſſimus; vt hæc mulier reliqua contemptim negligens, vbi cognouit Ieſum eſſe Prophetam, tota fuerit in explorandâ loci religione, irreligionéve. Sic enim putabat loci naturam facere ad pietatem, ad religionem, & ad animæ ſalutem, vt *localem Deum æſtimaret*, & ſeriò cenſeret. Quaſi Deus ſic quibuſdam locis faueat, & protectione ſuâ foueat: ſic alia auerſetur loca, & exhalate iniquitates velut negligat, vt verus Iſraëlis Deus immenſitate ſuâ immetatus, *localis Deus* à Samaritanis cenſeatur. Neque à Samaritidis mente longe abeſſe videtur Moabitis Ruth, rudis tunc Hebraicæ religionis proſelyta; dum pietatis cupida, obſtinato animo arripit concilium vertendi ſolum, & patriam deſerendi, vt cum Iudæâ gente Palæſtinam, etſi extorris inhabitet.

Ioan. 4. v. 21. & 22.

Samaritana Deum putat eſſe localem quare?

S. Chryſoſt.

Hic verſ. 16. 17. &c.

5. Regius Propheta ſic lugubri planctu occinit Pſalm. 136. In ſalicibus in medio eius (Babylonis inquam, vbi captiui tenebamur) ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ?* Opinor, Hebræa religio non eos vetabat, Sionis cantica legitima, in Babyloniâ modulari; & tamen religioſè canere conſtanter renuunt, *in terrâ alienâ*; alij, *in terrâ alienæ*, ſeu *alienigena*. Quaſi dicant: Aliena eſt hæc terrâ à diuinarum laudum cantico, alieni & vos; imò & *terra aliena* eſt, vbi non verum, ſed locale & idololatricum numen colitur. Verùm Theodorus Heracleotes hæc verba in eorum commentario ſic exponit: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra alienâ? Terram alienam cenſebant eſſe animas alienas, cauentes ne diuina ipſis efferrent, tamquam è loco proprio in alienum tranſlata. . . . Ceterùm hoc poſſis etiam aliter intelligere, vt quandoquidèm eorum libertas per captiuitatem extincta erat, dicant: Quomodo narrabimus ea mirabilia quæ in Egypto & Ieroſolymis contigerunt, cùm ex iis quæ cernimus fides eorum extenuetur?* (Hæc ſecunda expoſitio ethicæ emphaſis plena, alibi forſan expendetur.) Ad rem ergò notandum, prauiſſimas Babyloniorum animas omnium ſcelerum abundè reas, *terrâ alienam* moraliſſimè nuncupari. Sic terra Babylonis, Dei populo extranea, velut de aliquo loci genio, *aliena* eſt à diuinis laudibus, & à Dei cultu, & adoratione *aliena* eſt? *Terram alienam cenſebant eſſe animas alienas.* quaſi animæ elogia, eius probitas aut improbitas, cum terrâ ſeu loco vices mutuò reciprocarent; & ſibi adſuetam probitatem ſeu improbitatē habitatoribus quodammodò afflarent.

Pſal. 136. v. 4.

Quare in Babylone non ita credibilis videtur Hebræorum religio? Heracleot.

Terra aliena dicuntur aliena à virtutibus animæ, quare?

§. LXXX.

Mortis memoria hebetat pulchritudinis tela, virtutes germinat, eáſque quaſi in ſanctitatis gymnaſio erudit.

1. NVllum eſt maius præſidium ad mortem, imò & ſolatium mortis, quàm ipſa mortalitas, quæ vitam etiam pacatiſſimam inquietat. Innumerabilia in ipſo mortis ſinu pericula ſunt, quæ ipſa mors diu altè cogitata feliciter excurit, dum mors in mortem armata, futuræ mortis pericula exarmat. Si volumus eſſe felices, ſi nec hominum, nec rerum vllo timore vexari, ſi deſpicere fortunam ſuperuacua promittentem & aduerſa minantem, ſi volumus piè ac tranquillè degere, & cum ipſis cælitibus de innocentiâ quodammodò

Mortis memoria primam mortē mortemque vitiorum exarmat.

dammodò controuerſiam agere; anima in expedito eſt habenda; & de cognatæ mortalitatis memoriâ, mors ſemel ventura, non ſemel expectanda eſt. *Effice mortem tibi cogitatione familiarem, vt ſi ita ſors tulerit, poſſis illi obuiam exire.* Incertum eſt, quo loco aut tempore mors te expectet; tu illam in omni loco ac tempore expecta. Egregia res eſt mortem mortis expectatione condiſcere. Quid ad illud carcer, cuſtodia, clauſtra, morbus, ſenectus? liberum vbilibet habet oſtium, vitæ exitus in omni loco, ætate, ac tempore expeditus eſt. Nihil hominibus æquè proficiet ad temperantiã omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti. Quicquid facis, reſpice ad mortem. Ne imparata mors duriùs ad nos tranſeat, ſedulâ meditatione nos priùs ad illam tranſire expedit. Mors velut vitæ portus crebro expectatus aderit, qui inexpectatæ mortis naufragia deuoret. Qui mori mortis recordatione didicit, vitiis ſeruire dedidicit.

Seneca lib. de Natur. quæſt.

2. Geneſeos 20. in Gerarâ Abimelechi regiâ vrbe Abraham peregrinatur. Dixítque de Sarâ vxore ſuâ: ſoror mea eſt. Mox increbreſcente pulchritudinis famâ, rex Geraræ tulit eam in palatium. Seueriſſimis Dei minis terretur in ſomnis. Tandem Regi ignorantiam cauſſanti parcitum eſt. Rex Autem Abimelech reddidit Abrahæ Saram vxorem ſuam: *Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt.* Vmbra huius velaminis non paucos Interpretum offuſcauit, qui in hoc velamine exponendo egregiè caligant. Plures litterales commentationes aliorsùm ethicè dedimus; nunc autem non omittam ſingularem expoſitionem, quam ex Magiſtro in Scholaſticâ hiſtoriâ, hîc Abulenſis excribit: *Hoc erit tibi in velamen, id eſt, hoc quod factum eſt, ſcilicet quòd ego te acceperim ſic, & dederim tibi mille argenteos, ſit tibi in velamen oculorum, ſcilicet vt ex his mille argenteis emas ſudaria ad ſepeliendum te honorificè, & cooperiendum vultum tuum.* Nimirùm eximia Saræ venuſtas, & aſpectabilis pulchritudo, in eâ regione inſolens, opinatiſſima fuit, cuius pellacia Regem regníque Proceres ad eius amorem blando traxit illicio. Itaque etſi Saræ formoſiſſimæ modeſtia ac pudicitia vulgò foret notiſſima, tamen vt Rex tantam mulieris venuſtatem, quam ſibi ac ſuis viſu periculoſam putabat, aliquantiſper inhiberet, & de arcanæ modeſtiæ arbitrio, blandum eius lenocinium temperaret, ne eam vel inuitam viri populariter deperirent; notamentum mortalitatis & continuam mortis memoriam pulchræ Saræ conſultiſſimè ingerit, dum illi offert *ſudaria ad ſepeliendum, & cooperiendum vultum* eius in ſepulchro. O inopinatum barbarici Regis conſilium præmaturè Chriſtianum! Nimirùm venuſtiſſimæ pariter ac modeſtiſſimæ feminæ, à quâ adhuc timet, ne in eius eximiâ formâ multi pereant, multò emendum tribuit *ſudarium, ſudarium* inquam, mortalitatis notamentum, & mortis memoriale; vt de arcanâ vi, quâ mortis memoria modeſtiam afflat, ſanctitates allinit, & virtutes ſpirat, ſanctiùs adhuc Sara pulchritudinem honeſtet, ne pulchra femina ſibi tuta, intutum viris ſpectaculum obiiciat. O, ſic vel paſſiua ardenter libido ad mortalitatis inſignia ſopitur, & ad mortis memoriam friget? De cogitatione mortis, & ſepulchrali *ſudario*, exprompriùs petendæ ſunt, non modò propriæ, ſed & alienæ etiam concupiſcentiæ niues? Pulchritudo impudenter ſpectata, quæ eſt caſtitatis venenum; mortalitatis *ſudarium*, in conceptæ libidinis antidotum, & continentiæ ſacrarium mirè reformat: indéq; fit pudicitiæ ſecuritas, vnde maius incontinentiæ periculum timeri poterat. Ergò formoſiſſimæ Saræ à ſe adamatæ ait Abimelechus rex: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, ſcilicet vt ex his mille argenteis emas ſudaria ad ſepeliendum te, & cooperiendum vultum tuum.* O, ſic mortis memoria hebetat vibrata à pulchritudine iacula? Non examinamus nunc, an hæc ſit expoſitio litteralior, quod indidem olim abundè fecimus.

Geneſ 20. verſ. 16.

Hiſt. Scholaſt. Abulẽſ. ibi in Commentar.

Mortis memoria hebetat vibrata à pulchritudine iacula, ne ſaucient caſtitatem.

Ieremias lugubri vaticinio Propheta flebilis, Threnorum 3. ita ſcribit: Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentiâ ſuâ. Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe. Et vndè illi tanta à iuuentute innocentia, mundi penuria, linguæ taciturnitas, & eleuatior perfectionis ſublimitas, quam tot aduerſa non curuarunt ad terram? *Ponet*, inquit, *in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.* Nempè tot calamitatibus obſeſſus, humiliabit ſe, & Deũ adorans vultu in terram demiſſo, vſque ad puluerem deprimet os ſuum, humiliter de ſe ſentiens. Ita ex Origene Cornelius. Aliter Sanctius ibidem: Ponet, inquit, os ſuum in puluere, quaſi victus, vt victor caput eius calcet, vti fecit Ioſue. Aliter etiam Theodoretus, Quaſi dicat: Iacebit, & generosè feret conuitia & probra, perindè ac ſi os haberet plenum terrâ. Os mentis, an corporis? An quia os mentis meditatione anticipat, quod os corporis in ſepulcro terram mandet? Propiùs ad rem accedit Rabanus apud Chiſlerium: *Ponet in puluere os ſuum, &c. Ille in puluere ponit os ſuum, qui humiliter ſentiens, fragilem ſe cognoſcit: & de puluere ſe factum, iterùm in puluerem reuerſurum fatetur, dicens cum Patriarchâ Abraham: loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis.* Scilicet in calamitate propè deſperatâ, ponet in puluere os ſuum, quia cum Abrahamo fatetur ſe ex puluere factum, in matricem puluerem reuerſurum. Tentat ergò ex hâc mortis ac ſepulcri meditatione, *ſi fortè ſit ſpes.* Verum Paſchaſius inibi ferè ex Ambroſio in Pſalmum 118. Serm. 10 in expoſitione litteræ *Iod*, ſic locum excribit, & exponit: *Dabit in ſepultura foſſuram os ſuum, & tamen eſt ſpes patientiæ.* Addit ex luce huius tranſlationis clarans Vulgatum *Ponet in puluere os ſuum propter ſpem. Qualis eſſe poteſt deſolatio, niſi quia nunc moraliter agens poſt miſeriarum ſuarum ſupplicia, poſt diras tormentorum anguſtias, fide ſibi redditâ, principium eſt noſtræ profeſſionis in puluere os ponere, & momentis ſingulis quòd cinis, quòd puluis ſumus cogitare: ex quo rurſus ſpes nobis germinetur, ac dilatetur charitas.* Ecce tibi, quandò quis *ponit in puluere*, ad quem redigetur, *os ſuum*, illúdque *dat in ſepultura foſſuram*, & ſepulcralem cinerem, *momentis ſingulis quòd cinis, quòd puluis ſit cogitans*; in dirâ etiam calamitate, aut ſæuientium hoſtium, aut paſſionum blandientium, periculo propè ineluctabili, & ferè vndecumque deſperato, *ſpes germinatur, & dilatatur charitas.* Nec iam dicitur, *ſi fortè* 3.

Thren. 3. v. 29.

Origenes. Cornelius. Sanctius.

Theodoret.

Rabanus. Chiſlerius.

Gen. 18. v. 27.

Germinat ſpes vbi in puluere, id eſt, in ſepulturæ foſſurâ opponitur.

S. Paſchal. S. Ambroſ.

Digitized by Google

fortè ſit ſpes; ſed potiùs, *Et tamen eſt ſpes*, quaſi de emortuis meditatæ ſepulturæ fauillis, *ſpes germinetur, dilatetur charitas*, floreat pietas, vernet virtus, & opimis bonorum operum fructibus autumnet. O ſingulis momentis in ſepulturæ foſſuram os noſtrum demus, & mente ac linguâ puluerem ſepulcri reuerſemus!

4. Geneſeos 2. Adæ recèns creato, & in deliciis paradiſi conſtituto, non inueniebatur adiutor ſimilis eius; cùm animantium ſpecies reliquæ mare & femellâ conſorte fruerentur. Gen.2.v.21. *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cúmque obdormiſſet, tulit*, &c. Multa ethicè pariter ac myſticè, ex hoc Adæ ſomno Commentatores depromunt. Et ſanè miriſſimum eſt, quòd Adamus in paradiſeis deliciis, & innocentiæ felicitate, dotatus indefeſsâ immortalitate tam feſtinatum incurrerit ſomnum, quem nullus præuiè labor conciliauit. Tertullianus in lib. de Animâ agens de ſomno, moraliſſimè in hunc Adæ Tertull. lib. de Anim. c. 43. incidit ſomnum, ſic fatus: *certè hic à primordio naturæ ſuæ homo imbutus eſt: ſi apud Deum diſcas* (Nota quid ſuper hoc Adæ *ſomno*, ex Dei gymnaſio *diſcere* debemus,) *ille fons generis Adam antè ebibit ſoporem, quàm ſitiit quietem. Antè dormiit quàm laborauit, imò quàm & edit, imò quàm & profatus eſt, vt videant naturalem indicem ſomnum omnibus naturalibus principaliorem. Indè deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recenſere.* O! Adamus ſic dormire feſtinat? Ante negotioſam operationē ſomni conciliatricem, altè dormit? ante eſum & potū, ſomnum eſurit ac ſitit? antè loquelam dormire hiat; quaſi auſpicium operū Adami, ceſſatio ab opere ſit, & ſomni quies? (cenſet Tertullianus ſacrum Hiſtoricum vſum fuiſſe prolepſi.) Vix incipit viuere, & ſomno indulget? Ita ſanè: & quidem moraliſſimè, ne priùs plenè vitæ opera auſpicetur, quàm in *mortis imaginem* incurrat. Quamcitò occurrat illi *imago mortis* ad felicis innocentiæ lenocinium. In vitæ initio ferè ante alias operationes dormire properat, ne quid niſi præuiâ *mortis imagine* Adamus operetur. Sub ipſum vitæ auſpicium inactuoſus ſopitur, vt ipſe etiam tūc priuilegio immortalis, in *ſomni gymnaſio* (vt aliàs dixit Clemens Alexandrinus) hoc eſt, in *mortis imagine*, ad Dei timorem, & præcepti obſeruantiā erudiatur, & ſanctitates omnes *diſcat*. O erudiamur in hâc virtutū ſcholâ concupiſcētiam frenare, ambitionē ſiſtere, & diuinis legibus adamuſſim parere! *Si mortis arcanū minus erudit, quid à noxijs affectibus compeſcet?* Tempeſtiuè Theodorus Studita, obitus noſtri aſſiduā meditationem, *mortis arcanum* appellat, ibi enim vita beata tectiùs deliteſcit. Ergò hoc meditatæ *mortis arcano*, ad vitiorum repulſam, & virtutum ſtudium *erudiamur*!

In mortis imagine, velut in virtutis gymnaſio, quamcitò Adamus eruditur.

Clem. Alex. alibi expenſus.

Theodoret. Stud. Serm. 11.

Nemo iam miretur, quòd Moabitis Ruth *obſtinato animo* dicatur cum ſocru Bethlehemite pergere ad Dei populum; & abiuratâ Idolatriæ licentiâ, veræ religioni adſcribi, atque viam arduam virtutis feliciter inchoare, conſtanter tenere, & conſummatè perficere, cui ſic altè recordatio mortis, & ſepulturæ memoria hæret? ſic eam mente tractat, & ore Hic verſ.17. verſat: *Quæ te*, inquit, *terra morientem ſuſceperit, in eâ moriar: ibique locum inueniam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit.* Sic vidua femina in pulchrâ iuuentâ, mortis ac ſepulturæ memoriam animo & ore reuerſat?

---

§. LXXXI.

Mortis memoria mortem ethicè declinat; & recordatio ſepulturæ, illam reparatricem reddit.

PEracerba eſt illa Paulli ſententia, quam in mortales omnes duriter vibrat: *Statutum eſt* 1. ad Hebr. 9. v. 27. *hominibus ſemel mori.* Nulla vis, potentia nulla hanc mortis ſententiam declinabit. Sed forſan ethicè declinari eualet. Porrò illud Dauidis: *Non eſt reſpectus morti eorum*, ſic aliqui excribūt, *Non eſt repulſa*, vel *renutus*, vel *repudiatio*; alij expli- Pſal.72.v.4. Tranſlationes. catiùs, *Non eſt declinatio in morte eorum.* Quæ autē ſit hæc mortis declinatio, appoſitè expreſſit Hieronymus, *Non recogitāt de morte ſua*; adhuc viuaciùs Paraphraſtes Chaldęus, Non *terrentur neq; conturbantur propter diem mortis ſuæ.* Ecce tanti mali fatalem cauſſam, quod nimirùm peccatores non ſolùm enormiter peccent, ſed & in peccatis atrocibus quietè atque pacatè perſeuerent; quia mortis non recordantur, nec eam præ oculis quaſi imminentem habent. Quare alij vertunt: *Non ſunt ligamenta aut vincula in morte eorum.* O, ſtrictioribus memoriæ vinculis morti ſtrictiùs alligemur, quò omnibus latam mortis ſententiam ethicè declinare poſſimus! Heu, quia mortis memoriæ *repulſam* faciunt, nec mortis recordatione turbantur ac terrentur, *Non eſt declinatio in morte eorum!* Hic ſenſus moralis eſt, litteraliſſimum nuper dedimus.

S Hierony. Chaldæus. Recordatio mortis, mortis declinatio eſt.

Pſalmo 54. ſic peracerbè Dauid peccatoribus 2. apprecatur, ſiue ſpecie imprecationis prophe- Pſalm 54. v.16. tat; quod in Pſalmis valdè familiare eſt: *Veniat*, inquit *mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viuentes: Quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum.* Conuertit nunc Propheta ſermonem ad omnes proditores ac perſecutores ſuos, imprecans repentinam & improuiſam mortem, atque vt ad ſimilitudinem Dathani & Abironis, viui humo abſorpti deſcendant in infernum, vbi atroces ſcelerum pœnas luant. Hæc in cortice: ſed perueſtigandum eſt, ſiquid moralioris medullæ in verbis lateat. *Veniat mors ſuper illos*, inquit. Quæ eſt hæc peracerba mors, quæ veniens ſuper illos, illis tyrannicè dominetur? Chaldæus ſic locum excribit, & expo- Chaldæus. Tranſlationes. nit: *Reos peraget eos iudicium mortis*, quaſi mors ipſa eos conſtituat reos. Alij, *exactricem conſtituat* (Deus) *mortem aduerſus illos*; vel *condemnet illos mors*; alij *irritet*, vel *inſtiget*, ac *neceſſitet* (Deus) *mortem ſuper illos*; vel *mors decipiat illos.* O! quæ nam eſt hæc Mors ſic hoſtiliter inimica, quæ hominem ſic *reum peragit*, tamquam *exactrix* vexat, in iudicio *condemnat*, inſtigata *neceſſitat*, & irritata *decipit*? Opinor, hæc non bona elogia, quæ ſic mortem culpant, non conueniunt morti, ſed in mortis obliuionem apprimè quadrant. Vndè pro *τὸ veniat mors ſuper illos*, mors, inquam, tot vituperiis dehoneſtata, & tot minis formidabilis; ex Hebræâ origine aliqui peritè vertunt: *Deus mortis* Lorinus ibi. *obliuionem inducat illis.* Scilicet mortis obliuio, eſt mors quæ *decipit*, quæ tamquam *exactrix* venit,

Quàm multa acceſſat mala, mortis obliuio.

Digitized by Google

nit; quæ *reum* peragit, quæ in iudicio *condemnat*, & ad infelicem mortem *vrget*, & quodammodò *neceſſitat*. Quare Dauid ore prophetico ſic acerbè miratur. *Deus mortis obliuionem inducat illis*, quam ſi induxerit, *deſcendent in infernum viuentes: quoniam nequitia in tabernaculis eorum, in medio eorum.* Eheu! ſic mortis obliuio eſt flagitiorum ſeminarium, malæ mortis pignus, inferni viaticum, & gehennæ auctoramentum?

3. *Iſaiæ 45. v. 8.* Iſaias cap. 45. hæc votis nuncupat, & optando prophetat: Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Quaſi dicat Propheta: Vtinàm Terra producat, & in lucem proferat Saluatorem. Nam & terra in hoc opere natiuitatis Chriſti tam mirabili præbitura erat ſuam operam. Chriſtus enim naſciturus erat cælitùs, ſed in terris. Sanè terra hæc eſt Virgo Deipara, quæ rorem Spiritus-ſancti excipiens, concepit & germinauit Saluatorem. Nulla enim alia terra id præſtitit, aut præſtare potuit. Ita communiter Patres, & Expoſitores. Primus ergò Adam ex virgine terrâ, id eſt, ex limo formatus eſt; ſecundus etiam Adam ex terrâ etiam virgine, nempè ex Virgine Mariâ, quæ ex eâdem terrâ formata eſt: vndè etiam terra dicitur. Verùm enimuerò nimis humile, viléque nimis videtur hoc Deiparæ elogium; quo *Terra* dicitur ab Iſaiâ. Quid neceſsè fuit Virgini in memoriam reuocare, & ante tot ſecula ſtudioſiùs euulgare, quòd *Terra* eſt, etſi Saluatorem paritura. Dicatur *Terra*, vt illi cognati pulueris Prophetico dudùm ore memoria refricetur, ne deſit illi tantum virtutis incentiuum, quæ ad diuinæ Maternitatis culmen ſublimanda erat. Porrò cui mors propè tranſitus in corpore & animâ ad Deum fuit; cui ſepulcrum ad breue dumtaxat tempus conceſſum eſt, *ſepulcrum*, inquam, de Filij æmulatione *glorioſum*, quippè corruptionis horrore exemptum: æquum igitur erat, vt quæ nec mortis nec ſepulcri horrore ad virtutem incitabatur, ingereretur illi memoria, quòd *Terra* erat; tametſi *Terra* ſupra cæli faſtigia collocanda. Altè Germanus Conſtantinopolitanus Orat 2. de Mariæ dormit. apud Combefis, ſic Deiparam alloquitur: *Faceſſat:* inquit, *in te ſepulchrum, quandò inexplicabilis ſublimitatis diuinum facta es fundamentum.* Sanè humanitùs *inexplicabilis* eſt tanta meritorum ſublimitas, à quâ etſi *faceſſat ſepulchrum*, & ſepulcralis horroris abſit memoria, ſic altè tamen faſtigiata eſt. Diuinum tanti faſtigij fundamentum fuit diuina Maternitas: Dei verò Matrem etſi decebat mors, quæ foret tranſitus ad cæleſtem Filij patriam; dedecebat autem diuturnum *ſepulchrum*, quod fore potiùs *glorioſum* decebat, dedecebat ſepulchri horror. Quare *inexplicabilis* Mariani meriti ſublimitas fortè dicitur, quæ mortis recordatione, & ſepulcri memoriâ non iuuatur. Sic iuuat ad mores velitari in ſententiâ ſubobſcurâ, & ſententiarum grauidâ.

Cognata terra memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Deipara ingeritur.

Germanus.

4. *Iſaiæ 11. v. 10.* Iſaiæ 11. hæc de Chriſto antedicūtur: In die illâ radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabūtur, *Et erit ſepulcrum eius glorioſum.* Per *τὸ ſignū*, Hebraicè eſt vexillū, quo ſignificatur Emmanuelē fore Imperatorē, qui eleuabit vexillū ſanctæ crucis, ad quod omnes gentes confluēt. Et quia de ſigno crucis quod infame erat, egit Propheta, hinc hanc infamiam abſtergit dicens, quòd crucifixi Chriſti ſepulcrum erit glorioſum. Lxx. Interpretes vertunt, *Et erit requies eius honor*; Hebraicè ſcribitur, *Et erit requies eius gloria.* Quæ eſt hæc gloria ſepulcralis, niſi reſurrectionis gloria, qua Chriſti crucifixi ſepultura glorioſè nobilitatur? Georgius Nicomedienſis Orat. 8. inducit Beatam Deiparam Filio crucifixo adſtantem; quæ poſtquam eum vltimum ſpiritum exhalaſſe aduertit, ait: *Tota* (Deipara virgo) *in inſtauratricis ſepulturæ curam incumbebat.* O glorioſum ſepulturæ epitheton! Profundè quidèm ſepultura dicitur *inſtauratrix*; nam crucifixionis contumeliam, in reſurrectionis glorias reparauit; & quem mortis horrore contumelioſum excepit, ad rediuiuas glorias *reſtaurauit*. De hoc elogio Dominicæ ſepulturæ diſcamus glorias *inſtauratricis ſepulturæ*. Sanè Chriſtum demortuum, & verè tumulatum *inſtaurauit* ad vitam, & reſurectionis glorias. Noſtra etiam *ſepultura inſtauratrix* noſtri erit, ſi illam crebrâ meditatione ante oculos proponamus. Vilis, fœtida, & horrenda erit nobis inopinata atque immeditata ſepultura; quæ crebrâ ac repetitâ meditatione horrores excutiet, & *inſtauratricis ſepulturæ* elogium fœnerabit, & tandèm operatione æmulâ, quem mortuum excepit, ad æternæ vitæ glorias rediuiuâ natiuitate *reſtaurabit*. Noſtra noſtræ ſepulturæ profunda meditatio, ſepulturæ horrores abſterget, reparatricémque illi mutuabit vim, quæ ſumptuoſas Dominicæ reſurrectionis glorias æmuletur. Profectò *ſepulcrum* etiam *noſtrum erit glorioſum*, ſi profundâ crebrò illius meditatione, *inſtauratricis ſepulturæ* memoriam refricemus.

Lxx. Interpr. Hebræus. Georg. Nicom.

Meditatio ſepulturæ, inſtauratricem ſepulturam faciet.

Regius vates Pſalmo 47. ſic Deo laudes concinnè pangit: Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum & in ſeculum ſeculi: *Ipſe reget nos in ſecula.* Hoc glorioſè enarrabimus & annunciabimus, quòd hic Deus omnium naturâ ſuâ cùm ſit, idem tamen ſingulari quâdàm affectione Deus noſter eſt nóſque in populum peculiarem adoptauit, ideóque nos tuetur, nobiſque prouidet in æternum, & in ſeculum ſeculi. Ipſe quoque nos gregem ouéſque ſuas tamquam ſapientiſſimus ac prouidentiſſimus paſtor reget ac paſcet, ſeu minabit ac deducet ad æterna beatè paſcua, quin belluis rapiendum ac diſpergendum permittat. Et quomodo, quáve curâ aut ſolertiâ id ergà nos Deus præſtabit? *τὸ Ipſe reget nos in ſecula*, S. Hieronymus vertit, *ipſe erit dux noſter in morte*, vel vt recitat Lyranus, *vſque ad mortem*; alij apud Lorinum noſtrum inibi, opportuniùs excribunt, *Ipſe deducet nos iuxtà mortem.* O benè! Nimitùm hæc Dei peculiaris cura, & ſollicitior prouidentia, quâ ſuum gregem dicitur paſcere ac regere vſque ad beata glorioſæ æternitatis ſecula, *Ipſe reget nos in ſecula*, perindè eſt, atque in idem recidit, ac, *Ipſe deducet nos iuxta mortem*, id eſt, propè mortem, & adſpectu ad mortem, mortémque propè oculos obuerſando frequenti illius recordatione, deducet nos. O bona moraliſſimè ſynonyma! ô agnoſcamus hoc prædeſtinationis aut reprobationis notamentum, aut potius characterem! Deus regit eos in beata cæleſtis gloriæ ſecula, quos ipſe, frequentem eis mortis memoriam ſuggerens, *deducit iuxtà mortem.* Et quidèm quos Deus *deducit iuxà mortem, eos vſque ad mortem deducit,*

5. Pſalm. 47. v. 15.

S. Hierony. Lyranus ibi.

Lorinus.

Rectà deducitur in cælum qui in vitâ iuxtà mortem deducitur.

Digitized by Google

Qui in vitâ iuxtà mortem eſt, ſupra mortem eſt.

cit, vt ex Hieronymo Lyranus adnotauit, Alij vt ipſe ibidem Lorinus aduertit, pro *Ipſe deducet nos iuxtà mortem*, excribunt, *ſuper mortem*: nam qui *iuxtà mortem* eſt, crebrâ illius recordatione, profectò *ſuprà mortem* eſt, illique dominatur.

Hîc Deus Rutham è Moabitide idololatrâ educit, & deducit vſque ad Terram promiſſionis, tantáque virtutis gloriâ ſublimat; cui mortis ac ſepulturæ memoria ſic in promptu adeſt,
Hic verſ. 17. etſi in pulchrâ robuſtæ ætatis iuuentâ: *Quæ te* (ait ad ſocrum) *terra morientem ſuſceperit, in eâ moriar: ibíque locum inueniam ſepulturæ: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit.* Sic mortis ac ſepulturæ recordationem inculcat, vt oſtendat, quòd Deus *deducit* eam *iuxtà mortem*, & indè *ſuper mortem*. O bonam de Ruthæ ſcholâ eruditionem!

---

§. LXXXII.

Dominicæ Reſurrectionis vel ſubluſtris notitia, gaudia mortalium vbertim cumulat.

1. Tertull. l. de Animâ c. 2.

AD aliena, id eſt, ethnicæ ſapientiæ caſtra confugio, vt reſurrectionis felicitati ſuppetias feram, *Planè non negabimus aliquàdo Philoſophos iuxta noſtra ſenſiſſe. Teſtimonium eſt veritatis etiam inuentus illius.* Morituri naſcimur; de ventre ſepulcri iterùm naſcituri morimur, rediuiuâ natiuitate rursùs aſpectabiles. Sic velut
Seneca epiſt. 36. Chriſtiano cothurno hâc ſuper re Seneca ſcribit: Quòd ſi tanta cupiditas longioris æui te tenet, cogita nihil eorum quæ ab oculis abeunt, & in rerum naturâ ex quâ prodierunt ac mox proceſſura ſunt reconduntur, conſumi: deſunt
Mors non tam eripit vitā, quàm intermittit. iſta, non pereunt. *Et mors quam pertimeſcimus ac recuſamus, intermittit vitam, non eripit: veniet iterum qui nos in lucem reponat dies. Æquo animo debet rediturus exire. Obſerua orbem rerum in ſe remeantium, videbis in hoc mundo nihil extingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere, Æſtas abit, ſed alter annus illam adducit: hiems cecidit, referent illam ſui menſes. Solem nox obruit, ſed ipſam ſtatim dies abigit.*
Chriſti Reſurrectio mortuis eſt vita, peccatoribus venia, ſanctis eſt gloria. S. Max. homil. 2. de feſto Paſchæ. *Stellarum iſte curſus quicquid præterierit, repetit; pars cæli leuatur aſſiduè, pars mergitur. Denique finem faciam, ſi hoc vnum adiecero, nec infantes, nec pueros, nec mente lapſos, timere mortem: & eſſe turpiſſimum, ſi eam ſecuritatem ratio non præſtat, ad quam ſtultia perducit.* O felici ambitione reſurrectionem expectemus, quæ humanâ exuet mortalitatē, & beatâ immortalitate benè merentes æternum munerabit! Sanè in Chriſti Reſurrectione non tantū reſurrectionis noſtræ felix præſagium, ſed etiā pignus glorioſū accepimus. *Reſurrectio enim Chriſti defunctis eſt vita, peccatoribus venia, ſanctis eſt gloria.*

2. Adhuc tinniunt ambæ Dauidis aures, Nathan Prophetæ minis attonitæ; & de pœnitentiæ mœſtitudine ſic alacer in Deum adſurgit:
Pſalm. 50. verſ. 10. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.* Quaſi dicat: Minaces Prophetæ voces auribus meis obſtrepunt, ſeuerioris ſupplicij metum aſſiduè incutiunt; etiamnum mihi tribue gaudium & lætitiam, cùm mea contritio, & regiæ poteſtatis humiliatio tibi ſatis ſit: audiatur ergò, atque interim ſpe minimè fallaci exultatio in futuris bonis ingeratur, quâ ſpe *exultabunt oſſa humiliata*: id eſt per peccatum confractæ animæ vires, vigorem ac firmitatem per Chriſtum accipiant; vt Anonymus in Catenâ commentatur. Anonymus. Opportuniùs ad rem Græci Patres in commentario ſic locum exponunt: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, ſignificat, docebis me; quemadmodùm in Canticis, Fac me audire vocem tuam, ſiue audibilem mihi redde lætitiam, quæ extremis temporibus futura eſt. Quæ porrò hæc? vtique notitia reſurrectionis; in quâ exultabunt oſſa humiliata, & per reſurrectionem tamquam herba exurgent.* Græci Patr. ibidèm. Cant. 8. v. 13. Nimirùm cùm Dauid regiæ poteſtatis humiliatione abiectus, piè ambitioſo pœnitentiæ ſqualore confectus, & peccati mœſtitudine funeſtus, à tot ærumnis leuamen expetit, quo vbertim exhilaratus, & exultim hilaris, tot lugubres mœſtitiæ cauſſas lætus excutiat, Dominicæ Reſurrectionis *notitiam* ſibi cælitùs ſuggeri exambit: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Quæ porrò hæc? vtique notitia Reſurrectionis, in quâ exultabunt oſſa humiliata.*
Dauid de notitiâ Dominicæ Reſurrectionis lætari exambit.

Tot dolendi cauſſis calamitosè immerſus Propheta, nil ad excutiendam à ſe triſtitiam potentius cenſet, quàm ſubluſtris Dominicæ Reſurrectionis *notitia*, quâ Redemptoris *humiliata oſſa exultare* proſpicit? An non ad ampliorem veniæ ſpem, opportunior affulgeret *notitia* Dominicæ Paſſionis, quâ peccatorum redemptio peracta eſt, quæ gratias peccatoribus adſpirat, & in retroacta ſecula mirè regerit? Paſſio quidèm ſpei vigorem ſuggerit, Reſurrectionis autem *notitia*, feſta cumulat gaudia, quæ in omnes fideles vberiùs exundant. Itaque Dauid ante tot retrò ſecula, de Dominicæ Paſſionis balneo, ſui flagitij maculas eluit; de Dominicæ autem Reſurrectionis lætitiâ gaudium adornat, quo tot mœſtitiæ cauſas lætus excutiat. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Quæ porrò hæc? vtique notitia Reſurrectionis, in quo exultabunt oſſa humiliata.* Sic gaudenti Chriſto Propheta adgaudet, & ſibi de futurâ Reſurrectionis lætitiâ gaudenter gratulatur!

Matthæi 27. Ieſus vſque ad horam nonam in 3.
cruce pendens, iterùm clamans voce magnâ *emiſit ſpiritum.* Matth. 27. verſ. 52. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorsùm, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, *Et monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.* Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Profectò cùm veroſimilius ſit, neminem ex his ante Chriſtum (qui futurus erat primogenitus mortuorum) reſurrexiſſe, vt docent Origenes, Hieronymus, & Beda, ſedulò perueſtigant Interpretes, quorsùm ſtatim poſt Chriſti mortem, aperta ſint ſanctorum monumenta ſeu ſepulcra, ſi reſurrecturi ſtatim non erant mortui? Origenes. S. Hierony. Beda. Reſpondet Hilarius ſtatim poſt Chriſti mortem, quâ conſummata eſt redemptio, *monetur terra, quia capax huius mortui eſſe non poterat. Et monumenta aperta ſunt, erant enim mortis clauſtra reſerata.* S. Hilar. Can. 33. in Matth. Scilicet terra vbi primùm Dominum ac Deum ſuum videt defunctum, præ reuerentiâ contremiſcit, quia capax huius mortui in ſinu ſuo excipiendi eſſe non poterat; reuerenti tamen obſequio apertis ſanctorum ſepulcris profundè hiat, vt quod malit, ad
Quare ſtatim poſt Chriſti mortem Sanctorum ſepulcra aperta ſunt?

Digitized by Google

ſepulturam eligat. Deindè ſtatim à morte Chriſti *aperta ſunt monumenta*, id eſt, domus mortis: nam quia per peccatum mors regnabat in mundo, maximè decebat, vt quamprimùm ſignificaretur ſepulcrorum apertione, [merito paſſionis ac mortis Chriſti victoriam de morte
S. Ambroſ. S. Leo Ser. 13. de Paſſione.
reportatam. Et S. Ambroſius lib. 10. in Lucam: *Monumentorum*, ait, *reſeratio quid aliud, niſi clauſtris mortis effractis reſurrectionem ſignificat mortuorum?* Sapienter ad rem S. Leo: *Monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. Appareant nunc quoque in ciuitate ſanctâ futuræ Reſurrectionis indicia.* Itaque in Chriſti morte terra inſolenti concuſſione contremiſcit, ſaxa horriſono fragore ſcinduntur, præuiæ tenebræ pauidum timorem incuſſerant. In tantâ autem orbis mœſtitiâ, vbi primùm Chriſtus expirauit, & morte ſuâ mortem deuicit, ſtatim *monumenta aperta ſunt*, non vt corpora illa ſanctorum tunc reſurgerent, ſed in Reſurrectionis dominicæ ſignum, & Reſurrectionis noſtræ præſagium. *Appareant nunc quoque in ciuitate ſanctâ futuræ Reſurrectionis indicia.* Nemo tunc ſanctorum reſurgat, ne Dominicam Reſurrectionem reſurgendo anteuertat; ſed hiet iam tunc terra; & aperiantur hactenùs obſerata ſepulcra, ad feſtum Dominicæ Reſurrectionis indicium, & lætum feliciter præſagium.

4. *Monumenta ſanctorum aperta ſunt, vt ea lux Dominicæ Reſurrectionis illuminet.*

Dum funeſto triſtiſſimè luctu aperitur ſepulcrum ſepeliendo Chriſto, ſimul aperiantur ſepulcra ſanctorum, qui diu inibi humati ac conditi erant, vt iſtiuſmodi prodigioſa ſepulcrorum apertio, Dominicam Reſurrectionem iam tunc gaudēter præſagiat, & rediuiuas de ſepulcrâ glorias lætanter peænunciet. Et ſanè vbi Chriſtus Deus expirauit, tunc ſanctorum *monumenta aperta ſunt*; quod ne lateret, Sol qui ſpatio
Matth. 27. v. 45.
trium horarum viuente Domino & cruci affixo, obſcuratus eſt; vbi primùm ipſe moritur, amiſſos fulgores reſtaurat, vt clare omnibus pateſcat iſtiuſmodi ſepulcrorum apertio. Nam vt ele-
S. Maximus.
ganter dixit S. Maximus homil. 3. de Paſchâ *Illius* (communis inquam) *diei lux tenebris ſepelitur: huius diei ſplendor etiam ſepulturas illuminat*, vt *appareant in ciuitate ſanctâ læta futura* Domini *Reſurrectionis indicia.*

5. Regius Propheta ſic Chriſti nomine Deum alloquitur: Propter hoc lætatum eſt cor meum; inſuper & caro mea requieſcet in ipſe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec
Pſalm. 15. v. 10. Tranſlationes variæ.
dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitiâ cum vultu tuo: delectationes* (alij *decores* alij *dulcedines*) *in dexterâ tuâ vſque in finem.* Scilicet Chriſti corpus in ſepulcro corruptionem non vidit; nec anima vltra triduum in inferno relicta eſt: ſed Chriſtus mortuus & ſepultus, in mortis ac ſepulturæ tenebris viam inuenit ad vitam, glorioſâ Reſurrectione rediuiuus. Græci
Græci Patr. in Commēt.
Patres ibi ſic locum exponunt: *Notas mihi feciſti vias vitæ, &c. Non enim ignorabat ipſe vitæ vias, ſiue vias vitæ, Reſurrectionem.* Addit Cy-
S. Cyrillus. ibi.
rillus in Catenâ: *Non ignorauit ergò viam vitæ, licet primus pater Adam illam ignorarit.* Scilicet
In ſepulcri labyrintho Chriſtus vias vitæ per Reſurrectionem inuenit.
Adamus mortis pœnam ſibi ac poſteris incurrens, vias vitæ inuenire non potuit, quas Chriſtus in caliginoſis ſepulcri ambagibus ad Reſurrectionem inuenit. Sed cur pluratiuo nomine *vias* dicit? Sanè ille Dædali labyrinthus Soli dicatus, fuiſſe *ſepulcrum*, Lycias apud naturalis Plinius lib. 36. c. 13.
philoſophiæ Principem cenſet, qui itinerum ambages occurſúſque ac recurſus inexplicabiles continebat, crebris foribus inditis ad fallendos occurſus, redeundúmque in errores eoſdem; adeò vt qui ingrediuntur, feſſi iam eundo perueniant ad viarum illarum inextricabilem errorem: maiore autem ex parte tranſitus eſt per tenebras. O labyrinthum ſepulcralem, aut labyrintheum ſepulcrum! Talis eſt domus mortis, in quâ viæ omnes ad vitam inexplicabili errore, & denſâ caligine intricantur. Adam primus omnium, primæui ſceleris reatu, in hoc ſepulcrali mortis labyrintho cæcis ad vitam itineribus errauit: *Primus pater Adam viam vitæ ignorauit.* At Chriſtus Deus Prophetæ ore ante tot retrò ſecula, Deo Patri gratias agit, aiens: *Notas mihi feciſti vias vitæ, &c. Non enim ignorabat ipſe vitæ vias, ſiue vias vitæ, Reſurrectionem.*

Primus pater Adam viam vitæ ignorauit, & 6.
toti exinceps poſteritati, inextricabili labyrin- S. Cyrill. ī.
tho abditam dereliquit. Crudelis inquam impietas quæ poſteros antè in mortis tenebras vocat, quàm producit in lucem, vt priùs futuris contingeret mori, quàm viuere. Cruenti planè Protoparentes, qui antè parricidæ facti ſunt, *In Adamo naſcituri moriuntur, in Chriſto nondum nati reſurgunt.*
quàm genitores: & antè eos ſui lethalis flagitij ſocios aſſumpſerunt, quos vtrum ſanguinis participes poſſent habere neſcirent. Omnibus igitur dolendum eſt de hâc mortiferè tragicâ calamitate. Et omnibus pariter lætandum in feſto Reſurrectionis Dominicæ gaudio, quia omnibus eſt ſalutaris, viuifica omnibus. Nam, vt eloquenter ait S. Maximus homil. 3. de Paſchâ, S. Maximus.
Quiſquis in Chriſti Reſurrectione lætatur, lætatur potiùs quia in Chriſto ipſe reſurrexit. In illo enim noſtra portio, noſtra conditio, & mortem pertulit & reuixit. Et licèt nobis adhuc reſolutio corpuſculi maneat, cœpimus nunc æternâ vitâ iam viuere. Vndè quamuis fragilitatem noſtram acceleret immatura mortis occaſio, in Saluatore nunc didicimus priùs reſurgere quàm perire. Antè enim futurus homo reſurrexit in Chriſto, quam vitam ſortiretur in ſeculo. Non enim tantùm illi Dominus reſurrectionis præſtitit, in cuius generationis tempore reſurrexit, ſed etiam ſecuturis poſteà populis hoc prouidit, vt priùs eſſemus de Reſurrectione ſecuri, quàm de morte ſolliciti: & antè cum Deo viueremus in cælis, quàm cum hominibus conuerſaremur in terris. In Saluatore enim omnes reſurreximus, omnes reuiximus, omnes ad cæleſtia tranſmigrauimus. Longiuſculè, Hic verſ. 17.
ſed planè argutè. Hinc in Dei populo ſic ambitioſè Rutha ſepulturam exambit.

§. LXXXIII.

Inchoatæ probitatis vigorem, ne in vitæ progreſſu, aut fine periculoſiùs langueſcat, identidèm recentare neceſſe eſt.

TVrpe eſt cedere oneri, & luctari cum offi- 1.
cio quod ſemel obire cœpiſti; non eſt vir fortis ac ſtrenuus, qui laborem recuſat, nec creſcit illi animus ipſâ rerum difficultate. Nihil eſt quod non expugnet pertinax labor, & intenta

ac

Digitized by Google

Perſeuerantiæ elogium. ac diligens cura. Quin & difficultas aſſiduè deuicta, vlteriores difficultates potenter exarmat; & quod cœpit in difficultate, in expromto vſu conſummatur. Perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit, donec ſtadium percurratur, donec optatus teneatur terminus. *Incaſſum bonum agitur*, ait Gregorius, *ſi antè vitæ terminum deſeratur: quia fruſtrà velociter currit, qui priuſquàm ad metas venerit, deficit.* (S. Gregor. l. 1. Moral. Fere ex S. Bern. epiſt. 129.) Abſque perſeuerantiâ nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor eſt virium, robur virtutis, & ſanctitatum conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Conſtantiæ alumna, magnanimitatis proles, riualis concordiæ, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, & propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec meritũ habet gloriam. In perſeuerantiam omnes ſuas artes exacuit Dæmon, hanc omnibus ſuis machinis arietare & ſubruere nititur; benè ſcius, quòd non qui benè cœperit, ſed *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* (Matth. 10. v. 22.)

2. (Gen. 3. v. 5.) Geneſeos 3. paradiſeus ille ſerpens Dæmon, quò vetitæ arbuſculæ intemperantiam ſuaderet, ſcientiam ſcientiæ diuinioris fore æmulam, de gratè edulibus illius fruticis pomis, diſertè garrit: Scit, inquit, Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: *Et eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.* Addubitat inibi Oleaſter, quare tantoperè ſuadere niteretur Dæmon homini appetitum ſcientiæ *boni & mali*; aut aſtutiam & calliditatem? Iſtùc enim tendere videntur verba eius; vt ſcilicet ſimplicem, callidum, faceret & aſtutum. Nouerat quippè maligniſſimus inſidiator nulla eſſe deteriora peccata, quàm quæ ex aſtutiâ & malitiâ fiunt: ideò voluit homines de cetero ex malitiâ peccare, vt minùs digni veniâ eſſent, quàm ſi ſimplicitatem prætenderent, aut infirmitatem. (Oleaſter ibi. *Sollicitè ambit Dæmon vt homo peccet ex malitiâ, potiùs quàm ex infirmitate.*) Hæc ille. Sed vlteriùs bellam ethicè quæſtionem mouent Interpretes, cur malus Dæmon malitiæ perſtudioſus, *boni* etiam ſcientiam homini perſuadere nitatur? Galfridus hâc ſuper re ſic ſubtiliter philoſophatur, apud Tilmannum inibi: (Galfridus. Tilmannus.) ***Ad ſcientiam boni & mali nos prouocat inimicus, licèt malit nos ſemper malum, vel malum & peius noſſe. Videlicet malis initiis, peiores progreſſus, peſſimum finem dare. Alioquin ſi bona nobis omnimodis diſſuadere non poteſt, prima eſſe maluerit, etiam in hoc ipſo ad exitum via pergens, & calcaneo magis inſidians.*** (*Cur malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinet?*) Scilicet malus dæmon etſi inuitus boni primordia ſuadeat; initij aut progreſsûs bonitatem, malo viæ exitu, id eſt, vitæ fine compenſare obnixiùs ſtudet, vt initij & progreſsûs bonitas de illius ſuaſione inita, in peiùs refingatur: & priorem hominis bonitatem, in atrociorem recudat malitiam; in hoc totus, vt infelicem negotietur vitæ exitum. Quod initiis aut progreſſibus velut indulgentiâ detraxit, vitæ termino impendit viuidiori tentationum ſollertiâ; *in hoc ipſo* (quod ſcientiam boni ſuaſit) *ad exitum via pergens, calcaneo magis inſidiatur*, quò ſcientia mali exitum conſummet, & vitam terminet. Nimirùm bonitatem initiò ſtillatam, aduocat auxiliarem ad atrociorem vitæ exitum, & de pietate pietati inſidiatur, & anteactæ vitæ probitas in vlteriorem armatur pietatem, quò hominis fiduciam exarmet; quippè de bono initio; & forſan progreſſu, Deo ingratus, ſpem omnem boni tandèm exitûs excuſſiſſe debeat, nec vllum ſupereſſe ſpei locum. His, aliiſve multimodis fraudibus pios quondam homines decipit; adeò vt dixerit Paullus: *Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte.... & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pœnitentiam*, &c. (ad Hebr. 6. v. 4.) Hâc, hâc, inquam, mente malus dæmon ſcientiam boni ac mali perſuadet.

Notiſſima eſt illa Siracidis gnome: *Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet: & cùm quieuerit, operabitur.* 3. (Eccli. 18. v. 6.) Sic legunt plerique codices. Verùm pro *operabitur*, corrige cum Romanis, *aporiabitur*, id eſt, perplexus erit, dubius, anceps, & velut conſilij inops; alij, *tunc indigebit*. Tropologicè multi hanc ſententiam accommodant profectui in virtute, ſanctitate, & perfectione. Hæc enim eſt opus gratiæ Dei, quod finem & fundum non habet: quaſi dicat: Cùm conſummauerit homo ſeruare mandata Dei, cùm conſummatus fuerit in omni virtute, tunc animoſiùs debet negotiũ virtutis inchoare. Quocircà Lyranus ſic exponit: (Lyranus.) *Cùm conſummauerit homo* inueſtigationem de Deo, *tunc incipiet*, id eſt, percipiet, quòd eſt in principio: *& cùm quieuerit, operabitur*; id eſt, cùm erit in ſenectute, quod eſt tempus quieſcendi, ad bonum opus magis animabitur. Tunc enim attentiùs aduertens quàm parùm profecerit, quàm propè inſtet reddendæ rationis diſtrictior dies, quàm validè à Dæmone inſtigetur ad lapſum, *aporiabitur*, id eſt, perplexus erit, dubius, anceps, & velut conſilij inops, conſiderans quàm multis ad bonam vitæ clauſulam *indigeat*: indè reſumit animos, & virtutis opera ſtrenuè inchoare rurſùs incipit. (*Benè poſt mane ſequitur veſpere; quia cùm conſummauerit homo, tunc incipit.*) Appoſitè Stephanus Cantuarienſis exponens illud Geneſeos 1. *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus*, quærit quam ob rem veſpera præcedat mane, ſic fatus: *Bene poſt veſpere ſequitur mane; quia cùm conſummatur homo, tunc incipit.* (Gen. 1. v. 5. Steph. Cantu. apud Tilmann. ibi.) Videlicet cùm perfectus & conſummatus videtur homo felici initio, & feliciori progreſſu virtutis, cùm in feſsâ ſenectute, & vitæ veſperâ quieſcendum illi erat, tunc aduertẽs quàm multis adhuc *indigeat*, animos ſtrenuè reſumit, ſtudium virtutis animoſiùs recentat, & in vitæ *veſpere*, nouum & inopinatum *mane* inchoat, naturalem diei curſum ethicè permutans. Porrò primò albeſcit mane, dein Sol plenâ lampade fulget, exin ſubtenebreſcit veſpera, demùm obſcura nox cæcè caligat. Non ſic in die morum, & virtutis die, in quo ætatis ac virtutis *mane*, ſine intermediâ nocte ſuccedit poſt *veſperam*. *Benè poſt veſpere ſequitur mane; quia cùm conſummauerit homo, tunc incipit.*

Ne verò præſumpſerit homo, ſatis eſſe in virtutum die, ſemel & iterùm renouare vitæ ſtudium, exutâ ſenectute ad virtutem iuueneſcere, ac veſperem ſubobſcurum in mane clarum refingere; adhuc emedullandus eſt præſcriptus Geneſeos locus: *Factum eſt veſpere & mane dies vnus:* quod in reliquis exinceps diebus continuatâ ſententiæ repetitione ſubſcribitur vſque ad diem ſeptimam, quæ diuini opificij clauſula eſt, & quieti deſtinata. Quâ de re ſic ad rem præſentem diſſerit Radulphus apud Tilmannum indidèm: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus. Quod per omnes ſex dies repetitur: neceſſe eſt* 4. (Gen. 1. v. 5. Radulphus.)

Digitized by Google

enim vt has homo viciſſitudines patiatur, illaceſcente ſeptimâ nulla ampliùs veſpera ſubſequatur. Parùm eſt, hominem his verbis admoneri, quòd humana dies hiſce inconſtantiæ vicibus obumbratur; & aliquandò adludentis fortunæ clarum luceſcit mane, quod tenebroſa infortunij ſuccedanei veſpera infelicitat; qui eſt cognatus rerum mundialium genius ineluctabilis vſque ad mortis aſylum, & ſepulturæ requiem, vbi bonâ morte imbona mortalitas interiit; ſucceditque ſeptima dies, quæ mane ac veſperæ alternante viciſſitudine carens, tota eſt lux, & integra ſine nocte dies æternùm fulgens: Admonetur etiam homo magis profundè, & arcanè magis quòd, in re ethicâ conſultiſſimè priùs ſemper præit *veſpere*, & poſteà ſequitur *manè*, quaſi de languentis ætatis, & ſeneſcentis virtutis *veſpere*, nouum *mane* recentandum ſit, quod denuò nouiter illuceſcat vitæ ſplendoribus in meliùs innouatæ: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus. Quod per omnes ſex dies repetitur: neceſſe eſt enim vt has homo viciſſitudines patiatur, donec illuceſcente ſeptimâ, nulla ampliùs veſpera ſubſequatur.* Non ait Radulphus; id eſt vtile, aut valdè expedit; ſed cum emphaſi dixit, *Neceſſe eſt vt has*, has, inquam *viciſſitudines*, quibus obſcurior veſpera, in clarum mane refingatur, ſtrenuâ vigoris renouatione perpetim *homo patiatur*, vſq; ad beatæ quietis diē, vbi *nulla ampliùs veſpera ſubſequetur.* Bona Ruth, quæ poſt obſcuram Idololatriæ veſperam, veræ religionis, & diſtrictionis vitæ *mane* clarum exambit, & vſque ad ſepulturæ requiem, piè obſtinato animo animoſiùs ſpondet. Et quod ſtrenuè promiſit, abundè præſtitit.

Neceſſe eſt vſque ad ſeptimā quietis diem, vt poſt veſperam mane ſequatur.

Hic v. 17.

5. Lucæ 12. præcinctos iubet eſſe ſeruos ſuos Chriſtus Deus, & exſomni ſollicitudine illum præſtolari: ſic autem expectantibus obſequij talionem rependere liberaliùs pollicetur, ſéque illos accepturum ad cæleſte beatitudinis æternæ conuiuium. Ergò vigilantiam ſeriò adhortatur, vt vigilantes ac benè paratos inueniat: *Et ſi venerit*, inquit, *in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.* Nemo eſt qui neſciat, totam noctem diuiſam eſſe in quattuor vigilias, quarum ſingulæ continebant quartam noctis partem, nempè tres horas. Hinc litigium inter expoſitores oboritur, quare ſi homines vigiles vult ad eius aduentum, id eſt, ad horam mortis, *in ſecundâ & tertiâ vigiliâ* exſomnes & paratos vult, & primam & quartam omiſerit? In primâ & vltimâ hominis ætate dormire permittit, qui in ſecundâ & tertiâ, id eſt, in iuuentute & virilitate ſomnum vetat, & deſidiam arcet? Drogo de Sacramento Dominicæ Paſſionis, ſic locum elucidat; *Et ſi venerit in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi.* Omiſit verò primam & vltimam vigiliam: *Quia nec prima ætas ſenſum capit vigilandi, nec vltima prolixiùs dormiendi.* Nimirùm dormiat pueritia in vtramuis aurem, quia ſenſum vigilandi non capit: ſenectus autem *prolixiùs dormire non capit:* ſic in re phyſicâ moralitas tota tranſparet. Porrò ſenectus, de vitæ vicinante exitu ſenes admonet; & mortis vicinia, ſicut tartareos hoſtes extimulat vt acriùs tentēt, quò intermittatur anteactæ virtutis curſus; ſic etiam ſenectus viuida tacitè admonitio eſt, ne interrumpatur, vel vt interrupta reſtauretur, vt bonâ clauſulâ ſaltem vita terminetur, & vicinum æternitatis negotium peragatur. Hæc, hæc, inquam, ratio ſic vrget vt ſenes ad vitæ nouitatem iuueneſcant, & antiquatam virtutem nouiter reſtaurent, vt ſicut pueros vigiliæ admonere, ſic & admonere ſenes ſuperuacuum fore putetur: *Quia nec prima ætas ſenſum capit vigilandi, nec vltima prolixiùs dormiendi.* Litteraliſſimè Drogo. O præcidantur in ſenibus prolixioris vitæ ſpes inaniſſimæ! Iuuenis mori poteſt; ſenex diu viuere non poteſt. Quid tot naturæ & gratiæ vocibus ſurdi ſumus?

Lucæ 12. verſ. 38.

Cur ſenes ſicut pueri, nō admonentur, vt vigilent?

Drogo.

---

§. LXXXIV.

Virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi propagetur, elabitur.

ELoquenter Emiſenus homil. 1. de Natiuitate Domini Saluator noſter, inquit, inſeparabilis cum Patre ſubſtantiæ, & ad terrena deſcendit, & cæleſtia non reliquit: & hîc affuit, & indè non defuit. Nam ſicut dicit Propheta: *A ſummo cælo egreſſio eius:* deſcribitur quidèm eundi ac redeundi velocitas, ſed diſcurſum neſcit immenſitas, quia Deus vbiq; totus eſt. Accedere ad nos miſericorditer potuit, recedere à ſe plenitudo non potuit. Qui enim excedit omnia, quò recedit? ac ſic Vnigenitus à Patre miſſus eſt, non amiſſus. Et ideò dixit Propheta: *Eructauit cor meum verbum bonum: Sicut enim ex vſu prolatiuum hominis verbum ita ad audientem à loquente transfertur, vt nihilominùs in eo de quo progreditur corde teneatur: ſicut ſermo quem loqueris, & à te exit, & tecum eſt, nouo & ſtupendo genere & tranſit & remanet: transfunditur, nec elabitur: & quò dirigitur peruenit, & vndè emittitur non recedit.* Similem ad modum (vt vt poſſunt humana diuinis aptari) Euangelicus concionator, aut quis in animarum profectu deſudat, verba eructat, quæ dum à ſe exeunt virtutes ſpirantia, quibus alios ad meliorem vitæ frugem conuertit, ad ſe non ſine fructu redeunt: miſſus eſt ad alios ſpiritus, non à ſe amiſſus, quia vndè emittitur non recedit: virtutes à ſe exeunt, & cum ipſo ſunt; tranſeunt, & remanent; transfunduntur, nec elabuntur; *& quò diriguntur perueniunt, & vndè emittuntur non recedunt:* quin & nouo & arcano genere, de miſſione in ipſo mittente, ſuſcipiunt incrementum.

1. Euſeb. Emiſ.

Pſal. 18. v 7.

Pſal. 44. v 2.

Verbi incarnatio, comparatione ad humanum verbum pulchrè declaratur.

4. Regum 2. cùm ſublimare vellet Dominus Eliam in cælum, ibant Elias & Eliſeus de Galgalis. Et Eliæ pallio percuſſæ aquæ quaſi vulneris timore recedunt, Iordanem ſicco veſtigio tranant. Tunc dixit Elias ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. *dixitque Eliſeus. Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Duplex, id eſt, duplo maior, aiunt nonnulli cum Thodoreto quæſt. 7. & Græcis quibus adnuit Ambroſius Serm. 2. de Eliſeo, qui ſic exclamat: *O hereditas, pretioſa, in quâ plus heredi relinquitur, quàm habetur; plus conſequitur qui accipit, quàm poſſidet qui largitur! Pretioſa planè hereditas, quæ dum à* 2.

4. Reg. 2. v. 9.

Theodoret.

S. Ambroſ. Serm. 87.

Elias plus heredi relinquit, quàm habebat.

patre

Digitized by Google

patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur! Igitur Elias, cùm ſimplicem ſanctitatis ipſe haberet ſpiritum, Eliſeo duplicem dereliquit. Mirum ergò in modum plus Elias gratiæ diuiſit in terris, quàm ſecum portauit ad cælos: & licèt ipſe ad altiora totus transfertur corpore, apud filium tamen maiore manet ſanctitate. Eleganter quidèm Ambroſius. Sed adhuc hoc duplicati Spiritûs Sacramentum, abſtruſum arcanè eſt. Porrò ſi duplicem Eliæ ſpiritum Eliſeus poſtulauit, forſan tamquam elationis reus arguetur. Nec veroſimile videtur diſcipulum eſſe ſuprà magiſtrum exambiiſſe. Quid ergò eſt, hic ſpiritus duplex, quem Eliſeus expetit, & concedit Elias? Subtiliter Galfridus apud Tilmannum inibi, ſic locum elucidat: *Fiat in me ſpiritus tuus duplex. Duplicem petit ſpiritum, magiſtri ſuſcepturus officium; vt quam ſibi priùs acceperat gratiam, nunc acciperet proximis erogandam. Duplex, non quia in ſe ipſo diuiſus eſt ſpiritus, ſed quia in munere ſuo duplicatur. Vnus eſt enim ſpiritus per quem charitas diffunditur, ea tamen in amorem Dei & proximi deriuatur: nec adeſſe credendus eſt vnicus ille ſpiritus, vbi duplex non inuenitur effectus.* ô bene! Nempè duplicem ſpiritum Eliſeus poſtulat, vt vnicum integrè poſſideat. Duplicem ſpiritum petit, altero, quo in ſe ſpiritualis ſit; & dum ore, calamo, opere illum proximis impendit, & ſpirituales reddere adnititur, eumdem ſpiritum geminat, quia *in munere ſuo duplicatur.* Itaque cùm Eliſeus *duplicem ſpiritum* expetit, ſpiritum minimè ſterilem expoſcit, ſed fœcundum, & ſpiritualium filiorum feracem. Nam ſi vnicum ſibi ſoli ſpiritum fieri vellet, de ſingularitate ſterilem, forſan otioſus langueret, & improles euaneſceret. Ergò conſultiſſimè pariter ac moraliſſimè Eliſeus *duplicem petit ſpiritum, magiſtri ſuſcepturus officium; vt quam ſibi priùs acceperat gratiam, nunc acciperet proximis erogandam.*

Galfridus. Tilmannus.

Spiritus inuandi proximos in munere ſuo duplicatur.

3. Adhuc autem præſcriptus locus ad rem præſentem ampliùs emedullandus eſt, ſi fortè aliquid ſucci reſiduum moribus ſtillet. Dixitque Eliſeus ad Eliam: *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus,* Durè petit, qui vltrà facultatem à daturo petit, Auarus poſtulator eſt, qui & totum largitoris cenſum euacuare præſumit, & ſuprà quàm habet, accipere exambit. O auarè audax mendicitatis votum! O quàm eſt Eliſeus magnanimiter mendicus! Sed forſan dum ab Eliâ poſtulat *ſpiritum duplicem*, duplicem in Eliâ ſpiritum aut inuenit, aut facit. Pulchrè Ambroſius Serm. illo 87. qui eſt de Eliſeo ſecundus: *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. De Eliſei autem meritis quid dicamus, cuius hæc prima laus eſt quòd patrem voluit gratiâ ſuperare, dum dari ſibi ampliùs poſtulat, quàm ſcit apud eum eſſe qui poſſidet? Auarus quidèm eſt in petendo, ſed idoneus in promerendo. Dum enim à patre plus exigit, quàm habebat, facit eum meritis ſuis plus præſtare quàm poterat.* Et paullò antè præmiſerat: *Pretioſa planè hereditas, quæ dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur.* Ecce tibi iſtiuſmodi dupli myſteriũ, & duplicandi ſpiritûs arbitrium, quo dum poſtulat duplum ſibi dari ab eo qui ſimplum habet, ipſâ donatione in donatore arcanè duplicat communicationis ſacramento. Nempè audacia foret ambitioſè auara, à Magiſtro petere duplum ſpiritûs, quàm Magiſter habebat: dum autem ſimplum petit vt ſibi largiatur, ipſius largitionis & communicationis commercio, velut lucroſo fœnore duplicandum ſuggerit. *Pretioſa planè hereditas; quæ dum à patre transfertur ad filium meritorum quodam fœnore duplicatur.* Itaque Eliſeus huiuſmodi ineffabili voto duplicem Eliæ ſpiritum audacter expetens, & de arcano communicationis myſterio, & in Eliâ duplicari dicit; & ſimplum à ſe acceptum, adſimilis communicationis arbitrio duplicandum expoſcit: *Obſecro*, inquiens, *vt fiat in me duplex ſpiritus tuus* O ſumptuoſum virtutum communicandarum commercium, quo proprias virtutes dum communicat, non euacuat, ſed cum fœnore lucroſè multiplicat, velut auaro prodigè arbitrio! Sanctior eſt, qui aliis ſanctus etiam eſt. Qui aliis ſanctus non eſt, ſibi inuidet ſanctitatum incrementa: & dum præcauet ne quod habet amittat, & augmenta dimittit, & ſæpè cenſum euacuat. Sic talento mulctatur ſeruus ille, qui illud in ſudario otioſum retinuit, & inerter ad cuſtodiam recondit.

4. Reg. 2. v. 9.

S. Ambroſ.

Dum Elias ſimplicem ſuum ſpiritum Eliſeo communicat, in ſe illum duplicare perhibetur.

Lucæ 19. v. 10.

Prouerbiorum 15. ſic mores Salomon erudit: *Labia ſapientium diſſeminabunt ſcieniam, cor ſtultorum diſſimile erit.* (locus aliàs aliorsùm verſatus) Pro τὸ *diſſeminabunt*, Hebraicè eſt יזרו *iezaru*, quod & ſignificat *ſpargere*, vel *ſeminire*, ſic Vulgatus, Pagninus, Vatablus; & etiam *conſtringere, cingere, complecti, alligare,* vt alij ex Hebræo vertunt. Quare Symmachus habet, *Verba ſapientium cuſtodiunt ſcientiam.* Senſus autem planus eſt, etſi antitheſim verba præferant. Quaſi dicat: Sapientes ita ſapientiam & virtutem (hæc eſt enim ſcientia Sanctorum) cordi ſuo, & viciſſim cor ſapientiæ alligant, vt eâ planè cor imbuant, & impleant; eámque in corde velut auarè *cuſtodiant*, dum illam ſpargunt & *diſſeminant* ad aliorum fructum O bona cuſtodia virtutis, quæ tunc velut auarè cuſtoditur, dum quaſi prodigè ad aliorum fructum ſpargitur, & *diſſeminatur*! ac ſi eius largior communicatio, ſit cuſtodiæ arbitrium. Hildebertus Turonenſis Archiepiſc. erudito cuipiam amico recèns ad Chriſtianam philoſophiam conuerſo, ſic eloquenter ſcribit: *Fert*: Inquit, *fama id à quibuſdam tibi perſuaſum, vt ab omni lectione* (atque adeò ſcriptione, & forſan prædicatione) *penitùs abſtineas. Super hoc attende quid ſentiam: Citrà profectum proficit, quiſquis alteri cùm poteſt, non prodeſt: virtus eſt, etiam malè vſuro, virtutis miniſtrare materiam.* Et poſt paucula: *Scientia quoque diſtributa ſuſcipit incrementum; &, auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur, elabitur.* Nimirùm ſcientia virtutis, quæ vera ſapientia eſt, tunc, tunc quidèm velut auarè *cuſtoditur*, dum quaſi prodigè diſpergitur, erogatur, *diſſeminatur*: nam auarum dedignata poſſeſſorem, niſi ad profectum publicetur, ſenſim diffluit, elabitur, euacuatur. Quin & virtutis ſcientia *diſtributa ſuſcipit incrementum.* Quod in duplici Eliæ ſpiritu, ab Eliſeo profundè expetito, haud dubiis characteribus tranſparet, vt num. 2. & 3. adnotabamus Id etiam in Noëmi piâ matronâ cernere licet, quæ de ſedulâ Ruthæ eruditione valdè profecit, opinatiſſimo virtutis ac religionis auctario. 4.

Prou. 15. v. 7. Hebræus. Pagninus. Vatablus.

Symmach.

Virtutis ſapientia diſtributione cuſtoditur, & diſtributa ſuſcipit incrementum.

Hildebertus epiſt. 1.

Hîc verſ. 18.

Iſaiæ 6. ei apparet Deus in auguſto ſuæ ma- 5.

ieſtatis ſolio; ſuper quod ſtabant Seraphini, triſagium illud Deo concinnè modulantes: (Iſaiæ 6. v. 3.) *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus, Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ eius.* (S. Cyrill. ibi.) Benè notat Cyrillus, Seraphinos alternis clamaſſe *Sanctus*: non quòd clamando defatigarentur; ſed quia ſibi ipſis mutuum honorem tribuunt, nec ſumma quæque vnus arrogat ſibi, quin aliis decantandi triſagij prærogatiuam etiam permittat. (*Cur Seraphim non ad Deum; ſed alter ad alterum clamat?*) Archetypa ſanè de cælis allata ad terras politia. Sed cùm ſummo Deo hoc glorioſum triſagium Seraphini decantent, cur *alter ad alterum*, & non potiùs Deo in throno ſedenti illud decantaſſe dicuntur? Galfridus indidèm apud Tilmannum, (Galfridus. Tilmannus.) ſic ethicè hunc locum elucidat: *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant; Sanctus, ſanctus, ſanctus. Clamare*, inquit, *debent Seraphim, alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, vt non modò ſe inuicem cohortentur, ſed in ſe inuicem Dominum glorificent* Et poſtquam de ſanctitate Patris ac Filij ad mores noſtros ſermonem conuertit, ſubdit: *Denique ſanctus Spiritus-ſanctus, ſanctos neceſſe eſt inuenire eos maximè, qui ſpiritualium gregum inueniuntur eſſe paſtores.* Itaque cùm cæleſtes Seraphini glorioſius triſagium canunt, & quidèm Deo, quò glorioſiùs Deo canant, illud canit *alter ad alterum*, quò *ſe inuicem cohortentur*, & *in ſe inuicem Dominum glorificent.* Quaſi tunc Dominum ſumptuoſiùs glorificent, cùm ſe inuicem ad diuinas laudes *cohortantur.* ô bonus morum typus de cæleſti œconomiâ ad terram delatus. Tunc, tunc quidèm, glorioſum triſagium Deo nuncupatim Seraphini modulari dicuntur, illúdque Deo ſpeciatim deſtinare, cùm *alter alterum* ad ſimiles laudes exhortatur. Ceſſare à munere videtur Seraphinus, dum alter idem canendi munus alternandum alteri præſtat; ſed alternante ſilentio ac laudatoriâ voce mutuò ſe *cohortantur* Angelicâ ineffabiliter linguâ, ne triſagium vmquam intermittatur ad ſuum præſtandum munus; quò & tanti muneris perennitatem oſtendunt, & diuinas laudes glorioſiùs Deo modulantur.

---

§. LXXXV.

Dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit, & pertinaciter ſtimulat.

1. INfauſta arroganter ambitio, etſi mortalitatem hominibus attulit, præſumptæ immortalitatis candidata eſt. Eſt ſanè ambitionis priuilegium, quòd immortale vitium ſit. In illud etiam tempus, gloriæ ſuæ famam mortales ingerere preſumunt, vbi non iam erunt. Nemo ſatagit quærere voluptates, opes congerere, quas poſt mortem habeat: vacat enim poſt funera, deliciarum ac diuitiarum vſura, præcoquâ inaniter ſollicitudine præparata. (*Velut impotens honoris ambitio, mortalibus conuiſcerata naſcitur.*) Honores tamen poſthumos, & ſuperſtites dignitatum titulos, ambitioſè venamur, & numquam morituram gloriam. Stultè quidèm, cùm diuitiarum diſtributio, defuncti hominis voluntatê ſequatur, honorem diſtribuere non poſſit, non alteri legare. Scilicet noſtræ potiùs diuitiæ ſunt, non honos, non gloria, cui ambitio immortaliter inhiat. Itaque mortalis hominum vita, ficti honoris titubatio eſt, & caduca fiducia, quam ambitio refingit, & arrogantia præſumit. Et tamen ſic mortalium occupat vota, ſic hominum ſuſpiria trahit, vt hæc futilis appetentia, & friuola dignitatum ambitio, coæua homini ſit, illi medullitùs conuiſcerata; ſic animo pertinaciter adhærens, vt humanæ naturæ aut portio, aut ſequela eſſe videatur. Hem! ſic ambitionis fomes mortalium pectora immortaliter vrit? Quis hanc honoris appetentiam interſtinguat, quam auida hominum procliuitas adipat, fouet, extimulat? O quàm eſt arduum ſiſtere, quod ſic impotenter inclinat!

Numerorum 17. cùm Core, Dathan & Abiron, viri principes in tribu Leui; & ex aliis tribubus alij ducenti quinquaginta proceres ambitione extimulati, ægrè admodùm ferrent, quòd ſolus Aaron, & eius familia ſummo ſummi Sacerdotij honore potiretur; arroganter adæquè ac petulanter aduersùs Moyſen inſurgunt, ambitioſis querelis inſanè turgentes. Ergò in pœnam attentatæ ambitionis, inopinato terræ hiatu Core, Dathan & Abiron ſepeliuntur, & pereuntes fruſtrà clamant. Mox acris flamma cęlitùs vibrata, ducentos quinquaginta Proceres, ſeditionis gregales miſerè comburit. Dein alios ſeptingentos ſuprà quatuordecim millia viros ſacer è cælo ignis in cineres redigit funeſto excidio. Demum quaſi tot ſtragibus non ſatis ratum foret Aaronis ſacerdotium, nec cohibita Procerū ambio, locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas à cunctis Principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque nomen deſcribes virgæ ſuæ. nomen autem Aaron erit in tribu Leui; ponéſque eas in tabernaculo fœderis coràm teſtimonio, vbi loquar ad te. *Quem ex his elegero, germinabit virga eius:* & cohibebo à me querimomonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant. Incunctanter Moyſes Dei imperium exequitur, & dederunt ei Principes tribuum ſingulas virgas. (Num. 17. v. 7. & 8.) *Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonij: ſequenti die ingreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* Grande quidèm miraculum, ſed forſan alicui ſuperuacuum videbitur. (*Nec minùs, nec pœnaliſſimu miraculis ambitioſum propoſitum coërcetur.*) Eſto ſatis non fuerit, ne foràs erumperet popularis Sacerdotij ambitio; ſat erat Dei nutus per Moyſen publicatus de Aaronis electione diuinâ: numquid ad coërcendum iam exertæ ambitionis ambitum, non ſufficiebat inopinabilem terræ hiatum oculis vidiſſe, audiiſſe miſerabiles deuotatorum clamores, iterati incendij ſtrages geminatas; vt nemo exinceps auderet inuidere Aaroni, & atteſtatiſſimum eius Sacerdotium ac dignitatem ambire? Quid vltrà opus erat, vt Aaroniana virga, virgis ceteris ſteriliter areſcentibus, eâdem nocte ramos, frondes, flores, fructûs protuliſſet? Scilicet nouit Dominus humanæ inuidiæ atque ambitionis affectum pertinaciter obſtinatum, & male acutum, vt aliò ſagaciter flectat perſpicua tot miraculorum documenta: quare rem eandem explicatiùs atteſtari feſtinat, quò ambitionis querimonias perſpicaciùs inhibeat, ne vltrà ambitio mutire poſſit. 2.

Hoc

Digitized by Google

Abulenſ.

Hoc dubium ſic proponit, ac ſoluit Abulenſis inibi quæſt. 2. ita fatus: *Sed dicet aliquis, quomodò Iſraëlitæ indigebant aliquo ſigno ad ſciendum, quod Sacerdotium ex voluntate Dei pertinebat ad Aaron: nam ſuprà fuerat data punitio eis à Deo, quia murmurauerant contrà Aaron ſuper Sacerdotio? Reſpondendum eſt, quòd quamquam iſtud ſignum ſufficienter demonſtraſſet, quòd Iſraëlitæ peccauerant, & quòd illa punitio erat à Deo; tamen non patebat euidenter an propter hoc punirentur, quia murmurabant contrà Aaron, vel propter aliquid alterum. Cùm autem datum eſt hoc ſignum de virgâ florente, datum eſt ſolum ad hoc, & ideò ſufficienter conſtabat ex eo, quod Deus eligebat eum, cuius virga floreret.*

Inuidiam ſupplicia non cohibent.

Vide quàm ſit pertinaciter flecti-neſcius ambitionis affectus. Sic vel ad perſpicua, quæ illum cohibeant, perſpicuè caligat, vt ad tot miracula cæcus & ſurdus obſtinatè perſiſtat, & in propoſito arroganter ambitioſo perduret? Profectò inuidia & ambitio ſic eſt pertinax, vt nec minis vibratis, nec inflictis pœnaliſſimè ſuppliciis, à propoſito deſiſtat. Nouo vltrà miraculo opus eſt, quod rem euidenter atteſtetur, & comprobet, vt ambitioſæ querelæ intermittantur. Sat hoc? attentiùs lege quæ idem Abulenſis ſacri textûs ductu ſcitè ſubnectit.

3. Pergit ſacer Hiſtoricus in eodem cap. 17. Numerorum, Cùm poſuiſſet Moyſes Principum omnium virgas in tabernaculo Domini, ſequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt. Protulit ergò Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſraël: viderúntque, & receperunt ſinguli virgas ſuas. *Dixítque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël, & quieſcant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecítque Moyſes ſicut præceperat Dominus.*

Numer. 17. v. 10. & 11.

Non leue indè inter Commentatores litigium exoritur, an Aaronis virga de miraculo florens, ad Aaroniani ſacerdotij perenne documentum, iuſſu Dei in arcâ recondita poſtmodùm fuerit deſiccata temporis iniuriâ, an ſemper vernans, floribus ac fructu exinceps ornata permanſerit? Hanc quæſtionem inibi verſat Abulenſis, & ſic dubio reſpondet ad rem opportunè: *Satis rationabile eſt, quòd dicamus* (virgam inquam) *eam manſiſſe florentem, ſcilicet quòd ſicut miraculosè flores, & frondes & fructum produxerat, ita ſupernaturaliter in eâ iſta ſemper conſeruata ſunt, vt eſſet perfecta probatio.* (Audi rationem Abulenſis ingenio dignam, & quæ luculenter probat quàm ſit pertinax ambitionis vitium) *Si enim*, inquit, *pòſt emarcuiſſet cadentibus foliis & fructibus, ab aliis virgis nihil differre videretur, & ſic non plenè probaret, quia dicerent Poſteri, quòd fuit virga illa falsè poſita in tabernaculo. Si autem ſemper frondens eſſet, etiam in hyeme, nullus in probatione dubitare valeret: quod etiam ſic fuerit ſatis apparet, quia illa virga relinquebatur vt probatio rerum geſtarum: ſi tamen eſſet marcida, nihil probaret, ideò fuit frondens.*

Abulenſ. qu. 11.

Aaronis virga cur florida perſeuerat in arcâ?

Ecce tibi, quàm piè cautâ ſagacitate anteuertat Deus humanæ ambitionis tenaciſſimam pertinaciam, vt poſt tot tantáque miracula, quæ forſan videri poſſent ſuperuacua; rudem ſtipitem nuper marcidè exuccum aridúmque in vernantem floriditatem, & fructiferam vbertatem refinxerit, perenni exinceps miraculo per tot ſecula duraturo. Sic, ſic cautè ominata Poſterorum ambitio, ambitionis auitæ hæres, hærente obſtinatione contumax, cohibenda erat. Scilicet miraculi adinſtar foret, ne repullularet ambitio dignitatum impotenter auida: ergò inſolitum, & perpetuò nouum perennet futuris ſeculis miraculum, & ſemper frondeat, floreátque Aaronis virga, ne dum illius fides marcet, erumpens ambitio repulluler. *Si enim pòſt emarcuiſſet cadentibus foliis & fructibus, ab aliis virgis nihil differre videretur; & ſic non plenè probaret; quia dicerent Poſteri, quòd fuit virga illa falsè poſita in tabernaculo.*

4. Matthæi 20. de rudium adhuc filiorum ſuggeſtione, acceſſit ad Ieſum mater Iacobi & Ioannis, ſic petens: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Scilicet hi duo Apoſtoli, quoniam ſuper duodecim thronos audiſſent diſcipulos ſeſſuros, hîc ſollicitè ambiunt huius conſeſſus primatum impetrare: & præponi ſe quidèm ceteris præterquam Petro ſciebant; Petrum verò ſibi præferri formidantes, dicere auſi ſunt: Dic vt vnus à dextris, alter à ſiniſtris ſedeat: ita vrgebant dicentes, *Dic*, vt quaſi Primores regni tui vtrúmque ſuum latus, vtrámque ſuam aurem, adeóque ſe totum occupent. Ieſus autem vt eorum coërceat ambitionem, illis reſpondit: *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus.* Videntur Iacobus & Ioannes intellexiſſe ſignificationem *Calicis*; ſcilicet per illum intelligi Paſſionem; & tamen ſicut ambitiosè petierunt primatum, ita audenter, ac temeratio auſu reſpondent, ſe calicem hunc poſſe bibere; nec horrore amariſſimi calicis, & paſſionis peracerbæ, dignitatum ambitus ab eis excuſſus eſt. Sic altè, ſic pertinaciter hæret ambitio; ſic trahit vota, & implet pectora, quæ ſemel occupauit, vt vel per probroſiſſimam & acerbiſſimam paſſionem eat alacris ad primatum! Quid ergò faciat nouus humilitatis Magiſter, vt ambitum Diſcipulorum inhibeat? quid conſilij capiat, vt ab honorum cupidine deſiſtant? Nimirùm vt vidit ſic inexpugnabilem ambitionem Diſcipulorum ab ſe primatum ambientium; ab electionis poteſtate ſic ſe eximit: *Sedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis.* Bonus Dominus, qui voluit diſſimulare de iure, vt Diſcipuli ceſſarent ab eo primatum ambire. *Non eſt meum dare vobis*, id eſt, ſuperbis & ambitioſis, quales tunc erant. Poteſtatem expetitæ electionis quodammodò à ſe ablegat, vt Diſcipulorum ambitum, à ſe primatum obtinendi coërceat. Scilicet (ait inibi Cornelius) *vt honeſto titulo à ſe repellat hoſce ambitiosè primatum petentes, eóſque ad Patrem amandet.* Quaſi Diſcipuli, etiam poſt repulſam, à primatu ambiendo minimè deſiſterent, niſi perſuaſi, electionis auctoritatem penes Patrem eſſe. Vide inconcuſſam ambitionis pertinaciam velut obſtinatè flecti-neſciam. Sic Moabitis Rutha hîc *obſtinato animo* ſuperbas cum Iudæâ gente nuptias iterare ambit, & de regiâ prole, *Mater regni* nominari.

Chriſtus ambitiosè primatum petentes à ſe repellit quaſi electio ad eum non pertineret.

Matth. 20. v. 23.

Cornelius.

Hic verſ. 18.

§. LXXXVI.

Impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum perniciem potenter armatur.

1. Diabolorum aſtutiſſimus ò tartareis academiis eligitur, vt Euam ſagaciùs tentet, & ſic totam hominum gentem in Protoparentum ſeminario inuitiet: qui ſerpentis ore hæc verba callidè modulatur: *Cu præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Quæ verba elucidans Victorinus Hugo citatus in Allegoriis inibi, ſic ſcribit: *Vide quanta ſit timiditas & confuſio Nequitiæ in conſpectu virtutis. Stans coram feminâ hoſtis ſuperbus, ex ſolâ malitiâ cogitatâ nondùm dictâ confunditur: & quaſi ſe iam priùs etiam quàm loqueretur deprehenſum metuens, non audet exire in verba perſuaſionis, donec animum tentans, interrogatione præſentiat.* Nempè callidiſſimus Dæmon priùs tentat animum, propenſionem ſcrutatur, affectum explorat: ſic vel aduersùs mulierculam eſt imbecillus, niſi humanis affectibus ad hominum ruinam obarmetur. O caue tibi à te, & Tartareum hoſtem exarmaſti! quod ex iam iam dicendis explicatiùs apparebit.

Gen. 3. v. 1.

Hugo Vict.

Dæmonis in homine tentando timiditas.

2. Geneſeos 3. mulieris animo per interrogationem tectiùs fraudulentam, explorato; vt vidit malus Dæmon mortis minas Euam arcere ab eſſe vetitæ arbuſculæ, mortis metum adimere ſatagit, & ambitionem magnificis diuinæ ſcientiæ ſpebus extimulat. Dixit autem ſerpens ad mulierem: Nequaquam moriemini. Scit enim Deus quòd in quocumque die comederetis ex eo, aperientur oculi veſtri: *Et eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile; & tulit de fructu illius. & comedit,* &c. Vide hîc attentiùs quid Diaboli inſtructior tentatio à muliere extorſit (forſan in expenſione ſudatiſſimâ aliquid non vulgare tranſlucet) Spondet videlicet tentator ſcientiam ſcientiæ diuinioris æmulam, vt pelliciat ad pomi eſum; & tamen in pomi pulchritudinem, venuſtatis præſtigiis, & præſumpti ſaporis pellaciâ afficientem Euæ appetitum, edendi victrix perſuaſio deriuatur: quaſi non tam Dæmonis maleſuadæ inſtigatio, quàm mulieris appetentia ab ipſo Dæmone dulcius affecta, eſum illi perſuaſerit. Neque enim cùm proponitur tentatio: *In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri? & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*; ſtatim ſubditur, quòd Eua ambitione magnificæ pollicitationis inſtigata, ſuperbo promiſſæ ſcientiæ appetitu, *tulit de fructu illius, & comedit:* Sed quòd poſt aſtutè compoſitam Dæmonis ſuadelam, *vidit mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectúque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit.* quaſi vetiti pomi eſus, non tam Diabolicæ ſuadelæ, quàm mulieris appetentiæ, Diaboli ambitioſâ inſtigatione viuaciùs affectæ, adſcribendus ſit. Sanè infirmiſſima eſt eloquentior Diaboli perſuaſio, niſi humanis affectibus ad hominũ ruinam obarmetur. Quod inibi Oleaſter his verbis luculenter ediſſerit: *Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, &c. Attende hîc ſerpentis fragilitatem, cuius ſuaſio non ſuffecit ad feminam in peccatum deiiciendam. Sed pulchritudinem fructûs guſtúmque obiectauit, vt quod non faceret conſilium, pulchritudo perficeret pomi. Similiter docemur, non affici malis: quoniam vt Ariſtoteles dixit: Qualis quiſque eſt, talis finis videtur: & qualis apparet finis, talia omnia videntur, quæ ad illum conſequendum conducunt. Cùm enim femina cœpit affici ſcientiæ deſiderio, ſtatim pomum oculis apparuit deſiderabile: & quod mirabilius eſt, guſtui ſuaue. Nunquam guſtauerat aut ſenſerat; vndè ergò nouerat fructum bonum ad veſcendum, niſi ex corrupto affectu, quo afficiebatur ſcientiæ boni & mali?* Longiuſculè, ſed planè ſubtiliter. Itaque tota Diaboli induſtria in id obnixiùs ſudauit, vt mulierculæ animum afficeret ergà pomum, quod magnificis ambitioſè ſpebus perfecit: mox velut digito oſtendens arboris poma, affecti animi præſtigiis, inſenſatum videns ſaporem, ineluctabile gulæ facinus perpetrauit. O, de validâ affectuum humanorum potentiâ, Diabolorum impotentiam ediſcamus! Affectûs humanos contrà hominem armant, vt illum exarment, vincant, detriumphent. Bonus affectuum ſuorum aurigator, tartareas Diabolorum phalangas ridet, quas renutu fugabit. Velit, & poterit, Ruthæ exemplo, quæ velut *obſtinato animo* omnes Diaboli machinas ad reditum cum Orphâ inſtructas, abnutu debellauit.

Gen. 3. v. 5. & 6.

Dæmon ambitioſâ ſuadelâ, Euæ affectum armauit in Euam.

Oleaſter.

Ariſtoteles.

Hîc verſ. 18.

3. Numerorum 14. luſtratâ per exploratores Terrâ promiſſionis, Hebræus populus pauidè timet Amorrhæos & Enacim, terræ habitatores, giganteâ proceritate terribiles, tamquam eos debellare impotens. Tunc Ioſue & Caleb Dei populum nimis pauidum, & de victoriâ deſperantem, his verbis bono animo eſſe iubent: Nolite rebelles eſſe contra Dominum: *neque timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem ita eos poſſumus deuorare: receſſit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.* Hebraicè ſcribitur: *Quoniam panis noſter ipſi,* ſubaudi ſunt: & eſt Hebraiſmus hunc habens ſenſum, id eſt, Ita eos deuorabimus gladiis noſtris, ac ſi panis eſſent: ac ſi dicat, Facile ſine vllo noſtro præiudicio, ſine detrimento; imò & cum voluptate & incremento, quaſi ex cibariâ nutritione. Rationem reddit: quia receſſit ab eis *præſidium*, id eſt, etſi gigantes proceritate appareant, infirmi tamen ſunt, & imbecilles, & armis noſtris obnoxij: nolite ergò eos metuere, quia Deus nobiſcum eſt auxiliaris. Victoriis noſtris addetur, quiſquis populum Dei inuaſerit. Ceterùm cùm hoc bellum populi Dei contrà teterrimos Amorrhæos, & Enacim giganteâ proceritate terribiles, ſit typus belli quod gerimus aduersùs tartareos hoſtes, tempeſtiuè hunc locum exponit Stephanus Cantuarienſis inibi apud Tilmannum, ſic fatus: *Sicut panem ita eos poſſumus deuorare. Quia per hoc animæ nutrimentum paramus, ideò hoſtes deuoramus ſicut panem.* Quid tam de facile homini ſuppetit, quid tam volupe eſurientibus, quàm appoſitum panem, & reliquos cibos per panem deſignatos, manducare? Velis, & poteris. Quid ergò Dei populus pauidè metuat Tartareos Amorrhæos, & Enacim infernales, quos detriumphare (dummodò velit, nec repedare in Ægyptum

Numer. 14. v. 9.

Hebræus. Oleaſter.

Victoria de Tartareo hoſte, animæ nutrimentum eſt, & de facili parabile.

Stephanus.

ptum malit) ſic exprомptum eſt, ac quotidianum panem eſurientibus comedere. Imò non ſolùm id facile, ſed & neceſſarium eſt; nam de eiuſmodi victoriis nutrimur, *quia per hoc animæ nutrimentum paramus, ideò hoſtes deuoramus ſicut panem*. O! times hoſtis ferociam, de gehennâ armatam? vmbratilis larua eſt, nè ei velis manus dare, & Tartareum inimicum fugaſti, viciſti, detriumphaſti: eius trophæis ditaris, eius victoriis nutriris, de eis detriumphis ſaginaris. Niſi ſæpè vincas, ſpiritualis vitâ macie conſumetur, deeſt enim illi *animæ nutrimentum*: nam vita animæ, victoriis de infernali hoſte reportatis, gratè nutritur, & delicioſè adipatur. O quàm generoſè victorialis sâguis exundat in venis populi Dei, cuius, de infernali hoſte victoria, electus panis eſt, pingue *nutrimentum* & ſagina eſt; ſic facile parabilis, vt appoſitus eſurienti cibus deuoratus.

4. Iſaias cap. 38. boni nuncij ægrotanti Ezechiæ delati, hoc ſignum Dei nomine promittit: Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, & per quas deſcenderat in horologio Achaz in Sole, retrorsùm decem lineis. *Et reuerſus eſt Sol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.* Peritè autem addubitat Galfridus citatus in Allegoriis ibidèm: Sed cùm conſtet, inquit, duodecim horis diurnum Solis curſum conſtare, cur decem tantùm lineas in eodem curſu deſcendiſſe, vel aſcendiſſe legitur? Præter has enim decem, duæ quædam ſunt lineæ. Prima congruè Diuinitas intelligitur, fons luminis, & totius claritatis origo. Earum nouiſſima ſpiritibus fortè malignis congruè deputatur, in quibus crepuſculum diei & noctis, nec omnimodò luce carens intelligentia, ſed voluntas tenebroſa. Scitè ſubdit ad rem ethicam Galfridus: *Nec mirum quòd linea detur in ſpiritibus malignis: licèt enim nimia prauitas inueniatur in eis, peruerſitas nimia; omnis tamen eorum tam eſt iuſta poteſtas, quàm iniuſta voluntas: & ad lineam æquitatis prauitas dirigitur vel inuita, vt nemini vnquam nocere iniuſtè poſſint, cùm omnibus velint. In ipsâ demùm iuſtiſſimâ vltione quodamodò ordinatur inordinata voluntas.* Nimirùm Diabolorum aduersùs homines hoſtilis voluntas, inordinatiſſima eſt, potentiſſima eſt, iniquiſſima eſt; ſed licet minas iactet atrociores, & trages minanter intentet; *ad lineam æquitatis prauitas dirigitur vel inuita, vt nemini vmquam nocere iniuſtè poſſint, cùm omnibus velint*. Te ergò time, & Deum etiam in ſè time: nam à primâ lineâ, qui eſt Deus, vltima Dæmonum linea, ad æquitatem ſic inuita corrigitur, vt nil mali iniuſtè hominibus intentent tentationibus, aut ſuppliciis infligant. Sic *in ipsâ iuſtiſſimâ vltione quodammodò ordinatur inordinata* Diabolorum *voluntas*. O timeat homo inordinatè effrenem voluntatem ſuam, quam ſi continentiæ lupatu benè continuerit, tamquam laruas vmbratiles, & terriculamenta puerorum, Tartareos hoſtes deridebit, impotentem eorum potentiam fruſtrabit, & minaces eorum machinas deludet: in ordinata enim eorum voluntas, ad æquitatis lineam ſic corrigitur.

Iſaiæ 38. verſ. 8.
Tilmannus.

Quomodo iniqua Diabolorum poteſtas, ad lineam æquitatis à Deo dirigitur?

5. Regius Vates Pſal. 90. liberari obnixius expetit à ſagittâ volante in die, à negotio perambulante in tenebris: *ab incurſu, & dæmonio meridiano.* Multa multi ſuper hoc *dæmonio meridiano*. Agellius ibidèm putat ex Hebræâ origine. dæmonium hîc idem eſſe ac prædonem. *Meridianum* autem dæmonium eſſe, cùm non raptim occultè quaſi de nocte iuxtà prædonum conſuetudinem; ſed nouo prædandi more, ad prædam non occultam & è tenebris eruendam, ſed certiſſimam, & quaſi in conſpectu poſitam, derepentè homines adoritur. *Volunt autem*, inquit, *aliqui Dæmonas ideò linguâ Hebræâ dictos eſſe prædatores, quòd prudentiam, rationem, ſenſum hominum deprædentur: nam quos implent, ab eis omnis intelligentiæ atque ſcientiæ rationem auferunt, vt tamquam cæci & mente capti, in omnia ſcelera, & in perniciem ipſi ſuam ruant.* Nempè dæmonium meridianum eſt, quod ſic humanæ rationis lumen infuſcat, vt homo clarâ mentis aurigatione propè viduatus, totus affectuum rectioni miſerè relinquatur, dum maligna rationis lux fulget, vel potiùs caligat. Tunc, tunc quidèm, non clàm ex inſidiis; ſed palàm & velut clarâ diei luce, hominis prædam agit, illúmque in omnia ſcelera impotenter impellit. Vndè *dæmonium meridianum* à prophetâ moraliſſimè nominatur.

Pſalm. 90. v. 6.

Dæmon deprædatur hominis rationem, vt illum ſuis affectibus relinquat. Agellius.

§. LXXXVII.

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit.

NOn eſt arbor ſolida nec fortis, niſi in quam frequens ventus incurſat, ipsâ enim vexatione conſtringitur, & radices certiùs figit. Fragiles ſunt quæ in apricâ valle creuerunt. Pro ipſis ergò bonis viri eſt, vt eſſe ſtrenui ac interriti poſſint, multùm inter formidoloſa verſari, & æquo animo ferre, & ſic ferendo vincere, quæ non ſunt mala, niſi malè ſuſtinenti, niſi ei qui rē malam, in bonā illius vſuram torquere neſcit. Vir fortis & virtute præſtans, ſemper manet in ſuo ſtatu, & quicquid extrinſecùs perſtrepit, aut intrinſecùs aduersùs rationem tumultuat, in colorem virtutis trahit. Eſt enim omnibus externis, interniſque omnibus, quæ probitatem medullitùs inquietant, ſtrenuè potentior. Neque hoc dico, non ſentit illa, ſed vincit, & alioquin quietus ac placidus ad obſequium ſuum vertit. Iracundiæ, inuidiæ, & ambitionis enaſcentes ſubſultus, exercitationes putat; & ipſe erectus ad honeſta, ad officia honeſtatis ea pertrahit: atque velut hoſtilia caſtra inuadens, ipſas paſſiones, quæ ſunt vitiorum minæ rationi ac virtuti aduocat auxiliares: indè conflans victoriam, vndè excidij periculum pleriſque adſtruitur. De vitiorum ſeminario ſubſidia ad virtutem implantare, aliquis ſtrenuæ virtutis faſtus eſt. 1.

Strenua virtus ipſas humanas paſſiones, ad virtutis obſequium trahit.

Eccleſiaſtæ 2. ſic de ſe Salomon loquitur: *Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitarémque ſtultitiam*, &c. Plures huius ſententiæ tranſlationes valdè diſſident à Vulgato, nec litigium hactenùs quiſquam compoſuit. LXX. Interpretes ita locum excribunt: *Conſideraui ſi cor meum trahet vt vinū carnem meam*, &c. Senſus eſt: Cogitaui experiri an ſicut vinum attrahit carnem & palatum ſuo guſtu & dulcedine, ita ſapientia,, id eſt, virtus ſuo decore & ſpecie attraheret ad ſe cor & mentem, vt ipſa virtuti 2.

Eccl. 2. v. 3.

LXX. Interp.

Ratio & virtus, carnis paſſiones, velut opetum vinum, in ſe conuertans.

ſe

Moringus. ſe dedens, attraheret ad ſe carnem; & appetitum ac voluptatem ad virtutis obſequium cogeret. Ita Moringus: *Cogitaui mecum*, inquit, *an animus & ratio ſit efficax ad attrahendam carnem meam, ſicut eſt vinum.* id eſt, Sicut eſt *vinum* efficax ad attrahendam carnem ad gulam & palati delicias; ſic eſſet animus & ratio virtutibus inſtructa. Opinor luculentiùs ad rem Nyſſenus locum his verbis exponit: *Si quandò* ait, *ſentiebam voluptatem irrepere, ac blandiri, & ſenſus delinire; continuò reſiſtebam increpans, quòd me emollire ac effeminare vellet: ad hunc modum conſiderabam, quemadmodum motus corporis ratio vinceret, & ipſa ſecum natura pugnaret, ac diſſideret, cùm aliò mens, aliò traheret caro*, (expende attentiùs quæ ſubiicit verba) *quin potiùs ratio, carnis prudentiam abſorberet; ſicuti cùm ſitientes exhauriunt poculum; neque enim remanet vinum in eo, ſed mutatur in eum, qui bibit illud: quo pacto expedita & certa extitit mihi via, omni remoto errore ad ſcientiam rerum.* Nimirùm quaſi parùm iam foret Salomoni ad meliorem vitæ frugem conuerſo, carnis paſſiones, & concupiſcentiæ ſubſultus ſiſtere ac cohibere; piâ virtutis audaciâ conatur, vt ratio carnis appetentias omnes exorbeat, & earum concupiſcentiam, ac malè dulces voluptates, ad virtutem conuertat, & ad probitatem reformet. Scilicet ſicut qui poculum haurit, epotum vinum in ſe conuertit; ſic etiam concupiſcentia & voluptas (cuius vulgare Hyeroglip hicum eſt *vinum*) è ratione & virtute, conuertendæ & velut transformandæ ſunt in rationem ac virtutem. *Potiùs ratio, carnis prudentiam abſorbeat: ſicuti cùm ſitientes exhauriunt poculum: neque enim remanet vinum in eo, ſed mutatur in eum, qui bibit illud.* Hem! Sic, ſic, inquam, fieri poteſt, vt caro, & carnis paſſiones virtuti militent? Imò potiùs, quòd arcanâ metamorphoſi, in rationem ac virtutem quodammodò reſculpantur. Non modò hinc expedita & certa ad virtutem via exiſtit; ſed hæc transformatio eſt virtutis meta, & omnium ſanctitatum ſingulare compendium.

S. Nyſſenus. Ibidem.

3. Iſaiæ 16. v. 1. S.Hierony. Abulenſis. Hugo. Lyranus. Adamus. Vatablus. Strabo.

Iſaiæ 16. *Emitte agnum*, inquit, *Domine, Dominatorem terræ, de Petrâ deſerti ad montem filiæ Sion.* S. Hieronymus, Abulenſis, Hugo Lyranus, Adamus, Vatablus, & alij, per *agnum* hîc accipi putant Chriſtum, qui ex Ruth Moabitide prognatus eſt. Dicit de *Petrâ deſerti*, quia hæc Ruthæ vrbs, Moabitidis metropolis, dicta eſt *Petra*, quia in circuitu rupibus & ſaxoſis præcipitiis eſt murata, inquit Strabo lib. 16. & ab eâ tota regio dicta eſt Arabia Petræa. Sanè in ſaxeâ *Petra* duritie, durities morum, & petrina vitiorum peruicacia deſignatur, quâ Moabitidæ obſtinatè obduruerunt. Hanc agreſtem indolis duritiem, vitiis adſuetam, non mitigauit Rutha, ſed mutauit, & ad virtutis conſtantiam erudiuit, vt quod ſeruiebat vitiis, adſaueret virtuti. Vide eius conſtantiam in arrepto veræ religionis propoſito flecti-neſciâ. Sic enim reſpondet ſocrui Noëmi regreſſum ſuadenti: Ne aduerſeris mihi, ait, vt relinquam te & abeam: quocumque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus Deus meus. Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. *Videns ergò Noëmi, quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltrà reditum perſuadere.* Ruthæ petrina durè indoles, ſocrûs Noëmi ſuaſionibus non cedit; ſed natiuâ duritie ad virtutem non mitigatâ, ſed reformatâ, in conceptâ viri Dei fide & probitatis viâ, *obſtinato animo* perſeuerare dicitur. Quod ex Ruthæ ore forſan Tertullianus arripuit, cùm de vitiorum catalogo nomen *obſtinationis* detractum, conſtantiæ virtutis inſeruerit, ſic fatus in lib. de Spectaculis cap. 1. *Sunt qui exiſtiment*, inquit, *Chriſtianum* (*expeditum morti genus,*) *ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum erudiri.* Ecce tibi Ruth etiam Petræa, cognatæ duritiei *obſtinationem*, è diuerſo ad virtutem erudit, cui flecti-neſciam firmiùs conſtantiam oppignerat, aliquâ virtute vitij (ſi fari ſic liceat.)

Ruth Petrea, indolis duritiem, ad piam virtutis obſtinationem reformat.

Hîc verſ. 18.

Tertullian.

Lucæ 16. fraudulentus ille villicus, de auaræ rapacitatis ingenio laudem meruit: qui de villicatione ob diffamiam ſemouendus, recentibus ſubdolè ſtrophis, heri diſpendio, alienæ ergà ſe beneficentiæ compendium ſubtiliter fecit. Re tandem clandeſtinis delationibus ab hero cognitâ, *Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet:* quia filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſuâ ſunt. *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quaſi dicat: Herus villici, fraudem eius ex ſeruis vel aliundè reſciens, laudauit villicum iniquum, quòd prudenter ac ſagaciter ſibi conſuluiſſet, vt in egeſtate iam iam ſibi imminente ſubſidium aliquod inueniret. Ceterùm non leue hinc oritur inter Commentatores litigium, quomodò hoc villici ſagax dolosè ingenium, ſibi prouidentet ſubtile, Dominus *laudauerit*, idque *prudenter* factum dixerit; atque reliquis æmulandum quodammodò propoſuerit, aiens: *Et* (id eſt, *ſic vel ſimili pari ve modo*: τὸ enim *&*, nectit ſimile ſimili, putà parabolam rei per eam ſignificatæ) *ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Profectò ex Euangelij doctrinâ conſtat, *mammona*, ſeu opulentiam, ſic homines diſtendere, vt faciliùs ſit camelum per foramen acûs traiici, quàm diuitem intrare in cælum. Quin & alibi audimus, *Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ*; quo igitur pacto ſic *mammona iniquitatis* prodeſſe poterit; vt laudem à Domino meruerit? *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet.* Quæ Lucæ verba exponens Origines, ita ad rem ſcribit: *Et forſan quod dicitur, Laudauit, non ſecundum veram commendationem, ſed abuſiuè dictum eſt: vt cùm dicimus aliquem commendari in mediocribus rebus & quodammodò mirandos eſſe concurſus & acumen, quibus vigor mentis elicitur.* Profundè quidèm Origenes! Itaque vafrè ſubdola villici furacitas, minimè *laudatur*, atque *prudentia* honoratur elogio; vituperio potiùs digniſſima: eſt enim damnatiſſima auaritiæ cupiditas, & propriæ vtilitatis libido, cum heri fraudulento diſpendio. Ecquis autem hanc ſordidam auaritiæ paſſionem commendet? Commendatione autem digniſſima eſt, & vocabulo *prudentia* nobiliter honoranda, cùm dediſcens cognatum 4.

Lucæ 16. v. 8. & 9.

Origenes. apud Caten. S.Thom. ibi.

Paſſiones pie abuſu virtutibus militant.

Digitized by Google

tum auaritiæ & furti vſum, arcano quodam velut *abuſu*, ad rem pietatis ac virtutis transfertur (dicit enim: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*) Sanè auaritia, furacitas, fraus, & harum paſſionum ſeu affectuum cognatus vſus, damnabilis, non laudabilis eſt; quippè qui vitioſus eſt: at hæc vitioſa paſſio ſuo vſu damnatiſſima, ſi ad rem virtutis transferatur, & *mammona iniquitatis* (quod Zachæus fecit) in probos vſus expendatur, aliquo' pio ſui *abuſu*, tunc, tunc quidem, *laudatiſſima* eſt, & *prudentiæ* meretur elogium: nam ex hoſtilibus vitiorum caſtris, copias virtuti auxiliares adſciſcit; dum paſſiones, quæ cognato vſu vitiis adfauent, coguntur vt à ſe deſciſcant, & aliquo pio *abuſu*, id eſt, vſu ſibi peregrino, & ſuæ naturæ extraneo, contrariæ ſibi virtuti militare. O bonus velut *abuſiuè* paſſionum vſus, ad rem virtutis è peruerſo proficuus! *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet*, &c. *Forſan quod dicitur, Laudauit....* *abuſiuè dictum eſt.* Velut *abuſiuè* enim paſſio virtuti adfauet. Sic virtus carnis paſſiones in ſe conuertere perhibetur: ſic Rutha piè *obſtinato animo* Idololatriam abiurat, & religioni adhæret: ſic Magdalena impudentiæ libidinis adſueta, piâ *impudentiâ* ad Chriſti pedes acceſſit in conuiuio: ſic ille amicus per *improbitatem* extorquet ſemel negatum beneficium: ſic aliqua *vitiorum virtus* à S. Paullino prædicatur (de quo aliàs vbertim) ſic à Dauide cor & caro hominis, alioqui ad voluptabilia procliuis, in Deo exultare, & in eo exultim lætari dicuntur. Ergò ratio & virtus humanas paſſiones, ad virtutis obſequium trahat.

S.Paullin. epiſt. 2.

---

§. LXXXVIII.

Quàm delicietur Chriſtus in pœnis Martyrum; quorum vulnera ſtellas præferunt, Chriſtum etiam coronant, & patientiæ maieſtate cruciamenta calcant.

1. S.Cyprian. epiſt. 9.

Sancti Cypriani ad Martyres præclara vox eſt: Robur, inquit, pectoris veſtri, & perſeuerantiam fidei quo præconio vocis exornem? Toleraſtis vſque ad conſummationem gloriæ, duriſſimam quæſtionem; nec ceſſiſtis ſuppliciis, ſed vobis potiùs ſupplicia ceſſerunt. Finem dolorum quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Vidit admirans præſens multitudo cæleſte certamen, certamen Dei, prælium Chriſti; ſtetiſſe ſeruos eius voce liberâ, mente incorruptâ, virtute diuinâ, telis quidèm ſecularibus nudos, ſed armis fidei credentes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores, & pulſantes ac laniantes vngulas, pulſata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem expugnare non potuit ſæuiens diu plaga repetita, quamuis ruptâ compage viſcerum, torquerentur in ſeruis Dei iam non membra ſed vulnera. Fluebat ſanguis, qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopiret. *O quale illud fuit ſpectaculum Domino, quàm ſublime, quàm magnum, quàm Dei oculis Sacramento militis eius acceptum!* Huc vſque Cyprianus; qui truculentioris martyrij gratiam, in gratiorem Chriſti Dei gloriam exuberare, eleganter ediſſerit. *Quàm lætus illic Chriſtus fuit, quàm libens in talibus ſeruis ſuis & pugnauit & vicit protector fidei, dans credentibus tantùm, quantum ſe credit capere, qui ſumit.* ô quàm multa paucis Cyprianus, quæ alibi forſan ad aliam theſim enucleabimus.

Martyrij encomium.

Chriſtus tantùm dat martyribus, quantùm martyr credidit accepiſſe?

2. Pſalm. 115. v. 15.

Regius Propheta Pſal. 115. ſic pangit: Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* Pretioſa martyris mors eſt, cuius vinci, victoria eſt, quæ accepit coronam de conſummatione virtutis, quæ ſuæ mortis pretio meliorem emit immortalitatem. Quærunt alibi Interpretes, quare Deus in pœnam tranſgreſſionis primææ, mortem fuerit Adamo comminatus: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* An non diuinæ iuſtitiæ innumera alia ſuppetebant ſuppliciorum genera, quibus hominem poſſet condignè punire. Quid ad congruum ſupplicium ineſt morti, quam potiùs maluerit? An quia mortem pœnaliſſimam eſſe homini cenſuit? an aliquâ ex parte ſibi iucundam fore Deus exiſtimauit? Moyſes Bar-cepha Syrus 3.p. Comment. de Paradiſo cap. 1. hoc dubium multimodè verſans, ſic tandem tempeſtiuè reſpondet: *Denique cùm olim* (poſteà inquam) *ex ipſius poſteritate futuri eſſent Martyres, lata eſt aduersùs illum mortis ſententia, vt hi per mortem pro ſuâ pietate ac reuerentiâ obitam, coronas adipiſci poſſent iuſtitiæ.* Profundè pariter ac tempeſtiuè! Scilicet in tam ſeuerâ ſupplicij acerbitate, quæ tot victæ ſtrages minabatur, & quâ homo præmaturè mortis pœnæ damnatus naſcitur; homo inquam, paradiſeâ felicitate nuper immortalis; illud, ad damnandum hominem ineluctabili morti, Deum alliciebat, quòd omniſcientiæ diuinæ oculis præuidit, ex Adami *poſteritate futuros eſſe Martyres*, qui mortis pretio meliorem emant immortalitatem, quam primæuo peccato amiſerant. Moriatur immortalis Adam (ſi præuaricari malit,) & cum totâ poſteritate mortem ſubeat; at tot mortalium ſtrages, tam lugubrem humani generis tragœdiam, & funeſtum omnium excidium, anticipata futurorum Martyrum notitia conſolatur. Caſum hunc infeliciter tragicum, non tam funeſtat hominum iactura, quàm proſperè felicitat Martyrum (præcipuè Principis Martyrum) cruenta vſque ad mortem tortura. Fiat Adam in violati præcepti pœnam, cum totâ poſteritate ex immortali mortalis; ex eius enim poſteris exurgent ſtrenui martyres, qui cruentæ mortis pretio meliorem vitam reſtaurent, & immortalitatem redimant. Sic eſt *pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum* (id eſt, Martyrum) *eius*! O hinc æſtimemus opulentè pretioſum martyrij cenſum, & illius victoriale decus. Si vos acies vocauerit (ait S. Cyprianus) ſi certaminis veſtri dies venerit, militate fortiter, dimicate conſtanter, *ſcientes vos ſub oculis præſentis Domini dimicare, confeſſione nominis eius ad ipſius gloriam peruenire: qui non ſic eſt, vt ſeruos ſuos tantùm ſpectet; ſed & ipſe luctatur in nobis, ipſe congreditur, ipſe in certamine agonis noſtri & coronat pariter, & coronatur.* Quaſi ſeipſum, & pariter Chriſtum coronare, ſit glorioſum martyrij ſtipendium.

Gen. 2. v. 17.

Deus pœnâ mortis Adamum puniuit, præſcius futuros eſſe Martyres.
Bar-cepha.

Martyrium martyrem, & Chriſtũ pariter coronat.
S.Cyprian. epiſt. 9.

Lucæ,

3. Lucæ 22. Chriſtus Dominus paſſioni proximus, ſub hoc allegoriæ nubilo Diſcipulos alloquitur: Sed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & peram: *Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium.* Non ſatis Apoſtoli intellexerunt Chriſti mentem, phraſim, ac catachreſim, cùm duos ſe ferre gladios incunctanter dixerunt. Chriſtus autem non emendos gladios, ſed inſtans periculum ſignificare voluit. Quaſi dicat: Iam nunc mihi & vobis tanta inſtat perſecutio, tantum vitæ periculum, vt ſecundùm humanam prouidentiam videatur neceſſarium ſibi & ſuæ vitæ conſulere, ac per ſacculum & peram de annonâ, per gladiū de tuendâ vitâ cuique proſpicere, ideóque vendere tunicam, vt gladium comparet, quò vitam tueatur. Itaque cùm Chriſtus Deus antedicit Diſcipulis perſecutionum atrocitatem, & Tyrannorum ferociam, eos hortatur vt exuant tunicam; *tunicámne* quâ corpus, an quâ anima veſtitur? Eleganter inibi Ambroſius præſcripta verba ſic elucidat: *Vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Eſt enim gladius ſpiritualis vt vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia veſtiuntur. Eſt etiam gladius paſſionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi ſacri corona martyrij.* O benè! Parum eſt diram Tyrannorum perſecutionem patienti, ſic facultatibus ſuis expoliari, vt interulâ *tunicâ* denudetur, & nudus ac inueſtis tortoribus excarnificandus obiiciatur: etiam *corpus exuendum* eſt, quæ eſt animæ interior *tunica*, vt velut expers corporis tormenta patiatur, & Tyrannos exarmet. Ergò corporeæ *tunica* pretio emendus eſt *gladius*, quo *corpus*, id eſt, animæ *tunica exuatur*, vt immolatæ *carnis exuuiis ematur ſacri corona martyrij.* Ac ſi dicat: Exuatur tunicâ corpus, anima corpore exuatur, vt tam opulento pretio, nempè *carnis exuuiis*, capiti tuo emas ſacri *coronam martyrij.* Dicam explicatiùs: Veſtes corporis & animæ vendis, quatum pretio *martyrij coronam emis.* Nudatis, ſed coronatis. Quin & ipſe rex martyrum Chriſtus in certamine agonis noſtri *& coronat pariter, & coronatur.*

Lucæ 22. v. 36.

S.Ambroſ. lib. 10. in Lucam.

Martyr corpus exuit, vt carnis exuuiis emat coronam martyrij

4. Actorum 7. Iudæi illo adhuc ſpiritu ebrij, quo dudùm clamabant: Crucifige, crucifige, in Stephani necē atrociùs incumbunt. Beatus qui cæleſtis illius agonis proximo pediſſequus interuallo, reliquias excipere furoris illius meruit, quò paullò antè ſæuiente mundo Saluator occubuit. Cùm autem eſſet Stephanus plenus Spiritu-ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & ait: *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Benè eſt, in certaminis ſui auſpicio videat cælum, & in ipſo Solem iuſtitiæ præclariùs fulgentem, quàm Sol materiatus ſplendet; ſed nulla aut materiata, aut myſtica in eo aſtra vidiſſe perhibetur. An quia in exordio ſuæ paſſionis, cùm eam nondum Protomartyr ſubiiſſet, ſine aſtris cælum vidiſſe legitur? An quia martyrum vulnera, & glorioſi vibices, ſtellas præferunt, quibus iam iam exornandum erat cælum à Protomartyre viſum? Hac de re ſic Chryſoſtomus philoſophatur: *Non ita cælum aſtrorum chori ſplendidum reddunt, vt Martyrum corpus ſplendidius vulnerum facies reddidit. Atque vt Martyris vulnera cælo infixis aſtris ſplendidiora eſſe diſcatis, &c.* Ecce tibi huius viſionis ſacramentum, nempè Protomartyr paſſioni proximus, cælum oculis videt, videt etiam in eo Solem iuſtitiæ, nulla tamen adhuc in cælo aſtra videt; nondùm ſiquidem eius corpus vibicibus liuet, nullis rabeſcit vulneribus, nullis plagis cruentatur, quæ ſunt glorioſiora cæli aſtra, & aſtris ſplendidiùs fulgent. *Martyris vulnera cælo infixis aſtris ſplendidiora ſunt. Non ita cælum aſtrorum chori ſplendidum reddunt, vt Martyrum corpus ſplendidius vulnerum facies reddit.* Sanè aſtra, cæli ſunt decus, homines inoculant, & beneficis perpetuò influxibus largiorem è cælo munificentiam oſtentant: & dum lucem ſuam deorsùm ſubmittunt, & mundum inferiorem illuſtrant, vni Deo lucere perhibentur. Procliue eſt hanc aſtrorum allegoriam, vulneribus Martyrum, hoc eſt ſplendidioribus aſtris adaptare.

Actor.7. v.55.

Cur Stephanus videns cælum, in eo aſtra non videt?

S. Chryſoſt. homil. 5. in Iulianum.

Martyrum glorioſa vulnera, cæli aſtra referunt. quare?

Prouerbiorum 14. ſic nos Salomon erudit: *Teſtis fidelis non mentitur: profert autem mendacium doloſus teſtis.* Hebræa ſic habent: *Teſtis veritatum,* aut *fidelitatum non mentitur.* Multus eſt hîc Interpretum labor, vt in his verbis tautologiam declinet: teſtis enim fidelis, perindè eſt, ac qui non mentitur, ſed veritatem dicit. Neruosè Lyranus, & ex eo Salazar: *Teſtis fidelis non mentitur*, id eſt, nullâ prece vel pretio, nullis minis aut pœnis, adduci poteſt, vt mentiatur, & à veritate aberret. Cùm autem *Martyr* Græcè, idem ſit ac *teſtis* Latinè, benè inibi aduertit Cornelius, quòd teſtis fidelis eſt Martyr, qui fidei veritatem, ſuámque in Deum fidelitatem morte ſuâ teſtatur, & ſanguine ſuo obſignat. Vndè tanta Martyri auctoritas, & irrefragabilis teſtimonij fides, vt *teſtis fidelis*, ſeu *teſtis veritatum*, aut *fidelitatum* nominetur? Petrus Damianus Ser. 13. ſic de S. Georgio Martyre ſcribit: *Verè inſignis hic miles Chriſti, qui minas Principum ſpreuit, malè blandientium promiſſiones irriſit, carnificum tormenta contempſit, ferrum, ignes, gladios, ac diuerſa ſuppliciorum genera inuictâ patientiæ maieſtate calcauit.* O auguſta ab *inuictâ patientiâ maieſtate auctoritas*, quæ *teſtem fidelem*, id eſt, *veritatum*, aut *fidelitatum* excudit! Tanta eſt in Martyribus ab inuictâ patientiâ *maieſtas*, vt illius auctoratiſſimum ſuffragium Chriſtianam fidem validè fundet, & errores omnes valenter refutet. Contemptim tractatur Martyr, illuditur, irridetur, & tormentis excarnificatus, tamquam nihili homo proculcatur. At dum ille deludit irriſionum pompam, & atrociora carnificum cruciamenta conculcat *inuictæ patientiæ maieſtate* auguſtiore, tantâ eminet auctoritate, vt diuinarum *veritatum ac fidelitatum teſtis* nobiliter appelletur; quaſi *patientiæ maieſtas* ſit veritatis energia, & teſtimonij vigor. Hem! tantum inuictæ Martyrum patientiæ licet, vt indè maieſtatem & auctoritatem fœneret, vndè credi poterat amiſiſſe? Sanè inuicta in tot calamitatibus patientia bonæ Noëmi dicentis, *Egreſſa eſt manus Domini contra me,* tantâ auctoritate ac maieſtate excelluit, vt à nuru Ruthâ Moabiticos errores excuſſerit, & veram veri Dei religionem nobili ſuffragio perſuaſerit. Adeo vt piè *obſtinato animo*, eius Rutha veſtigia ſequi deſtinarit.

5. Prou. 14. verſ.5. Hebræus.

Lyranus. Salazar.

Cornelius.

B.Petr. Dam.

Patientia maieſtas, & tormenta cælica & fidem fundat nobili teſtimonio.

Ruth.1. v.13.

Hic verſ.18.

§. LXXXIX.

§. LXXXIX.

Quàm ſit auguſtè ſumptuoſus Martyrij cenſus.

1. MArtyrij terminus Dei ciuitas eſt; martyrium autem, vitæ triumphus, mortis trophæum, immortalitatis ſpolium, ſupplementum Angelorum, gloriæ complementum, finis delictorum periculi terminus, dux ſalutis, labor lætus, diſcrimen ſecurum, cæli viaticum, magiſter domûs vitæ, Euangelij ſuffragium. *Quarum aduerſarij* (ait Clemens Alexandrinus) *cur cum nos perſequuntur homines, nihil nobis adfertur auxilij? Equidèm quod ad nos attinet, nulla nobis fit iniuria, cum diſſoluamur ituri ad Dominum, & veluti ætatis vitæ ſuſtinentes mutationem. Si autem ſapuerimus, iis gratias habuerimus, qui nobis præbuerint occaſionem celeris migrationis.* Sic erat fortiſſimus quiſque Martyr peruerſo gratus officio! ſic corporis ſui ſtrages, beneficij loco ponebat. Tam eſt pretioſus Martyrij cenſus!

Clem. Alex. 4. Strom. Martyrij encomium.

2. Pſalm. 115. v. 3. & 4. Pſalmo 115. ſic Dauid in exceſſu ſeu ecſtaſi abſtractus, modulatè pangit: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam; & nomen Domini inuocabo.* Num martyrum cruenta paſſio (ſic calix communiter à Patribus exponitur) *omnium* beneficiorum debitum æquâ gratitudine expungit? Martyrúmue pro *omnibus* beneficiis diuinis vicem rependit? An non (vt creationis multiiuga beneficia interim omittam) Chriſtus Deus ſe pro homine impendit, & ſuperimpendit cruentè acerbiſſima Paſſionis cruciamenta? Huic iunctim etiam cum reliquis, beneficio, homo propriâ paſſione ac martyrio vicem reddere eualet? Audiendus eſt Aſterius Orat. in Phocam martyrem: *Sacer quidèm eſt, inquit, ac diuinus vniuerſus generoſorum ac fortium Martyrum catalogus, paſſione debitam pro Paſſione referens gratiam: ac ſanguine, pro ſanguine debitam Saluatori ſoluens remunerationem.* Nimirùm fortis generosè Martyr *paſſionem* ſuam, pro Dominicâ *Paſſione* reddens; & proprium in martyrio *ſanguinem*, pro Domini *Sanguine* in cruce effuſo, ſponte effundens, vicem rependere, & *debitam pro Paſſione referre gratiam* perhibetur? Refert nè par pari: quis id poſſit: ſed quid vltrà Martyr poteſt? *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem* paſſionis *accipiam*; quò paſſionem pro Paſſione, & pro Sanguine ſanguinem reddens, ferè dicat *debitam Saluatori remunerationem ſoluiſſe.* Ad tantamne Chriſtus gratiam martyrium acceptat? Imparem debiti ſolutionem, ſic pretiosè Chriſtus taxat? Audi Prophetæ clauſulam: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* Quid tam pretioſum, quàm quod ad tanti debiti *remunerationem* acceptatur? Quid vltrà ab homine Deus exigat? Id ex iam iam dicendis explicatiùs intelligetur.

Aſterius.

Martyr paſſione ſuâ debitam pro Paſſione refert gratiã. quare?

3. Pſalm. 115. v. 2. 3. & 4. Adhuc præſcripta Pſalmographi verba altiùs enucleanda ſunt: *Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam.* id eſt, propriæ paſſionis ſeu martyrij *calicem.* Sed quod eſt hoc *mendacium*, quod Dauid in ecſtaſi agnouit, vt indè quaſi ambiguus interroget, quidnam pro *omnibus* à Deo acceptis beneficiis, illi rependere queat? Idoneum ad rem vtriuſque Verſiculi nexum Theodorus Heracleote in Commentario Græcorum Patrum, his ibibi verbis exponit: *Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* &c. Sic ergò Theodorus ſcribit: *Pulchrè autem videtur mihi magnus Dauid hance conſilij inopiam oſtendere; quandoquidem aliquando vi ſpiritus animo eleuatus, & ea quæ captum ſuperant imaginatus, & ab omnibus rebus corporeis abſtractus, ac ſolâ mente ſpiritualium immerſus contemplationi exclamauit, Omnis homo mendax. Qui enim voce ineffabilia hortatur, mendax eſt: non quòd oderit veritatem, ſed quia deficit in rei intellectæ expoſitione. Deindè Calicem ſalutaris accipiam Per hunc, inquit, calicem, id eſt, ſitibundus, ad martyrij conſummationem accedo.* His præmiſſis attentiùs notanda ſunt quæ ſubdit verba: *Aliam enim, inquit, pro iis quæ à Domino accepimus vicem rependere non valemus, niſi pro ipſo mortem ſuſtinendo, atque hanc ipſi pro omnigenis beneficiis remunerationem reponendo.* Scilicet Dauid in mentis exceſſu, ac diuinâ ecſtaſi vi ſpiritûs ſuprà ſe mente eleuatus, & diuinis altiùs immerſus; cæleſtium beneficiorum æquus cenſor, Dominicæ præſertim Paſſionis, æqualem tanto debito remunerationem non inueniens, audaciuſculè ait, *Omnis homo*, qui æqualem debito Dominicæ Paſſionis remunerationem redhibere præſumit, *mendax* eſt; *non quòd oderit veritatem, ſed quia deficit in rei intellectæ expoſitione.* Dein, vnum, inquit, ſuppetit, quod pro *omnibus* beneficiis, præſertim pro beneficio Dominicæ Paſſionis, homo Deo redhibere poſſit, nempè propriam paſſionem martyrio conſummatam: *Aliam enim, inquit, pro iis quæ à Deo accepimus vicem rependere non valemus, niſi pro ipſo mortem ſuſtinendo, atque hanc ipſi pro omnigenis beneficiis remunerationem reponendo.* Hic, hic inquam, eſt potentiſſimus martyrij cenſus, quòd Dauidi in ecſtaſi diuinis ſplendoribus merſo, nil aliud præter martyrium ſuppetat, quod pro Dominicâ Paſſione *vicem rependere* poſſit: nam etſi inæquale eſt vtriuſque paſſionis meritum, nil tamen vltrà martyrium æquè generoſum homo præſtare eualet. Id ipſum perſpicaciùs iam traditur, & difficultatis nodus extricatur.

Heracleot.

Martyr vicem pro Dominicâ Paſſione rependere dicitur. quomodo?

Redeant iterùm eadem Dauidis verba, ad rem adhuc intimiùs enucleanda: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam,* &c. S. Hieronymus ex Hebræo vertit: *Calicem Ieſu accipiam*, nempè quem ipſe in Paſſione ſuâ ebibit, & dudùm Apoſtolis propinauerat. *Calicem* quidèm felleum ſenſibus, & mortali cicutâ ad omnes acerbitates temperatum; ſed quo iam iam beatitudinis prælibatur dulcedo, & beatæ gloriæ portionem ſpes momordit. Sed quid eſt, quòd Martyr ſuæ paſſionis calicem bibiturus, non ait, Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi; ſed pro omnibus quæ *retribuit* mihi? An non Dei vox eſt: *Quis ante dedit mihi, vt reddam ei?* Quid Martyr potuit priùs dare Iob 41. v. 2.

4. Pſalm. 115. v. 3. & 4. S. Hieron.

Digitized by Google

Diuina beneficia pro peccatis gratiam retribuit.

dare Deo, vt Deus dicatur illi *reddere* aut *retribuere*? Vidit hanc difficultatem inibi Auguſtinus, & ſic eam proponit, & aliò flectit, aiens: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Non ait, pro omnibus quæ tribuit mihi, ſed pro omnibus quæ retribuit mihi. Quæ igitur præceſſerant hominis, vt omnium donorum Dei non attributio, ſed retributio vocari poſſit;* S. Auguſtin. *Quæ præceſſerant hominis niſi peccata? Retribuit ergò Deus bona pro malis, cui homines retribuunt mala pro bonis.* Verè pariter & acutè Auguſtinus, & ad aliud thema peridoneè. Verùm S. Baſilius homil. in Martyrem Iulitam tempeſtiuè obſeruans diſcrimen inter tribuere, & *retribuere* præſcripta Pſalmographi verba, ita exponit: S. Baſilius. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Etenim,* inquit, *magnificus dator Dominus haudquaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi ipſe non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre.* Scilicet Dauid Martyrum nomine quæſiuit in ecſtaſi, nec inuenire potuit, quid Deo dignum tribueret pro *omnibus* beneficiis quibus hominem præuenit; vbi autem ei in mentem venit eorum paſſio ac martyrium, quem *Ieſu calicem*, Euangelij vocabulo nominat, *ac ſi ipſe* Deus *non cœpiſſet prior in* Martyres *gratiam conferre*, quò Martyrium auguſtiùs nobilitaret, Martyrij gratiam, & appendices illius glorias, non appellat Dei in Martyres attributionem, ſed *retributionem*, quaſi non priùs homo beneficium, ſed prior Dei hominis obſequium accepiſſet. Itaq; priora in homines beneficia, quibus Deus Martyres cumulatiùs præuenit, ſilentio occludit; ſic & generoſis Martyribus, non tam tribuere, quàm *retribuere* gratiam ipſam martyrij gratiam honorans, profitetur, aiens: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem Ieſu accipiam.*

Quare Deus dicatur Martyribus, non tam gratiam tribuere, quàm retribuere?

5. 2. Cor. 4. v. 10.

2. Corinth. 4. ita ſcribit Paullus: Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Græcè Græcus. νέκρωσις, id eſt, *mors*, vel *mortificatio*, vt vertit Vulgatus. *Mortificatio* vel *mors* Ieſu eſt paſſio mortis ſimilis paſſioni Ieſu-Chriſti, quæ eſt mortis inchoatio, & viua mors, tandem martyrio perfecta & cõſummata. Dicitur ergò mortificatio ſeu mors Ieſu, mors illa quam Martyres ſubeunt, quia illius exemplo toleratur; & quia pro eius fide ac Euangelio ſubitur; & quia ipſam Chriſti mortem & paſſionem Martyres in corpore ſuo quaſi repræſentatione quadã geſtant & circumferunt. Pulchrè Ambroſius ibidem ſic locum elucidat: *Semper mortem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, &c. Dubium*, inquit, *nõ eſt quia in Martyribus Chriſtus occiditur: & in iis qui pro fide patiuntur aut exitũs, aut vincula, aut verbera, Chriſti paſſiones ſũt, vt & vita eius in corpore eorũ palã fiat.* Vide hic quàm ſit ſublimis humanæ paſſionis ſeu martyrij prærogatiua, cùm dubium non ſit quin *in Martyribus Chriſtus occidatur*, & in eo qui pro fide patitur, *Chriſti paſſiones ſint.* O quàm nobilitatur auguſtè Martyrum paſſio quandoquidèm in illis Chriſtus ipſe pati ac mori perhibetur! Sanè Chriſtus nobilitat Martyrum paſſiones, aiens ſe in illorum corpore pati ac mori: & Martyres mortem ſubeundo pro Chriſto, illius paſſionem ac mortem viciſſim honorant. Eloquenter Euſebius Emiſenus homil. de S. Stephano, ſic de illo ſcribit: *Beatus qui cæleſtis illius agonis proximo pediſequus interuallo, reliquias excipere furoris illius emeruit, quo paullò antè ſeniẽte mundo Saluator occubuit.* Hæc aliàs expendebamus. Pergit: *Beatus qui fumantem adhuc Dominici victimam ſanguinis, primus honorauit recenti ſacrificio paſſionis.* quò altera alterutri paſſio vices *honoris* mirè reciprocat. Nexus huius §. præcedentem appellat, cuius theſim amplificat.

In Martyribus Chriſtus pati, & occidi dicitur. quare?

S. Ambroſ.

Paſſio Martyris paſſionem Chriſti honorat.

Euſeb. Emiſ.

Hîc verſ. 18.

§. XC.

Peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationem lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exaggerat.

VIrtus difficilis inuentu eſt, rectorem ducẽmque deſiderat, & magni præmij illicium coràm propoſitum: etiam ſine magiſtro 1. vitia diſcuntur, nec atrocioribus ſuppliciis minaciter vibratis, quod tam procliue eſt, dediſcitur. Temeritatem peccandi conceptus timor ſuſpendit, interſtinguit, non extinguit audaciam, quam præſumpta impunitas malè reſuſcitat. Pœnarum minæ humant ſcelera funere rediuiuo. Nihil turpe, nihil ſupplicij ſuſpectum videtur ei, cui impenſè placet rei turpis pretium. Vndè Pœnæ metus laxatur, indè inſanus vitiorum error flagitioſius exorbitat, fœcundâ ſcelerum vbertate. Nullum intra ſe manet vitium. In quod vnum toto agimur animo, nondùm perficimus, vt peſſimi ſimus. Adhuc in proceſſu vitia ſunt; & vitium, excuſſo pœnæ horrore, in vitium præceps eſt, & vitiorum fœcundum. Indies luxuria inuenit aliquid noui in quod inſaniat. Inuenit libido nouam contumeliam ſibi. Inuenit deliciarum diſſolutio, & vitiorum tabes aliquid criminoſè inſolens, quo miſeriùs pereat. Omnia ſceleribus ac vitiis plenè exundant. Plus committitur, quàm quod poſſit humanâ coërcitione emendari. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine; maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia eſt. Excuſſo melioris æquioríſque reſpectu, quocumque viſum eſt, libido ſe impingit, nec furtiua iam ſcelera ſunt, præter oculos eunt. Adeóque in publicum miſſa nequitia eſt, & in hominum pectoribus eualuit, vt innocentia non rara, ſed propè nulla ſit. Eheu *deſolatione deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet corde*, quàm ſit pœnaliſſimè acerba, & duriùs immeritè luenda peccati malitia!

Peccandi libido, & multitudo peccatorum infinita.

Ier. 12. v. 11

2. Matthæi 16. in illo tremendo omnium iunctim hominum iudicandorum theatro, dicet rex Chriſtus his qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti Patris mei*, poſſidete paratum vobis regnum, &c. Prædeſtinati appellantur, *Benedicti Patris mei*, quos ſcilicet Pater meus, *cui appropiatur omnipotentia, & imperium, benedixit omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus*, vt inibi exponit Cornelius. Poſteà dicet his qui à ſiniſtris eius erunt: *diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, &c. Nota antitheſim, ſed non plenam:

ad Epheſ. 1. verſ. 3.

Cornelius.

Matth. 25. v. 41.

Chri

Chriſtus enim electis dicit : Venite ad me, & meam gloriam ? Reprobis verò dicit : Diſcedite à me ad Dæmonem & gehennam , quia Dæmoni adhæſiſtis, & gehennæ digna opera perpetraſtis , Verùm antitheſeos plenitudo ab interpretibus hîc deſideratur. Porrò electis ait : *Venite benedicti Patris mei* : cùm verò ad reprobos ſermonem flectit, tantùm ait : *Diſcedite à me maledicti* , nec publicat à quónam hæc reproborum *maledictio* impendatur. Ecquis hanc peracerbam in reprobos maledictionem fulminat, quæ illos gehennali incendio in æternum addicit , & æternaturis flammis perpetuò conſecrat?

Cur reprobi non dicuntur Maledicti à Patre? ſecùs electi benedicti à Patre dicũtur ?

Sanè (vt nuper ex Cornelio obſeruauimus) cum prędeſtinatis dicitur, *Venite benedicti Patris mei*, iſtiuſmodi *benedictio*, oriri dicitur à Patre, Deo cui appropriatur *omnipotentia & imperium* nam ad terrenos homines cæleſti æternùm gloriâ munerandos, diuino exertè *imperio* opus eſt, & toto diuinioris beneficè *omnipotentia* adniſu. Quis ergò eſt is, qui reprobis maledicit , & infernalibus tormentis perpetuò duraturis duriùs emancipat, Opinor , Damnatorum gehennalis pœna è peruerſo contendere poteſt cum empyreâ Beatorum gloriâ. Cur ergò hîc diſſertè apponitur Electorum *Benedictio* à Deo Patre imperiali auctoritate *omnipotenter* donanda ; & in Reproborum demnatione , electionis æmulâ , à quónam illa impendatur *Maledictio* prorsùs tacetur ? Erubeſcitne Deus de iuſtitiæ ſuæ bono ? an quiſpiam alius præter Deum iſtiuſmodi *Maledictionem* impendere eualet? Hoc inibi dubium eleganter verſat Chryſoſtomus, & ſic opportunè expedit : *Sed iſtis quidèm : Venite benedicti, illis autem , Ite, dicet, maledicti, non quidèm à patre; non enim ipſe , ſed opera eis propria maledixerunt*. Vide hîc humanæ malitiæ immetatam ad nocendum enomitatem , diuinæ bonitatis , & Paternæ omnipotentiæ è diuerſo æmulam. In electorum ad gloriam *Benedictione* , Dei infinita bonitas, & diuina munificè *omnipotentia* exprimitur ; quæ in reproborum *Maledictione* tacetur , & peccato adſcribitur à Chryſoſtomo ; quò perſpicaciùs notificetur nominibus, quanta, quámque immetatè infinita ſit peccati malitia; quippè quæ audet cum Dei bonitate , & *omnipotentiâ* diuinâ è peruerſo contendere , & illius immenſas vires delinquendo æmulari. Quid exaggeratius ?

Chryſoſt. homil. 80. in Matth.

3. Regius Vates Pſal. 6. ſuum adhuc opplorat flagitium , & à cæleſti animarũ medico medelam ſupplex expoſcit : Miſerere mei, inquit, Domine, quoniam infirmus ſum. *Sana me Domine, quoniam turbata ſunt oſſa mea.* Græci Patres inibi : *Oſſa hoc loco ratiocinationes appellat: quoniam enim oſſa denſiorem habent naturam , ipſáque corpus ferunt ; tropicè ratiocinationes , per quas anima dirigitur , oſſa nuncupauit.* Ecce per peccatum potior animi pars , *ratiocinatio* inquam , languidè nutat , & cæcè caligat. Pergit Dauid adhuc prodens peccati malitiam : *Turbatus eſt à furore oculus meus : inueteraui inter omnes inimicos meos.* Intempeſtiuam ſenectutem peccato adſcribit. Audiendus eſt ibidèm Chryſoſtomus in catenâ : *Quid ſibi vult illud , Inueteraui ? Nihil enim æquè vetuſtatem , ſeu veternum , & infirmitatem conciliare ſolet , vt natura peccati.* Ecce tibi à peccato non modò ægritudinum cenſus , qui redituum nomine *infirmitatu*

Græci Patr.

Pſal. 6. v. 8.

S. Chryſoſt.

Peccatum reddit hominem obſoletum ac ſenẽ, lethargũ eſt, & reſculpit originale delictũ.

pendit , & emedullatorum *oſſium* infirma titubatio , quæ veſtigia euertit , & quà paſſim impingimus ; ſed etiam intempeſtiua *Senectus* , qui eſt cognatus imbecillè languor, nullo medicamento remediabilis : imò & *veternus* , ſeu lethargus, quo tota inſultantium paſſionum malitia altè dormitur. Addit ibidèm Origenes: *Ceterum iſtud, Inueteraui , id eſt , quaſi dicat : Obſoletus & antiquus euaſi .... vel ab ipſis veterem hominem aſſumpſi, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris.* Quaſi qui recèns peccat , ſic *obſoletus & antiquus euadat* , ac ſi veterem in ſe Adamum reſumpſerit, & primæuum peccati originalis errorem impreſsè reſculpſerit, redaccenſo ad omnem nequitiam fomite importuniùs pertinaci. O caue hæc non bona peccati elogia !

Origenes in Catenâ.

Epheſ. 4. v. 22.

Dauid Pſalmo 37. iniquitatis ſuæ conſcius, & benè memor : *Ego* , inquit , *in flagella paratus ſum , & dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper.* Neque enim ego, ait , verbera ac ſupplicia tanto ſcelere digna , à te vnquam deprecatus ſum Domine ; ſed ad illa dignè excipienda , *paratus* , id eſt , fixus ac firmatus ſum. Subdit: Quoniam iniquitatem meam annunciabo , *Et cogitabo pro peccato meo.* Innocentius excribit, *Cogito pro peccato meo.* Non procraſtinat , vt ſolent peccatores , cogitare pro peccato , nec illius extergendi curam , ad ſenectutem vſque differt ; benè ſcius quod peccatum ſenectus eſt; indè peccando *inueteraſſe* dicitur. Alij ex Hebræo , *Timeo propter peccatum meum, doleo, anxius ſum* , vel *paueo* , id eſt , dum cogito pro peccato meo , anxio *pauore* diſcrucior , timens cognatas & appendices illius pœnas, ac proſpiciens quomodò illas præcauere , aut auertere poſſim. Nonnulli verò è Græco textu pro τὸ *cogitabo* , exponunt : Adhibebo *curam, quæ mentem veluti diuitat*. Scilicet ſic graui peccati ſopore , tamquam *lethargo* mens & ratio hebetatur ad virtutem & reſipiſcentiam , & mergitur in voluptabilium ſtudio ; vt *cogitandum pro peccato* commiſſo , mens velut ſcindenda ac *diuidenda* ſit, vt à voluptatibus abſtracta , de tanti mali remedio prouideat. Ceterùm cùm verſ. 18. proximè præcedenti dixerit Dauid : *Ego in flagella paratus ſum* , pro quo aliqui cum Symmacho vertunt , *Ego ad claudicandum paratus ſum*; hanc *cogitationem pro peccato ſuo*, opportunè Didymus , *feſtinationem* exponit. Quaſi dicat : Tametſi ex meo peccato malepedatus euaſerim , & in viâ paſſim impingam , quia *claudus* incedo; aſt peccati mei ſollicitè anxiâ *cogitatione*, & ſuppliciorum *pauore* inde concepto , ſic viuidè vrgeor, & velut impreſſo iliis calcari , acerbè exſtimulor , vt etſi *claudus* , ad celerem *feſtinationem* impellar. O licet *claudus* quiſque euadat, qui peccando in viâ impegit , ad celerem indè *feſtinationem*, cum Dauide *cogitet pro peccato ſuo*, quò exinceps in viâ virtutis incedere , imò & *feſtinare* , & currere poſſit. Sic Ruth hîc dum cogitat, id eſt , anxia eſt de anteactâ vita peccatis idololatricè exactâ , & erroribus Moabitidis, enutritâ ; *feſtinationem* aſſumit in viâ ad Terram promiſſionis ; cuius religionem ex animo ſuſcipiens, in illâ nunquam claudicauit , nec peccati calamitates incurrit. 4.

Cogitatio de commiſſo peccato mentem diuidit. quare?

Pſalm. 37. v. 19.

Innocent.

Hebræus.

Lorinus inibi.

Qui peccando claudicat, peccati meditatione ad feſtinationem euadet.

Symmachus Didymus.

Hîc verſ. 18. & 19.

Pergit Pſalmographus ſic modulatè Deum alloquens : Quoniam tu es Domine ſpes mea. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. quaſi in 5.

Pſal. 90. v. 10. Diuinitatis ſuæ aſylo à mundanis calamitatibus omnipotenter tutus ſit. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Quò autem impudentiam *malorum,* Symmachus ſeu humanarum calamitatum exponat Symmachus, ſic vertit: *Non praualebit contra te malum.* Verùm cùm de Chriſto Domino hæc verba communiter intelligantur; quomodò flagellum, (alij *plaga,* aut *vulnus*) non appropinquauit Chriſti tabernaculo, corpori inquam? An non Chriſti Dei corpus quinque crudeliter *vulnera* in cruce ſuſtinuit? An non eius dorſum cruentiſſimis atrociter *flagellis* repetito milliès *vulnere* aratum Zachar. 13. v. 6. eſt? Interrogemus eum cum Prophetâ, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in Domo eorum, qui diligebant me.* Quo igitur pacto de Chriſto Deo verè dicat Dauid: *Plaga,* ſeu *vulnus,* ſiuè *flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo?* Sanè in hâc Prophetæ ſententiâ ethicè latet pœnaliſſimum humanæ malitiæ, aut peccatorum ſacramentum, quod ſubtile Chryſoſtomi ingenium minimè latuit. Sic ergò ſcribit homil. 5. ex variis in Matthæum: *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, quia corpori Dominico nullum diabolici flagelli peccatum potuit proximare.* Belliſſimè quidèm! ſcilicet *flagellum* quantumuis immite diffitetur flagelli nomen, & rem flagelli deſueſcit; ſimiliter & cruenta acerbius *plaga,* & crudelia atrociter *vulnera,* & penaliſſimæ quæque calamitates dediſcunt *flagelli* vocabulum, ſi cum *peccato* comparentur. Peccatum quippè *plagarum* conceptaculum eſt, *vulnerum* atrocitas, & *flagellorum* ac calamitatum omnium officina, in quâ cunctæ compendio moleſtiæ crudeliter excuduntur. Cui *nullum diabolici flagelli peccatum potuit approximare,* & ſi acerbioribus densè *flagellis* cruentetur, quamquam cruentis ſæuè *vulneribus plagietur,* plagas neſcit, flagella ignorat, vulneribus intactus: nam in his omnibus moleſtandi vigor à peccati malitiâ eſt. Hæc enim eſt calamitatum origo, moleſtiarum matrix, dolorum conflatorium, vulnerum dolor, plagarum acerbitas, & crudelis incommodorum energia. Quæ ſi abſit, flagella quæque exarmantur, & fruſtratâ nocendi vi, flagellorum nomen amittunt, & in quoduis aliud nomen imbecillè tranſeunt. Vndè confidenter de Chriſto Deo Propheta antedicit: *Et flagellum non appropinquauit tabernaculo tuo:* quia *nullum diabolici flagelli peccatum potuit proximare.*

S. Chryſoſt. apud Lorinum ibi.

Ei, qui ſine peccato eſt, nullum flagellum, calamitas nulla appropinquare poteſt.

---

§. XCI.

Peccata, quæ excuſatio mirè auget, miriùs confeſſio diluit.

1. Intermitte excuſationes, nemo inuitus delinquit: intellige tua eſſe vitia, quæ rebus imputas, quæ occaſionibus coloras. Nemo ſe auarum intelligit eſſe, nemo cupidum (Cæci tamen ducem quærunt, aut ſcipione reguntur; nos ſine duce erramus, nec deeſt nobis excuſationum ſcipio ad errorum ductum) Dicimus, non ego ambitioſus ſum, ſed nemo in vrbe aliter poteſt viuere. Non ego ſumptuoſus ſum, ſed vrbs ipſa magnas impenſas exigit. Non eſt meum vitium quòd iracundus ſum, adoleſcentia hoc facit, & frequens iraſcendi occaſio in conuictu cum irrationabili ac agreſti hominum turbâ. Sic ipſi quidèm nos decipimus. Non eſt extrinſecùs malum noſtrum, intra nos eſt, in viſceribus ipſis ſedet; & ideò difficulter ad ſanitatem venimus, quia nos ægrotare aut neſcimus, aut affectamus quod alij morbum neſciant. Morbus ſpecie ſanitatis male tectus, diuturnitate creſcit, & viſcera periculosè vrit. Vlcus ſub ſanâ cute, ſanitatis deſperatio eſt.

Humanæ excuſationes vapulant.

Ferè ex Senecâ.

Hic verſ. 19. Indè Ruth planè fatebatur ſe Moabitidem eſſe, & ex gente peccatrice ortam; nec Iſraëlitici connubij velamen oppandit. Neque Noëmi excuſauit, aut defendit veritas filiorum nuptias, parùm Iſraëlitis decoras, & impietatis ſuſpectas: nec indè nurus perdidit generoſum cum Boozo connubium, ex quo Chriſtus.

Geneſeos 4. factum eſt vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque 2. obtulit de primogenitis gregis ſui. Et reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit. Hinc iracundæ inuidentiæ inſtinctu, incautum Abelem Cainus trucidat. Confeſtim cruentæ impietatis ſeuerus vindex adeſt Deus. Et ait ad Cain: *Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* Gen. 4. v. 9. Malus Cain, qui dum per confeſſionem inuitatur ad veniam, maluit culpam defendere, quàm expungere. Super hâc impiâ impij Caini excuſatione, ſic adſpectu ad Dauidis oraculum philoſophatur Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 16. *Quorum vtriuſque* (Adami & Euæ, qui primi Petr. Dam. ſe excuſarunt) *tamquam primi cholus ille diſcipulus erat, qui de Abel Domino requirenti reſpondit: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* (Nota attentiùs verba quæ ſubdit) *Hoc ſanè* Pſal. 68. verſ. 16. *præcauebat Dauid vitium, cùm dicebat: Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Nam cùm peccat homo, quaſi in puteum labitur; cum peccata verò defendit, os putei ſuper eum, ne pateat egreſſus, vrgetur. Corruit ergò in puteum homo cum peccat, claudit verò ſibimet os putei dum excuſat.* Nempè homo tentatione naufragus, naufragium conſenſu facit, naufragiúmque peccando ſorbet in malitiæ profundum miserè demerſus. Sed adhuc affulget facile parabilis regreſſus, & peruium iter ad ſoſpitatem, confeſſionis patrocinio: quod ſi arcet delictorum excuſatio, quæ ſcelera mentito virtutis fuco depingit; tunc, tunc quidèm non ſolùm profundo ſorbetur, ſed ſuper peccatum os ſuum puteus vrget, & ſpem ſoſpitatis præfocat. *Corruit ergò in puteum homo cùm peccat, claudit verò ſibimet os putei dum excuſat.* Quod ſuo malo Cainus expertus eſt.

Cadit quis in puteum cùm peccat, clauditos dum excuſat peccatũ.

Regius Vates ſic occinit Pſalm. 140. Pone 3. Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circum- Pſal. 140. v. 4. ſtantiæ labiis meis. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* S. Hieronymus in Matthæi 25. agens de ſeruo illo pigro, qui perdidit talentũ tenuit otioſum, ſic fatur: *Verè quod ſcriptum eſt, ad excuſandas excuſationes in peccatis; etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit inertiam confiteri, & orare patremfamilias;* S. Hierony.

Digitized by Google

miliaſ ; è contrà calumniatur , & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio , ne dum lucra pecuniæ quæreret , etiam de ſorte periclitaretur. Vide quam futiles, & inanes , ac de egregio ſuo cerebro excogitatas excuſationes, ſibi parùm cohærentes, & Domino etiam contumelioſas , hic ſeruus architectetur. Quod pulchrè ediſſerit inibi Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum , ita fatus: *Non declines cor meum in verba malitiæ , ad excuſandas excuſationes in peccatis. Alius ait : Ne diuerteris cor meum in ſermones malitiæ , ad cogitandum cogitationes iniquas. . . . Quæ nam autem ſunt hæc verba malitiæ ? Multa & diuerſa: ſcilicet, quæ inſidias ſtruunt , quæ Deum criminantur , quæ virtutem auerſantur , quæ vitium ſectantur , quæ de prauis dogmatibus , & vitâ ſceleratâ ſunt.* Ecce tibi Chryſoſtomus , peccatorum *excuſationes* , adeò friuolas , & de nihilo fabricatas cenſet , vt metas iniquè *cogitationes* appellet. Sic friuolè garrit excuſatio ! Quæ non veretur aliis inſidias ſtruere , vitium ſectari, virtutem auerſari , atque ipſum, criminari Deum , dum vitij ſuſpicionem excutiat , & virtutis ſpecie coloret.

Excuſationes , meræ iniquè cogitationes dicuntur.

S. Chryſoſt.

Excuſationum impudens malitia.

4\. Geneſis 4. grauatè Dei repulſam Cainus tulit; & aduerſus Abelum iratus eſt vehementer , & concidit vultus eius. Dixítque Dominus ad eum: Quare iratus es ? & cur concidit facies tua? Nónne ſi benè egeris , recipies : ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit ? *Sed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* τὸ *eius* ad peccatum refertur (quicquid Caluinus ógganiat, vt libertatem præfocet (Potes , ô Cain, per arbitrij libertatem , & gratiam meam tibi præparatam , tuæ concupiſcentiæ , & appetitui inuidentiæ , tamquam mancipio dominari. Vndè Targum Ieroſolymitanum habet : *In manum tuam tradidi poteſtatem concupiſcentiæ tuæ, & tu dominare ei , ſiue ad bonum , ſiue ad malum.* Si verò Hebræa & Græca nunc ſpectes, valdè diſſident à Vulgato. L x x. Interpretes ſic habent. *Quieſce ; ad te conuerſio eius* (peccati inquam,) *& tu principatum habebis ipſius* , vel , *tu dominaberis illius.* Quæ verba Freculphus tom. 1. Chron. lib. 1. cap. 8. ſic ad rem præſentem luculenter exponit : *Quieſce , ad te enim conuerſio eius , & tu dominaberis illius. Poteſt quidèm ſic intelligi, ad ipſum hominem conuerſionem eſſe debere peccati , vt nulli alij quàm ſibi ſciat tribuere , quod peccat , hæc enim eſt ſalubris pœnitentia , medicina, & veniæ petitio congrua ; tunc enim dominabitur quiſque peccato ; ſi id ſibi non defendendo prępoſuerit , ſed pœnitendo ſubiecerit.* Nimitùm cùm quis peccatum non ad alios excuſatione diuertit, & ad ſe confeſſione conuertit (*ad te conuerſio eius* , peccati inquam) illúdque non aliis , ſed ſibi tribuit ; tunc, tunc quidèm , peccatum quod homo excuſatione ſibi *præponit* , idoneâ ſibi *ſubiicit* confeſſione : quaſi peccati defenſio,& garrula excuſatio, *principatum* peccato tribuat ; ingenua verò peccati confeſſio , peccatum ipſum, ipsúmque peccandi appetitum ſibi *ſubiiciat.* Itaque friuola excuſatio , quæ peccatum à ſe excutere præſumit , illi principatum attribuit , cùm illius ſubiectionem confeſſione ambire debuiſſet : *Tunc enim dominabitur quiſque peccato , ſi id ſibi non defendendo præpoſuerit , ſed pœnitendo ſubiecerit.* Eleganter Sanè Freculphus.

Gen. 4. v. 7.

Caluinus.

Targ Ieroſolym.

Lxx. Interp.

Freculphus.

Peccatum quod excuſatione præponitur, confeſſione ſubiicitur.

5\. Ioannis 11. magno rerum ac verborum apparatu Lazari reſurrectio præſtruitur. Peccatoris ſymbolum in ſepulcro quatriduanus intermittitur : ſqualet tetro fœtore putre cadauer. Contribulium ac cognatorũ crebreſcit concurſus, nouæ ſpei admiratione ſuſpenſus: nutat ſororum fides, Chriſti ad Patrem cum lacrymis oratio præuia, rei inopinatæ fiduciam altè fundat. Adeſt frequentium ſpectatorum ſtupor attonitus , cùm Chriſtus Deus *voce magnâ clamauit : Lazare veni forâs.* Eccur his verbis Lazari reſurrectio peragitur ? An non præcisè verbis non potuit prodire mortuum Lazari cadauer , quod Lazari appellationem adhuc poſt funus retinet ? Quare ei non potiùs dicitur : Lazare reſuſcita, & rediuiuo egreſſu viuus coràm appare? Quamobrem cùm nihil dixerit de vitâ Lazaro mortuo donatâ , vt veniat foràs iubetur ? Perbellè S. Gregorius dum hoc dubium expendit , excuſationis ac confeſſionis ſacramentum pandit , ſic ad rem fatus : *Cuique peccatori iam exordium illuminationis eſt humilitas confeſſionis : quia ſibimetipſi iam parcere renuit , qui malum non erubeſcit confiteri , quod fecit : & qui defendendo accuſari potuit , accuſando ſe celerrimè defendit* (Penſita diligentiùs quæ ſubtexit verba) *Vndè & mortuo Lazaro, qui mole magnâ premebatur, nequaquam dicitur : Reuiniſce ; ſed : Veni foras. Ex quâ ſcilicet reſurrectione, quæ geſta in illius eſt corpore. ſignatur qualiter nos reſuſcitemur in corde ; cùm videlicet mortuo dicitur : Veni foras : vt nimirùm homo in peccato ſuo mortuus , & per molem malæ conſuetudinis iam ſepultus. qui intra conſcientiam ſuam abſconſus iacet per reatum , a ſemetipſo foràs exeat per confeſſionem. Mortuo enim , Veni foràs , dicitur ; vt ab excuſatione atque occultatione peccati , ad accuſationem ſuam exire prouocetur.* Ecce tibi , cùm mortuo Lazaro (opinatiſſimo peccatoris hieroglyphico) vita conceditur , iubetur vt è ſepulcro foràs exeat , hoc eſt , vt defenſionem , excuſationem , & palliationem ſuorum ſcelerum omittat, vt per ingenuam peccatorum confeſſionem reuiuiſcat. Cùm obuelata erant peccata , in ſepulcro iacebat fœtidè mortuus : *venire* autem *forâs* , & ſine excuſationum velamine coràm apparere, *reuiniſcere* eſt , & rediuiuâ natiuitate reſurgere.

Ioann. 11 v. 43.

Cur Lazaro non dicitur Reuiuiſce, ſed , Veni foràs?

S. Greg. l. 22. Moral. c. 9.

Pſalmo 45. ſic pangitur : Venite , & videte opera Domini , quæ poſuit prodigia ſuper terram. *Arcum conteret , & confringet arma , & ſcuta comburet igni.* Quare non etiam arcus , & inimica arma , ſicut & *ſcuta* comburuntur ; aut *ſcuta* quemadmodum arcus & arma non conteruntur & confringuntur ? S. Baſilius in Catenâ Græcorum Patrum , inſinuat , ideo dici ſcuta comburi , quaſi ex aduerſariorum ſcutis , noua alia ſcuta electis ad defenſionem & munimen tum denuò conflentur : *Et ſcuta comburet igni* , inquit : *Aduerſarios nudans ſuis munimentis, & omnia in beneficium inimicorum faciens.* Verùm S. Bonauentura rem ad mores inibi apprimè traducit : *Et ſcuta comburet igni* , inquit , *Scutum ſignificat defenſionem peccati.* Nempè defenſio peccati , & ambitioſa illius excuſatio , quâ velut ſcuto peccata noſtra defendimus , & famam clypeare præſumimus , igne , igne inquam illo gehennali ſemiuſtulanda , imò & comburenda eſt. Quin forſan & excuſatio putanda gehennalis incendij fumus , aut ſcintilla quædam , ſeu potiùs fauilla. Indè *ſcuta* 6.

Pſal. 45 v. 10.

Scutum excuſationum comburendum eſt gehennali igne.

S. Baſil.

S. Bonauent.

P. Didac. Celada in Ruth.

Digitized by Google

comburet igni, id eſt, excuſationes: nam *ſcutum ſignificat defenſionem peccati.* O! quid fabricamus defenſionem & excuſationum ſcutum, gehennali potiùs igne comburendum?

---

§. XCII.

Cui adimitur peccati excuſatio, plerumque etiam reatus tollitur, ſinceræ confeſſionis ſacramento.

1\. M. Seneca. *An factum quod defendi poteſt, excuſari non poſſit?*

APud Marcum Senecam in Excerptis ex lib. 9. Controuerſiâ 2. ſic defenditur Flaminius Prætor in cœnâ reum puniens: *Quedam*, inquit, *controuerſia ſunt, in quibus factum defendi poteſt, excuſari non poteſt. Non ſperamus vt Flaminium iudex probet, ſed vt dimitt..t. Itaque ſic agere debemus, tamquam pro facto non emendato, ſed non ſcelerato.* Quid ergò boni ac proficui relinquitur excuſationi, ſi ei ſuſpecti criminis defenſio adimatur? Sanè oriatur excuſatio, quæ factum in quo tranſparet crimen, aliquâ ſpecie, quæ illud defendat, non colorat. Profectò de Philoſophiæ arcanis *excuſatio* à *defenſione* ſeiungitur: perſæpè enim humana excuſatio obiectum crimen dum excuſat, citiùs accuſat, & defenſione offenſam exaggerat. Crimen, quod excuſationes non obtendit, veniæ de proximo vicinatur. O quoties à quo tollitur excuſatio, reatus etiam adimitur ſinceræ confeſſionis ſacramento!

2\. Lucæ 22. Petrus, Petrus inquam ille, nuper præ reliquis votorum præſumptione opinatiſſimus, ter de facili Chriſtum negat, etiam trinæ negationis nuper admonitus. Sic confidentia vltra humanum faſtum, virtutis naufragium eſt, imò & fidei titubatio! Adhuc Petro pernegante, tertiò cantauit gallus. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & ad eius cor altè locutus mutâ oculorum voce. Et confeſtim *egreſſus foràs Petus fleuit amarè.* Confeſtim inquam, nec aſpicientem ſe Chriſtum reſpexit: nec tantùm ore, ſed oculorum etiam mutus egreditur; ſed lacrymarum euntibus riuulis, ore taciturnitate ſignato abundè reſpondet ſilentio culpam confitente, & defenſionem negante certioris veniæ auſpicio. Perbellè S. Maximus homil. 3. de Pœnitentiâ Petri: Egreſſus foràs Petrus fleuit amarè. *Rectè planè Petrus fleuit, & tacuit; quia quod defleri ſolet, non ſolet exuſari; & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Non ſe ſua lingua credidit, quia Chriſtum negauerat.* O quàm breui multa! Nimirum Petrus benè pœnitentium idea, culpam ſuam, & animitùs dolens, & illacrymat, & ſilet; nam lacrymæ excuſationem ablegant, negant defenſionem, ne ſibi pugnet, dum quod fletus confitetur, abneget excuſatio: *quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari.* Addit adhuc viuaciùs: *Et quod defendi non poteſt, ablui poteſt*, quaſi ablui ac remitti non poſſit, quod affectatis excuſationibus obnoxiùs defenditur. Porrò excuſationum negotium eſt, ſcelus artificiosè colorare, ne ab eius patratione exinceps abſtineat aut pudore culpæ aut pœnæ timore.

Lucæ 22. v.62.

S. Maxim.

Quod fleri ſolet, non ſolet excuſari. quare?

3\. Lucæ 7. laudatiſſimum Magdalenæ obſequium temerario cenſu damnat Phariſæus ſupercilio Phariſaico: & ſimul cum mulieris pietate Diuinam ſapientiam ignorantiæ condemnat. Propoſitæ debitorum parabolæ, benè Phariſæus reſpondit: quod reſponſum Chriſtum inuenit laudatorem. *At ille* (Ieſus) *dixit ei: Rectè iudicaſti.* Benè eſt, laudet Chriſtus Deus rectam Phariſæi ſententiam; ſed cur non bonam de ſe cogitationem non vituperat, quò totius parabolæ ſcopus dirigi videbatur? An non illius parabolæ argumentum in eo vertitur, vt oſtendatur, Magdalenam plus diligere Chriſtum, quia Chriſtus plus illi remiſit, plurium peccatorum impetratâ lacrymis veniâ; atque adeò quàm ſit peccatrix illa mulier, eſſe illi notiſſimum? Quare ergò Phariſæi *Sententiam* laudat, nec *cogitationem* condamnat? Imò plus *cogitationem* prauam condemnat, quò *ſententiam* laudat. Quod ſubtiliter vidit Ambroſius lib. de Tobiâ cap. 22. ſic fatus: *At ille dixit ei: Rectè iudicaſti. Laudata eſt ſententiâ Phariſæi, dicente Domino: Rectè iudicaſti. Rectè iudicauit Phariſæus, qui malè cogitauit, putans quod ignoraret magis Dominus peccata mulieris, quàm donaret. Sed laudatur eius ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur.* Vide quàm ſapienter ac vrbanè Chriſtus Deus prauam Phariſæi *cogitationem* damnet eius approbando & laudando *ſententiam*, ac iudicium; ſuo enim iudicio ac ſuffragio (ſi res penitiùs penetretur) ſuam ipſe *cogitationem* improbam condemnat, & inexcuſabilem reddit. Dum ergò tollit excuſationes, quæ peccata fouere ſolent honeſto ſcelerum inuolucro, pœnitentiæ lenocinatur, cùm vulgare illius impedimentum longè remouet *ſententiæ* laudatione, prauæ *cogitationis* clànculùm damnatrice: *Laudatur eius ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur.* Cùm laudatur eius ſententia, excuſatio omnis adimitur: quò palàm denotetur, quòd propria ambitioſiùs laus eſt excuſationis negotium. Sed non dimittam hîc innotatum, quod alibi forſan expenditur, ſententiosè ab Ambroſio dictum: *Rectè iudicauit Phariſæus, qui malè cogitauit:* à malâ enim cogitatione bonum iudicium peregrinari ſolitat.

Lucæ 7. v.43.

Laudatur Phariſæi ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur.

S. Ambroſ.

Rectè iudicat, qui malè cogitauit.

Iſaiæ cap 5. ſic excuſationes damnat: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarũ in dulce, & dulce in amarum* Bene ibidèm notat noſter Cornelius, quòd hùc euadit *funis* peccatorum, de quo verſ. 18. vt ſcilicet tandem dicant malum eſſe bonum, ſuáque ſcelera excuſent, dicántque eſſe virtutes. Idoneè quidem excuſationes peccatorum funem intexunt, quem peccandi verecundia, aut ſupplicij metus confeſſione præcidit. Hunc etiam Prophetæ locum hùc aduocat Petrus Damianus ſer. 61. qui eſt in Vigiliâ natalis Domini: *In veritate dico vobis*, inquit, *quia nihil ſic exaſperat iram Diuinitatis, quàm iniquitatis defenſio. Æquo enim certamine nos decertamus cũ Domino, cùm defendimus, quod odit; cùm nobis placet quod diſplicet illi. Quando ſanari poterit, qui medicum ſpernit, medicinã conculcat, infirmã ſubſtantiam contrariorũ receptione ſuccendit? Tu dicis malum bonum, amarum dulce, tenebras lucem, & in Creatorem refundis iniurias, vt quod laudauerit, tu vituperas; quod vituperauerit, tu laudes.* Intermitto multa, quæ ſuper hoc argumento inibi ſubtexit. Itaque cùm homo affectatis excuſationibus ſua ſcelera tueri 4.

Iſaiæ 5. v.20.

Cornelius.

B. Pet. Dam.

Excuſatio complacentiam in peccato aut inuenit, aut facit.

Digitized by Google

tueri feſtinat, *æquo certamine* cum Deo pugnare præſumit(ô audaciam impudenter temerariam!) cùm excuſationibus argutè fabricatis in officinâ impœnitentiæ, approbamus ac *defendimus, quod odit; cùm nobis placet, quod diſplicet illi.* Planè peccati excuſatio, argumento eſt, quòd adhuc tenaciter hæremus peccatis, & quòd *nobis placet, quod diſplicet Deo.* quaſi excuſatio complacentiam in peccato aut inueniat, aut faciat. Piè hinc exclamat B. Laurentius Iuſtinianus: *O delictorum ter beata confeſſio, quæ placat Deum, cælum pandit, reconciliat impios, tergit ſcelera, conſcientiam mundat, fugat vitia, tribuit veniam, auget gratiam, ſpondet gloriam; quàm dulcis, quàm amabilis, quàm fœcunda eſt.* Hæc, & alia opulenta elogia, quæ confeſſio accerſit, arcet excuſatio.

Ingenua confeſſione conglobata elogia.

B. Laur. Iuſt de Inſt. & reg. Prælat. c. 2?.

5. Pſalmo 138. ſic pangit regius Propheta: Et dixi: Foſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis. *Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur.* Quæ verba ſic inibi exponit Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum. Rectè dixit *à te*: hoc eſt *apud te.* Si enim volueris, tenebræ non erunt tenebræ, ſed quæ lucis ſunt oſtendent. Quare ſubiunxit, *Et nox ſicut dies illuminabitur*, reddens apertius id quod præcedit; quippè quod nox exhibitura ſit ea quæ diei ſunt, non ſecùs ac ea quæ ipſius ſunt propria. Quandò enim Deus voluerit, elementorum operatio tam exactè traducitur in contraria quàm ad propria, ac ſi etiam ab initio ei attributa fuiſſent. Ceterùm hæc quidèm de elementis propriè dicta ſunt, metaphoricè autem etiam de rebus: Quoniam poteſt Deus iis qui in afflictiones incidunt, tantam adferre requiem, ſeu conſolationem, quantam habent ij qui vtuntur rebus ſecundis. Haſtenùs ille. Verùm præſcripta Pſalmi verba ſic vertit Symmachus: *Neque tenebræ erunt tenebroſæ ſuper te: ſed nox ſicut dies lucebit.* S. Auguſtinus ſic locum excribit, & ſub aliâ metaphorâ tempeſtiuè exponit, ſic ibidèm fatus: *Quoniam tenebræ non obtenebrabuntur à te. Tu ergò*, inquit, *noli tenebrare tenebras tuas; nam Deus illas non tenebrat ſed magis illuminat. Qui autem tenebrant tenebras ſuas, quas Deus non tenebrat? Homines mali, homines perverſi, cùm peccant vtique tenebræ ſunt, dum non confitētur peccata ſua quæ fecerunt, ſed inſuper defendunt, tenebrant tenebras ſuas. Ergò iam ſi peccaſti, in tenebris es, ſed confitendo tenebras tuas mereberis illuminari tenebras tuas; defendendo autem tenebras tuas tenebraris tenebris tuis. Et quandò euades à duplicibus tenebris, qui in ſimplicibus laboras?* Longiuſculè, ſed nimis argutè Auguſtinus plures multimodè ſententias addenſat, ne delicta excuſationibus exaggeremus, & tenebris tenebras augeamus; ſed potiùs ipſas peccatorum tenebras ingenuâ confeſſione elucidemus.

Pſalm. 138. v. 12.

S. Chryſoſt.

Ipſâ etiam tribulatione Deus conſolatur, & tenebras illuminat.

Symmachus

S. Auguſtin.

Excuſatio, peccatis tenebras aliis inſuper tenebris obtenebrat.

6. Eccleſiaſtes cap. 5. ſic homines ſalubriter admonet: *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem* (Arabicus *humanitatem*) *tuam: neque dicas coram Angelo, Non eſt prouidentia: ne fortè Deus iratus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum.* Vatablus ſic locum vertit: *Ne habenas laxes ori tuo, vt peccet.* Iſidorus Clarius: *Ne totum te peccato inuoluas.* Quæ verba etſi plures expoſitores intelligant de voti adimpletione, tamen S. Hieronymus, Salon. Alcuinus, & Gloſſa ſic exponunt: Noli quærere caluas excuſationes, quibus des occaſionem *carni*, aut *humanitati* tuæ ad peccandum. Audiendus eſt inibi Alcuinus: *Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam. Noli itaque vanas excuſationes quærere, & dare occaſionem carni tuæ ad peccandum.* Notanter Arabicus pro *carne* excribit, *humanitatem*; nil enim tam humanum, & homini cognatum, quàm quæſitas ambire excuſationes. Et ſanè cùm ille, qui velamine excuſationum peccatum obtegit ſuum, id faciat plerumque ex complacentiâ peccatorum, quibus tenaciter hæret; conſultiſſimè & moraliſſimè dicitur, *habenas ori ſuo laxare, vt peccet*; & *totum ſe peccato inuoluere*: cùm enim homo inuolucro excuſationum peccata ſua celat, ſe *totum peccatis inuoluit.* Nam qui habenas excuſationibus laxat, nil ſui à delictis habet immune: cùm nihil ſit adeò prauum ac inexcuſabile, ad quod defendendum, de facili exprompta ei excuſatio non abundè ſuppetat. *Noli itaque vanas excuſationes quærere, & dare occaſionem humanitati tuæ ad peccandum; ne te totum peccato inuoluas.* Hic §. appendix eſt præcedentis, quare nouum nexum, quo ſacro textui illigetur, non requirit.

Eccle. 5. v. 4.

Arabicus.

Vatablus.
Clarius.
S. Hierony.
Salon.
Alcuinus.
Gloſſa.

Qui habenas laxat excuſationibus, totum ſe peccatis inuoluit.

Hic verſ. 19.

---

§. XCIII.

Perpetuo tenore vna virtutis via premi debet, ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculoſè corruat.

1. QVid ſit virtus velut in tuto poſita, interrogas; aut vndè huiuſmodi ſecuritas ſubeat? Reſpondet Seneca: *Ex bona conſcientiâ, ex honeſtis conſiliis, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido vitæ & continuo tenore vnam prementis viam.* Nam illi qui ex aliis propoſitis in alia tranſiliunt, viæ curſum intercipiunt, & ſæpè ſiſti neceſſe eſt, ſæpè inchoare, ſæpè impingere; quomodò igitur habere quicquam certum maturúmue poſſunt, ſuſpenſi, & vagi, & paſſim offenſantes? Hi more eorum qui fluminibus innatant, non eunt, ſed feruntur. Ex quibus alios leuior vnda detinuit ac molliùs vexit, alios vehementior rapuit, alios proximè & inquæſitæ ripæ curſu langueſcente depoſuit, alios torrens impetus deiecit in mare. Ideò, vt monuimus, perpetuo tenore eadem virtutis via premenda eſt. Moleſtum eſt, imò & periculoſum, ſemper vitam inchoare. Aut ſi hoc modo magis ſenſus poteſt exprimi: Male viuũt, qui ſemper viuere incipiunt: nam poſt lapſum, interrupta via denuò inchoanda eſt. Auſim dicere: Perſæpè non multum refert, vtrùm virtutem omittas, an intermittas. Non enim vbi interrupta eſt manet, ſed eorum more, quæ intenta diſſiliunt, vſque ad initia ſua recurrit, quod à continuatione ſuâ diſceſſit.

Seneca epiſt. 23.

Virtus continuo tenore vnam premat viam.

2. Dauid ille, de lapſu, labendi periculum expertus, ſic pangit Pſalm. 48. ad noſtram eruditionem: Os meum loquetur ſapiētiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam (parabolæ inquam) aurem meam: *aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* S. Hieronymus

S. Hierony.

nymus ex Hebræo: Aperiam in citharâ *ænigma meum.* Eſt ergò hîc propoſitio, non enunciatio Dialectica, ſed problema ænigmaticum, interrogationem habens de re aliquâ abditâ, & non omnibus obuiâ: qualis eſt quæ ſequitur: *Cur timebo in die malâ? Iniquitas calcanei mei circum-*
Pſal. 48. v. 6. *dabit me.* Plures è Commentatoribus per *diem malam* accipiũt tempus calamitatis & afflictionis huius ſeculi, quibus viri etiam iuſti imbecillè ſuccumbunt. Alij per *diem malam* intelligunt diem iudicij nouiſſimi; quæ in Scripturis non rarò *dies mala* nuncupatur. Supereſt ergò exponendum, quidnam ſit proprij *calcanei iniquitas*, quâ in tempore tentationis, & præſertim in die iudicij, obſideri, ſic cautè Propheta timet? Hanc *calcanei mei iniquitatem*, aut *iniquitatem veſtigiorum meorum* (vt alij ſcribunt) his verbis exponit Theodoretus in Catenâ Græcorũ Patrum, ſic fatus: *Si quis interroget me cauſſam, ob quam timeam, audiat confidenter, eſſe diem quemdam malum, quem formido: metuo autem, ne in die illâ inæqualitas calcanei mei circundet me.* O! ſic metuit Propheta, ne *inæqualitas ſui calcanei*, hoc eſt, *veſtigiorum ſuorum*, in virtutis viâ, per quam ambulabat, in tempore calamitatis ſiue tentationis, illum faciat impingere? aut in die iudicij poſtremi illum atrociter accuſet, & grauiori reatu circumueniat? Sic *inæqualitas* veſtigiorum formidabilis eſt, & perpetuus vitæ tenor in viâ neglectus? Qui in viâ virtutis *inæqualiter* ambulat, ruinæ ſenſim vicinatur, & de inconſtantiæ malo ſic periculosè titubat, vt in tremendâ iudicij finalis die, timendi cauſſas exaggeret. *Cur timebo in die malâ? Inæqualitas veſtigiorum meorum circumdabit me.* Vide quomodò *ænigmatum* problema quod Propheta propoſuit, ethicâ eruditione ſoluatur. Quod ex iam iam dicendis ampliùs elucidatur.

In viâ virtutis inceſſus inæqualis valdè timẽdus eſt.

Theodoret. inibi.

3. Geneſeos 3. maleſuadus ille paradiſeus ſer-
Gen. 3. v. 15. pens, tametſi inauditus & indefenſus à Deo grauiter damnatur: Quia feciſti hoc, inquit, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Mirum ſanè eſt, quòd ſerpens iam lacerato & *contrito capite*, quicquam ſæuè violentum audeat: nam ſi contritum & infractum habet caput, quo pacto validum inimicæ mulieri vulnus infligere valeat, repens, languidus, & ſemimortuus? Sed nota ſubdolas vafrè inſidias, ad grauiorem perniciem potentiſſimas, nempè *calcaneo inſidiari*, vt dum lædit pedem, incedentem faciat malepedatum, & ſic veſtigia turbet, & claudum reddat inceſſum in viâ virtutis inchoatum. Sanè vel leuis in *calcaneo*, ſeu in veſtigiis offenſa, dum ſaltem greſſuum æqualitatem impedit, non leuem viatori læſuram facit. Exindè forſan Rupertus inibi dixit: *Serpens quamlibet exiguus ſit, ſi vel extremæ plantæ dentulum infixerit, occidit.* Quarè peritè Caietanus pro τὸ *inſidiaberis calcaneo eius*, ex Hebræo textu excribit: *Tu conteres ei calcaneum.* Scilicet clanculariæ *inſidiæ* præuiâ etiam admonitione ſollerter præcauendæ (minùs enim ferit inimicus exertus, & fruſtrà cauto inſidias parat,) *contritio calcanei* moraliſſimè dicuntur. Profectò *calcaneus* (ſeu *veſtigia*) dum vel leuiter offenditur, leuiori *dentuli* morſu, grauem facit læſuram; nam dum pedem offendit, claudum interim facit, & vt minimùm, veſtigia reddit *inæqualia*, ne *continuo tenore vnam premat viam*; quod in viâ virtutis graue peſtruit nocumentum, nimis cum Dauide timendum. *Cur*, inquit: *timebo in die mala? Iniquitas*, id eſt, *inæqualitas veſtigiorum meorum circumdabit me.*

Serpens dum contrito etiam capite, calcaneo inſidiatur, illũ conterere dicitur.

Rupertus.

Caietanus.

Geneſeos 49. Iacobus Hebrææ gentis Patriarcha, hæc filio ſuo Dan, & Danitis fore prædicit: *Fiat Dan coluber in viâ, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Cùm totus hic ſermo ſub ænigmatico allegoriæ nubilo lateat, peritè inibi notat Ambroſius, quòd *equi* nomine, cuius vngula in viâ à colubro mordetur, intelligitur *corpus*; aſcenſoris autem vocabulo, *animus* innuitur, qui ex ſceleroſo corporis in viâ morſu, periculosè cadere perhibetur. Verùm S. Gregorius lib. 31. Mor. cap. 18. hâc ſuper re ſic ad rem præſentem philoſophatur: *Fiat Dan coluber in viâ, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. Retrò cadere dicitur & non in faciem, ſicut Saulus cecidiſſe memoratur. In faciem enim cadere eſt, in hâc vitâ ſuas vnumquemque culpas agnoſcere, eáſque pœnitendo deflere. Retrò verò, quò non videtur, cadere, eſt ex hâc vitâ repentè decedere, & ad quæ ſupplicia ducatur, ignorare.* Eheu non in faciem, ſed retrorſùm cadit, cuius calcaneum, in viâ virtutis paradiſeus coluber, & antiquus ſerpens ſic momordit, vt *inæquali* inceſſu iam claudicet, & paſſim impingat. Hic, hic inquam, *retrò cadit*, quia in eam partem, quam non videbat, & quam non præcauebat, cadit. *Retrò verò quò non videtur, cadere, eſt ex hâc vitâ repentè decedere, & ad quæ ſupplicia ducatur, ignorare.* O quoties dum quis calcanei morſu ſaucius, & male claudicans, impingit in viâ virtutis, per quam benè incedebat; irremediabili caſu, & poſtremiſſimâ ruinâ corruit! Hic metus Dauidem nuper vrebat: *Cur*, inquiens, *timebo in die malâ?* (in die, inquam, finalis iudicij) *Iniquitas calcanei mei*, ſeu *inæqualitas veſtigiorum meorum circumdabit me.* Scilicet in veſtigiorum *inæqualitate* (dum inexpectata mors repentè adeſt) futuri diſtrictiùs iudicij periculum exaggerat; ſiquidèm iners viator calcaneo ſaucius, *retrò cadit.* 4.

Geneſ. 49. v. 17.

S. Ambroſ.

S. Gregor. Actor. 9.

Calcanei morſus in viâ, retrò, & non in faciem cadere cogit.

Canticorum 7. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Maſculum hîc Sponſæ robur, & conſtantiam hoſtiliter flecti-neſciam deprædicat. Et confeſtim addit: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!* Per τὸ *greſſus*, tum ipſum Sponſæ inceſſum, tum ipſius pedes, quibus incedit ſeu graditur, Interpretes accipiunt. Quare Vatablus vertit: *Quàm pulchri ſunt pedes tui calceati, filia Principis.* Quaſi dicat: Quam pulchros habes calceos & cothurnos: quàm pulchrè iis calceata & cothurnata incedis. Nihil in pedibus, & eorum ornatu; ac proindè in tuo per viam virtutis inceſſu, non pulchrum, non venuſtum, non aſpectabile eſt. Sic infrequens & perratum pedes, calceos, ac greſſus ſine vllâ maculâ aut fœditate habere? Tantámne pulchritudinem, pedum, calceamentorum, ac greſſuum venuſtas conciliat? Illud Iſaiæ 3. *Auferet Dominus ornamentum calceamentorum*, ſic ad præſcriptum locum Canticor. noſter Cornelius ex Hebræo tranſtulit: *Auferet Dominus gloriam calceamentorum.* ô! venuſti pedes calceis exornati, & pulchris greſſibus 5.

Cant. 7. v. 1.

Vatablus.

Iſaiæ 3. v. 18.

Cornelius.

Calceamentorum gloria magniæſtimatur.

Digitized by Google

greſſibus incedentes, ſine titubatione, lapſu, aut errore deformes, ſic formoſam reddunt Sponſam, vt ab iſtiuſmodi inceſſu *gloriam* fœneret? Sic eſt *pulchrè glorioſum*, in virtutis viâ non ſiſti, non titubare, ſed offendere? Magna ſanè eſt *calceamentorum gloria*, quandoquidèm ex ore cæleſtis Sponſi, Sponſa nunc pulchrè audit: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis!*

6. Pſalmo 35. ſic Deum orat Dauid: *Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te. τὸ prætende*, Hieronymus excribit, *attrahe*, alij, *obtende*, *expande*, *porrige*, velut miſericordiæ tuæ auxiliarem manum. Quare tunc Propheta diuinam miſericordiæ manum ſibi *porrigi* expetit? *Non veniat*, inquit, *mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Agellius inibi per τὸ *pedem ſuperbiæ*, pompam in inceſſu, quam vanagloria ciet, idoneè commentatur. Sed cur affectum inanis gloriolæ, ſic in inceſſu Propheta timet? & cur hanc leuem arrogantiæ noxam, *pedis* vocabulo deſignat? Scilicet acutè ex Lobbetio, Opere morali de Peccato, refert Corderius, quòd benè ait *pes ſuperbiæ*, non pedes; ſuperbo enim pes eſt vnicus. Ideóque ſicut diu conſiſtere non poteſt, qui vnico tantùm ſtat pede, eóque totam incumbentis corporis molem ſuſtinet; ita etiam nec diu ſtare poteſt ſuperbus peccator: nutabit ille, dubiúmque librabit corpus, ac tandem præceps in ruinam dabit. Pes enim hominis qui ſtare debuit in viâ rectâ, ſimul atque ſuperbiâ corripitur, illicò ceſpitat & labitur in obliquis peccati ſemitis. Hactenùs ille. Vndè Propheta poſtquam dixit: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*. ita vt vno dumtaxat pede ſtem, & progredi adnitar; confeſtim addit: *Et manus peccatoris non moueat me.* Porrò ſic in viâ ſtantem, vel leuiter *mouere*, impellere ad ruinam eſt. Quod ſapienter Euthymius, indidèm adnotauit: *Non moueat me. Ne me concutiat, vt peream.* Nam qui in viâ virtutis incedens, ſi vno dumtaxat *pede* inanis gloriæ innitatur, vel tantùm *moueri*, perindè eſt, atque ſi violenter *concutiatur, vt pereat.* Quare Dauid, dum anxiè timet, ne illi veniat *pes* ſuperbiæ, manum diuinæ miſericordiæ ſibi *porrigi* obnixiùs adprecatur.

S. Hierony. Tranſlationes.

Pſalm. 35. v. 12.

Agellius.

Cordes. ibi.

Lobbetius.

Superbus vno pede nititur, vnde facilis eſt ad lapſum.

Euthymius.

Vide hîc quàm ſtrenuè Rutha pedibus ſuis confecerit iter ab Idololatrâ Moabitide vſque ad Terram promiſſionis, & veram veri Dei religionem; Iſraëlitides Matronas progreſſu æmulata. Quod prolixum iter, non ſuperbiæ pede, ſed pedibus humilitatis feliciter peregit: *Prophetæ ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem.*

Hîc verſ. 19.

---

§. XCIV.

Textûs ſacri manuductu, aliqua è multis Angelorum elogia prædicantur.

1. Michaël Syncellus inter Græcos Patres locuples auctor, in Laudarione in ſanctos Dei Angelos, ita ſcribit: Abrahæ *Patriarchæ nepos Lot, cùm in Sodomorum portâ ſederet, duos Angelos vidit, quos & cadens in faciem ſuam adorauit: atque intrà Domum benignè, gratantérque ſuſcipiens, euertendam ciuitatem, ac ciues incendio concremandos, iis præmonentibus dicit; tùmque iiſdem manu ducentibus, ſalutis in Segor euaſit*; præcoquâ ſollertiâ Rutham Loti futuram ſobolem educentibus. Opinor etiam eorum inuiſâ operâ eductam è Moabitide, ſalaci, nefariâ, idololatrâ; indéque in vrbem Bethlehem adductá rectò itinere, quò Moabiticum declinans excidium, tot Regum, Regiſque Regum generoſa mater euaderet. O quot non viſa officia gratanter Angelis Rutha debet, prædicandis eorum elogiis ſumptuoſiùs obærata! Appoſitè Petrus Cellenſis, quaſi loqueretur de electiſſimâ Ruth adſpectu ad Orpham reiectaneam, ita ſcribit: *Hi principaliter & propriè, Angeli deſeruiunt officiis, vt vel ad Deum venientium inquirant mentem, propoſitum, & meritum. Officij ſui certè eſt, & dignos intromittere, & indignos extrudere; benemeritos cum reuerentiâ ſuſcipere, immeritos cum iniuriâ reiicere*, &c. Quaſi Angeli conſtituti ſint humanæ *mentis Inquiſitores*, quod eſt præcelſum Angelorum officium.

Mich. Syncell.

Gen. 19. v. 1.

Rutha Angeli manuducentibus quemodo euaſit.

Hîc verſ. 19.

Angeli ſunt mentis Inquiſitores.

Petr. Cellenſ. l. de Panib.

2. Pſalmo 77. ſic pangit regius Vates: Et *pluit* illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. *Panem Angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantiâ.* Mirum ſanè eſt, quòd nubes *pluat* panem Angelorum, & non potiùs eorum potum. An non verbum *pluit*, citiùs & aptiùs ad potum, quàm panem aut cibum referatur? Cibum Angelorum diſertè ſcimus nempè typicum Manna in Euchariſtiæ figurâ, quâ in cæleſti Dei regno cibantur: qualis verò ſit eorum potus, hîc tacetur. Sed eum publicat Bernardus Serm. 2. ex Paruis, alludens ad Rebeccam, quæ in Deiparæ typo, Abrahami ſeruum, & eius camelos, Geneſeos 24. largiùs potauit. Sic ergò ſcribit Bernardus: *Quærit Angelus puellam, quam præparauit Dominus filio Domini ſui; bibit ipſe de hydriâ tuâ, cognatâ tibi virtute delectatus: ſed numquid non & iumentis potum tribues? Bibit Angelus; quòd virum non cognoſcis; bibant iumenta, quòd de humilitate ſingulariter gloriaris.* Publicauit Dauid *Angelorum panem*; ſuppatem huic cibo potum, nempè Deiparæ virtutes, demonſtrat Bernardus Decebat enim vt Angeli, qui Mannâ tamquam proprio cibo aluntur, Deiparæ *cognatis virtutibus*, præſertim Virgine Maternitate potarentur. O quàm delicioſè ac ſobriè Angeli hunc potum ſitiunt, hoc vino inebriantur! *Bibit Angelus de hydriâ tuâ, cognatâ tibi virtute delectatus.*

Pſal 77. v. 25.

Præluſtribus Deiparæ virtutibus Angeli potantur.

S. Bernardus.

Gen. 24. v. 18. & 19

3. Idem regius Propheta Pſalm. 88. ſic modulatè occinit: *Confitebuntur Cæli mirabilia tua Domine; etenim veritatem tuam in Eccleſiâ Sanctorum.* Non conuenit inter Expoſitores, quid *Cælorum* nomine intelligatur. Citò dicam cum Agellio inibi, Cælorum nomine ſanctos Angelos ſignificari: Angeli enim & ſublimiùs & modulatiùs Dei *Mirabilia* prædicare eualent: *Sed meliùs*, inquit, *Cælorum appellatione ipſos Angelos intellecturi ſumus, vt video Theodoretum intellexiſſe: æquum eſt, inquit, vt cæleſtes illæ virtutes Mirabilia tua confiteantur & laudent, neque Mirabilia tantummodò, verùm etiam & Veritatem.* Expenſione autem digniſſimum eſt, quòd poſtquam Propheta induxit ſanctos Angelos *Mirabilia* Dei ſublimiùs prædicantes, quaſi eiuſmodi *Mirabilia* ab Angelis prædicata, humanæ credibilitatis faſtigium excellant, & maiora veris forſan videantur; confeſtim huiuſcemodi

Pſalm. 88. v. 6.

Agellius. Theodoret.

Digitized by Google

iuſcemodi *Mirabilia* appellet *Veritatem*. An Angellorum panegyris, arcana Dei immeratè attributa, & eius miriſſima opera deprædicans, falſitatis ſuſpecta eſſe poteſt de adulationis genio? An, quam Angeli Deo cantant hymnodia, de poëſeos licentiâ, *doctas fabulas ſecuta* videri poſſet, de tantâ *Mirabilium* ſublimitate? Idne præcaueat Propheta, dum *Mirabilia* Dei, quæ Angeli hymnis celebrant, ipſiſſimam *Veritatem* appellat? Reſcribam hîc plura Angelorum epithera, quæ Michaël Syncellus Orat. in Sanctos Dei Archangelos, iis verbis addenſat: *Anete Angeli iuſtiſſimi*, inquit, *lucis ſpeciem habentes, fulguranti habitu, ſceptra tenentes, tertia Dei nouiſſimaque diſtinctio, ac velut agmen claudens; comprehenſiua, totiuſque loco accepta pars; vnio ac commiſſio, circuitu vtens, appellatiua, pro nominis ratione ad aliquid habens: indefinita, ſurſum tendens; collectiua, in partes diſtributa, complexione vtens.* (Addit profundiùs.) *Poëtica, efficaxque, vniuerſalis, ſingularis, participans, abſoluta, non vt ars, ſed vt ipſa res declarans.* Ne autem alicui forſan videretur de Angelorum naturâ aut proprietate, audaciuſculè aut inſolenter dictum, quòd poſſit dici *Poëtica*; ſubiungit epitheti commentarium: Dicitur, ait, *Poëtica efficaxque, propter myſtici laudum cantici excellentem modulantiam; ac fortè propter extrema illius ac mirabilis tubæ clangorem.* Profectò cùm Angelorum *modulantia*, quâ Dei *Mirabilia* decantant, à Syncello dicatur, *Poëtica*, conſultiſſimè præcauet Propheta, ſicut aliàs Petrus, ne *doctas fabulas ſecuti* videantur: quare huiuſmodi Dei *Mirabilia*, ipſiſſimam eſſe *Veritatem* cautiùs aduertit: *Confitebuntur Cœli* (id eſt, Angeli) *Mirabilia tua Domine & Veritatem tuam in Eccleſia Sanctorum.* Nimirùm Angelorum de Deo *modulantia*, præ *Mirabilium* ſublimitate, forſan videri poſſet *Poëtica* ſed reapſe ipſiſſima Veritas eſt. Quod etiam pariter extendit ad clangorem Angelicæ tubæ, ortu rediuiuo mortuos redintegrantem. Reliqua Angelorum epithera, quæ Syncellus densè ſpiſſat, nec vacat, nec iuuat enucleatiùs expendere: ipſe breuem commentariolum ſingulis confeſtim ſubdit, vt pronum cuique ſit in illis Angelorum encomia auidiùs ruſpari.

Addenſa a Angelorum epitheta. Mich. Syncell.

Angelorum hymnodia dicitur Poëtica, & ipſa veritas. quo ſenſu?

Angelica tuba finaliter clangens, quo ſenſu dicatur Poëtica, cùm vera ſit,

Matth. 14. v. 31.

4. Pſalm. 67. v. 18. S. Hierony. Hebræus.

Pergit idem Pſalmographus, factus Angelorum encomiaſtes, *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium.* Pro τὸ *millia lætantium*, S. Hieronymus exſcribit, *millia abundantium*: & aliqui ex Hebræo vertunt *millia Angelorum*: quaſi perindè ſit, & in idem hîc recidat, *lætantes*, & *Angeli.* Nec modò *lætantes*, ſed etiam *abundantes*, nempè *abundantes* bonis omnibus, præſertim *lætitiâ*, qua ſic exundant, vt in homines vbertim exuberet. Hùc aduocare licet illud Michaëlis Syncelli, nuper laudati, qui ſic Angelos affatur: *O ſummè omnes venerandi. Omne enim per vos gaudium in ipſo conſummatum eſt, atque ad ſalutem conducens eruditio, ab antiquis, ac vſque modo.* O! ſic Angeli gaudio exundant, ſic ſtudent hominum gaudio, vt per *Angelos*, id eſt, *lætantes*, *omne gaudium* de Deo, & in Deo *conſummatum ſit*? Parum fuiſſet Angelo Raphaëli dixiſſe mœrenti Tobiæ: *Gaudium tibi ſit ſemper*, niſi gaudium, quod ſalutatione vouerat, ſtrenuo incunctanter opere perfeciſſet. Per Angelos enim *omne gaudium conſummatum eſt, ab antiquis, ac vſque modo.* Et bene *abundantes* nominantur; nam, vt iunior Tobias ad Patrem iam lætum dixit: *Bonis omnibus per eum repleti ſumus.*

Per Angelos, id eſt, lætantes, omne gaudium cōſummatum eſt. Micha. Syncell.

Tobiæ 5. v. 11. *Angeli, id eſt, abundantes.*

5. Numerorum 14 Hebræum populum nimis pauidum Ioſue & Caleb ſic alloquuntur: Nolite timere populum terræ huius, quia ſicut panem ita eos poſſumus deuorare: *Receſſit ab eis omne præſidium: Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere.* Pro τὸ *præſidium*, Chaldæus habet, *fortitudo*: viuaciùs in Hebræo fonte exſcribitur: *Receſſit ab eis vmbra eorum.* Scilicet ſicut *vmbra* nos à Sole protegit in æſtu, ita & *fortitudo* ſeu *præſidium* protegit à periculis & hoſtibus. Deus ergò qui hactenùs Chananæos conſeruauerat, iam ad aduentum Hebræorum ſubducebat eis ſuam protectionem vt caderent coràm Hebræis. LXX. Interpretes habent, *Receſſit ab iis tempus.* Valde ſudat comentatorum induſtria, vt exponant quodnam ſit hoc *præſidium*, quod tunc à Chananæis receſſit, quod *vmbra* nomine declaratur? Multa multi in re valdè ambiguâ. Neque adducar, vt credam hæc verba referri ad Iobum quo mortuo, receſſit regionis illius *præſidium*, *fortitudo*, *vmbra*, & ſoſpitatis *tempus*: tempora enim ſic parum cohærent, vt alia interim omittam. Nonnulli, vt notauit Pheſicthe, ſic locum tempeſtiuè exponunt: *Receſſit præſidium*, ſeu *vmbra eorum*, id eſt, *Angelus*, qui eos, quaſi ſub alis fouebat & protegebat. Sic dicitur Ruth *ſub Dei alas confugiſſe*, vt alia ſexcenta loca omittam. Nec mireris, ſi Angelus *vmbram* facit: facit & Spiritus-ſanctus, & virtus Altiſſimi, quæ Virgini Deiparæ placidè *obumbrauit* fotu miriſſimo. Adſimilem obumbrationem ſeu *vmbram* Angelus facit. O quanta ſub hâc ſimilitudine compendio abbreuiata latent! Sic Angelorum *vmbra*, noſtrum *præſidium*, eſt, *fortitudo* noſtra eſt; quin & *tempus* noſtrum eſt. O bonum feliciter *tempus*, quod gnome ſolaris vmbra non metitur, ſed fauentium Angelorum *vmbrâ* menſuratur! O adſit nobis *præſidium*. *fortitudo, vmbra*, & *tempus* noſtrum, Angelus, inquam.

Num. 14. v. 9. Chaldæus. Hebræus.

LXX. Interp.

Angeli dicuntur præſidium, vmbra, & tempus noſtrum.

Pheſicthe.

Ruth 2. v. 12.

6. Num. 14. v. 9.

Sanè à quibus recedit Angelus humanis culpis offenſus, *Receſſit ab eis omne præſidium*, & imbecillè inermes aduerſariorum triumphis militant. Nam vt ſcitè dixit Michaël Syncellus Oratione illâ in ſanctos Dei Angelos: *Atque vt quis ſedulò*, inquit, *perſcrutari velit, nulla miracula, nulla ſigna, nulla trophæa... aliter quàm ſanctorum Angelorum miniſterio exhibita fuiſſe inuenerit.* Nemo ſine Angelorum præſidio atque ope vllam reportat victoriam, trophæa erigit, triumphum adornat. Adſit Angelorum *præſidium*, & ſatis victoriatum eſt. Imò & à ſingulis parta victoria, omnium triumphus eſt, ne aliquis ſine reliquis *trophæorum* gloriâ pariatur; quaſi quilibet ſit vnus plures, vel ſolus omnes. Quod luculenter tradit S. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 18. ſic de Angelis loquens: *Quorum tamen omnium vna victoria eſt, ſui ſuper ſe Opificis voluntas ſumma, quam dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, numquam volunt. Benè ergò dicitur: Qui facit concordiam in Sublimibus ſuis.* Ecce tibi Angelorum *omnium vna victoria eſt*, quaſi in quolibet aliorum certamine quiſque vincat: ſicque ſine quolibet Angelo *nulla trophæa* ſunt, victoria nulla. Hinc ſupra

num.

Syncellus.

Nulla victoria trophæũ nullum ſine Angelorum ope.

Angelorum omnium vna victoria eſt.

S. Gregor.

Iob 25. v. 2.

Digitized by Google

num. 3. Angelus dici potuit, *vniuerſalis,ſingularis*. Quomodò autem Angeli *ſummam voluntatem* Dei *ſuper ſe* habeant, aliàs forſan enucleabitur.

---

§. X C V.

Præſcripta theſis de Angelorum præſtantiâ adhuc vberiùs adornatur.

1. Syncellus. Orat. in Dei Angelos.

Conglobata Angelorum elogia.

Noſtram materialem vitioſitatem abſumunt Angeli.

ADhuc ab eodem inibi Syncello ſic Angeli ſalutantur: præcones, Prophetæ Euangeliſtæ, diuini exploratores, cuſtodes, præſides, conſeruatores, exquiſitores, expenſores, rationum præfecti, *inſcriptores*, ianitores, *diuina ſpecula, viua ſimulacra*, vniuerſis hominibus dati comites, indeflexè Creatoris voluntatem facientes; vocem ſermonum eius inceſſanter audientes; *qui ſemper augeatis, ac proficiatis, iugitérque acceſſionem recipiatis*, (accidentariam, inquam) diſcipuli vos, *interpretéſque ac amici vniuerſorum Regis.... interminatiſſimi* & in ſeipſis *tanquam diuinum dominium atque auctoritatem ſpecie exhibentes.... quorum notæ & inſignia ſunt purgandi vis, omnémque prorsùs materialem vitioſitatem abſumendi..... omnipotentem verè ac ſolam poteſtatis conditricem Poteſtatem in vobis delineantes...* eximiè præſtantes, *diuino pollentes ornatu.... Auete Archangeli lucidiſſimi, manſuetiſſimi, terribiliſſimi, boni, lenes.* Hactenùs ſpartim ille; cuius ſententias ſingulas, ſi enuclearem ſigillatim, nimis longum feciſſem.

2. Pſam. 15. v. 10. Actor. 2. v. 24.

Matth. 28. v. 2.

Peccatoris animo emortuo, inſtar vermium ſunt Dæmones.

Titus Orat. in Ramos Pſalm.

Cur ſit Angelus Dominicæ incorruptionis & reſurrectionis aſſertor?

Regius Propheta Pſalmo 15. ſic pangit Chriſti nomine: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem:* quia vt ait S. Petrus, *impoſſibile erat teneri illum ab eo* (inferno) Indè conſultiſſimè Chriſtus priùs reſurrexit quàm vngeretur à mulieribus, vt oſtenderet ſe eâ vnctione non egere, vtpotè qui minimè putris iacebat in ſepulcro, & propriâ virtute reſurgeret: quod Angeli operâ peridoneè euulgatur: Angelus enim Domini deſcendit de cælo: *& accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.* Qui dixit mulieribus, qui ſacrum cadauer vngere feſtinabant: Scio quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt hîc: ſurrexit ſicut dixit: *Venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus.* Quid Angelis cum mortuorum ſepulcro? Quid tam ſollicitè Angelus ſatagit, vt mulierum vnctionem anteuertat, ne putetur Chriſti corpus vnguentorum beneficio, à vermibus & putredine exemptum? Profectò altè dixit Titus Boſtrenſis de naturâ humanâ: *Quamquam illa in præuaricationis peccato fœteret, quamquam in Idololatria peccato putruiſſet, quamquam ei Dæmones inſtar vermium dominarentur*, &c. Scilicet peccator Deo mortuus eſt,& viuum cadauer;huius autem cadaueris, Dæmones inſtar putredinis, *vermium*, fœtoris, ac corruptionis ſunt: cùm ergò Domini *ſepulcrum* fore dicatur *glorioſum*; Angelorum munus erit, æmulâ operatione, incorruptionem Dominici cadaueris, à *vermiũ* putredine ac corroſione aſſerere aut publicare. Ergò Angelus anteuertat muliebre vngendi ſtudium, ſedeat ſuper monumenti lapidem, cum mulieribus ad monumentum deſcendat, vt à Domini corpore corruptionis ac *vermium* ſuſpicionem aut opinionem excutiat, & numquam putre Domini reſurgentis corpus, oſtendat, ac fundet. Angelus *ſedebat ſuper eum* (lapidem,) *vt eſſet cuſtos ſepulcri Domini*, ait S. Hieronymus: *Sedebat*, ait S. Thomas) *cui nulla inerat laſſitudo, vt fidei Doctor, vt reſurrectionis magiſter: ſedebat ſuprà petram, vt ſoliditas ſedentis daret credentibus firmitatem.* Quod ad miniſteriale Angelorum officium, ex munere pertinebat. Nam ſi Dæmones ſunt mortuorum in peccato *vermes*; Angelus ſit Dominicæ incorruptionis aſſertio, & à *vermium* ſuſpicione ſedulus vindex. S Hierony. S. Thomas.

3. Pſalm. 103. v. 4. Græci Patr.

Perſeuerantia eſt Angelorum æmulatio.

S. Chryſoſt.

Deus & Angeli ſententiosè igni comparantur.

S. Iſid. Peluſ.

Act. 2. v. 3.

Iacobi 1. v. 17.

Ioann Alba. Syncell. 3.

Pſalmo 103. ſic Dauid pangit: *Qui facis Angelos tuos ſpiritûs: & miniſtros tuos ignem vrentem.* Græci Patres ibidèm in Commentario, ſic locum exponunt: *Dicitur facere Angelos ſuos ſpiritus, id eſt, conſeruare illâ ratione quâ facti ſunt:* quaſi qui eâ ratione qua benè eſt, perſeuerat, quin degeneret in deterius, *ſpiritus* ethicè appellari poſſit ac ſi angelicam naturam de perſeuerantiâ æmuletur. (de quo alibi forſan) Ceterùm S. Chryſoſtomus in Catenâ Corderij, hanc ſententiam aliter interpretatur: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*, &c. *A miniſtris Dominum deſignat. Si enim incorporei ſpiritus & ignis, multò magis Dominus incorporeus: alioqui verò hîc non declarat, quid tandem ſint ſecundùm ſubſtantiam, ſed eorum operationem per hæc elementa deſignat.* Itaque cenſet Chryſoſtomus hîc non exponi Angelorum ſubſtantiam, ſed operationem igni ſimilem, vt per eam Angelorum Dominus ac Deus cognoſcatur. O bona Angeli, velut ignis operatio, quæ Diuinitatis commentarius eſt, & ad notionem illius manuducit! Eleganter Iſidorus Peluſiota in Catenâ Græc. Lucæ 3. ita ſcribit: *Quam ob cauſſam diuina ferè omnia Ignis nomine deſignantur? Deus enim ignis dicitur, & Angeli ignis vrens; & apparuerunt Apoſtolis linguæ inſtar ignis. Exiſtimo propter abundantiam, & copiam inuidiæ expertem, atque diuitias: quandoquidem vnus ignis mille lampades accendat, nec minuatur, ſed alias iterùm totidèm, imò plures valeat accendere.* Ecce tibi quàm appoſitè dixerit Chryſoſtomus. *Et miniſtros ſuos ignem vrentem. A miniſtris Dominum deſignat.* Porrò hoc *ignis* elogio, quod in Deo prælucet, & mirè elucet in Angelis; diuina auguſtiùs munificentia, in beneficentiâ Angelorum impreſſiùs declaratur. O, ſic eſt interminata Angelorum benefica largitas,vt in eis munificentior Dei bonitas, pietas, clementia, omníſque illius vis benefica, viuaciùs transluceat? Ita quidèm, *quandoquidèm vnus ignis mille lampades accendit, nec minuitur.* Sic Angeli diuinam largiùs beneficentiam, *ignis* vocabulo æmulantur? Fallor, niſi hùc adludit Iacobus cap. 1. aiens; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſursùm eſt, deſcendens à Patre luminum*, id eſt, Angelorum, vt quidam interpretantur. Hinc Ioannes Alba Electorum cap. 16. *patrem luminum* commentatur *auctorem omnium bonorum.* Quare Angeli, *diuina ſpecula, & viua ſimulacra*, à Syncello nominantur.

Iſaias cap. 6. agens de Dei ſolio, ita ſcribit: 4.
Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, *& duabus volabant.* Iſaiæ 6. v. 2.

Dubium

Angelus quaſi flamma, ſtando volat.
Pſalm. 103. v. 4.

Dubium vulgò ſudatum quomodò Seraphim ſtant ſimul & volant: nam ſtatio volatum non patitur, & volatus ſtationem excludit. Verùm enimuerò ex nuper aduocato Pſalmi loco, *Qui facit Angelos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*, S. Bernardus ſerm. 4. de verbis Iſaiæ, ſic vulgarem quæſtionem ſingulariter extricat: *Vide*, inquit, *flammam quaſi volantem & ſtantem ſimul, nec miraberis iam Seraphim ſtantes volare, ſtare volantes.* Quid accommodatius? Indè forſan à Michaële Syncello dicitur Angelorum natura, *Comprehenſiua, totúſque loco accepta pars.... indefinita, ſurſum tendens, collectiua, in partes diſtributa complexione vtens,* Quaſi de agilitate immenſitatem æmuletur.

S. Bernard.
Mich. Syncell. ſuprà.

5. Regius Propheta Pſal. 90. ſic occinit: Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. *Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte, offendas ad lapidem pedem tuum.* Id eſt, in omnibus vicis, foris, plateis per quas ambulas, in omnibus itineribus & locis, in omnibus occupationibus, negotiis, exercitiis, quibus inſudas: quia in omnibus eſt lapis offenſionis, petra ſcandali, laqueus & rete tentationis ab hoſte poſitum aut manifeſtè aut occultè tam in proſperis quàm in aduerſis: Ne autem paſſim impingas, & miſerè cadas, adeſt Angelus in omnibus viis tuis. Quomodò autem Angelus in viis noſtris nos cuſtodiat, ne vnquam offendamus, ſingulariter tradit Anonymus in Græcorum Patrum Catena opinatiſſimus: *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis,* &c. *Angeli autem,* inquit, *mandatum à Domino accipientes cuſtodient virum probum ab omnibus actionibus & operationibus inimici, & vias eius ſuſtollent, propriis manibus ipſum eleuantes. Hæ autem ſunt Angelicæ operationes, ne pes animæ illius ad lapidem offendat.* Nimirùm quaſi parùm foret Angelis, hominem propriis manibus eleuare, ne pes illius ad lapidem offendat; addit, quòd Angelus *vias eius ſuſtollit*: quaſi perindè ſit, in idémque recidat, Angelum *cuſtodire eum in omnibus viis ſuis*, ac *vias eius ſuſtollere.* An ipſas *vias*, per quas homo ambulat, vel potiùs humi repit, Angelus eleuat, *ſuſtollit*, ſublimat, quò per altas ac ſublimes *vias* generosè incedat? O quàm eſt nouum ac infrequens, *vias* ipſas in terrâ tritas ſublimiter *ſuſtollere*, vt per eaſdem vias incedens, iam ſublimis incedat; quaſi in terrenis viis veſtigia figens, inſolenti viarum eleuatione, nouus præcelsè viator per æthera

Pſal. 90. v. 11. & 12.
Anonym.
Angeli nos in viâ cuſtodiunt, quia terrenam viam ſuſtollunt.

6. incedat, & cælis propiùs vicinetur: *Vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis*, id eſt, *Et vias eius ſuſtollent.* Quod ſi relatiua vocula *eius*, appellet ſuprà ſuppoſitum proximè præcedens, nempè *inimici*, ſenſus ad rem luculentior euadit: *Angeli cuſtodient virum probũ ab omnibus actionibus & operationibus inimici,* hoc eſt, *Vias eius (inimici,* inquam) *ſuſtollent.* Quaſi Angelus, iniquitatis vias, quas deprauauerat inimicus homo aut Dæmon, & per quas diu cum peccatoribus, peccator & ipſe triuerat inceſſu improbo, Angelus ſurſùm eleuet, & mitiſſimè *ſuſtollat.* Quod forſan Dauid Pſal. 118. auidè expetebat, ſic Deum orans: *Viam iniquitatis amoue à me.* An non ſatiùs, imò & faciliùs foret, vt ipſe ſe *amoueret* à viâ iniquitatis, & per viam æquitatis incederet, quàm, vt viam à ſe *amouendam* poſtularet? Quis vſquam expetiiſſe legitur, vt via ſeu iter, per quod hactenùs inceſſerat, à ſe amoueretur, ne exinceps per illud incederet? O ſublimiſſimè miniſteriale Angelorum ergà homines obſequium! *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis,* hoc eſt, Angeli cuſtodient te ab omnibus actionibus & operationibus *inimici & vias eius ſuſtollent.* Nempè *tollitur via* praua, quam hactenùs inimici maleſuadâ operâ ſtudiosè triuerat, & per quam malè ambulauerat: & ita miniſterio Angelorum, cumulatiùs Dauidis votum impletur: *Viam iniquitatis amoue à me.* Profectò viam *amouet*, qui *ſuſtollit* viam.

Viam iniquitatis amouent, & ſuſtollunt Angeli.
Pſal. 118. v. 29.

---

§. XCVI.

Laudationis Angelorum auctarium.

1. PVlchra Dauidis ad Deum vox eſt: *Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus: qui mandas ſalutes Iacob.* Quæ ſunt iſtæ *ſalutes*, pluratiuo vocabulo cum emphaſi expreſſæ, quas non Iſraëli, id eſt, videnti Deum (vt à multis exponitur;) ſed Iacobo, id eſt, ſupplantatori, & ſupplantationi obnoxio, à Deo beneuolentiùs *mandantur*? Citò dicam cum Ambroſio: *Mandauit autem Salutes Iacob: quia in ſingulis oraculis ſalus eſt, in ſingulis quoque ſalus eſt manſionibus: Salus in miniſteriis Angelorum, qui ad protectionem hominum deputantur.* Quaſi Iacob mandare *ſalutes*, ſit illius tutelæ *Angelos* deputare. Nimirùm ſingulos Angelos, non vnam hominis ſalutem, ſed plurimas eiuſdem *Salutes* puta, & Raphaëles reputa: Raphaël enim ſonat, *medicina Dei*: Dei autem medicina, hominis ſalus eſt: imò & multiplex ſalus: *Qui mandas Salutes Iacob*, id eſt, *Angelorum miniſteria.*

Pſal. 43. v. 5.
S. Ambroſ.
Mandare Salutes Iacob, eſt Angelorum miniſteria illi deputare.

2. Lucæ 15. fatuâ erroribus ouiculâ feliciter inuentâ, aliam parabolam his verbis Chriſtus proponit; Quæ mulier, inquit, habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam, & euerrit domũ, & quærit diligenter, donec inueniat? *Et cùm inuenerit, conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coràm Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Cùm horum verborum ſenſus ſub ænigmatis nubilo parabolicè propoſitus ſit, videndum eſt quid quæque vox, non in cortice, ſed in medullâ ſignificet. S. Ambroſius lib. 7. in Lucam, per hanc *drachmam* intelligit humanam naturam: *Non otioſum*, inquit, *quòd mulier illâ drachmâ lætatur inuentâ. Non mediocris hæc drachma eſt, in quâ Principis eſt figura. Et ideò imago Regis, cenſus Eccleſiæ eſt.... Drachma ſumus, habeamus pretium.* Scilicet homo eſt *drachma* ſeu nummus Dei imagine impreſsè ſignatus. Quæ autem ſit hæc Mulier, quæ etiam vicinæ & amicæ, S. Gregorius homil. 34. ſic exponit: *Qui* (Chriſtus) *ſignificatur per paſtorem, ipſe & per Mulierem. Ipſe etenim Deus, ipſe Dei Sapientia.* Et nonnullis interiectis: *Quæ amicæ vel vicinæ, niſi illæ poteſtates cæleſtes ſunt iam ſuperiùs dictæ?* Vndè Euangeliſta concludit: Ita dico vobis:

Lucæ 15. v. 9. & 10.
Homo eſt nummus, Dei imagine inſignitus.
S. Ambroſ.
S. Gregor.
Cur Angeli ad congratulationem de inuenta drachmâ inuitentur.

Gaudi

Digitized by Google

Gaudium erit coràm Angelis Dei. Sed quid eſt, quod Chriſtus inuentâ humani generis drachmâ, conuocare dicitur Angelos, non vt illos faciat de eiuſmodi inuentu aut reſtauratione certiores; ſed vt ipſi de inuentæ drachmæ felicitate gratulentur? Imò & quid eſt, quòd agilis & vrbana Angelorum natura, velut tardæ pigritiæ, & quaſi inurbanæ inciuilitatis argui videtur, cùm neceſſe fuerit, vt eos Chriſtus ad inuentæ drachmæ gratulationem excitarit? An cunctanter agunt Angeli expectantes, vt ipſis gratulatio fiat? Nimirùm Chriſtus Paſſionis ſuæ operâ, & gratiæ ſollertiâ hominum drachmam inuenit: Angeli autem tam ſedulo obſequio, tam diligenti ſollerter miniſterio ad beatam hominum felicitatem adiuuant, ſic de eorundem inuentu exultim lætantur, vt velut piâ quadam ambitione, ſibi gratulandum expectant, aliquâ Dominici gaudij æmulatione. Niſi forte per *τὸ congratulamini mihi* & ſibi gratulandum Chriſtus innuat, & ipſis etiam Angelis gratulandum, quaſi ad mutuam *congratulationem* inuitentur. Quare lætitiæ Angelorum explicatiùs Chriſtus meminit: *Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coràm Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.*

3. Canticorum 3. ſponſa, id eſt, anima ſancta videndi ſponſi deſiderio extimulata, circuit ciuitatem, per vicos & plateas quærit quem diligit, nec quæſitum inuenit. Eum autem adhuc quærens, ait: *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem* (quos interrogaui, dicens:) *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Hi excubitores, vigiles, ſeu cuſtodes ciuitatis, ſunt Angeli Eccleſiæ & fidelis animæ cuſtodes, qui ſponſum, ſcilicet Deum clarè vident facie ad faciem, eiuſque notitiam & amorem hominibus ſtillant. Vndè homines pij eos ſæpè inuocant, & de dubiis, modóque Deum inueniendi, eique placendi conſulunt. Ita Theodoretus, & tres Anonymi apud ipſum, Nyſſenus homil. 6. S. Ambroſius lib. de Iſaac cap. 5. S. Bernardus, Pſellus, & alij paſſim. Sed grande dubium eſt, quo pacto anima pia & fidelis ambigat, an ſancti Angeli Deum viderint, videántque? An non fidei dogma eſt: *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt?* Cur ergò anima fidelis ac pia, tamquam dubia ipſos interrogans, ait: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Ecquid piam ac fidelem animam, de beatâ Angelorum viſione velut dubiam reddit? Belliſſimè Richardus Victorinus in Cant. part. 2. cap. 4. ita ſcribit: *Certò ſcit, quòd Angeli Dei viſione fruantur; ſed miratur, & quaſi indebitum arbitratur, vt Deum videant, & ſe expertem viſionis illius relinquant.* Scilicet Sponſa tam altam ebibit mentem de Angelorum ergà ſe charitate, ac beneuolâ negotioſè ſollicitudine in cæleſtium bonorum negotio, quorum participium ſollerter hominibus exambiunt, vt ſpecie dubij exaggeratiùs admirentur, quo pacto fieri poſſit, vt ipſi Angeli hominum peramantes, Deum clarè videant, & eius clarâ viſione beatè potiantur, neque ipſa ad ſimilem Dei viſionem adhuc admittatur. *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Quaſi quodammodò dicat querula: O ſancti Angeli: Plus fortè de veſtrâ ſedulitate ſperaueram, quàm reapſe aſſecutâ ſum: Rei admiratio propè in dubium degenerat, an & vos videatis Deum, ad cuius viſionem necdùm me perduxiſtis, cuius me nunc exortem queror. Hæcne veſtra in homines fideles ac pios charitas, & experta beneficentia? Voſne pacatè fruimini viſione beatâ, quâ Deum clarè videtis, quin illam velut inquietet, quòd ego nondùm illâ potiar? *Certò ſcit, quòd Angeli Dei viſione fruantur; ſed miratur, & quaſi indebitum arbitratur, vt Deum videant, & ſe expertem viſionis illius relinquant.* Vndè profundiori ſtilo velut ambigua illos interrogat: *Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Hæc pulchra exaggeratio, ſeduluin Angelorum ergà homines ſtudium, præclare manifeſtat.

Cant. 3. v. 3.

Theodoret.
Tres Anonym.
S. Nyſſenus.
S. Ambroſ.
S. Bernardus
Pſellus.
Matth 18. v. 10.

Richardus Vict.
Quàm ſollerter Angeli ſua beatitudinis participium hominibus exambiant.

Lucæ 22. Chriſtus Deus paſſioni ac morti proximus, præ metu anxius verum ſe probat hominem *Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum.* Hinc ſubtiliter contentioſum oritur inter Expoſitores litigium, quo pacto Chriſtum Deum Angelus confortaſſe eualuerit? Noſter Haye tom. 2. cap. 179. Not. 4. elegantem Angeli ad Chriſtum orationem commentatur, vt illum confortet. Et poſt multa, ita ſcribit: Quamquam infirmus in animâ & corpore appareas, fortior tamen es Principe huius mundi. Tu es victor mortis, peccati, & inferni. *A te omnes creaturæ, etiam nos Angeli, fortitudinem accepimus: omnes electi per te confortabuntur.* Quaſi Angelus confortare dicatur Chriſtum, quia ipſi etiam Angeli à Chriſto fortitudinem accipiunt, ab eoque confortantur; quod eſt nouum confortationis genus. Quod mutuaſſe videtur à Michaële Syncello, Orat. illâ in ſanctos Dei Angelos, vbi ſic fatur: *Tum rurſus, cùm ad ſalutis mundi cauſiâ ſuſceptam paſſionem veniſſet, Angelus de cælo veniens duplici ei naturæ debitum impertiuit: atque vt Deo quidem vero in morem ſerui miniſtrabat: vt verò iterum veritate hominem, metúque mortis anxium, affectúmque confortabat; diuinum implens ad Moyſen ac populum, factum de ipſo oraculum: Adorent eum omnes Angeli Dei. Itémque: & confortentur in eo omnes filij Dei.* Miriſſima ſanè eſt, & arcana è diuerſo locutio, quòd dicatur apparuiſſe Angelus Chriſtum *confortans*, vt diuinum impleretur oraculum ad Moyſen & ad populum factum, quòd *adorent eum omnes Angeli Dei, & confortentur in eo omnes filij Dei*, Angeli, inquam. An tunc Angelus dicitur *confortans* Chriſtum Deum, quia Angeli fortitudinem accipiunt à Chriſto Deo, ab ipſóque potiùs Angeli *confortantur*? Chriſtúſne confortetur, quia Angeli confortantur? Sic Angelorum confortatio, & adſpiratus eis vigor, Chriſto militat, vt eorum vigore confortari dicatur? Grandius hoc, & ineffabiliter arcanum Angelorum eloquium! Nimirùm more humano induci videntur Angeli tempore Paſſionis, quemadmodùm in iudicij die, pauentes; cùmque Chriſtus Deus eos confortat, ipſe *confortari* perhibetur. Quare poſtmodùm dixit Petro: Conuerte gladium tuum in locum ſuum. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Hæc Syncellus, ad rei ethicæ acumen, potiùs quàm ad litteræ rigorem, dixiſſe putauerim.

4.

Lucæ 22. v. 43.

Haye noſter in Euang. Diſput.

Syncellus.

Deuter 32. v. 42. & 43.
An Angelus confortat Chriſtum, quia Angeli à Chriſto confortantur?

Matth. 26. v. 53.

Geneſeos 28. vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens 5.

Digitized by Google

cælum: *Angelos* quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, illi magnifica promittentem. Cúmque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* (Geneſ. 28. v. 16.) Videtur Iacob adhuc ſemiſopitus hæc dixiſſe; cùm profiteatur neſcire, quod neſcire non poterat, niſi Dei immenſitatem non ſciret. Audiendus eſt S. Bernardus (S. Bernardus) ſerm. 6. de Dedic. Eccleſ. ſic ad rem fatus: *Quomodò tantus Patriarcha neſcire poterat, quod non eſſet locus, vbi non eſſet Deus? Sed fortè aliud eſſe miratus eſt, vbi ait: Verè Dominus eſt in loco iſto. Ibi verè Dominus eſt, vbi in eius nomine Angeli ſimul & homines congregantur.* (*Angelica ergà homines obſequia, demonſtratio Dei præſentis dicitur.*) Benè Theologus Iacob non ignorabat, Deum per immenſitatem vbiuis eſſe; at videns ibi Angelorum frequentiam, tanto diuinæ maieſtatis, ac beneficentiæ diuinæ ſtupore correptus eſt, vt manifeſtiſſimè indè cognouerit, auguſtiorem inibi Dei præſentiam. Profundè Auguſtinus (S. Auguſt.) ibidèm in locutionibus: *Eſt Dominus in loco hoc, ac ſi diceret: Eſt hic demonſtratio Domini: non enim Dominus in loco eſt.* Scilicet Deus per immenſitatem vbiuis ineffabili modo eſt, & propriè in loco non eſt: at vbi videt Iacob quòd *in Dei nomine Angeli ſimul & homines congregantur*, tot tantiſque donis indè homo cumulatur; Eiuſmodi Angelorum præſentia, & gratiarum indè cumulus, *Demonſtratio Domini* nuncupatur. O! Angeli præſentia, eorum ergà homines obſequia, & opulentiora largiùs beneficia, *Domini Demonſtratio* eſt? O noua Auguſtino auctore, Diuinitatis *demonſtratio*!

---

§. XCVII.

Angelicæ laudationis clauſula.

1. GEneſeos 19. Angeli ad Sodomorum excidium miſſi, ſpecie humanâ apparentes, *viri* in ſacrâ Hiſtoria nominantur, eos Lot tamquam viros hoſpitio & conuiuio excipit, & à ciuium ſalacitate tuetur. Et cùm iam iam immineret vrbis incendium, ita notanter ſcribitur: (Geneſ. 19. v. 15.) *Cúmque eſſet mane, cogebant eum* (Lotum) *Angeli, dicentes: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas cum ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius.* &c. Quæ verba ſic inibi exponit (S. Chryſoſt.) Chryſoſtomus: *Iam non vt de viris loquitur dees Scriptura diuina, ſed .... Angelos eos nominat, & dicit: Apprehenderunt manum eius, & manus filiarum eius, eò quòd parceret Dominus. Animabant eos manuum contactu, & roborauerunt eorum alacritatem.* (*Angeli nominantur viri, quouſque beneficentiâ ergà homines oſtentent.*) Nimirùm cùm hactenùs Loti obſequia gratanter excipiunt, *viri* dicuntur; quandò autem ipſi largiùs ſe benefici ergà Loti familiam exhibent, eámque ab imminente excidio properanter eripiunt, ne ſimul cum ciuitate nefariâ miſerè decinereſcant; tunc, tunc quidèm auguſtum Angelorum nomen dedicant, generoſo Angelici nominis auſpicio. *Non iam vt de viris loquitur de eis Scriptura diuina, ſed Angelos eos nominat:* quaſi hactenùs intermiſſum Angelorum nomen, largior ergà homines beneficentia, & maturior ſecuriùs tutela, incunctanter redemerit; & qui rem nominis fecerint, tanto nomine nobiliùs decorentur.

Actorum 7. S. Stephanus breui compendio Hebrææ gentis hiſtorias perſtringens, ita fatur, 2.
agens de Moyſe: Expletis annis quadraginta, *apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus in igne flamma rubi.* (Actor. 7. v. 30.) Moyſes autem videns, admiratus eſt viſum, & accedente illo vt conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini, dicens: *Ego ſum Deus Patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*, &c. *Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & deſcendi liberare eos.* Ex hâc Stephani oratione, celebris illa quæſtio dirimitur, an Deus ipſe, an Angelus Dei nomine, toties in veteri Teſtamento apparuerit, & tot opulentè beneficiis Hebræum populum cumularit? Porrò Stephanus Euangelij miniſter ſtrenuus, tametſi in Exhodo audit: *Ego ſum Deus Patrum tuorum, Deus Abraham*, &c. *Vidi afflictionem populi mei, deſcendi liberare eos*; tamen eiuſmodi verba iam in Dei *Angelum* perſpicuè refert, quod non ita euulgatum olim fuerat apud Hebræos; quorum plures ſeriò cenſebant, ipſummet Deum iſtiuſmodi beneficia & liberaliter polliceri, & largiùs præſtitiſſe. Audiendus eſt ſapientiſſimus Abulenſis (Abulenſ.) qui in Matthæi cap. 17. quæſt. 77. ſic de hâc re appoſitè philoſophatur: *Nam ſi omnia*, inquit, *quæ Deus per Angelos efficiebat circà Iſraëlitas, ſcirent Iſraëlitæ facta per Angelos, putarent ſe nimis teneri Angelis, qui eis tanta beneficia contulerant. Et tunc tanta eſſet gratiarum actio, ad quam crederent ſe teneri Angelis, quòd parum Deo teneri ſe putarent, aut non valdè multum*, (*Deus præcauet, ne Angeli tot hominibus beneficia præbere videantur.*) Neſciant, neſciant Iſraëlitæ tot tantáq; beneficia per Angelorum manum accepiſſe, & miniſteriali Angelorum officio ita ſumptuoſiùs auctos, ne Deo *parùm*: Angelis verò *nimis teneri* reputent, & gratitudinis opinatæ genio, honorem, gratitudinem, & obſequium Deo tamquam bonorum auctori debitum, humano ruditer commentatio, gratanter in Angelos transferant. Dicam expliciùs Hiſpanè: *Llego Dios à tener zelos de los Angeles*: quare ſollertiùs præcauet, ne non beneficè miniſteriale eorum officium, officia diuina reputentur; atque manum donorum plenam, citiùs quàm donorum præbitorem ſuſpiciant, & pro acceptis largiùs muneribus gratanter nimis venerentur. Opinor, hæc Dei cautela, exaggeratiòr Angelorum panegyris eſt, qui tantâ gloriâ apud homines pollent, vt Deo inuidiam quodammodò facere videantur.

Lucæ 1. Angelus Gabriel diuini Verbi corporandi nuncius à Deo miſſus ad Virginem Deiparam; ſic illam & obſequenter, & magnificè 3.
ſalutat: *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* (Lucæ 1. v. 28.) S. Gregor. Thaumaturgus homil. de Annunt. (S. Gregor. Thaumat.) S. Hieronymus (S. Hierony.) epiſt. 140. Nicephorus (Nicephorus) lib. 1. cap. 8. aiunt, Chriſtum incarnatum cùm Angelus Deiparam ſalutauit, dicens: *Aue gratiâ plena.* Tanti fecere Angeli verba, vt eis peractum Incarnationis myſterium cenſere videantur. Quâ ſuper re ita ſcribit S. Athanaſius (S. Athanaſ.) Serm. de ſanctiſſ. Deiparâ: *Etiam hic animaduertimus vocem illam ſalutationis, Angeli eſſe vocem, quæ pro ſono ſuo quo efferebatur, ſignificationem habuit: verùm eam ipſam nequaquam fuiſſe Filij hypoſtaſin, aut carnem eſſe factam, ſed pro ſuo ſono, loquendíque rationi*

ratione diuerſam fuiſſe à Verbo Dei, quod in vterum Virginis pariter deſcendit. Faceſſat hæc erronea Angelicæ dignitatis exaggeratio: non enim Angelus, ſed Pater Deus Verbum diuinum loquitur. Pergit ergò Athanaſius: *Cùm igitur diuerſa ſit à voce Archangeli, hypoſtaſis Verbi, & Filij Dei; ſimul ac aperirentur aures Virginis per Angelicum ſonum, introgreſſa eſt in eam diuina Filij eſſentia, adeò vt nec ipſa Virgo hæc cognouerit; cognouerit autem Dei Filius quo pacto introierit.* Vide hîc quàm altè auguſtéque magnus Athanaſius ſenſerit de Angeli voce, quaſi eâ fuerit operatorius ſermo, ad cuius ſonum, cùm dixit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum; introgreſſa ſit in* Deiparam *diuina Filij eſſentia.* Mitto hæc; nam S. Bernardi hâc de re ſententiam, olim inibi multis aſtruebamus.

Quàm putetur efficax Angeli vox ad Deiparã.

4. Zachariæ 3. Et oſtendit mihi Dominus, inquit, Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini: *Et Satan ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei.* Nempè Satan Diabolorum aſtutiſſimus, ſic in Dei tribunali accuſabat Ieſum filium Ioſedec Sacerdotem magnum, vt dicatur eſſe *à dextris eius*, hoc eſt, ferè iam potior in lite, quia delictum ſpecie tenùs flagitioſum, reâpſe nullum, ſic eloquenter ad malitiam colorabat, ſic veroſimili commento exaggerabat, vt iam *à dextris eius* ſtare videretur, præiudicio iudicium ferè anteuertens. Tantùm licet Diabolicæ malitiæ, quam mentiri non pudet, & quam infernale odium inſtigat, & ingenij ſubtilitas peruerſè fauet? Hæc humano more inducuntur. His calumniis occurrit Regina Angelorum; eam enim ſic alloquitur Ioannes Geometra Hymno 3. *Gaude quæ abſterſti* (abſterſiſti) *vitij commenta nefandi .... quæ infandi millena volumina ſoluis Dæmonis.* Opinor, hoc elogium alibi expenſum, in encomiis Reginæ Angelorum, idoneè etiam Angelis accommodatur, qui in humanis cauſſis millena Dæmonum volumina ſoluunt, & mendaciſſima eorum in nos *commenta abſtergunt.* Verùm cùm S. Athanaſius bonum Angelum, *Angelum æquitatis* appellet; coniectare liceat bona in bonum *commenta* pro hominibus bonos Angelos ingeniari. Sic enim Raphaël Angelus ad ſeniorẽ Tobiam fatur: *Quandò*, inquit, *derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tuâ, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Profectò tametſi Tobias perſæpè mortuorum cadauera ferebat domum, & noctu ſepeliebat; attamen ſemel *prandium dereliquit*, vt pium ſepulturæ officium defunctis præſtaret: eâ verò ingenij ſubtilitate ſingularis prandij derelictio coniuncta eſt cum multis ſepeliendorum cadauerum officiis, vt (quin Angelus veritati defuerit,) ſi ſpecie tenùs vibretur cenſura verborũ, poſſet quiſpiam forſan cenſere, non ſemel prandium reliquiſſe, vt mortuos ſepeliret. Semel id præſtitit Tobias: at *Angelus æquitatis* aduertens ad nefaria Diabolorum *commenta*, quibus humana ſcelera mendaciter augentiſe (vt par eſt) continens intrà meraciſſimæ veritatis cancellos, bonis hominum operibus bona addit *commenta*, quò pia merita ſumptuoſiùs commendet, & de aliorum bonorum operum conſortio & participio glorioſiùs nobilitet. Vndè veriſſimo *commento* Tobiæ dicit: *Quandò derelinquebas prandium tuum, & mortuos ſepeliebas*, &c. P. Didac. Celada in Ruth.

Zachar. 3. v. 1.

Geometra.

S. Athanaſ. alibi expenſus.

Tobiæ 12. v. 12.

Angelus æquitatis, bona hominũ opera in bonum cõmentatur.

& tamen vnum dumtaxat mortuum tunc ſepeliuit; aliàs ſepeliuit plurimos. O bonus *æquitatis Angelus*, qui æmulæ Poteſtatis malitiam bonitate exæquat, imò longè exuperat!

5. Tobiæ 5. Tobias iunior de Patris iuſſu egreſſus quærere longioris viæ ſocium inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem præcinctum, & quaſi paratum ad ambulandum. Et ignorans quòd Angelus Dei eſſet, Raphaël, inquam, adduxit eum ad Patrem ſuum. Qui dixit ad eum: Rogo te, indica mihi, de quâ domo, aut de quâ tribu es tu? *Cui Raphaël Angelus dixit: Genus quæris mercenarij, an ipſum mercenarium? .... Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius.* Vide hic miram dignationem & demiſſionem magni S. Raphaëlis, qui ſe vocat, facítque quaſi ſeruum mercenarium pauperis Tobiæ; vndè & ſerui formam, ſpeciémque induerat. Cauſſam dat S. Auguſtinus Serm. 223. de Tempore: *Quid meruiſtis pater Tobit* (ſic etiam Græca vocant patrem Tobit,) *filiúſque Tobia, mercenarium habere cæleſtem, & tamquam operarium locare terreſtrem? Celauit vobis Angelus nomen, Azarias ſum, inquit, Ananiæ magni filius: & non dixit, Ego ſum Raphaël Angelus. Celauit in primo nomine dignitatem, ne faceret locatori terrorem.* Ceterùm cùm Angeli in ſe non habeant nomina, cùm inuicem videant, & colloquantur facie ad faciem; ea ſortiuntur & aſſumunt, ratione miniſterij, quod apud homines obeunt. Vndè hic Angelus non ſolùm dicitur Raphaël, id eſt, *curatio Dei*, ob ſanitatem Tobiæ & Saræ reſtitutam: ſed etiam hîc multiplicat appellationes, quò glorioſa apud homines miniſteria publicet. Ait enim: *Ego ſum Azarias Ananiæ magni filius.* Porrò Azarias, vt ex Hebræâ nominis origine obſeruat Cornelius, poteſt interpretari, *Beatus*, vel *beatitudo Dei.* Sic homines Angelus beare ſatagit! Vel τὸ Azarias ſignificare poteſt *theſaurum Dei*, ſeu *diuitem Dei*, aut *diuitias Dei.* Sic homines cæleſtibus gazis Angeli opulentant! Sic *mercenarius cæleſtis*, dum tamquam *operarius terreſtris* ſuam operam pactâ mercede *locat*, homines locupletare ac beare lucroſè negotiatur! Denique Azarias ſignificare etiam poteſt, *prohibitio Dei*, vel *retentio Dei.* ô bonum boni Angeli miniſterium, Deum *prohibere*, ne puniat homines tot ſcelerum reos: Deum *detinere*, ne malè offenſus, ab hominibus elabatur, ſéque ab eis abſentet. Itaque hic Angelus & *curatio* Dei eſt, & *detentio* Dei, Dei *diues*, & *beatitudo* Dei. Ne ergò deſidia noſtra tot præluſtria Angelorum ergà homines munia, ingratiſſimè fruſtretur.

Tobiæ 5. v. 17. & 18.

S. Auguſt. Græcus.

Sit nobis Raphaël, Dei curatio, detentio Dei, Dei diues, & beatitudo Dei.

Cornel. ibi Hebræus.

§. XCVIII.

Pulchritudo eſt temporis ludibrium, modici temporis tyrannis, phlegma per cutem pulchrè tranſlucens, ſilens fraus, Diarius flos, atque alienum bonum.

1. SCitè Plutarchus lib. de Inſtit. liberis, ita ſcribit: Bona, inquit, humana, tenuia, neque admiranda ſunt. Nobilitas res eſt honeſta quidèm, at maiorum bonum. Opes præclaræ, at fortunæ poſſeſſio, quandò poſſeſſoribus eas ſub- *Plutarchus.*

Digitized by Google

Pulchritudo penè antequam floreat deflorescit. Philo. indè detrahit, nec ſperantibus verò ſubitò confert, & in partem eius veniunt vel deterrimi. Sanitas chara, at fluxa. Magnæ eſt dignationis robur, at morbis opportunum, & ſenio. *Porro, res gloria eſt ampla, at lubrica. Forma elegantia ſummis votis expetenda, at breuis æui.* Adeò vt Sapienter dixerit Hebræus Philo. lib. Prouidentiâ: *Ob formoſitatem corporu ſe iactare, & laudes aucupari, mentis compos nemo poterit, quæ breui adeò extinguitur tempore, vt antequam floreſcat defloruiſſe videatur.*

2. In hoc cap. 1. verſ. 20. tandem Noëmi cum Ruth nuru ſuâ peruenit in Bethlehem, poſt infelicem peregrinationem redux in patriam. Quibus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos
Hic verſ. 19. & 20. fama percrebuit: dicebántque mulieres: *Hæc eſt illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noëmi (id eſt, pulchram) ſed vocate me Mara (id eſt, amaram) quia amaritudine valdè repleuit me Omnipotens.* Nempè Bethlehemitides feminæ videntes nunc Noëmi, quam dudùm viderant pulchritudine opinatiſſimam, præ admirationis ſtupore, vix eam eſſe credunt, & ipſam aliam putant, aientes: *Hæc eſt illa Noemi?* Tantum breui tempori in formam ius eſt: Sic eſt æui breuiſſimi, formæ elegantia ſũmis votis à feminis expetita? Pulchritudinis flos ſic citò deflorescit? Belliſſimè Nazianzenus Orat. 31. ita ad rem ſcribit: *Pulchritudo,* inquit, *eſt temporis ac morbi ludibrium.* Tamũ ægræ viduitati, in Noëmi pulchritudinẽ licuit? Sic tempus ludit in pulchritudine & pulchritudini illudit? *Pulchritudo eſt tẽporis ac morbi ludibrium.* Quis rei lubricæ, infidæ, fugaci, ac *ludicræ* fælicitatem ſeriò fidat?

Pulchritudo eſt temporis ac morbi ludibrium.

S. Nazianz.

3. Iudith cap. 16. ſic Deo modulatè pangit, propter obtruncatum à ſe Holofernem, in quo Aſſyriorum potentiam detriumphauit: Dominus, ait, omnipotens tradidit eum in manus feminæ & confodit eum. Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitrâ, accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, *Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius. Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.* O quot ſtrages vna Iudithæ pulchritudo, ornamentorum præſtigiis armata, momento edidit! Holoferniana potentia tot phalangibus terribilis, tot regnorum victrix, vnius puellæ venuſtati manus dedit, turpi fugâ, imbecillâ captiuitate, & cruentâ cæde potenter proculcata. *Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.* Tempeſtiuè Socrates: *Pulchritudo eſt modici temporis Tyrannis.* Num pulchritudo eſt tyrannis pulchræ feminæ? an feminæ pulchritudo, ſpectatorum tyrannis eſt? Sanè pulchritudo pulchram feminam ſic tyrannicè agit in vitia, vt propè captiuam faciat. Elatio, ambitio, ſuperbia, immodicus in ornamentis ſumptus, videndi libido, libidinis blandimentum, ferè ſunt pulchritudini agnata; quaſi primùm in ſeipſam femina pulchra ſuam tyrannidem exerceat. Suam etiam tyrannidem in ſpectatores impotentiùs exercet (de quo aliàs vbertim) Profectò gratior pulchritudo, crudelior dulciter tyrannis eſt, ſed *modici temporis tyrannis*: de hoc ei gratulandum, quòd cùm breuioris æui ſit, vix ſæuire incipit, cùm iam deſæuit: quia *antequam floreſcat defloruiſſe videtur.*

Iudit 16. v. 11. & 12.

Pulchritudo eſt modici temporis tyrannis.

Socrates apud Laërt. in vitâ Ariſt.

Infrà §. ſequenti.

4. Prouerb. 31. Salomon ſic homines erudit de inanitate pulchritudinis: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur.* Quæ verba ita Syrus excribit: *Mentitur decor, infructuoſa eſt pulchritudo.* Hebræa rem viuaciùs exponunt: *Mendacium gratia, & vanitas pulchritudo.* id eſt, mendacium mendaciſſimum, & vanitas vaniſſima eſt pulchritudo: nam ipſa ſibi inſidiatur, atque exitio ipſa ſibi eſt. Sic eſt breuis, fragilis, caduca, fugax, euanida! Exindè Poëta: *Forma bonum fragile eſt, quantùmque accedit ad annos Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.* Itaque ſicut radij ſolares, per vitrum rubrum tranſparentes apperent rubri, cùm re verâ tales non ſint, ſed vitrum mentiatur eos eſſe rubros: & ſicut ſepulcra intùs plena putoribus, vermibus, ſpecie tenùs mentiuntur ſe eſſe ſepulchra, quia extrinſecùs alba aut aurea ſunt, ornatu rem mentiente: Sic feminæ pulchræ, & pretioſis veſtibus coopertæ, externo fuco mentiũtur, ſe eſſe pulchras; cùm interiùs ſint plenæ ſordibus: fœtidis putoribus, & morbis, ac lue venereâ, quã amaſiis afflant; vt verè venuſtior femina ſæpè non ſit aliud, quàm ſepulchrũ dealbatũ, & caro ſpurca per cutẽ ſpecioſè tranſlucens ad libidinis præſtigias. Quod elegãter expreſſit Chryſoſtomus Epiſt. ad Theodorum Lapſum: *Pulchritudo*, ait, *eſt gypſum ſepulcro inductum, id eſt, phlegma ſanguine mixtum pulchrè per pellem pellucens.* Detrahe pellem, & videbis quàm putrida ſubſit caro, quale ſterquilinium ſit in ventre, quale phlegma per os, nares, oculos &c. diſtillet. Taceo vomicas, gangrænas, carcinomata, flatus, fœtores, pædores. Vide igitur qualis ſit medullitùs pulchritudo, & quàm verè dicatur, *gypſum ſepulcro inductum, id eſt, phlegma ſanguine mixtum pulchrè per pellem pellucens.* Ergò *mendacium gratia, & vanitas pulchritudo.* Sic *decor mentitur!* Hâc ſuper re conſule dicta §. ſequenti num. 6.

Prou. 31. v. 30. Syrus. Hebræus.

Ouid. l. 2. de Arte amandi.

Ferè ex Cornelio ſpaſim.

Pulchritudo eſt phlegma pulchrè per pellem pellucens.

S. Chryſoſt.

5. Vel aliter elucidari poteſt præſcripta Salomonis ſententia: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominũ ipſa laudabitur.* Quænã eſt hæc femineæ pulchritudinis fallacia, quæ ſic homines decipit eíſque grato lenocino impoſturam facit? Sapienter Theophraſtus, teſte Laërtio in vitâ Ariſtotelis, aiebat: *Formam eſſe ſilentem fraudem*; quòd ſine verbis fallat, & vel cautos ſæpè decipiat. *Fallax gratia:* fallit enim & ipſam mulierem pulchram, rei fugacis ludibrio; quæ ſic citò euaneſcit, vt penè *antequam floreſcat defloruiſſe videatur*, vt nuper diximus ex Philone. Hinc forſan Bion ille ſapientiâ inter Græcos opinatiſſimus: *Forma*, ait, *eſt bonum alienum.* Eſtné *bonum alienum*, quia penè antequam teneatur, elabitur? quare vix vnquam poſſidetur. An *bonum alienum* dicitur pulchritudo, quia femineæ pulchritudinis ſpectatores, potiùs quàm ipſam delectat? O! quid pulcher de *alieno bono* tam ſibi arrogantes gratulatur? Quid ſuperbit, quòd *ſilente fraude*, ſui ſpectatores decipiat, deprauet, inuitiet?

Prou. 31. v. 30.

Pulchritudinem puta ſilentem fraudem.

Theophraſt. Laërtius.

Pulchritudo dicitur bonũ alienum.

Bion apud Laërt. lib. 4. c. 7.

6. Siracides cap. 11. Eccleſiaſtici, ita ſcribit: *Non laudes virum in ſpecie ſuâ.* Pro τὸ *in ſpecie,* Græcè habetur ἐν κάλλει, id eſt, *in formâ, in pulchritudine.* Quare Tigurina, *pulchritudinem* excribunt. Cauſſa eſt, quia forma & pulchritudo eſt quid femineum, & mulierem potiùs quàm virum deceat: eximia enim venuſtas effeminatos inuenit, aut facit. Dein forma & pulchritudo

Eccli. 11. v. 2. Græcus. Tigurina.

tudo etiam in feminis, eſt exile bonum, cadu-
Pulchritudo eò celeriùs elabitur, quò magis conſpicua eſt. cum, & ideò deſpiciendum. Quâ ſuper re, ita ex priſcis Philoſophis ſcribit Tiraquellus lib. 2.
Tiraquell. Connub. n. 19. *Quæ hodie eſt formoſa, cras eadem deformis erit. Eſt nimirum forma res caduca, euanida, fugax, decidua, velox, fluxa, rapida, eodem pene momento vireſcens, & areſcens: non ſecùs ac floſculi, quorum vita dialis, qui matutino tempore pulcherrimi, ante veſperam euaneſcunt, magnâ (vt ſcribit Plinius) hominum*
Plin. l. 21. c. 1. Galenus in exhort. ad bonas artes. *admonitione, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere: quaſi intelligeret Plinius, formam eò celeriùs ocyúſque elabi, quò magis conſpicua eſt. Galenus eos laudat, qui indicant formam vernis floribus eſſe ſimilem: vt qui breuem voluptatem habent: ſimulque laudat Lesbiæ dictum: Nam*
Prouerb. 31. v. 30. *qui formoſus eſt, tantiſper eſt, dum videtur. Fallax (ait ille omnium ſapientiſſimus) gratia, & vana eſt pulchritudo.* Sanè fallax eſt pulchritudinis gratia, quæ ſicut flos vna diecula floret, & ſimul marcet: nam *qui formoſus eſt, tantiſper eſt, dum videtur.* Ergò fugitiuæ adulatur gratiæ, qui aliquem *laudat in ſpecie ſuâ.* Imò eum non *laudat in ſpecie ſuâ*; quia pulchritudo ſic eſt deci-
Bion. dua & caduca, vt dicatur *bonum alienum.* Cæterùm ex hoc loco lux Iobo accenditur.

7. Iob 42. vbi primùm deſæuit tentationum procella, Dominus benedixit nouiſſimis Iob magis, quàm principio eius. Et fuerunt ei ſe-
Iob 42. v. 14. & 15. ptem filij, & tres filiæ. *Et vocauit nomen vnius Diem, nomen ſecundæ Caſſiam, & nomen tertiæ Cornuſtibij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob, in vniuerſa terrâ.* Non hîc cum Interpretibus diſceptabo, an hæc venuſtas filiarum Iobi, ad animum dumtaxat ſit referenda; cùm de corporis pulchritudine nunc agi videatur. Et ſanè nomen *vnius* (id eſt, primæ, quippè quæ in pulchritudinis gloriâ primas te-
Hebræus. Pineda. nuit) appellauit *Diem*, Hebraice יְמִימָה *Iemimah*, à radice יום *iom*, quod eſt, *Dies*, cum terminatione femininâ, quaſi dicat, *Diaria*, vt noſter inibi Pineda eruditè notauit. Qui addit ad rem tempeſtiuè, plerúmque in Scripturis ſacris ipſa nomina impoſita eſſe ad rem ipſam ſignificandam: cùm enim non ſolum nomina,
Pulcherrima Iobi filia, conſultiſſimè appellatur Diaria. ſed etiam res ipſæ aliquid nobis ſignificent, aliquandò nomina rerum vocibus appellatiuis reddi, vt indicet, quid res ipſæ nobis ſignificent. Itaque pulcherrima feminarum illo æuo, conſultiſſimè appellatur *Dies*, propter ſplendoris gratiam. Sed quò aptiùs nomen quadret in rem ipſam moraliſſimè quoque *Diaria* nominatur, vt ſplendidè floridam pulchritudinis naturam oſtendat. Quid tam fragile, exile, & caducum bonum eſt, quàm quod *Diarium* eſt, *Quæ hodie*
Tiraquell. ſuprà. *eſt formoſa, cras eadem deformis erit. Eſt nimirum forma res caduca, euanida, fugax, velox, fluxa, rapida, eodem penè momento vireſcens & areſcens, non ſecùs ac floſculi; quorum vita Dialis, qui matutino tempore pulcherrimi, ante veſperam euaneſcunt magnâ hominum admonitione, quæ ſpectatiſſimè floreant, celerrimè marceſcere; quaſi intelligeres* (Iobus floridum *Diei*, aut *Diariæ* nomen imponens pulcherrimæ feminarum) *formam eo celerius ocyúſue elabi, quò magis conſpicua eſt.... Nã quæ formoſa eſt, tantiſper eſt, dum videtur. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.*
Hic verſ. 19. & 20. Inde Bethlehemitidum mulierum moraliſſima admiratio? *Hæc eſt illa Noemi? id eſt pulchra.*

P. Didac. Celada in Ruth.

§. XCIX.

Pulchra feminâ dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velum; quæ præuaricatores ad Adamum congregat.

A S. Ephræm Syro ſic muliebris pulchritudo acerbè vapulat: Quid eſt mulier? (in- 1.
quit (Laqueus comptus, & homines in volupta- S. Ephræm. Serm. adu. impr. mulieres.
te illiciens, quæ ſplẽdida quidem facie, & excelſo collo, oculis annuit, & genis arridet: lingua verò dulciter canens, voce alios decipit, & ſermone pellicit, veſtes trahens, & pedibus ludens. Quid eſt mulier? *naufragium ſuper terram*, fons nequitiæ, theſaurus immunditiæ, mortifera conuerſatio, oculorum pernicies, animarum exitium, *Non bona pulchra mulieris elogia addenſantur.*
cordis ſpiculum, iuuenum perditio, *Sceptrum inferni, & concupiſcentia præceps.* Quid eſt mulier? *Cauſſa Diaboli, requies ſerpentis, Diaboli conſolatio; dolor inconſolabilis* caminus ſuccenſus; *eorum qui ſaluantur, offenſio, malitia incurabilis, officina Dæmonum.* Quid eſt mulier? amor flagitioſus, beſtia impudens, incontinentiſſimus impetus, effrenatum os rerum arcanarum, *triumphus tenebrarum*, dux delictorum, oblectamentorum magiſtra. Quid eſt mulier? prudentia terrena, *viri ſocordia, vipera veſtita, pugna voluntaria, quotidiana calamitas, procella domus, viri naufragium, arma Diaboli, expetita rabies, exornata mors.* Hactenùs ille non bona pulchræ mulieris elogia addenſat, ad virorum cautelam. O fuge has nequitiæ minas, quiſquis virtutem amas.

Parœmiaſtes ſic admonet Prouerb. 5. *Ne attendas*, inquit *fallaciæ mulieris: fauus enim di-* 2. Prou. 5. v. 2.
ſtillans labia meretricis; & nitidius oleo guttur eius, &c. Per τὸ *fallaciam* intelligit blanditias, mollitiem & elegantiam oris, pulchritudinem, ornatum veſtium, faciei fucum, fictiones, artes & fraudes, quibus pulchra femina amaſios ad ſe pellicere, ineſcare, & venuſtatis blandimento peruertere ſolitat. S. Chryſoſtomus homil.
14. ad Popul. Antioch. legit: *Ne diſcas pulchri-* S. Chryſoſt.
tudinem alienam. Quaſi hæc pertineant ad oculos corporis, & indè ad mentis oculos, id eſt, intellectum. Ac ſi dicat: Noli aſpicere, & indè *diſcere* faciem pulchram: ſic enim *attendes* ad
eam, & in eam *intendes* (vt habent L x x. Inter- Lxx. Interp. *Qui diſcit pulchritudinem alienã, ſuam rationem dediſcit.*
pretes,) vt mentem tuam ſic deprædetur, & intellectum à te alienet, vt vix homo compos ſui reliquatur, quaſi per huiuſmodi aſpectûs præſtigias, mens & ratio dediſcantur. Tem-
peſtiuè S. Hieronymus lib. 1. contrà Iouinia- S. Hierony.
num, ſic ad rem ſcribit, *Amor formæ rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdum, minimèque conueniens animo ſoſpiti vitium; turbat conſilia, altos & generoſos ſpiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit; querulos, iracundos, temerarios, durè imperioſos, ſeruiliter blandos, omnibus inutiles, ipſi nouiſſimè amori facit. Nam cùm fruendi cupiditate inſatiabilis flagrat, plura tempora ſuſpicionibus, lacrymis, conqueſtionibus perdit; odium ſui facit, & ipſi nouiſſimè ſibi odio eſt.* Vide hic quales in viris ſtrages feminea pulchritudo facere dicatur. Sanè eiuſmodi libidinis pellacia, ratio-

nem non tollit (quod excuſandi ſceleris lenocinium eſſet;) ſic autem rationem alienat, vt tamquam eius oblitus ad voluptabilia feratur: *Amor formæ rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus.* Peritè ergò præmonet Salomon, *ne attendas fallaciæ mulieris*, id eſt, *ne diſcas pulchritudinem alienam*, ne tuam mentem ac rationem dediſcas, inſaniæ proximus. Sed non præcidam Hieronymi nuper laudati clauſulam: *Doctiſſimi viri*, inquit, *vox eſt*: *Pudicitiam in primis eſſe retinendam: quâ amiſſâ omnis virtus ruit. In hâc mulierbrium virtutum principatus eſt; hæc pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit* (bellè dictûm,) *exornat pulchram: benè meretur de maioribus, quorum ſanguinem furtiuâ ſobole non vitiat.*

Mulieris pudicitia, deformem redimit, pulchram exornat.

3\. Prouerbiorum 23. ſic homines erudit Salomon, ne incurrant in pulchritudinis ſpectatæ naufragium: Præbe fili mi, inquit, cor tuum mihi, vt oculi tui vias meas cuſtodiant. Fouea enim profunda eſt meretrix; & puteus anguſtus, aliena. *Inſidiatur in viâ quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet.* Has pulchritudinis *inſidias* Paraphraſtes Chaldæus ſic excribit, & exponit; *Sicut rapinæ fera* (hoc eſt, ſicut fera rapiens) *oculis inſidiabitur.* Sanè vox *oculis* tam ad *rapiens*, quàm ad *inſidiabitur* peridoneè referri poteſt. Quaſi dicat: Ceteræ feræ oculis inſidiantur; at pedibus vnguibúſque dumtaxat prædam rapiunt: pulchra verò mulier venuſtatis blandimento feras ſuperat; nam eminùs oculis non tantùm inſidiatur, ſed & rapit intuentes velut Siren, eóſque ad ſe allicit & pertrahit, ſicut magnes ad ſe trahit ferrum ſemotum & diſſitum; raptos verò velut ratione exarmat, ac mente ſpoliat; & indè necat, ac deuorat. Itaque *τὸ oculis* ſeu menti inſidiari, magnâ cum epitheſi iungitur cum hâc prædâ libidinis; nam ſpectata feminæ pulchritudo hominem excæcat & dementat, ſpoliátque luce rationis & iudicij, vt cæcum rapiat & prædetur. Quâ de re audiendus eſt Chryſoſtomus homil. 11. in 1. ad Corinth. *Sicut*, inquit, *latrones & murorum effoſſores quandò volunt aliquid pretioſum rapere, lucernâ extinctâ hoc faciunt: ita etiam in nobis facit libido: eſt enim in nobis perpetuò ardens lumen rationis: ille igitur ſpiritus nequitiæ* (libido inquam) *magno impetu irruens flammam illam extinguit, & protinus diripit ſpoliátque omnia quæ ſunt recondita.* Quod enim facit libido, hoc facit femina comptiùs pulchra; eſt enim libidinis illex ac fomes, & quodammodò ipſa libido: quæ velut *extinctio* rationis dicitur à Chryſoſtomo, & à Hieronymo dicta fuit, *rationis obliuio.*

Prouerb. 23. v. 28. Chaldæus.

Libido lumē rationis quodammodo extinguit.

S. Chryſoſt.

4\. Adhuc præſcriptus locus Salomonis altiùs ad rem præſentem emedullandus eſt. *Inſidiatur in viâ quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet.* Hebraicè ita locus excribitur: *Et præuaricatores in homine addet.* Quam ſententiam explicatiùs ſic Cornelius ad verbum ex Hebræo reddit: *Præuaricatores ad Adamum congregabit.* Et quo pacto pulchræ feminæ aſpectus parùm cautus, denuò *præuaricatores ad Adamum congreget?* Numquid pulchra femina intentiùs ſpectata, dum venuſtatis illicio hominum ſuſpiria blandè trahit, *præuaricationem Adami* reſculpit? An non omnes in Adamo præuaricante præuaricati ſumus? quo igitur pacto formoſæ mulieris aſpectus, *præuaricatores ad Adamum congregabit*, quaſi denuò addat? Opportunè S. Cyprianus in lib de ſingularitate Cleric. arcens contubernium & aſpectum feminarum, quaſi adludens ad hanc Salomonis ſententiam, ita fatur: *Tempus luctationis adhuc geritur, & mors per feminam adhuc graſſatur.* Tantùm non dixit: Spectata feminæ pulchritudo, adhuc *præuaricatores ad Adamum congregat.* Quaſi dicat: Sicut prima mulier, Eua, inquam, ſeducens Adamum, illúmque ad præuaricationem inducens; ſimul induxit peccatum, inſtigauit concupiſcentiæ fomitem, & mortem in omnes poſteros induxit: ſic etiam pulchra femina (velut Euæ æmula) blando libidinis lenocinio, & concupiſcentiæ præſtigiis, ſic deprauat, & ad libidinem ſufflammat, vt primææ præuaricationis quaſi ſopitum fomitem, denuò velut ingerat, reſculpat, redaccendat. Itaque profundo ſtilo dicitur, quòd pulchra femina ſumptuoſiùs compta, & attentiùs ſpectata, *præuaricatores ad Adamum congregat, & mors per feminam adhuc graſſatur.*

Prouerb. 23. v. 28. Hebræus. Cornelius.

Pulchra femina præuaricatores ad Adamum congregat. quo ſenſu?

S. Cyprian.

5\. Geneſeos 20. ſicut dudùm in Ægypto apud Pharaonem: ita nunc apud Abimelechum in Geraris, pulchra Sara ad Regis gynæceum inuita rapitur. Minis à Deo ſeueriùs interminatis, cogitur rex Abimelech Saram ſuam Abrahamo reddere; eúmque poſt doli expoſtulationem largiùs munerare. *Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris memento te deprehenſam.* Hoc munere adhuc pudicæ Saræ periculoſam eſſe pulchritudinem publicat, & deprehenſæ pudorem fatigat. Quaſi dicat Rex (ſic locum Hamerus explicat:) Dedi tibi mille argenteos, vt emas tibi velamen vultus tui, quo vernantem pulchritudinem tectiùs operias, ne ſit ea aliis, vt mihi fuit, illecebra & irritamentum libidinis. Vela tu tui vultus belliſſimam pulchritudinem, ne ipſa inuelata, & ſpectatorum oculis obiecta, te intuentium oculos perſtringas, decipias, & veles. Quod pulchrè dixit Petrarcha: *Pulchritudo*, inquit, *eſt velum oculis, laqueus pedibus, viſcu alis, vt non facile vera diſcernat, nec virtutē ſequatur, nec in altum anima euolet. Eſt hoſtis domeſticus, raptor quietis, materia laboris, tormentum libidinis.* Nimirùm de comminatâ acerbiùs pœna, conſultiſſimè cautus Rex ſatiùs putauit pulchræ Saræ vultui, gratiās venuſtate ſpiranti, *velamen* oppandere, ne obuiis ſpectatoribus periculoſè proſtet; quàm de ſpectatâ eximiâ eius pulchritudine, intuentium *oculis velum* prætendere, quo corū ratio obumbretur, obnubiletur mens, & potior hominis pars cæcis libidinibus obſcuretur. Tegatur *velamine* mulieris pulchritudo, ne ſpectatorum oculos ipſa *velet*, obſcuret, cæcet, obtenebret.

Geneſ. 20. v. 16.

Hamerus.

Sara pulchritudo velamine donatur, ne ipſa ſit oculorum velamen.

Petrarcha. l. 1. de Rem. vtr. fortunæ.

6\. Igitur huic femineæ pulchritudinis contagio, per virorum oculos pernicioſiùs graſſante, medicinam facere adnititur Chryſoſtomus in Orat. de Muliere & pulchritudine, vbi ita ſcribit: Cùm venuſtam, ait, aſpexeris mulierem, fulgidum habentem oculum, vultu hilarè coruſcantem, eximium quemdam decorem aſpectu præſeferentem, vrentem mentem tuam & concupiſcentiam augentem; cogita terram eſſe id quod admiraris, ſtercus quo te vrit, & conquieſcet furens animus. Detege ipſi cutem vultûs, & tunc videbis omnem venuſtatis vilitatem. Ne

S. Chryſoſt.

Libidinis antidotus.

ſubſiſtas

Digitized by Google

ſubſiſtas ſuperficie tenùs, ſed interiùs penetra cogitatione: nihil aliud inuenies, quàm oſſa,& neruos, ac venas. Sed non ſufficiunt iſta. Cogita mihi, eam ſeneſcere, ægrotare, ſubſidentes oculos, cauas genas, florem illum omnem de-

Hic verſ.19. & 20.

fluentem (vndè hìc dicunt: *Hæc eſt illa Noemi? id eſt, pulchra.*) attende quid admiteris, & pudeat te iudicij tui. *Lutum admiraris, & ſtercus, & puluis te vrit, ac cinis. Pulchritudinis enim eius quam aſpicis, ſubſiſtentia, nihil aliud eſt quàm pituita, diſtillatio, ſanguis, & alimenti computrefacti ſuccus: his quippè & oculi, & genæ, & reliqua omnia rigantur*, &c. Vel potiùs pulchritudinis ſplendorem, concupiſcentiæ impotentiùs blandientis, puta virtutis naufragium, ſanctitatis tumulum, gloriæ diſpendium, infetni minas, & minaces gehennæ ſcintillas.

---

§. C.

Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimia honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda.

1\. PVlchritudo periculo vicina eſt; cùm muliebris forma tam vehementer viros ſollicitet, alliciat, ſtimulet. Ipſi autem venuſtatis præſtigio, & formæ pellaciâ exciti, totis accinguntur viribus, vt cupitâ voluptate fruantur: preces, fraudulentias,munera, blanditias,obſequia, ſuadelas, omnia denique amatoria veneficia, quibus videlicet concilietur amor, feminarúmque præcordia diffunduntur, & obſeratæ fores pudicitiæ repanduntur, tam ſtudioſè ac pertinaciter adhibent, vt è cunctis formoſarum millibus vnam vix reperias, cuius non expugnetur pudicitia. Sanè quod vndique inceſſitur, non facilè cuſtoditur; quod plures amant, alicuius redamationem auguratur; in quo totius populi vota ſuſpirant, non ſemper celebritatis gratificatio peregrinatur, In hâc igitur eximiâ venuſtatis famâ, ſi non periclitetur pudor, ſaltem pudoris fama naufragium facit: eſt enim nimis delicata venuſtæ pudicitiæ valetudo, & quam leuis tumuſculus egregiè faſcinat, adulterat, inuitiat. Hoc ſolenne vitium formæ eſt. Benè ille quicumque: *Sit formoſa aliis vxor, tibi ſit bona: neſcis Quàm noceat caſtæ forma pudicitiæ.* Sit ergò ſemper pulchritudo, ſuæ fortunæ ſapienter querula. Quâ ſuper re ſic dubius Chryſoſtomus philoſophatur: *Quid* inquit, *lucri decor huiuſmodi parit? nihil profectò. Verùm certamina magis intendit, maioréſque calumnias atque pericula ſuſpicionéſque complures. Ea denique, quam non huiuſmodi decor illuſtrat, ſuſpicione carebit. Quæ verò formoſa eſt, niſi magno ſtudio, & nimiâ vtatur continentiâ atque honeſtate, opinioni protinùs locum dabit, virque ipſe eiuſmodi zelotypiâ mordetur. Quo quid dici grauius poſſit? neque enim tantum ex aſpectu ipſo voluptatis habet, quantum ex ſuſpicione mœroris. Illa enim conſuetudine ſolet extingui. At verò vbi laſciuiæ, libertatis, atque impudẽtiæ opinio manere cœperit, ipſius quoque animæ intima penetrat, atque penitùs inſitis ſordibus ſqualeſcit in dies.* Hem! pulchræ feminæ neceſſaria eſt *nimia honeſtas*, & velut ſcrupuloſè ſuperuacua ſemper cautela, ne protinùs non bonæ opinioni locum dederit?

Pulchritudo aut pudicitiam, aut pudicitiæ famam ſæpè adulterat.

Michaël Verinus.

Imperfect. homil. 2. apud Tiraquell.

Pulchra femina neceſſaria eſt nimia honeſtas, ne opinioni locum det.

2\. Eſther 2. Mardochæus patriâ extorris, & dudùm Babyloniæ nobilis inquilinus, *fuit nutricius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther, & vtrumque parentem amiſerat: pulchra nimis & decora facie.* Huius porrò nominis, *Eſther*, interpretatio à multis traditur; vel enim eſt *occulta demoliens*, vel *medicina turturis*, vel *pulchra vt Luna.* Sanè nomen *Eſther* è cæli aſtris petitum videtur: & apud Perſas *aſtrum* ſeu *aſter* vocatur *ſter*, quo eximia, & velut ſiderea Eſtheris pulchritudo denotatur: erat enim *pulchra nimis, & decora facie.* Itaque hæc venuſtiſſima puella duobus appellabatur nominibus, quorum alterum parentes, alterum vulgus hominum forſan impoſuit. Fieri enim ſolet, vt feminæ ab admirabundo populo propter egregiam formam cognomentum accipiant, quod ſæpiùs audiant, quàm quod à parentibus primùm habuerunt. Quod poſtquam multis ſacræ ſcripturæ locis Sanctius eruditè probauit; addit: *Sic credo Eſtherem vulgo hominum vocatam Ediſſam Hebraicè, quæ idem valet quod Myrtus, quæ planta ſpecioſiſſima eſt; quaſi idem haberet cognomentum, quo Venus, quæ à profanis appellatur Myrtea* (Hæc inibi examinaui; ad rem ethicam ſat eſto hìc reſcripſiſſe) Nimirùm Eſther, quæ etiam ab Hebræis putatur vſque ad nuptias in ædium receſſu ſemper habitaſſe, humanis oculis imperuiam, & penè à nullo de facie cognitam, nimiâ, opinor, virginei pudoris cuſtodiâ, & audacium opinionum cautelâ: at quia *pulchra* erat *nimis, & decora facie*, non tantùm ab aſtris ſidereum Eſtheris nomen accepit: ſed quia ipſam non poterant ſaltem nomen, ob eximiam puellæ formam, cum *myrteà Venere* commune fecerunt: ne egregia feminæ pulchritudo non incurreret nominis ſaltem diffamiam. *Vulgò hominum vocatur Ediſſa, quæ idem valet quod Myrtus quæ planta ſpecioſiſſima eſt, quaſi idem haberet cognomentum quo Venus, quæ appellatur Myrtea.* Ecquid vulgo non licet in formoſarum famam? Sic vel ſideream Eſtheris pulchritudinem Veneri cognatam nugantur? Nomen ipſum, re ſuſpicionis vacuum, à petulanti maledicentiâ intutum eſt? Sanè in re pudoris vel ſolius nominis prælium, cruentas famæ ſtrages edit.

Eſther 2.

Auctor in Eſther ibi.

Sanctius [illegible]

Siderea Eſtheris pulchritudo, nomen cum Venere commune habere putatur.

3\. Iudith 13. obtruncato Holoferne, ſpecioſiſſima Iudith ſoſpes ac victrix ad ſuos Bethulienſes feliciter redit. Et licèt pudoris famâ nobili ſemper floruerit, ſuſpicionum ſiniſteritatẽ quàmprimùm excuſſit: *Viuit ipſe Dominus*, inquit, *quoniam cuſtodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè huc reuertentem; & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentẽ in victoriâ ſuâ, in euaſione meâ, & in liberatione veſtrâ.* Scilicet multa in præclaro hoc & admirabili facto accidere potuerunt, quibus obnoxia foret Iudithæ opinio, & à quibus incredibile videri poterat immunem rediiſſe venuſtiſſimam feminam à militari petulantiâ, quæ nullam habet honeſtatis rationem, imò quæ ſibi putat eſſe dedecori ſi illibatum aut intactum feminaà ſuo congreſſu referat pudorem. Ideò prudentiſſima femina interpoſita iuriſiurandi religione, quamprimùm affirmare feſtinat opus

Iudith. 13. verſ. 20.

Nimia honeſtas Iudithã excuſat opinionem, tam quam venuſtatu ſequelam.

illud à Deo fuiſſe profectum, cui tribuendum eſt, quòd ipſa omne periculum honeſtatis ac pudoris euaſerit. Euaſerat quidem ſolerti ſagacitate, & ſagaci cautela omne periculum honeſtatis, inhoneſtatis autem opinionem euadere præproperè ſatagit Quod nuper ex dubio Chryſoſtomo adnotauimus: *Quæ formoſa eſt*, inquit, *niſi magno ſtudio, & nimia vtatur continentiâ atque honeſtate, opinioni protinus locum dabit*. Pulcherrimæ etiam Iudithæ opinatiſſima diu continentia, & *nimia honeſtas*, non bonam opinionem tamquam periculoſæ venuſtatis ſequelam, præcludere feſtinat, & inrogatâ excuſatione ſuſpiciones anteuertit. Indè Deo de victoriâ, populo de liberatione, & ſibi de huiuſmodi periculi cautâ *euaſione* gratulatur. O! vel *nimia honeſtas* ſic eſt ſuſpicionibus obnoxia, vt præproperæ defenſionis indiga cenſeatur? Aliàs *opinioni protinus locum dabit*. Neque tamen eius *nimia honeſtas* comptiùs pulcherrima, vitare potuit, quin Holofernem, & plurimos Aſſyriorum ad ſui concupiſcentiam alliceret tantæ venuſtatis pellaciâ. Sic olim explicabamus illam Siracidis gnomen, vel potiùs ænigma: *Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens*. Quæ ſententia in hanc rem peridoneè quadrat. Quare Noemi in patriam redux, grauatè hic fert pulchram nominari, & quantocyùs pulchritudinis nomen refutat.

Inperfect. 3.

Eccli. 42. v. 14.

Hic verſ. 20. & 21.

4. Eccleſiaſtici 42. ſic ſalubriter homines admonentur: *Omni homini noli intendere in ſpecie: & in medio mulierum noli commorari*. Quaſi dicat: Nulli homini intende (nam Hebræis *non omni*, idem eſt quod *nulli*) nullius faciem fixiùs intuere, in nullius ſpecie oculos intentius defige. Cùm dicit, *omni*, nullam mulierem excipit. Caue tibi à pulchrâ feminâ etſi pudica, & caſta: hoc enim cardinati periculoſum eſt, & concupiſcentiam ſtimulat: nam pudica etiam pulchritudo, ſæpè impudicè cernitur; & ſibi tuta, alijs periculoſa eſt. Syrus pro *non intendere in ſpecie*, habet, *ne reueles quod eſt in corde tuo*; Vatablus, *ne quem ex formâ iudices*; quaſi ipſe aſpectus, quo quæuis pulchritudo cernitur, ſit *cordis* per oculos *reuelatio*, & de pulchræ mulieris *formâ iudicium*. Quare *omni homini noli intendere in ſpecie*. Idcircò addit, *In medio mulierum noli commorari*. Scilicet ſatis cautus quiſque videri poſſet, ſi in feminam, etſi pulchram, caſtam tamen & cautè pudicam, oculos non intenderet; at vel vrbanitas, vel neceſſitas poterat vtriuſque colloquium poſtulare. Illud Siracides non negat, ſed moram arcet. S. Cyprianus de Singular. Clericor. hunc locum verſat, & ſic moraliſſimè exponit: *In medio mulierum noli commorari, Vbique guſtanda eſt*, (cùm vrbanitas, aut neceſſitas exigit) *non continuanda cum mulieribus præſentia, ſed quaſi tranſeunter feminis exhibenda eſt accesſio quodammodò fugitiua*. Bellè dictum, *acceſſio fugitiua*.; vt dum accedis, iam recedas, cùm accedis, etiam fugias. Sit ergo fugax acceſſus, quia neceſſitas aliquando acceſſum expetit, ſed periculum, fugam expoſcit. Monſtrum videtur *acceſſio fugitiua*, nam dum quis appropinquando accedit, non poteſt fugiendo recedere: at ſic accedat, & tam feſtinatâ cunctatione rem tractet, vt acceſſus receſſum æmuletur, & appropinquatio fugæ proxima ſit, & recedendi inchoatio: *Quaſi tranſeunter feminis exhibenda eſt acceſſio quodammodò fugitiua*. Tanta vitandi periculi cautela cum pudicis etiam feminis ſpeciem aſpectabilibus agendum eſt, vt & eiuſdem oculis præterlabatur, & vix conſpectui inſinuatur præſens.

Eccli. 42. v. 12.

Pulchra feminæ aſpectus, reuelatio cordis eſt.

Syrus. Vatablus.

Ad pulchrâ pudicè feminam, ſit neceſſaria & fugitiua acceſſio.

S. Cyprian.

5. Siracides cap. 4. hunc notum gnomen proponit: Eſt confuſio adducens peccatum: *Et eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam*. Quem locum ſic vertit Syrus: *Et eſt confuſio cui eſt honor & gratia eius*. Ad hunc fortè locum tacitè videtur alludere Tertullianus, dum ex bonâ confuſione, pudore inquam, gloriam pulchræ virginis exaggerat: Vtique ea conſuetudo deligenda (inquit in libro de Velandis Virginibus cap. 2. *quæ virgines includit ſoli Deo cognitas, quibus præter quod à Deo, non ab hominibus ſperanda gloria eſt, etiam ipſum bonum ſuum erubeſcendum eſt. Virginem magis laudando, quàm vituperando confundas: quia delicti durior frons eſt, ab ipſo & in ipſo delicto impudentiam docta*. Quæ eſt hæc virginis feminæ gloria, non ab hominibus, ſed à Deo captanda? & quæ etiam eſt huiuſmodi *confuſio*, qua virgo de ſuo bono erubeſcit? Lucidè indidem Commentator Cerda Anneẽte, inquit, ſententiam in hunc modum. *Ita certum eſt, erubeſcendum virgini de ſuâ pulchritudine, vt ſi illam laudes, tunc confundas, non ſi vituperes. Contrà, quæ non eſt virgo gaudet ſi dicatur eſſe pulchra, quia delicti frons durior eſt, & ab ipſo delicto impudentiam trahit, quia non confunditur cùm laudatur, imò gaudet, nam ita edicta eſt in ſcholà meretriciâ*. Ecce tibi quale bonum ſit pulchritudo, de quo ſi pulchra femina confunditur, illa confuſio, illi *adducit gloriam & gratiam* Quare illi *etiam ipſum bonum ſuum erubeſcendum eſt*. Quod ſi gaudet, dum audit pulchra, latentem impudicitiam, imò & impudentiam prodit.

Eccl. 4. v. 25. Syrus.

Tertullian.

Pulchra femina confundi debet, dum pulchra audit. quare?

Cerda in explicatione.

---

§. CI.

Humana voluptas herbacea eſt, caducus flos, rerum abuſus, oculorum pabulum, & vocabulum abſque re.

CVm voluptatem dico, cùm improbo, & acerbiùs vitupero, illam popularem, ſpuriam, ac futilem cum vulgo intelligo, quæ humanus ſenſus impotenter fungitur. De cuius porrò voluptatis vocabulum vſurpantes, illud infamatum cùm tamen ſua animo potius voluptas ſit. Nomen Voluptas, æquiuoca vox eſt, ſignificat & quod eſt, & quod videtur; non aliter ac homo, & hominis etiam ſtatua nominatur, ſubſtantialem ac viuentem voluptatem animus poſſidet; exanimem ac ſimulatam ſenſus. Hæc indiſcretio confundit apprimè multos, vt homo paralogiſmo egregie laborans ... cationem ſatagit votorum: vel ... clamet, ac vociferans expetat ... poſſidet, quibus inhiabat ... ſuis, fæcibus deluſus ... inania bona pro ſolidis ... voluptatem, petit ... nit, & ſæpe nullam. Hanc ... hanc e bonorum albo ... Futile bonum eſt iſta friuola corporis voluptas inanitate 1.

nitate ſuâ apparenter ſolidata, cui, nucleus & corpus deceptoriâ ac inani vacuitate plenum eſt. Hæc, hæc inquam, ſic mentem perſtringit, ſic ſubornat animum, ſic rationem faſcinat, & infatuat, vt per leuicula ſictè oblectamenta ad veros errores, ſæpè irreuocabiles trahat hominem, vt, dum futilem voluptatulam emit, animam negotietur.

Pſal. 118. v. 176.

2. Regius Propheta Pſalm. 118. ſic concinnè pangit: *Erraui ſicut ouis quæ periit; quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.* In hâc prolixioris Pſalmi breui clauſulâ ſuſpirat Dauid ad liberationem à vitiis, & humanis delictis; vt à captiuitate illorum erutus, ad iuſtorum caulas reducatur. Benè ſe inſipienter fugitiuum à bono animarum paſtore ſtatuit; & optimè fatuæ *ouis* comparationem inducit: ouis enim vt errare ſcit, ſic ab errore ſe neſcit reuocare. Sed putauerim, aliquid altius in ouis comparatione moraliſſime latere. Porrò Baſilius ſcribit, quòd *ouis nullam habet peculiarem prudentiam vt pergat ad inquirendas altiles paſcuas, vtque tutioribus in locis commoretur, & ſibi conquirat potum, niſi ſiquis affuerit paſtor, qui viam ei præmuniat, & præmonſtret ad hæc perquirenda.* Addit opportunè Ariſtoteles: *Genus ouile amens, & moribus, vt dici ſolet, ſtultiſſimis eſt, quippè quod omnium quadrupedum ineptiſſimum ſit. Repit in deſerta ſine cauſſâ.* Sine cauſsâ dicit, quia à grege ſenſim diſcedit, & ſtulto errore ad deſerta vltrò pergit, herbæ diſtantioris futili appetentiâ; & ſic paullatim, vt aliis atque aliis diſtantioribus paſcatur, gregem ac paſtorem relinquens, friuolo appetitu exerret fugitiuâ Voluptatulâ. O bonam hominibus eruditionem! Agnoſcat hîc homo mente præditus (niſi cum ouibus fatuè obbruteſcat) quòd dum *à viâ virtutis ad vitia* pergit (vt commentatur Anſelmus) *errat ſicut ouis, quæ periit*, nempè ob leuiculum herbæ guſtum abſtractus, & illectus. Quod de *oue* dixit Ariſtoteles, *Repit in deſerta ſine cauſsâ.* Heu, ſic rapitur homo herbacei viroris guſtu pecuino, & voluptatulâ, vt *altiles paſcuas* virtutis repudiet, & fatuè erret per deſerta vitiorum? Tanti eſt herbæ appetitus, cui cæli, ac cæleſtium nauſea eſt! Perpendat ſecum homo æquâ rationis librâ, quàm ſit futilis ac pecuina voluptas, quâ à grege electorum fatuè errat per deſerta vitiorum, lupis infernalibus inermis præda; & errorem agnoſcens, dicat tandem cum Dauide: *Erraui ſicut ouis, quæ periit*; quia ſicut amens ouicula *repit in deſerta ſine cauſsâ*, nempè *à viâ virtutis ad vitia* errat. O ſtultum mortalium errorem!

Quare de homine dicitur, quòd errat ſicut ouis perdita.

S. Baſil. in c. 3. Iſaiæ apud Lorin. ibi.

Ariſt. l. 9. de Hiſt. anim. c. 3.

Anſel. Laud. ibi.

Eccle. 1. v. 4.

3. Salomon ad pietatem redux, regalium deliciarum tædio, ita ſententiosè ſcribit: *Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Porrò *vanum*, ſi credimus Marcello lib. 4. idem eſt ac *leue, inane, mendax, inſidioſum, ſubdolum.* Chaldæus Paraphraſtes ſic locum exponit: *Vanitas vanitatum ſeculum hoc: Vanitas vanitatum omne, quod laboraui omninò vanitas.* Alij, *Nihilum nihil, & omnia nihil.* Moraliſſimè Chryſoſtomus in Parænetica ad Eutropium: *Hunc verſiculum ſi ſaperent qui in potentiâ verſantur, in parietibus omnibus, & in veſtibus ſuis ſcriberent, in foro, in domo, in ingreſſibus: quoniam quidèm multæ ſunt rerum facies, multæ imagines falſæ, quæ decipiunt incautos.* Profectò vſqueadeò *multæ ſunt rerum facies*, multæ imagines falſæ, vt ipſum *nihilum nihil*, facie ac ſpecie bonitatis ſic fallat, vt hominum deſideria teneat, ac ſuſpiria trahat. Ceterùm quod Vulgatus ſcribit *vanitas*, Hebraicè habetur הֶבֶל *hebel*; vel *habel* à radice הָבַל *habal*, id eſt, *vanus fuit, viluit, euanuit.* Vndè *hebel*, ait Pagninus, eſt res quæ non eſt quippiam, aut quæ citò deſinit, vt vapor, aut flatus qui exit ab ore. Addit Cornelius, quòd *Habal* cognationem habet cum *Abal*, id eſt, *luxit*, à lugeo, lugemus enim res euaneſcentes, putà homines cùm moriuntur, aut mundialia bona cùm amittuntur. Hinc *bahal*, id eſt *exterritus eſt*: & *bala*, id eſt, *inueterauit, vetuſtate corruptus & conſumptus eſt*: & *nabal*, id eſt, *defloruit, emarcuit*, Sicut enim roſa mane roſeo colore & odore vernans, veſpere marceſcit; ſic iuuentus, eiuſque decor in morte; ſic rerum mundialium bona in eorum amiſſione, aut verâ illorum agnitione, in flore *veteraſcunt, defloreſcunt*, & *emarcent.* Eleganter S. Gregorius lib. 5. in 1. Reg. cap. 1. 12 *Vanitas vanitatum & omnia vanitas. In comparatione etenim æternorum bonorum vana ſunt omnia, etiam bona temporalia; quicquid enim in hoc ſeculo lætum, delectabile, ſublime, atque proſperum cernitur, vanum profectò eſt; quia difficile habetur, & citò amittitur. Repentè quidèm alta ſeculi corruunt, pulchra tranſeunt, læta & proſpera euaneſcunt.* (Attentiùs nota quæ ſubiicit verba) *Nam cum ſtare in his floribus mundus blandiens cernitur, repentinâ fortunâ turbatur, aut feſtinâ & omnia deturbante morte concluditur. Vana ergò ſunt gaudia ſeculi, quæ quaſi manentia blandiuntur, ſed amatores ſuos citò tranſeundo decipiunt.* Voluptatum floribus mundus blanditur, ſed qui citò *defloreſcunt, marcent, inueteraſcunt*; adeò vt quod nuper deliciosè delectabat, nunc iam funeſtè *lugeas.* ô ſubdolè multas rerum mundialium facies! *His floribus mundus blandiri cernitur*, & adhuc hominum vota occupat, & pectora implere putatur; *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, quicquid in mundo adridet. *Nihilum nihil & omnia nihil.* Salomoni benè experto tandem crede, ne tibi, ac rebus exinceps facile credas.

Marcel.

Chaldæus.

S. Chryſoſt.

Res mundi, etſi inaniſſima multas habeant facies.

Hebræus.

Pagninus

Cornelius

S. Gregor.

Caducis voluptatum floribus mūdus blanditur.

1. Corinth. 7. ſic eos Paullus monet: Hoc itaque dico, fratres: Tempus breue eſt: reliquum eſt, vt qui habent vxores, tamquam non habentes ſint, & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non poſſidentes; *Et qui vtuntur hoc modo, tamquā non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* Græcè pro τò *non vtantur*, habetur, *non abutentes.* quaſi huius mundi, ac mundialium rerum *vſus*, ſit earum *abuſus.* Philo hunc rerum *vſum*, ne ſit *abuſus*, ſic à proprietate diſcernit: *Hinc liquet nos alienis vti poſſeſſionibus, nec gloriam, nec diuitias, nec honores, nec imperia, nec aliud quippiam, vel corporis vel animi proprium, quaſi hæc iuris & dominij noſtri ſint, poſſidemus; ſed eorum vſumfructum dum hîc viuimus, habemus ſolum.* Re abutitur, quiſquis de poſſeſſionis iure, ius dominij ſibi vendicat. Verùm Theophylactus ſic exponit illud, *præterit figura huius mundi. Commonefacit* inquit, *figuram appellans, omnes huius mundi res, oculos tantùm attingere, oculorúmque pabulum eſſe,* 4.

1. Cor. 7. v. 31.

Vſus mundialium rerum, abuſus dicitur. quare?

Philo apud Cornel. ibi.

Theoph. ibi.

Mundialiũ bona oculorum tantum ſunt pabulum.

S. Nazianz. Tract. de vitæ itiner.

eſſe, atque ſuperficiem fluxam, nihil ſtabile ac ſubſiſtens habentem. Sanè hæc mundi bona, ad quæ hiamus, oculorum pabulum ſunt, & mera bonitatis ſuperficies. *Inſidiæ ſunt opes* (ait Nazianzenus) *ſublimiúmque honorum & dignitatum faſtus, mera ſunt inſomnia. Imperio alterius ſubeſſe, graue ac moleſtum; paupertas pedica. Pulchritudo porrò breuis, atque fulgetri ſimilis, iuuentus nihil aliud quàm temporis feruor, canities, triſtis vitæ occaſus. Sermones verè alati, gloria aër, nobilitas vetus ſanguis, robur cum apris commune, ſatietas petulans, matrimonium vinculum, liberorum copia curæ neceſſariæ mater, orbitas morbus, forum vitiorum ſchola, quies imbecillitas, artes abiectorum hominum, anguſtus alienus panis, agricultura labor, nauigantium maior pars in orco, patria proprium barathrum, externa regio probrum.* Vide inibi multa moraliſſimè ſalutaria ad hanc rem.

5. Regius vates Pſal. 4. ſic modulatè exclamat: *Filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Quæ Pſalmographi verba ſic inibi Chryſoſtomus elucidat: *Hic & idololatriam & flagitioſam vitam videtur exprimere. Vanum enim dicitur illud, quod eſt inane, cùm nomen quidèm fuerit, res non fuerit. Sic apud Gentiles multa quidèm Deorum nomina, res verò nequaquam. Nec minùs in humanis rebus nomen eſt diuitiarum, res nullo modo, nomen Principatus, & remanet nudum & exile nomen. Quis adeò vecors eſt, vt nomina quærat, quæ rebus deſtituuntur, & inania perſequatur quæ fugere oporteat?* Heu nomina diuitiarum, honorum, ac voluptatum quærimus, re vacua! Omnium, quos opulentia aut principatus extollit, potentia, claritudo, voluptas perſonata felicitas eſt, vel potiùs nudum felicitatis nomen. Ad hæc felicitatis mendacia omnes hiamus; rem quærimus, & ludibrio vocabulorum fallimur. *Quis adeò vecors eſt, vt nomina quærat, quæ rebus deſtituuntur?* Oremus ergò cum Dauide: *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Vbi Hilarius: *Orat auerti & animi & corporis oculos; eos ſcilicet qui in theatralibus ludis captiui incubant; eos qui veſtium pretia mirantur; eos quos auri ſplendor & gemmarum varietas occupat.* Fallitur, fallitur Noëmi, quæ ſe putabat *plenam*, meritò, filiis, opibus, & reliquis mundi bonis, vel potiùs bonorum nominibus ornata. Sanè mundi bona, pabulum oculorum ſunt, mentis præſtigium, vocabulum abſque re, & fallax hominum ludibrium.

Pſal. 4. v. 3.

S. Chryſoſt.

Humanis bonis nomina bonorum ſunt; re vacua.

Pſal. 118. v. 37.

S. Hilarius.

Hic verſ. 21.

---

§. CII.

Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam.

S. Nazianz.

Humana vita breuitas fugaciſſima.

Verè pariter ac bellè Nazianzenus Orat. 10. ſic de fluxè modicâ permanentiâ, & inſtabilitate fugaciter lubricâ, bona mundialia culpat: *Eiuſmodi, ait, vita noſtra eſt, fratres, qui fluxam vitam ducimus: eiuſmodi in terrâ ludus, vt cùm non ſimus naſcamur; cùm nati ſimus, rurſùs diſſoluamur. Inſomnium ſumus minimè conſiſtens, ſpectrum quoddam quod teneri non poteſt, auis prætereuntis volatus, nauis in mari veſtigium non habens, puluis, vapor, ros matutinus, flos ſuo tempore naſcens, & ſuo tempore marceſcens. Homo ſicut fœnum dies eius, tamquam flos agri ſic efflorebit.* Vide quàm ſit fugax eorum natura, quæ hâc humanæ vitæ caducâ hypoſtaſi ſuſtentantur: *Carnalis gloria* (ait Magnus Gregorius) *dum nitet, cadit: dum apud ſe extollitur, repentino intercepta fine terminatur. Sic namque aurarum flatu in altum ſtipula rapitur, ſe ad caſu concito ad ima reuccatur. Sic ad nubila fumus extollitur, ſed repentè in nihilũ tumeſcendo diſſipatur. Sic ab infimis nebula denſeſcẽdo ſe erigit, ſed exortus hanc ſolis radius ac ſi non fuerit abſtergit. Sic in herbarum ſuperficie nocturni roris humor aſpergitur, ſed diurni luminis ſubito calore ſiccatur. Sic ſpumoſæ aquarum bullæ inchoantibus pluuiis excitatæ, ab intimis certatim prodeunt, ſed eò celeriùs diſruptæ depereunt, quò inflatæ citiùs extenduntur. Cúmque excreſcunt vt appareant, excreſcendo peragunt ne ſubſiſtant.* Sic eſt maligna mundialium bonorum fides! quare eorum duratio velut bonitatis eſſentia eſt, & ſumptuoſior placendi gratia, quæ rebus pretia addit grato votorum lenocinio.

S. Gregor. l. 16. Moral. c. 5.

Mundialiũ bonorũ ſubſiſtentia volatica.

Leuitici 12. ſic puerperæ præcipitur: Cùm expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiue pro filiâ, deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ *ſiue turturem pro peccato, ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti; qui offeret illa coram Domino, & orabit pro eâ, & ſic mundabitur.* Quid *turturi* ad expiationem voluptatis & ad gaudium de natâ feliciter prole, & per ſobolem perpetuandâ familiâ? Opportunum quidèm moraliſſimè hieroglyphicum, quo mundi felicitas grauiùs taxatur. Quâ ſuper re ita ſcribit Ambroſius l. 5. Hexaëm. cap. 19. *Veniamus*, inquit, *ad turturem, quam lex Dei, velut caſtæ hoſtiæ munus elegit.... Fertur etenim turtur, vbi iugalis proprij fuerit amiſſione viduata, pertæſum thalamos, & nomen habere coniugij: eo quòd primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam. Quoniam & infidelis ad perpetuitatem fuit, & amarus ad gratiam: qui plus doloris ex morte, quàm ſuauitatis ex charitate generauit. Itaque iterare coniunctionem recuſat.* Scilicet turtur deluſa ſapienter gemit, & pœnitendum chari coniugij bonum funeſtè lamentatur: quia placidus nuper coniux perpetuo fœderis iure copulatus, *infidelis ad perpetuitatem fuit*, & indè *amarus ad gratiam*: quippè *qui plus doloris ex morte, quàm ſuauitatis ex charitate generauit.* Sic exinceps pertæſum habet bonum, quod natura infidè caduca mœſtiſſimè diffamauit. Ad pœnitentiam properat qui fluxis mundi bonis pectora implet, falſato diuturnitatis voto, quò ſolida ac duratura bona hianter appetamus, his contemptim ſpretis, quæ humanas ſpes fraudulenter eludunt ludibrio nugaciſſimo. 2.

Leuit. 12. v. 6. & 7.

S. Ambroſ.

Gemit turtur, quia gratiâ coniux ad perpetuitatem infidelis fuit.

Geneſeos 12. dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & de domo patris tui, omnes inquam, cognationum neceſſitudines magnanimus abrumpe; & veni in terram, quam monſtrabo tibi. Quâ opulentioris præmij ſpe? *Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus.* Si ſemel Deus fideliter omnipotens, ſuo Abrahamo beneficè dixit, 3.

Geneſ. 12. v. 2.

xit,

xit, *Benedicam tibi*, quid opus fuit addere, *Eriſque benedictus?* An Dei verba non ſecutus effectus fruſtrare vnquam potuit? Num poteſt Deus cuiquam *benedicere*, quin *benedictus* indubie cenſeatur? Eſtne aliquod in terris robur, quod caſſam reddere Dei *benedictionem* eualeat? Fruſtrà ergò idem bis inculcatur, nugatoriâ eiuſdem rei iteratione. Anteuidit hanc dubitationem Chryſoſtomus, & ſuper hâc te ita philoſophatur: *Non ſolùm*, inquit, *genti magnæ te praficia & nomen tuum extollam: Sed & Benedicam te, & eris Benedictus. Ne putes tautologiã eſſe, & idem bis dici, cùm dicitur: Benedicam te, & eris benedictus. Tantâ enim te*, inquit, *benedictione dignabor, vt illa in omne ſeculum ſit duratura .... Idcirco & Iudæi in Patriarchâ ſuperbientes, volebant ſe in eius familiam intrudere & dicebant: Filij Abraham ſumus.* Itaque tautologia nō eſt: nec ſermo fruſtrà iteratus, cùm Abrahamo dicitur. *Benedicam tibi, eriſque benedictus*; nam cùm dicitur, *Benedicam tibi* meram ei *Benedictionem* illi Dominus ſpondet haud dubie impertiendam: cùm autem addidit, *Eriſque benedictus* Benedictionis diuturnitatem ſignificat, quæ eſt beneficij emphaſis, felicitatis gratia atque gratiæ hypoſtaſis. Quaſi *Benedictio*, quæ diuturnam durationem non habet, quodammodò Benedictum non faciat, de fugitiuâ beneficij acceptione, niſi diuturna conſtentiâ perduret, vt Benedictionis gratiam adimpleat. O quàm friuole bonum eſt, quod *infidele ad durationem eſt*! quod plus doloris amiſſione, quàm ſuauitatis ex gratiæ obtentione generauit. O quàm mundialium bonorum gratiam ingratia titubationis deuenuſtat! Nil tam ſuaue eſt, quod in tranſitu placeat quod amiſſionis ſollicitudine inquietat. Niſi quis adeò vecors ſit, vt fragilitate delicietur, fugacitatis voto deceptus.

S. Chryſoſt. homil. 31. in Geneſ.

Ioan. 8. v. 33.

Cur Abrahamo dixit Deus: Benedicam tibi, & eris benedictus?

4. Pſalmo 2. ſic Deus Pater Chriſto Deo loquitur: *Poſtula à me & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quaſi Pater Deus dicat Chriſto: Tam charo Filio negare nihil poſſum. Itaque cùm te iam Regem conſtituerim, pete quæ deceant regiam maieſtatem, ſubditorum videlicet multitudinem: omnes ego redigam in ditionem tuam Iudæos, Gentiles, nationes cunctas terræ. Sed quid eſt, quòd Chriſtus Deus petit poſſeſſionem *terminos terræ*? an non potiùs *terra* vſque ad eius *terminos* expetenda foret? Caietanus accipit hos *terminos* pro angulis, lateribus, confinibus terræ; vt Chriſtus, qui iam ingreſſus eſt in poſſeſſionem cæli, ſit hanc accepturus, veniens in poteſtate ad iudicandum. Myſticè Didymus *fines terræ* accipit pro iis, qui cogitatione, voto, & vitâ terram peragrant, quorum dicuntur *eſſe oculi in finibus terræ*. An eos, qui Indis euangelizãt, aut euangelizare exoptant? P. Salmeron ſupplet *vſque*, vt petat poſſeſſionē *vſque ad terminos terræ*. Verùm S. Hilarius inibi Vulgati verba nude accipit, & ſic ea myſticè premit: *Et poſſeſſionē tuam terminos terræ. Cùm ergo poſſeſſio terræ finium Domino donatur; non tam terra donatur, quàm ea quibus terra finitur. Terræ enim terminos quibus terra ipſa terminatur, accepit.* Scilicet in poſſeſſionem ſuam non poſtulat terram; nihil enim terrenum videtur dignum, quod ſic Chriſtus optet, & obnixiùs à Patre expetat. Quare nuncupatim *terminos terræ* poſtulat, id eſt, terræ limites, qui terram vltimò terminant; & cælo reddunt confinem: nempè expetitur terrenorum prætcrlabentium finis, & cæleſtium ac permanentium bonorum auſpicium, quo finitur temporalitas; & beata cæli æternitas incipit. *Cùm ergò poſſeſſio terræ finium Domino donatur, non tam terra donatur, quàm ea quibus terra finitur.* Sanè terra, terrenáque bona, ad quæ mundus ſtupet, quæ hominum vota implent, fluxa ſunt, caduca, fugitiua: ergò non hæc incerta terræ bona; ſed eorum finis, æternitati confinis, dignus eſt, qui votiuè expetatur, & intentiùs poſtuletur. Et quidèm *terræ terminos quibus terra ipſa terminatur, accepit.* Hæc Hilarij verba conceptuum fœcunda, ad alia forſan themata emedullabimus, quod interim procliue cuique eſto.

Pſal. 2. v. 8.

Qui Indis Euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur.

Caietanus.

Didymus in Catenâ.

Prouerb. 17. v. 24.

Salm. tom. 1. Proleg. 14. formulâ 17.

S. Hilarius.

Chriſto non tam terra donatur, quàm ea quibus terra finitur. quare?

5. Ioannis 14. anxios Diſcipulorum animos his ſpebus Chriſtus erigit & tranquillat: Non turbetur cor veſtrum. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt, ſi quò minus dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locū.* Ne timeatis vobis defore locū in cælo: illiuſque ſedes omnes à me, & à Petro, vel ab aliis præoccupandas, vt vobis in cælo locus non ſuperſit. Cælū enim empyreum vaſtiſſimū, eſt & plurimas habet manſiones, quæ omnibus omninò hominibus capiendis ſufficiunt; quin neceſſe ſit, quòd alij deſerãt ſedes, vt alij eas ſucceſſiuè occupent. Et ſanè conſultiſſimè dixit *manſiones*, quæ permanentiam ac diuturnitatem in domo Patris ſui denotarent. Subtiliter S. Thomas ex Bedâ confert has in cælo *manſiones*, cum diuerſorio, in quo naſciturus Chriſtus locum non inuenit: *Et reclinauit*, inquit, *eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.* Sic ergò fatur S. Thomas ex Bedâ: *Vt Beda dicit, In diuerſorio loco agebat, vt nobis multas Manſiones in domo Patris ſui præpararet.* O benè! Nempè Deus veniens in mundum, in viâ naſcitur: parum eſt in viâ, ſeu tranſitu pro nobis naſci hominem Deum; in *diuerſorio loco* agit, nec ibi locum vel in tranſitu inuenit; adeò vt neceſſe fuerit in præſepio reclinari belluarum ritu, vt æternùm permanſuras in cælo *Manſiones* hominibus pararet: *In diuerſorio loco agebat, vt nobis multas Manſiones in Domo Patris ſui præpararet.* O arcanè ethica antitheſis! Chriſtus Deus recèns pro hominibus naſcens, in brumæ rigore tenellus infans, pauperculis faſciis ſtringitur, belluino indecorè præſepi fouetur, & *in diuerſorio loco agebat* in tranſitu, *vt nobis multas Manſiones* æternùm ſtabiles, & perpetuò beatè duraturas, *in domo Patris ſui præpararet.* O quàm carò emit nobis diuturnas in cælo *manſiones*, qui incommodâ præſepij vilitate, & *diuerſorio loco* illas mercatur!

Ioan. 14. v. 2.

Diuerſorio loco nobis emit Chriſtus æternas in cælo manſiones.

Lucæ 2. v. 7.

Beda. S. Thom. 3. p. q. 35. ar. 7. ad 2.

Prolixâ iam peractâ viâ à Moabitide in Bethlehem, de Boozi beneficentiâ cognatâ, meliùs habebant Noëmi, ac nurus Rutha. Quæ poſtquam Boozi donis onuſta, reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab eâ: *Filia mea, quæram tibi requiē, & prouidebo vt benè ſit tibi.* Requiem, id eſt, ſtatum connubio permanentem: nã munifica Boozi gratia, niſi perpetuetur nuptiis, inſtabilis, incerta, caduca, ac fugitiua eſt; ergò permanētiæ hypoſtaſi fulciatur. Hæc, hæc, inquam, de ſtabilitatis bono, *requies* meritò nuncupatur, & requiei nomen adimplet. Qui ſtatum permanentem prouidet, requiem prouidet, & vt benè

Ruth. 3. v. 1.

Digitized by Google

nè illi ſit verè prouidet. Qui ſecùs faxit, bonis potiùs inquietat alternâ eorum viciſſitudine, vt ipsâ Noëmi hîc conqueritur, aiens: *Non vocetis me Noëmi, id eſt pulchram*: ſed vocate me

Hic verſ.21

Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me. Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.

---

§. CIII.

Mundialis voluptas emphaticè dicitur, carnis afflictio, querela, error, elatio, ecſtaſis, & mera voluptatis narratio.

1\.

QVicquid timui (Deus bone!) quantò meliùs fuit, quàm quod concupiui? Quicquid hactenùs optaui, inimicorum execrationem puto. Vides tu iſtos; qui honores adorant, qui ambitionem ſequuntur, qui opibus inhiant, qui gratiæ adulantur, qui potentiam extollunt, qui voluptates auidè aucupantur? in rei maximæ cenſu errant. Iſta quæ ſpectantur, ad quæ conſiſtitur, quæ alter alteri ſtupens monſtrat; foris nitent feliciter, introrsùs miſera ſunt. Quæramus aliquid non in ſpeciem bonum, ſed ſolidum & æquabile, & à ſecretiore parte formoſius. Hoc è virtutum latibulis eruamus. Nec quidèm longè poſitum eſt: inuenietur, ſi æſtimetur nec deprehetur ex vulgi opinione. Scire itaque opus eſt, quò manum porrigas. Nam velut in tenebris vicina tranſimus, offenſantes in ipſa quæ deſideramus. Sed ne te per circuitus traham: *Vera voluptas erit; voluptatum contemptio* . . . *quo die infra voluptatem quis fuerit, & infra dolorem erit.* Sic minuta, fugitiua, & friuola voluptas, magno conſtat? ſic eſt incommodorum fœcunda? Sic mala boni ſpecie colorat?

Vera voluptas eſt, voluptatum contemptio.

Seneca de vitâ beatâ.

2\.

Lucæ 1. munere ſacerdotali perfunctus, & voce mulctatus, futurus vocis pater, redit Zacharias in domum ſuam. *Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens: Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.* Eliſabethæ diuturna vota ſobolem optatiſſimam auidè ſuſpirabant; & quod hactenùs concupierat, nunc abſcondit? *Opprobrium* ſterilitatis illi auſertur, & cùm ſobolis honore dotatur, de bono fœcunditatis erubeſcit. Sanè honor coniugij, matrimonij dignitas, eſt dulcium procreatio liberorum: ſatis enim graue eſt, ſatis triſte, & virginitatis carere præmio, & filiorum ſolatia non habere; ſuſtinere onera matrimonij, & ad fructum matrimonij non venire. Audiendus eſt Chryſologus, qui hâc ſuper re ſic ad rem philoſophatur: *Occultabat ſe menſibus quinque, quia etſi erat diuini muneris, ſui tamen temporis non erat quod habebat. Erubeſcit anus fœta, verecundatur vetula primi partus, & puerperam ſenectus abſcondit extrema; ne ſterilitatis opprobrium riſus fœcundæ ſenectutis augeret.* (ſubdit opportunè) *Hinc eſt quòd Eliſabeth, ſacrum vult celare myſterium, dicendo: Quia ſic fecit mihi Dominus, vt modo conceptus fatigaret verecundia, quam diu negati partus ærumna afflixit.* Ecce tibi ærumna negati portùs diù Eliſabetham afflixerat, dum ſterilitatis diuturno probro moleſtè angebatur; eò moleſtiùs, quò iam præ ſenectute deſperatiùs. Cùm autem votis pectus, & optatiſſimâ ſobole venter impletur, eam feliciſſimi *conceptûs verecundia fatigat.* ô moraliſſimam mundialium bonorum egeſtatem! O mundi lætitiam, lætitiæ inopem! Cuius negatio *affligit*, eius optatiſſima poſſeſſio mirè *fatigat.* Adeò vt Eliſabetham *modo conceptus fatigaret verecundia, quam diu negati partus ærumna afflixit.*

Lucæ 1. v. 24. & 25.

Eliſabethā fatigat poſſeſſio eius, cuius carentiâ moleſtè affligebatur.

S. Chryſol. Serm. 42.

De eâdem Eliſabethâ, & marito Zachariâ, ita ſcribit Euangeliſta, eorum laudes Euangelio deprædicans: *Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querelâ; & non erat illis filius eò quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.* Erat quidèm Eliſabeth ſterilis corpore, ſed fœcunda virtutibus: tarda ſoboli, ſed non tarda Deo. Non germine clauſa, ſed tempore; non negata pignoribus, ſed ſeruata myſterio. Sed quid eſt, quòd hæc ſterilis matrona ſenectute effœta, *ſine querelâ* vixiſſe notanter ſcribitur? An quia nemo de illâ conqueri iure poterat? an quia illa de nemine querebatur? Verùm hanc *querelam*, quâ Eliſabetha caruit, ad puritatem conceptûs in frigidâ ſenectute, profundiùs refert Auguſtinus: *incedentes in omnibus* . . . *ſine querelâ; & non erat illis filius eò quòd eſſet Eliſabeth ſterilis; & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Eliſabeth ſancta partus non ablatus eſt, ſed dilatus donec pertranſiret tempus carnis, paſſio corporis, coniugij neceſſitas, voluptatis cauſſa, cupiditatis ſenſus, & totum quod humanū confundit, grauat, onerat, conſcientiam.* (Nota attentiùs verba quæ ad rem ſubtexit) *Denique vbi tota corporis ſedata eſt querela, & in toto facti ſunt ſine querela, vox ſterilitatis fugit, reminiſcit ſenectus, fides concipit, parit caſtitas.* Nimirùm coniugalis voluptas hic, ex Auguſtini mente *querela* moraliſſimè nominatur. Vndè dilatus dicitur Eliſabethæ partus donec pertranſiret *tempus carnis, paſſio corporis, voluptatis cauſſa, cupiditatis ſenſus.* Et ſic filium in frigidâ ſenectute concipit, *vbi tota corporis ſedata eſt querela.* O benè! voluptatis paſſio, & cupiditatis ſenſus ad voluptabilia exæſtuans, *corporis querela* alto ſtylo nominatur. Queritur enim caro, quòd dum voluptatem expectabat, & quærebat, moleſtiam inuenit. Sic eſt friuola, fugitiua, & futilis carnis voluptas, vt *querelas*, potiùs quàm delicias excitet. Gaudia ſpebus ſpondet & falſatâ fide, deſideria deludit, vota fruſtratur. Hinc naſcitur aſſidua *corporis querela* de ſperatæ voluptatis fraude, cui plerumque aſſueſcit.

3\.

Lucæ 1. v. 6. & 7.

Carnis voluptas emphaticè dicitur, Querela.

S. Auguſt. Serm. 22. de Sanctis.

Eccleſiaſtæ 2. Salomon carnis deliciis diu malè adſuetus, & indè benè eruditus, ſic loquitur: *Riſum reputaui errorem; & gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Per *riſum* & *gaudium* accipe nimiam & effuſam lætitiam, tum internam, tum externam, quæ riſu, iocis, & cachinno proditur. Item (vt inibi aduertit Cornelius) delicias, voluptates, diuitias, rerúmque mundialium ſplendorem & copiam; quæ lætitiam hanc afferre ſolitant: per metonymiam, vt *riſus* ponatur pro obiecto, vel cauſsâ riſûs, putà pro illecebris quæ riſum ac lætitiam cient. Eſt apoſtrophe,

4\.

Eccl. 2. v. 2.

Cornelius.

Digitized by Google

[*Error putatur laudabilis, ouans, vtilis.* Tranſlationes. Chàldæus.] ſtrophe; alloquitur enim riſum & gaudium quaſi perſonas ſtultas & fallaces, eáſque obiurgat, ac ſtultitiam & fallaciam exprobrat. Aliqui vertunt: *Riſui dixi: Laudabilis es:* alij *vtilis es:* alij *ouans.* Hem! ſic error ſtultiſſimus putatur *vtilis, ouans, laudabilis?* Chaldæus ſcribit, *Riſum* id eſt, voluptatem, mundi gloriam, & carnis delicias) *dixi deriſionem.* [Coſtus.] Vel, vt Coſtus habet: [S. Auguſt. Serm. in c. Ieiunij.] *De lætitiâ dixi: Ridicula eſt.* Vndè Auguſtinus: *Iſte mundus*, ait, *aut ridet nos, aut irridetur à nobis: aut deſpicimur, aut contemnimus.* [Symmach. Arabicus.] Symmachus vertit: *Riſum dixi tumultum.* Arabicus: *Riſui dixi: Quæ eſt cauſſa elationis tuæ?* [*Voluptas dicitur, carnis elatio.*] Quaſi voluptas ſit effuſa carnis ſuperbia, & ſuperba corporis arrogantia, quæ ambitioſè præſumit (ſed conatu irrito) in voluptabilibus deliciari. Vndè confeſtim ſubdit: *Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* [Olympiod.] Olympiodorus autem ſic effert hanc ſententiam: *riſum dixi mentis amotionem.* Additque *riſum*, id eſt, voluptates terrenas vocari περιφορὰν, id circumlationem, [*Voluptas cur dicitur extaſis?*] *Vel quòd*, inquit, *ad omnem ventum circumferantur bona iſta terrena, quæ materiam ſuggerunt lætitiæ, ac voluptati; vel ι mutato in α legimus παραφορὰν, hoc eſt inſanam extaſin, mentiſque exceſſum: inſanire enim videntur, ac eſſe ſui obliti, qui in loco miſeriæ & lacrymarum, lætandum ſibi eſſe falsò exiſtimant.* Ecce tibi mundana voluptas appellatur inſana malitiæ *extaſis*, quæ fraudato voluptabilium ſenſu, & delicioſo rei optatiſſimæ guſtu, homines à ſe alienat, atque ſtupidos & extaticos reddit. O *inſana extaſis, mentiſque exceſſus*, qui inſignem hominum malitiam oſtendit; & dum [*Homo eſt ad voluptatem inſenſibilis. quomodo?*] illos à ſe alienat, ſenſui voluptatis ſubtrahit, & ſic voluptate defraudat! Quare ſolum relictum eſt voluptatis nomen, re voluptatis inane. Proh [S. Chryſoſt.] ſic carò emitur, ſic vulgò adoratur deliciarum ludibrium! Eleganter Chryſoſtomus homil. 29. in Matth. *Certè, ſi poſſes animam hominis deliciis dediti cernere: non dubitares multò meliùs eſſe in ſepulcro iacere, quàm his irritum teneri, & graui inſenſibilitatis operculo tamquam ſaxo premi.* Nempe ad voluptatem, cui inhiabat, *inſenſibilis* eſt, qui cùm illâ dulciter frui debebat, inſanam *extaſim* pati dicitur.

[5. Eccle. 2. v. 1.] Idem Salomon ſapientiæ antiſtes, egregiè accinit ſibi: Dixi ego in corde meo: *Vadam & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas.* [Lxx. Interp. Caietanus.] Lxx. Interpretes, quos ex Hebræo ſequitur Caietanus: *Miſcebo gaudium*, vel *Miſcebo in gaudio.* An ſeipſum gaudio ac voluptati miſcere, & mundialibus deliciis concorporare ambit? Sic eſt fluxum cor voluptatis ſequax? ſic ſunt fluxæ carnis deliciæ? Opinor ſolida non miſcentur. [Hebræus.] Hebræa habent *Tentabo me in gaudio.* Qui mundi bona cupit, tentationem expetit. O quàm eſt tentatio lapſui confinis! [Catena.] Autor Catenæ: *Omninò decreui meipſum vitiis tradere, & voluptates experiri, & intellexi hæc omnia eſſe vana.* Credamus experto. [Bibl. Comp. Arabicus.] Complutenſia, Vaticana & Regia: *Tentabo te in inſipientiâ.* Tempeſtiuè ad rem Arabicus: *Ego dixi in corde meo: veni vt enarrem tibi in lætitiis, & videam te in ſorte bonâ: & ecce hoc vanum eſt.* Vide quàm ſit voluptas voluptatis inops, cui tan- [*Voluptatis fruitio, narratio voluptatis ſententiè dicitur.*] tùm voluptatis nomen, re voluptatis vacuum, relictum eſt. Vndè *affluere deliciis, & frui bonis*, quæ mundus ſuſpirat, lætitiæ ac voluptatis *narratio* nominatur. Heu qui mundanis deliciis abundè *fruitur*, non tam illas guſtu capere, quàm auditu excipere ex ore narrantis perhibetur! Profectò omnis voluptas, quæ nec ex Deo, nec in Deo ſuſcipitur, fabula eſt incautas aures dulcedine fraudulentâ demulcens, tinniens figmentum eſt & reiectaneum voluptatis excrementum. Ergò ad aurium margines excolare oportet mundialium bonorum ſpecioſa vocabula, ne voluptatis excrementum & moleſtum angorem ſub ſpecie deliciarum propinent. Pulchrè Baſilius: [S. Baſil. in Pſal. 33.] *In corporeis voluptatibus*, inquit, *plus moleſtiæ quàm voluptatis ineſt. In nuptiis ſterilitas, viduitas, Zelotypia: in agriculturâ infœcunditas: in mercaturâ naufragia; in diuitiis inſidiæ. Ipſæ verò deliciæ & ſaturitas, & aſſiduus voluptatum vſus multos & varios ſecum trahunt morbos, multiplices affectiones.* Adeò vt mirandum ſit, quòd tot calamitates experta Noëmi cum vtraque nuru, dum in terrâ peregrinâ & inuiſâ *remanſit* [Ruth. 1. v. 5. & c. 3. v. 1.] *mulier orbata duobus liberis ac marito:* & ipſæ nurus improles, optimis maritis præmaturè viduatæ, & indè tot ærumnis flebilibus obnoxiæ; quandò nouas ſuæ Ruthæ nuptias ſollicitè ambit, audeat illi dicere: *Filia mea quæram tibi requiem, & prouidebo vt benè ſit tibi.* Sic è memoriâ excidit nuperrima in primis *nuptiis ſterilitas, & viduitas?* Quin & ipſa Noemi hîc verſ. 20. [Hic verſ. 21.] & 21. 22. quàm celeriter pulchritudinis & fœcunditatis felicitas euanuerit adteſtatur.

---

§. CIV.

Quàm ſit humana felicitas felicitatis inops.

[1. Minut. Felix.] Minutius felix in Octauio, ſic infideles alloquens eleganter ſcribit: Fortè vos decipit, quòd Deum neſcientes diuitiis affluant, honoribus floreant, polleant poteſtatibus. *Miſeri in hoc altiùs tolluntur, vt decidant altiùs.* [*Felices in hoc altius tolluntur, vt altiùs cadãt.*] *Hi enim vt victima ad ſupplicium ſaginantur, vt hoſtiæ ad pœnam coronantur. In hoc adeò quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, vt ingenium eorum perditæ mentis, licentiæ poteſtatis liberè nundinentur. Abſque enim notitiâ Dei, quæ poteſt eſſe ſolida felicitas, cùm ſit ſomnio ſimilis? Antequàm tenetur, elabitur.* [*Felicitas antequam teneatur, elabitur.*] *Rex es: tam times, quàm timeris: & quamlibet ſis multo comitatu ſtipatus, ad periculum tamen ſolus es. Diues es: ſed fortunæ malè creditur, & magno viatico breue vita iter non inſtruitur, ſed oneratur. Faſcibus & purpuris gloriaris: vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis, fulgere purpurâ, mente ſordeſcere. Nobilitate generoſus es: parentes tuos laudas: omnes tamen pari ſorte naſcimur, ſolâ virtute diſtinguimur. Nos igitur qui moribus & pudore cenſemur, meritò malis voluptatibus, & pompis veſtris abſtinemus.* [Publ. Syrus.] Belle dictum: *Fortuna leuis eſt, citò repoſcit quod dedit.* excelſis multò faciliùs caſus nocet. Fallax eſt mundi gloria, breuis, lubrica, falſata.

[2. Lucæ 4. v. 5. & 6. Matth. 4. v. 8 & 9.] Lucæ 4. primâ tentatione gulæ refutatâ, duxit Ieſum Diabolus in montem excelſum, *Et oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam eorum: quia mihi tradita ſunt:*

& cui volo do illa. Scio Diabolum non amplificaſſe Chriſti aſpectum, vt totius terræ gloriam videret. Sed notandum eſt quàm ſit præbendæ gloriæ auarus, qui illam vel ad modicum temporis momentum dumtaxat oſtendit. Imò & quàm ſit ipſa gloria gloriæ inops, vt benè perſpecta, ſtatim euanuerit. Ad momentum nitet, & glorioſè ſpebus, citiùs quàm poſſeſſioni ſcintillat, vt eius pellaciâ homnes tentando perſtringat. Audiendus eſt Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel, cap. 5. qui hunc locum ſic elucidat: *Tibi*, inquit, *dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam eorum: quia mihi tradita ſunt. Ab eo ſpera (licet breuis vitæ non ſit longum viaticum requirendum) tamen ab eo ſpera, qui vniuerſam creaturam condidit, qui Diabolo ea ad tempus tradidit, non vt poſſideat, ſed vt tentet. Non enim poterat corona eſſe ſine certamine. Probandi erant dubij, vt iuſti coronentur. Dedit itaque Diabolo ea; quia in his ipſis pœna accipientis eſt, ſi vti n ſciat. Quid enim eſt theſaurus luxurioſo, niſi ſumptus luxuriæ?* Scilicet mundi opulentiam & gloriam, ad quæ homines hianter ſuſpirant, ex Dei diſpenſatione, apud Diabolum ſunt; non vt ea Diabolus poſſideat; ſed vt eis homines decipiat, ac tentet. Infernalium tentationum pharetra, his bonis denſatur, quæ malus Dæmon tamquam iacula vibrat. Mundialium bonorum diſpenſatio & largitio, de Diabolorum officinâ eſt, *tentationum* conceptaculum, peccati *ſumptus*, bracteata *accipientis pœna*, gehennalis æternùm mortis ſtipendium, & inferni viaticum. Heu! quid voluptuoſo futilium bonorum abuſu, æternaturam pœnaliſſimè gehennam mercaris? Ad tentationem it, qui ad voluptatis gloriam vadit. Vide quibus gloriaris.

S. Ambroſ.

Mundi gloria Diabolo traditur, vt per eam homines tentet.

3. Matthæi 6: cæleſtium auaritiam docet Chriſtus, vt mundialium bonorum præſtigias excantet: Theſaurizate, inquit, theſauros (non in terrâ, ſed) in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur. *Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* O! ſic auaritiæ & voluptabilium affectus, cor hominis rapit, diripit, vincit, & detriumphat? Audiendus eſt, S. Hieronymus inibi: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Hoc non ſolum de pecuniâ, ſed & de cunctis paſſionibus ſentiendum eſt. Guloſi Deus venter eſt; ibi ergò habent cor, vbi eſt theſaurus. Luxurioſi theſaurus, epulæ ſunt; laſciui, ludicra; amatoris, libido. Huic ſeruit vnuſquiſque, quo vincitur.* Quid ſuperbis diuitiis, gloriæ faſtu, & auarâ voluptatum ambitione? voluptatum ſeruus es, & paſſionum mancipium. *Huic ſeruit vnuſquiſque, quo vincitur.* Quid de infami ſeruiture arroganter tumes; & vecors, qui victus es, quaſi triumphalis victor è peruerſo gloriaris? Tibi gratularis, quia manus aduerſario dediſti, quia aduerſarius de te trophæum erigit, quia tamquam vile mancipium illi ſeruis: O ſtupor!

Matth. 6. verſ. 20.

S. Hierony.

Huic ſeruit quiſque, quo vincitur.

4. Matthæi 3. diſtrictior Ioannis vita in deſerto proponitur: Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circà lumbos ſuos: *Eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre.* Non hîc diſputo, an hoc *mel ſilueſtre*, quo Ioannes in eremo veſcebatur, fuerit *Manna*, qui eſt ros ex arboribus decerptus; aut fuerit mellis quoddam genus communi ſuauius; ſiue agreſtius & in ſuauius, vt alij malunt. Quicquid illud ſit: ſaltem melleam dulcedinem ſapit, quod non videtur cum reliquâ vitæ auſteritate valdè conſentire. Ioannes ne is eſt, qui dulcibus veſcatur? an aliquod ethicè ſacramentum in hoc melleo Ioannis cibo deliteſcit? Galfridus in Matthæi cap. 11. citatus in Allegoriis noui Teſtamenti, ita ſuper hoc Ioannis cibo philoſophatur: *Veſcebatur autem melle ſilueſtri. Eis nimirùm cibis quæ ad manum erant, in quibus conuenienter inſtruimur, vt his quæ faciliùs & propinquiùs ad vſus noſtros occurrunt, contenti ſimus. Noluit enim egredi locum ſolitudinis, vt mutaret pane dulcedinem mellis: quia malè vnius dulcedinis dilectio fugitur, dum aſperitatis intuitu in grauioris caſûs periculum feſtinatur.* Addit tempeſtiuè Galfridus: *In melle ſilueſtri altera poteſt quidem conſolatio deſignari. Illa videlicet & in quâ Apoſtolus gloriabatur, dicens: Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Hæc conſolatio per mel ſilueſtre meritò deſignatur, quia nil magis ſilueſtre, & à cibibus huius ſeculi extraneum, quam æſtimare gaudium, quod ingeritur ad tormentum: & forſitan hæc eſt pax quam non mundus poteſt accipere: quia non pacificè poteſt ingruentis tribulationis anguſtias ſuſtinere.* Altè quidèm allegoricus Interpres! Scilicet *melle ſilueſtri* alitur Ioannes in agreſtioris eremi aſperitatibus: dum enim *ſilueſtre* dicitur, inconditum, aſperum, agreſte, auſterum, & amarum ſonat. Hic autem cibus ſic immitis, & de *ſilueſtri* ſapore propè belluinus, *mel* dicitur, quia melleam ſapidiſſimè dulcedinem è diuerſo ſapiebat. Sic Ioannes auſteritatibus deliciatur! Hæc ergò *conſolatio in melle ſilueſtri deſignatur.* Similem ad modum Paullus exultim dicitur *in tribulationibus gloriari.* Sic è peruerſo mundus dum *melle* deliciarum paſcitur non mella, ſed fella deguſtat, *mel ſilueſtre*, inquam. *Mel* quidèm, quia melleam ſpondet voluptatem, & ad gloriæ dulcedinem citat; ſed reipſa eſt *mel ſilueſtre*, id eſt, inconditum, agreſte, amarum, belluinum, & quammalè dulce. O infida mundi gaudia! ô felleas hominum voluptates! ô delicias, quæ mella ſpondent, & abſinthium propinant!

Matth. 3. v. 4.

Galfridus.

ad Rom. 5.

Silueſtres auſteri ates, mellea ſunt Ioannis deliciæ mundi ſunt fella.

5. Ioannis 3. in clandeſtino illo colloquio Chriſti ad Nicodemum, dum fidei rudimenta illi exponere incipit, rudem ſe ignoranter diſcipulum exhibet. Cui reſpondit Ieſus: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodò, ſi dixero vobis cæleſtia, creditis?* Nempe, ſi oculi tui ſic ad terrena cæcutiunt, quomodo non erunt hebetes ad cæleſtia & diuina, quæ humanum mentis faſtum longè tranſcendunt? Si ad terrena ſic hebeſcis; quo pacto diuinæ Verbi corporationis; & arcanæ Triados myſterium, & regenerationis per baptiſmi gratiam, Sacramentum capies? Belliſſimè Chryſoſtomus homil. 26. in Ioannem: *Si terrena dixi vobis, &c. Quando*, inquit, *quæſo, Domine, terrena docuiſti, qui homines ſæpè ad cæleſtium rerum amorem, & terrenarum contemptum adhortatus es? Certè numquam. Sed hîc tamen terrena vocat, moralis philoſophia documenta, quæ portio quædam haud contemnenda, diuinæ legis ſunt. Quæ tamen terrena appellauit: quoniam ad ea humanæ rationis lumen pertingere poteſt. Eſt ergò ſenſus: Quandò ego documenta hæc, quæ rationi humanæ* pernia

Ioan. 3. v. 12.

S. Chryſoſt.

peruia ſunt, vobis annunciabã, non credebatis mihi: imò verò me aduerſùs auaritiam, & diuitiarum cupiditatem declamante, Phariſæi, qui erant auariſſimi, doctrinam meam deridebant: Quomodo ergò ſi dixero vobis cæleſtia, quæ videlicet humanæ mentis facultatem ſuperant, creditis? Talia autem erant, quæ tunc Dominus de regeneratione hominis per infuſionem ſpiritûs, Nicodemo tradebat. Litteraliſſimè pariter ac moraliſſime de more Chryſoſtomus. Nimirùm multa Chriſtus Dominus, præſertim in montis ſermone, tradiderat de diuitiarum, voluptatum, ac gloriæ contemptu; de magnanimâ in calamitatibus & iniuriis patientiâ: & quòd in his, quas mundus putat miſerias ac infelicitates, vera gloria ac beatitudo lateat; quod quidèm multorum experientiâ notum eſt, & lumen rationis non excellit; imò & aliquâ ex parte à peritioribus ethicè Philoſophis traditum fuerat, Hem! *terrenum* appellat Chriſtus, quòd in mundialibus bonis vera voluptas & gloria non ſit; ſed quòd in paupertate, in luctu, in perſecutionibus, & magnanimo iniuriarum neglectu, defæcatior, mu-

Terrena Chriſti doctrina docet, quàm ſit felicitas felicitatis inops.

racior, ac meracior beatitudo conſiſtat? O quàm longè abeſt à doctrina Euangelij, qui vel hæc *terrena* non capit! *Terrenum* appellat Chriſtus, quòd deliciarum factiuum gaudium, gaudij inops eſt; quòd paupertina eſt deliciarum vena; ſpebus opulenta, poſſeſſioni nulla; dum per ſui abſentiam, deſiderium prouocat, falſatâ fide glorioſas ſpes inaniter fruſtrante. Opulentiam, delicias, glorias, & omnem felicitatem ſpondet, & ſollicitudinis angores, & dehoneſtamentorum fella propinat. O nunc in Chriſti doctrinâ vel hæc *terrena* intimiùs pernoſcamus! Bona Ruth, digna in prole Chriſti mater, Chriſtiana præcoqua, de ethicâ Chriſti doctrinâ in paucis aſpectabilis; quæ patriam, patrimonium, cognationem, cognatos dulciter mores magnanima renunciauit; maluitque in populo Dei, deliciis frui deſolatæ viduitatis, mendicæ paupertatis, vilipendij frequẽtis, & æſtuantis ſpicilegij, quàm in patriâ domo, & auitâ religione, mundi bona pati maledulci voluptate. Anticipet in ſe hanc *terrenam* Chriſti doctrinam, quæ inter terrenos Chriſti parentes meruit numerari.

Hìc v. 11.

SYNOPSIS CAP. II.

Socru adſentiente, Ruth ad ſpicilegium egreſſa, caſu incidit in Boozi meſſem: qui cùm eſſet Elimelechi cognatus, & Ruthæ nomen audiſſet, & honeſtos mores, illam beneuolè ac beneficè excepit: collaudauítque officia erga nurum Noëmi marito ac filiis orbatam; & pietatem ac religionem erga Deum Iſraëlis, deſertâ patriâ, & auitâ religione. Quare ſeriò iubet nequis illi moleſtiam inferat; & quandiu duret meſſis, vt menſam habeat cum meſſoribus ac puellis ſuis communem. Cùm autem benè ſatura, & onuſta ad ſocrum Noëmi ſub veſperum rediiſſet, eíque renunciaſſet apud Boozum tam vtiliter diem illum poſuiſſe, admonetur à ſocru, ne liberalem hoſpitem nacta, ad alium exinceps diuerteret, adhærerétque illius puellis donec meſſis hordeacea ac triticea abſolueretur.

CAPVT SECVNDVM.

I. ERAT autem vir Elimelech conſanguineus, homo potens, &
magnarum opum, nomine Booz. 2. Dixítque Ruth Moabitis
ad ſocrum ſuam: Si iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas,
quæ fugerint manus metentium, vbicúmque clementis in me
patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa reſpondit: Vade filia
mea. 3. Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga meten-
tium. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomi-
ne Booz, qui erat de cognatione Elimelech. 4. Et ecce ipſe veniebat de Bethlehem,
dixítque meſſoribus: Dominus vobiſcum. Qui reſponderunt ei: Benedicat tibi
Dominus. 5. Dixítque Booz iuueni, qui meſſoribus præerat: Cuius eſt hæc puella?
6. Cui reſpondit: Hæc eſt Moabitis, quæ venit cum Noëmi de regione Moabitide.
7. Et rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: & de
mane vſque nunc ſtat in agro, & ne ad momentum quidèm domum reuerſa eſt. 8.
Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec
recedas ab hoc loco: ſed iungere puellis meis. 9. Et vbi meſſuerint, ſequere. Man-
daui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarci-
nulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. 10. Quæ cadens in faciem ſuam, &
adorans ſuper terram, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante

oculos tuos, & noſſe me digneris peregrinam mulierem? 11. Cui ille reſpondit:
Nunciata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui: & quòd re-
liqueris parentes tuos, & terram in quâ nata es, & veneris ad populum, quem an-
teà neſciebas. 12. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem reci-
pias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. 13.
Quæ ait: Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui conſolatus es me, & lo-
cutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum. 14. Di-
xítque ad eam Booz: Quandò hora veſcendi fuerit, veni hùc, & comede panem,
& intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit
polentam ſibi, comedítque & ſaturata eſt, & tulit reliquias. 15. Atque indè ſur-
rexit, vt ſpicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris ſuis, dicens: Etiam-
ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam: 16. Et de veſtris quoque ma-
nipulis proiicite de induſtriâ, & remanere permittite, vt abſque rubore colligat, &
colligentem nemo corripiat. 17. Collegit ergò in agro vſque ad veſperam: & quæ
collegerat virgâ cædens & excutiens, inuenit hordei quaſi ephi menſuram, id eſt, tres
modios. 18. Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſu-
per protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat. 19. Dixítque
ei ſocrus ſua: Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? ſit benedictus qui miſertus
eſt tui. Indicauitque ei apud quem fuiſſet operata: & nomen dixit viri, quòd Booz
vocaretur. 20. Cui reſpondit Noëmi: Benedictus ſit à Domino: quoniam ean-
dem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. Rurſúmque ait: Pro-
pinquus noſter eſt homo. 21. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt
tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur. 22. Cui dixit
ſocrus: Melius eſt, filia mea, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno
agro quiſpiam reſiſtat tibi. 23 Iunctáque eſt itaque puellis Booz: & tandiu cum
eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

§. CV.

Commentarius Litteralis.

Verſ. 1. Erat autem vir Elimelech conſanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz.

1\. Sanctius. Lyranus. Abulenſis. Hugo. Carthuſian. Serarius. Cornelius. Bonfrer. Tirinus. Menochius. Gordonus. Pagninus. Vatablus. Lxx. interp. Chaldæus. *Conſanguineus ac notus; idem eſt apud Hebræos.* Lxx. interpr. Pagninus. Chaldæus. Caietanus.

VVlgatus in Bibliis vaticanis habet *vir*; & *vir* Sanctius excribit. At non tantùm Lyra, Abulenſis, Hugo, & Carthuſianus; ſed etiam Serarius, Cornelius, Bonfrerius, Tirinus, Menochius, & Gordonus habent *viro*. Scilicet *Erat* ipſius Noëmi *viro Elimelecho conſanguineus. . . . nomine Booz.* Hunc ſenſum habet Pagninus: *Ipſius autem Nohomi conſanguineus viro erat, vir potens . . . . & nomen eius Bohaz*, Vatablus: *Nahomi habebat conſanguineum ex marito . . . . cuius nomen erat Booz*, Adſimiliter Lxx. Interpretes, & Chaldæus. Nempè, *Erat* ipſius Noëmi *viro Elimelecho conſanguineus, homo potens.. .nomine Booz.* Quod ſi *vir* excribatur, hic erit ſenſus: *Erat vir Elimelecho conſanguineus, homo potens, nomine Booz.* Prior tamen ſenſus communior eſt Pro τὸ [Conſanguineus] Lxx. Interpretes, & Pagninus habent, *notus*; Chaldæus *cognitus*; Caietanus, *cognoſcens.* Hebræi autem conſanguineos appellant *notos*, quoniam ſe mutuò cognoſcunt. Quomodò Latinè etiam *cognati* vocantur à cognoſcendo Quâ de re eruditè hîc Serarius quæſt. 1. Quo autem conſanguinitatis gradu Boozus attigerit Elimelechum Noëmi mari-

Serarius. *Quo gradu conſanguinitatis Boozus Elimelechū attigerit.*

tum planè non conſtat. Benè ſuſpicatur Bonfrerius forſan patrueles fuiſſe, duorúmque fratrum filios; quod veroſimile videtur attentâ vtriuſque grandiori ætate. Porrò, vt ex ſuprà dictis §. 3. & hic num. 6. conſtat, Booſus iam ſenex Rutham duxit: ergò eius ætas aptiùs conuenit cum Elimelechi, quàm cum Mahalonis ætate, qui iuuenis interiit. Vndè etiam videtur colligi, Elimechum non fuiſſe patruum Boozi: præſertim ſi (vt fingit Rabbi Ioſue) Elimelech dicatur frater priſci illius Salmonis, & ille Salmon huius Boozi pater. Quod autem Elimelechus & Boozus non fuerint fratres, conſtat: neque enim ſi fuiſſent fratres vocarentur *conſanguinei*, aut *propinqui:* neque alius foret Boozo propinquior. Non tam reiiciendi, quàm ridendi ſunt qui aiunt Boozum fuiſſe non modò Elimelechi, ſed & Mahalonis fratrem: eſſet enim Mahalon ſui patris & filius, & frater.

R. Ioſue.

2\. Pagninus. Lxx. interp. Chaldæus. Vatablus. Cornelius.

Homo potens, & magnarum opum.] Pagninus, *Vir potens diuitiis.* Lxx. *Vir potens fortitudine:* Chaldæus, *Vir potens fortis.* Vatablus in notis: *Vir virtutis, vel potens virtute, id eſt, vir ſtrenuus.* Cornelius ex Hebræo: *Vir potens vel fortis robore, hoc eſt, robuſtus tam corpore, quàm animo.* At Hebræum verbum חיל *chail*, & potentem opibus, & robore potentem ſignificat: humana enim potentia ac robor ſæpè ab opibus eſt. [Nomine Booz.] quod nomen teſte Serario quæſt. 1. ſignificat vel, *In fortitudine*, vel *In eo fortitudo.* Incertus Chryſoſtomus homil. 1. in Matth. *præualens* exponit. Et læua colũna Salomoniani templi appellata eſt *Booz*, 3. Reg. 7. verſ. 21. & 2. Paral. 3. v. 17. Plures è Rabbinis cenſent, quòd hic Booz fuerit Abeſan Hebræorum Iudex, è Bethlehem de quo Iudic. 12. quod hîc refutant Abulenſis quæſt. 4. &

Serarius. Imperfect. 3 Reg. 21. 2. Paral. 3. Iudicum 12. Rabbini. Abulenſ.

Digitized by Google

Serarius. *Booz non fuit Abeſam Iudex Bethlehemites: nec fortè Legiſperitus.* Chaldæus. Feuardent. Serarius.

Serarius qu. 2. Quia in hâc hiſtoriâ iſtiuſmodi dignitatis nulla mentio fit; indicata autem alicubi foret, præſertim cum in huius libelli initio dicatur contigiſſe tempore *vnius iudicis*: ergò è proprio cerebro hariolantur Rabbini: neque enim vllus Booz inter Hebræos iudices vnquam nominatur. Et ſanè, vt cetera conueniant, tempora conſtare non poſſunt, vt rectè arguit Salianus. Feuardentius è Chaldæo paraphraſte cenſet hunc Boozum fuiſſe *Legiſperitum*: fides auctorem appellet. Lege iſtiuſmodi legiſperitiæ examen apud Serarium qu. illâ 2.

Verſ. 2. *&* 3. Dixítque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam: Si iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentium.

3. Veroſimile videtur has duas feminas inopiâ laboraſſe: & poſt aliquot dies quieti datos, viſum eſt Ruthæ aliquod inopiæ ſubſidium ſe habituram, quo ſe ac ſocrum vt vt ſuſtentaret, ſi, quod extremè indigentes facere ſolitant, ſpicilegio operam daret. Id, autem ſocru inconſultâ præſtare noluit, ſed rogat ab illâ, an ex vſu, aut dignitate ſuâ id facere cenſeat: quia illâ inuitâ, aut non approbante nil vnquam faciendum exiſtimauerit. τὸ *Si iubes*, additum eſt ab Interprete. Hebraicè eſt, *Vadam quæſo in agrum*, &c. Vulgatus pro *quæſo*, aut *obſecro*, poſuit, *Si iubes*. Chaldæus paraphraſtes & Pagninus, *Ibo nunc in agrum*. Lxx. Interpretes apud Marianam, *Ibo iam in agrũ*. Opinor eodem ſenſu. Nimirùm Ruth nihil ſocru inconſultâ, non adnuente ac probante facere voluit. [Vbicumque clemẽtis in me patrisfamilias reperero gratiam.] Nempè qui me beneuolè, & citra repulſam, conſuetum ſpicilegium facere permiſerit: etſi Iudæis feriò vetitum erat, ne agrorum Domini ſibi colligerent has ſpicas, quæ meſſorum manus effugerent, ſed pauperibus colligendas relinquerent, Leuit. 19. verſ. 9. & cap. 23. v. 21. vbi imperatur vt de induſtriâ aliquid pauperibus relinquant. Et Deuteronomij 24. verſ. 19. iubetur, ſiquem ſpicarum manipulum reliquiſſent integrum in agro per obliuionem, ne illum auferant, ſed pauperibus relinquant. Quâ ſuper re copiosè inibi expoſitores,

Ruth nihil nuru inconſultâ tentat.

Vulgatus. Chaldæus. Pagninus. Lxx. Interp. Mariana.

Spicilegium Moſaicâ lege pauperibus datum.

Leuit. 19. Deut. 24.

Verſ. 4. Et ecce ipſe veniebat de Bethlehem, dixítque meſſoribus: Dominus vobiſcum.

4. Quaſi dicat: Dominus vobis adſit, vobiſcum cooperetur; vobis benedicat, vóſque roboret, ac felicitet: ſiquidèm à Deo & meſſis, & cuiuſlibet rei bonitas expetenda eſt. Hîc primùm auditur ſolennis illa ſalutandi formula: *Dominus vobiſcum*, quam poſt Boozum vſurpauit 2. Paralipom. 15. Propheta miſſus à Deo ad regem Aſa. Et iudicum 6. ait Angelus Gedeoni: *Dominus tecum*. quæ verba ingeminauit Angelus Gabriel Virginem Deiparam ſalutans, Luc. 1. Hinc Eccleſia eandem ſalutationem in Miſſæ ſacrificium, & Eccleſiaſticum officium induxit. Quâ ſuper re vide Martinum del Rio Adag. 169. Serarium quæſt. 10. Bellarminum lib. 2. de Miſſâ cap. 16. Ioannem Durantum de ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 15, & Petrum Damiani Opuſc. 11. Et Concilium Braccarenſe Canone 21. *Placuit*, inquit, *vt non aliter Epiſcopi, & aliter presbyteri populum, ſed vno modo ſalutent, dicentes: Dominus ſit vobiſcum, Sicut in libro Ruth legitur*. Rumpantur licèt ilia poëtæ illius Bataui, cuius hæretica inerudité impudentia egregiè vapulat Adagio illo 169. à noſtro Martino del Rio, acri ſanè Hæreticomaſtige. Oecumenicè hîc ex Serario docet Cornilius Boozi exemplo heros eſſe erudiendos, vt ſua ſæpè prædia, ac operarios viſitent; aduocátque illud decantatiſſimum ex Ariſtotele lib. 1. Oeconom: *Optimum agrorum ſtercus ſunt Domini veſtigia*. & Plinius lib. 8. cap 6. *Maiores fertiliſſimum in agro oculum Domini dixerunt*. Pergit Cato de re ruſticâ cap. 2. *Sub hoc enim metu, cum familiâ villicus erit in officio*. Scitè notant Serarius quæſt. 9. & Bonfrerius hîc ad verſ. 7. Boozum meſſoribus adfuiſſe antemeridianis horis, forſan paullò ante prandium. Cùm enim recèns aduenerat, audit de Ruthâ v. 7. *De mane vſque nunc ſtat in agro*. Dein verſ. 14. ipſe Boozus Ruthæ dixit: *Quandò hora veſcendi fuerit, veni huc. & comede panem, comedítque illa*. Quod autem non de cœnâ, ſed de prandio ſit ſermo, conſtat ex v. 15. nam *indè ſurrexit vt ſpicas de more colligeret*. & verſ. 17. *collegit ergò in agro vſque ad veſperam*. Igitur abſoluto prandio ſpicas collegit pomeridiano tempore vſque ad veſperam. [Qui reſponderunt ei: Benedicat tibi Dominus.] Indè ediſcenda nobis eſt priſca ac pia ſalutandi ac reſalutandi formula, quò inaniter garrulæ verborum in ſalutationibus ciuilitates exulent. Et nota, quòd licet herus prior vrbanè ſalutat operarios: *Dominus vobiſcum*: qui aliis verbis penè idem ſignificantibus officiosè eundem reſalutant: *Benedicat tibi Dominus*, id eſt, Dominus quoque tecum ſit, tibíque benefaciat, ac te proſperet.

Salutandi formula: Dominus vobiſcum.

2. Paral. 15. Iudic. 6.

Lucæ 1.

Rio. Serarius. Bellarm.

Durantus. B. Pet Dam. Conc. Brac. car.

Stercus agrorum ſunt veſtig a, & oculi Domini.

Cornelius.

Ariſtoteles. Plinius.

Cato.

Serarius. Bonfrerius.

Hîc verſ. 7. &c.

Verſ. 5. 6. *&* 7. Dixítque Booz iuueni, qui meſſoribus præerat: Cuius eſt hæc puella? &c.

Hinc veroſimili coniecturâ colligit Sanctius, quòd hactenùs Boozus puellam hanc Moabitidem non viderat; aut certè non ita attentè vt illius forma animo hæreret. Indè etiam colligi poteſt, non valdè propinquo conſanguinitatis gradu Boozum, & Elimelechum fuiſſe cognatos. Nam ſi Elimelechus fuiſſet Boozi patruus, fratérve (vt garriunt Rabbini) nimis inurbanum foret viduam Noëmi, & eius nurum hactenùs non ſalutaſſe. [Rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia.] quod eſt modeſtiæ non obſcurum documentum. Nam quod apud omnes gentes vulgò permiſſum eſt, & Hebræis Moſaicâ lege imperatum, ipſa modeſtè rogauit, & cum bonâ veniâ eius, qui meſſoribus præerat, ſpicilegium auſpicatur. Forſan ignorabat Ruth (quippè quæ recens ad Iudaiſmum conuerſa erat) quid eâ in re ſibi ex lege diuinâ competeret. Sed quamuis id, ſocru tunc admonente ſciuiſſet, bonæ indolis eſt, etiam ſibi iure debita comiter ac humiliter rogare; & ſic eos à quibus rem debitam poſtulant, allicere ad expromptiùs ac liberaliùs donandum: nam ſi rixari velint, in re etiam

5. Sanctius. *Ruth hactenus Boozo ignota.*

Ruth modeſtè rogat, quod ſibi lege debetur.

ſuâ vindicâdâ, multas eis moleſtias exhibere poſſunt, & ſolitant. Plures rationes addêſat hîc Serar. q. 8. & Abulẽſ. q. 6. [Et ne ad momentum quidèm domum reuerſa eſt,] Mariana ex Hebræo, *Hoc manere eam in domo parum:* quia in domo ſuâ parum manſit, quæ à primo mane ſedulam ſine ceſſatione ſpicilegio nauarat operam vſque ad Boozi aduentum. Vulgato adſentiunt L x x. Interpretes, & Caietanus. Pagninus verò negationem expunxit: *Et venit, & ſtetit à mane vſque nunc: hæc manſio eius in domo fuit paululum;* cui adſentiunt Vatablus & Chaldæus. Sed trahendi ſunt ad Vulgati ſententiam, iuxta nuper dicta. Conſule hîc Serarium qu. 18. qui de hâc re eruditè, & copioſè.

Serarius. Abulenſis. Lxx. interp. Caietanus. Pagninus. Serarius.

Verſ. 8. *&* 9. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco.

6\. Ex his verbis colligit Sanctius, quòd tunc Boozus erat grandæuus, & Ruth puellares annos non exceſſerat: non enim eam appellaſſet *filiam,* niſi ipſe ſenex eſſet, & ipſa adhuc iuuencula. Sanè non tantùm qui vnum, ſed etiam qui tres Boozos ponunt, hunc Boozum Ruthæ maritum faciunt grandæuum, vt annos à Salmone Rahab viro, vſque ad Boozi nuptias cum Ruthâ componant, de quo ſuprà latè agebamus. [Sed iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere.] Abulenſis quæſt. 18. Serarius hîc ſparſim in multis qq. Salianus ann. m. 2810. num. 17. & 24. etſi num. 25. nobiſcum ſentiat, & Sanctius hîc num. 17. cenſent puellas haſce Boozi metere, ſicut & rei paſtoritiæ ac ruſticæ operam olim dediſſe perhibetur. Æſtuoſum ſanè feminis opus. Quid illis cum falce, & manipulorum pondere? quarum digitis accommodatior eſt acus, colus, penſum, quàm meſſorium opus, ad quod viri vix eualent. Eſto, vna aut altera feminarum pondus diei & æſtus ferre poſſet, puellarum gregem ad id eualere in regione præſertim calidiſſimâ, veroſimile non videtur tametſi aut primo mane, aut deferueſcente iam Sole metere potuiſſent. Neque ſacer Hiſtoricus id affirmare cogit: non enim mandat, vt ipſa metat cum metentibus puellis; ſed vt puellis ſuis iungatur, & cum eis ſequatur meſſores ſpicilegium faciens, vbi ipſi ſegetes meſſuerint. Nequaquam putat veroſimile noſter Bonfrerius haſce Boozi *puellas* in hoc ſpicilegio Domini ſui rem egiſſe, & in ipſius commodum ſpicas collegiſſe, quod diuinâ lege interdictum fuiſſe ſuprà monuimus; ſed vel in pauperum id ceſſiſſe compendium, vel potiùs in ipſarum puellarum ſeu ancillarum, quæ ſæpè pauperes ſunt, & multis indigent, quas ſibi ipſis ſpicilegium facere permittebat Boozus. Et ſanè pro illis Boozi verbis: Adiungere puellis meis, *& vbi meſſuerint ſequere;* apud Hebræum, & Lxx. eſt: *Oculi tui ſint in agro, quem meſſuerint.* Profectò oculos ſpicilegium potiùs quàm meſſura aduocat auxiliares. Verùm verò Ruth meſſuerit, ductu ſacri textus, iterùm redibit ſermo ad Verſ. num. 19. & 20. Exiſtimauerim cum Bonfrerio, Cornelio, ac Menochio, Rutham ſpicilegium, non meſſuram feciſſe.

Sanctius. *Booz grandæuus Rutham duxit.* Abulenſ. Salianus. Serarius. Sanctius. *Ruth, & Boozi puellæ non metebant.* Bonfrerius. Hebræus. Lxx. interp. Bonfrerius. Cornelius. Menochius.

7\. Iungere puellis meis.] Hebræus textus habet, *Adhære,* Græcus, *Adglutinare.* Rectè. Nimirùm prudens, pius, ac modeſtus paterfamilias monet quibus adhærere debeat, puella inquam puellis, quod honeſtatis eſt, ac pudori tutius. [Mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi.] Hactenùs tamen id non mandauerat: Sed quia certiſſimè id mandaturus erat, Hebræorum more poſuit præteritum pro futuro, vt q. 19. adnotauit Serarius. nempe *mandaui,* pro ſtatim *mandabo.* [Sed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt.] Pagninus ex Hebræo textu. *Et ſi ſitieris, perge ad vaſa & bibe de his quæ hauſerint pueri.* Neque Lxx. Interpretes in Bibliis Sixtianis vllam *aquæ* mẽtionem inducunt: inducit autem hîc Vulgatus, & Chaldæus Paraphraſtes. Et ſanè in his æſtuoſis regionibus aquæ potus in opere agrario freqnens ſolet eſſe quàm vini. Non minimi æſtimanda eſt aquea iſta liberalitas, habitâ ratione mulieris paupercula, & loci ſiticuloſi, in quo etiam aqua pretio forſan bibebatur, ſicut in viciná Idumæâ, & Galaaditide, Deuter. 2. v. 6. Vide Abulenſem hîc q. 9. & Serarium q. 19. Addit Salianus ann. m. 2810. n. 18. quòd ſicut nomine *panis* intelligitur omne eſculentum, ſic *aquæ* nomine poculentum omne: vndè in Græco & Hebræo non eſt *aquæ* mentio, ſed *hauſtus;* haurimus autem & de puteo, & de dolio: homo autem diues ac liberalis donum verbis extenuat, & *aquæ* nomine potum inſinuat; ſic ſæpè in Bibliis qui inuitat ad ſumendum panem, obſonia etiam ſignificat. Non diſplicet hæc Saliani coniectura, etſi loco exponendo minimè. Nam magni beneficij loco habebat paupercula Ruth in æſtuoſo labore expromptum habere potum, quin illum indies deferre, & cuſtodire opus eſſet. Quid ſi & emere?

Hebræus. Græcus. Serarius. Pagninus. Lxx. interp. Vulgatus. Chaldæus. *Rutha aqueum donũ cur magni æſtimet.* Deuter. Abulenſ. Serarius. Salianus. Græcus. Hebræus.

Verſ. 10. *&* 11. Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad eum, &c.

Hebræa vox, quæ ſubeſt pro τὸ *adorans,* quamcumque venerationem, adorationem, demiſſionemue ſignificat. Vndè iſtiuſmodi cernua ciuiliter adoratio hominibus ab hominibus etiam fit. de qua latè egimus in Iudith cap. 10. ad verſ. 20. ad illa verba: *Adorauit eum proſternens ſe ſuper terram.* Ideò fruſtrà obganiunt Hæretici: nam adoratio hæc nil niſi veneratio quædam eſt creaturis ob aliquam excellentiam conueniens, longè infra illam, quæ creatori debetur. Pro τὸ *cadens in faciem ſuam,* Chaldaicè eſt, *in naſum ſuum,* perindè eſt; ſed Hieronymus tritam Scripturarum phraſim retinuit. [Reliqueris parentes tuos.] Pagninus, Vatablus, & Lxx. Interpretes habent, *Patrèm tuum, ac matrem tuam,* quaſi Rutha reliquerit in Moabitide ſuperſtites patrem ac matrem. Verùm Chaldæus habet, *Domum patris ac matris tuæ;* & quidèm *parentum* nomine cognatos ſignificari, Hiſpanè *parientes,* tradebamus ad illud Tobiæ 2. v. 15. *Ita iſti parentes, & cognati eius irridebant.* Viderint alij an ex hoc loco indubiè probetur, ſuperſtites tunc fuiſſe in Moabitide Ruthæ patrem ac matrem; an tantùm his verbis ſignificetur, reliquiſſe domum paternam,

8\. Hebræus. Iudith 10. *Quid ſignificet adorare.* Auctor in Iudith c. 10. §. 15. n. 91. *An ſuperſtites parentes Rutha reliquerit.* Chaldæus. Pagninus. Vatablus. Lxx. interp. Chaldæus. Tobiæ 2. Auctor in Tobiam §. 66. n. 6.

Digitized by Google

ternam, & indè patriam, cognatos, & notos.

9. *Verſ.* 12. Et ſub cuius confugiſti alas.

Quid ſit ſub alas Dei cõfugere.

Protectionem ſcilicet, prouidentiam, & ſollicitam ſollerter curam, quæ ſub eâ metaphorâ perſæpè in Scripturis ſacris ſignificatur. Sicut enim pulli confugiunt ſub gallinæ alas, vt protegantur ab aëris iniuriis, & à rapacibus infensè miluis; ſic etiam *ſub alas*, id eſt, ad protectionem Dei Rutha confugit, & nos confugere debemus. Quod autem protectionis *alæ*, aut pennæ Deo adſcribantur, conſtat ex Pſalm. 16. v. 8. & Pſalm. 35. v. 8. & Pſalm. 56. v. 2. & Pſalm. 60. v. 5. & Pſalm. 62. v. 8. & Pſalm. 90. v. 4. Matth. 23. v. 27. Conſule noſtrum Martinum del Rio Adag. 170. qui hâc ſuper re copiosè, vt aſſolet. Bonfrerius ex Hebræo vertit: *Cuius veniſti ad ſperandum ſub alis eius.* Alij, *qua veniſti*; alij, *quia veniſti.* Pulchrè Chaldæus excribit, & exponit: *Quia veniſti vt proſelyta fieres, & teipſam abſconderes ſub vmbra maieſtatis gloriæ ipſius.* quaſi Dei erga homines cura, prouidentia, ac protectio, ſit *vmbra maieſtatis gloriæ ipſius.*

Pſalm. Matth. Rio. Bonfrer. Hebræus. Chaldæus.

10. *Verſ.* 13. Quæ ait: Inueni gratiam ante oculos tuos Domine mi.

Hugo. Carthuſ. Chaldæus. Pagninus. Vatablus. Lxx. interp. Lyranus. Abulenſ. Mariana.

Inueni habet præter Vulgatum, Hugo Card. Dionyſius Carthuſianus, & Chaldæus Paraphraſtes. At Pagninus, Vatablus, Lxx. Interpretes, Lyranus, & Abulenſis in Commentario excribunt, *Inueniam*, quaſi Rutha optet, vt exhibitam beneficè gratiam continuet, ac proroget. Aliter noſter Mariana, qui cenſet eſſe iurandi formulam: Quaſi dicat Boozo Rutha: *Ita gratiam tuam inueniam, vt me conſolatus es, & locutus ad cor ancillæ tuæ.* Aliqui etiam vertunt, *Inuenio.* Putauerim potiùs, quòd Hebræo more hîc futurum *inueniam* ponitur pro præterito, *inueni* (Sicut nuper verſ. 9. *Mandaui pueris meis*, pro *mandabo*:) quod peritè percallens Hieronymus vtrobique poſuit præteritum: aptiùs enim rei præſenti conuenit, quàm futurũ. Porrò poſt tot inſperata beneficia accepta, idoneè magis dicit ſe inueniſſe gratiam coram oculis eius, quàm, quaſi hactenùs non acceperit, vouere, & apprecari exinceps inuenturã. Imò ex gratiâ & gratitudine præſenti, futura beneficia certiùs vouet, & ſibi ſpondet, quàm ſi ſtatim futura expetat. Præſtat id aſſerere, quàm ſuſpicari cum Bonfrerio, forſan Hieronymum ſcripſiſſe *inueniam*, & extritâ vltimâ ſyllabâ pro futuro *inueniam*, remanſiſſe præteritum *inueni*. [Qui conſolatus es me & locutus ad cor ancillæ tuæ.] Idem eſt Hebræâ phraſi, *loqui ad cor*, ac *conſolari.* nempè loqui placentia, grata, iucunda, ſolari, blandiri. Tunc enim contractus & afflictus Ruthæ animus, valdè conſolationis indigus erat: femina enim paupercula, & peregrina, & de inuiſo genere orta, & timebat ab agrorum Dominis repulſam, & ab obuio quoque contumeliam. [Quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.] Vide abiectiſſimam Ruthæ humilitatem? quæ non tantùm ſe Boozi ancillam vocat, ſed illius ancillis longè ſe poſtponit. Aliter Lxx. interpretes: *Et ecce ego ero tanquam vna ancillarum tuarum.* Verùm ſi hæc legas per interrogationem, idem euadit ſenſus, vt notauit Serarius q. 23.

Hebræo more futurum ponitur pro præterito.

Bonfrer.

Quid ſit loqui ad cor.

Lxx. interp. Serar.

Verſ. 14. Dixique ad eam Booz: Quandò hora veſcendi fuerit, veni hùc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. 11.

Potum Boozus Ruthæ nuper dederat, nunc & cibum dat. [Quandò hora veſcendi fuerit.] Puto tunc diem in *horas* diſtributum non fuiſſe: *horam* igitur veſcendi accipit pro tempore aut tempeſtate veſcendi, ſiue ientaculum fuerit matutino tempore, ſiue prandium ad meridiem, ſiue merenda pomeridianis horis; ſiue cœna poſt veſperam: ad hæc enim omnia Rutham Boozus inuitat. *Comede panem* Panis nomine cibum quemcumque in Scripturâ ſignificari, fere in confeſſo eſt: polenta enim appoſita fuit, & forſan alij ruſticorum cibi. [Intinge buccellam tuam in aceto.] Pro *τὸ aceto* Hebraicè habetur חמץ *chomes*, quæ vox ambigua eſt, ſignificat enim *acidum*, ſeu *acetum*, aut *fermentum*, aut *fermentatum panem*, aut *edulium aceto conditum*, vt inibi notat Sanctius. Cui difficile videtur eſſe purum & ſolum *acetum*, id eſt, quod ex corrupto vino ſupereſt. Probat, quia licet *buccellam* meſſores interdùm intingant in aceto, non tamen eo ſaturantur, ſicut ſaturata dicitur Rutha, neque ex eâ magnæ fiunt reliquiæ, quales illæ videntur, quas ad ſocrum ſuam detulit ſaturata nurus. *Acetum* autem ſiue aquâ dilutum intelligunt Lyranus, Vatablus in notis, Serarius q. 24. Salianus ann. m. 2810. n. 20. Cornelius, & Bonfrerius Carthuſianus, hîc; Abulenſis q. 9. Menochius, & Tirinus pro oxicrato, hoc eſt aceto aquâ diluto accipiunt, cuius frequens ruſticorum vſus eſt tempore æſtiuo ad refrigerium, Hiſpanè *gazpachos*; aceto etiam lactucæ, & olera alia intinguntur. Neque ratio illa Sanctij valdè vrget in oppoſitum, non enim ſolo pane & aceto, meſſorum epulæ apparabantur; ſed *panis* nomine obſonia etiam intelliguntur: apponebatur autem *acetum*, quo intingeretur panis ad alimoniam, & ad refrigerium ab æſtuoſo labore. Ruth verò non tulit reliquias *aceti* ad ſocrum Noëmi, ſed polentæ.

Sanct.

Aceti vox, purum acetum ſignificat, vel aqua mixtum.

Lyranus. Vatablus. Serarius. Salianus. Carthuſian. Cornelius. Bonfrer. Abulenſ. Menochius. Tirinus. Sanctius

2. Chaldeus ſic locum excribit, & exponit: *Accede & comedes panem, & intingito ſuſtentationem tuam in pulmento, quod coctum eſt in aceto.* Erit igitur *acetum* (ait inibi Sanctius) edulium quoddam aceto conditum à quo tanquam ab illius pulmenti parte præcipuâ, totum illud pulmentum vocatur *acetum*. Sicut vocamus *acetaria* edules herbas minutè conciſas, & ſale aſperſas, quibus oleum & acetum inſtillantur, Hiſpanè *enſalada*, ab exuperante ſale potiùs quàm aceto. Sic etiam *muſtaceum* à muſto, etſi ex farinâ, adipe, caſeo, & aniſo, &c. materiarum ſit. Chaldeo, & Sanctio adſentiunt Menochius, & Serarius quæſt. 24. Verùm ſi *acetum* edulij, aut pulmenti quoddam genus eſt, neceſsè etiam eſt, vt liquore acetoſo madeat, in quo buccella intingi poſſit. 12.

Chaldæus. Sanctius.

Acetum, ſicut acetaria, pro genere edulij vſurpantur.

Menoch. Serarius.

3. Idem Sanctius hîc num. 27. & Serarius quæſt. 24. cenſent *acetum* eſſe quoddam compoſitum condimentum ſeu embamma (Hiſpanè *ſalſa*) ex variis rebus ad excitandam ſopitam æſtu gulam, quod quia maixmam vim ſaporis ab aceto mutuatur, ſimpliciter *acetum* dicitur, 13.

Sanctius. Serarius.

Chaldæus. *Acetum hic ſignificat purum acetū, & embammа.*

ſeu *pulmentum quod coctum eſt in aceto,* vt loquitur Chaldæus. Et putauerim hoc tantùm, nec quicquam ampliùs ſecundam ſententiam intendiſſe. Verùm enimverò cùm hiſce Boozi verbis, Rutha nuper inuitata ad poculum quoties ſitierit, nunc inuitatur ad cibos quoties illos meſſores capiant: nec tantùm inuitatur ad ientaculum & cœnam, ſed etiam ad prandium & merendam: & quia eo tempore magis æſtuant meſſores, frequentior aceti vſus eſt, aut ad intingendam offam in aceto aquâ mixto, aut ad buccellam intingendam in *pulmento, quod coctum eſt in aceto*, id eſt, condimento, ſeu embammate. Vtrumque enim Hebræa vox *chomes* ſignificat,

Sanctius.

vel ipſo Sanctio nuper atteſtante. Sanè *aceti* multimodus eſt vſus ruſticis in æſtuoſo labore, & regione calidiſſimâ, torrente ardentiùs Sole, tempore meſſis. Subiiciam ad commodos meſ-

Plinius.

ſoribus *aceti* vſus ſudatum Plinij locum lib. 23. cap. 1. *Vini etiam vitium tranſit in remedia. Aceto ſuma vis eſt in refrigerando*, &c. Quid ſit au-

14\. Sanctius. Baronius. *Quid ſit buccella, & panis buccellatus.*

tem *buccella* tradit hîc Sanctius ex Batonio. Scilicet Iudæi olim conſueuerunt panes ita fingere, vt profundæ lineæ decuſſim traiectæ, aut ſe mutuò ad rectos angulos interſecantes ita diſtinguerent, vt crebræ, ac minutim tanquam areolæ concluſæ, per totam panis faciem relinquerentur, quæ *buccella* vocabantur: & indè iſtiuſmodi panis *buccellatus* dicitur. Et indè explicat illud Actor. 2. verſ. 46. *Frangentes circa domos*

Actorum. 2.

panem. Itaque germanus loci ſenſus eſt. Dederat nuper potum Boozus Ruthæ quoties bibere in agro voluiſſet; nunc ſimiliter eſcas præbet, quoties meſſores veſcantur. *Quandò hora*, inquit, *veſcendi fuerit*, ſiue ientaculum, ſiue prandium, ſiue merenda, cœnáve fuerit, *veni huc*, *& cum* meſſoribus *comede panem*, id eſt, quoſcumque cibos illis appoſitos ad veſcendum: neque tantùm cibos, ſed etiam & dum prandetur, commune apponetur *acetum*, ſeu embamma; & dum merendæ hora eſt, *veni hùc*, *& buccellam* tuam, id eſt, fragmen panis *in aceto intinge* (has operariorum comeſſationes Hiſpanè dicimus *bocadillos*) ſicut meſſores reliqui mercede conducti. Summa ſententiæ eſt: Tibi licebit cum meſſoribus edere, quod illi, & quoties illi edunt. Speciatim autem mentio fit *buccella* in *aceto* intinctæ, ne videatur ab vllâ meſſorum comeſtione vllatenùs excluſa, aut ab aliquo embammate, quod meſſorum æſtum mitiget, & languentem præ æſtuoſo labore ciborum guſtum excitet.

15\. Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditque.] Licet facile parabilis ſit ruſticorum menſa, non putauerim in vno loco Rutham forſan cum puellis, & in alio meſſores; ſed ad meſſorum latus cum reliquis puellis comediſſe, in eâdem tamen agrariâ menſâ cum meſſoribus. Non leue expoſitoribus negotiū faceſſit, quòd Hebræum

An Boozus Rutha, an Rutha ſibi polentam congeſſerit.

verbum *ſedit*, & *comedit*, ſit feminini generis, & indè ad Rutham proculdubiò referri; verbum autem *congeſſit* ſit maſculinum, & ideò ad Rutham referri non poſſit. Idcircò Pagni-

Pagninus. Vatablus. Lxx. interp.

nus habet: *Et ſedit ex latere meſſorum*, *& porrexit ei polentam*, *& comedit.* Vatablus etiam, *Porrexit ei* Chaldæus, *porrexit illi.* L x x. interpretes tradunt quiſnam ei polentam porrexerit: *Et ſedit Ruth à latere meſſorum*, *& porrexit ei Booz polentam, & comedit.* Nimirùm polentam, quam ipſe Booz, aut meſſorum aliquis Boozi nomine, Ruthæ abundè porrexit, ipſa ſibi congeſſit. ita ex Hebræi verbi ſignificantiâ eruditè hunc locum Bonfrerius commentatur: ſignificat enim aceruare, ſeu in cumulum redigere,

Bonfrer.

Siue accipiendo. Nempè polentam, quam illi abundè Boozus porrexit, abundè etiam illa ſibi congeſſit: ſaturata enim eſt, & ſuperfuerunt reliquiæ, quas deferret ad ſocrum. Vndè etſi contingat aliquandò in Scripturis, quòd abſolutum ponatur pro reciproco, & reciprocum pro abſoluto, vt doctè hîc probat Sanctius; nunc

Sanctius.

tamen neceſsè non eſt, vt reciprocum *ſibi*, ponatur pro *ei*. Quod ſicuti id arriſerit; non abnuo. Sic Geneſeos 2. verſ. 18. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, *id eſt ſimile ei.* Conſule Sanctium in Abacuc. 2. verſ. 7. [Polentam] vocat far toſtum, ſiue hordeum: de quo ait Cato lib. de re ruſt. cap. 108. *Perfuſum aquâ hordeum ſiccabant nocte vnâ*, *poſtero die frangebant*, *deindè molis frangebant*, *ſeruabántque in multos dies.* Lyranus autem polentam vocat *cibum è granis nouis factum.* Polentæ eſum commendat Seneca epiſt. 18. & 111. eſſe autem ſapientiſſimum teſtatur Serarius quæſt. 25. ex his qui polentam ſæpiùs eſitarunt.

Geneſ. 2. Sanctius. *Quid ſit polenta.* Cato. Lira. Seneca. Serarius.

Verſ. 15. *&* 16. Atque indè ſurrexit, vt ſpicas de more colligeret.

Pôſt ſumptum cibum non diu ſegnis Rutha ſedet, ſed confeſtim ſedula rediit ad penſum. 16.
Hinc conſtat Boozum ante meridiem adfuiſſe meſſoribus, cùm poſt aduentum inuitata ad prandium ſederit, & mox ad opus ſurrexerit. Videtur autem veroſimile, quòd vbi primùm illa receſſit à meſſorum epulantium turbâ, operariis Boozus edixerit, vt nemo ei vllam moleſtiam inferret; ſed etiam ſi metere voluerit, vltrò permittant, nec tantùm è deciduis ſpicis, ſed è collectis etiam manipulis ſuum citiùs & vberiùs facere ſpicilegium non abnuant. Imò præcipit vt de induſtriâ ſpicas è ſuis manipulis decidere ſinant, vt illa ſine rubore plura congerat & ſuam meſſem citiùs ac pleniùs abſoluat. [Pueros] appellat Biblicâ phraſi meſſores ac operarios, qui illi ſeruiunt.

Verſ. 17. *&* 18. Collegit ergò in agro vſque ad veſperam: & quæ collegerat virgâ cædens, & excutiens.

Hebraicè, & Græcè vno duntaxat verbo ſcribitur, *cadens & excutiens*, non tantùm hîc ſed 17.
etiam Iſaiæ 28. verſ. 27. & Iudic. 6. verſ. 11. Videtur enim illius ætatis conſuetudo, vt deferrent ſpicilegæ non ſpicas cum calamo, ſed pura grana excuſſa baculo aut virga, quæ minùs moleſtè in domum geſtantur. [Inuenit hordei quaſi ephi menſuram, id eſt, tres modios.] τὸ *ephi* menſura erat aridorum, de quâ paſſim Bibliorum interpretes. Hieronymus explicationis gratiâ addidit, *id eſt, tres modios*, hoc eſt, tria ſata. Itaque *ephi*, idem eſt apud Hiſpanos, ac fanecæ dimidium, id eſt, tres modij, ſeu ſex *celemines*: modius autem idem eſt, ac duo *celemines* Hiſpani. Conſule Sanctium in Ezechielis cap. 45. v. 23. Bonfrerium hîc, in appendice ad cap. 16. Exhodi,

Iſaiæ 28. Iudic. 6. *Ephi eſt dimidium fanega Hiſpana.* S. Hierony. Sanctius. Bonfrer.

Tirinus

Digitized by Google

Tirinus. Mariana.

Tirinum in prolegom. de antiquis ponderib. Marianam de Ponderibus, & menſ. Sanè non fuit exiguum diurni laboris pretium; neq; adeò graue pondus, quod ipſa non potuerit domum deferre: quod ſocrui ſuæ oſtendit, deditque cibi reliquias, quas officioſa nurus illi ſeruauit.

Verſ. 20. Cui reſpondit Noëmi: Benedictus ſit à Domino: quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.

18. Quaſi dicat: Benefaciat illi Dominus (Dei enim beneficere, benefacere eſt) nam ſicut beneficit Elimelech marito meo, eiúſque filiis Mahalon & Chelion tanquam ſibi conſanguineis, dum viuerent; ita iiſdem etiam defunctis benefacere non ceſſat, dum erga eorum vxores, quæ ſuperſtites ſunt, adhuc, beneficus eſt. [Propinquus noſter eſt homo.] Hebræa vox quamcumque propinquitatem ſignificat, ſiue quæ ex communione ſanguinis fit, ſiue quæ ex affinitate venit, ſiue quamcumque aliam. Quapropter ad tollendam ambiguitatem in Hebræo additur: *De redemptoribus noſtris eſt* (quod & Lxx. interpretes etiam addiderunt) ſeu è vindicibus, id eſt, eâ *propinquitate* nobis coniunctus eſt, vt ſit aliquis ex his, ad quos pertinet ius liberandi nos ab orbitate, &c. Leuit. 25. verſ.25: [Scilicet] iſtiuſmodi propinquus appellatur tripliciter *redemptor*, nempè agri, vxoris, & famæ. *Agri*, quia à quolibet eſſet ager venditus cuipiam externo, venditoris propinquus habebat ius agri redimendi, reddendo pretium eius emptori, qui agrum illum emerat. *Vxoris*, quia ſi aliquis ſine liberis diſceſſiſſet, eius propinquus habebat ius (an & debitum?) ducendi defuncti vxorem, vt ei filios ſuſcitaret, & ſic eam cum ſuâ hereditate vindicabat ſibi. *Famæ* (& iniuriæ, aut ſanguinis) quia ſiquis ab alio fuiſſet occiſus, ad occiſi propinquum ſpectabat, eius cædem vindicare apud Iudices, vt hoc modo, quaſi ius ſuum, id eſt, ſuam famam & innocentiam occiſio reſtitueret. Quâ de re vide expoſitores Numer. 35. verſ.12. præſertim Bonfrerium. Vide dicta §. 6. num. 9.

Hebræus. Lxx. interpr. Leuit. 25. *Triplex redemptoris ius.* Bonfrer.

Verſ. 21. Et Ruth: Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, &c.

19. Pro *tò meſſoribus*, in Hebræo eſt *pueris*, quo nomine non ſolùm qui ætate ſunt pueri vel iuuenes, ſed qui ſeruiunt in quouis miniſterio, paſſim in Bibliis intelliguntur, ſicut hîc *meſſores*. Benè autem hîc notat Bonfrerius, quòd per *pueros* intelliguntur *puellæ*. Quemadmodùm ſuprà verſ. 14. *meſſorum* nomine intelligi poſſunt *puellæ* per ſyllepſim, quæ figura à Latinis dicitur *conceptio*, per illam enim in maſculino genere femineum concipitur, & continetur, quod inibi obſeruat Sanctius num. 30 Vndè Lxx. interpretes hîc in Romano & Baſileenſi codice, & Chaldæus habent, cum *puellis*. Itaque iuſſa eſt Ruth adhærere *puellis* ſpicilegis; & ſequens *meſſores*, ſeu *pueros*, ſpicilegium facere.

Hebræus. Bonfrerius. *Meſſorum nomine puellæ etiam deſignantur.* Sanctius. Lxx. interpr. Chaldæus.

Verſ. 22. Vt cum puellis exeas ad metendum.

Hic locus valdè fauere videtur auctoribus, qui affirmant, Rutham exinceps non ſpicilegio, ſed meſſioni dediſſe operam. Verùm in Hebræo textu non habetur *tò ad metendum* quem ſic vertit Pagninus: *Bonum eſt filia mea, quòd exeas cum puellis eius*: ſic etiam Vatablus, Lxx. interpretes, & Chaldæus paraphraſtes Ioſephus etiam lib. 5. cap. 11. ait ſequentibus diebus Rutham iiſſe ad ſpicilegium cum Boozi ancillis. Salianus autem & Menochius ex Serario quæſt. 30. explicant illud Vulgati, *Vt cum puellis exeas ad metendum*, de ſpicilegio, quod præſertim apud Iudæos, veluti parua meſſis vocari poteſt; ſicut racematio, parua quædam vindemia eſt. Quod autẽ ſpicilegij mentio deinceps nulla fit, nil obeſt: nam tota meſſis, & collectio ſpicarum hoc cap. terminatur. Sanè maluit Boozus, quòd Rutha ſuæ ipſius vtilitati ſeruiret, ſic abundè colligendo, quàm vt pactâ mercede meteret: quod æſtuoſum opus vltra femininas vires eſt, & robur expetit maſculum. Dein ſi meſſuræ operam dediſſet, tot Boozi beneficia illi largiùs promiſſa planè vacarent. Denique vt ex Hebræo & Græco textu colligitur, Ruth toto meſſis tempore, non apud Boozum in agro cum meſſoribus, ſed apud Noëmi commorata eſt, deferendo quotidie ſub veſperam, quod illâ die collegerat. Maneat ergò quod ſuprà num. 6. diximus Rutham non meſſioni, ſed ſpicilegio nauaſſe operam. 20.

Paginus. Vatablus. Lxx interpr. Chaldæus. Ioſephus. Salianus. Menoch. Serarius. *Rutha ſpicilegio, non meſſura operam dedit.* Hebræus. Græcus.

Verſ. 23. Tandiu cum eis meſſuit,

Paruâ meſſe; ſpicilegio inquam, [donec hordea & triticum in horreis conderentur.] Hebræus textus, & Lxx. interpretes nullam *horreorum* mentionem faciunt; quod per anticipationem dictum Saliano videtur: nam quæ ſequenti cap. narrantur, acciderunt nondùm perfectâ meſſe, & frumento in horreis condito; ſed plurimis adhuc manipulis in areâ coaceruatis: iacuit enim Boozus prope aceruum manipulorùm & ex hordeis magnâ copiâ inibi exiſtente, Ruthæ ſex modios menſus eſt. Porrò quæ habentur ſequenti cap. contigerunt ſub meſſis finem, quandò peractâ trituratione, frumenta ventilantur, ait Salianus in ſchol. ad ann. m. 2810. num. 4. Verùm hæc ſententia examinatur ad cap. 3. 21.

Hebræus. Lxx. interpr. Salianus.

---

§. CVI.

Opulentia auarè immiſericors, infernalis gehennæ cognata oſtenditur.

Mihi crede (ait Seneca,) is beatior eſt, cui fortuna ſuperuacua eſt, quàm is cui parata eſt. Omnia iſta bona, quæ nos ſpecioſâ ſed fallaci voluptate delectant, Pecunia, dignitas, potentia, aliáque complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum inuidiâ conſpiciuntur, eóſque ipſos quos exornant, & premunt; *plus minantur, quàm proſunt*. Lubrica & incerta ſunt, numquam benè tenentur: *nam vt nihil de tempore futuro timeatur*, ipſa tamen magnæ felicitatis tutela, ſollicita eſt. Si velis credere altiùs veritatem intuentibus, omnis vita ſupplicium eſt 1.

Seneca de Conſol ad Polyb. c.28. *Diuitiæ ſunt gehennæ minæ.*

Digitized by Google

eſt.... In hoc tam procelloſo, & in omnes
tempeſtates expoſito mari nauigantibus, nullus
portus niſi mortis eſt. Hæc ille. Imò & fortuna-
tis diuitibus mors plerumque portus non eſt,
ſed atrocioris tempeſtatis immetatum initium.
Porrò diuitiæ opulentiores *plus minantur, quam*
proſunt. Et quid minantur, cuius mors ſit ma-
lorum exitus, quod mortem numquam moritu-
ram minatur? Quid à Diuite niſi æternatura ge-
hennæ pœna, *de tempore futuro timeatur*? gra-
Hic v. 1. tulor prædiuiti Boozo, quòd miſericordiæ be-
neficentioris arbitrio, opes, ideſt, gehennæ mi-
nas, in beatæ æternitatis obſidem refinxerit.

2. Eccle 11. verſ. 1. Ecclesiaſtes cap. 11. ſic diuitum beneficen-
tiam erudit: *Mitte* (Syrus *proiice*) *panem tuum*
Syrus. *ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt multa tempo-*
Olympiod. *ra inuenies illum.* Olympiodorus per τὸ *aquas*
accipit lacrymas: *Cum lacrymis*, inquit, *& mi-*
ſericordiæ affectu facito eleemoſynam. Quaſi di-
cat: Pauperi præ famè & afflictione gementi &
lacrymanti dato ſtipem, vt eâ lacrymas eius ſo-
S. Greg. Thaumat. leris & abſtergas. Aliter Gregorius Thaumatur-
gus locum exponit: *Iuſtum* (ait inibi) *panem &*
cetera huius vitæ neceſſaria impertiri egenti, ta-
metſi periturum videatur beneficium, ac ſiquis in
aquam proiiciat panem. Apparebit autem proce-
dente tempore, non inutilem tibi fore eleemoſy-
nam. Ceterùm expenſione digniſſima eſt mer-
ces, quæ huiuſmodi panum beneficæ proiectio-
ni promittitur, nempè, *Poſt multa tempora in-*
uenies illum. Eſto, ita ſit; ſed poſt multa tem-
pora panem illum inueniet nimis madidum, &
eſui inutilem. Imò poſt multa tempora peruti-
lem, & à diuite nimis expetitum ad refrigerium?
vt quod purpuratus ille extorquere non potuit,
diues qui panem ſuum proiicit ſuper tranſeun-
tes aquas tempeſtiuè nanciſcatur. Hùc flectit
Oecumen. præſcripta Salomonis verba Oecumenius in cap.
5. Epiſtolæ Iacobi Apoſtoli, ſic eleganter fatus:
Panis in aquam proiectus ſtillabit guttam, quæ refrigeret in gehennæ flammâ? *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, hoc*
eſt, in eam quæ videtur eſſe eius conſumptio &
diſſolutio; panis enim ſi in aquâ proiicitur, licèt
diſſolui conſueuerit, non tamen interit, ſed diſſo-
lutione illâ recreationem nobis affert, ſi fortè ad
linguam in flammâ cruciatâ refrigerandam guttâ
aquæ indigeamus. Adludit Oecumenius, totus
Græcis Patribus imbutus, ad illud dudùm pur-
purati diuitis à Lazaro, quem Abrahæ foue-
Lucæ. 16. v. 24. bat ſinus, anxiè expetentis in inferno, *vt intin-*
gat extremum digiti ſui in aquam vt refrigeret
linguam meam, quia crucior in hâc flammâ: &
tamen à beneficentiſſimo Abraham impetrare
non potuit hoc tantulæ aquæ refrigerium; quia
non modo panem ſuum, ſed nec reſiduas panis
ſui *micas*, ſuper tranſeuntes, *aquas*, id eſt, pau-
peres proiicere voluit. O inauſpicatum auaræ
opulentiæ omen, & gehennæ prognoſticum?
Sic certò infernalis gehennæ inquilinus habe-
tur, vt *panem ſuum*, id eſt, ſtipem, ſuper paupe-
res, quaſi *ſuper tranſeuntes aquas proiicere* iu-
beatur, quò panis vdore, æſtuantem gehennæ
ſitim riget? ô time gehennalem à diuitiis py-
ram, quam eleemoſyna tamquam diluuium non
extinguit! *Panis ſi in aquâ proiicitur, recreatio-*
nem nobis affert, ſi fortè ad linguam in flammâ
cruciatam refrigerandam guttâ aquæ indigeamus.
Nimis ſubtiliter Oecumenius.

3. Sapient. 6. verſ. 6. Sapientiæ 6. has potentibus atque opulentis
Salomon minas potenter vibrat: *Exiguo enim*
conceditur miſericordia: potentes autem potenter
tormenta patientur. Syrus, *Potentes potenter in-* Syrus.
terrogabuntur; Arabicus, *de potentibus autem* Arabicus.
inueſtigabitur ſcrutatione potenti; Græcè, *poten-* Græcus.
tes autem validè examinabuntur, ſiue *iudicabun-*
tur, ſiue *punientur*; Vatablus, *in potentes autem* Vatablus.
inquiretur acriter. Opinor, hæc tormenta, quæ *Infernalis gehenna de culpâ interrogat.*
Diuites ac potentes potenter patientur, gehen-
næ tormentum eſt, quod aptè per *interrogatio-*
nem, vel *inueſtigationem*, ſeu *inquiſitionem* expo-
nitur. Nam vt eloquenter inquit Euſebius Emi- Euſ. Emiſſen.
ſenus homil. 1. ad Monachos: *Illa non caſualis,*
ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam
iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere.
Ceterùm hæc Salomonis verba explicatiùs de
Diuitibus adſpectu ad infernalem quam patien-
tur gehennam, exponit Auguſtinus Serm. 62. ad
fratres in eremo, ita ſcribens. *Cupidus atque* S. Auguſt.
auarus ſimilis inferno dicitur, quippè infernus
quò plus deuorat, eò magis cupit & deſiderat; non
aliter auarus expleri aut ſatiari non poteſt; creſ-
cit vana potentia, creſcit & pœna, Potentes potio-
ra tormenta patientur. Nimirùm Diues auarè *Diues auarus inferni ſimulacrum in ſe præfert.*
immiſericors & opulentæ dignitatis potentiâ
auctus, infernalibus tormentis mancipatus dici-
tur, & infauſto diuitiarum prognoſtico præ-
damnatus. Huiuſmodi autem damnationis no-
tamenta, & inferni characteres in ſeipſo deſcri-
ptos præfert: nam ipſe velut animatus infer-
nus eſt, dum ſecum portat haud dubiam inferni
ſimilitudinem: *Cupidus atque auarus ſimilis in-*
ferno dicitur; quippè infernus quò plus deuorat,
eò magis cupit. O viua inferorum ſimulacra,
pœnaliſſima gehennæ ſupplicia præproperè
oſtentantia!

Iacobi 5. Agite nunc diuites, inquit, plorate 4.
vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aderunt vobis.
Quænam ſunt hæ calamitoſæ infeliciter miſe-
riæ, quas diuites ſic pauidè timere monentur?
Aurum, ait, *& argentum veſtrum æruginà-* Iobi 5. v. 3.
uit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit,
& manducabit carnes veſtras ſicut ignis. The-
ſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Scili-
cet Diues immiſericorditer auarus, non ſolùm
æternaturis gehennæ ignibus mancipatur, infe-
rorúmque ſimulacrum, & fumantem hianter
gehennam in ſe præfert: ſed gehennam velut
geminatam patietur de immiſericordiæ ſtipen-
dio. Quæ eſt Venerabilis Bedæ indidèm lucu-
lenta expoſitio, ſic elucidantis præſcripta Ia-
cobi verba: *Aurum, & argentum veſtrum æru-*
ginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis, &
manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Non ſo-
lùm, inquit, *impios & immiſericordes diuites* Beda.
viſibilis gehennæ ignis in tormentis excruciat, ſed
& ipſa diuitiarum putrefactarum & inanium *Diuitiæ immiſericorditer adſeruata, altera diuitum damnatorum gehenna eſt.*
memoria, quibus facillimè poſſent ſuas redimere
nequitias, non minùs & ante iudicium animas
eorum, & poſt reſurrectionem etiam carnes exu-
ret, dum ſibimetipſis grauiter iraſci incipiunt, quia
ſua ſcelera eleemoſynis abluere noluerunt. Deni-
que Diuiti illi purpurato ærugo pecuniarum in te-
ſtimonium nequitiæ, & in augmentum verſa erat
pœnarum, quandò per increpationem Abrahæ
audiuit: Fili, recordare quia recepiſti bona in Lucæ 16.
vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala. Ecce ge- v. 25.
minatæ damnationis *teſtimonium*, quod Diuites
immiſericordes præferunt, nempè alter velut ge-
hennalis ignis perpetuò excedens animæ modul-
las

las pœnaliſſimo perpetim corroſu, dum ſerò animaduertunt ſe vel ex ſuperfluis & redundanter ſuperuacuis, quin illis quippiam deeſſet, pauperum mendicitatibus ſuccurrere potuiſſe, & ſic gehennale incendium interſtinguere. Hæc, hæc, inquam, cogitatio *manducabit carnes* Diuitum *ſicut ignis*: & ipſæ diuitiæ vicem aſſument incendij, quo medullitùs æſtuent, & alteram flabellent gehennæ flammam. Eheu! vel opulentia ipſa, quæ putabatur felicitatum ſumma, in pyram refingitur infernalem? Hos carbones atrociter diuitiarum memoria ſufflammat, & incendium è peruerſo geminat arcano cruciamentorum incremento damnati carnes ad omnem æternitatem miſerè depaſcente. O tiine immiſericordes diuitias tanquam damnationis ſuffragium, inferni fumum, gehennæ ſcintillas, & geminati ſupplicij obſidem. Hanc ſecundam inferni pyram ſufflammat Abrahamus, ſuggerens diuiti purpurato: *Recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* Moraliſſimè quidèm Beda!

5. Lucæ 16. homo quidam erat diues, qui induebatur purpurâ, & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè. Et erat mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, *cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſâ diuitis, & nemo illi dabat.* Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. *Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.* Eleuans autem oculos ſuos, cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans dixit: Pater Abrahâ, miſerere mei, & mitte Lazarum, *vt intingat extremum digiti ſui in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hâc flammâ.* Et dixit Abraham: Fili, recordare quia recepiſti bona in vitâ tuâ, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, *tu verò cruciaris.* O purpurate ac delicioſe Diues, ſi immiſericordis opulentiæ meritò *te iam poſſidet totus ignis Inferni, ſi te flamma gehennæ complectitur, quare ſolius linguæ æſtibus deſideras ſubueniri? Quia magis inquit lingua vritur & ardet, quæ inſultauit pauperi, quæ miſericordiam denegauit.* Sic acriorem ſibi oppignerat gehennam, diuitis lingua, quæ pauperi miſericordiam denegauit? Pergit Auguſtinus Serm. 227. de Tempore: *Diuitis purpurati fuge frater exemplum, cuius canes pauper Lazarus ſuis vlceribus pauit, & micas cadentes de menſâ diuitis non accepit. Sed poſt non longum temporis interuallum mutatæ ſunt vices: Pauper beatitudinem emit mendicitate; diues ſupplicium facultate.* (O, puta opulentiam, inferni pretium!) *Totum diuitis corpus flammis gehennæ conſumitur, & ſola lingua ampliùs cruciatur. Ideò ſine dubio in linguâ maiorem ſentit ardorem, quia per eam ſuperbè loquendo contempſerat pauperem. Ipſa enim lingua, quæ noluerat dicere, vt eleemoſyna pauperi donaretur, grauiùs gehennæ flammis exuritur.* Nota attentiùs verba quæ Auguſtinus ſubtexit: *O diues quâ fronte quæris guttam, qui noluiſti porrigere micam? iuſtè nunc exigeres, ſi dediſſes...... Iuſto iudicio vicem tibi reddo: quia iudicium ſine miſericordiâ ei, qui non facit miſericordiam.* Quid eſt: *Iuſtè nunc exigeres guttam, ſi micam dediſſes?* An non in inferno hæc dicit damnatiſſimus ille Diues,

Lucæ 16. v. 24.

S. Chryſol. Serm. 122. *Diuitiæ ſunt meritum, aut pretium gehennæ.*

S. Auguſtin.

An Diues ille iuſtè aquæ guttam petiuſſet, ſi micam panis pauperi dediſſet?

auarâ immiſericordiâ notiſſimus? Num in ipſo gehennæ incendia, ſi miſericordiam feciſſet cum paupere, aquæ refrigerium expectare potuiſſet? Sanè diues miſericors anticipatum accipit refrigerium de ſtipendio eleemoſynæ, quâ ne ſit refrigerij indigus præproperè vetatur: quod præſcriptâ hypotheſi ſubtiliter Auguſtinus expreſſit. Materia huius §. ad ſacerdotum auaritiam in ſequenti §. amplatur.

---

§. CVII.

Immiſericors Sacerdotum auaritia, opum congerendarum ambitioſa, multis vapulat.

ITa incubuerūt homines in admirationē diuitiarū, vt nemo niſi diues honore dignus putetur. Neq; hic recens vſus, ſed iā dudùm, quod peius eſt, inoleuit hoc vitium humanis mentibus. *Vetus igitur & antiqua auaritia eſt, quæ cum ipſis diuinæ legis cœpit oraculis; imò propter ipſam reprimendam lex Dei data eſt.* Propter auaritiam præcipitatus Acham, in exitium deduxerat totam plebem parentum. Itaque Ioſue, qui potuit Solem ſiſtere ne procederet, auaritiam hominum non potuit ſiſtere ne ſerperet. Ad vocem eius Sol ſtetit. Sole itaque ſtante confecit Ioſue triumphum, auaritiâ autem procedente, penè amiſit victoriam. Quid? fortiſſimum omnium Samſonem, nonne Dalilæ mulieris auaritia decepit? is ſuper genua mulieris inflexâ ceruice truncatus inuicti crinis ornatum, prærogatiuam ſuæ virtutis amiſit. *Influxit pecunia in gremium mulieris, & à viro diſceſſit gratia.* Feralis igitur auaritia, illecebroſa pecunia quæ diuites contaminat, pauperes deturpat. Numquid idcircò honeſtior, quia habet quo honeſtas plerumque amittitur? Hactenùs ferè Ambroſius. Caueant hoc vitium homines ſeculares, caueant & noſtrates Nazaræni, ne vbi *influit pecunia in gremium,* à Sacerdote *diſcedat gratia.* Auaritia in ſecularibus auaritia eſt, in Sacerdote conſtupratæ religionis teſſera.

1.

S. Ambroſ. l. 2. Offi. c 25. *Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt.*

Auaritia vituperium.

Exhod. 32. cognitâ populi apoſtaſiâ, Moyſes redit de monte, & iratus frangit legis tabulas, vitulum arripit, & comminuit, cuius ramentis idololatras potat. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Cui ille reſpondit: Tu noſti populum iſtum, quod pronus ſit ad malum: dixerunt mihi: Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ego reſpondi: *Quis veſtrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egreſſúſque eſt hic vitulus.* Non ergò negat Aaron crimen, ſed verbis extenuat, vt interim leniat fratris iram. Miriſſimum ſanè eſt, quòd Dei populus ab Aarone exigens rem perdifficilem, ad illius facturam, confeſtim aurum expoſcit; & aurum accipiens, idolum fabricarit. Opinor, non ſine felle, præſcripta verba Galfridus exponit: *Aurum dederunt mihi, & proieci illud in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus. Mira res ſi tamen vera, quòd huius auctor idololatriæ Sacerdos extiterit. Audi ergò Sacerdos auare: Aurum tibi datum eſt. Non enim ex tuo illud habes vel patrimonio, vel labore, ſed ex*

2.

Exhod. 32. v. 24.

Galfr. apud Tilmann. ibi.

Ex auro Sacerdoti dato, idololatriæ vitulus egreditur.

ob

oblatione fidelium ...: Quæ enim eſt ſubuerſio maxima populorum? nonne auaritia ſacerdotum? Itaque ad rem perarduam malè patrandam, aurum expetit ſacerdos, aurum confeſtim defertur, aurum in ignem mittitur (O! qualis eſt hic ignis in quē huiuſmodi aurum aliquandò erogatur?) & aurum conuerſum eſt in idolum. *Tibi aurum datum eſt, & egreſſus eſt hic vitulus.* Sic de facili aurum de manu ſacerdotis conflatur in idolum? *Audi ergò Sacerdos auare: aurum tibi datum eſt. Mira res, ſi tamen vera, quòd huius auctor idololatriæ Sacerdos extiterit.* Taceo, ne dum pauculos auarè ſceleroſos perſtringimus, plures religioſè piiſſimos denotare videamur.

3. Actorum 3. pauper ille malè pedatus, & benè ignoranter mendicus, ad portam Specioſam ſedens, cùm vidiſſet Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemoſynam acciperet. (Actor.3.v.6.) *Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* (S.Aug. apud Cornel.ibi.) Petrus pauper cenſu, diues ſenſu, ſpiritu, fide. *Teſtimonium virtutis ſecuta* (ait Auguſtinus) *eſt profeſſio paupertatis. vnde Apoſtolus loquebatur: Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* (1.Corint. 6. v. 10.) *Qui aurum non habet, fidem habet, virtutem habet. Videamus quid ampliùs coruſcet? Aurum, quod nemo tutum habet, niſi qui ſemper abſcondit? Aurum quod in perniciem Domini fulget? Aurum, quod per tenebras quæritur, per tenebras cuſtoditur? Aurum, cuius inquiſitio damnatos habet, cuius amor Iudam facit? Aurum, quod apud auarum animum præfertur Chriſto?* (*Auaritia ex apoſtolum fecit Iudam.*) Itaque Petrus Apoſtolorum Princeps, aurum non habet, cuius cupiditas Iudam, exapoſtolum fecit, proditorem fecit, & propter aurum crumenam Chriſto prætulit. Sapienter Balduinus apud Tilmannum ibi (Balduinus. Tilmannus.) *Argentum & aurum non eſt mihi. Digna vox principatu principis Apoſtolorum, principis Eccleſiæ. Quid Petro & auro? Nònne Petrus dixit: Nos reliquimus omnia, quid ergò erit nobis? de mercede quærenti, non aurum repromittitur vel argentum.* (Matth.19. v.27.) *Hæc enim contemnebat, quia in gloriâ egentium ſuperbiebat. Vndè & agrorum pretia ad pedes ipſius, ac cæterorum à fidelibus ponebantur. Meritóque ante pedes, quaſi pedibus conculcanda, quæ indignum erat vel manibus attrectari.* En tibi Sacerdotum diuitias, quibus Suos Petrus hereditat. (*Petrus non dedit Sacerdotibus quod non habebat aurum.*) Non fraudabo lectorem verbis S.Bernardi lib.2. de Conſiderat. ad Eugenium, quem tamquam Pontificem reuerenter colit, tamquam diſcipulum, ex hoc loco ſic erudit: (S. Bernard.) *Ipſa* (diuitiarum bona) *quoad animi bonum ſpectat, nec bonæ ſunt, nec malæ: vſus tantùm hominum bonus, abuſio mala, ſollicitudo peior, quæſtus turpior. Eſto vt aliâ quâcumque ratione hæc tibi vindices, ſed non Apoſtolico iure: neque enim ille tibi dare quod non habuit, potuit: quod habuit, hoc dedit,* &c. *Argentum,* inquit, *& aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula* Mitto expenſionem huius loci, quam aliàs perſtrictim dedimus. Tantùm non hîc intermittenda erant appoſita tanti Doctoris verba.

4. Lucæ 10. ChriſtusDeusDiſcipulos mittens ad Euangelium prædicandum, ait: (Lucæ 10. v.4.) *Ite, ecce ego mitto vos.* Et quo ad neceſſariam annonam promptuario inſtructos mittit? *Nolite,* inquit, *portare ſacculū, neque peram,* &c. Pro τὸ *ſacculum* Græcè eſt, *crumena,* ſeu *marſupium,* ad aurum, argētum, pecuniam ad ſumptûs recondendam. (Græcus.) Hoc loco ſe tuetur Ambroſius lib.2. Officior.cap.28. contrà Arianos, qui illum irreligionis arguebant, quod Eccleſiæ bona in alendos pauperes, & captiuos redimendos copioſè erogauerat: (S. Ambroſ.) *Multò,* inquit, *fuiſſe commodius adſtruimus, vt animas Domino, quàm aurum ſeruaremus. Qui enim ſine auro miſit Apoſtolos, & Eccleſias ſine auro congregauit. Aurum Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus.* Quid opus cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo Domini Aſſyrij ſuſtulerint? Nònne meliùs, conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacrilegus contaminata aſportet hoſtis? Nònne dicturus eſt Dominus: Cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vt miniſtraſſes alimoniam. Cur tot captiui deducti in cōmercium ſunt, nec redēpti? Cur tot ab hoſte occiſi ſunt? Meliùs fuerat vt vaſa viuentiū ſeruares, quàm metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid enim diceres? *Timui ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet? Aurum ſacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt.* (*Sacerdotum cenſus, & templi vaſa miſerorum redemptionem p è negotientur.*) *Et verè illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tunc vas Dominici ſanguinis agnoſco, cùm in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Quàm pulchrum vt cùm agmina captiuorum ab Eccleſiâ redimuntur, dicatur: Hos Chriſtus redimit: Ecce aurum quod probari poteſt, ecce aurum vtile, ecce aurum Chriſti quod à morte liberat, ecce aurum quo redimitur pudicitia, ſeruatur caſtitas. Hinc muneri proficere debuit aurum Redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnoſco infuſum auro ſanguinem Chriſti, non ſolùm irrutilaſſe, verumetiam diuinæ operationis impreſſiſſe virtutem redemptionis munere.... Sanè ſi in ſua quiſque deriuat emolumenta, crimen eſt: Sin verò pauperibus erogat: captiuum redimit, miſericordia eſt.* Pluſculum quàm de more eſt, reſcripſimus: ſed planè Ambroſij verba, ſentētiarum piè grauida, pietates afflant, ſacerdotalem beneficentiam ſpirant, allinunt, affricant, quò fidelium munera, & patrimonium Chriſti benigniùs impendatur.

Numerorum 35. hæc Dei verba ad Moyſen referuntur: Præcipe filiis Iſraël vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana eorum per circuitum. 5. (Numer. 35. v.6.) *De ipſis autem oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, vt fugiat ad ea qui effuderit ſanguinem.* Qui aliquem occiderit, intelligē, nolens, aut inſcius: ad innocentium enim tutelam hæc vrbium aſyla conſtituta ſunt. Vndè debebat homicida prætendere innocentiam, antequam ad hæc aſyla admitteretur. Omnes porrò vrbes refugij habitabantur à Leuitis, nimirùm, vt ſacerdotij dignitate vis iniuſta (ſi cognati occiſi homicidam ad necem perſequerentur) faciliùs prohiberetur, vtque à viris humani diuiníque iuris peritis, puta Leuitis & ſacerdotibus, illiuſmodi capitalia iudicia rectiùs ſanctiúſque iudicarentur. (*Vrbes Sacerdotum, in miſerorum aſylum deſtinantur, quare?*) Aliam rationem adducit

Digitized by Google

Oleaſter in Adnot. Mor. ducit inibi Oleaſter: *Fuerunt*, inquit, *ſemper & eſſe debent loca ſacra, & ſacri viri, præſidio his qui ſine culpâ diuexantur. Similiter crediderim hoc factum, vt huiuſmodi homicida ex Leuitarum conuerſatione fierent meliores, quibus facile credantur homines impij, vt eos ad meliorem conuertant frugem.* Opportuniùs, opinor Stephanus apud Tilmannum: *De ciuitatibus Leuitarum ſumptæ ſunt ciuitates refugij, ad ſignificandum quod maximè bona Leuitarum ſeu Prælatorum refugium pauperum eſſe debent.* Prouidentiſſimè itaque Deus vrbes Sacerdotum, in vrbes refugij deſignat, quod expromptum ſit miſerorum effugium, periclitantium tutela & ærumnoſæ calamitatis aſylum paratiſſimū. Adeò vt ad vrbem Sacerdotum confugiſſe, effugiſſe calamitatem ſit, & miſeriam declinaſſe. Quod ſic debet eſſe in vrbe ſeu domo Sacerdotis de facili promptum, vt Sacerdos neceſſitati præcurrat. Quod in Adnot. litteral. idem Oleaſter luculenter adnotauit, ſic ex Hebræâ origine locum excribens: *Conſtituetis vobis vrbes, vrbes euaſionis. Hîc vertendum putarem: Occurrere facietis vobis vrbes euaſionis, id eſt, facietis vt parata ſint huiuſmodi vrbes ad occurrendum homicidis volentibus euadere.* Nempè vrbs Leuitarum, ſeu domus Prælatorum ſeu Sacerdotum, ſic debet eſſe egenis, miſeris, & calamitoſis exprompta; tamquam aſylum calamitatis, vt non tam calamitoſus confugere ad vrbem vel domum Sacerdotum, quàm ipſa vrbs vel domus, velut ſedibus ſuis relictis, ad ſe confugienti *occurrere* videatur. *Occurrere facietis vobis vrbes euaſionis.* Quid exaggeratiùs? Hic §. appendix præcedentis eſt, & ideò non eget vt textui inſeratur.

Tilmannus.

Ipſa vrbs ſeu domus Sacerdotum, iubetur vt miſeris ſuccurrat.

Oleaſter.

---

§. CVIII.

In humanâ ſapientiâ, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper tranſlucet.

1. Alanus de Complanctu nat.

PRo debitâ ſapientiæ æſtimatione, ſic ſapienter plangit Alanus: Cùm ſapientia, inquit, noſtris temporibus nullius fructus præmietur ſtipendiis, nullius famæ eam fauoris aura extollat; ipſa verò pecunia honoris titulos, & laudis emat præconia: ſola tamen ſapientia ſuper omnem præminet, generoſa poſſeſſio, quæ ſparſa colligitur, erogata reuertitur, publicata ſuſcipit incrementum: per quam nobilis conſcientiæ theſaurus ſecretis penetralibus mentis innaſcitur, fructus internæ delectationis acquiritur. hæc eſt ſol, per quem mentis lumen dieſcit in tenebris, cordis oculus, delicioſus animi paradiſus: hæc in cæleſte terrenum, in immortale caducum, hominem in Deum deificæ mutationis auctoritate conuertit. Hactenus ille. Magni quidèm faciendus eſt Boozus, non quia ſummus Hebrææ gentis Dux à nonnullis putatur; non quia ex generoſâ tunc Iudæ ſtirpe nobiliter ſatus; non quia prædiuite opum cenſu opulentus; ſed quia ſui æui eruditiſſimus ac ſapientiſſimus reputatur; tametſi rurali operæ ſedulus, ſapientem diſſimulet, & ruſticanè ineruditus à multis cenſeatur.

Sapientiæ elogium.

Hic verſ. 1.

2. Salomon, Boozi ſoboles, ſic Prouerbiorum 2. de ſapientiâ ſcribit: Dominus dat ſapientiam: & ex ore eius prudentia, & ſcientia. *Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter.* Pro τὸ *Cuſtodiet rectorum ſalutem*, Chaldæus habet, *incolumitatem*; Syrus, *ſpem*; Rabbi Moſes, *legem*; alij, *formam*; alij, *fortunam, ſucceſſum*; Tigurina cum aliis vertit οὐσίαν, id eſt, *eſſentiam*, exiſtentiam, ſubſiſtentiam. Vndè Rabbi Leui, *Seruabit iuſtis id quod eſt.* Opportunè Vatablus vertit, *Is ſeruat iuſtis Doctrinam veram.* Quare alij paſſim excribunt, *Sapientiam.* Nam Hebræum תושיה *tuſcija*, pro quo Vulgatus habet, *ſalutem*, propriè ſignificat *eſſentiam*, & *ſapientiam*, vt aduertunt Hebraicè periti. Vndè Aben Ezra apud Cornelium inibi: *Sapientia eſſentiæ appellationem ſortitur, quòd ſit, atque ad omnem æternitatem duret. Hæc porrò à Deo iuſtis reſeruatur, vt eius ope ſeruent iuſtitiæ tramitem, hoc eſt præcepta diuina.* Ecce tibi doctrina vera, eruditio, ſcientia, *Sapientia*, conſultiſſimè appellatur ſubſtātia ſeu *eſſentia* hominis, ſeu *forma*, quâ homo cōſtat, quâ eſt id quod eſt, & quâ à reliquis ſiue animalibus ſiue exanimalibus ſecernitur. Porrò homo ſine ſapientiæ dote velut dediſcit hominis eſſentiam, & rationem quodammodo deſueſcens, belluarum more propè obruteſcit, & in pecudem ignominioſè degenerat. Indè *Sapientia eſſentiæ appellationem ſortitur.* Aſt mirabile ſanè eſt, quòd cùm ſapientia ethicè dicatur hominis ſubſtantia, fòrma, & *eſſentia*, ac quicquid in eo ſtabile ac ſolidum eſt nihilominùs dicatur, eius *fortuna* vel *ſucceſſus*. Num *ſapientia*, quæ hominis *eſſentia* nominatur, bonâ *fortunâ*, ſeu felici *ſucceſſu* conſtat? ô eſſentiam nimis euariabilem alterno inconſtantiæ motu! An, niſi *fortuna* ſit *ſapientiæ* comes, ipſa ſe ſapientia diffitetur, & quod ſit, & quod ſapiat, neſcitur, ac neſcit? Sic ſe ſapientia diſſimulat! Sat eſto digitum ad acumen intendiſſe. Procliue eſt cuique iam hinc ad mores multa digerere ex ſententia ſententiarum grauidâ.

Prouerb. 2. v. 7.

Chaldæus Syrus.

R. Moſes.

Tigurina.

R. Leui.

Vatablus.

Hebræus.

Aben Ezra.

Hominis ſapientia, eſſentiæ appellationem ſortitur quare?

Cur ſapientia vices eſſ fortunâ rectè procare dicitur.

Ioannis 14. hæc Diſcipulis ſuis Ieſus dixit: 3.
In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Vado parare vobis locum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. *Et quò ego vadò, ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis: & quomodò poſſumus viam ſcire?* Cùm neſciamus (ait Thomas) quò eas, quo pacto ſcire poſſumus viam, quæ eò quò is tendit? qui enim neſcit terminum, viam quoque ad terminum neſciat oportet. Audiuimus te quidèm dicere, quòd eas in domum Patris tui, vbi manſiones multæ ſunt, parare nobis locum; ſed vbi eſt hæc domus Patris? vbi manſiones illæ multæ, vt indè viam ad illas ſaltem coniectare poſſimus? *Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire?* Quæ verba ſic inibi elucidat Auguſtinus: *Vtrumque illos Dominus dixerat ſcire, vtrumque dicit iſte neſcire: & locum quò itur, & viam quà itur. Sed neſcit ille mentiri: ergò iſti ſciebant, & ſcire ſe neſciebant. Conuincit eos iam ſcire, quod ſe putabant ad hucuſque neſcire..... Ecce ſe ſcire conuicti ſunt, quod ſe ſcire neſciebant.* Altè quidèm Auguſtinus! Ecce tibi Diſcipuli ſciunt, quod ſe ſcire neſciunt. Summa veritas diſſertè dicit Diſcipulos ſcire, quod ipſi neſcire fatentur. *Ergò iſti ſciebant, ſed ſcire neſciebant.* Sic ſapientia inſipi-

Ioan. 14. v. 4. & 5.

Diſcipuli ſciebant, & ſcire ſe neſciebant.

S. Auguſt. Tract. 69. in Ioan.

inſipientiam ſapit, ſubolet ignorantiam? Verùm in hâc inſcitiâ, Diſcipulorum ſcientia diuinis oculis tranſparet. Vnde ait: *Et quò ego vado, ſcitis, & viam ſcitis*, quantumuis Diſcipuli ignorationem prætendant.

4. Exhodi 16. populus Iſraël in vaſtâ eremo querulè eſurit, & Ægypti ollas hianter expetit. Tunc Deus Moyſis ore panes de cælo in craſtinum promittit. Ergò primo mane ros iacuit per circuitum caſtrorum. Cùmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. *Quod cùm vidiſſent filij Iſraël, dixerunt adinuicem: Manhu? quod ſignificat: Quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.* Non diſputo cum Abulenſi q. 6. Caietano, ac Lipomano ibi, an cognouerint Iſraëlitæ eſſe cibum illum à Deo pridie promiſſum? ſed de vocabulo litigium eſto, cur minutus ille ros manna exinceps vocatum ſit? Nempe quia cùm mox illud oculis conſpexiſſent, ſe mutuò interrogabant, quid eſſet. Itaque hanc ei appellationem indiderunt: ſic enim manna interpretatur. Neſciebant enim quid eſſet. Itaque factum eſt vt interrogatio, quæ ignorationem importat, rei poſteà notiſſimæ vicem nominis habuerit. Quod eleganter notauit Lipomanus: *Quod cùm vidiſſent filij Iſraël, dixerunt ad inuicem, Manhu, quod ſignificat, Quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Cibum ergò à Domino datum, quoniam aliter non poterant, Manna appellabant. Veruntamèn ratio impoſiti nominis ab ignorantiâ accepta eſt.* Ecce opinatiſſimum Dei donum, *Manna* inquam, etiam poſtquam iam oculorum euidentiâ perſpectum eſt, guſtu perceptum, & tactu comprehenſum; nomen fœnerat ab ignorantiâ, quam vocabulum præfert. *Ratio impoſiti nominis ab ignorantiâ accepta eſt.* Itaque ignorantia vicem proprij nominis habuit, & res perſpicuè iam nota, inſculptam vocabulo ignorationem oſtentat. Sic res optima, & iam notiſſima, ignorantiæ vocabulum adhuc inſcriptum portat, & audientium auribus ingerit?

Exhod. 16. v. 15.

Abulenſ. Caietanus. Lipoman. *Ratio impoſiti nominis Manna ab ignorantiâ accepta eſt.*

Lipomanus. ibidem.

5. Ioannis 7. in die feſtò, ad magnam Hebræi populi frequentiam, Chriſtus diſertiſſimam concionem habuit: *Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodò hic litteras ſcit, cùm non didicerit?* Imò indè inferre debuiſſent Scribæ: ergò Ieſu ſcientia & ſapentia tanta non eſt ſtudio acquiſita, ſed à Deo infuſa: ſed odio cæci ac ſtupidi in admiratione conſiſtunt, nec vlteriùs ad veſtigandam rei, quam admirantur, originem pergunt. Hâc enim de cauſſâ Deus voluit Ieſum non è ſcholis, ſed ab arte fabrili ad cathedram proſilire, vt omnes agnoſcerent doctrinam non eſſe humanitùs comparatam, ſed diuinitùs inſpiratam. Ad hunc Ioannis locum adludens S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 1. ita eloquenter ſcribit: *Vnus verus Magiſter eſt, qui ſolus non didicit quod omnes doceret. Homines enim diſcunt priùs quod doceant, & ab illo accipiunt quod aliis tradant. Quod ne ipſum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus ad ſacerdotium, docere vos cœpi quod ipſe non didici.* (Attentiùs obſerua quæ ſubtexit verba) *Itaque factum eſt vt priùs docere inciperem, quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſimul & docendum eſt.* Itaque ſolus cæli Magiſter Chriſtus Deus, qui eſt corporata Dei ſapientia, ſapiens eſt ſine aliquo inſipientiæ probro: nam *litteras ſcit, cùm non didicerit.* Reliqui verò Doctores docendi gloriam, præuio diſcendi ſtudio quodammodò deuenuſtant, quandoquidèm ignorantiam quondam diſcendi, docendo præmonſtrant: nam diſciplina doctrinam præſtruit, & eruditio ſapientiam præmunit. *Homines enim diſcunt priùs quod doceant.* Verùm magnus Doctor Ambroſius *docere cœpit quod ipſe non didicit*, repentè de tribunali ad infulas raptus. Quid? docuit, quin diſceret? litteras ſciuit, quas numquam didicit? Imò & didicit, ſed vt doceret didicit, & docendo didicit. *Itaque factum eſt vt priùs docere inciperem, quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſimul & docẽdum eſt.* Nempè inopinatò raptus ad cathedram, vt doceat diſcit, & quod alios ipſe docet, à ſe ipſe diſcit; & factus eſt ſui diſcipulus, dum exiſtit aliorum Magiſter, ne vllum præter Chriſti Dei magiſterium, non deuenuſtetur diſcendi contumeliâ; quæ dum præuiam ignorantiam importat, humanam ſapientiam de ignoratione arguit.

Ioann. 7. v. 15.

S. Chryſoſt. ibi.

S. Ambroſius priùs docens quàm diſcẽs, à ſe didicit.

Lucæ 1. ſacerdoti Zachariæ inopinatam Ioannis natiuitatem Gabriel Angelus prænunciat. 6.
Hæret futurus pater, proprio ſenio, & vxoris ſterilitate infœcundus. Et dixit Zacharias ad Angelum: *Vndè hoc ſciam?* fidem non prohibet, ſed ſuſpendit, dum rei arduæ ſignum expoſcit. Aliter Virgo Deipara eidem Angelo ſubblimiorem Chriſti natiuitatem ex ipsâ prædicenti reſpondit, aiens: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*; Quæ verba ſic Ambroſius elucidat: *Quantò*, inquit, *temperantior iſta reſponſio, quàm verba ſunt Sacerdotis? hæc ait: Quomodò fiet iſtud? Ille reſpondit: Vndè hoc ſciam? hæc iam de negotio tractat; ille adhuc de nuncio dubitat.* (ſubdit eleganter Ambroſius) *Negat ille ſe credere, qui negat ſcire: & quaſi fidei adhuc alium quærit auctorem: iſta ſe facere profitetur, nec dubitat eſſe faciendum, quod quomodò fieri poſſit, inquirit.* Scilicet neque non debuit credere Maria, quod ex Prophetarum oraculis futurum ſciebat: neque quod ſciebat futurum ex virgine, antequam ſciret modum ſeculis inauditum, ſibi temerè debuit vſurpare. Scit & neſcit, credit & ambigit; certò noſcit, & de modo titubat, & virginitatis ſtudio myſterium ſuſpendit. *Nec dubitat eſſe faciendum, quod quomodò fieri poſſit inquirit.* Rem ſcit, rei ſcitæ modum cunctando ſciſcitatur; & dùm virginitati obnixiùs ſtudet, rei ſcientiam interrogatione diſſimulat. Zacharias autem ſignum ab Angelo expoſcens, *negat ille ſe credere, qui negat ſcire, quaſi fidei adhuc alium quærens auctorem.* Luculenter quidèm de more Ambroſius aliter aliàs expendendus.

Lucæ 1. v. 18.

Lucæ 1. v. 34

S. Ambroſ. epiſt. 81. lib. 10. apud noſtrum Haye.

Negat ille ſe credere, qui negat ſcire.

---

§. CIX.

Sublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur.

HVmilitas, propria veræ ſapientiæ dos eſt, 1.
ſine quâ fatuè deſipit, & tota in arrogantiam

Digitized by Google

riam ventoſiſſimè vaneſcit. Hoc nomine pri-
ad Rom. 1. v. 21. ſcorum Sapientum ethica Philoſophia à Paullo
culpatur, in tanto ingeniorum acumine, & a-
cerrimo ſapientiæ ſtudio. Arrogantiæ tumor
fuit, non ſapientiæ magnitudo: nam ſcientia
inflat. Tantum veræ ſapientiæ detrahebant,
quantum vanæ gloriæ velificabant. Adeſt Domi-
Ioan. 1. v. 7. ni Præcurſor, corporatæ Dei ſapientiæ index,
venit *vt omnes crederent per illum*, & de ſummæ
humilitatis ſuffragio, veritati ſummæ auctori-
tatem fœnerat. Meſſias ipſe putatur, vt humi-
li tantæ dignitatis repudio, Præcurſoris doctri-
nam adimpleat. *Quod enim eſt maius teſtimo-*
S. Auguſtin. Serm. 23. de Sanctis. *nium veritatis* (ait Auguſtinus,) *quàm ſe hu-*
miliando eum agnoſcere, cui æmulando potuit in-
videre? Putari Chriſtus potuit, & noluit. Dixe-
Ioan. 1. v. 20. *runt homines, cùm fallerentur in eo: Num fortè*
hic eſt? Reſpondit ille, quòd non erat, vt mane-
ret quod erat. Indè quippe Adam lapſus perdidit
Ioannes Veritatem humilitate præſtruxit. *quod erat, quia quod non erat vſurpauit. Re-*
colebat hoc iſte magnus, ſed in paruo Chriſto mi-
nimus. Nouerat hoc, recolebat hoc, & tenebat:
quia recipere, quod perdiderat, cogitabat, &c.
Nempè putabatur Meſſias, cenſebatur Chriſtus,
corporata Dei Sapientia exiſtimabatur: cuius
opinioni humillimè iacturam fecit, *quia recipe-*
re, quod perdiderat, cogitabat, ſcilicet, eſſe Io-
annem Baptiſtam, eſſe Chriſti Dei Præcurſo-
rem, eſſe verum Meſſiæ indicem, eſſe auctora-
tiſſimum veritatis teſtem, eſſe veridicum mun-
di Doctorem. Huius verò arcanæ ſapientiæ cul-
men, humilitate præſtruxit: ne ambitioſè va-
neſcens, quod non erat, minimè conſecutus,
quod erat perderet, vltrà humanum faſtum ar-
B. Pet. Dam. lib. 2. epiſt. 14. roganter elatus. O bonum humilitatis cum ſa-
pientiâ commercium. Scientia ſapit, ſapientia
docet, humilitas perſuadet. *O glorioſa virtus*
Matth. 11. v. 29. *humilitatis* (ait B. Petr. Damianus) *per quam*
homo verè diſcipulus efficitur Saluatoris! Diſci-
te, inquit à me, quia mitis ſum, & humilis corde.
Hac eſt enim virtus, per quam ſuaue Deo ſacri-
ficium, & magiſter impenſi laboris inſtantiam,
& diſcipulus ſuam exhibet clientelam.

2. Lucæ 2. peractâ ſolennitate, & redeuntibus
Lucæ 2. v. 46. & 47. in Nazareth parentibus, duodennis puer Ieſus
manet in Ieruſalem. Redeunt illò parentes,
cúmque ſollicitè perquirunt. *Et factum eſt,*
poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem
in medio Doctorum, audientem illos, & interro-
gantem eos: Stupebant autem omnes, qui eum
audiebant, ſuper prudentiâ & reſponſis eius. Sa-
nè puerum decebat interrogare legis doctores,
non eos docere: ſed tamen Chriſtus eiuſmodi
interrogatione modeſtiam docet. An ſimul &
Origenes. ſapientiam? Audiendus eſt Origens ita fatus:
Ex vno, inquit, *doctrinæ fonte manat interro-*
gare & reſpondere ſapienter; & eiuſdem ſcientiæ
eſt, ſcire quid interroges, quidúe reſpondeas. Ex-
plicatiùs ad rem Hieronymus epiſt. 103. Paul-
lino, cap. 4. humilitati interrogationis nuncu-
patim adſcribit hoc præcelſum interrogando
S. Hierony. magiſterium, ſic fatus: *Duodecim annos Salua-*
tor impleuerat, & in templo prudenter interro-
gans docet ſenes, de quæſtionibus legis interro-
Chriſtus tūc magis docere dicitur, dum prudenter interrogat. *gans; magis docet, dum prudenter interrogat.*
Pende hanc ſententiæ clauſulam, quod eſt tem-
peſtiuè grande humilitatis ſuffragium. Pro-
fectò ſumma Chriſti ſapientia, tunc dicitur *ma-*
gis docere, non quãdò velut è cathedrâ tamquam
cæleſtis Magiſter Diſcipulos & turbas erudit,
præ admiratione exclamantes: *Numquam ſic* Ioan. 7. v. 46.
locutus eſt homo; ſed tunc, tunc quidèm quan-
dò, ac ſi imperitus foret, & diſcere vellet, *pru-*
denter interrogat. Hem! ſic humilitas, aliquis
ſapientiæ faſtus eſt, vt increata Dei Sapientia
Chriſtus Deus, tunc dicatur *magis docere, dum*
prudenter interrogat? Sanè interrogatio Sapien-
tis, de participio humilitatis, arcanum quod-
dam magiſterij genus eſt.

Ioannis 4. poſt mitiſſimam illam dignatio- 3.
nem, quâ Chriſtus Deus longo ſatis ſermone
mulierem Samaritanam de fide inſtruxit, & in
Apoſtolam ſubitò recudit; iuxtà puteal hydriam
reliquit, & abiit in ciuitatem, & dicit illis ho-
minibus: *Venite, & videte hominem, qui dixit* Ioan. 4. v. 29. & 30.
mihi omnia quæcumque feci. Numquid ipſe eſt
Chriſtus? Exierunt ergò de ciuitate, & venie-
bant ad eum, &c. Peritè quidèm hæc mulier
Chriſtum euangelizat: paullatim enim accedit,
vt ſapientiùs & efficaciùs doceat. Vndè primò
Chriſtum vocat *hominem*, ne ſi eum ſtatim
Chriſtum appellaret, renutu aut riſu exciperé-
tur, & nollent ad eum exire. Dein, quod ipſa
iam fide nouerat, velut dubitans, peritâ arcanè
interrogatione proponit, vt quò humiliùs agit,
eò ad ſuadelam ſapientiùs agat. Scitè Chryſo-
ſtomus homil. 33. in Ioannem, præfata verba
exponens, ita ſcribit: *Venite & videte hominem,* S. Chryſoſt.
qui dixit mihi omnia quæcumque feci &c. Conſi-
dera, inquit, *mulieris ſtudium, conſidera Sapien-*
tiam .... Hæc ſponte ſuâ reliquit hydriam, &
ſupernâ præueniente gratiâ Apoſtolico munere
fungitur: neque vnum aut alterum, vt Andreas *Samaritana immenſa ſapientia, quaſi dubitando perſuadet. quare?*
& Philippus, ſed vniuerſam aduocat ciuitatem,
& populum ad Chriſtum adducit. Et contemplare
mulieris prudentiam: Non dixit: Venite, & vide-
te Chriſtum, ſed eâ quâ ipſa allecta eſt Humili-
tate, allicit populares ſuos. Et poſt paucula ſub-
dit: *Numquid ipſe eſt Chriſtus? Animaduerte*
iterùm immenſam mulieris Sapientiam, neque
affirmat Chriſtum eſſe, neque reticet. Noluit hu-
ius ſe opinionis auctorem: ſed ſuo ipſorum auditu
inductis hoc ipſis perſuaderi, quod longè futurum
erat probabilius. Vide quàm peritè ſapiens mu-
lier Samaritis derepentè euaſit. Scilicet ante-
quam Samaritanis Chriſtum credendum propo-
nat, & cæleſtem illis ſapientiam, quam de me-
liori puteo hauſerat, propinaret; totius vitæ
impudica ſcelera, ſibi reuelata fatetur. Deindè
non tamquam omnino ſcienter annunciat diui-
næ corporationis myſterium; ſed illud dubi-
tanter proponit, & quaſi de illo foret ambigua,
interrogando ſuadet, conſenſum interrogatio-
nis humilitate prudentiùs alliciente, & poten-
tiùs extorquente. *Non dixit: Venite, & videte*
Chriſtum, ſed eâ quâ ipſa allecta eſt Humilitate
allicit populares ſuos. Numquid ipſe eſt Chri-
ſtus? Animaduerte iterùm immenſam mulieris
Sapientiam, neque affirmat Chriſtum eſſe, neque
reticet. Noluit huius ſe opinionis auctorem, &c.
Sanè *iterùm* atque *iterùm* animaduertendum eſt,
illam dici *immenſam Sapientiam*, quam tanta
præit Humilitas; quæ de ſcholâ Humilitatis,
altiùs ſapit; quæ ſuorum ſcelerum profeſſio-
ne, & velut ambiguâ interrogatione, *magis*
docet, dum prudenter interrogat. Vndè ſub-
dit Euangeliſta: *Ex ciuitate autem illâ mul-* Ioan. 4. v. 39.
ti crediderunt in eum Samaritanorum propter

verbum mulieris teſtimonium perhibentis.

4. Lucæ 2. inuento Ieſu in templo in medio Doctorum, interrogationum humilitate eos erudiente, dixit mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid eſt quòd me quærebatis? *Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis.*

Lucæ 2. v. 49. 50. & 51.

Cùm ait Euangeliſta, *Et ipſi non intellexerunt verbum*; nonnulli ignorantiam hanc referunt ad auditores, qui ſuper reſponſis Ieſu nuper ſtupebant.

Cornel. ibi.

Alij ad ſolum Ioſeph per ſynedochen. Verùm planè tam ad beatam Virginem quàm ad Ioſeph hæc referenda ſunt: licet enim ipſi noſſent Ieſum ſuum, eſſe Chriſtum Dei filium & ſaluatorem mundi, tamen ignorabant quâ ratione illud munus obiturus eſſet, ſeu quæ illa eſſent negotia Patris in particulari, in quibus ipſe dixerat oportere ſe verſari.

Ieſus ad erudiendos ſuos parentes humilitatem adiicit.

In hanc ſententiam non inuitus trahendus eſt Beda, præſcripta verba ſic eleganter exponens: *Cuius* (Chriſti) *multum eſt miranda magnæ diſpenſatio pietatis, qui dum parentes ſuos myſterium diuinæ ſuæ maieſtatis necdum capere vidiſſet, exhibuit eis humanæ ſubiectionem Humilitatis, vt per hanc eos paullatim ad agnitionem ſuæ diuinitatis inſtrueret. Cùm enim dixiſſet: Quid eſt quòd me quærebatis? an neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? & ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad illos, ſicut Euangeliſta conſequenter inſinuat. Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Decebat ergò arcanum ſuæ diuinæ virtutis parentibus humanæ ſuæ fragilitatis.* &c.

Beda apud Haye noſtr. c. 14. not. 6.

Itaque quod hîc dicitur de parentibus Ieſu, *non intellexiſſe*, & rursùs *neſciuiſſe* (quicquid illud ſit) quò illud de ſuo magiſterio, meliùs *intelligerent*, & explicatiùs *ſcirent*, confeſtim, quaſi de ipſius Ieſu humilitate claratur; vndè humilis ſubiectio conſultiſſimè ab Euangeliſtâ ſubiicitur. Scilicet altè notauit magnus hic Doctor, totus de Auguſtini doctrinâ imbutus, vtriuſque ſententiæ nexum: nam vbi primùm ſcribitur, eos *non intellexiſſe*, & *neſciuiſſe*; ad magiſterij ſublimitatem, quo erudiendi erant de eo quod *neſciebant* & non *intelligebant*, appoſitè ſubiungitur miriſſima tanti Magiſtri humilitas: vt qui nuper legis Doctores interrogationis humilitate meliùs docuerat, ſic parentes ſuos, quod nunc *non intellexiſſe* dicuntur, humili ſubiectionis magiſterio, meliùs edoceret.

5. S. Bernard.

Præſcripta Lucæ verba aliter ad rem præſentem elucidat Barnardus ſerm. 3. de Reſurrect. Domin. ſic fatus: *Attende quid fecerit magni concilij Angelus*, quomodò conſilium ſuum poſtpoſuerit conſilio, vel magis voluntati mulieris vnius (beatam Virginem loquor) & fabri pauperis, ipſe eſt Ioſeph. Inuentus enim in medio Doctorum, audiens eos, & interrogans, quodammodò increpatus à Matre eſt: Fili quid feciſti nobis ſic? At ille Quid erat, inquit, quod me quærebatis? *Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? At illi non intellexerunt verbum. Et quid fecit Verbum? non capiebatur in ſe, deſcendit ita vt eſſet etiam ſubditus illis.*

Lucæ 2. v. 49. & 50.

Dei Verbum deſcendit, vt capi poſſit.

Ecce tibi quomodò Dei ſapientia, quæ in ſe non capiebatur, humili deſcenſu, atque ſubiectione humili, ſic se captui accommodat, vt *capi* poſſit. quaſi humilis deſcenſus & ſubiectio ſit quodammodò doctrinæ emphaſis, & ſuadelæ vigor. Pergit Bernardus aliter Chriſti ſapientiam ab humilitate commendans in velut deſertione conſilij ſui: *Et deſcendit cum eis, &c. Quis iam non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quandò ſuum Sapientia ipſa deſeruit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunc vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum prorſus dimiſerit: nihil enim ab hoc duodecimo anno, de eius doctrinâ vel operibus inuenies vſq; ad annos tringinta.* Vidè hîc multimodum nexum verioris doctrinæ cum humilitate profundiori. Et ſanè Boozus communiter ab Hebræis putatùr (referente Lyrâ, & aliis) eximius legis doctor; cuius admirabilis doctrina & ſapientia valdè commendatur commercio humilitatis, quâ ipſe nobiliter opulentus, & fortè totius Hebræi populi Iudex, non nauſeauit ad Ruthæ, connubium, Ruthæ, inquam, viduæ, pauperculæ, Moabitidis.

Hic verſ. 1. Lyra hic.

---

§. CX.

Sumptuoſior prælucendi ac præſidendi ambitio paruulos inuenit, aut facit.

INfames potiùs ſunt, qui malunt bonam habere famam, quàm benè illam mereri. 1. Aliena virtus eſt honorari, propria honorare. Honor eſt virtutis ornatus, & potiùs illius argumentum dixerim, quàm ſtipendium. Non debemus in dignitate dignitatis honorem apperere; ſed quod ipſa monſtrat, probitatem ac virtutem honore dignam: Virtus non eſt vbi præter ipſam aliquid etiam ipſius petitur. Vndè qui honorem in præfecturâ quærit, hoc ipſo amittit illum, dum amittit virtutem honore dignam, ſine quâ honor nullus eſt.

Virtus quærenda eſt, nō gloria virtutis.

Tam abeſt gloria ab indignè eam quærentibus, vt his turpior ſit. Primæ virtutis flos eſt, etiam per gloriæ contemptum ad virtutis gloriam ire, & in ſublimi prælucendi munere obſcuratam etiam gloriam tenere. Errat itaque qui non tam magnum eſſe, quam gloriæ magnitudinem quærit: ſic enim gloriâ ſuâ minor euadit. Errat qui quærit dignitatis gloriam, quam nemo veram inuenit, qui quæſiuit: imò nec ille ad quem inquæſita venit; niſi animum ad illius amiſſionem paratum inuenit. Ille ſolùm magnus, ſolum glorioſus eſt, qui gloriæ magnitudinem contemnit. Quò præclaros lucendi fulgores minùs æſtimamus, magis æſtimamur; & maiores cenſemur eà re, quam infrà nos cenſemus. O quàm præcelsè magnum eſt, non laudari, & eſſe laudabilem! Heu quoſdam ipſo dignitatis faſtigio minoratos, & cognato dignitatibus ſplendore obſcuriùs infelices!

2. Euangeliſta Matthæus poſt tragicam illam ſub Antichriſto calamitatem, gradum facit ad prodigioſa funeſtè ſigna, quæ tremendam ſupremi iudicij diem anteuertent. Statim autem, inquit, poſt tribulationem dierum illorum, *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.*

Matth. 24. v. 29. Lucæ 21. v. 25. & 26.

Hunc cælorum luctum ſic dubius Chryſoſtomus inibi exponit: *Patreſamilias moriente,*

Imperfect.

tota

Funeſtè luget cælum vniuerſale hominum exitium.

tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & conſciſſis tunicis ſuis, nigris ſe operiunt veſtimentis: ſic & humano genere, propter quod omnia fuerunt creata, circa exitum conſtituto, totus contriſtatur mundus, vniuerſa cæli miniſteria lugent, & candore depoſito, pro veſtibus, luctuoſis tenebris veſtiuntur. Nam ſol obſcurabitur & luna non dabit lumen. Sol itaque obſcurabitur, ex eo quòd Deus ſubducendo illi concurſum ſuum, lumen adimet. Sed vndecumque res ſit, Sole obſcurato, neceſſe eſt lunam obſcurari; vt potè quæ à Sole ſuum lumen haurit. Imò & Stellæ obſcurabuntur æquè ac Sol & luna, à quibus planetæ, & (vt nonnulli putant) ceteræ quoque ſtellæ lumen mutuantur. Quid ergò eſt, quòd de ſtellis nuncupatim dicitur: *Stella cadent de cælo?* Porrò ſi obſcurari, eſt de cælo cadere; etiam Sol & luna de cælo cadere dicerentur. Quare

S. Chryſoſt. Euthymius.

cenſent Chryſoſtomus & Euthymius in fine mũdi propriè dictas *ſtellas* & ſidera è cælo caſura. Verùm Origenes inibi Tractatu 30. hàc obiectione validè refragatur, dum impoſſibile dicit, *vt ſtellæ tantæ magnitudinis cadant de cælo. Quò enim & cadant cum magnitudini earum non ſufficiat terra.*

Origenes. Cornel. ibi.

Huic Origenis obiectioni, pro ſententiâ Chryſoſtomi & Euthymij reſpondet Cornelius: *In fine mundi propriè dictas ſtellas & ſidera è cælo caſura. Quod intellige de ſtellis minimis, quæ proindè non apparent, nobiſque ſunt inuiſibiles; nam alioqui ſtellæ viſibiles maiores ſunt totâ terrâ, ideóque in eam cadere nequeunt.*

Clauius de Sphærâ.

Stellulæ minimæ, malignâ ſuâ luce orbatæ, è cælo ruunt deſperatâ ambitione.

Addit inibi nuper laudatus Origenes: *His ergò contingentibus ſuper Solem, lumen etiam ſtellarum deficiet, vt quod remanſerit in eis quaſi terrenum cadat de cælo; & omnes cælorum virtutes his accidentibus mouebuntur.* Nimirùm Sol & luna, luminaria magna inquam, & ſublimiora quæque ſidera, præſidentiæ fulgoribus adſueta, & fulgendi elogio aſpectabilia; tametſi velut cognatâ ſibi luce viduata, in loco ac ordine ſuo adhuc fixa ſtant in cælo, nec indè tantillùm idcircò mouentur; ſed ſicut hactenùs lucebant cum iucunditate, & mundo fulgoribus præſidebant: ita nunc etſi ſplendoribus adſuetis orbata, funeſtam ſordidè obſcuritatem patienter in ordine ſuo ſuſtinent, nec præcipitant ruendi conſilium: imò præ magnitudine ruere non poſſunt. At *ſtellæ minimæ, quæ proindè non apparent, nobiſque ſunt inuiſibiles*, adeò grauatè ferunt tenui illâ luce viduari, vt miſerâ ruinâ præcipites *de cælo cadant*, & deſperatione vltrà lucendi malè actæ, in infimiſſimam terram ruant. Scilicet ſtellulæ adeò exiguæ tam tenui luce inaſpectabiles, quæ vſque eò impatienter ferunt tantillùm carere ambitâ lucendi præſidentiâ, celeſtem naturam diffitentur, & aliquam cum terris cognationem inſinuant: vndè *quod remanſerit in eis quaſi terrenum cadet de cælo: & omnes cælorum virtutes his accidentibus mouebuntur.* Quis enim in ſtitione magnanimâ magnorum luminarium, non miretur exiguæ ſtellulæ malignè lucentis, ſuperbam in ſui detrimento ambitionem? O! ſic grauatè fert exinceps non lucere, qui hactenùs malignè lucebat? Procliue iam eſt ad alia ethicè themata aptare hunc locum moralitatum fœcundum; quem poſtmodum ad hanc quoque theſim aliter tractabimus.

3.
Iob 5.v.2.

Iobi 5 hæc morum gnome, ad pernoſcenda & declinanda ſuperbæ ambitionis vitia ac detrimenta, ab Eliphace Themanite proponitur: *Verè ſtultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia.* Pro τῷ *inuidia*, apud LXX. Interpretes habetur, *Zelus*, id eſt, ardor quidam vrens animum, & angor eum medullitùs morſicans, impatienter indignabundus & ſeditioſè contentioſus, quòd aliquis fruſtrà ſuperbus, vni ſibi ambit honores, quos aliis inuidens animitùs tabeſcit. Quare hoc poſterius hemiſtichion non multum abeſt, vt ſit prioris commentarium. Idcircò

Lxx Interpr.

Pineda cenſet, quòd hàc ſententiâ indicatur, totam hominis ſuperbè opulenti vitam, & cogitationes vniuerſas, his duobus quaſi cardinibus

Pineda ibi.

volui *Iracundiâ*, & *inuidia*, ſeu *zelo*. Iracundiâ inquam, id eſt, *Superbiâ vitæ*, diuitiarum iactantiâ: & quæ ex his naſcuntur temeritate, præcipitantiâ, ſtultitia, Dei hominúmque contemptu. Deindè *inuidiâ* ſeu *zelo*, id eſt, cupiditate & deſiderio amplioris fortunæ. Hactenùs ille. Itaque homo naturæ inops, & meritis ieiunus, ambitioſè eſuriens dignitatum honores, & humanas proſperitates tenuitati ſuæ impares, ſuperbè *ſtultus*, & inuidè *paruulus* nominatur. Hunc ergò ambitioſâ ſtultitiâ paruulum oportet deſiderio, & priuatione concupiti boni diſcruciari, & ſibi immodica depereuntem perire.

Stultè paruulus ambitione afflatus immodicæ magnitudinis deſiderio indignanter tabeſcit.

Sic Rabbi Salomon in huius loci commentario, ait: *Paruulus eſt vir multi deſiderij, cuius cor inclinatur ad omnes proſperitates, & ſemper remanet cum inuidiâ, & dolore.*

Rab. Salom.

Itaque hæc immodica proſperitatum appetentia, & ſtulta honorum ambitio, aut ſtultè paruulum inuenit, aut facit? Stultus enim ac paruulus eſt, qui ſic proſperitates, quibus impar eſt, vni ſibi ambit, vt ſi cupito proſperè honore frui non detur, indignatione tabeſcat. *Paruulus* eſt, qui magna ambit, qui maiora ſeipſo percupit, & immodica affectat. *Stultus* eſt, qui hanc ob rem ſe vrente *Zelo* diſcruciat, impatiente liuore angitur, & inconſultâ inuidiâ arroganter tabeſcit. Sic, ſic inquam, non Sol & luna, non lucidiora ſidera, & ſtellæ maiores; ſed *ſtellæ minimæ, quæ proindè non apparent, nobiſque ſunt inuiſibiles* præ nimiâ exiguitate, dum priuantur conſuetâ & ambitâ luce, ſeſe de cælo in terram indignabundæ præcipitant. Sic paruulum, qui ſuam menſuram ſtultè ignorat, præ ambitionis arroganti ſtudio, *zelus occidit*. Sanè *zelus* nominatur, *zelus* prætenditur, & mera *inuidia* eſt. Sic ſtultè ambitioſum *paruulum occidit inuidia.* Opinor, Eliphaz hîc plus ſignificat, quàm dicit. Suſpectus ſit *zelus*, quo quis magnitudinem exiguitati ſuæ imparem, clanculùm negotiatur. Caue ne velut *Zeli* ſtipendium procuret immeritam ſibi dignitatem. Sic eſt ſubdolè aſtuta ambitio, vt de alienis caſtris ſuppetias rectiùs expoſcat ad meritorum ſupplementum!

Zeli ſpecie, paruulorum ambitio ſe ſubdolè inſinuat.

Redeat iterùm nuper expenſus Matthæi locus, aliter ad thema præſens enucleandus. Itaque die finalis iudicij appropinquante, *Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur.* Nemo benè philoſophus mirabitur, quòd obſcurato Sole, luna pariter obſcuretur, à quo ipſa lucendi vbertatem fœneratur. Imò quòd Sole ac lunâ obſcuratis, aliarum quoque ſtellarum interſtinguantur faces: quas à Sole & lunâ mutuare, plures Aſtrologi veroſimili ratiocinatione cenſent. Monſtri autem adinſtar

4.
Math.24. v.29.

eſt: quin & impoſſibile videtur, quòd *ſtellæ cadant de cælo*, quandoquidèm (vt nuper arguebat Origenes) non habent *quò cadant, cùm magnitudini earũ non ſufficiat terra.* Cui reſpondimus ex Cornelio, maiora cæli ſidera minimè in terram caſura; ſed *ſtellas minimas, quæ proindè non apparent, nobiſque ſunt inuiſibiles.* Aliam vniuerſatim rationem pro litterà exponendâ, adducit inibi Chryſoſtomus, quæ potiorem in re ethicâ locum obtinet: *Stellæ cadent de cælo*, inquit, *quis enim vſus, nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* Moraliſſimè quidèm Chryſoſtomus! Porrò ſtellæ interdiu minimè lucent: Sol enim tenuem illarum fulgorem fulgentiùs lucendo interſtinguit: quare in die ſtellarum vſus otioſè vacat. Cúmque poſt finalis iudicij diem, nulla exinceps *nox* futura ſit, vſura ſtellarum otiatur in cælo; quia nullum ſortitur temporis aut loci ſpatium, in quo lucendi gloriam vllo modo teneat. Ergò ſol, luna, & reliqua maiora ſidera, adhuc fulgoribus viduata, in ordine ſuo perſtant; ſtellulæ verò, id eſt, *Stellæ minimæ, quæ proindè non apparent, nobiſque ſunt inuiſibiles*, tantâ lucendi ambitione tenentur, vt deficiente nocte, in cuius tenebris vel malignè lucere ambiunt; non ſolùm deſolatione tabeſcant, ſed etiam in terram ſe præcipites agant, præ deſperatione ad ruinam actæ infimiſſimam. *Stellæ cadent de cælo: quis enim vſus, nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* Verùm Chryſoſtomus, neglectâ philoſophiâ Origenis, de immodicâ ſuprà terram ſtellarum magnitudine, vniuerſaliter de ſtellis omnibus philoſophatur: & in ſiderum ambitione lucendi, humanam lucendi ambitionem moraliſſimè taxat. *Stellæ cadent de cælo: quis enim vſus, nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* An quia generatim lucere adſuetus, ſi ei negetur lucendi vſus, funeſtè contabeſcit, corruit, deficit: nec refutat inter ſibi per naturam inferiora exul degere, vt ſaltem cognatâ ſiderum perfectione terrenas ſubſtantias in terris antecellat? An quia præſidentiæ munus ſic minorat vel *ſtellas cæli*, vt ſi vel *nox* ſordidè obſcura illis deſit, ipſæ pariter deficiant? O quàm eſt vel minimorum indigus, quiſquis præeſſe, & aliis prælucere ambit! obſcurâ terræ nocte, cæleſtis etiam ſiderum præſidentia ſubſiſtit? *Stellæ cadent de cælo: quis enim vſus, nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* Itaque benè Boozus hic dicitur, *vir homo potens, magnarum opum*; animi magnitudine maior, quàm nobilitate, ac cenſu. Quippè qui etſi ab Hebræis putetur, non tantùm vrbis Bethelehem Senator, ſed & totius Hebræi populi Dux ac Princeps, tamquam aliquis è plebe ſe gerit: à pauperculis cognatis agnoſcitur, & illos beneficè agnoſcit. Et contemnens Ducem ſeu Principem, priuatum ciuem agit in propriâ cauſsâ, quam ipſe potentatûs ſui iure poſſet dirimere. Quare, non potentiâ & principandi ambitione, ſed modeſtiâ & humanitate, *hominem potentem*, ac *virum* principem probat.

[Margin: Origenes & Cornelius. — S. Chryſoſt homil. 77. in Matth. — *Stellæ cadent de cælo, quia iam non erit nox, in quâ luceant.* — 5. *Adſuetus lucere, ſi non ſplendidè luceat, tabeſcit.* — *Stellæ luce orbatæ, malunt eſſe in terrâ, quam excellunt, quàm in ipſo ſuo cælo.* — Hic verſ. 1. — Ruth cap. 4. v. 2. 3. &c.]

§. CXI.

Oratio eſt robur militum, & militaris diſciplinæ gymnaſium.

BEllum eſt iuſtum, quod neceſſarium eſt: arma ſunt pia, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes: ſuſcipienda bella ſunt, vt in pace ſine iniuriâ viuatur. Diu apparandum eſt bellum, vt ſemel vincas: quia longa belli præparatio celerem facit victoriam. Parua autem ſunt arma foris, ſi non eſt conſilium domi, ſi bellandi cauſſæ pietas abeſt, ſi Deus non adeſt auxiliaris, humanâ oratione pro nobis armandus. Sanè quiſquis orationis præſidio munitus non eſt, is armis in bello caret: Oratio enim eſt humanæ imbecillitatis armarium, corporum robur, Reipublicæ aſylum, iuris vigor, tutela pacis, ars fortitudinis, victoriarum gymnaſium, virium ſupplementum, complementum potentiæ, iuſtitiæ vexillum, belli peritia, victoria incruenta, auſpicium triumphi, defenſionis clypeus, ſcutum impenetrabile, hoſtilitatis coërcitio, hoſtium ruina, & paruo conſtans belli trophæum. *Arma noſtra ſunt, quibus nos Saluator inſtruxit, Oratio* (ait Ambroſius.) *Oratio longiùs vulnerat quàm ſagitta. Sagitta enim non niſi proximè conſpectum percutit aduerſarium; Oratio autem etiam longiùs poſitum vulnerat inimicum.* Profectò ſibi inuidet victoriæ felicitatem, qui exprompta Orationis arma modulari negligit, quibus & ſe valentiùs armat, & aduerſarios ſupplex exarmat: totam enim Dei omnipotentiam ſibi auxiliarem precibus adſciſcit. *Te verò* (ait S. Paullinus) *tendente pro nobis arcum orationis, non conuertetur in arcum peruerſum.* 1.

[Margin: *Milites ad bellum oratione potentiùs armantur.* — S. Ambroſ. Serm. 8. — S. Paullin. epiſt. 1. ad Victricium.]

2\. Exhodi 17. Amalec vt potè Eſauita, auiti odij memor, Iacobæos ex inopinato inuadit. Dixitque Moyſes ad Ioſue: Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalec. Cúmque acies vtrimque congrediuntur, & *Moyſes leuaret manus, vincebat Iſraël: ſin autem paullulùm remiſiſſet ſuperabat Amalec.* Qui tandèm validâ Ioſue manu contritus ac proculcatus eſt, prælustri in paucis victoriâ. Dixit autem Dominus ad Moyſen: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Ioſue.* Quaſi dicat: Scribe in chronicis, & nuncupatiuum indica duci Ioſue quid acciderit ex manuum tuarum precariâ eleuatione, aut remiſsâ languidè depreſſione, vt exinceps probè ſciat, an pugnaci militum robori, an ſanctis ad Deum precibus victoria adſcribenda ſit. Ædificauítque tunc Moyſes altare, & vocauit nomen eius: *Dominus exaltatio mea*, vel (vt ex Chaldæo tradit Cornelius) *Dominus eſt miraculum meum.* Quodnam eſt hoc *miraculum* in hâc victoriâ de Amalecitis reportatâ? Addit ſacer Hiſtoricus confeſtim Moyſen dixiſſe: *Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.* Chaldæus Paraphraſtes explicatiùs ſententiam reddit: *Dictum eſt hoc à facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, vt committatur prælium à facie Domini contra viros domûs Amalec*, &c. Magnus ſanè erat Dux Ioſue, ſtrenuus bellator, & bellandi arte prælustris; electiſſimam denſè manum è

[Margin: Chaldæus. Cornel. ibi. — Exhod. 17. v. 16. Chaldæus.]

populi

Digitized by Google

Prælium oratione ſuffultum manus ſolij Domini nuncupatur.

populi Dei robuſtioribus, contrà Amalecitas armauerat Moſaicæ autem precationis vigore vicit, & vi orationis de hoſtibus victoriatum eſt. Quare Ioſue victoria, Moyſis oratione ſubnixa; non tam *manus* Ioſue ſtrenuè præliantis, nec Moyſis *manuum* eleuatione precantis; quàm *manus ſolij Domini* nuncupatur, ad auguſtioris gloriæ oſtentationem. Vnde eiuſmodi præclara victoria egreſſa dicitur *à facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*. Quaſi glorioſus adniſus Omnipotentiæ Dei (dum ſe oſtentat *Terribilem* contrà hoſtes: & ſic dicitur *manus ſolij Dei, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*) ſit prælium, quod oratio Sanctorum fulcit. Victoriales preces, an precariam victoriam dicas? Hæc autem à precibus parta victoria, ſic eſt generosè nobilis, & nobiliter auguſta, vt à *manu ſolij Dei*, aut potiùs, *à facie Terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ*, egreſſa nuncupetur. Ecquis *manum ſolij Domini* non aduocet ad prælium, glorioſè pariter ac omnipotenter auxiliarem? Sic armatas phalanges oratio munit, & fauſtè victoriam ominatur. Idcircò dixit Dominus ad Moyſen: *Scribe hoc ob monumentum in libro & trade auribus Ioſue*, qui iam tunc bellorum Domini dux inauguratur.

3. Regius Propheta præliis æquè ac victoriis diu adſuetus, corporis robur, & bellandi peritiam Deo adſcribit, ſic occinens: Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum? *Deus qui præcinxit me virtute.* Hieronymus: *qui accingit me fortitudine.* Notat inibi Lorinus per hanc vocẽ *virtutem* ſignificari etiam exercitum, copiam armatorum, imò & animi alacritatem ad hoſtes ſtrenuè inuadendos, & animosè profligandos. Pergit Dauid exponens quid ſit hic militatis balteus, hoc corporis robur, hæc animi alacritas, & pugnandi dexteritas: *Qui doces*, inquit, *manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* Planè militi conditio neceſſaria eſt, vt ſcientiam teneat militarem, & viribus robuſtè polleat. Ars hæc à Romanis præſertim, tanti facta eſt, vt cum ipsâ vrbe nata ſit, & alta, & cum eâdem ſimul extincta. Sed quæ eſt hæc militaris doctrina, quâ ad bella ſtrenuè gerenda, & victorias paſſim glorioſè reportandas, Prophetæ *manus* erudiuntur? Sapienter ibidèm Græci Patres in Paraphraſ. *Qui docet manus meas ad prælium, &c. Etenim ad preces manus expandens, ſupero inimicos meos. Per arcum nempè æreum & infractum, brachiorum firmitatem ſymbolicè demonſtrat.* O bonum bellicæ artis gymnaſium, & rei militaris perita ſapienter eruditio! Manus quæ benè ad Deum in oratione leuantur, peritè contrà hoſtes præliantur. *Ad preces manus expandens*, eas ad prælium animosè erudit: nec laſſantur militum brachia: quæ à precibus ſanctis, in *firmitatem æream* obdurantur. Sanè oratio, diſciplinæ militaris compendium eſt, quæ imbelles refingit in fortes, ex puſillanimis magnanimos facit, & tyrones in veteranos recudit. Ergò oratio eſt officina valoris, peritia militum, Imperatorum gymnaſium, alacritatis fomes, roboris arbitra, victoriarum auſpicium, & precarium glorioſè trophæum.

S. Hierony.

Lorinus.

Pſalm. 17. v. 35.

Oratio eſt robur militum, & militaris diſciplina gymnaſium.

Græci Patr.

4. Prouerbiorum 18. ſic nos erudit Salomon: Qui mollis (*ignauus* inquam) eſt, & diſſolutus in opere ſuo, frater (Chaldaicè *ſocius*) eſt ſua *diſſipantis.* Alij, *viri deſtructoris*: alij, viri *vaſtantis, excidentis, & perdentis.* Quaſi dicat: Qui *ignauus* eſt, dum erat opus ſuum ſtrenuè ac fortiter peragendum; *ſocium* ſe præbet hoſtilitati *deſtructoris* & *vaſtatoris.* Quid ergò facere oportet, quò hoſtes *deſtructores* ac *vaſtatores* fortiter depellat, & expulſos malè concidat? *Turris fortiſſima, nomen Domini: ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur.* Aquila & Theodotion pro *turris fortiſſima*, habent, *turris potentiæ*, nomen Domini; ad ipſum curret Iuſtus in hoſtili calamitate, *& exaltabitur*: vel, vt excribit Aben Ezra *in ipſo conteret hoſtes ſuos.* Tigurina, *extrà telorum iactum eſt.* Nempè Dei nomen precibus inuocatum, eſt *turris potentiæ*, ſeu turrita ars, ad quam qui confugit, *extrà* hoſtilium *telorum iactum eſt*: quin & *in ipſo* Dei nomine precibus inuocato, *conteret hoſtes ſuos.* Quem locum ſic luculenter ad rem excribit, & exponit Auctor Catenæ Græcæ: *A fortitudinis magnitudine, & excellentiâ Dominus nominatur* (ſiue *nomen Domini eſt magnificentia fortitudinis*:) *iuſti autem qui ad illum accurrunt, exaltantur.* Deindè idem Auctor expliciùs tradit, quomodò *nomen Domini ſit magnificentia fortitudinis*, & quid ſit *ad illum accurrere*, quò in tuto ſint, imò & *conterant hoſtes ſuos.* Pergit ipſe: *Deus præpotens magnarúmque virtutum Dominus appellatur: taléſque efficit eos, qui ſe ſe ad illum adiungunt. Per nomen autem Domini, Dei cognitio interdùm ſignificatur. Ad illum iuſti accurrunt &c. hoc eſt, per contemplationem ab illo exaltantur.* ô benè! Humana *Dei cognitio*, Dei nomen nuncupetur? Eo nomine, & rei diuinæ cenſu, Deus appellabitur, quo humana de Deo *cognitio* Deum taxet? Tantùm humanæ de Deo *cognitioni* licet? Scilicet *Deus præpotens magnarúmque virtutum Dominus appellatur*: ergò cùm hoſtiles incurſiones ingruunt, aut deſæuiunt, talem *cogitatione* humanâ *contemplare*, talem tibi futurum confidenter cenſe, & erit tibi *turris potentiæ*, ſeu *magnificentia fortitudinis*: in eóque velut in turritâ arce, & munitiſſimo præſidio, *extrà telorum iactum eris*: quin & *in ipſo conteres hoſtes tuos.* O quàm de facili hoſtiliter calamitoſo munimentum adeſt! Nomen Domini eſt turris aut *magnificentia fortitudinis* præſtò poteris ad illud accurrere: nam *per nomen Domini, Dei cognitio interdùm ſignificatur*, & *per contemplationem ab illo exaltaberis.* Profectò nimis ignauus eſt, qui ad hoc exPromptum omnibus aſilum non ſtatim confugerit.

Chaldæus.

Prouerb. 18. v. 10

Aquila.

Theodotio.

Aben Ezra.

Tigurina.

In hoſtili calamitate ad Dei nomen, id eſt, ad illius cognitionem accurrendum eſt.

Catena Græca.

Quomodo Dei nomen dicatur, eius cognitio & contemplatio.

Matthæi 6. ſollennis Eccleſiæ oratio à Chriſto Deo præſcribitur, omnibus fidelibus crebrò nuncupanda. Talis autem eſt reliquarum petitionum clauſula: *Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo.* Quod bonâ Caluini pace dixerim, *Deus intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat.* Quare oratione precamur, ne à tentationibus ſuperemur. Bellè à Chryſologo dictum: *Ad tentationem vadit, qui ad orationem non vadit.* Illud verò, *ſed libera nos à malo*, id eſt, à tentatione, de hâc enim ſermo præceſſit, commentantur aliqui Interpretes. Alij autem τὸ *à malo*, id eſt, à Diabolo, qui præſes & artifex tentationum eſt, exponunt. Deníque generaliùs & pleniùs S. Cyprianus omne malum hîc accepit, quod virtutis

5.

Math. 6. v. 13.

Iacobi 1. v. 13.

S. Chryſol. Serm. 44.

eſt impedimentum, vel ad peccatum allicit, aut publicam pacem inquietat, vel quoquo modo hoſtiliter infeſtat. Sic fatur Cyprianus: *Quando autem dicimus: Libera nos a malo, nihil remanet quod vltrà adhuc debeat poſtulari: quando ſemel protectionem Dei aduerſus malum petamus: quâ impetratâ contrâ omnia quæ Diabolus & mundus operantur, ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſeculo metus eſt, cui in ſeculo Deus tutor eſt?* (Attende ad verba, quæ ſubiicit Cyprianus) *Quid mirum ſi oratio talis eſt quam Deus docuit, qui magiſterio ſuo omnem Pacem noſtram ſalutari ſermone breuiauit?* Frendeat licet *Diabolus*, pacis deſertor, ac bellorum incentor: *Mundus* barbaricè paganus, aut paganâ fide & ambitione Hæreticus, phalangas obarmet ſuas, excidiorum atrociter minaces; quis de ſeculari hoſtiliter periculo metus eſt, cui Deus precibus auxiliatis, in ſeculo *tutor* eſt, qui Suos tamquam imbecillè pupillos peramanter protegit, & ſuâ protectione clypeat? Deus enim noſter, noſtrum robur, refugium & virtus, compendioſo precum *magiſterio omnem Pacem noſtram ſalutari ſermone breuiauit.* Sibi Pacem inuidet, qui illam arbitrio orationis à Deo non inceſſanter negotiatur. In hoc cap. 2. Verſ. 1. futurus Ruthæ maritus, dicitur *Vir potens nomine Booz*, quod nomen ſignificat, *Prævalens*, ſeu *In eo fortitudo*, vel *In fortitudine.* Qui cùm è nonnullis putetur totius Hebræi populi Dux & Princeps; & corporis robore, & validâ ſanctarum precum *fortitudine*, ſic continuit hoſtes, vt *Pacem* in populo contineret.

S. Cyprian. de Orat. Domin.

Salutari orationis magiſterio omnem Pacem noſtram Deus breuiauit.

Hic verſ. 1. Hàc de re §. §. 4. n. 9.

§. CXII.

Qui in re virtutis tentationes maximas ſuperauit, in Minimis turpiùs vincitur.

1\. Dubius Hierony. in epiſt. ad Demetriadem.

SAncti Hieronymi acris vox eſt, quæ deſidiam noſtram ſtimulat, & ad modica ſtrenuè vincenda eloquenter vrget: *Quid hoc quæſo conſilium tuum? quænam hæc noua viuendi ratio eſt? Res difficiles & laboris plenas ſecurus aggredior, & faciliora non poſſe fieri credo: vinco maxima, vincendus à paruis. Excelſa & ardua excelſus exupero; & cùm venitur ad plana, deficio.* Profectò nimis turpe eſt, eos qui ſibi maxima ſubiecerunt, minimis ſubiici, & à vilioribus vinci. Caſſianus mihi peritè adſtipulatur, cùm ait: *A Potente elidi, licèt ſit in deiectione dolor, & gemitus in amiſſione victoriæ; tamen quodammodò de aduerſarij robore victis naſcitur conſolatio. Sin verò & inimicus exilis, & genus colluctationis infirmum, vltra deiectionis dolorem, confuſio turpior, & ignominia detrimento grauior infertur.* Itaque dùm deſes prælìator, exili inimico ſuccumbis, & leuem noxam committere negligis, vltrà culpæ diſpendium, delinquendi ignominiam exaggeras. Modicum eſſe putas; ſed immodica exindè callidus inſidiator molitur. Peritè Alexander ille Macedo victoriis adſuetus: *Nihil tutò*, inquit, *in hoſte deſpicitur.* Dum leuia contemptim negligimus, aut oſcitanter in re virtutis tractamus; in grauiora ſenſim incurrimus, & periculosè impingimus.

Victor in maximis, turpiter in minimis vincitur.

Caſſian. l. 7. cap. 20.

Curtius l. 6.

2\.

Geneſeos 3. maleſuadi ſerpentis aſtu mulier, de ambitæ diuinitatis inſolentiâ delicioſè arroganti, gulæ deliciis Intemperanter indulget; & eſculěto pomi blandimento comminatā mortalitatem mercatur. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendū, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile: *Et tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.* Iam ſeductam vxorem, id eſt, delicias ſuas noluit Adamus contriſtare, quam credebat à ſe remotu abalienatam tabeſcere, & ſine ſolatio diſcruciari; non quidèm carnis concupiſcentiâ, ſed amicabili beneuolentiâ, quá ſæpè Deus grauiter offenditur, ne vel leuiter amicus offendatur. Verùm cùm ex ore Paulli in comperto omnibus ſit, quòd mulier ſeducta fuit, ſecùs vir; diligenter peruestigant Interpretes, quo pacto Adamus animum tandem flexerit, vt Euæ mortem à Deo comminatam propinanti adnueret, & tantum ſcelus, tot ſcelerum originariè fœcundum perpetraret, quò ſe cum totâ poſteritate peſsùm daret? Hanc rem pleno ſtilo pertractat Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 11. vbi perſtrictim elucidans illud Paulli ad Timotheum. 2. *Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit*, ita opportunè ſcribit: *Seductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, non putant eſſe peccatum, ille autem* (Adamus) *ſciuit. Alioquin quomodò verum erit Adam non eſt ſeductus?* (Attentiùs notanda ſunt quæ ſubdit verba Auguſtinus) *ſed inexpertus diuinæ ſeueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* (*τὸ veniale*, vt ſonat accipi liceat) Ecce tibi occaſionem ſocordiæ, cuius fallaci lenocinio Adamus atrociter deliquiſſe non renuit. Nempè etſi de conſcientiæ ſuam, graue appareret flagitium, Dei præceptum tranſgreſſione contemnere, quod forſan non auderet: at blandâ ſuæ vxoris, & ambitionis ſuggeſtione perſtrictus, ſibi perſuadere ambiuit, & arbitrij abuſu nutanter perſuaſit, leuem modicè noxam fore, ab vnâ arbuſculâ non ſatis temperare; ne vxorem à Deo ſibi datam, & amoris nexu deuinctam nimium contriſtaret. *In eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* Vide hîc ſagaciſſimam ſubdolè callidi ſerpentis, imbuti Dæmone aſtutiam. Meritò ſcilicet Diabolorum vaferrimus animal lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile, operi ſuo congruum per quem loqueretur, elegit; eòque per Angelicam præſentiam præſtantiorémque naturam, ſpiritali nequitiâ ſibi ſubiecto, & tamquam inſtruměto aburens, fallaciam ſermocinatus eſt feminæ, à parte ſcilicet inferiore, & minùs ſuſpectâ fallaciam inchoans, non exiſtimans virum facile credulum, nec errando poſſe decipi, ſed dum charæ vxoris cedit errori. Quam cùm Adamus videt poſt interdictum pomi eſum, comminatā morte mulctatam minimè corruiſſe, pellaciâ charæ vxoris allectus, *in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* O malum! ſic eſt procliue *venialia* committere, cum etiā qui cōmittere mortalia pio horrore deteſtatur? De infernalibus atrociter Diaboli technis venit, vt flagitioſius exitialiter crimen, ſpecie tenùs enormem malitiam ambiguè diffiteatur, & noxæ *venialis* mentitam ſpeciem malè induat, quò facile & exprompté committatur. Heu! ſic perdubitanter male opinata delicta *venialia*, callidus

Gen. 3. v. 6.

1. ad Tim. 2. v. 14.

S. Auguſtin.

Adam in eo falli potuit, vt primaum delictum, veniale fore ambiguè putaret.

Dæmon

Dæmon mortalia ſubornat, & miſeras conſcientiæ ſtrages clanculùm machinatur? ô time, quod ambiguè teputas *veniale*!

3. Matthæi 26. veſpere facto in Dominicæ paſſionis veſtibulo, infidæ Iudæ proditionis tabula legitur, ad exactam leuium noxarum cautelam. Diſcumbebat ergò Ieſus cum duodecim Apoſtolis, & ait illis: *Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt.* Nefandum quippè ſcelus, de perfido deicidij reatu atrociter enormiſſimum! Vndè quæſo, ad hoc profundiſſimum nequitiæ baratrum Iudas peruenit? quonam ſcelere ad tantum ſcelus perpetrandum, viam Apoſtolus ſenſim præſtruxit? Scilicet exiguis defectibus, aut exiguitatis cenſũ conſcientiam ſubruit; & exindè tantâ ruinâ miſerabiliter corruit. Quod eloquenter ediſſerit Chryſoſtomus homil. 77. in Matthæum: Nullus igitur, inquit, friuolâ ſe illâ ratione conſoletur, quâ vniuerſa proteruitas in animam inducitur. Illâ, inquam, ratione nullus vtatur, dicens: Quid hoc eſt, aut illud? mille certè hinc mala oriuntur. Veterator enim malorum Diabolus cùm ſit, magnâ malitiâ, multâ operâ ingenti ſtudio, condeſcenſionéque nonnullâ ad perditionem hominum vtitur. A minimis enim plerumque incipit. *Mirabile quiddam atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnumquam, non tanto ſtudio magna videri peccata eſſe euitanda, quando parua & vilia. Illa enim vt auerſemur, ipſa peccati natura efficit; hæc autem hâc ipſâ re, quia parua ſunt, deſides reddunt, & dum contemnuntur, non poteſt ad expulſionem eorum animus generosè inſurgere. Vndè citò ex paruis maxima fiunt negligentiâ noſtrâ.* (Subdit ad rem tempeſtiuè Chryſoſtomus) *Sic in Iudâ maximum proditionis malum exortum eſt, niſi enim putaſſet paruum eſſe pecuniam inopum ſurripere, in tantam proteruitatem non deueniſſet. Iudæi quoque niſi putaſſent inanis gloriæ delictum minimum eſſe, vſque ad cædem Domini lapſi non fuiſſent. Hâc viâ omnia ſcelera fieri videmus. Nemo enim repentè ad extremam improbitatem inſiliit. Habet quippè inſitum quemdam anima pudorem atque innatum, quem ſubitò calcare atque proiicere non poteſt, ſed ſenſim atque paullatim ex negligentiâ perit. Hoc pacto etiam Idolorum cultus aditum inuenit, cùm vltrà quàm oportet, viui ac defuncti nonnulli honorarentur: hoc pacto ſimulacra & ſtatuæ adoratæ ſunt: hoc pacto denique fornicatio, & cætera vitia dominantur.* Pluſculum forſan reſcripſimus, ſed quod mirè, non modò teſtatur, ſed teſtatum elucidat, quanto periculo opinatæ leuiores noxæ negligantur, quo ad enormiſſima extruitur ſcala, atque aditus facile ſternitur: quod in Iudâ proditore, Deicidis Iudæis, & Idololatris brutâ impietate pertinaciter ſtolidis, oculis videre licet. O, in leui offendiculo caue ruinam!

Matth. 26. v. 21.

S. Chryſoſt.

A modici delicti contemptu, Iudæ, Iudæorum & Idololatriæ ſcelera initium habuerunt.

4. Pſalmo 89. ſic modulatè Deo pangitur: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Quæ verba claritatis gratiâ ſic ordinat Genebrardus: *Eorum anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur.* Sed vt Græca vna dictione reddant, noua vocabula excogitarunt Interpretes. Tertullianus, *Nullificamina, eorum anni erunt:* Eugubinus, *Nihilitudines*, ſeu extenuationes in nihilum vertit: noſter Martinus del Rio, *Nihileitates:* LXX. Interpretes, *Vanitates*, ſeu *nihilum.* Sed quid nam ſunt hæc, *quæ pro nihilo habentur*; hæc inquã, quæ cenſentur *vanitates, nullificamina, nihileitates*, ſeu *nihilitudines*? An ita reipsâ ſunt, an hominum opinione, & vulgari peccatorum cenſu? Eleganter S. Gregorius Nyſſenus in opere recèns latinitate donato & edito, commentans præſcripta Dauidis verba; *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, nouiter ea exponit, ſic fatus: *Pulchrè & ingenioſè appellat peccata Nihil: nam qui peccat, ſolet quodam modo pro nihilo peccatum ducere: & pro quouis ſcelere perpetrato defenſionem inſtruere, vt cuiuis in quocumque malè commiſſo promptum ſit dicere: Nihil eſt cupiditas, nihil ira, & alia huius generis nihil ſunt, cùm ſint naturæ quædam motiones.* Hoc culparum *nullificamine*, ſic earum malitiam extenuare, imò & fruſtrari feſtinant, vt deluſam (ſi Deo placet) ſcelerum malitiam audaciùs committant. Sic vita hominum, hanc ſceleris excuſationem crudè præmaturam obtendens, ſceleroſa flagitia, tanquam *nihilum* reputat, & impudentiùs patrare audet. *Eorum anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur* ſubdolo *nullificaminis* arbitrio.

Pſal 89. v. 5.
Genebrard.
Tertullian.
Eugubinus.
Mart. del Rio.
LXX. Interp.

Vita hominũ conſtat ſceleroſâ flagitiorum anihilatione.

S Nyſſ. tr. 2. in Pſal. c. 7.

Matth. 4. poſt quadraginta dierum ieiunium, Chriſtus eſurit. *Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Sed ex duobus contrariis interceptus teneris, ô Diabole. Si ad imperium tuum lapides in panes transferre poteſt, ergò fruſtrà tentas eum, qui tantâ poteſtate eualet: ſi autem non poteſt facere, fruſtrâ Dei filium ſuſpicaris. Sed eſto, duros lapides in recentes tranſmutet panes, ecquid malitiæ indè extorquebit à Chriſto? An non his maiora miracula Prophetæ ediderunt? Quia & nec ſceleris ſpecies in hâc conuerſione tranſlucet. Imò etſi miraculoſos illos comederet panes, terminandum quadraginta diebus ieiunium cibo miraculoſo impunè ſolueret. S. Ambroſius hanc tentationem examinans, ſic tandèm concludit: *Dic vt lapides iſti panes fiant. Aliud explorantis, aliud tentantis eſt: & Deo ſe* Dæmon *profitetur credere, & homini conatur illudere.* Scilicet non hîc ſatagit malus Dæmon, vt Chriſtus arroganter tumeſcat, aut ſe reuerenter è genu adoret; quod in ſecundâ & tertiâ tentatione obnixè intentat: ſed id tantùm negotiari ambit, vt Chriſto *illudat*, dum in re modicâ, & exigui admodùm momenti, ſibi adnuit, & eius inutili ſuaſioni ſpontè obſequitur. Pulchrè S. Cæſarius homil. 5. ad Monachos, ſic eos erudit: *Inter hæc quodammodò exultat Aduerſarius noſter, quandò nos videt ad hoc maxima contempſiſſe, vt in minimis deformiùs vinceremur.* O quanta, & quàm maxima in hoc mundo hactenùs deſpexerat Chriſtus, & exinceps contempturus erat! ergò oblatione lapidum conuertendorum in panes, non ſatagit, vt ad malitiam trahat, ſed *homini conatur illudere*: exindè minima offert ad ſui nutũ præſtanda, vt qui *maxima contempſerat, turpiùs in minimis vinceretur:* in minimorum enim victoriâ, maximè *Aduerſarius noſter exultat.* Ardua quidèm certamina Rutha hactenùs velut *obſtinato animo* in re virtutis generosè ſuperauerat: nec in æſtuante ſpicilegij opere vltrà vires femineas improbo; quicquam vel modicum non ex heri aut Noëmi præſcripto, aut temperantiæ

5. Matth. 4. v. 3.

In primâ tentatione Diabolus ſatagit Chriſto illudere.

S. Ambroſ. l. 4. in Lucã.

Qui maxima ſuperauit, in minimis turpiùs vincitur.

S. Cæſarius.

Hic verſ. 2. &c.

eſt impedimentum, vel ad peccatum allicit, aut publicam pacem inquietat, vel quoquo modo hoſtiliter infeſtat. Sic fatur Cyprianus : *Quando autem dicimus : Libera nos a malo, nihil remanet quod vltrà adhuc debeat poſtulari : quando ſemel protectionem Dei aduersùs malum petamus : quâ impetratâ contrâ omnia quæ Diabolus & mundus operantur, ſecuri ſtamus & tuti. Quis enim ei de ſeculo metus eſt, cui in ſeculo Deus tutor eſt?* (Attende ad verba, quæ ſubiicit Cyprianus) *Quid mirum ſi oratio talis eſt quam Deus docuit, qui magiſterio ſuo omnem Pacem noſtram ſalutari ſermone breuiauit?* Frendeat licet *Diabolus*, pacis deſertor, ac bellòrum incentor: *Mundus* barbaricè paganus, aut paganá fide & ambitione Hæreticus, phalangas obarmet ſuas, excidiorum atrociter minaces; quis de ſeculari hoſtiliter periculo metus eſt, cui Deus precibus auxiliaris, in ſeculo *tutor* eſt, qui Suos tamquam imbecillè pupillos peramanter protegit, & ſuâ protectione clypeat? Deus enim noſter, noſtrum robur, refugium & virtus, compendioſo precum *magiſterio omnem Pacem noſtram ſalutari ſermone breuiauit.* Sibi Pacem inuidet, qui illam arbitrio orationis à Deo non inceſſanter negotiatur. In hoc cap. 2. Verſ. 1. futurus Ruthæ maritus, dicitur *Vir potens nomine Booz*, quod nomen ſignificat, *Præualens*, ſeu *In eo fortitudo*, vel *In fortitudine.* Qui cùm è nonnullis putetur totius Hebræi populi Dux & Princeps; & corporis robore, & validâ ſanctarum precum *fortitudine*, ſic continuit hoſtes, vt *Pacem* in populo contineret.

S. Cyprian. de Orat. Domin.

Salutari orationis magiſterio omnem Pacem noſtram Deus breuiauit.

Hic verſ. 1. Hâc de re 3. §. 4. n. 2.

§. CXII.

Qui in re virtutis tentationes maximas ſuperauit, in Minimis turpiùs vincitur.

1\. SAncti Hieronymi acris vox eſt, quæ deſidiam noſtram ſtimulat, & ad modica ſtrenuè vincenda eloquenter vrget : *Quid hoc quæſo conſilium tuum? quænam hæc noua viuendi ratio eſt? Res difficiles & laboris plenas ſecurus aggredior, & faciliora non poſſe fieri credo : vinco maxima, vincendus à paruis. Excelſa & ardua excelſus exupero; & cùm venitur ad plana, deficio.* Profectò nimis turpe eſt, eos qui ſibi maxima ſubiecerunt, minimis ſubiici, & à vilioribus vinci. Caſſianus mihi peritè adſtipulatur, cùm ait : *A Potente elidi, licèt ſit in deiectione dolor, & gemitus in amiſſione victoriæ; tamen quodammodò de aduerſarij robore victis naſcitur conſolatio. Sin verò & inimicus exilis, & genus colluctationis infirmum, vltra deiectionis dolorem, confuſio turpior, & ignominia detrimento grauior infertur.* Itaque dùm deſes præliator, exili inimico ſuccumbis, & leuem noxam committere negligis, vltrà culpæ diſpendium, delinquendi ignominiam exaggeras. Modicum eſſe putas; ſed immodica exindè callidus inſidiator molitur. Peritè Alexander ille Macedo victoriis adſuetus : *Nihil tutò*, inquit, *in hoſte deſpicitur.* Dum leuia contemptim negligimus, aut oſcitanter in re virtutis tractamus; in grauiora ſenſim incurrimus, & periculosè impingimus.

Dubius Hierony.n. epiſt. ad Demetriadem.

Victor in maximis, turpiter in minimis vincitur.

Caſſian. l.7. cap. 10.

Curtius l.6.

2\. Geneſeos 3. maleſuadi ſerpentis aſtu mulier, de ambitæ diuinitatis inſolentiâ deliciosè arroganti, gulæ deliciis intemperanter indulget; & eſculéto pomi blandimento comminatá mortalitatem mercatur. Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendū, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile : *Et tulit de fructu illius, & comedit : deditque viro ſuo, qui comedit.* Iam ſeductam vxorem, id eſt, delicias ſuas noluit Adamus contriſtare, quam credebat à ſe renutu abalienatam tabeſcere, & ſine ſolatio diſcruciari; non quidèm carnis concupiſcentiâ, ſed amicabili beneuolentiâ, quá ſæpè Deus grauiter offenditur, ne vel leuiter amicus offendatur. Verùm cùm ex ore Paulli in comperto omnibus ſit, quòd mulier ſeducta fuit, ſecùs vir; diligenter perueſtigant Interpretes, quo pacto Adamus animum tandem flexerit, vt Euæ mortem à Deo comminatam propinanti adnueret, & tantum ſcelus, tot ſcelerum originariè fœcundum perpetraret, quò ſe cum totâ poſteritate peſsùm daret? Hanc rem pleno ſtilo pertractat Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 11. vbi perſtrictim elucidans illud Paulli ad Timotheum. 2. *Adam non eſt ſeductus : mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit*, ita opportunè ſcribit : *Seductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, non putant eſſe peccatum, ille autem* (Adamus) *ſciuit. Alioquin quomodò verum erit Adam non eſt ſeductus?* (Attentiùs notanda ſunt quæ ſubdit verba Auguſtinus) *ſed inexpertus diuinæ ſeueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* (*τὸ veniale*, vt ſonat accipi liceat) Ecce tibi occaſionem ſocordiæ, cujus fallaci lenocinio Adamus atrociter delinquiſ non renuit. Nempè etſi de conſcientiæ ſuam, graue appareret flagitium, Dei præceptum tranſgreſſione contemnere, quod forſan non auderet : at blandâ ſuæ vxoris, & ambitionis ſuggeſtione perſtrictus, ſibi perſuadere ambiuit, & arbitrij abuſu nutanter perſuaſit, leuem modicè noxam fore, ab vnâ arbuſculâ non ſatis temperare; ne vxorem à Deo ſibi datam, & amoris nexu deuinctam nimium contriſtaret. *In eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* Vide hîc ſagaciſſimam ſubdolè callidi ſerpentis, imbuti Dæmone aſtutiam. Meritò ſcilicet Diabolorum vaferrimus animal lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile, operi ſuo congruum per quem loqueretur, elegit; eòque per Angelicam præſentiam præſtantiorémque naturam, ſpiritali nequitiâ ſibi ſubiecto, & tamquam inſtrumēto aburens, fallaciam ſermocinatus eſt feminæ, à parte ſcilicet inferiore, & minùs ſuſpectâ fallaciam inchoans, non exiſtimans virum facile credulum, nec errando poſſe decipi, ſed dum charæ vxoris cedit errori. Quam cùm Adamus videt poſt interdictum pomi eſum, comminatâ morte mulctatam minimè corruiſſe, pellaciâ charæ vxoris allectus, *in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum.* O malum! ſic eſt procliue *venialia* committere, cum etiā qui cōmittere mortalia pio horrore deteſtatur? De infernalibus atrociter Diaboli technis venit, vt flagitioſius exitialiter crimen, ſpecie tenùs enormem malitiam ambiguè diffiteatur, & noxæ *venialis* mentitam ſpeciem malè induat, quò facile & expromptè committatur. Heu! ſic perdubitanter male opinata delicta *venialia*, callidus

Gen. 3. v. 6.

1. ad Tim. 2. v. 14. S. Auguſtin.

Adam in eo falli potuit, vt primæuū delictum, veniale forè ambiguè putaret.

Dæmon

Dæmon mortalia ſubornat, & miſeras conſcientiæ ſtrages clanculùm machinatur? ô time, quod ambiguè reputas *veniale!*

3. Matthæi 26. veſpere facto in Dominicæ paſſionis veſtibulo, infidæ Iudæ proditionis tabula legitur, ad exactam leuium noxarum cautelam. Diſcumbebat ergò Ieſus cum duodecim

Matth. 26. v. 21. Apoſtolis, & ait illis: *Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt.* Nefandum quippè ſcelus, de perfido deicidij reatu atrociter enormiſſimum! Vndè quæſo, ad hoc profundiſſimum nequitiæ baratrum Iudas peruenit? quonam ſcelere ad tantum ſcelus perpetrandum, viam Apoſtolus ſenſim præſtruxit? Scilicet exiguis defectibus, aut exiguitatis cenſu conſcientiam ſubruit; & exindè tantâ ruinâ miſerabiliter corruit. Quod eloquenter ediſſerit

S. Chryſoſt. Chryſoſtomus homil. 77. in Matthæum: Nullus igitur, inquit, friuola ſe illâ ratione conſoletur, quâ vniuerſa proteruitas in animam inducitur. Illâ, inquam, ratione nullus vtatur, dicens: Quid hoc eſt, aut illud? mille certè hinc mala oriuntur. Veteratot enim malorum Diabolus cùm ſit, magnâ malitiâ, multâ operâ ingenti ſtudio, condeſcenſionéque nonnullâ ad perditionem hominum vtitur. A minimis enim plerumque incipit. *Mirabile quiddam atque inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam, non tanto ſtudio magna videri peccata eſſe cauenda, quando parua & vilia. Illa enim vt auerſemur, ipſa peccati natura efficit; hæc autem hâc ipsâ re, quia parua ſunt, deſides reddunt, & dum contemnuntur, non poteſt ad expulſionem eorum animus generosè inſurgere. Vndè citò ex paruis maxima fiunt negligentiâ noſtrâ.* (Subdit ad rem tempeſtiuè Chryſoſtomus) *Sic in Iudâ maximum proditionis malum exortum eſt, niſi enim putaſſet paruum eſſe pecuniam inopum ſurripere, in tantam proteruitatem non deueniſſet. Iudæi quoque niſi putaſſent inanis gloriæ delictum minimum eſſe, vſque ad cædem Domini lapſi non fuiſſent. Hâc viâ omnia ſcelera fieri videmus. Nemo enim repentè ad extremam improbitatem inſiliit. Habet quippè inſitum quendam animа pudorem atque innatum, quem ſubitò calcare atque proiicere non poteſt, ſed ſenſim atque paullatim ex negligentiâ perit. Hoc pacto etiam Idolorum cultus aditum inuenit, cùm vltrà quàm oportet, viui ac defuncti nonnulli honorarentur: hoc pacto ſimulacra & ſtatuæ adorata ſunt: hoc pacto denique fornicatio, & cetera vitia dominantur.* Pluſculum forſan reſcripſimus, ſed quod mirè, non modò teſtatur, ſed teſtatum elucidat, quanto periculo opinatæ leuiores noxæ negligantur, quo ad enormiſſima extruitur ſcala, atque aditus facile ſternitur: quod in Iudâ proditore, Deicidis Iudæis, & Idololatris brutâ impietate pertinaciter ſtolidis, oculis videre licet. O, in leui offendiculo caue ruinam!

A modici delicti contemptu, Iudæ, Iudæorum & Idololatriæ ſcelera initium habuerunt.

4. Pſalmo 89. ſic modulatè Deo pangitur: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Quæ verba claritatis gratiâ ſic ordinat Genebrardus: *Eorum anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur.* Sed vt Græca vna dictione reddant, noua vocabula excogitarunt Interpretes. Tertullianus, *Nullificamina, eorum anni erunt:* Eugubinus, *Nihilitudines*, ſeu extenuationes in nihilum vertit: noſter Martinus del Rio, *Nihileitates:* Lxx. Interpretes, *Vanitates*, ſeu *nihilum.* Sed quid nam ſunt hæc, *quæ pro nihilo habentur*; hæc inquã, quæ cenſentur *vanitates, nullificamina, nihileitates*, ſeu *nihilitudines*? An ita reipsâ ſunt, an hominum opinione, & vulgari peccatorum cenſu? Eleganter S. Gregorius Nyſſenus in opere recèns latinitate donato & edito, commentans præſcripta Dauidis verba; *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*, nouiter ea exponit, ſic fatus: *Pulchrè & ingenioſè appellat peccata Nihil: nam qui peccat, ſolet quodam modo pro nihilo peccatum ducere: & pro quouis ſcelere perpetrato defenſionem inſtruere, vt cuiuis in quocumque malè commiſſo promptum ſit dicere: Nihil eſt cupiditas, nihil ira, & alia huius generis nihil ſunt, cùm ſint naturæ quædam motiones.* Hoc culparum *nullificamine*, ſic earum malitiam extenuare, imò & fruſtrari feſtinant, vt deluſam (ſi Deo placet) ſcelerum malitiam audaciùs committant. Sic vita hominum, hanc ſceleris excuſationem crudè præmaturam obtendens, ſceleroſa flagitia, tanquam *nihilum* reputat, & impudentiùs patrare audet. *Eorum anni erunt ea, quæ pro nihilo habentur* ſubdolo *nullificaminis* arbitrio.

Pſal 89. v. 5. Genebrard. Tertullian. Eugubinus. Mart. del Rio. Lxx. Interp.

Vita hominũ conſtat ſceleroſâ flagitiorum anihilatione.

S Nyſſ. tr. 1. in Pſal. c. 7.

Matth. 4. poſt quadraginta dierum ieiunium, Chriſtus eſurit. *Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Sed ex duobus contrariis interceptus teneris, ô Diabole. Si ad imperium tuum lapides in panes transferre poteſt, ergò fruſtrà tentas eum, qui tantâ poteſtate eualet: ſi autem non poteſt facere, fruſtrà Dei filium ſuſpicaris. Sed eſto, duros lapides in recentes tranſmutet panes, ecquid malitiæ indè extorquebit à Chriſto? An non his maiora miracula Prophetæ ediderunt? Quia & nec ſceleris ſpecies in hâc conuerſione tranſlucet. Imò etſi miraculoſos illos comederet panes, terminandum quadraginta diebus ieiunium cibo miraculoſo impunè ſolueret. S. Ambroſius hanc tentationem examinans, ſic tandèm concludit: *Dic vt lapides iſti panes fiant. Aliud explorantis, aliud tentantis eſt: & Deo ſe* Dæmon *profitetur credere, & homini conatur illudere.* Scilicet non hîc ſatagit malus Dæmon, vt Chriſtus arroganter tumeſcat, aut ſe reuerenter è genu adoret; quod in ſecundâ & tertiâ tentatione obnixè intentat: ſed id tantùm negotiari ambit, vt Chriſto *illudat*, dum in re modicâ, & exigui admodùm momenti, ſibi adnuit, & eius inutili ſuaſioni ſpontè obſequitur. Pulchrè S. Cæſarius homil. 5. ad Monachos, ſic eos erudit: *Inter hæc quodammodò exultat Aduerſarius noſter, quandò nos videt ad hoc maxima contempſiſſe, vt in minimis deformiùs vinceremur.* O quanta, & quàm maxima in hoc mundo hactenùs deſpexerat Chriſtus, & exinceps contempturus erat! ergò oblatione lapidum conuertendorum in panes, non ſatagit, vt ad malitiam trahat, ſed *homini conatur illudere*: exindè minima offert ad ſui nutũ præſtanda, vt qui *maxima contempſerat, turpius in minimis vinceretur:* in minimorum enim victoriâ, maximè *Aduerſarius noſter exultat.* Ardua quidèm certamina Rutha hactenùs velut *obſtinato animo* in re virtutis generosè ſuperauerat: nec in æſtuante ſpicilegij opere vltrà vires femineas improbo; quicquam vel modicum non ex heri aut Noëmi præſcripto, aut temperantiæ

5. Matth. 4. v. 3.

In primâ tentatione Diabolus ſatagit Chriſto illudere.

S. Ambroſ. l. 4. in Lucã.

Qui maxima ſuperauit, in minimis turpius vincitur.

S. Cæſarius.

Hic verſ. 1. &c.

tiæ

Digitized by Google

tiæ aut modeſtiæ normâ geſſit: quò non in maximis dumtaxat, ſed in minimis etiam victrix euaſit.

---

§. CXIII.

Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas.

1. Scaph. apud Euſeb. l. 1. de Arte vol. c. 84. *Bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum.*

ANimaduertens Scapheus diſcipulum vehementer inflatum, hâc veriſſimâ obiurgauit ſententiâ: *Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum.* Quicquid rectè fit magnum eſt, quin & glorioſum eſt: at quicquid magnum eſt non ideò bonum eſt, ſæpè vituperabile, rarò ſecurum. Ius aliquod ſecuritatis minora bona ſibi vendicant, in exiguitatis aſylo: exigua enim minùs ſunt arrogantiæ tributaria, cui magna plerumque obærata ſunt, cognatæ ſublimitatis cenſu. Montes quatiunt fulmina, obuij faſtigij propinquo obiectu. Quin & exiguum non eſt, quod perſæpè præ manibus eſt, & obuio conflictu frequenter & inceſſanter ſuperandum. Numquam non eſſe in procinctu, & cum vicino hoſte ſemper velitari, ac vincere, ſeria victoria eſt, & magnis triumphis maior non quia validior hoſtis, ſed quia frequentior, & incunctanter obuius, & inceſſanter pertinax: quippè quem non pudet vinci, vt eſt ignominiæ aſſuetus. Sanè exiguum non eſt, ſine quo magna virtus non eſt. *Prorſus autem*

Simpl. c. 14. in Epiſt. Enoch. (ait Simplicius) *qui maiora immodicè appetunt, modica deſpiciunt, eáque reſpuunt, cum maioribus comparantes: cùm tamen, vt aiunt, impoſſibile ſit maiora adipiſci ante parua; & ante modica maiora conſequi.* Quæ eſt antiqua, omniúmque eruditorum calculis rata ſententia.

2. Gen. 1. v. 16. & 17. Geneſeos 1. in quarta mundialis opificij die, *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit ea in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti.* Verùm cùm Luna in cælo creata ſit, vt luceret ſuper terram, eámque ſubluſtri illuminans luce, noctem congruè clararet, quæ eſt noctis præſidentia; ſagaciter perquirunt Interpretes de ſtatu Lunæ recèns formatæ: An ſcilicet creata ſit, in principio ſui incrementi ſubereſcens? an in decremento, macilenta ſui ſenſim defectu, & præ macie corniculata? an potiùs plena, & totâ lampade ſidereâ ſplendidiùs nitens, noctem ſuam lucidâ præſidentiâ clarans? Longum facerem, ſi Doctorum placita ſigillatim recenſerem: dabo Auguſtinum, qui de hâc re ſic inibi ad rem præſentem ſcitè philoſophatur:

S. Auguſtin. *Qualis atem Luna facta ſit, multi loquaciſſimè inquirunt, atque vtinàm inquirentes loquantur, ac non potiùs docere conantes. Dicunt enim ideò plenam factam, quia non decebat vt Deus imperfectum aliquid illo die faceret in ſideribus, quia ſcriptum eſt, quòd facta ſunt ſidera. Qui autem reſiſtunt, dicunt, Ipſa ergò debuit prima Luna dici, non quartadecima; quis enim ita incipit numerare? Ego autem medius inter iſtos ita ſum, vt neutrum aſſeram* (Attentiùs expende quæ ſubdit Auguſtinus verba, plena acuminis, moralitatis plena, quæ alibi aliorsùm emedullauimus) *ſed planè dicam, ſiue primam, ſiue plenam Lunam Deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarum enim naturarum eſt Deus auctor & conditor. Omnis autem res quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodammodò prodit atque explicat, etiam antè continebat occultum, etſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ.* Litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè Auguſtinus, in primâ lunâ recèns formatâ, etſi tunc paruulâ, modicâ tenuitate ſublucente; totam plenitudinem, perfectionem, & lucendi poſtmodùm vbertatem præproperè videt, atque ethicè prædicat; videlicet ne ſpernamus modica, tametſi exigua & imperfecta ſpecie tenùs appareant. *Prima Luna totam lucẽdi plenitudinem continet, & ſenſim explicat.* Illa porrò tenuitas in exordio, & lucendi tunc exiguitas, ſenſim fœcunda ſplendorum eſt, ac ſuccidaneo paullatim incremento, ad plenæ Lunæ perfectionem ſuccreſcit, & plenitudinem lucendi conſummat. *Namſi ue primam, ſiue plenam Lunam Deus fecerit, fecit perfectam. Omnis autem res quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodammodò prodit atque explicat, etiam antè continebat occultum, etſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ.* Ne ſpernas Lunam etſi macilentè corniculatam, & modicè nitentem; fulgorum enim plenitudinem, quibus mox totâ lampade fulgebit, & ſuam lucendi præſidentiam plene obibit, in illâ lucis tunc exiguitate abſcondit & continet, quam ſenſim explicatiùs prodet, & perfectione plenâ conſummabit. De facili ſuppetit ethica analogia, quò in re virtutis parua magni faciamus. *Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt magnum:* ne ergò modica ſpernas.

Matthæi 13. Chriſtus Deus aliam parabolam propoſuit turbis, quâ Euangelicæ virtutis vim apprimè tradidit, ſub moraliſſimo ænigmate: 3. Matth. 13. v. 31. & 32. *Simile,* inquit, *eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Quod minimum quidèm eſt omnibus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent* (Syrus, *obumbrentur*) *in ramis eius.* Syrus. Sanè regnum cælorum, & granum ſinapis eſt Eccleſia, præſertim primitiua, numero parua, ſanctitate maxima. Ita Chryſoſtomus. Aut eſt fides Chriſtiana, vt vult Auguſtinus; aut potiùs Euangelium, ſeu doctrina & virtus Euangelij, vt cenſent Hieronymus, Ambroſius, Beda, & alij. S. Chryſoſt. S. Auguſt. S. Hierony. S. Ambroſ. Beda. Audiendus eſt Auguſtinus Serm. 31. de Sanctis: *Granum ſinapis magnum eſt, non ſpecie ſed virtute. Primâ fronte ſpeciei ſuæ paruum eſt, vile, deſpectum, non ſaporem præſtans, non odorem circunferens, non indicans ſuauitatem; at vbi teri cœperit ſtatim odorem ſuum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei ſaporis exhalat, tanto caloris feruore ſuccenditur, vt mirum ſit in tam friuolis tantumignem fuiſſe concluſum.* *Virtus, quæ in paruis promittitur, facilius in maximis exhibetur.* Scilicet parum eſt, quòd virtus magna in minimis ſemper experimentum capit; niſi etiam minima eſſent maximorum fœcunda; & valdè modica, quæque, & perfectè conſummata in re virtutis feliciter ſpondeant. Eleganter Valerianus Cemelienſis homil. 18. S. Valerian. *Virtus,* inquit, *quæ in paruis promittitur, facilius in maximis exhibetur; ſi dum conſueſcimus minora vincere, maiora diſcimus tolerare.* Bellè quidèm. Hem! Sic parua in ſanctitatis negotio, maximorum fœcunda ſunt, vt

maxima

Digitized by Google

maxima ſpondeant, ſumma *promittant*? ô arcana *promiſſio*, quæ fidem non fallit, nec ſperantem votorum fruſtratione deludit! ſed pectora implet, eò faciliùs, quò in modicis, & velut *friuolis*, tantam fidei energiam, & ſanctitatum omnium vbertatem agnoſcit, & abundè experitur. *Virtus quæ in paruis promittitur, faciliùs in maximis exhibetur.* Quare in grano ſinapis omnium minimo, Chriſtianarum virtutum ſumma, & perfectio maxima luculenter tranſparet ad exactam morum eruditionem, ne modica in re virtutis, cum imperito vulgo depretientur: *Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono magnum*: ne ergò modica ſpernas.

4. Iob 31. v.18. *Tigurina* *Benignitas ſit vna magiſtra.* Caietanus.

Sanctus Iob cap. 31. quamdam cum pietate cognationem, de ſe prædicare videtur: *Ab infantia* inquit, *creuit mecū miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Hanc ſententiam Biblia Tigurina ſic reddunt: *A primis annis educauit me* (benignitas) *velut parens, & quamprimùm editus ſum, eam mihi vitæ magiſtram conſtitui.* Hebræus apud Caietanum: *A pueritiis meis grandiuit me tamquam pater: & de vtero matris meæ ducam eam.* (In probâ indole, cui velut cognata eſt pietas, Dei gratiam noſtri Theologi agnoſcunt) Ait ergò Philo in lib. de Somniis: *Cùm Dei verbum in terrenam iſtam noſtram compagem peruenit, virtutis cognatis ſectatoribúſque auxiliatur.* Sed nollem, ſi fieri potuiſſet, vt hanc proborum hominum cum virtute *cognationem*, cognatio cum vitiis deuenuſtaret, dehoneſtaret, inceſtaret. Audiendus eſt S. Ambroſius epiſt. 25. ad Vercell. Eccleſ. qui minima quæque delicta hâc de cauſſâ diligenter cauenda putat: *Neque enim, ait, mediocris virtus eſt, cui cauendum, non ſolùm ne grauioribus flagitiis ſit affinis ſed ne minimis quidem.* Heu! rem minimam cenſes, vel leuem in re virtutis omiſſionem, aut leuiculam noxam? Sagaciùs peruide, & ſolerter præcaue, ne *cognationem* cum virtute deſueſcas, & cum vitiis *affinitatem* contrahas. Quiſquis in re virtutis, quæ vulgò cenſentur modica, tamquam minima & ſuperuacuâ negligit, *cognationem* cum Euangelicâ perfectione refutat, & *affinem* eſſe exambit. *Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt magnum*: ne ergò modica ſpernas.

Philo.

Qui modica ſpernit, affinitatem cum vitiis expetit.

S. Ambroſ.

5. Eccli. 19. v. 26. & 27.

Siracides Eccl. 19 hanc morum gnomen proponit: *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo.* Syrus, *Aſpectus viri demonſtrat opera eius.* Modica hæc, & quæ leuia putari poſſent, non modò indicant, ſed *demonſtrant*, qualis animitùs ſit homo, & in qualia opera tandem erumpet? Scitè Tullius lib. 3. de oratore: *Omnis motus animi, inquit, ſuum quemdam à naturâ habet vultum, & ſonum, & geſtum: animi imago vultus eſt. Nam hæc vna pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & communicationes poſſit efficere.* Seneca verò propè alludens ad præſcripta Eccleſiaſtici verba, ita ſcribit: *Argumentum morum, ex Minimis quoque licet capere. Impudicum, & inceſſus oſtendit, & manus mota, & vnum interdùm reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum riſus, inſanum vultus, habitúſque demonſtrat. Illa enim in apertum per notas exeunt.* Habes ſacri Scriptoris profanum peritè commentarium. Sic leuis noxa, & modeſtiæ ac virtutis neglectus, interni hominis commentarius eſt, qui *demonſtret opera eius*! Dilucidè S. Ambroſius lib. de Eliâ & Ieiun. cap. 10. *Vultus quidam cogitationis arbiter, tacitus cordis interpres: facies index plerumque conſcientiæ, & tacitus ſermo mentis.* Et S. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Iulianum improbos illius mores, ex notis modicè exiguis peritè auguratur: *Neque enim*, inquit, *boni quicquam ſignificare atque minari videbantur, ceruix non firma, humeri ſubſultantes, & ad æquilibrium ſubindè agitati, oculus inſolens & vagus furioſéque intuens, pedes inſtabiles & titubantes, naſus contumeliam & contemptum ſpirans, riſus petulantes & effrenati.... Vt hæc conſpexi, ſtatim prolocutus ſum: Quale malum Romanorum terra nutrit.* Heu! ſic quæ putantur modica, & tanquam minima negliguntur, de homine *enunciant, & demonſtrant opera eius?* Quare admirari hîc licet Rutham, è Moabitide recèns proſelytam, & populo Dei nuper adſcriptam, quàm modeſtè exæſtuans ſpicilegij opus obierit, dum erecta leui poplitum flexu, poſt terga metentium ſpicas deciduas legat. Quàm cautè, nil niſi ex ſocrûs ſuæ arbitrio aggredi audeat quàm ſollerter illius monitis obſequatur, quàm ſine querelâ diram egeſtatem ſuſtineat. Modica hæc forſan cenſeantur; ſed virtus perfecta, ſicut & rerum natura, nuſquam magis quàm in minimis tota eſt. *Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono Magnum*: ne ergò modicâ ſpernas.

Syrus.

Tullius.

Seneca. epiſt. 52. *Qualis quiſque ſit, minima indicant, ac demonſtrant.*

S. Ambroſ.

S. Nazian.

Hic verſ. 14.

§. CXIV.

Vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſuboleant, minimè negligere oportet.

1. Ferè ex Politico-Chriſti. l. 1. c. 11.

POſtremas vbique partes ciuiliſſimè occupabit qui primas amat, etiam genere & dignitate inferioribus lubens cedet. Nemo niſi experientiâ doctum credat, quantùm coniunctâ virtuti modeſtia, & comitas obſequiis permiſta, etiam apud improbos poſſit. Demiſſio in magnitudine, ciuilitas, morum facilitas, honora beneuolè compellatio, frontis amœnitas, anticipata ſalutatio, potioris loci ceſſio, magno ad magna incitamento ſunt. Sanè artificium promerendi, obſequium eſt. Qui humillimis etiam ciuiliſſimus eſt, omnium beneuolentiam arctè deuincit. Sibi inuidet, qui ciuilitatem negligit: inciuilitas enim inuidiam contrahit, quam facili comitate potuit in honores refingere. Mirum ſanè quanti faciat ſecularis politia has vanægloriæ nugas. Miriùs quantam ſibi aſciſcat inuidiam qui inurbanus audit: ac ſi quantum obſequiorum ambitio expetit, non reddatur, odio, & maleficentiâ compenſandum ſit. Heu! ſic quiſque belligeratur pro hiſce ambitionis nugis, quaſi inurbanitas aliena illum de ſuo gradu deiecerit? Et quod mirere magis, iſtiuſmodi obſequiorum obſeruantia, à ſeculo irrepſit in clauſtra, ſecularis vanægloriæ bibula. Adeò vt attentior ciuilitas, quod eſt ſecularium negotium, velut ſuperſtitioſè virutem vexet, quaſi cum ſeculo his ſeculi ritibus minimè renunciarit:

Comitas obſequiorum, promerendi artificium eſt.

Digitized by Google

rit : & iam ruſticanè inurbanus audit, qui in obſequiis nimis comptus non eſt. Iubetur ergò comitas in ſanctiſſimis etiam viris præſcribere: an etiam in ſacrâ Scripturâ? Quis negligat attentiùs præſtare, quod non præſtare, offendiſſe eſt? In permiſſis tempori cedat virtus, quæ non renunciauit politicæ.

2. Geneſeos 1. in primo mundi auſpicio lux clara præfulſit. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. *Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque eſt veſpere & mane, dies vnus.* Hinc obſuræ noctis notatur ambitio, quòd potiorem die locum arroganter præoccuparit; cum dies ſeu lux, & prior & potior quàm tenebræ ſiue nox, cenſenda ſit. Cur ergò dies mundi primus priùs *veſpere*, dein *mane* conſtare perhibetur? Num benè clara dies cedat obſcuræ nocti, & principe loco ac gradu viduetur, quo nox præemineat? Cur ergò dicitur: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus*; & non potiùs: Factum eſt mane & veſperè, prima dies? Nemo hactenùs hoc litigium compoſuit. Sic autem inibi S. Ambroſius componere adnititur: *Quærunt aliqui, cur priùs veſperum, poſtea manè Scriptura memorauerit, ne fortè noctem priùs quàm diem ſignificare videatur. Nec aduertunt primò quòd præmiſerit diem dicendo: Et vocauit Deus diem lucem, & tenebras vocauit noctem.* Benè eſt, paullò antè Scriptura Diem prætulerit nocti; ſed cur poſtmodùm diei noctem præferre videtur, dum mane poſt veſperem nominatur? Parùm quidèm vrbanè videtur agi cum die, cui nox obſcurior antefertur. Pergit Ambroſius primatum diei adſtruens, ne inciuiliter cum eo actum videatur: *Eo vſque autem noctem diei Scriptura anteferre non potuit, vt & diei & noctis tempora, diei appellatione concluſerit, & tamquam principalis auctorem nominis vindicauerit.* Ecce tibi quàm ſolerter Ambroſius vindicias de noctis prælatione, pro die egerit, ne dies de primo gradu, à nocte inurbanè ambitioſâ deiici putetur. Nempè antequam dixerit ſacer Hiſtoricus: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus*, diem nocti prætulerat, aiens: *Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem*: ergò de primâ antelatione præſcribat princeps diei locus, & ambitus à nocte primatus. Exin cùm ſub diei nomine noctem etiam concluſerit: à præſtantiori nomen faciens, quaſi dies noctis vocabulum, & vocabuli rem penitùs exorbuerit, noctis elogium palam euacuauit, & diei manifeſtè impendit. Scriptura, inquit, *diei & noctis tempora, diei appellatione concluſit, & tamquam principalis auctorem nominis vindicauit.* Vide quot vindiciarum litigia, & litterarias ſubtiliter rixas, ambigua noctis antelatio perperam excitarit. Tanti vrbana ciuilitas inter homines æſtimatur, ne honoris gradu cedat, quod antiſtat præſtantiæ prærogatiuâ. Obſcuræ noctis ambitioſa ruſticanè inciuilitas, hos arroganter tumultùs excitauit, quia dies ſacer à veſpere auſpicium mutuatur. De quo alibi multis.

Geneſ. 1. verſ. 5.

S. Ambr. l. 1. Hexaem. c. 10.

Noctis inciuilitas vapulat de ambitu antelationis comparatione diei.

3. Geneſis 4. Adam recens paradiſi exul, in terrâ natiuitatis ſuæ peregrinatur: cognouit autem vxorem ſuam Euam: quæ concepit & peperit Cain. *Rurſúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Prærogatiuâ natiuitatis præfertur Cain, qui priùs naſci properauit: poſteà naſcitur Abel, cunctatior ad natiuitatis antelationem, ad reuerentiam numinis, & iuſtitiæ cultum feſtinantior. S. Ambroſius qui nuper pro diei primatu litigat: *Non eſt*, inquit, *otioſum quod cùm antè generatus ſit Cain, prælatus ſit hoc loco Abel: nec idem ſit ordo nominum, qui eſt ordo naturæ. Quid ſibi vult mutatio ordinis, vt priùs iunioris meminerit, vbi ſcribitur vitæ ſtatus, operiſque vſus?* Indubia eſt prærogatiua natiuitatis in Cain, quâ illum minimè defraudauit. Officiorum autem interogemus diſtantiam, vt colligamus cauſſam prælationis. Pergit Ambroſius: *Operari terram*, inquit, *vſu prius eſt, gratiâ inferius quàm oues paſcere. Hoc enim inſtar eſt cuiuſdam doctoris & principis. Meritòque prior ſe à vetuſtioribus inchoauit, iunior recentiora prætulit..... Rectè ergò vbi naſcuntur hi fratres, ſeruatur etiam in prædicando ordo naturæ: vbi verò exprimitur diſciplina viuendi, ſeniori iunior antefertur: quia etſi tempore iunior, virtute præſtantior eſt. Innocentia enim tempore poſterior eſt quàm malitia; & quadam ſuppar ætate: ſed meritorum nobilitate antiquior..... Vbi ergò generatio exprimitur, præueniat Cain: vbi diſciplinarum ſit prædicatio, præcurrat Abel.* Idcircò priùs prior Cain nominatur, vt ſua naturæ prærogatiua ſeruetur, nec debito obſequio fraudetur incautè, qui natiuitate prior eſt. Ne etiam qui potior eſt munere, & innocentiæ elogio antelatione ſuâ careat, confeſtim prior nominatur, ne, etſi in poſteriore recenſione, & ordinis ſerie, antelatione ſibi debitâ viduetur. Scilicet compenſetur de alterâ prælatione, quod de primâ detractum eſt, vt ſuus cuique ordo, & congruum ordini obſequium, exactiùs ſeruetur. Tanti vrbana compte ciuilitas inter homines æſtimatur?

Geneſ. 4. v. 2.

S. Ambr. l. 1. de Cain. c. 3.

Abel Caino poſtponitur, & præfertur ne vrbanitati aliquid detrahatur?

4. Actorum 13. Sergius Cypri Proconſul, acceſſitis Barnabâ & Saülo, deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus, quærens auertere Proconſulem. *Saülus autem, qui & Paullus, repletus Spiritu-ſancto*, intuens in eum, dixit, &c. Hinc iam qui Saülus antè, Paullus vocari incipit. Vndè verò orta ſit nouâ hæc appellatio, incertum. Plures cenſent, quòd ſicut Scipio à ſubiectâ Africâ Africani ſibi nomen aſſumpſit; ita & Saülus ad prædicationem Gentium miſſus, à primo Eccleſiæ ſpolio Proconſule Sergio Paullo victoriæ ſuæ trophæa retulit, erexítque vexillum, vt Paullus diceretur à Saülo. A Deo autem mutatum eſſe illi nomen cenſet inibi Oecumenius, cuius rei opportunè elegantem rationem reddit, ſic fatus: *Saülus, qui & Paullus*, inquit. *Ne vel in hoc minor eſſet Apoſtolis Paullus, nomen eius tranſmutat Deus, cúmque Saülus diceretur, Paullum vocauit: quódque præcipuum habuit Princeps Apoſtolorum, id ipſe quoque adeptus eſt.* Itaque præluſtre fuit in Petro Apoſtolorum Principe, quòd ex Petro *Cephas* à Chriſto nominatus eſt tranſnominati ſunt etiam Iacobus & Ioannes, illiſque *Boanerges* nomen inditum eſt. Huiuſmodi autem antiqui nominis refutatio, & de recenti vocabulo compellatio per Chriſtum Summatibus Apoſtolorum facta, conſultiſſimè procuratur ne deſit Paullo, ne indè ſummis Apoſtolis inferior videatur. Sanè cæleſtis œconomia

Actor. 3 v. 9.

Oecumenius.

Tranſnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda. quare?

Digitized by Google

mīa rebus in Eccleſiâ gerendis attenta, hoc Paullo obſequium, & familiaritatis cum Chriſto indicium conſultiùs adnuit, tametſi de ſe tranſnominatio modicum fœneret dignitatis. Modicum quidèm dignitatis fœnerat: ſed iſtiuſmodi ſiue magnum ſiue modicum obſequium, de conſultâ Dei prouidentiâ, minimè Paullo denegatur, vt qui Apoſtolorum Proceribus inferior non eſt, honorum obſequiis nullatenùs defraudetur. *Ne vel in hoc minor eſſet Apoſtolis Paullus, nomen eius transfmutat Deus.* Opinor, de eiuſmodi tranſnominatione cęlitùs faciendâ, non valdè Paullus ſatagebat: ſed non de ſollicitudine ambientis, ſed de attentiori politiâ conuerſantis, hæc obſequia diſpenſanda ſunt. O bona de cæli ſcholâ eruditio, ne debita ſingulis obſequia negligantur. Decebat Paullum hàc ſuper re non angi; hæc autem non negligere Chriſtum decuit.

5. Redeat iterùm Adami ſoboles ordine cenſa, Geneſeos 4. Adam, inquit, cognouit vxorem ſuam Euam: quæ concepit, & peperit Cain.
Gen. 3. v. 2. Ruſúmque peperit fratrem eius Abel. *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Serò forſan iuſtus Abel Caino iniquiſſimo præfertur. Nam in primâ recenſitione Cain primo nominatur, & ſua illi naturæ prærogatiua ſeruatur. Poſteà verò cùm officiorum denarrantur merita, iuſtus Abel Caino nequam antefertur. Sed iam primatum natura dedicauit, & principem præoccupauit locum; etſi in ſecundo, id eſt, meritorum & ſanctitatum catalogo Abelus Caino præponatur. Iſne eſt Abelus: qui potiorem locum Caino cedat? Cainuſne primatum Abelo vſurpet? O peruerſa ordinis obſequia! ſed quæ mores ad virtutum politiam informant. Hunc locum tractans Ambroſius lib. 1. de Cain & A-
S. Ambroſ. *Cain ſeipſum præfert, ſed Abelus tandem illi cedens, antefertur.* bel, cap. 3. ita ſcribit: *Quæ concepit, & peperit Cain, &c. Ideò in nobis antè naſcitur Cain ſeipſum præferens: poſteà Abel generatur, in quo ſit reuerentia diuinitatis. Prius ergò irrepit quod malum eſt, poſteà agnoſcitur quod bonum eſt. Vbi autem bonum, ibi iuſtum: vbi iuſtitia, ibi ſanctitas, hoc eſt Abel, qui adhæret Deo.* O malum! Priùs in rerum naturâ naſcitur Cain, *ſeipſum præferens*; natura enim primatum exambit: & antè in nobis naſcitur Caini vitium, quàm virtus Abeli. Conniuendum igitur eſt Caino, de naturæ ſeu natiuitatis prærogatiuâ arroganter ſuperbo, qui *ſeipſum præfert* iuſto Abelo, iuſtitiæ ac modeſtiæ meritis potiori. Dedecet enim Abelum iuſtum belligerari pro iſtiuſmodi primatu, quem à ſe neglectum confeſtim obtinuit: nam poſtmodùm in officiorum ſerie priùs receſetur, & omni æuo tamquam potior æſtimatur. *Aunque la ambicion ſe tome el primer lugar, de el vltimo hara primero la virtud.* Antè naſcitur
Hic verſ. 4. Cain *ſe ipſum præferens*, poſteà Abel: ſtatim autem ſubditur: *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain Agricola.* Sic Boozus hîc ſuos meſſores & ſeruulos comiter & humaniter ſalutat: & ab eis adæquè ſalutatur.

P. Didac. Celada in Ruth.

§. CXV.

Serui nomen, inhumanæ Dominorum auſteritati non ſit obnoxium. quare?

1. Ferè ex Senecâ epiſt. 49.
VEllem vt tu cogitare velis iſtum, quem ſeruum tuum vocas, ex eiſdem ſeminibus ortum, eodem frui cælo, æquè ſpirare, æquè viuere, æquè mori. Tu tam illum videre ingenuum potes, quàm ille te ſeruum. Nam quicquid boni aut mali dare poteſt fortuna, auferre poteſt. Non eſt ſerui nomen inhumanæ auſteritati obnoxium de ſeruilis conditionis innoxio reatu. Serui ſunt? imò homines. Serui ſunt? imò contubernales. Serui ſunt? imo humiles amici. Serui ſunt? imò conſerui, ſi cogitaueris tantumdèm in vtroſque licere fortunæ. Itaque rideo iſtos qui turpe exiſtimant cum ſeruo familiariter agere, cum eóque cibum ſumere. Quare? niſi quia ſuperbiſſima conſuetudo cœnantem dominum ſtantium obſequenter ſeruorum turba circumdedit. Eſt ille plus quàm capit, & ſeruos infrà naturam & conditionem deiicere ambit; & de alienâ infelicitate felicitati adulatur ſuæ. *Cum ſeruis clementer agendum, & familiariter conuerſandum eſt.* Contemne nunc eius fortunæ hominē, in quam tranſire, dum contemnis, potes. Hæc voti mei ſumma eſt. Sic cum inferiore viuas, quemadmodùm tecum ſuperiorem velis viuere. Quoties in mentem venerit, quantùm tibi in ſeruum liceat, veniat in mentem, tantumdem in te Domino tuo licere. Ergò viue cum ſeruo clementer: in iter quoque & ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuictum. Non miniſteriis ſeruos æſtimabo, ſed moribus. Sibi quiſque dat mores, miniſteria caſus aſſignat. Quidam conuerſentur tecum, quia digni ſunt, quidam vt ſint. Siquid enim in illis ex ſordidâ olim conuerſatione ſeruile eſt, honeſtiorum conuictus ſenſim excutiet. Imitare hîc Boozum forſan Hebrææ gentis Ducem, ſaltem virum primarium, Hic verſ. 4. &c.
& opulentum, qui ruſticanos ſeruos humaniter ſalutat, & pariter reſalutatur ab eis: eos ad familiare colloquium aduocat, & ad conuictum tamquam humiles amicos recipit.

Siracides Eccleſiaſtici 33. ſic homines ſapienter monet: *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem tuum ſic eum tracta: quoniam in ſanguine animæ comparaſti illum.* Serio Ianſenius contendit τὸ *fidelis* eſſe delendum. 2. Eccl. 33. v. 31. Ianſenius.
parum idoneè, opinor ad litteram, ad rem ethicam peridoneè. Porrò qui ſic humaniter tractat ſeruum, aut *fidelem* inuenit, aut facit. Pro τὸ *fidelis*, Rabanos habet, *bonus*; alij *ſenſatus*; Rabanus. Syrus.
Syrus, *verus*, id eſt, probus, qui ſe verè, vt ſeruum decet, gerit; nil vltrà ſeruilem conditionem ambit; hic, hic inquam, *ſit tibi quaſi anima tua*. Græca, *ſit tibi tamquam tu?* Romana, *tracta eum ſicut te ipſum*; luculentiùs Tigurina, *vt animam propriam foueas eum.* Græca. Romana. Tigurina.
Itaque herus ſeruum *foueat*, tamquam conſeruum, imò tamquam *ſeipſum*, qui herus eſt; exindè tamquam herum. *Quid ſeruus, aut herus?* (ait Nazianzenus) *mala eſt hæc ſectio; eſt fictor vnus, vna lex, iudex quoque: ſic ergo ſeruos, ſeruus vt cernas tuos.* S. Nazianz. in Tetraſtic.
Ne autem videatur inſolens, quòd ſeruos herus tamquam heros tractet, audiendus

cit : & iam ruſticanè inurbanus audit, qui in obſequiis nimis comptus non eſt. Iubetur ergò comitas in ſanctiſſimis etiam viris præſcribere: an etiam in ſacrâ Scripturâ? Quis negligat attentiùs præſtare, quod non præſtare, offendiſſe eſt? In permiſſis tempori cedat virtus, quæ non renunciauit politicæ.

2. Geneſeos 1. in primo mundi auſpicio lux clara præfulſit. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. *Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factúmque eſt veſpere & mane, dies vnus.* Hinc obſutæ noctis notatur ambitio, quòd potiorem die locum arroganter præoccuparit; cum dies ſeu lux, & prior & potior quàm tenebræ ſine nox, cenſenda ſit. Cur ergò dies mundi primus priùs *veſpere*, dein *mane* conſtare perhibetur? Num benè clara dies cedat obſcuræ nocti, & principe loco ac gradu viduetur, quo nox præemineat? Cur ergò dicitur: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus*; & non potiùs: Factum eſt mane & veſpere, prima dies? Nemo hactenùs hoc litigium compoſuit. Sic autem inibi S. Ambroſius componere adnititur: *Quærunt aliqui, cur priùs veſperum, poſtea manè Scriptura memorauerit, ne fortè noctem priùs quàm diem ſignificare videatur. Nec aduertunt primò quòd præmiſerit diem dicendo: Et vocauit Deus diem lucem, & tenebras vocauit noctem.* Benè eſt, paullò antè Scriptura Diem prætulerit nocti; ſed cur poſtmodùm diei noctem præferre videtur, dum mane poſt veſperem nominatur? Parùm quidèm vrbanè videtur agi cum die, cui nox obſcurior antefertur. Pergit Ambroſius primatum diei adſtruens, ne inciuiliter cum eo actum videatur: *Eo vſque autem noctem diei Scriptura anteferre non potuit, vt & diei & noctis tempora, diei appellatione concluſerit, & tamquam principalis auctorem nominis vindicauerit.* Ecce tibi quàm ſolerter Ambroſius vindicias de noctis prælatione, pro die egerit, ne dies de primo gradu, à nocte inurbanè ambitioſâ deiici putetur. Nempè antequam dixerit ſacer Hiſtoricus: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus*, diem nocti prætulerat, aiens: *Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem*: ergò de primâ antelatione præſcribat princeps diei locus, & ambitus à nocte primatus. Exin cùm ſub diei nomine noctem etiam concluſerit: à præſtantiori nomen faciens, quaſi dies noctis vocabulum, & vocabuli rem penitùs exorbuerit, noctis elogium palam euacuauit, & diei manifeſtè impendit. Scriptura, inquit, *diei & noctis tempora, diei appellatione concluſit, & tamquam principalis auctorem nominis vindicauit.* Vide quot vindiciarum litigia, & litterarias ſubtiliter rixas, ambigua noctis antelatio perperam excitarit. Tanti vrbana ciuilitas inter homines æſtimatur, ne honoris gradu cedat, quod antiſtat præſtantiæ prærogatiuâ. Obſcuræ noctis ambitioſa ruſticanè inciuilitas, hos arroganter tumultùs excitauit, quia dies ſacer à veſpere auſpicium mutuatur. De quo alibi multis.

Geneſ. 1. verſ. 5.

S. Ambr. l. 1. Hexaëm. c. 10.

Noctis inciuilitas vapulat de ambitu antelationis comparatione diei.

3. Geneſis 4. Adam recens paradiſi exul, in terrâ natiuitatis ſuæ peregrinatur: cognouit autem vxorem ſuam Euam: quæ concepit & peperit Cain. *Ruſúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Prærogatiuâ natiuitatis præfertur Cain, qui priùs naſci properauit: poſteà naſcitur Abel, cunctatior ad natiuitatis antelationem, ad reuerentiam numinis, & iuſtitiæ cultum feſtinantior. S. Ambroſius qui nuper pro diei primatu litigat: *Non eſt*, inquit, *otioſum quod cùm antè generatus ſit Cain, prælatus ſit hoc loco Abel: nec idem ſit ordo nominum, qui eſt ordo naturæ. Quid ſibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris meminerit, vbi ſcribitur vitæ ſtatus, operiſque vſus?* Indubia eſt prærogatiua natiuitatis in Cain, quâ illum minimè defraudauit. Officiorum autem interogemus diſtantiam, vt colligamus cauſſam prælationis. Pergit Ambroſius: *Operari terram*, inquit, *vſu prius eſt, gratiâ inferius quàm oues paſcere. Hoc enim inſtar eſt cuiuſdam doctoris & principis. Meritóque prior ſe à vetuſtioribus inchoauit, iunior recentiora prætulit..... Rectè ergò vbi naſcuntur hi fratres, ſeruatur etiam in prædicando ordo naturæ: vbi verò exprimitur diſciplina viuendi, ſeniori iunior anteferitur: quia etſi tempore iunior, virtute præſtantior eſt. Innocentia enim tempore poſterior eſt quàm malitia, & quâdam ſuppar ætate: ſed meritorum nobilitate antiquior..... Vbi ergò generatio exprimitur, præueniat Cain: vbi diſciplinarum ſit prædicatio, præcurrat Abel.* Idcircò priùs prior Cain nominatur, vt ſua naturæ prærogatiua ſeruetur, nec debito obſequio fraudetur incautè, qui natiuitate prior eſt. Ne etiam qui potior eſt munere, & innocentiæ elogio antelatione ſuâ careat, confeſtim prior nominatur, ne, etſi in poſteriore recenſione, & ordinis ſerie, antelatione ſibi debitâ viduetur. Scilicet compenſetur de alterâ prælatione, quod de primâ detractum eſt, vt ſuus cuique ordo, & congruum ordini obſequium, exactiùs ſeruetur. Tanti vrbana comptè ciuilitas inter homines æſtimatur?

Geneſ. 4. v. 2.

S. Ambr. l. 1. de Cain. c. 3.

Abel Caino poſtponitur, & præfertur ne vrbanitati aliquid detrahatur?

4. Actorum 13. Sergius Cypri Proconſul, acceſſitis Barnabâ & Saülo, deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus, quærens auertere Proconſulem. *Saülus autem, qui & Paullus, repletus Spiritu-ſancto*, intuens in eum, dixit, &c. Hinc iam qui Saülus antè, Paullus vocari incipit. Vndè verò orta ſit noua hæc appellatio, incertum. Plures cenſent, quòd ſicut Scipio à ſubiectâ Africâ Africani ſibi nomen aſſumpſit; ita & Saülus ad prædicationem Gentium miſſus, à primo Eccleſiæ ſpolio Proconſule Sergio Paullo victoriæ ſuæ trophæa retulit, erexítque vexillum, vt Paullus diceretur à Saülo. A Deo autem mutatum eſſe illi nomen cenſet inibi Oecumenius, cuius rei opportunè elegantem rationem reddit, ſic fatus: *Saülus, qui & Paullus*, inquit. *Ne vel in hoc minor eſſet Apoſtolis Paullus, nomen eius transmutat Deus, cùmque Saulus diceretur, Paullum vocauit: quódque præcipuum habuit Princeps Apoſtolorum, id ipſe quoque adeptus eſt.* Itaque præluſtre fuit in Petro Apoſtolorum Principe, quòd ex Petro *Cephas* à Chriſto nominatus eſt transnominati ſunt etiam Iacobus & Ioannes, illiſque *Boanerges* nomen inditum eſt. Huiuſmodi autem antiqui nominis refutatio, & de recenti vocabulo compellatio per Chriſtum Summatibus Apoſtolorum facta, conſultiſſimè procuratur ne deſit Paullo, ne indè ſummis Apoſtolis inferior videatur. Sanè cæleſtis œconomia

Actor. 13 v. 9.

Oecumenius.

Transnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda. quare?

Digitized by Google

mīa rebus in Eccleſiâ gerendis attenta, hoc Paullo obſequium, & familiaritatis cum Chriſto indicium conſultiùs adnuit, tametſi de ſe transnominatio modicum fœneret dignitatis. Modicum quidèm dignitatis fœnerat: ſed iſtiuſmodi ſiue magnum ſiue modicum obſequium, de conſultâ Dei prouidentiâ, minimè Paullo denegatur, vt qui Apoſtolorum Proceribus inferior non eſt, honorum obſequiis nullatenùs defraudetur. *Ne vel in hoc minor eſſet Apoſtolis Paullus, nomen eius transmutat Deus.* Opinor, de eiuſmodi transnominatione cęlitùs faciendâ, non valdè Paullus ſatagebat: ſed non de ſollicitudine ambientis, ſed de atteriori politiâ conuerſantis, hæc obſequia diſpenſanda ſunt. O bona de cæli ſcholâ eruditio, ne debita ſingulis obſequia negligantur. Decebat Paullum hâc ſuper re non angi; hæc autem non negligere Chriſtum decuit.

5. Redeat iterùm Adami ſoboles ordine cenſa, Geneſeos 4. Adam, inquit, cognouit vxorem ſuam Euam: quæ concepit, & peperit Cain. Gen. 3. v. 2. Rurſúmque peperit fratrem eius Abel. *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain agricola.* Serò forſan iuſtus Abel Caino iniquiſſimo præfertur. Nam in primâ recenſitione Cain primo nominatur, & ſua illi naturæ prærogatiua ſeruatur. Poſteà verò cùm officiorum denarrantur merita, iuſtus Abel Caino nequam antefertur. Sed iam primatum natura dedicauit, & principem præoccupauit locum; etſi in ſecundo, id eſt, meritorum & ſanctitatum catalogo Abelus Caino præponatur. Iſne eſt Abelus: qui potiorem locum Caino cedat? Cainuſne primatum Abelo vſurpet? O peruerſa ordinis obſequia! ſed quæ mores ad virtutum politiam informant. Hunc locum tractans Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel, cap. 3. ita ſcribit: *Quæ concepit, & peperit Cain, &c. Ideò in nobis antè naſcitur Cain ſeipſum præferens: poſteà Abel generatur, in quo ſit reuerentia diuinitatis. Prius ergò irrepit quod malum eſt, poſteà agnoſcitur quod bonum eſt. Vbi autem bonum, ibi iuſtum: vbi iuſtitia, ibi ſanctitas, hoc eſt Abel, qui adhæret Deo.* O malum! Priùs in rerum naturâ naſcitur Cain, *ſeipſum præferens*; natura enim primatum exambit: & antè in nobis naſcitur Caini vitium, quàm virtus Abeli. Conniuendum igitur eſt Caino, de naturæ ſeu natiuitatis prærogatiuâ arroganter ſuperbo, qui *ſeipſum præfert* iuſto Abelo, iuſtitiæ ac modeſtiæ meritis potiori. Dedecet enim Abelum iuſtum belligerari pro iſtiuſmodi primatu, quem à ſe neglectum confeſtim obtinuit: nam poſtmodùm in officiorum ſerie priùs recēſetur, & omni æuo tamquam potior æſtimatur. *Aunque la ambicion ſe tome el primer lugar, de el vltimo hara primero la virtud.* Antè naſcitur Cain *ſe ipſum præferens*, poſteà Abel: ſtatim autem ſubditur: *Fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain Agricola.* Sic Boozus hîc ſuos meſſores & ſeruulos comiter & humaniter ſalutat: & ab eis adæquè ſalutatur.

S. Ambroſ. Cain ſeipſũ præfert, ſed Abelus tandem illi cedens, antefertur.

Hic verſ. 4.

§. CXV.

Serui nomen, inhumanæ Dominorum auſteritati non ſit obnoxium. quare?

1. Vellem vt tu cogitare velis iſtum, quem ſeruum tuum vocas, ex eiſdem ſeminibus ortum, eodem frui cælo, æquè ſpirare, æquè viuere, æquè mori. Tu tam illum videre ingenuum potes, quàm ille te ſeruum. Namquicquid boni aut mali dare poteſt fortuna, auferre poteſt. Non eſt ſerui nomen inhumanæ auſteritati obnoxium de ſeruilis conditionis innoxio reatu. Serui ſunt? imò homines. Serui ſunt? imò contubernales. Serui ſunt? imo humiles amici. Serui ſunt? imò conſerui, ſi cogitaueris tantumdèm in vtroſque licere fortunæ. Itaque rideo iſtos qui turpe exiſtimant cum ſeruo familiariter agere, cum eóque cibum ſumere. Quare? niſi quia ſuperbiſſima conſuetudo cœnantem dominum ſtantium obſequentet ſeruorum turba circumdedit. Eſt ille plus quàm capit, & ſeruos infrà naturam & conditionem deiicere ambit; & de alienâ infelicitate felicitati adulatur ſuæ. Contemne nunc eius fortunæ hominē, in quam tranſire, dum contemnis, potes. Hæc voti mei ſumma eſt. Sic cum inferiore viuas, quemadmodùm tecum ſuperiorem velis viuere. Quoties in mentem venerit, quantùm tibi in ſeruum liceat, veniat in mentem, tantumdem in te Domino tuo licere. Ergò viue cum ſeruo clementer: in iter quoque & ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuictum. Non miniſteriis ſeruos æſtimabo, ſed moribus. Sibi quiſque dat mores, miniſteria caſus aſſignat. Quidam conuerſentur tecum, quia digni ſunt, quidam vt ſint. Siquid enim in illis ex ſordidâ olim conuerſatione ſeruile eſt, honeſtiorum conuictus ſenſim excutiet. Imitare hîc Boozum forſan Hebrææ gentis Ducem, ſaltem virum primarium, & opulentum, qui ruſticanos ſeruos humaniter ſalutat, & pariter reſalutatur ab eis: eos ad familiare colloquium aduocat, & ad conuictum tamquam humiles amicos recipit.

Ferè ex Senecâ epiſt. 49.

Cum ſeruis clementer agendum, & familiariter conuerſandum eſt.

Hic verſ. 4. &c.

2. Siracides Eccleſiaſtici 33. ſic homines ſapienter monet: *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem tuum ſic eum tracta: quoniam in ſanguine animæ comparaſti illum.* Seriò Ianſenius contendit τὸ *fidelis* eſſe delendum, parum idoneè, opinor ad litteram, ad rem ethicam peridoneè. Porrò qui ſic humaniter tractat ſeruum, aut *fidelem* inuenit, aut facit. Pro τὸ *fidelis*, Rabanus habet, *bonus*; alij *ſenſatus*; Syrus, *verus*, id eſt, probus, qui ſe verè, vt ſeruum decet, gerit; nil vltrà ſeruilem conditionem ambit; hic, hic inquam, *ſit tibi quaſi anima tua.* Græca, *ſit tibi tamquam tu*? Romana, *tracta eum ſicut te ipſum*; luculentiùs Tigurina, *vt animam propriam foueas eum.* Itaque herus ſeruum *foueat*, tamquam conſeruum, imò tamquam *ſeipſum*, qui herus eſt; exindè tamquam herum. *Quid ſeruus, aut herus?* (ait Nazianzenus) *mala eſt hæc ſectio; eſt fictor vnus, vna lex, iudex quoque: ſic ergo ſeruos, ſeruus vt cernas tuos.* Ne autem videatur inſolens, quòd ſeruos herus tamquam heros tractet, audiendus eſt

Eccl. 33. v. 31.

Ianſenius.

Rabanus.
Syrus.

Græca.
Romana.
Tigurina.

S. Naziãz. in Tetraſtic.

T

S. Auguſt. in Sentent. num.163.

Herus ſeruis imperãs, eis ſeruit.

eſt Auguſtinus, qui his verbis Nazianzeno conſentit; hanc dominorum ſeruitutem exponit: *Pax domeſtica*, inquit, *eſt ordinata cohabitantium imperandi obediendique concordia. Imperant enim qui conſulunt, ſicut vir vxori, parentes filiis, domini Seruis: obediunt autem quibus conſulitur, ſicut mulieres maritis, filij parentibus, ſerui dominis.* (Addit tempeſtiuè Auguſtinus exponens quale ſit heri in ſeruos imperium) *Sed in Domino iuſtè viuentes, & ab illâ adhuc ciuitate peregrinantes, etiam qui imperant ſeruiunt eis, quibus videntur imperare: quia non dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi; nec principandi ſuperbiâ, ſed prouidendi beneficio.* Itaque qui non principandi ambitione, ſed *prouidendi beneficio*, ſic *fouet* ſeruum, *vt ſeruus ſeruos cernit ſuos*: nam qui ſic modeſtè & humaniter *imperat*, *ſeruit eis, quibus videtur imperare.* Nimirùm quot malos ſeruos herus quiſque habet, tot fures nutrit, tot hoſtes domi fouet: quot verò *bonos*, *veros*, *fideles* habet ſeruos, tot heros alit.

3. Eccli. 33. v. 31. Romana.

Adhuc autem enucleanda ſupereſt Romana huius loci tranſlatio: *Si eſt tibi ſeruus fidelis, tracta eum ſicut teipſum.* Nempè herus ſicut ſeruos tractat, ſic ipſe tractatur à Deo, cuius ſeruus eſt, & ſeruorum vindex ac dominus: quare ſuiipſius cauſſam agit. Appoſitè Philo apud Maximum Serm.7. *Talem te*, inquit, *domeſticis ſeruis præſta, qualem Deum in te eſſe velles: vt enim audimus, ſic à Deo audimur: atque vt intuemur alios, ſic Deus nos intuebitur. Offeramus ergò miſericordia miſericordiam, vt ſimili ſimile conſequamur.* Moraliſſimè quidèm Philo! Addit Siracides, *Quoniam in ſanguine animæ comparaſti illum.* Scitè vertit Syrus: *Si verus eſt ſeruus tuus, ſit ſicut tu; quia ſicut tu, ita & detrimentum tuum.* Profectò animæ ſanguinem, quo vita fouenda erat, euacuat, & ſibi incrementa inuidet: atque detrimenta ſubornat, qui ſeruos acerbiùs tractat.

Philo. Maximus. *Sicut tu ſeruum, ita te Deus tractabit.*

Syrus.

4. Lucæ 17. v. 7. & 8. &c.

Lucæ 17. hanc Diſcipulis ſuis parabolam Chriſtus proponit, tempeſtiuè ad rem: *Quis*, inquit, *veſtrum habens ſeruum arantem aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, & recumbe: & non dicat ei: Para quod cænem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam, & poſthac, tu manducabis, & bibes? Numquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Nec vacat; nec iuuat hîc expugnare Hæreticos, qui fruſtrà hoc loco abutuntur contrà bonorum operum merita. Nam hic ſeruus non mancipium eſt, ſed mercenarius, & qui verè mercedem diurnam ei ex pacto debitam merebatur, vt patet; ſed non merebatur vt herus ei gratias ageret; quia non ſolent heri ſeruis, quibus mercedem laboris perſoluunt, agere gratias; hæ enim aguntur operi gratuito, & gratis præſtito: agimus enim gratias pro beneficio, quod gratis nobis confertur. Vide autem hîc qualiter ſe Deus gerat nobiſcum, quemadmodùm & homines ſe gerant cum ſeruis, quaſi nos nobiſmetipſis ex ſeruorum tractatione taxemus gratiæ menſuram, quâ à Deo munerandi ſimus. Quod luculenter inibi S. Ambroſius adnotauit his verbis: *Sicut tu non ſolum non dicis ſeruo tuo* (poſt diurni laboris ſudorem:) *Recumbe, ſed exigis ab eo aliud miniſterium, & gratias ei non agis: Ita nec in te patitur Dominus vnius vſum eſſe operis, aut laboris, quia dum viuimus, debemus ſemper operari. Ergò agnoſce te eſſe ſeruum plurimis obſequiis defœneratum. Non te præferas quia filius Dei diceris: agnoſcenda gratia, ſed non ignoranda natura: neque te iactes quod benè ſeruiſti, quod facere debuiſti. Obſequitur Sol, obtemperat Luna, ſeruiunt Angeli.* Quin & Seneca ac ſi præſcripta Euangelij verba, de agendâ aut non agendâ ſeruis gratiâ elucidaret, ita ſcribit lib. 3. de Benef. cap. 22. *Seruus (vt placet Chryſippo) perpetuus mercenarius eſt. Quemadmodum ille beneficium dat, vbi plus præſtat quàm operas locauit: ſic ſeruus vbi beneuolentia ergà Dominum fortunæ ſuæ modum tranſit, & altiùs aliquid auſus, quod etiam feliciùs nato decori eſſet, & ſpem Domini antecesſit, beneficium eſt intrà domum inuentum.* Quod eleganter toto illo cap. probat.

Qualiter cũ ſeruis agimus, ita & nobiſcum agit Deus.

S.Ambroſ.

Quandò ſeruus beneficium hero præſtet.

Seneca. Chryſippo.

5. Eccli. 4. v. 35. Rabanus.

Eccleſiaſtici 4. ſic monet Siracides: *Noli eſſe ſicut leo in domo tuâ, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi.* Per leonem quamlibet ferocem beſtiam Rabanus intelligit: & aliqui *canem* nominatim excribunt. Sed peridoneè *leo* præcipuè nominatur. Porrò *leonem cùm dicis* (ait Iſidorus, *dicis horrendam, intolerandam, & ſolo rugitu montes concutientem belluam*; *quod inprimis dedecet.* Addit, *euertens domeſticos tuos*, quod verbum, *inquietare* ſignificat, ait Carthuſianus. Sunt enim quidam qui domi quicquid audiant, quicquid loquantur, faciant irati. Ex Ariſtotele 2. de Animalibus refert Holcot lect. 55. in Eccleſiaſticum, animal reperiri, quod fel habet in aure, & ſub linguâ vermem. Hi felleâ aurium amaritie omnia excipiunt, & acerbâ morſicatione domeſticos abrodunt, abroſúque *inquietant*, & *euertunt.* Dein adiicit propiùs agens de ſeruis: *Et opprimens ſubiectos tibi*; Baſilienſis codex vertit, *Et cerebroſus percutiens ſeruos tuos*; Vatablus, *Nec in domeſticos tuos inſanè ſæuias.* In Græco textu habetur, φανταςιοκοπῶν, *phantaſiâ percutiens.* Itaque non bonus domi herus familiam *inquietat*, domeſticos *euertit*, ſeruos *opprimit*, plerumque non ſeruorum merito, ſed inſano *phantaſiæ* ſuæ commento, & cognato propriæ imaginationis præſtigio, quo omnia ſiniſtrè interpretatur: fel enim habet in aure, & ſub linguâ vermen. Vnde domeſticos inquietat; & ingenij ſui ſpinoſitate lacerat & cruentat, etſi nulla ſuppetat indignationis occaſio. *Vt enim Echinus* (ait Chryſoſtomus) *in ſpinis ingreditur, quòd ſpinas ſecum circumferat: ita quibuſdam in omni negotio acerbitas eſt; proptereà quòd animo ſecum afferant aſperitatem, etiam ſi res ipſa nihil afferat incommodi.* Ecce tibi à merâ *phantaſiâ* eſt iſtiuſmodi ſpinoſa Dominorum in ſeruos acerbitas.

S.Iſidor. l.1. epiſt.184.

Carthuſian.

Ariſtotele. Holcot. Octauianus. Tuſus ibi.

Baſilienſis.

Vatablus. Græcus.

A phantaſiâ eſt dominorum in ſeruos acerbitas.

S. Chryſoſt. in Similit.

6. ad Coloſſ. 4. v. 1.

Paullus ad Coloſſenſes 4. ſic ſalubriter heros erudit: *Domini, quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate; ſcientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.* Quod Vulgatus habet, *æquum*, Græcè legitur ἰσότητα, quod *æqualitatem*, ſeu potiùs *æquabilitatem* ſignificat. Quæ autem ſit hæc *æqualitas*, vel *æquabilitas*, quam herus debet ſeruare cum ſeruis, adſpectu ad reliquam domeſticorum familiam, hunc in modum explicat Auguſtinus lib.19. de Ciuit. Dei, cap.10. *Si*

Græcus.

Digitized by Google

S. Auguſtin. *Si habuerunt ſeruos iuſti Patres noſtri, ſic autem adminiſtrabant domeſticam pacem, vt ſecundùm hæc temporalia bona, filiorum ſorte, à ſeruorum conditione diſtinguerent, ad Deum autem colendum, in quo æterna bona ſperanda ſunt, omnibus domus ſuæ membris pari dilectione conſulerent. Quod naturalis ordo ita præſcriberet, vt nomen Patrumfamilias hinc exortum ſit, vt iniquè etiam dominantes, hoc ſe gaudeant appellari. Qui autem veri Patresfamiliâs ſunt, omnibus in familiâ ſuâ tamquam filiis ad colendum & promerendum Deum, conſulunt, deſiderantes venire ad cæleſtem Dominum, vbi neceſſarium non erit officium imperandi, quia neceſſarium non erit officium conſulendi iam in illâ immortalitate felicibus* (Nota attentiùs quæ adiicit verba) *Quò donec veniatur, magis debent patres quòd dominantur, quàm ſerui tolerare quòd ſeruiunt.* Vide hîc *æqualitatem*, quam herus debet in familiâ ſeruare. nempè vt meminerit, ſe *Patrem familias* ergà ſeruos etiam dici. Dein magis tolerare ſeruos, quam à ſeruis tolerari. O quàm multa quàm paucis compendiauit Auguſtinus!

Herus magis tolerare ſeruos, quàm à ſeruis tolerari debet.

§. CXVI.

Non ex amplitudine officij, aut muneris, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet.

1. VAldè proderit nobis illud ſemper omnibus ſalutare præceptum, quo monſtratur tranquillitas, ſi nec priuatim nec publicè multa, aut maiora viribus noſtris egerimus. Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tentanti vbique reſpondeat. Quemadmodùm per frequentia vrbis loca properanti, in multos incurſitandum eſt, & alicubi retineri, alicubi reſpergi, alicubi reſpergi, alicubi labi neceſſe eſt: ita in vitæ actu diſſipato, vago, & inæquali, multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. Alius ſpem noſtram fefellit, alius diſtulit, alius intercepit. Aliæ occupationes vltrà noſtrum captum ſunt, aliæ infrà noſtrum faſtum: illas ſublimiores aggredi non audemus; ad has faſtuosè nauſeamus, & negotij vilitatem obtendimus. Verùm nil tam ſublime, aut ſordidum; nil tam arduum, aut inactuoſum ſit, quod ex munere aggredi, & tentare non liceat. Tantò aptiora exportandis oneribus tarda iumenta ſunt, quàm nobiles equi: quorum generoſam nervosè pernicitatem paria ſæpè onera premunt: nec dedignantur ſarcinam, quam niſi, nimij ponderis obtentu excutiant, portare eualent Nihil eſt tam nobiliter arduum, aut tam ſordidè vile & inglorium, quod ex officio tentandum non ſit. Si ſtrenuè tentaſti, ni deſiſtas, peregiſti; tametſi res diuerſiſſimas, imò & oppoſitas, viribus tuis impares agere intentes.

Ferè ex Senecâ.

Res etiam oppoſitas, ſi ex officio aggrediamur, ſtrenuè peragemus.

2. 2. Machabæorum 1. cùm Hebræus populus in Chaldæam captiuus è Ieroſolymis abduceretur, Sacerdotes acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, & in eo conſeruati ſunt eum. Denique poſt ſeptuaginta annos, placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis, qui nepotes Sacerdotum illorum, qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: *Et non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et iuſſit eos haurire, & offerre ſibi: & ſacrificia quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipsâ aquâ, & ligna quæ erant ſuperpoſita. Vſque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit, qui priùs erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.* Res ſanè miriſſima, & quam Rupertus cum Sacerdotibus pariter admiratur: *Quale enim fuit*, inquit, *ligna & ſacrificia ſuperpoſita, atque lapides magnos aquâ perfundi, magnùmque de contrario elemento ignem accendi?* Scilicet ille ipſe qui in ſacro prunario perpetuus *ignis* eſt, in religioſo altari ſublimis, & religioſis ſacrificiorum vſibus aſpectabilis; dum è faſtigio præcelſæ ſublimitatis deponitur, & *puteo* obſignatur iam *aqua* naturam humilem repræſentat, & *aqua* munus obit, eóque tamquam aqueo liquore *aſpergere* fas eſt. Et, quod mirere magis, dum neceſſitas ſacrificandi vrget, & ſacer ignis deeſt, velut deliſcens aquæ naturam, quam ſeptuaginta annis induerat, ad inflammanda ſacrificia, ignis naturam, quamdiu diſſitebatur, reſumit, & priſtinum olim munus obire pergit. Scilicet qui nuper in altari *ignis* erat, velut *aqua* ſtagnat in *puteo*; & iterùm oppoſito inflammandi muneri perdiu familiari, non deeſt, licet *aqua* iam dudùm erat. O typicè verſatiles ad officia obeunda! mores Nempè qui ſacer ignis erat, in altari, non dedignatur in puteo *aquam* eſſe, & totam aquæ accidentiam induere. Nec poſtmodùm dum opus eſt, ignis officium aqueæ naturæ contrarium, felici euentu obire non recuſat. Quò ethicè erudiatur homo ſublimitatibus diu adſuetus, non faſtidire humiliora, imò & contraria munera ſuccidanea; ſed illa pro virili pleniùs adimplere, quæ eſt perfecti Officialis ſumma.

2. Mach. 1. v. 20. 21. & 22.

Rupertus. l. 10 de Vict. Verb. c. 19.

Qui nuper ſacer ignis erat iam contrarium & humile aquæ munus plenè obit.

Matthei 24. agens Chriſtus Deus de ſignis aut præambulis, aut ſubſequentibus ſupremi Iudicij diem, ſic fatur: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo.* Sol obſcurabitur, vel à Chriſto Deo tunc ſplendidiùs apparente: vel inductus fumus, aut denſior nubes Solem occultabit; niſi forſan extraordinariæ & miraculoſæ eclipſes Solem inſolenter obtenebrent. *Et Luna non dabit lumen ſuum*: Sole enim obſcurato, neceſſe eſt & lunam obſcurari; vt potè quæ à Sole lumen ſuum haurit. (Cur autem Luna, quæ de alieno lumine ſplendet, ſibi lumen arroget dum dicitur, *lumen ſuum*, quod de Sole ex ſe lucente non dicitur, alibi ethicè expendebamus) *Et ſtellæ cadent de cælo.* quia *Stellæ* ſub finem mundi obſcurabuntur, æquè ac Sol & Luna, à quibus planetæ, & nonnulli putant ceteræ quoque ſtellæ, lumen ſuum mutuantur, ita vt videantur hominibus cælo excidiſſe. Planiùs, opinor, & pleniùs S. Chryſoſtomus ibidèm: *Stellæ cadent de cælo. Quis enim vſus nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* Sic otium à cælo exulat? Sic è ſidereo lucendi faſtigio deturbatur, qui ſuperuacuum obiret munus? Sic cæli ſidera occupantur in officio ſuo ergà noctem ſordidè obſcuram, vt ſi illius ceſſet vſus, tamquam teas de exercitij otio, cæli exules in terram deiiciantur? Sic exactam vel obſcuri muneris ſollertiam Deus exigit, vt ab illo ceſſatio, cæleſtem naturam vſ-

3. Matth. 24. v. 29. Lucæ 21. v. 24. & 25.

S. Chryſoſt. homil. 77. in Matth.

Stellæ dum obſcuræ nocti inſeruiunt, planè lucent. Serius è cælo cadent.

que terram diſturbet? O quàm raro hactenùs curſu ac lucis ſuæ æquabili diſpenſatione, Stellæ munus ſuum adimplent, dum probè ſciunt in Dei œconomiâ, non magna dumtaxat munia exactè obeunda; ſed à minimis, & velut ſordidis (quale videtur obſcuræ nocti miniſtrare,) ſi aliquâ ex cauſsâ ceſſatio detur, velut depoſitâ cæleſtium ſiderum naturâ ac cæli faſtigio, in terram infimiſſimè ruituras. *Stellæ cadent de cælo. Quis enim vſus, nullâ exiſtente nocte, ipſarum erit?* ô bonam de ſcholâ cæli eruditionem! Cæleſtia ſidera, & ſidereo ſplendore lucere ſciunt, nec dedignantur obſcuræ & ſordidæ nocti inceſſanter ex officio inſeruire; benè ſciæ, quòd dum obſcuræ nocti operam impendunt ſuam, ſidereo ſplendore planè lucent, quod niſi præſtent, lucere deſinent. O timeat quiſquis in faſtigio præeſt!

4. *Geneſ. 1. v.16.*

Geneſeos 1. die mundi quartâ, *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare, maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti*: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & viderent lucem ac tenebras. Vulgò ſudata quæſtio hinc exhauritur, quo pacto Luna parietur cum Sole, & *luminare magnum* adæquè nòminetur; non reliqua cæli ſidera, quorum aliqua, Lunæ magnitudinem ab Aſtrologis ſuperare dicuntur? Citò dicam cum S. Thomâ: *Fecitque Deus duo luminaria magna, &c. Sic ergò etiam magna dicuntur luminaria, non tam quantitate, quàm efficaciâ & virtute. Quamuis enim aliæ ſtellæ ſint maiores quàm Luna; tamen effectus Lunæ magis ſentitur in iſtis inferioribus, & etiam ſecundum ſenſum maior apparet.* Scilicet ſicut Sol *præſidentiæ diei* deſtinatur à Deo; ita & Lunæ *noctis præſidentia* committitur: ergò, tametſi Luna propè reliquis ſideribus minor ſit, tamen *luminare magnum* pariter ac Sol (ſecùs maiores ſtellæ) nuncupatur; *non tam quantitate, quàm efficaciâ & virtute*; nam ſicut Sol congruâ efficaciâ ac virtute ſuæ *diei præeſt*, & idoneis diei dotibus ornat, & lucis ſuæ influxibus fœcundat; ſic etiam Luna, etſi corporis quantitate minor, non minorem ſuæ noctis, cui præeſt, curam gerit; eam congruâ luce venuſtans, & idoneis ornans influentiis inceſſanter beneficis. Quo moraliſſimè edocemur, quòd non valdè refert, an quis magnum obeat munus, an medianum, an infimum; ſed qualiter illud obeat, quàm ſolerter, quàm inceſſanter, quàm plenè, quale quale illud ſit. Siquidèm Luna propè reliquis aſtris quantitate minor, quia ſuum nocturnæ præſidentiæ munùs plenè obit, & congruâ efficaciâ ac virtute moderatur, æquali cum Sole elogio ſplendet, dum magnum pariter luminare dicitur: *Fecit Deus duo luminaria magna.* Non ergò valdè curandum eſt, quàm ſublime quis munus adminiſtret, ſed qualiter illud obeat, quàm ſollicitè, quàm plenè: hâc enim ratione munera ſublimiſſima obeuntes æmulari de præſtantiâ poterit; & de medianâ ſede cum faſtigiis dignitatum contendere. Non minùs ſuſpicio Boozum, boni patrisfamilias munia hîc plenè adimplentem, quàm ſublime Iudicis ac Principis Hebrææ gentis munus (quod non pauci putant) ſollerter obeuntem.

S.Thomas. apud Caten. Lipom.ibi.

Luna in noctis præſidentiâ, cum præſidentia Solis benè contendit. quaret

Hic verſ.4.

5. *Gen.1.v.16. & 17.*

Redeat iterùm ſemel expenſus è Geneſis cap. 1. locus, iterùm aliter expendendus: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti.* Verùm cùm in hâc quartâ medialis opificij die, Sol & Luna à ſummo rerum Opifice creata ſint, ad diei ac noctis præſidentiam, demiſſis in terram fulgoribus obeundam; grande ſuboritur inter Expoſitores litigium, an Luna primò ad noctis ſuæ præſidentiam creata ſit, ſuccreſcens, an decreſcens, an pleno orbe refulgens? Moroſus ero, ſi placita ſingulorum recenſeam, vnus Auguſtinus pro omnibus ſufficiat, qui ſic inibi philoſophatur: *Qualis autem Luna facta ſit, multi loquaciſſimè inquirunt, atque vtinam inquirentes loquantur, ac non potius docere conantes. Dicunt enim ideò plenam factam, quia non decebat vt Deus imperfectum aliquid illo die faceret in ſideribus, quia ſcriptum eſt, quòd facta ſunt ſidera. Qui autem reſiſtunt, dicunt, Ipſa ergò debuit prima Luna dici, non quartadecima; quis enim ita incipit numerare? Ego autem medius inter iſtos ita ſum, vt neutrum aſſeram* (Attende ad verba quæ ſubdit Auguſtinus) *ſed planè dicam, ſiue primam, ſiue plenam Lunam Deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarum enim naturarum eſt Deus auctor & conditor. Omnis autem res quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodammodò prodit atque explicat, etiam antè continebat occultum, & ſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ.* Profundè quidèm ad litteram & ad mores Auguſtinus. Scilicet ſub quâlibet magnitudine, & lucis cenſu, perfectam Deus Lunam creauit ad noctis ſuæ præſidentiam. Nam ſiue corniculata dum creſcere incipit, aut decreſcere deſinit; ſiue plenâ lampade niteat, ſuos exhibet nocti ſplendores, nec plures aut fulgentiores tunc exhibere eualet, neque vt exhibeat tunc expedit; opportuno autem tempore mox exhibebit. Quare æquè perfecta eſt Luna in illuni nocte, in ſubluſtri, & toto ſuo orbe pleniùs illuminata. Tunc enim præſtat quantùm ſatis eſt, quantum expedit; mox plus lucis ex munere præbitura. Quod enim poſteà exhibebit, nunc peritè continet in virtute occultum. Non enim dum plus lucet, parfectior eſt Luna; ſed dum rato cognatæ variationis ordine, præſidentiæ ſuæ alternante modulatione munus implet. Quare *ſiue primam, ſiue plenam Lunam Deus fecerit, fecit, perfectam.* Præſcripta Auguſtini verba moralitatum fœcunda, ad alia forſan themata enucleabimus.

S.Auguſt. apud Caten. Lipom.ibi.

Siue primâ, ſiue plenam Lunâ Deus fecerit, fecit perfectam. quaret

§. CXVII.

Leuis etiam occaſiuncula, quæ ſit vitiorum illecebra, timenda eſt, præcauenda, declinanda eſt.

HAbet ſuos ſcopulos timiditas puſillanima, non quos ipſa inuehit, ſed quos ſæpe incurrit. Si contractior cautela hæc ſubit pericula, quid non timeat confidentior audacia? Leues etiam delinquendi occaſiones, ſæpè ſub ſpecie honeſtatis, interdùm ſub honeſti laxamenti prætextu, quin & ſub bonæ operationis laruâ, bonis moribus venenum infundunt. De facili ſubre 1.

Digitized by Google

Vel leuicula occaſio cautè timenda & declinanda eſt.

ſubrepunt, & per ſenſuum cuniculos ſulphureis hominum moribus inſidiantur. Excitantur ſenſim vitiorum ſcintillæ, quas ſi incauta flabellat cogitatio, nec extinguit obliuio, paſſionum igniculum ſufflammant, & incendio ineluctabili totus homo decinereſcit. O quoties quod incipit in calore, niſi quantocyus interſtinguatur, æſtuat in flammâ! Ex leui occaſiunculâ tela ſine ictu videntur vibrati, & hæret lateri lethalis arundo. Quid neceſſe eſt, vt demus occaſioni locum, cuius vel nimius metus metuendus eſt, dum refricat timendi cauſſas. Quàm multos etiam fortes rei deteſtatæ decepit illecebra, & dum parum cautè pœnitent, pœnitenda committunt, & turpioris relapsûs ſubeunt inuidiam. Sæpè pœnaliſſimum ſupplicium, dum caſtigari flagitij recordationem inuidioſè excitat, non impunè obſeruatur. Nemo in lubrico veſtigia tutò figit. Vel leuicula occaſio cautè declinanda eſt, ne quod cœpit in inertiâ, in inſolentiâ conſummetur.

2. Exhodi 32. dum ſancitæ à Deo leges in lapideis tabulis deſcribũtur ad Sanctiorem Hebræorum politiam, exlex populus, & ad idololatriam pronus, aureum argenteúmque vitulum conflat in Numen, illique diuinos honores exhibet. Cúmque Moyſes de monte deſcendens, appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum & choros: iratúſque valdè proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: *Arripiénſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël.* (Exhod. 32. v. 20.) Itaque Moyſes coniecit vitulum in ignem certis admiſtis herbis, vt liquaretur in maſſam, & quaſi in carbonem redigeretur. Tunc carbonem illum, vel maſſam igne extractam contudit, & contriuit in minutum puluerem, quem in aquam ſparſum violento hauſtu bibere coegit. Fecit id Moyſes ex acriori contempti Dei zelo, vt Idolum ſuum vorarent Apoſtatæ, & contemnere diſcant, quod in ſeceſſum ſqualidè proiici vident, vt ad Fabiolam ſcribit Hieronymus. (S. Hierony.) Profectò nil tam abominabile potuit Idolum reddere, quàm illius in ſtercora conuerſio fœtida. Verùm S. Bruno (S. Bruno.) præſcriptum Moyſis factum ſic ethicè elucidat apud Tilmannum indidèm: *Arripienſque vitulum quem fecerant, combuſſit, &c. vitulo enim iraſcebatur, & peccatum deſtruere conabatur.* O bona Superioribus eruditio! Peccato acerbiùs iraſci, peccatori ignoſcere. Pergit ad rem Bruno: *Quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Iſraël. Bibunt aurum Iudæi, quia cupidi ſunt & auari; bibunt aurum Idoli, quia idololatræ & ſacrilegi; ſic enim hæc mortifera potio, hæc doctrina idololatriæ eorum viſcera penetrauit, vt vix aliquandò ab Idolorum culturâ potuerint auelli.*

Aureum vitulum bibẽtes Hebræi, auaritiam, & idololatriam bibũt.

Nempè Hebræus populus de pœnaliùs ſagaci Moyſis ingenio, ad Idoli aurei deteſtationem, & ſacrilegij abiurationem, ipſum aureum Idolum, quod nuper adorauerat, in tetros carbones redactum oculis vident, hauriunt nauſeabundi potatores, in ſeceſſum ſordidè egerunt; & poſt tot aurei Idoli ſpurcitias; ſic, ſic, inquam, quod ſemel reuerenter coluerant, & gratè adamauerant, illos commouet, quaſi auri ſitim biberint, & idololatriæ famem hauſerint. Aurei Idoli pœnalis etiam tranſitus per viſcera, & ſpurciſſima auri quondam conuiſcerata materia, ſic affricat ſui deſiderium, vt vel horror ſordium inuitet, & pœnale ſupplicium ad relapſus pelliciat. O quantula ſæpè occaſio, abominata vitia reſculpit! quæ etiam dum rigidè abiurantur, blandiùs alliciunt; & dum incautè pœnites, eadem pœnitenda voto committis.

Geneſeos 35. Iacob è Meſopotamiâ redux, poſt 3.
tot ſtrages, quas puellæ Dinæ pulchritudo male cauta edidit; iubetur ire in Bethel, ibique Deo ſacrificare. Iacob autem conuocatâ omni domo ſuâ, ait: Abiicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt. *Dederunt ergò ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea ſubter terebinthum.* (Genel. 35. v. 4.) Et cur Iacob perdere maluit pretioſam auri argentíque materiam? An non potuit in alios vſus eam conuertere? Et forſan è re auitæ religionis foret, huiuſmodi materiam pretioſam, è quâ Dij conflati erant, viliſſimis deſtinare miniſteriis, vt illorum vilitas deſpectum aſpicientibus pareret? Imò & *inaures* pariter cum Idolis infodit. Quod etſi in re litterali exiguum Commentatoribus faceſſat negotium, in ſenſu tropologico argutam offert moralitatem, quam idem Bruno (alibi ad aliam theſim expenſus) lucu-lenter ſuggerit: (S. Bruno apud Tilmann. ibi.) *Dederunt ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures, &c. Nemo enim habitat in domo Dei, qui Diis ſeruit alienis. Iacob autem Deos infodit, vt & mortui intelligantur: inaures verò, vt nemo vlteriùs in eorum memoriâ aures hominum ſollicitare preſumat.* Nimirùm Iacob hîc opere loquitur myſteria moraliſſima. Parum enim foret, Deos alienos è ſuâ familiâ abſtuliſſe, ſi eos à mentitâ Diuinitate etiam depoſitos, & in rudem maſſam redactos, ad ſordida familiæ miniſteria deſtinaſſet: nam in ipſo etiam vilioris officij ſqualore, abiurati Numinis notulæ pernitioſè ſcintillarent, recordatiouique obuerſaretur periculoſè deteſtata nuper religio. Infodienda etiam erant Idola, vt tamquam mortua, & putre cadauer tumularentur, nec exinceps oculis apparerent. Inſuper auditui quoque medicina præſtruitur, & *inaures* etiam ſepeliuntur, *vt nemo vlteriùs in eorum memoriâ aures hominum ſollicitare præſumat.* Scilicet cum Idolis, non tam colentium quondam *inaures*, Deorum notamentis inſculptas, infodit ac ſepelit, quam eorum *aures*, nequid audi-tus exinceps de Idolis excipiat, quod menti inſidioſè ſuggerens, memoriam ad relapſam ſollicitet. O, cum humanæ concupiſcentiæ, ambitionis, & auaritiæ idolis, humanas etiam ſepeliamus *aures*, vt ad eorum recordationem noxiam ſurdi efficiamur; ne vel leuicula recordatio, dum incautè memoriam obſidet, eorum cupiditatem periculoſè inquietet! de facili redeunt vitia, quibus adhuc appetitus inſideànnuit.

Benè Iacob cum Idolis, ea colentium inaures ſepelinit.

Geneſeos 15. amicè Deus multa Abrahamo antedicit, quæ numeroſæ poſteritatis ſuæ 4.
vtramque fortunam prænuncient. Sed audienda eſt ſermonis clauſula: *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bonâ.* (Geneſ. 15. v. 15.) Quæ verba alibi in ſiniſtrarum ſuſpicionum vituperium expenſa, nunc ad thema præſens ſic Richardus Victorinus apud Tilmannum elucidat: (Richard. Victor. ibi.) *Sepultus in ſenectute bonâ. Prius, inquit, homo moritur, vt poſtmodùm ſepeliatur. Mortuus quidèm deſinit videre, ſed non ſtatim videri: ſepultus verò deſinit videre ſimul*

P. Didac. Celada in Ruth. T 3 &

& videri. Qui vult ergò huic mundo mortuus eſſe, oportet illum oculos illos claudere, quos in primis Parentibus legimus apertos fuiſſe, & oblectamenta ſenſuum nec attendere nec aduertere. Sed & nunc qui huiuſmodi eſt, quaſi poſt mortem ſepulturam inuenit, quandò per ſapientia ſtudium æternitatiſque deſiderium, in talem ſtatum profecit, qualem nec carnalis quilibet, non dicam ſcire, ſed nec ſuſpicari poſſit. Videlicet parum eſt, quòd quis ſit ſeculo, imò & concupiſcentiæ *mortuus*, vt à mundi illecebris, & tentationum periculo tutus ſit: neceſſe eſt etiam quòd ſit *ſepultus*. Portò homo mortuus & inſepultus, etſi videre non poſſit, videri tamen poteſt, & alienis oculis tangi ac ſollicitari ad ſeculi voluptabilia, & de extrinſeco ad ea inquietari. Exindè oportet, quò occaſiones declinet, vt & *mortuus* ſit, & iam *ſepultus*, ne videre ac videri poſſit, ne ad mundi illecebras poſſit ſuos inijcere oculos, nec admittere alienos. Nam alieni oculi ethicè mortuos faſcinare ſolitant, redduntque male rediuiuos, per mortiferum è peruerſo miraculum, quo benè mortuos malè exuſcitant Illud Geneſeos 39. *Iniecit Domina ſua oculos in Ioſeph*, in Ioſeph, inquam, adoleſcentem gratiſſimè pudicum, & incontinentiæ cæcum. Hugo de Foileto apud eundem Tilmannum inibi: *Hæc ſunt*, inquit, *impudicitiæ tela, quibus vulnerantur multi logè poſiti.* Hæc alienæ impudicitiæ tela, in ſpicilegij opere cautiùs Rutha præcauet. Nam cùm de conſilio ſocrûs Noëmi, *colligeret ſpicas poſt terga metentium*, eámque verecundiùs modeſtam Boozus animaduertiſſet, dixit iuueni qui ſuis præerat meſſoribus: *Cuius eſt hæc puella?* Quæ verba ſic inibi Lyranus exponit: *Secundum quod dicunt Hebræi, & ſatis apparet ex textu, Booz erat homo prouectæ ætatis, & honorabilis ratione ſcientiæ & virtutis: & ideò non eſt veriſſimile quòd de aliquâ iuuenculâ muliere quæſiſſet, niſi ratione honeſtatis ſingularis quam in eâ videret. Et ideò dicunt Hebræi, quod ſpicas ſtantes remanentes poſt meſſores colligebat ſtando, iacentes autem colligebat ſedendo, ne inclinando ſe ad colligendum, veſtes ſuæ eleuarentur à parte poſteriori, & pars aliqua tibiarum diſcooperta appareret. Et ideò Booz videns eius honeſtatem, motus fuit ad quærendum, quæ eſſet, & faciendum ſibi gratiam*, &c. Gratulor Ruthæ cautelæ; & gratulor Booz, qui ſic virtuti fauet, & cautelam ſumptuoſiùs honorat.

Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. quare?

Longè poſiti etiam vulnerantur impudicitiæ telis.

Geneſ. 39. v. 7.

Hugo.

Hic verſ. 5. Lyranus.

5. Geneſeos 19. vrgente exitum Angelo, tandem Lot cum familiâ è Sodomis egreditur, vt in monte vitet incendium. Iam in auribus Patriarchæ ingruit ſulphurea tempeſtas, & metu ſemiuſtulatus, propinquius aſylum expetit, ſic ad Angelum fatus: Nec poſſum in monte ſaluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar. *Eſt ciuitas hæc iuxtà ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in eâ.* Per hanc ciuitatulam S. Bernardus vitam religioſam intelligit, & monaſterij clauſtra, quæ adſpectu ad ſeculum, vrbecula exigua eſt: *Planè*, inquit, *ſaluabimur in ciuitatulâ iſtâ, ſi non reſpexerimus retrò, ſi flammantis Sodomæ (quæ iuſtà iuſte ardet) nos non apprehenderint, non nos incenderint fauillæ caducæ.* Nempè ſeculum flammeâ vitiorum contagione flagrat, & miſerè decinereſcit; ſed quæuis fuga à ſeculo, propè ſeculum eſt. Caueant ergò religioſi, qui extrà ſeculum ſunt, vel à *caducis fauillis*, ideſt, ab acerbioribus vitiorum ſupplicijs. Non enim tantùm ſecularia vitia ſpectata contagionem afflant; ſed atrociora criminum ſupplicia iuſtè vibrata, ſuſpecta ſint cautis; nam pariter cum pœnaliſſimâ mulctâ, crimen atrociter mulctatum ingerunt, & indè ſimilia patrandi periculum. O! caueamus ne *nos incenderint fauillæ caducæ.*

Geneſ. 19. v. 10.

Vel alieni incendij caducæ fauillæ timendæ ſunt.

S. Bernard. Serm. de Virgin.

§. CXVIII.

Boni filij ex imbonis parentibus nati, læta, prophetant, flores & roſa ſunt, & ferè non parentum filij.

PArentum mores moribus exprimere filij ſolent, in quibus paterna indoles, ingenium, 1.
ſtudium non dubiis characteribus tranſlucet, aut ad virtutes habile, aut ad vitia exprōptum. Ergò ſurdū te ac cæcum non bonis parentū moribus præſta, ſi vis eſſe felix. Quod arripuiſti cum indole, ne actibus exprimas Velis, & poteris, ſi non naturam deſueſcere, ſaltem diffiteri, & ſenſim emendare. Paterna vitia Sapientem quoque ſequentur; fuge, delude virtutis arte, & fruſtrabis. Nullâ ſanè ſapientiâ naturalia corporis aut animi vitia penitùs deponuntur, præeunt rationi, quare illi inexpugnabilia omninò ſunt: quicquid ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur. Moralibus vitiis medetur gratia; naturalia, & à parentibus cum indole hauſta, aut benè corrigit, aut ad rem virtutis meliùs inflectit. Sæpè riuulus dum per extraneam humum peregrinatur in alueo, longo tractu percolatus, fontis ſaporem deſueſcit. Sic quæcumque attribuit conditio naſcendi, & corporis temperatura, parentum exempla crebris aſpectibus adſueta, & ſuaſionibus conuiſcerata; cùm multùm ſe animus compoſuerit, deſueſcere eualet. Ad rem virtutis, ſui iuris quiſque eſt libertatis priuilegio, ſibi ſe mancipet. Mores ſibi de cælo fingat, & de bonis moribus cenſum æſtimet, heres ſui. Non paucos filios ſic videas ab improbis parentibus degenerare nobiliter. Adeſt hîc tibi Rutha, è Moabitico inceſtu, & idololatrico genere prognata, populo Dei inſerta, gratiarum manibus facta puella; adeò vt meruerit inter Chriſti Dei progenitores generosè recenſeri, indolis ac virtutis cenſu nobilis.

Innatos parentum mores, filius deſueſcere eualet.

Hic verſ. 6. & 11.

Numerorum 16. ſeditioſus Core Aaroniani 2.
ſacerdotij ambitione, vnà cum partiariis malè periit. Confeſtim igitur vt ceſſauit Moyſes loqui, *dirupta eſt terra ſub pedibus eorum: & aperiens os ſuum, deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſâ ſubſtantiâ eorum.* Nequis autem ex hoc loco in animum induceret ſuum, filios etiam Core, ſicut filij Dathan & Abiron, ſimiliter periiſſe, addit Moyſes infrà cap. 26. Aperiens terra os ſuum deuorauit Core. *Et factum eſt grande miraculum, vt, Core pereunte, filij eius non perirent.* Itaque tunc miraculum factum eſt, non quale, ſed portentoſum & miriſſimum, non ex eo duntaxat, quòd ingens terræ hiatus Core ſorbuerit; ſed ex eo vel maximè quòd patre Core ſic pereunte, filij eius non perierunt, ſed penduli hæſerunt in vago aëre: quia ſcilicet patris rebellioni minimè conſenſe

Num. 26. v. 10. & 11.

Digitized by Google

ſenſerunt. Exindè grandiori miraculo nobilitati ſunt: & cùm infelicem Patris Core tragœdiam nomini inſculptâ gerant (filij enim Core exinceps nominantur in Bibliis) tamen propheticè felicia quæque portendant, quod reliquis Prophetis infrequens eſt. Audiendus eſt Origenes homil. vnicâ in lib. Regum, ita fatus: Vide, inquit, ipſius Domini & Saluatoris noſtri ſermones, quia non omnes beatitudinem continent, nec omnes de veniâ & indulgentiâ proteſtantur, ſed ſunt in verbis etiam quædam auſtera & triſtia. Sicut enim dicit: Beati qui hæc & hæc agunt; ita dicit: Væ illis qui hæc & hæc egerunt. Ego hoc etiam in Prophetis perſcrutatus ſum, & inueni paucis Prophetarum iſtud eſſe conceſſum, vt nunquam aliquid populis amarum aut triſte loquerentur, ſed dulcia ſemper & lenia. *Obſeruatum tamen eſt à prioribus noſtris, quòd in Pſalmis tantummodò illis qui attitulantur, Filiis Core, in ipſis ſolis nihil amaritudinis vel auſteritatis videtur inferri; ſed hoc eis quaſi diuino munere conceſſum eſt, vt nominis eorum Pſalmi ſemper læta quæque contineant.* Ecce tibi Core filios paterni erroris minimè ſectarios, dum terra fatiſcit, & immani hiatu parentes cum reliquâ familiâ & ſubſtantiâ exorbet ipſos in medio aëre miriſſimè pendulos, immunitas à paterno ſcelere, & auitis moribus ſoſpitat, & tuetur à barathro. Quin etſi paternæ contumaciter ſeditionis tota poſteritas pœnaliſſimam contumeliam in nomine deſcriptam, exinceps gerant (neque enim tam proprio nomine, quàm *filiorum Core* ſtemmate denotantur;) ſingulari tamen dotantur priuilegio, & nihil *amaritudinis, auſteritatis* nihil vt reliqui Prophetæ, propheticè prænunciant; ſed felicia quæque feſtiua, ac iucunda ſemper fauſtè ominentur. Quo fit, vt non tantùm ipſi congenitos parentum mores, auſteram rebellionem, & amariſſimam defectionis pœnam exuerint; ſed & ipſa prophetia ſic lenitur, ac dulceſcit eius ore deſueſcens omnem auſteritatem & amaritiem, vt ſingulari inter omnes Prophetas priuilegio fauſta quæque ſemper ominentur, prædicant, prophetent, quò palam euulgetur non ſemper filios parentum mores hereditare, ſed ab eis ſæpe degenerare nobiliter.

Origenes. Cur filij Core, nunquam auſtera ſed fauſta ſemper prophetant.

3\. Matthæi 23. ſic Diſcipulos Chriſtus erudit: Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis. *Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt.* Ait itaque: Nolite vocare vobis ſuper terram *Patrem,* ſcilicet quaſi præcipuum vitæ auctorem, alimentorum & hereditatis curatorem; ita vt ab eo toti pendeatis, vel certè tam ab eo quàm à Deo; vti faciunt Gentiles & Athæi, aliique non Deo ſed hominibus fidentes. Quia Deus ſolus verè & plenè eſt pater omnium; vt potè qui ſolus animam, & vitam ſingulis ſpirat, creat, conſeruat. *Non enim*, ait S. Chryſoſtomus, *initium vitæ habemus ex parentibus, ſed tranſitum vitæ per eos accipimus.* Quare humani patres, adſpectu ad Deum, patres *vmbraticè*, noſter inibi Cornelius appellat. Luculenter indidèm Hieronymus id exponit: *Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Aliud eſt* inquit, *eſſe naturâ patrem, aliud indulgentiâ. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non auctorem noſtræ oſtendimus vitæ.... Quomodò vnus per naturam Deus, & vnus filius nō præiudicat ceteris, ne per adoptionē Dij vocentur & filij: ita & vnus pater non præiudicat aliis, vt abuſiuè appellentur patres.* Profectò potiori iure improbi, parentis probus filius, adeò indole & moribus diſſimilis, patrem illum appellet *indulgentiâ:* eſt enim pater *vmbraticè* & *abuſiuè*. Bonus ſanè *abuſus*, vt probitatem quam filius non traxit ex indole, aut inſtitutione, aut imitatione parentum, aliundè mutuetur.

Matth. 23. v. 9.

Pater ex indulgentiâ, vmbraticè, & abuſiuè.

S. Chryſoſt. ibi.

Cornelius.

S. Hierony.

4\. Titulus Pſal. 44. qui carmen nuptiale continet, ſic habet: *Pro iis qui commutabuntur, filiis Core.* perſpicuum eſt, & à nobis adnotatum in hoc §. num. 2. filios Core fuiſſe optimos filios è non bono parente natos. Symmachus cum aliis vertit, *Pro floribus*; quidam apud Valentiam, *Pro roſis.* Quaſi dicat in epigraphe ſeu titulo Pſalmi nuptialis, *Pro floribus ſeu roſis filiorum Core*, hoc eſt filij Core, qui ſunt velut quidam *flores*, ſeu *roſa*. Sed quænam eſt analogia ſeu ſimilitudo filiorum Core cum *roſis*? Intermitto nunc alias. Illa maximè opportuna, quòd vernantes pulchrè roſæ, ſuaui colore ac odore venuſtiſſimæ, ex arbuſculâ nimis ſpinoſâ enatæ florent, quaſi natiuitatis ſpinoſitatem floridè emendet ad gratiam oculorum, quod tactum lacerare minabatur. Nec eſt inſolens filios appellari florum nomine, quo elogio eos inſignit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 8. *Matrimonij*, inquit, *flores liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* Itaque in hâc epithalamij inſcriptione, perindè eſt, *Pro iis qui commutabuntur, filiis Core*, ac, *Pro floribus* ſeu *roſis filiorum Core*: Opportunè pariter ac bellè S. Baſilius inibi *τὸ commutabuntur*, refert ad glorioſam noſtri corporis reſurrectionem: de quâ ait Paullus: *Omnes quidèm reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Scilicet natiuitas filiorum Core, qui viri optimi è non bono parente nati ſunt, non tam ortus quàm reſurrectio dicitur. Attexam Magni Baſilij verba: *Pro iis qui commutabuntur, filiis Core! quoniam verò*, inquit, *in futurum tempus hæc vox deuergit & inclinatur (dicitur enim pro mutandis, velut hâc mutatione aliquādo tandèm nobis appariturâ) conſideremus, ne fortè Reſurrectionis nobis rationem modúmque innuat, in quâ mutatio nobis dabitur, mutatio inquam in meliùs, vt quæ ſpiritualis erit. Seminatur, inquit Apoſtolus, in corruptione, ſurget in incorruptione. Vides immutationem? Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.* Ecce tibi natiuitas boni filij è non bono parente, Reſurrectioni apprimè comparatur.

Pſal. 44. v. 1.

Symmachus Valentia.

Boni filij è non bono parente, roſis comparatur, quare?

Clem. Alex.

S. Baſilius. 1. Cor 15. v. 51.

Natiuitas boni filij è non bono parente, Reſurrectioni comparatur.

5\. Matthæi 5. poſtquam Chriſtianæ perfectionis ſummam Chriſtus docuerat, ſubdit: *Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Non parùm hîc laborant Interpretes, vt tautologiam deuitent. Porrò ſi iam Deus eſt eorum Pater quo pacto adniti poſſunt ac debent, vt ſint filij eius, qui iam eſt eorum Pater? S. Hilarius lib. 6. de Trinitate, diſputans cum Arianis, qui Chriſto Deo naturalem Dei Patris filiationem negabant, & adoptiuam aliis hominibus communem, etſi præcellentem, fatebantur, ita ſubtiliter ſcribit: *Legeras*, inquit, *Filios genui, & exaltaui*; *ſed non legeras: Filios meos, Genuerat enim eos* Deus

Matth. 5. v. 45.

S. Hilarius. Iſaiæ 1. v. 2.

Digitized by Google

ſibi per diuiſionem Gentium, plebem hereditatis, in filios. Ne igitur per communionem adoptiuæ hereditatis cognomentum filij vnigenito Deo adderetur, naturæ veritas per ſignificationem proprietatis oſtenſa eſt. Aſſignetur ſanè hoc communionis in Chriſto nomen, vt Filius ſit, ſi de quoquam dictum reperiatur: Hic eſt Filius meus; quid calumniam Deo Patri profeſſa de Filio proprietatis afferamus? Sic etiam de filiis adoptiuis ſuo modo philoſophari poſſumus, vt alij præ aliis, intra adoptionis metas, non tantùm patrem, ſed & patrem ſuum, Deum agnoſcant, & virtutum perfectione faciant. Non abſimiliter etiam de parentibus ac filiis naturalibus inter homines philoſophari liceat: vt bonus filius imboni patris, illius quidèm filius ſit, ſed quodammodò non ſuus filius, cùm moribus adeò extraneus ſit. Itaque bonus filius parentem nequam appellet patrem, *patrem ſuum* non appellet, à quo cum indole aut inſtitutione probitatem non traxit, ſed aliundè mutauit. Rutha parentes in Moabitide reliquit, non reliquit autem parentes ſuos, quò intimiùs Iſraëlita foret, & Iſraëlitarum nobilis Matrona.

Aliud eſt appellare filium, aliud, filium ſuum appellare.

Ruth.2. v.11.

---

§. CXIX.

Cauſſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat.

1\. Stobæus. Serm.27. *Impij à piis ſpe bonâ differunt.*

INterrogatus Democritus à quodam, quomodò laborioſi ac induſtrij differrent à deſidioſis: *Quo*, inquit, *impij à piis; ſpe nimirùm bonâ.* Sanè acerrima virtus eſt, quam nec vltima neceſſitas excutit. Fortuna innocentem deſerit ſæpè, at bona ſpes numquam. Præludit animo, fida ſemper comes eſt, & meritorum aſſecla. In malis ſperare bonum, niſi innocens nemo ſolet; ſed nocens etiam poteſt. Spe bonorum quicquid indignitatis imponitur ferre conuenit: remedium bonorum futura ſpes eſt, nec innocentem debilitat conſcientiam, cùm in aduerſis ſolatium ſupereſt, non meruiſſe quæ patitur. Imò etiam ſi iuſtè meruiſſe norit: nam quod ſupergreditur humanum meritum, infrà diuinam bonitatem & omnipotentiam eſt. Spei, in vltimâ neceſſitate, & propè deſperationem poſitæ, vehementes ſunt impetus, & piè de Deo præſumit, vltrà humanum meritum ac robur audax: & quaſi à deſperatione confini animos mutuet, per obſtantia it alacris, erecta, flectineſcia: nec obuias difficultates iuſtâ æſtimatione penſat, quæ è peruerſo etiam ad benè à Deo ſperandum roboratur. Contraria etiam ipſa in auxilium aduocat, & ex alienis caſtris ſuppetias accerſit, fidelis ſemper, ſemper magnanima, voto momordit, quod ſpe futurum præcepit.

2\. Exhodi 17. Hebræus populus per vaſtam eremum nouus viator, anhelâ vritur ſiti, præ aquæ penuriâ exæſtuans. Qui iurgatus contrà Moyſen, ait: Da nobis aquam, vt bibamus. Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paullulùm, & lapidabit me. *Et ait Dominus ad Moyſen: Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël: & virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle in manu tuâ, & vade. En ego ſtabo ibi coràm te, ſuprà petram Horeb; percutieſque petram, & exibit ex eâ aqua, vt bibat populus.* S. Auguſtinus quæſt. 64. ſuper Exhodum ſcitè addubitat, quo pacto Moyſes dicatur virgâ percuſſiſſe fluuium: *Flumen autem*, inquit, *Aaron legitur, non Moyſes virgâ percuſſiſſe. Nam Moyſes eâdem virgâ mare diuiſit, non flumen. Quid ſibi ergò vult, Accipe virgam in quâ percuſſiſti flumen? An fortè mare appellauit flumen?* Potuit quidèm propter anguſtiam maris Rubri. Sed quare *virga*, quæ hactenùs ſimplici *virga* nomine ſignificatur, nunc, cùm è petrâ ſit aquas eductura, *virga quâ percuſſiſti flumen*, nouiter appellatur? An quia vtrobique in aquis miracula geruntur, & aquarum negotium pertractatur? Imò quidèm oppoſitum. Porrò Ægypti flumen virgâ percuſſum, vbere aquarum fluento euacuatum eſt, & ſanguinem vndis voluit. Quin & mare Rubrum eâdem ipsâ virgâ percuſſum, cognatis aquarum fluctibus viduatum ſiccis Hebræorum veſtigiis viam præbuit. Quis ergò ab aquarum prohibitore, aquas largiùs ſperet? Quod vel copioſas Nili aquas attactu euacuet, & in pedeſtrem viam mare ſternit; vberes etiam ſiccabit aquas, non ab arido ſaxo fluenta ſpondebit. Cur ergò tunc, tùnc quidèm ſignatè dicitur *virga* quâ flumen vel mare percuſſum eſt? An non ſatis foret ad debilitandam alacris populi ſpem, à duro ſilice aquas largè expetere? quid ergò ad fiduciæ languorem, velut prodigij adminiſtra, defertur *virga*, quæ copioſis aquis Nilum euacuauit, & Rubri maris tumentes fluctus mirè ſtitit, & viam reddidit ſiccitate perulam? *Virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle manu tuâ.* Scilicet non tantùm è ſaxo aquarum ſcaturiginem ſpondet; ſed id per *virgam*, quæ flumen aquis euacuauit, & mari ſiccitatem indixit, fore operandum voluit, ad animoſæ ſpei mitiſſimum è peruerſo auctarium. Nempè non modo à ſaxo aquarum ſterili, aquas ſperent; ſed à *virgâ* hactenùs aquarum hoſte, fluminum, ac marium hoſtiliter euacuatrice, fluenta vbertim copioſa fidenter expectent, nec voto irrito, vt vel ab expertis rei optatæ aduerſariis, & ſic eam dare impotentibus, nemo vmquam rem proficuam expectare deſiſtat. Quis deſpondeat animum, & ſpem abiiciat, cùm eam ipſius rei aduerſarius, inopinatâ largiùs præbitione è diuerſo ſpondeat?

Exhod. 17. v.5. & 6.

S.Auguſt.

Cur virga quæ fluuiū euacuauit, ſumitur, vt ſaxum aquas præbeat?

Ad Romanos 4. Sara ſterilis erat, inſuper & annoſa; annoſior certè Abrahamus promiſſam ſperat ſobolem; & qui diu improles putabatur futurus ſui heres, fiduciam alacer non abiecit: *Qui*, ait Paullus, *contrà ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium.* Pluribus aliàs ethicè philoſophabamur ſuper hâc Apoſtoli antitheſi, ænigmati ſimillimâ. Nunc Zenonis Veronenſis expoſitionem reſcribam rei peridoneam: *Huic* (ſpei inquam) *& præſentia ſubiacent, & futura. Iſta, quia contemnit: illa, quia ſua eſſe præſumit. Nec ſpes timet, ne non veniat: quia ea ſemper ſecum ſuis in virtutibus portat. Hoc eſt, quòd Abraham contrà ſpem in ſpem credidit Deo, vt fieret pater multarum gentium. Contrà ſpem autem eſt, quod impoſſibile eſt, ac non videtur eſſe poſſibile: ſed poſſibile hâc ſpe fit, cùm Dei dicto indubitanter, ac fortiter creditur: dicit enim Dominus: Omnia poſſibilia credenti.* Ecce tibi Abrahamus contrà ipſam ſpem de ſpe adhuc præſidit: 3.

Rom.4. v.18.

S. Zeno Ser. de ſpe fide, &c.

Spes, quod ſperat, aut poſſibile inuenit, aut facit.

Marci 9. v.23.

Digitized by Google

præſidit: quare ſpes rem ſperatam aut poſſibilem inuenit, aut ſperando poſſibilem fecit; quod eſt grande ſpei elogium. *Contrà ſpem eſt, quod impoſſibile eſt, ac non videtur eſſe poſſibile; ſed poſſibile hâc ſpe fit: dicit enim Dominus: Omnia poſſibilia credenti.*

4. Redeat iterùm ſemel expenſus Exhodi locus, aliter ad rem enucleatiùs expendendus. Nempè viator in eremo populus, aquarum penuriâ hianter ſitit; & contrà Moyſen querelis, probris, ac propè lapidibus iurgatus inſurgit. Clamauit autem Moyſes ad Dominū, dicens: Quid faciam populo huic? *adhuc paullulum, & lapidabit me.* O impudenter ingratiſſimos *lapides*, aduersùs tot beneficiorum præbitorem crudeliter duros! O Hebrææ temeritatis atrociſſima lapidoſitas ſæuè inhumana! Sed vide nunc mihi beneficum Dei arbitrium è diuerſo auxiliare: Et ait Dominus ad Moyſen: Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël: & virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle manu tuâ, & vade. *En ego ſtabo ibi coràm te, ſuprà petram Horeb: percutiéſque petram & exibit ex eâ aqua, vt bibat populus.* Quærunt hîc ſagaciùs Interpretes, quare Deus qui tot prodigiorum miriſſimam patrationem hactenùs Moyſi permiſerit, huic miraculo aquæ de petrâ educendæ, præſens adeſſe maluerit? Vndè tanta huius miraculi gloria eſt, vt de illâ Deus ſibi gratulari voluerit? Scitè inibi Lipomanus: *Iubetur ergò Moyſes*, inquit, *aſtante Deo percutere petram, ne gratia tanti beneficij homini & non Deo tranſcribatur. Vtque Moyſes non ſui ipſius obliniſceretur edendo miraculum, ſed ob oculos Deum cerneret præſentem, ne ſuperbiret de propriis viribus.* Quid autem peculiare eſt in hoc miraculo, de quo præ reliquis ſæpè forſan mirioribus, ſuperbire Moyſes poſſet? Opinor, populus nuper furens, Moyſen *lapidare* intentabat, & arreptis atrociter *lapidibus* illum crudeliſſimè obruere, cruentè contumelioſâ cæde; cùm ergò eidem populo anhelâ ſiti æſtuanti, aquas prædulces educit de *lapide*, exaggeratio prodigij eſt: nam offenſorem nuper lapidem, largioris ergà offenſores Hebræos beneficentiæ adminiſtrum inaugurat: & minacem lapidum offenſam, in beneficentiæ vberioris fontem refingit. Scilicet lapidibus penè oppetitur Moyſes ob aquarum penuriam (*adhuc paullulum & lapidabit me:*) ergò lapis, ſæuus offenſionis adminiſter, fiat vbertatis arbiter: & vndè inhumanior timebatur offenſa, indè largior beneficentia profluat. Hem! equis ab offenſore lapide ob aquarum penuriam, vberem aquarum ſcaturiginem plano alueo profluentem, vnquam ſperaret? Hîc *contrà ſpem in ſpem creditur*; & è peruerſo ſpei ſchola præſtantiùs eruditur. Non huic abſimile prodigium in Euangeliis legimus: nam Ioannis 10. clauſula Dominici ſermonis fuit, *Suſtulerant ergò lapides Iudæi, vt lapidarent eum.* Et Matthæi 27. ait, quòd moriente Chriſto, *Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Scilicet lapides è quibus cruenta cædes timeri poterat, cùm Iudæorum minaces iras crudeliter armant, iam depoſitâ petrinâ duritie, blandâ miteſcunt compaſſione, quò crudelitatem diluant: indéque poſſimus pietatis ſpem animitùs concipere, vndè ſæuæ lapidationis horror poterat formidari. (Quod ex Hieronymo aliàs adnotabamus.) Sic etiam nunc ex inuiſâ Moabitide omnem hoſtilitatem timebant Iudæi; & tamen Iſaiæ 16. è Petrâ eius metropoli, expectatiſſimum Meſſiam auidè præſtolantur. Sic exponit S. Hieronymus illa Prophetæ verba: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petrâ deſerti ad montem filiæ Sion.* quaſi Petra deſerti ſit Moabitis Ruth, cuius patria, vrbs regia Petra cenſetur. Quis vel ex aduerſo non ſperet, cùm ab inuiſâ Moabitide ſuum etiam Meſſiam Iudæi expetant?

Moyſes lapidibus propè impeti ur, è petrâ aquas educit, quare?

Exhod. 17. v. 6.

Lipomanus.

Moyſes aduerſa contrà ſe hoſtilitatis inſtrumēto largiùs benefacit.

5. Ioann. 10. v. 31. Matth. 27. v. 51.

Lapides armantur in Chriſtum; ſed dum patiuntur præ compaſſione ſcinduntur.

Auct. tom. de Benedic. Patr. § 45. num. 1.

Iſaiæ 16 v. 1. S. Hierony. Hic verſ. 6.

6. Geneſeos 6. Gigantum ſcelera in reliquum genus hominum latè ſerpunt; & impudentiæ vocibus diluuium expetunt: *Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore....* Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ, *&c.* O, pauidè timeat homo ab hâc ſcelerum colluuione, tot ſtrages comminante! Verùm mox tranſacto iam diluuij naufragio, paruus ille Noëricæ familiæ grex, è communi naufragio ſoſpes, & de periculo puſillanimus, ſupplex manus tendit ad Deum, tam acerbum flagitiorum vindicem. Qui ſic Noëmo reſpondet: *Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentiâ ſuâ: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci.* Peritè hîc notat Caietanus, quòd nunc Deus à ſimili maledictione anticipatam veniam donat, quia *ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt: tamquam clementiam mereatur id mali, quòd ferè inditum eſt.* Quis id neget? quis non videat? Verùm quo pacto quod nuper generale diluuium, ſeu mundi naufragium acceſſiuit, illud iam vetat? Nonne in ipſo cælo nimbus in homines armatur ad mortalium terrorem, & commune excidium, eò quòd ſceleroſiſſimorum hominum *cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore?* Benè eſt. ſit hæc pauidè metuendi cauſſa; at quare, aut quomodò illamet ratio, erit cauſſa ſpei animoſiùs erigendæ? ait enim, *Nequaquam vltrà maledicam,... quia ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt.* Tempeſtiuè pariter & acutè inibi exclamat Chryſoſtomus: *Rara miſericordiæ ſpecies. Quia, inquit, incubuit mens hominis diligenter in mala opera à iuuentute, propter hoc, inquit, Non vltrà adiiciam, vt maledicam terræ.* (Et paullò antè præmiſerat huius rationem) *Vt conſolationem det iuſto, & fiduciam ei addat.* Scilicet in priori loco pronitatem ad delinquendum propoſuit velut rationem timoris: nunc autem eandem rationem timoris publicat tamquam ſpei illicium, vt ſperandi *fiduciam addat.* Quid enim tam animosè eriget humanam ſpem, quàm ſiquis illam ipſam timoris cauſſam, recudat in ſpei incentiuum, & fiduciæ blandimentum? Sanè *rara miſericordiæ ſpecies* eſt, indè ſperare bonum, vndè timendi cauſſa abundè ſuppetebat. *Contrà ſpem in ſpem credidit.*

Gen. 6. v. 5.

Gen. 8. v. 21.

Caietanus.

Timendi ratio refingitur in ſpei blandimentum.

S. Chryſoſt.

§. CXX.

§. CXX.

Populorum rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit.

1. NVllum animal moroſius eſt, nullum maiore arte tractandum, quàm homo; nulli magis parcendum. Morbis medetur medicus, non morbis iraſcitur. Atque & hic morbus eſt animi noſtri, qui mollem medicinam deſiderat, ipſique ægro medicum minimè infeſtum. Mali tamen medici eſt, idcircò deſperare, ne curet. Idem in his quorum animus affectus eſt, facere, debuit, cui credita ſalus omnium eſt (Princeps, aut Iudex inquam,) non citò ſpem proiicere, nec mortifera ſigna pronunciare. Luctetur cum vitiis, reſiſtar. Aliis morbum ſuum exprobret, quoſdam molli curatione decipiat, citiùs meliùſque ſanaturus remediis fallentibus. *Agat Princeps curam, non tantùm ſalutis, ſed etiam honeſtæ ciatricis. Nulli Regi gloria eſt ex ſæuâ animaduerſione. Quis enim dubitat poſſe? ſi vim ſuam continet, ſi multos iræ alienæ eripuit, neminem ſuæ impendit.* Sanè miſera curatio eſt, quæ culpæ characteres, & indecora ſupplicij ſtigmata iu ſanato relinquit, quæ veſtigiis ſanitati iam hominis inſidientur, & dedecore relapſionem ſubornent. Ergò agat Princeps curam non tantùm ſalutis, ſed etiam *honeſtæ cicatricis*, ne curata ægritudo pernicioſiùs recrudeſcat.

Agat Superior curam, non tantùm ſalutis, ſed etiam honeſtæ cicatricis.

Seneca l. 1. de Clement. c. 17.

2. Tametſi Dauid cōfeſtim audierat ex Prophetæ, atque adeò ex Dei ore, ſceleris ſui optatiſſimā veniam; tamen adhuc ſupplici oratione, & precariis ſingultibus, atque redemptricibus lacrymis, peccati ſui veniam rogat, illúdque magis ac magis delere ſatagit. Miſerere mei Deus, inquit, ſecundum magnam miſericordiam tuam: *Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me.* Benè notat Heſychius, quòd Dauid, non ſimpliciter lauari, ſed lauari ampliùs rogauit, *petens, vt purgatio crimini ſeu lapſui reſpondeat*: pluries deliquit, plures Dei miſerationes, vt delicti etiam reliquias penitùs emaculet. Nam quēadmodùm (ait Origenes) maculæ expunctu difficiles, non vnicâ, ſed pluribus ablutionibus eluuntur; ita magnæ iniquitates multis Dei miſerationibus eximuntur. Ita quidèm. Sed redeat iterùm Heſychius nuper laudatus, qui hâc ſuper re inſigniter philoſophatur: *Secundùm multitudinē miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate meâ. Rogat*, inquit, *deleri iniquitatem, ita vt non ſolùm curetur vulnus; verùm ne cicatrix quidèm relinquatur. Quamobrem miſerationum etiam multitudinem prætendit: neque enim ab vnâ miſeratione, hoc eſt, veniâ vnius delicti peccator ſaluari poteſt, ſed ad multa multis opus eſt miſerationibus, vt minas & ſupplicium effugiamus.* Nimirùm tametſi per veram pœnitentiam deleatur peccati macula, reſident tamen eius reliquiæ, id eſt, veſtigia, non boni habitus, & temporalis pœnæ pœnaliſſimus reatus: & ſanato peccati vulnere, adhuc manet inhoneſtè fœda fœdi vlneris *cicatrix*. Ne verò hæc maneat, ſed vt perfectè expungatur, Dei *magnam miſericordiam*, aduocat auxiliarem. Neque modò *magnam miſericordiam*, ſed etiam piè beneficum *miſerationum* multimodum vſum (quem appellat *multitudinem miſerationum*) obnixiùs in auxilium adſciſcit. Quaſi dicat Deo: Iam ex Prophetæ Nathan ore, ac proindè de tuo, audiui peccatum meum eſſe dimiſſum, & vulnus ſanatum: nunc, non *magnam miſericordiam tuam* duntaxat, ſed etiam *multitudinem miſerationum tuarum*, apprecor, *vt non ſolum curetur vulnus; verùm ne cicatrix quidèm relinquatur.* Sic *agit curam, non tantùm ſalutis, ſed etiam honeſtæ cicatricis?* Sic à ſtigmate *cicatricis* cautè timet? An veretur à *cicatrice* fœdi delicti duraturam contumeliam? an à contumeliâ ex fœdo ſcelere ortâ timet relapſionis periculum? O quotiès infamia ſceleroſum inuenit, aut facit! Miſera curatio eſt, quæ ſanati vulneris contumelioſam *cicatricem* relinquit, quæ ſæpè eſt vlterioris lapſûs præſagium. Hoc Heſychius *minas* appellauit, quod nomen ethicè grauidum alibi aliorsùm enucleatiùs expendimus.

Pſal. 50. v. 3. & 4.

Heſychius. ibi in Catenâ.

Origenes. inibi.

Satagit Dauid, non ſolùm vt vulnus curetur, ſed ne cicatrix quidem relinquatur.

Lucæ 15. Prodigi adoleſcentis inconſultum abſceſſum, ſuadente fame regreſſum, obſcœnæ laſciuiæ cēſum ligurientis culpam, pecuinæ ſeruitutis contumeliam, & pœnitentiam animitùs auſpicatam prætermitto, vt Patris occurſum, bonitatem patris, patris benignitatem erga perditiſſimum filium expendamus. Et ſurgens, inquit, venit ad patrem ſuum. *Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Quomodò *longè* eſt is, qui per pœnitentiam venit? qui nondùm peruenit. Pater priùs *vidit illum*, vt ipſe patrem poſſet videre. Videns autem illum à longè venientem, *miſericordiâ motus eſt*: nouetur miſericordiâ, qui loco non poteſt moueri: & *accurrit*, non progreſſu corporis, ſed feſtinato paternæ pietatis affectu. Tandèm pius pater videns pœnitentiæ greſſibus venientem ad ſe filium, *cecidit ſuper collum eſt, & oſculatus eſt eum.* Sed quid eſt, quòd Pater ſuper oſculati filij collum feſtinato amplexu decumbit? Pulchrè ad rem Chryſologus: *Cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Pater peccata filij redemit oſculo, clauſit amplexu, ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne fœdaret. Pater ſic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, neuum filio ne relinquat.* Ecce tibi, quòd Dauid ſuſpirat, & ambitioſis piè lacrymis hianter expetebat, nunc adoleſcens Prodigus feliciter conſecutus eſt. *Cecidit ſuper collum eius* pater piiſſimus, vt iacentem, erigeret, & eius fœda crimina *amplexu clauderet. Pater ſic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, neuum filio ne relinquat.* O! ſic agit curam, non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam *honeſtæ cicatricis.* Vel à *neuo* timet, qui oſculo peccata redemit, qui vulnus gratiâ ſanauit, qui delicti *cicatricem* expunxit? Sic curat peccati arcere diffamiam, relapſui lenocinantem infami *cicatricum* ſuffragio? O! æſtuantes criminoſi flagitij reliquias, ſic ſtudioſè expungere oportet? *Cicatrices* putas, & meræ inſidiæ ſæpè ſunt, & relapſionis *minæ*. 3.

Lucæ 15. v. 20.

Delicta filij pater amplexu claudit, ne cicatricem in ſanato vulnere relinquat.

S. Chryſol. Serm. 3.

Dum pius pater reducis filij crimina *amplexu claudit*, 4.

claudit, & oſculo diſſimulat, confeſtim feſtinato conſultiſſimè ſtadio, dixit ad ſeruos ſuos: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius.* Hi *ſerui* ſunt *Angeli* vel *ſacerdotes* vt vult Theophylactus, vel *Prædicatores*, vt mauult Auguſtinus: hi enim ſunt ſerui & adminiſtri reconciliationis peccatoris cum Deo. His iubet vt afferant *ſtolam primam*, id eſt, priſtinam, quâ ante abitum vti ſolebat in domo patris, quæ erat veſtis pretioſa vſque ad talos demiſſa: certam enim & priſtinam ſtolam, illamque eximiam hîc notari patet ex duplici articulo Græco τὴν ϛολὴν τὴν πρώτην: erat ergò hæc ſtola priſtina toga talaris, quæ nobilium erat filiorum, quam abiens in domo patris reliquerat, viatoris habitum aſſumens. Itaque bonus pater reconciliandi filij peramans, dum ſeruos abſenrat, qui ſtolam illam primam ſeu priſtinam adducant, ſtricto ipſe amplexu filij veſtiuit nuditatem. Quâ de re ſic ad rem luculenter idem philoſophatur Chryſologus: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum. Hinc eſt quòd à ſeruis antè veſtiri voluit filium, quàm videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas: quia pater ſolus videre filij non poterat nuditatem.* O boni Superioris medicè peritiſſimi idealem typum, in hoc pio patre moraliſſimè expreſſum! ô reconciliatricis gratiæ arcanam viuidè efficaciam! Bonus Pater adoleſcentis Prodigi nuditatem beneuolo amplexu tegit, ne nudus à ſeruis videri poſſit. Proferant ſerui quantocyùs priſtinam illam gratiæ ſtolam, ne priùs inueſtem videre poſſint, quàm priſtiná gratiæ ſtolâ veſtitum videant. Sic vel ab *Angelis* videnda reconciliati filij nuditas ſymbolicè præcauetur? Primam illam gratiæ ſtolam, innocentiæ æmulam, reconciliatus per pœnitentiam filius, ornatè induat, vt ſoli patri Deo nudus conſtiterit, vt patri ſoli nota fuerit nuditas. Imò quæ ſoli patri Deo nuda fuit peccatoris filij nuditas; quaſi poſt exactam ritè pœnitentiam, priſtinam de filij nuditate notitiam dedidiciſſet, ſic quodammodò iam apparet patri Deo, ac ſi nunquam hactenùs nudus extitiſſet; quod eſt arcanum pœnitentiæ miraculum, quod hîc Chryſologus ediſſerit: *A ſeruis*, inquit, *antè veſtiri, voluit filium, quàm videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas; quia pater ſolus videre filij non poterat nuditatem.* ac ſi peccati olim nuditas, quæ ab aliis non videtur, à Deo etiam velut inuiſa dicatur. Sic ſatagit Deus tamquam pius pater, pœnitentem filium priſtinâ gratiæ ſtolâ veſtire, quaſi priſtina à peccato nuditas nec *Sacerdotibus*, nec *Angelis*, nec *patri* Deo, nec illi vnquam apparuerit? Sic vel *naui* aut notamenta peccati per pœnitentiam expuncti, ſæpè nocent? Tanta ne Deo, non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ *cicatricis* cura peragitur? Sic dimiſſorum ſcelerum probroſa indicia, recuperatæ gratiæ inſidiari ſolitant?

Lucæ 15. v. 22.

Theophyl.

S. Auguſtin.

Cornelius. ibidèm.

Græcus.

S. Chryſol. Serm. 3.

Filij Prodigi nuditas, nū ab Angelis videnda præcauetur?

An nuditatem quam alij non vident, pater Deus non videre dicatur?

5. Pſalmo 31. hæc epigraphe præſcribitur: *Ipſi Dauid intellectus.* Quæ nam eſt hæc arcana intelligentia Dauidi cælitùs inſpirata, quam in hoc Pſalmo prouulgat: *Beati*, inquit, *quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Non morabor hîc pauculos commentatores, qui diſcrimen inter iniquitatem & peccatum moroſè ſcrutantur. Sanè expenſione dignum eſt, quòd cùm benè peccati iniquitas per pœnitentiam dicatur *remiſſa* in priori hemiſtichio; in poſteriori, *tecta* dicatur. An peccatum quod à gratiâ iuſtificante *dimiſſum* eſt, abolitum, ac protsùs expunctum, nunc *tectum* dici queat? Hinc ogganiunt Hæretici inſanè argutantes: quod *tectum* eſt, ibi eſſe, vbi tectum eſt; alioqui tegi non poteſt, niſi quod inibi tectiùs latet. Verùm enimuerò (quod cum bonâ Hæreticorum veniâ dixerim) magno abolitionis auctario, peccata ſemel per idoneam pœnitentiam *remiſſa*, poſt multas demùm lacrymas, & contritum ſeuerioris pœnitentiæ angorem, peccata *tecta* nominantur; quippe quæ non modò *remiſſa* & deleta ſint, ſed etiam abolita, vt nec in peccatore indicia veſtigiáue extent, quibus appareat, ſiue tranſpareat, eiuſmodi delicta vnquam fuiſſe patrata. Hanc expoſitionem inibi Græci Patres his verbis ſapienter tradiderunt: *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*, &c. *Lamentis, inquit* Dauid *& lacrymis aſſiduis propter peccatum intabeſcens, & omniq generis calamitatibus idcircò circumdatus, felices illos ac beatos nuncupo, qui Domini benignitate, peccatorum conſecuti ſunt remiſſionem.* (Nota quam ſubdit ſententiam de arcanâ peccatorum tectione, ad quam proferendam Dauid, ſe *intellectum* diuinitùs accepiſſe præſtruxerat) *Tantâ ſiquidèm in illos vſus eſt liberalitate, vt non ſolùm remittat, verùm etiam obliteret peccata, & neque veſtigia eorum relinquat.* Nimirùm, ait Dauid, id lacrymis, id lamentis, id auſteriori diuturnè pœnitentiâ adnitor, vt poſt *remiſſum* peccatum, aſſequar *tectionis* beatam felicitatem; nempè quòd Deus mea *obliteret peccata, & neque veſtigia eorum relinquat.* Scio enim homines videre vltra quàm habent oculos, & *dimiſſa* delicta, quæ nec cæcis litteris apparent, malitiæ ingenio legere, & per *veſtigia* antiquam culpam ruſpari. O vtinàm ſic iam *oblitterentur*, vt nec coniecturis tranſpareant: ſic deleantur, vt neque *veſtigia* permaneant. Quaſi dicat: Sanatum eſt vulnus, manet tamen ex *cicatrice nauus.* Quod etiam hîc in Ruthâ videre licet: quæ iam Moabitidis idolis ſeriò abiuratis, Iſraëlitici Dei ex animo cultrix, Bethlehemitarum conciuis & cognata; non iam Ruth, ſed *Moabitis* adhuc nominatur. Curatum eſt vulnus, manet tamen in nomine cicatrix.

Pſal. 31. v. 1.

Tegi peccatâ eſt ſic obliterari, vt nec que veſtigiâ remaneant.

Græci Patr. in Paraphr. ibi.

Hîc verſ. 6.

§. CXXI.

Non eſt magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat.

1. COnſcientiæ ſatisfaciamus, nihil in famam laboremus; ſequatur vel mala, dum benè merearis. Sanè gloria non eſt res ambitionis, ſed vmbra virtutis eſt, ſui riuales plerumque deſerit, & inuitos comitatur. Sed quemadmodùm aliquandò vmbra antecedit, aliquandò ſequitur, ita gloria aliquandò antè nos eſt, viſendámque ſe præbet, aliquandò in auerſo eſt, maiórque quò ſerior vbi aliorum inuidia ſeceſſit, nec appetentia noſtra propiùs acceſſit. Neſciunt gloriæ

Officia ſumma, media, ac infima, pari ſolertiâ obnixius adminiſtranda.

gloriæ cupidi quid gloria ſit, & quemadmodùm paranda. In celſo dignitatum faſtigio illam quærunt, cùm in mediano etiã,& infimo loco ſit. Nõ prælustris dignitatis celſitudo,ſed cuiúſque boni muneris ſedula adminiſtratio adminiſtratorem illuſtrat,& virum ſuum etſi tardè loquitur. Quiſquis prælucere de magni duntaxat muneris claritudine ambit, fulgorem infuſcat ſuum, & obuiæ nubeculæ obiectu aut faſtigij depoſitione, aut officij infimitate infeliciter obſcuratur. Qui Deo prælucet, vbiuis locorum lucet. Quiſquis in humili pariter ac in excelſo loco idem ipſe eſt; nec an aliquid magnum,ſed qualiter illud quodcumque ſit, conſiderat; nec ſublimia affectat, nec demiſſa faſtigioſè dedignatur: ſed vbilibet munus ſuum obnixiùs adimplet; ille, ille inquam, plenè magnus eſt, & vltrà humanum faſtigium ſublimis; Paulli de gloriâ æmulus,

2 Corint. 6. v. 4. &c.

cuius animoſa vox eſt: *In omnibus exhibemus noſmetipſos, ſicut Dei Miniſtros in multâ patientiâ .... in virtute Dei*(id eſt, miraculis)*per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; per gloriam, & ignobilitatem; per infamiam, & bonam famam; vt ſeductores, & veraces; ſicut ignoti, & cogniti*, &c. Ad omnia ſumma generoſè naſcitur, qui ſumma, æquè ac mediana, atque infima ſolerter adminiſtrat.

2. Exhodi 17. in aridâ vaſtè eremo Hebræus populus præ aquæ penuriâ anhelâ ſiti hianter exæſtuat. Et murmurauit contra Moyſen, querulus dicens: Cur feciſti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? Clamauit autem Moyſes ad Dominum:

Exhod 17. v. 5.

& ait Dominus ad Moyſen: *Antecede populum, & ſume tecum de Senioribus Iſrael: virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle in manu tuâ:* percutiéſque petram, & exibit ex eâ aqua, vt bibat populus. Alibi expendebamus, cur Seniores populi comites ſecum ducere iubetur: & quare qui parùm abfuit, vt *lapidibus* obrueretur ob aquæ penuriam, è *petrâ* aquas eduxerit. Nunc autem attentiùs perquirere oportet, cur illi iuſſum ſit, vt virgam manu ſuâ tollat, quâ *percuſſit fluuium*. quandoquidèm ipſum Moyſem fluuium virgâ percuſſiſſe, nuſquam legitur. *Flumen au-*

S. Auguſt. quæſt. 64. in Exhod.

tem, ait Auguſtinus, *Aaron legitur, non Moyſes virgâ percuſſiſſe. Nam Moyſes eadem virgâ mare diuiſit, non flumen. Quid ſibi ergò vult, Accipe virgam in quâ percuſſiſti flumen? An fortè mare appellauit flumen? Quærendum exemplum locutionis huius, ſi ita eſt, an quod Aaron fecit, Moyſi tribuendum eſt?* Sanè ambiguus eſt huius virgæ Dominus, & incerti dominij poſſeſſor, ſeu potiùs adminiſter. Quâ de re ſic indidèm

Lipomanus. *Virga iam Dei, iam Moyſi, non dedignatur dici Aaronis virga.*

ſcribit Lipomanus in Catenâ: *Et virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle manu tuâ. Non Moyſes fluuium percuſſerat, ſed Aaron; iam ergò Moyſi virga, iam Aaron, iam denique virga Dei nominatur.* Moraliſſima quidèm obeundi muneris eruditio! Nimirùm *virga* hæc, miriſſima ſemper fuit, exprompto ad quæuis prodigia miniſterio opinatiſſima; par ſibi ſemper, & muneri ſuo ſemper æqualis; ſiue ſummi *Dei virga* dicatur, & diuinâ generoſè manu regatur, illíque miniſteriale officium præſtet nobili præcelsè obſequio ad ardua quæque ſublimiter patranda: ſiue etiam Moyſi, ſupremo Hebræi populi Principi famuletur, famulatum hominis minimè dedignatur, quæ diuini miniſterij cenſu æſtimabatur, & *virga Dei* nominari meruit. Imò (quod mirere magis) & *virgam Aaronis* appellari non erubeſcit, nec illius tamquam Subpræfecti ſeruitio famulari detrectat; ſemper gaudens, alacris ſemper, & ad cuiuſuis ſeruitium adæque habilis, efficax,& prompta. Siue è manu Dei deſcendat in manum Moyſi, ſiue ab huius manu in manum Aaronis, par ſuo muneri explendo ſemper eſt, & ſi à muneris ſublimitate, & vocabuli honorificentiâ deſciſcat, nobiliter ſemper degenerat; quæ *iam Moyſi virga, iam Aaron, iam denique virga Dei nominatur.* Ergò cum Paullo munerum adminiſtrandorum Coripheo, *In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei Miniſtros in virtute Dei per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & nobilitatem*, &c. Eandem etiam admirari licet Ruthæ

Hic verſ. 7.

ſedulitatem, quæ ſibi ſemper æqualis fuit, ſiue in ruralis ſpicilegij humili abiectione, ſiue in opulento Boozi connubio, ſiue in Obedi, & indè Dei progeniturâ auguſtè generoſâ.

Geneſeos 32. poſt Iacobi cum Angelo luctam 3.

Geneſ. 32. v. 29.

feliciter peractam, interrogauit eum Iacob: *Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum?* (addunt Biblia antiquiora,) *quod eſt mirabile?* Conſultè nunc quærit Iacob, de quo ipſe nuper ab eodem quæſitus eſt: tum etiam nomen ipſius quærit, vt honoris ac obſequij ergà eum officia expleat: quo animo Samſonis pater in lib. Iudicum, idem ab Angelo

Iudicum 13.

ſciſcitatur. Verùm prudenti alioquin interrogationi nihil reſpondetur, ait inibi Lipomanus;

Lipomanus.

quia *Angelus non veniebat in nomine ſuo, ſed Dei, cuius nomen ineffabile, ſiue admirabile, iuxtà illud Iſaiæ 9. Vocabitur nomen eius, Admirabilis; ideò Reſpondit, Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile?*

Iſaiæ 9. v. 6.

Nomen ſuum abſcondit in eo munere, quod obit, non ſuo, ſed alieno nomine. Quaſi dicat: Ad me ſpectat, miniſteriale. Dei officium plenè exequi; non ex miniſterio pleniùs executo, gloriam, & hominum obſequia nomini meo ambire, ne quod gloriæ nominis mei accreſcit, obeundi muneris plenitudini deſit. Deeſt enim miniſterio, quod vanæ gloriæ adiicitur. De quo aliàs. Carthuſianus au-

Obeũdo muneri deeſt, quod vanæ gloriæ adiicitur.

Carthuſian.

tem ita inibi ſcribit: *Ideò Angelus dixit: Cur quæris nomen meum? quoniam nomina Angelorum qui foràs mittuntur, mutantur iuxtà diuerſa obſequia ad quæ explenda mittuntur. Sicut Angelus miſſus ad purganda labia Iſaiæ, vocatus eſt Seraph, ex effectu inflammationis, cùm tamen non eſſet ex ordine Seraphim, iuxtà doctrinam diuini Dionyſij de Eccleſiaſticâ hierarchiâ.*

Iſaiæ 6. v. 2.

S. Dionyſius

Plenum ſanè Angelorum elogium eſt, vt à munere quod
plenius obeunt, vocabuli prærogatiuam mu- 4.
tuentur, & de expleti officij dignitate, nominis dignitatem accipiant. Adeò vt miniſteriale officium illis nomen præſtet, & nomen buccinet expleti muneris cuiuſcúmque præſtantiam. *Grata ſunt omninò nomina, quæ deſignant protinùs actiones: quandò tota ambiguitas audienti tollitur, vbi in vocabulo concluditur quod geratur*, dixit eleganter Caſſiodorus. Profectò valde generoſum & *mirabile* eſt eius nomen, quod expleti muneris elogium reſonat. Sileant Maiorum cognomina nobilioribus ſtemmatis illuſtriſſima; Angelorum quidèm *nomen mirabile* eſt, & hominibus arcanè æmulandum, quo non præſtantia naturæ, non gratiæ excellentia,

Caſſiod. l 6. Var. epiſt 7.

Angelorum nomen mirabile eſt, quia ab officio plenè adimpleto eſt.

non

non cælum pro natali ſolo, non ſtrenua naturæ & gratiæ facinore; ſed quodcumque miniſteriale officium abundè adimpletum, tamquam proprium cuique nomen nobiliter mutuantur: maluntque indies nomina euariare, quàm nomen ſibi ab officio non feciſſe. Adeò vt quiuis ex infimo Angelorum ordine, ſupremum Seraphini vocabulum, dignè ſibi faciat ex munere. Quod, ſicut ipſe ſine ambitione præſumit, ſic Seraphini ſupremi ſine iniuriâ conniuent; nec hierarchiâ diſpares, nominis commercium dedignantur, vt ex Dionyſio præſcripſimus.

Angelus etiam infe-rior Seraph ab officio ap-pellatur.

5. Lucæ 2. Virgo Maria Dei grauida, cum ſponſo Ioſeph peregrinatur in Bethlehem. Factum eſt autem cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit Filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Ecce naſcitur expectatio Gentium, Iudæorum cognata ſpes, periclitantis mundi expectatiſſimus Saluator. Sed videamus cuinam primùm Dei recens nati lætum nuncium defertur? Confeſtim ſubdit Euangeliſta: *Et paſtores erant in regione eâdem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum,* Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxtà illos, & claritas Dei circumfulſit illos. Et dixit illis Angelus: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, &c. Hem! an non è re Dei potiùs foret, vt Hebræi populi Principes, Pontifices, Senatores, Legis ſapientes, & Iudæorum Proceres, ſpectatiſſimum ſuum Meſſiam, primi omnium agnoſcerent? notitia enim illorum, reliquorum perſuaſio de Chriſti aduentu certiſſima foret. Hos Angeli negligunt, & è cælo edocti, ad Paſtores properant? Ita quidèm, ad Paſtores, qui in multâ etiam nocte ſuper gregem ſuum exſomnes vigilant. Tempeſtiuè Ambroſius: *In eâ nocte*, inquit, *Paſtores naſcentem Dominum ſuper gregem ſuum vigilias obſeruantes, primi præ omnibus didicerunt. Ipſi enim primi ortum Saluatoris ante omnes homines intimantibus Angelis cognouerunt. Vndè mirum eſt, quòd priùs redemptionem ſeculi potuerunt ſcire, quàm Principes. Non enim Angeli annunciauerunt Regibus, non Iudicibus, ſed hominibus ruſticanis. Non ergò iam mirandum eſt, ſi Chriſti gratiam antè ſcire meruerit innocentia, quam poteſtas* (Innocentiam vocat ruſticorum ſedulitatem ruſticano operi intentam;) *& priùs cognoſcere veritatem ſimplex ruſticatio, quàm ſuperba dominatio. Quod enim cognouerunt Paſtores, Principes cognoſcere requiuerunt.* Quod Ambroſius facundè differit, hoc verborum compendio dixit Gregorius: *Dum ipſi* (Paſtores) *piè ſuper gregem vigilant, diuina ſuper eos gratia largiùs coruſcat.* Nempè rutalis Paſtorum ſolertia, dum muneri ſuo plenè obeundo attentiùs inuigilat, Angelorum blandimento exultat, & primâ arcanioris myſterij annunciatione nobiliùs honoratur. Gratia diuina non quærit ſublimia præcelsè munera; ſed eos, qui etiam ruſticanis ac vilibus officiis, quæ ex munere obeunt, ſolerter inuigilant, & plenè adminiſtrant. Angeli ſublimiores negligunt ſedes, plenas nobilitate, munere vacuas; & greges Paſtorum caulas munere ſuo plenas, notione Saluatoris adimplent. Sic etiam nunc ad auguſtiorem Progenitricis.

Lucæ 2. v. 8.

Angeli ruſticanos quærunt, qui ſua officia plenè obeunt.

S. Ambroſ. Serm. 13.

S. Greg. homil. 8.

P. Didac. Celada in Ruth.

Dei gratiam, Ruth eligitur, & tot Regibus, & Regum Rege, Chriſto Domino, eius aluus impletur. Rutha inquam dudùm marito officioſa, ſocrui nunc laborioſè ſedula, & ſudato ſpicilegij officio operoſa. Hæc, hæc inquam, muneris ſedulitate, magnum Boozum allexit; & relictis aliis ſuæ gentis prænobilibus & opulentis matronis, huius nuptias meritò ambiuit; quam regiâ prole confeſtim impleuit.

Ruth 3. v. 10.

---

§. CXXII.

Oratio, per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur.

SAnctus Ephræm Syrus hæc orationis Synonyma ſeu epithera conglobat: Oratio, inquit, temperantiæ eſt cuſtodia, iracundiæ frenum, animi elati repreſſio, & ad modeſtiam reuocatio, odij ad acceptas iniurias medicina, inuidiæ deſtructio, impietatis correctio. Oratio, corporum robur, rei familiaris adminiſtratio, *recta iuris legumque conſtitutio, regni potentia, trophæum belli, tutela pacis. Oratio, virginitatis ſigillum eſt*, fides nuptiarum, viatorum præſidium, dormientium cuſtos, euigilantium confidentia, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus. Oratio, reorum patrona, vinctorum relaxatio, mœrentium conſolatio, lætantium iucunditas, lugentium ſolamen, *celebritas feſti natalitij*, coniugum corona, *morientium ſepultura.* Oratio, cum Deo eſt colloquium, par cum Angelis honor, proborum promotio, ab improbis auerſio, & peccantium emendatio. Hactenùs ille: quibus verbis innui videtur, quòd Oratio cum reliquarum virtutum opere, vices quodammodò reciprocat: quaſi virtutes ceteræ ſint quædam orationis ſynonyma, vel potiùs conſequentiæ; & oratio ſic piis actionibus ſit confinis, vt virtutum actio ſpecie orationis coloretur.

1. S. Ephræm de Orando Deum.

Conglobata orationis elogia; & illius cum reliquis virtutibus commercium.

2. Pſalmographus ſic pangit Pſalmo 1. edocens quid vir bonus agere, quid vitare debeat, vt beatus poſſit præproperè nominari: Beatus vir, inquit, qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* In lege Domini *voluntas*, id eſt, ſollers ſtudium, diligens ſollicitudo, & attentior diligentia. Sed quid eſt, In lege eius *meditabitur* die ac nocte? Sanè perindè eſt, ac ſemper. Beatus igitur, inquit, qui impios non ſequitur, qui peccata deteſtatur, qui peſtilentes fugit, & ſe totum tradit diuinæ legis *meditationi*, ſemperque intentus eſt fructuoſæ contemplationi. Quid? hîc Dauid opera humana arcet ac vetat, & meditationis ſeu contemplationis perenne otium perſuadet? Forſan otioſè inertem, & oſcitanter deſidem excudit virtutem in Pſalmorum, ideſt, perfectionis officinâ? ô actuoſum orationis ſeu meditationis otium, ſedulâ operatione ineffabiliter imbutum! Audiendus eſt Origenes ſic inibi ad rem fatus: *Meditatur legem Domini die ac nocte, non qui verba legis ſine operibus eius memoria mandat; ſed qui meditando peruenit ad opera ipſis conſentanea, donec per aſſiduam legis operum meditationem,*

Pſal. 1. v. 2.

Meditatio ſeu oratio vices cum bonâ actione reciprocat.

Origen. in Catenâ Græcor. Patr. apud Corderium.

V *promptus*

promptus efficiatur ad præſtanda omnia quæ ſecundum legem perfectè viuenti conducunt. Sic enim fieri poterit, vt quis totâ die ac nocte. Dei legem meditetur. Et poſt paucula, hâc commentationis clauſulâ, & perfectæ orationis gnome ſententiam concludit: *Dum omnia facit ſecundum rationem, ita vt omnis actio ſit oratio.* Accinunt Græci Patres in commentario apud eundem ibi Græci Patr. Corderium: *Meditatio enim, eſt quidam vſus & exercitatio actionis.* O benè! Nimirùm *meditationes* theoricâ contemplatione ſteriles, & multiloquentiâ quodammodò garrulæ, hîc ad beatitatem minimè computantur; ſed practica *meditatio*, ſic actuoſa, & bonæ operationi cognata vt de valido propoſito, & rectæ operationis confinio etſi *meditatio* ſit, ſit etiam velut *quidam vſus & exercitatio actionis.* Adeò vt viri perfecti (qui nunc *beatus* dicitur) *meditatio*, ſit quædam *exercitatio actionis*; & vice verſâ, *omnis eius actio ſit oratio.* Sic viciſſim alterutrius elogium alter mutuat arcano commercio, vt actio meditari & orare, & meditatio & oratio operoſâ exercitatione agere dicantur. Quò fit vt neque actionis negotio deſit orationis otium; neque in ordinis otio, actionis negotium deſit, per cognatas perfectæ orationis, & boni operis conſequentias. Porrò proficua meditatio eſt boni operis matrix, pignus, & obſes; & rurſùs bonum aſſiduè opus, fructus eſt orationis, illius ſtipendium, & fomes. Sic bona oratio bona opera fœcundat, & bona opera orationem animitùs adipant! Moraliſſimè quidèm Origenes!

3. Idem regius Propheta in Pſalmo 45. ſic concinnè iterùm pangit: Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram auferens bella vſque ad fines terræ. Pſal. 45. v. 11. *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus.* Mirum ſanè, ac valdè mirum videtur, quòd vacationem ſeu otium Deus perſuadeat. *Ad orationem, & in oratione otiũ agendum operoſè eſt.* Nam deſes vacatio, & iners otium, fertile prauitatum omnium ſeminarium eſt; & ceſſationis ſpecie, ad malum nimis actuoſum. Sanè otioſa vocatio ad Dei contemplationem non cenſetur blandimentum, ſed pellacia ad omnem malitiam fœcundiùs operoſa. Verùm S. Auguſtinus in lib. de verâ relig. cap. 35. appellat otium non deſidiæ, ſed otium cogitationis; quare huic otio actionem adſociat, S. Auguſt. ſic locum excribens: *Agite otium, & cognoſcetis quoniam ego ſum Deus.* Quid eſt ad perfectiorem Dei meditationem, *otium agere?* Quæ eſt hæc actio otioſa, ſiue hoc otium actiuum ſeu actuoſum? S. Baſilius. S. Baſilius apud Catenam Græcorum Patrum indidèm, ita ſcribit: *Vacate, & videte, &c. Is qui paſſionibus vacat, hic demùm capax eſt notitia Dei.* *Homo euacuet vndè plenus eſt, vt impleatur vndè vacuus eſt.* O quàm eſt operoſè occupatum humanis *paſſionibus* reſiſtendis, frenãdis, extirpandis vacare! & in hanc curam obnixiùs incumbere, quò *paſſionibus* operoſè vacans, meditationis otio quietè vacet! Enimuerò Remigius. ibibi. Remigius hanc occupatiſſimam vacationis aut otij actionem, ſic exponit: *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus. Vacate, id eſt, vacui eſtote, vndè pleni eſtis; implemini, vndè vacui eſtis Quaſi dicat: Euacuate ſaccos veſtros paleâ & implete eos granis; & ſic videte quoniam ego ſum Deus.* Itaque hîc *vacare* ad meditationis ſeu, contemplationis quietem, non tam eſt merum ipſius otium, quàm operoſum *euacuationis* negotium, quo quis *paſſionibus vacare* ſatagit, vt plenè meditationi vacet; & à terrenis vacuus, in negotio diuinæ contemplationis & meditationis totus occupetur. *Vacate*, ideſt, *agite otium, & videte quoniam ego ſum Deus.* hoc eſt: *Vacui eſtote, vndè pleni eſtis; implemini, vndè vacui eſtis.* Profectò nimis operoſum eſt, corda noſtra *paſſionibus*, quibus plena ſunt, *euacuare*; atque eadem, actuoſis virtutum operibus, quibus vacua ſunt, obnixiùs *impleri*, vt ſic cæleſtium meditationi, & diuinæ contemplationi, *vacemus.* Vide quàm ſit iſtiuſmodi vacatio, nempè contemplationis, meditationis, ſeu orationis otium, actuoſis operibus occupatum, & operoſis actionibus plenè actuoſum, dum euacuandis paſſionibus vacat, & in adimplendis virtutum operibus negotioſè occupatur. O *agamus* ſollicitè hoc operoſum virtutis *otium*, ne meditatio ab opere otietur, nec ferietur bonum opus ab orationis ſeu meditationis elogio! Vndè boni viri *omnis actio ſit oratio*; & viciſſim *meditatio ſit vſus & exercitatio actionis.*

Pſalmo 1. Beatus inquit, vir, qui non abiit in 4.
conſilio impiorum, &c. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius *meditabitur* die ac nocte De homine igitur ſic *meditationis* ſtudioſo, illicò ſubdit: *Et erit tamquam lignum, quod* Pſal. 1. v. 3. *plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet. Et omnia quæcumque faciet proſperabuntur.* Expenſione digniſſimum eſt, quòd poſtquam perfectus hic vir, de *meditationis* ſeu orationis piâ aſſiduitate commendatur, confeſtim ſub arboris metaphorâ eius præſtantia tempeſtiuè exponitur. Huius allegoriæ nubilum ſententiarum fœcundum, ab Interpretibus multimodè claratur. Huius ligni rami putantur Apoſtoli; fructus, virtutes, aut hi qui ſaluantur; flores, aut innocentium, aut virginum candor; folia, prædicationis ſermo. Verùm cùm aſſidua *meditatio* ſeu oratio ſubſternatur ante hanc pulchrè myſticam arborem, conіectare licet, huius *Oratio dicitur baſis ſeu radix operũ omnium virtutum.* arboris radicem meditatione cenſeri: quaſi oratio ſit radix, quæ hanc pulchram arborem tot fructuum fœcundam, altè fundat, & cuius ſucco fouetur, nutritur, & adipatur ad fertilem omnium ſanctitatum prouentum. Forſan hùc adludit Chryſoſtomus cùm lib. 1. de Orãdo Deum, S. Chryſoſt. ita ſcribit: *Neque ſola temperantia ſaluare poteſt hominem, neque cura pauperum, neque benignitas, &c. Sed oportet vt omnia ſimul concurrant in animas noſtras: ceterùm precatio ceu radix & baſis omnibus ſubſternitur.* Ecce tibi *meditatio*, oratio, ſeu *precatio* dicitur *radix* arboris, quæ omnium virtutum vberem fructum fœcundè profert, Nimirùm oratio vſqueadeò bonis operibus communicat, & virtutum omnium actionibus cognata, admixta, & confinis eſt, vt illarum omnium dicatur *baſis*, quæ illas fulcit, ſuſtenrat, fundat. Et *radix* eſt, ſine quâ exuccæ forent, defloreſcerent, marceſcerent, areſcerent. Virtutes ſine oratione, ſunt quodammodò velut fructus in arbore, exectis radicibus emortuâ, *Precatio ceu radix & baſis omnibus ſubſternitur.* O nimis verè! Eradica arborem, & fructus marcent ad interitum. Tolle orationem, & omnium virtutum opera propè eradicaſti: & fabricam ſublatâ baſi ſubruiſti.

Matthæi 6. ſic Chriſtus Deus diſcipulos eru- 5.
dit:

Matth. 6. v. 7. dit: *Orantes autem nolite multùm loqui, ſicut Ethnici; putant enim quòd in* (propter) *multiloquio ſuo exaudiantur.* Græcè propter *Battologiam* exaudiatur: eſt autem *battologia*, futilis verborum profuſio, ſeu nugax ac inanis ſermo.
Propoſitum, & actiones virtute condita, orationem complent. Docet ergò hic Chriſtus, orationis elogium non eſſe ſitum in verbis ore aut corde profuſis; ſed in colloquio mentis cum Deo, cuius velut anima ſit pius animi affectus, & ſtrenuum piè deſiderium, opere (ſi opus fuerit) non vacuum. Pulchrè ad rem S. Baſilius de Precatione, ita fatur:
S. Baſilius. *Neceſſarium eſt nos, fratres, precationem noſtram non ſyllabis explere, ſed animi magis propoſito & actionibus, quæ virtute, omni tempore vitæ noſtræ condiantur.* Battologia eſt, & futilis verbigeratio, quæ ſyllabis potiùs quàm valido animi propoſito, & operoſis actionibus perficitur. Non negant Chriſtus & Baſilius orationem verbis conſtare; ſed ethicè docent, quòd animi *propoſitum*, & *actiones virtute condita*, orationis elogium *explent*: quaſi oratio à *propoſito*, & *actionibus* complementum, & perfectionem mutuetur. Vndè *propoſitum*, & *actiones* virtute *condita* præſtant, ne oratio ſit, inanis, incompleta, vacua; quippè quam *propoſitum* & *actiones explent.* In hoc cap. 2. v. 6. interrogatus Boozi puer ab hero, quæ nam eſſet puella, quæ in agro ſuo operam dabat ſpicilegio, reſpondit: Hæc eſt illa Mobitis, quæ venit cum Noëmi, de
Hic verſ. 7. regione Moabitide, *& rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: & de mane vſque nunc ſtat in agro, & ne ad momentum quidèm domum reuerſa eſt. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum* &c. Geminatam promeruit rei ſemel petitæ conceſſionem, quæ *rogauit* ore, affectu, obſequio, & paupertate, ac ſedulitate *rogauit*: quæ precationem ſuam humilibus obſequiis adornauit, & actuoſis ſollerter *actionibus virtute conditis expleuit.*

---

§. CXXIII.

In lubrico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima.

1.
S. Bern. Ser. 6. de Aſcenſ. SAnctus Bernardus poſtquam hominem ſpiritu feruentē graphicè deſcripſerat, hoc hominis tepidi velut ſimulacrum proponit: *Contrà ſanè,* inquit, *inuenire eſt homines puſillanimes & remiſſos, deficientes ſub onere, virga & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia, puſillanimis triſtitia eſt; quorum oratio ſine cordis intentione,*
Tepidum vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix ratio frenat, vix diſciplina coercet. *lectio ſine ædificatione; quos vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix ratio frenat, vix diſciplina coercet.* Vide quot ac quanta tepiditatis elogia hîc verè pariter ac bellè Bernardus addenſat. Bernardo ſuffragatur Seneca, vt geminato calcari vecors vrgeatur inertia: *Malè mihi*
Seneca. epiſt. 33. *malo eſſe, quàm molliter; ſi mollis eſt, paullatim effeminatur animus, atque in ſimilitudinem otij ſui & pigritiæ, in quâ iacet, ſoluitur.* ô, in lubrico titubat inertia, ruinæ ſemper proxima!

2.
Pſal. 50. v. 1. & 2. Pſalmo 50. hic titulus præſcribitur: *In finem Pſalmus Dauid, cùm venit ad eũ Nathan Propheta, quandò intrauit ad Berſabee.* Et confeſtim ſub hâc epigraphe pſalmũ in totâ Dauidis pœnitẽtiâ opinatiſſimum auſpicatur, aiens: *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam.* &c. Alias vbertim exponebamus, quid τὸ *in finem*, frequens in titulis Pſalmorum ſignificet. Verùm ſingulatiter præfatam vocem interpretantur inibi Græci Patres adſpectu ad illud verſ.
13. *Et Spiritum-ſanctum tuum ne auferas à me.* Pſalm. 50. v. 13.
Sic autem hâc ſuper re ad rem præſentem eleganter ſcribunt: *In finem Pſalmus Dauid, &c.* Græci Patres in argumẽto Pſalmi.
Perſpicuè docet Scriptura Pſalmi huius argumentum, quin & verba ipſius ſatis indicant mentis affectum: continet autem futurorum prædictionem, quare etiam In finem inſcriptus eſt, vt ſermo declaret, vaticinium ſi em ſortiturum, (Penſita attentiùs verba quæ ſubtexit) *Diuini enim Spiritus radio illuſtratus, etiam pœnitentiæ tempore vaticinatus eſt. quem Spiritum, vt ſecum permaneat, deprecatur dicens: Spiritum tuum ſanctum ne auferas à me.* Nimirùm Dauid ante peccatum, innocentiâ, & Dei familiaritate præluſtris, Prophetiæ ſpiritu dotatus eſt, quo inſigniter præniruit: & toto anno, quo in peccatis perdurauit, illo Prophetiæ ſpiritu viduatus non eſt, & tamen nunc cùm pœnitentiam agit, ſollicitè præcauet, & pauidè timet, ne eiuſmo di Spiritus Prophetiæ ab eo auferatur. Res ſanè miriſſima. Donum Prophetiæ datum Dauidi ſancto, nec Dauidi peccatori ablatum, quare Dauidi pœnitenti auferendum timeatur? Quare Dauid timet à pœnitente, quod non timuiſſet à peccatore? Ablatus non eſt Dauidi iuſto, neque peccatori; eccur à pœnitentiæ auferri timet? Denenuſtatur pœnitentia, an commendatur diligens ſolertia, & pigra damnatur inertia? Nempè Dauid primùm actuoſo feruore ſtrenuus, Spiritum Prophetiæ accepit, & conſeruauit; hunc eundem Spiritum tempore peccati non amiſit; cautè autem timet Dauid, ne ſua pœnitentia ſit tepida, & inactuoſa torpeat; quare quod de ſe peccatore non timet, de ſe quaſi de tepido præcauet. Pœnitentia Dauidis actuosè feruida erat, & pœnitentium idea; ſed adhuc, quâ pollebat humilitate, pigram inertiam excutere feſtinat, & priſtino ſe feruori reſtituere, ne antiqui peccati niuibus adhuc inerter ad virtutem frigeat, aut deſes ac tepidus pigrè torpeat. Quare veritus ne Spiritum Prophetiæ amittat, huic pœnitentiali Pſalmo titulum præſcribit, *In finem,* quem timebat inquam, præſumptæ tepiditatis ſuffragio: *Diuini enim Spiritus radio illuſtratus, etiam pœnitentiæ tempore vaticinatus eſt. quem Spiritum, vt ſecum permaneat, deprecatur dicens: Spiritum tuum ſanctum ne auferas à me.* O! ſic donum quod à peccati feruore immune fuit, in præſumptâ pœnitentiæ tepiditate periclitari timetur? Hanc doctrinam iam iam dicenda explicatiùs clarabunt.
Donum non ablatum tempore peccati, tempore pœnitentiæ præſumptione tepidæ, auferri timetur.

Apoc. 3. hæc Epiſcopo Laodiciæ Eccleſiæ intimanda Euangeliſtæ Ioanni cælitùs ſuggeritur: 3. Apocal. 3. v. 15. & 16.
Scio opera, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Pro τὸ *calidus,* Græcè habetur *feruens,* hoc eſt, feruore charitatis, & virtutum ſtudio ſtrenuè actuoſus, & eximiè aſpectabilis. *Frigidus* autem dicitur, qui peccatorum frigore ad omnem virtutem torpet, ad vitia alacer. Medium tenet locum tepiditas, quam ſub acediæ nomine ſic deſcribit Climacus: *Ace-* Climacus. c. de Acediâ.

Digitized by Google

dia eſt remiſſio animæ, reſolutio mentis, puſillanimitas exercitationis, odium profeſſionis, mundanorũ beatificatrix, &c. Verùm enimverò cùm in confeſſo omnibus ſit, quòd in ſe peius ſit eſſe frigidum & in frigore degere, quàm tepidum ad frigus tendere; quid ergò eſt, quòd tepor hic damnatur præ frigore, ac dicitur Dei nomine Laodiciæ Epiſcopo, *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus?*

Thomas. Anglicus.

Sapienter inibi Thomas Anglicus: *Sermo eſt de frigido, non quantùm ad frigiditatem & culpam, ſed quantùm ad diſpoſitionis maiorem felicitatem*; quia frigidus magis aptus & diſpoſitus eſt ad emendationem, quàm tepidus, qui ſuo tepore facile eſt ruiturus in profundum peccati & gehennæ. Nam, vt præclarè ait Caſſianus:

Caſſianus. Collat. 4. cap. 19.

Frequenter vidimus de frigidis atque carnalibus, id eſt, de ſecularibus ac paganis, ad ſpiritualem peruenire feruorem; de tepidis atque animalibus omninò non vidimus.

Tepidus deſperationi confinis perhibetur.

O grande in deſide tepore periculum, ferè deſperationi confine! Profundè ad rem Magnus Gregorius hunc Apocalypſis locum perſtrictim elucidans, ſic fatur: *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es . . . . incipiam te emouere ex ore meo. Quoniam*, inquit, *frigus ante teporem ſub ſpe eſt, tepor autem poſt frigus, in deſperatione id eſt, qui adhuc in peccatis eſt, conuerſionis fiduciam non amittit: qui verò poſt conuerſionem tepuit, ſimul ſpem quæ erat de peccatore ſubtraxit.*

S. Gregor 3. p. Paſtoral. admon. 35.

ô nimis verè! Gregorio ſic accinit Chryſoſtomus, incurrendæ deſperationis calcare ſocordiam vrgens:

S. Chryſoſt. lib. de Lapſu.

Otioſa ſocordia non bona elogia conglobantur.

Radix deſperationis, inquit, *eſt ignauia, & non ſolùm radix, ſed eſt nutrix eius & mater. Nam ſicut veſtimentum & tineam generat & nutrit; ita ignauia non ſolum gignit ex ſe deſperationem, ſed alit & fouet.* Nam per ignauiam ingenium torpet, vires animi elumbantur, virtus effeminatur, pietatis ſtudium defluit, & humanitas tota ad ictus Diabolorum exarmatur. Pulchra eſt illa Catonis gnome: *Nihil agendo homo malè agere perdiſcit.*

Cato apud Cornel. ibi, qui hæc & alia addenſat.

Vide quâ doctrinâ in ignauiæ gymnaſio erudiaris. Enerues animos virtus odiſſe ſolet. Quin & ſocordia virtuti exitialis eſt, nec vitiis ſecura. Porrò in re difficili *deſperat ac diffidit omnis ignauus* (ait Ariſtoteles, *quoniam omnia pertimeſcit: at fortis contrà. Eſt enim fidentis animi audere.*

Ariſtotel. l. 3. Ethic. cap. 7.

Itaque tepiditas nõn in ſeipsâ, ſed in ignauâ ad omnia vitia diſpoſitione, matrix delictorum eſt, virtutum nouerca, malorum nutrix, bonorum auerſatrix, ſpei deſertrix, & deſperationi confinis. Nil curare, hoc eſt, vecordem eſſe; nil poſſe, hoc eſt, mortuum viuere. Vtrúmque duo vnum puta. Et inde Chriſti vota perito cenſu taxa: *Vtinam frigidus eſſes, aut calidus: ſed quia tepidus es . . . . incipiam te emouere ex ore meo.* O quàm eſt deſperationi cognatus, quem Chriſtus Deus ex ore ſuo euomere incepit!

4. Ad Romanos 12. ſic monet Paullus: Odientes malum, adhærentes bono. *Sollicitudine non pigri: Spiritu feruentes: Domino ſeruientes.*

ad Rom. 12. v. 11.

Itaque impigram in virtutis ſtudio ſedulitatem Paullus Romanis ſeriò præcipit. Qui autem ſint iſti impigri ſollicitudine, & Spiritu feruentes, his verbis exponit Baſilius:

S. Baſilius. in Regul. breu. 259.

Spiritu feruens eſt; qui ardenti ſtudio, & inexplebili cupiditate, & aſſiduâ diligentiâ voluntatem Dei facit in charitate Ieſu Domini noſtri conuenienter illi, quod ſcriptum eſt, In mandatis eius volet nimis. Nimirùm ille ſollicitudine impiger, feruenti ſtudio ſeruit Domino, qui *inexplebili cupiditate in mandatis eius volet nimis.*

Feruor inexpleb. li cupiditate etiam vltra vires operari cup. t.

Exaggeratiori vocabulo viuidè rem Baſilius expreſſit, cùm ait, *Inexplebili cupiditate.* Porrò τὸ *cupiditas*, audaciuſcula vox eſt, quâ cupido quædam, ſeu velut libido honeſtatis, hianter *inexplebilis* ſignificatur. Quare peridoneè ſubditur locus Pſalmi, *In mandatis eius cupit nimis*: ſic enim habet Romanum Pſalterium, & Arnobius.

Pſal. 111. v. 1. Pſalter. Roman. Arnobius.

Scilicet *inexplebili cupiditate* in mandatis Dei *cupit nimis.* Quem locum tractans Richardus Victorinus, ait, *in mandatis Domini velle*, aut *cupere nimis*, eſſe plus velle quam poſſe, & non capere de hâc impoſſibilitate ſolatium, ſed potiùs deſiderij ſuſcipere incrementum, atque cupere deſiderare iuſtificationes diuinas, edendo eſurire, bibendo ſitire.

Richardus. l. de Gradib. Charit. p. 1. cap. 2.

Nempe *inexplebili cupiditate* in mandatis Domini *cupit nimis*, qui vltra quàm poteſt, in re virtutis cupit, audet, adnititur. Hic, hic inquam, *ſollicitudine non piger, ſpiritu feruens, Deo ſeruit.* Vide nunc quàm impigrâ ſollicitudine ſedula in laborem Rutha incumbat, quod meſſorum Præfectus non ſine admiratione Boozo refert; *Hæc eſt Moabitis, quæ rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: & de mane vſque nunc, ſtat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuerſa eſt.*

Hic verſ. 7.

Et poſt agrarium prandiolum æſtuanti ſpicilegio vltra muliebre robur indeſeſſa inſtitit; mox grana ſollerter excuſſit, & benè onuſta domum alacris portauit.

Adhuc Dauid præſumptæ à diuturno peccato 5.
tepiditati medicinam parat: idcircò ſic Deum apprecatur: *Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

Pſal 50. v. 12.

Non leue Expoſitoribus faceſſit negotium τὸ *cor mundum crea.* Numquid Dauid diu peccatis adſuetus, ſic languebat ad bonum, ſic languidus ad rem virtutis, & ad ſanctitatis ſtudium tepidus adhuc torpebat; vt ad viuaciùs ſurgendum, & priſtinam perfectionem obnixiùs recuperandam, & impreſſiùs ſibi reſculpendam, naturam immutari roget, antiquum cor extrahi, & nouum denuò creari, & ſibi medullitùs indi expectat?

Qui languidum cor excitat ac renouat, illud creare dicitur.

Profectò *creare* (ſi preſsè loquimur) rem de nihilo produci ſignificat: quæ verbi ſignificantia procùl nunc abeſt à contextu, in quo non naturam deſuetudine virtutis tepidam, denuo creari aut formari, ſed ad virtutem viuidè reformari precatur. Appoſitè Græci Patres inibi in Paraphraſi:

Græci Patr.

Cor mundum crea in me Deus. Illud Crea dicit pro Excita: non enim nouum cor ſibi fieri poſtulat, ſed illud ipſum quod habebat renouari. Cor verò cogitationes vocat. Quaſi dicat: Dirige Domine cogitationes noſtras. Et ſpiritum rectum innoua, id eſt, bonum propoſitum inde. Itaque Dauid præſumptam à peccato tepiditatem, & ad rem virtutis inertiam excutere inhians; dum ſuum cor *excitari* deſiderat ad virtutis ſtudium, antiquas de Deo ac de rebus Dei *cogitationes innouari*, & bonum olim *propoſitum indi* percupit, *cor mundum creari* in ſe poſtulat; ac ſi *cor* diu languidum, & *propoſitum* diu tepidum *excitare*; quodammodò illud *creare* ſit, & velut aliud nouum produci, ac viſceribus indi. *Cor mundum crea in me Deus. Illud Crea dicit pro Excita.* Sic eſt

eſt arduum *excitare* cor languidum, *cogitationes* diu licenter vagas ad Deum *dirigere*, & *propoſitum* inerter tepidum, virtutis animoſo vigore renouare? Moraliſſimè quidèm cor, quod ſic viuidè ad virtutem *excitatur*, *creari* dicitur.

§. CXXIV.

Læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt.

1. *Ferè ex Senecâ ſparſim.* DEbilitatem operis induxit delicioſa quies, & iners otium laboris faſtidioſum: quod diu noluimus, poſſe deſiuimus. Nolle laborare in cauſsâ eſt, & non poſſe prætendimus. Verùm generoſos animos labor nutrit. Indurandus eſt animus, & ab otij blandâ mollitie procùl abſtrahendus. Indomitum illum niuibus atque Alpibus Hannibalem, otij eneruauerunt fomenta. *Generoſos animos labor nutrit.* Armis vicit, deliciarum Campaniæ otio victus eſt. Malè deſueuit inertia peracti laboris negotia. Nobis quoque militandum eſt, & quidèm genere militiæ, quo numquam quies, numquam otium datur, ſemper labor labori ſucciduus inceſſanter inſtabit. Siquis ſibi propoſuerit quantùm operis aggreſſus ſit, ſciet nihil delicatè, nihil molliter eſſe faciendum. Amœnum inerter otium, & diuturna ab opere quies effeminat animos. Fortior miles ex confragoſo venit, ſegnis eſt vrbanus & verna. Nullum laborem recuſant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur. In primo deficit puluere ille vnctus, nitidus, delicatulus, qui, niſi in maſculi ſexûs libidine vix ſe virum probat: ſeuerior & actuoſior in labore diſciplinâ firmat ingenium, aptúmque magnis conatibus reddit. Bona Ruth vltrà feminam ad laborem maſcula; propè impranſa & incœnata, *Hic verſ. 7.* aut ientaculo ruſticano ieiuna, æſtuanti ſpicilegio, aut ſudatæ meſſuræ ſedula, quò Dei populi opinatiſſimis Matronis generoſiùs implantari meruit.

2. *Matth. 11. v. 28.* Matthæi 11. hæc dulciſſima Chriſti Dei vox auditur, homines ærumnis frequentibus oppreſſos blandiùs demulcens: *Venite*, inquit, *ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, &c.* *Syrus. Arabicus.* Syrus, *qui feſſi eſtis, & baiulantes onera*; Arabicus, *labore attriti, & grauati onere.* Nemo eſt qui ærumnarum, infirmitatúmque labore non angitur, & pondere non grauatur: quare *omnes, qui laborant*, nemine excluſo ad ſe allicit. *Græcus. Syrus.* *Et ego reficiam vos*, Græcè *refocillabo*, feſſis *requiem dabo*, vt vertit Syrus, recreabo, & in placidâ quiete conſtituam. Attentâ autem expenſione digniſſimum eſt, quod moraliſſimè obſeruauit Bernardus apud Tilmannum ibi: *S. Bernard. Chriſtus oneratos ad ſe vocat, non tamen onus ſubtrahit aut laborem.* *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, &c. Laborantes ad refectionem inuitat, ad requiem prouocat oneratos; non tamen onus ſubſtrahit aut laborem, ſed onere alio, aliòque labore commutat, leni tamen atque ſuaui, in quibus requies & refectio, etſi minùs appareat, inuenitur.* Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd, cùm laborantes & præ onere ac labore nimis laſſos ad ſe vocat, vt laborem minuat, eos exoneret, & ab ærumnis recreet, *prouocat oneratos, non tamen onus ſubtrahit aut laborem.* Non vult Chriſtus, vt homo ſine labore ſit, & onere exemptus; ſed cum labore & onere alacris, ſtrenuus, recreatus. Non eximit labore, non deponit onus, qui onere non laſſos, qui labore non oppreſſos, ſed animoſè alacres mauult. Nimirùm eos, qui graui onere non premuntur, nec ſunt laboribus ſeduli, ſed leui otio torpent, velut parùm ſibi idoneos, & ferè à ſe reiectaneos, Chriſtus non *prouocat*; ſed *oneratos, non tamen onus ſubtrahit aut laborem.*

Marci 3. intrauit Ieſus in ſynagogam: & erat 3.
ibi homo habens manum aridam. Et obſeruabant eum, ſi ſabbatis curaret. Et dicit eis: Licet ſabbatis *animam ſaluam facere*, an perdere? Ar illi tacebant, Et dicit homini: *Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.* *Marci 3. v. 5.* Quæ verba exponens S. Auguſtinus lib. 2. Quæſt. Euang. cap. 7. ita ſubtiliter addubitat: *S. Auguſt.* *Quæritur cùm corpus curauerit, quare ſic interrogauerit, ſi liceat animam ſaluam facere, an perdere?* Et confeſtim ſic ſecundò reſpondet: *Dixit hoc, quòd ipſa ſanatio manûs dexteræ, ſalutem animæ ſignificabat, quæ à bonis operibus ceſſans, aridam quodam modò dexteram habere videbatur.* Scilicet manus arida, periculoſus animæ langor eſt. Dum dextera ad opus extenditur, & ſedulò actuoſa iam operatur, non tam corpori manus, quàm aridæ, infructuoſæ, & torpenti animæ ſalus reſtituitur: animæ enim ſanatio opere cenſetur: nam aridè otioſa manus, animæ potiùs langor & torpor eſt. *Animæ ſalus manus ex opere cenſetur.* Idcircò Chriſtus manum aridè contractam ſanaturus, profundè priùs interrogat, *Si licet animam ſaluam facere?* quaſi ſalus animæ in manu ſit; & dexteræ ac animæ ſanitas vices ethicè reciprocet.

Geneſeos 2. ſextidui opificio peracto, perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. 4. *Geneſ. 2. v. 2.*
Compleuítque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. Hæc Dei ab opere *requies*, Commentatorum ſollertiam valdè inquietat: neque enim Deus ſex diebus operando laborauit, vt ſeptimæ diei requiem expetat; néc hactenùs operatio, Dei requiem inquietare potuit. Subtiliter Gaudentius Brixienſis Serm. 1. *Cautè*, *S. Gaudent.* inquit, *loquitur Scriptura diuina non abſolutè dicens, requieuiſſe Deum ab omnibus operibus ſuis? ſed ab operibus quæ cœperat Deus facere. Non omnipotentem, & imperio ſermonis cuncta facientem laboraſſe exiſtimes, cùm requieuiſſe & ceſſaſſe deſcribitur, cùm alia voluntati ſuæ placita operari non deſinat. Sicut teſtatur in Euangelio Dominus, dicens: Pater meus vſquemodò operatur, & ego operor.* *Ioann. 5. v. 17.* Addit tempeſtiuè: *Requies igitur Dei non laboris remedium, ſed cœptorum finis eſt operum.* Nimis deuenuſtaretur labor, ſi ab illo requies, eſſet laboris *remedium*; quaſi operatio, languor eſſet, ad cuius remedium, requies accitur, & in medicinam aduocatur. *Dei requies non eſt remedium laboris, ſed operum conſummatio.* Imò potiùs requies eſt operum finis, quo deſignatur eorum perfectio, & abſoluta conſummatio. Non quia illa requies ſit inactuoſa, iners, otioſa: neque enim Deus poſtquam omnia creauit, operari ceſſat, quaſi illis iam nemo (vt ſic cum Tertuliano loquar) foret: eſt enim illis velut plurimus, ea fouens, conſeruans, & in earum operationibus actuoſior. *Tertullian.* Itaque hæc Dei requies, non eſt ceſſatio ab opere, ſed operum finis & conſummatio, & operoſum eorum iun-

ctim conſeruandorum auſpicium. Nam etſi *requieuit Deus ab vniuerſo opere quod patrauit*, vera ſemper eſt illa Chriſti vox: *Pater meus vſquemodò operatur*; ne ab opere otiari putetur Deus.

5. Pſal. 127. v. 2.

Pſalmo 127. ſic occinit regius Vates: Beati omnes qui timent Dominum; qui ambulant in viis eius. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Scitè hîc adnotar Hilarius, quòd *ſermo ad plures cœptus, ad vnum refertur*: ait enim, *Beati omnes qui timent Dominum.* &c. & poſtmodùm ſubdit, *Labores manducabis, beatus es, & benè tibi erit.* Cur tam citò ſtilum vertit Propheta, & quod cœpit in pluribus, in vno conſummat? Dein cur eum qui manducat labores manuum ſuarum, duplici beatitate felicitat, & geminatâ felicitate beat, aiens, *Beatus es, & benè tibi erit?* Denique inidoneè videtur dici, *labores* manuum manducari, & non potiùs fructus laborum. S. Auguſtinus inibi hâc ſuper re ſic ad rem philoſophatur; *Beati omnes qui timent dominum. Labores fructuũ tuorum manducabis. O vos, ô tu: vos multi qui vnus eſtis, labores fructuum tuorum manducabis. Quaſi peruersè videtur dicere non intelligentibus: debuit enim dicere, fructum laborum tuorum manducabis: multi enim manducant fructum laborum ſuorum. Laborant in vineâ, ipſum laborem non manducant, ſed quod de labore ipſorum naſcitur hoc manducant.* Difficultatis nodum ſic Auguſtinus ſoluit: *Quid ſibi vult, labores fructuum tuorum manducabis? Modò labores habemus, fructus poſteà erit. Sed quia & ipſi labores non ſunt ſine gaudio ..... modò nos ipſi labores noſtri iucundant, & lætos nos faciunt in ſpe. Si ergò labor noſter potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipſius laboris qualis erit?* Et poſt paucula: *Interim modò labores fructuũ* (manducabis) *poſteà fructus laboris. Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Beatus es, de præſenti eſt: benè tibi erit: de futuro eſt. Cùm manducas labores fructuum tuorum, beatus es: cùm perueneris ad fructum laborum tuorum, benè tibi erit. Quid dixit? Nam ſi benè tibi erit, vtique beatus eris: & ſi beatus eris, benè vtique tibi erit.* Ecce tibi ſedulus & operoſus manuum labor, à pluribus vnum conſtans, concordiæ arbitrium eſt: facit enim plures vnum: porrò diſcordia otioſorum negotium eſt. Quin & beatitudinem duplicat: nam & in vitâ præſenti beat *manducare labores manuum*; & fructus laborum manducare, in futurâ beabit. Scilicet parum foret, fructum laborum in cælo beatè manducare, niſi in terris etiam felicitate præcoquâ labores manuum beatè manducentur.

S. Hilar.

S. Auguſtin.

Præcoquâ beatitate labores manuum beatè manducare licet.

6. Cantic 5. v. 5.

Canticorum 5. Surrexi (ait ſponſa) vt aperirem dilecto meo: *Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatiſſimâ.* Per huiuſmodi myrrham, quam ſponſæ manus abundè ſtillant, plures è Commentatoribus pœnitentiam accipiunt, quæ quod corde incipit, manu & opere conſummat. Sic Ioannes clamabat: *Facite ergò fructus dignos pœnitentiæ.* Nam vt ait Gregorius: *In fructu, non in foliis aut ramis pœnitentia cognoſcenda eſt.* Pœnitentia non vernat floribus, non frondeo virore nitet, non patulis comatiſque ramis ambitiosè diffunditur; ſed fructuum operatione fertili, vbertim autumnat. Hæc eſt odoratiſſima & probatiſſima myrrha, quâ pulchrè madent ſponſæ manus. Vuerricus autem apud Tilmannum in Matthæi cap. 2. per hanc *myrrham probatiſſimam*, quam ſanctæ ſponſæ manus abundè ſtillant, operationem vniuerſatim intelligit, ſic fatus: *Quàm ſit vtilis rudibus & imperfectis exercitatio corporalis, & ipſi vos teſtes eſtis: quomodò ſcilicet redimit de corruptione vitam noſtram amaritudo laboris. Ipſi etenim ſcitis quomodò vermeſcerent corda & corpora, ſi non de manibus laborantium diſtillaret myrrha.* O bona æſtuantis laboris myrrhina operatio, quæ *vitam noſtram à corruptione redimit!* Fellea videtur amaritudo in aſſiduum laborem inceſſanter incumbere, ſed eâ velut antidoto corda præſeruantur, ne vitiis malè *vermeſcant*. Quid putas otium, niſi iſtiuſmodi vermium iuge ſeminarium? Labore ergò vitæ corruptionem *redimamus*, Ruthæ operoſo exemplo, ad omnes ſanctitates ideali.

Luc. 3. v. 8.
S. Greg. c. 2. l. 6. in l. 1. Reg.

Pœnitentia non foliis aut ramis, ſed in fructu agnoſcitur.

Vuerricus.

Operatio vitam noſtram à corruptione redimit.

---

§. CXXV.

Anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaïcam infidelitatem æmulatur, craſtinum diem reddit querulum.

SApienter Damaſcenus: *Tales nos eſſe Deus volebat, vt ſollicitudine omni careremus, nec in vllum aliud opus incumberemus, quàm quod Angelorum eſt, nempè vt Creatorem perpetuis laudibus afficeremus, atque in ipſius contemplatione, cum incredibili quâdam animi voluptate, verſaremur, curámque omnem noſtram, ac ſollicitudinem ad Deum referremus, quemadmodùm per prophetam quoque Dauidem his verbis nos admonet: Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Non labore hîc homo exuitur; ad laborem enim natus, inerti otio malè deſtinatur: ſed negotioſam ſollicitudinem arcet, hanc Deus penès ſe ſuſcipit, non vt ambitionis, auaritiæ, aut gulæ vota impleat; ſed quantum ſatis ſit ſenſim præbeat. Paruo fames conſtat, magno faſtidium. Deſideria naturalia, finita ſunt; ex falsâ opinione naſcentia, vbi deſinant non habent: nullus enim terminus falſo eſt. Via eunti aliquod extremum eſt, error immenſus eſt. Nec Deo, nec ſibi eſt, qui rerum temporalium ſollicitudine angitur. 1.

S. Damaſc. l. 2. de Fide c. 11.

Pſal. 54. v. 23.

Rerum temporalium ſollicitudinẽ homo exuat.

Matthæi 6. ſic nos Chriſtus Dominus admonet: *Dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt quàm eſca: & corpus pluſquàm veſtimentum? Reſpicite volatilia cæli*, &c. Non prohibet hîc Chriſti prouidam diligẽtiam, & laborem procurandi ſibi ſuiſque neceſſaria, vti voluerunt Euchitæ (qui volebant ſemper orare, & numquam laborare) contra quos S. Auguſtinus ſcripſit librum de opere Monachorum: ſed vetat eorum ſollicitudinem anxiam, præoccupatam, intempeſtiuã, negotioſam, quæ mentem hominis exſorbeat, illamque rebus Dei inidoneam relinquat. S. Auguſtinus lib. 2. de Serm. Domini in monte, cap. 2. ſic præſcriptam Chriſti Dei ſententiam elucidat: *Dominus*, inquit, *admonet vt meminerimus multò ampliùs nobis Deũ dediſſe,* 2.

Matth. 6. v. 25.

S. Auguſtin.

Digitized by Google

dediſſe, quandò nos fecit, & compoſuit ex animâ & corpore, quàm eſt alimentum atque tegumentum, quorum curâ nos duplicare cor non vult. Nonnè, inquit, anima plus eſt quàm eſca? Non dixit Auguſtinus, quòd Chriſtus hîc præcaueat, ne rerum temporalium ſollicitudo diuidat cor; ſed quòd illam ſeriò vetat, ne hominis *cor duplicet*. Sanè quicquid cor humanum diuidit à Deo, partem illi relinquit, & partem alteram rei impendit: vndè partitum & dimidiatum cor ſingulis præbet, neutri totum, alterutri dimidium. Verùm ſollicitudo anxia rerum ad victum & veſtitum neceſſariarum, ſic totum hominem exorbet, vt nihil illius Deo rebúſque Dei prorsùs relinquat: totus negotiis eſt, Deo ac ſibi nemo. Quòd ſi Deo ac ſibi aliquam aliquandò operam impendere videtur, corde alio monſtroſo, aut planè ficto id præſtat: nam niſi cor *duplicauerit*, id præſtare nequibit. Porrò ſic humanum cor eiuſmodi ſollicitudine totum exhauritur, vt ad rem Dei vix perfunctoriè, aut ne vix quidèm attendat: tot enim cordis ſubreptiones patitur, quot votis angitur, quot ſtudiis ſollicitatur, quot ſollicitudinibus diſtrahitur. Res alias ſic fruſtrà agit, ac ſi excors eſſet; nam totum cor illâ ſollicitudine præoccupatur. Vndè dum cor monſtroſè *duplicat*, ſecundum cor Deo ac ſibi refingit, quo rebus Dei attendere videtur. Idcircò ſollicitudinem alimenti ac veſtimenti vetat Chriſtus, *quorum curâ nos duplicare cor non vult*. Niſi malis temporalium anxiam ſollicitudinem, cordis ſimplicitatem excutere, & cordis duplicitatem ingerere. Sic eſt frequens in homine negotioſo fraus! Bona Ruth, vidua, exul, paupercula, omnium indiga; anxiæ ſollicitudini nulla, æſtuanti labori plurima, Deo tota.

Homo de neceſſitatibus corporis nimis ſollicitus cor duplicare dicitur. quare?

Hic verſ. 7.

3. Matth. 6. v. 26.
Pergit inibi Matthæus: *Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cæleſtis paſcit illa*, &c. Ex quibus verbis S. Cyprianus lib. de opere & eleem. cap. 4. acerrimè inuehitur in huiuſmodi anxiam annonæ ſolicitudinem, illámque Phariſaicæ infidelitatis arguit, ita fatus: *Volucres Deus paſcit, & paſſeribus alimenta diuina præſtantur, & quibus nullus diuinæ rei ſenſus eſt, eis nec potus nec cibus deeſt. Tu Chriſtiano, tu Dei ſeruo, tu operibus bonis dedito, tu Domino tuo charo aliquid exiſtimas defuturum? Niſi putas, quia qui Chriſtum paſcit, à Chriſto ipſe non paſcitur, aut eis terrena deerunt, quibus cæleſtia & diuina tribuuntur.* Addit multo cum felle: *Vndè hæc incredula cogitatio? vndè impia & ſacrilega iſta meditatio? Quid facit in domo fidei perfidum pectus? Quid, qui Chriſto omninò non credit, appellatur & dicitur Chriſtus? Phariſæi tibi magis congruit nomen.* Hem! qui de fide ſpei noſtræ ambigit, anxiè de temporalibus ſollicitus, Chriſtianus non eſt, infidelis eſt, *Phariſæus* eſt! Hæc anxia temporalium ſollicitudo, Phariſaicam auaritiam ſubolet, ſpei languor eſt, fidei titubatio. Qui nimis ſollicitè ſibi prouidet, promiſſam Dei prouidentiam ſibi infidus inuidet; Chriſto inuidioſus eſt, & aliquis è Phariſæorum collegio.

S. Cyprianus

Anxiè de temporalibus ſollicitus, Phariſæus potiùs, quàm Chriſtianus dicitur.

4. Matth. 6. v. 33.
Huiuſmodi adhortationem hâc clauſulâ Chriſtus concludit *Quærite ergò primùm* (tempore, dignitate, appretiatione) *regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Ergò ipſa non erunt merces bonorum operum, quia hæc nobis tota ſeruatur in cælo, ait S. Auguſtinus; ſed *adiicientur* quaſi mantiſſa, & auctoramentum exiguum ad pondus mercedis adiectum: ipſa enim ſunt bona infima reſpectu cæleſtium. Altiùs, opinor, hanc bonorum temporalium additiunculam ſeu auctarium, quærentibus primò Deum rémque Dei, expoſuit S. Cyprianus de Oratione Domin. cap. 8. *Quærentibus*, inquit, *regnum, & iuſtitiam Dei, omnia promittis apponi. Nam cùm Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.* Quaſi dicat: Tardè Deum quærentibus obueniret tanquam appendix & auctarium, huiuſmodi alimenti & veſtimenti congrua ſufficientia; in ipſo Deo, quem quærendo poſſident, hæc illis bona præbentur: *nam cùm Dei ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.* O, ne deſis Deo, ne ceſſes iuſtitiam eius primò quærere, & per arcanas diuinæ prouidentiæ conſequentias nihil tibi deerit! & Deus à te ſollicitè quæſitus, & feliciter inuentus, erit tibi, Deus tuus, & omnia: eſt enim omnium bonorum compendium.

S. Auguſt.

Cornelius: *Habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.*

S. Cyprian.

Addit, & finit? *Nolite ergò ſolliciti eſſe in craſtinum* (tempus futurum) *craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi. ſufficit diei malitia ſua.* Quaſi dicat: Sinite craſtino, id eſt, futuro tempori curam, ſollicitudinem, & anxietatem ſuiipſius; vt quid ante tempus vultis eſſe anxij & miſeri? licèt enim hodie curas craſtini vobis accerſatis, nihil idcircò minùs curatum vobis ſecum afferet dies craſtinus, quibus ſibi ſollicitus & vobis moleſtus ſit, ita vt non ſitis illius onera leuiora reddituri; ſed hodiernum diem nouâ craſtini faſcis iniectione duntaxat oneraturi. Itaque veſtra ſollicitudo, & labores craſtinæ diei fruſtrà anticipat, & diem craſtinam præmaturis moleſtiis grauiter onerat. Sanè per proſopopœiam craſtino huic tribuitur ſollicitudo, & indè præcoqua anxietas, dè quâ querulus expoſtulat. Chryſoſtomus: *Vt enim eos*, inquit, *acriùs increparet, ipſum ponè tempus animauit, & velut afflictum ab omnibus introduxit; quaſi quòd contra illos de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ clamaret: Sufficit diei malitia* (id eſt, moleſtia, cura, ſollicitudo, anxietas, & afflictio) *ſua.* O curas hominum ſic de rebus temporariis præproperè ſollicitas, & fruſtrà negotioſas, vt ipſum exanimale tempus, ſenſu moleſtiæ carens, quaſi ſuſtinendo non eſſet, præ moleſtiâ inducatur, humanæ ſollicitudinis faſtidioſum, eâ afflictatum, & de eâ querulum! Sic eſt illi moleſtum & pergraue, *de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ* frequens pondus ſemper ſuſtinere, & humanis anxietatibus impeti?

5. Matth. 6. v. 34. Cornelius.

Dies craſtinus queritur de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ.

S. Chryſoſt. ibi.

Lucæ 8. ſuam de ſemente parabolam, ſic ipſe Chriſtus exponit, bonus ſuæ doctrinæ interpres: *Quod autem*, inquit, *in ſpinas cecidit; hi ſunt, qui audierunt, & à ſollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.* Hoc Chriſti commentarium, adhuc S. Hieronymus in cap. 13. Matthæi ſic elucidat: *Mihi videtur & illud quod iuxtà litteram ad Adam dicitur: Inter ſpinas & tribulos panem tuũ manducabis, hoc ſignificare myſticè, quòd quicumque ſe ſeculi voluptatibus dederit, curiſque iſtius mundi, panem cæleſtem, & cibum verum inter ſpinas comedat. Et eleganter adiunxit, Fallacia diuitiarum ſuffocat verbum: blandæ enim ſunt diuitiæ, aliud agentes, & aliud pollicentes. Lu-*

6. Lucæ 8. v. 15.

S. Hierony.

Gen. 3. v. 18.

Diuitiarum fallacia.

Temporaliũ Sollicitudo facit, vt homo inter ſpinas panem comedat.

brica eſt earum poſſeſſio, dum hùc illúcque circumferuntur, inſtabili gradu vel habentes deſerunt, vel non habentes reſarciunt. Vide nunc quàm acerbâ ſpinoſitate ſollicitudo, ac *Curæ huius mundi*, hominem inquietent, pungant, lacerent, cruentent: nam diuini verbi electum ſemen obruunt ac ſuffocant, dum de ſolitudine rerum temporalium negotioſè occupatiſſimâ, ſic animus diſtrahitur, vt homo *panem celeſtem, ac cibum verum inter ſpinas comedat?* quæ eſt acerbiſſima primæui ſceleris mulcta.

Lucæ 8. v. 15. S. Baſil.

Vocatio adulatur religioni, ſollicitior temporalium cura, teſſera damnationis eſt.

Exhod. 5. v. 8.

7. Addit S. Baſilius in Pſalmum 45. *Nónne vides*, inquit, *quòd in ſpinas delapſum verbum à ſpinis ſuffocatur? Spinæ namque carnis voluptates; & diuitiæ, & curæ ſunt huius ſeculi ..... Quomodò enim animam, tot adeò, quæ ipſam praeoccuparint diſtractionibus cogitationum, oppreſſam, Dei cognitio, cogitatioque penetrabit? Nouit hoc & Pharao proprium eſſe hoc liberiori otio fruentium, vt Deum inquirant; atque ideò exprobrat Iſraeli, dicens: Vacatis, otioſi eſtis, ac ideò dicitis: Dominum Deum noſtrum adorabimus.* Ecce tibi homo negotioſis occupationibus feriatus, Deo, rebúſq; Dei idoneè vacare experit. Ideò autẽ malignus Pharao Dei populum occupatiſſimis negotiis obruere ſatagit, vt dum viuere vix licet, vel Deum colere non liceret. Itaque otium à mundi tumultu Deum ſpectat; negotioſa autem occupatio huius ſeculi curis intenta, Dei obliuioni adulatur, blandimentum eſt vitij, & certa damnationis teſſera.

---

§. CXXVI.

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur.

Feminarum veſtis pellucida, corpus tegendo nudat.

Tertull. de Pallio cap. 4.

Petronius. Tibull. apud Cerdam ibi. n. 182.

1. ORnatiſſimam mulierum pulchritudinem contemnes, ſi expoliaueris. Equum empturus ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, nequa vitia corporis lateant, ornamenta ipſa ementibus ſuſpecta ſunt. Mulierem ornamentis inuolutam æſtimas? Si vis illam dignè æſtimare, totámque ſcire qualis ſit, vel faſciam, (ſicut ab ornatiſſimo Rege) ſolue: multum mali ſub illâ latet. Sed muliebre pulchritudinis adſciſcendæ ingenium, ſicut corporis vitia tectiùs abſcondit, ita pudicè tegenda veſtibus etiam denudat, vt ſub perſpicuo tegumento periculoſiùs tranſpareant: & ipſa femina ſit nuditati intexta. Hinc illud Tertullianicum non ſine felle dictum de Alexandri Medicâ veſte, quæ *pectus textu pellicido tegendo nudauit*. id eſt, nudum reliquit textu illo pertenui ac pellucido nam illa veſtium pelluciditas nihil obſtabat, quominùs pectus pateret, ambitioſâ veſtium nuditate, libidinis inſidias clanculum meditante. Hinc illud Petronij: *Æquum eſt induere nuptam ventum textilem? Palam proſtare nudam in nebulâ lineâ?* quaſi veſtis eſſet textilis ventus, aut nebula textilis. Concinit Tibullus: *Poſt hæc carbaſeis humorem tollere ventis.* Heu noſtratum hodie feminarum peplos, non carbaſeam nebulam, ſed potiùs ſericum pellucido nigrore fumum dicas (à quo nomen habent) vt pectoris nudati candor micantiùs tranſluceat: *Pectus textu pellucido tegendo nudauit.* Vereor autem vt hic fumus textilis, illius pyræ gehennalis in expectatione poſitæ, fumus quidam ſit.

Oſee 2. v. 2. & 3.

2. Oſee 2. ſic grauiter conqueritur Deus: Iudicate matrem veſtram: *iudicate: quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius.* Eccur Deus coniugium diffitetur, fidei arrhabone, & tot olim prolibus ſanctum? Quare nunc zelotypiæ angoribus exaſperatus meditatur diuortium? *Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum. Ne fortè expoliem eam nudam.* Sicut per metonymiam ſignum pro re ſignificatâ ponitur, idque frequentiſſimè; ſic etiam, licèt non ita ſæpè, res ſignificatâ pro illius ſigno nonnunquam vſurpatur. Sic ergò quia in meretrice multa ſunt turpis illius quæſtus, non ſigna ſolùm, ſed etiam inſignia, putà, fucatus candor, & ſine rubore, qui eſt à verecundiâ, quæſitus ab arte rubicundus color, & alia ad captandos riualium oculos lenocinia; hæc quia fornicationum, aut fornicarij inſtituti ſigna ſunt, *fornicationes*, & *adulteria* nominantur. Ex hâc doctrinâ biblicè peritis notiſſimâ, ſic noſter Sanctius locum Prophetæ exponit, ita fatus: *Quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* Quaſi dicat: *Dicite ergò illi, ſi vxoris nomen tueri vult, vt à facie ſuâ meretricios fucos, ac lenocinia, tum etiam inſignia impudicitiæ venalis à pectore ſubmoueat. Ne fortè expoliem eam nudam.* Nimirùm facies ceruſſæ candore, & rubricetæ adſcititio rubore fucata, Veneres cupidinéſque fragrans, theatrum *fornicationis* nominatur. Quin & femineum *pectus*, & *vbera* obuiis virorum aſpectibus palàm proſtituta, etſi textili nebulâ, aut fumo pellucido nudata dum teguntur, ſic de proximo libidinis otium aut negotium peragũt, vt *inſignia impudicitiæ venalis* meritò nominentur: *& adulteria* in *medio vberum*, quaſi in æde veneris, & libidinis ſacrario, expedito oculorum congreſſu peragantur. Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd cæleſtis ſponſus zelotypiæ angore extimulatus, fornicationes & adulteria hìc tacitus intermittens; fucatæ ſumptuoſiùs *faciei fornicationes*, & nudi *pectoris*, *vberumque* tegmine nudatorum *adulteria* acerbiùs incuſet. Ne autem illorum tegmen ingenio libidinis mulieres excuſent, addit: *Ne fortè expoliem eam nudam.* Profectò nuda adhuc poteſt expoliari ornamentis, quæ pectus & vbera velando denudant. O malè amictam nuditatem! O textilem è bombyceâ nebulâ amictum, tegenda pectora propudioſè nudantem! Non benè, opinor, nuditas excuſatur amictu, cùm amictus nuditati periculoſius & impudentiùs lenocinatur. *Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum,* (quæ *pectus textu pellucido tegendo nudauit*) *ne fortè expoliem eam nudam.*

Num fornicationes in femineâ facie, & adulteria in nudatis velamine vberibus peraguntur?

Sanctius ibi in Paraphr.

Geneſ. 38. v. 14. & 15.

Caietanus.

3. Geneſeos 38 Selam filium debito coniugio viduæ Thamari adiungere, moroſè Iudas cunctando procraſtinat. Nunciatum eſt autem Thamari quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues. *Quæ depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit theriſtrũ: & mutato habitu ſedit in biuio itineris. Quam cùm vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem*, &c. Quæ verba exponens Caietanus ita inibi ſcribit. *Dictio Græca eſt Theriſtrũ, ab æſtate ſignificans velamen æſtiuũ, creditúrq; to-*

tius

tius corporis velamẽ fuiſſe..... Sedit in biuio itineris quod ducit Thamnã. Hebraicè, Et ſedit in portâ oculorum. Addit ibidèm Rupertus, Theriſtrum eſſe, *æſtiuum ac ſubtile palliolum*, quem putat Theodoretus fuiſſe, *meretricium habitum.* Lxx. Interpretes, *Induit Theriſtrum, & ornata eſt.* Ex hiſce expoſitionibus taxare licet veſtimenti genus, quod aſſumpſit Thamar ad Iudæ lenocinium, & blandam libidinis pellaciam, Nimirùm Thamar comptiùs ornata *ſedit in portâ oculorum*, Iudæ oculis inſidioſa libidinis blandimenta parans; & *theriſtro* induta, id eſt *æſtiuo velamine*, quod eſt *ſubtile palliolum* aſſumens, libidinis æſtum euulgat. Profectò dum *ſubtile palliolum*, id eſt, *ventum*, aut *nebulam textilem* induit, *pectus textu pellucido tegendo nudauit*, & *in portâ oculorum ſedens theriſtro*, hoc eſt, *meretricio habitu* obuiis quibúſque oculis pudicitiam impudenter proſtituit. Et meritò quidèm tunc meretricem videri exambit Thamar, aſſumit *theriſtrum*, hoc eſt, veſtem *æſtiuam*, quæ libidines ſudat, & tenue ac pellucidum palliolum induit, nam vt tempeſtiuè dixit Saliſberienſis in Polycratico lib. 8. cap. 2. *Dum omnia gelu conſtricta rigent, tenui ſudat in cyclade, & illius delicias etiam bombycinus vrit pannus aut premit.* Pulchrè Martialis: *Femineum lucet ſic per bombycina corpus.* Quod eſt *theriſtri* negotium, nempè vt textu tenui ac pellucido ſic ſe tegendo nudet, vt candidum pectus, de bombycino tenuiſſimè nigrore tranſluceat. O gratas oculorum inſidias! ô pudicitiæ ſtrages! ô libidinum theatra! ô Veneris ſacrarium meretricio veneno aëra toxicans. O caue, ne incurras in has caſtitatis ſyrtes; in quas incidens vel ſeuerior grauitas, naufragij periculum extimeſcat! Communis vſus adſcitur ad patrocinium: ſed vulgaris abuſionis priuilegium malè aduersùs modeſtiam & caſtitatem præſcribat. Vt matres taceam puellis conniuentes (quò & ipſæ in ſimili veſte pariter ſcortentur;) non bonam maritorum hâc in re patientiam admirari liceat. Sanè Thamarem induti *theriſtri* ream, Iudas exinceps non cognouit, ſed velut repudio mulctauit.

Rupertus. Theodoret. Lxx. Interp. *Cur hæc pellucida veſtis theriſtrum ſeu æſtiualis amictus nominatur?* Saliſber. Martial. lib. 1. Epig. 8.

4. Iſaiæ 3. Pro eo quod eleuatæ ſunt, & ambulauerunt extento collo; decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, In die illâ auferet Dominus ornamenta calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, *& mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra.* Hæc *mutatoria* erant nobilium ac opulentarum mulierum veſtes, quas Interpretes vocant ἀξιπόρφυρα, id eſt, prætexta purpura, quæ Romanis laticlauiæ vocabantur. Ecce ſumptuoſiorem ornamentorum pompam. Iam impudicitiæ in veſtibus pompã proſcribit. *Linteamina* inquam, quæ erant vela candida & pellucida, quibus mulieres pectus, vt minimùm, oſtentabant. Vndè Lxx. interpretes vertunt, *Laconia pellucida*, quod apud Baſilium inibi malè audit de inhoneſtatis reatu. *Sindones* appellat Forerius lintea velamina, vel *pepla extima delicatiſſima & ſubtiliſſima. Theriſtra* (vt nuper dicebamus) ſunt *veſtes æſtiuæ*, ita dictæ ab æſtu ſeu caumate, à quo protegebant corpora feminarum; vel forſan ab æſtu, quo impudicè exæſtuabant corpora, quæ eiuſmodi veſte tenui ac pellucidâ vtebantur: *theriſtro* enim corpus tegendo nudabât. Non ſine aculeo Hieronymus ad Heluidium: *Tenuitate veſtium nuda oculis ingeruntur.* Et Seneca Pater Controuerſiâ 6. *Veſtem nihil in matronâ tecturam concupiuit.* & Controuerſiâ 8. *Vt tenui veſte perſpicua ſit.* & Plinius lib 11. de Coâ: *Vt denudet feminas veſtis.* & Seneca Philoſophus lib. 1. de Benefic. cap. 9. *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt quo defendi aut corpus, aut pudor poſſit, quibus ſumptis mulier parũ liquidò ſe nudam non eſſe iurabit.* Et Iuſtinus lib. 38. *Nimia ſubtilitas & pellucida veſtis augebat prorſus: quaſi aſtu inſpicienda præberentur, quæ omni ſtudio occultanda pudibundo viro erant.* O malum! antiquatam veſtium impudentiam, quâ corpus tegendo denudat, noſtrum æuum propudiosè recentat, libidinis priuilegio impune exlex.

Iſa. 3. v. 22. & 23. Lxx. Interp. *Impudicè mulier tenui veſte perſpicua fit* S. Baſilius. Forerius. S. Hierony. Seneca Pater. Plinius. Seneca. Iuſtin.

5. Redeat iterùm ad rem aliter expendendus, ſemel enucleatus Oſee prophetæ locus: *Auferat fornicationes ſuas à facie ſuâ, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* Quæ ſint hæ *fornicationes* in pulchræ faciei proſtibulo peractæ, & *adulteria* in medio vberum inſolenter patrata? Sanè fucatæ comptiùs feminarum *facies*, & *vbera* impudenter nudata, obuiæ ſpectatorũ libidinis exprompta lupanaria ſunt, & vulgare Veneris theatrum, quibuſuis oculis peruium. O ſaltem nobilitatis non dehoneſtandæ, & famæ non denigrandæ, cognata feminis ambitio, cohibeat ab hâc veſtis inueſtis impudentiâ, ad quam præſcribens libido concupiſcentiæ facibus ſufflammata pertinaciter allectat! S. Cyrillus Alexandrinus ſic hunc locũ excribit, & exponit: *Auferam* (ait Dominus) *fornicationem eius à facie mea, & adulterium eius de medio vberũ eius. Et præ multâ ſuperbiâ, tãtùm non etiã amatoribus ſuis vbera nudantem.* quaſi vitiũ ſuperbiæ, contra hoc inuerecũdæ nuditatis vitium aduocetur auxiliare. Scilicèt inducitur certamen pugnaciter contentioſum, inter nudantem veſtimentorum impudentiam inſolenter inuerecundam, & inter ſuperbiam arroganter ambitioſam; vtra in feminis Ieroſolymitanis excultiùs ornatis, ac pulchritudinem laſciuè oſtentantibus, alterã vincat. Laſciuia hunc amictum impudicè inueſtem procurat: ambitio arroganter ſuperba, famæ ac feminei pudoris iacturã veretur. Hoc vicit vitiũ, etſi vitiũ alterũ in votis erat, ardenter concupitũ, & præſcriptionis priuilegio impunè permiſſum. *Præ multâ ſuperbiâ, tantùm non etiam amatoribus ſuis vbera nudauerunt.* O, quod non times de inuerecundo ac impudico, time de indecoro, de ignobili, de infami!

Oſee 2. v. 2. *Nudatum feminæ pectus, quod pudor non vetat, ſuperbia prohibeat.* S. Cyrill. ib.

Ruthæ hâc in re modeſtiam altè Commentatores hîc deprædicant: *Dicunt Hebræi* (ait inibi Lyranus) *quòd ſpicas ſtantes, remanentes poſt meſſores, colligebat ſtando; iacentes autem colligebat ſedendo, ne inclinando ſe ad colligendum veſtes ſuæ eleuarentur à parte poſteriori, & pars aliqua tibiarum diſcooperta appareret. Et ideò Booz videns eius honeſtatem, motus fuit ad quærendum, quæ eſſet, & ad faciendum ei gratiam,* &c. O quot gratias Ruthæ in abſcondendo tectius corpore modeſtia, ei peperit!

Hic v. 7. &c. Lyra ibi. Ruthæ verecundia.

§. CXXVII.

§. CXXVII.

Homo de Diſciplinâ Mortificationis habet, vt ex parte prophetet, & coràm laudari poßit, & victorias loqui.

1. QVi Mortificationem negligit, leui taxat pretio liberum eſſe: habere dominium ſuarum actionum, imò & votorum grandi poteſtate: inter cæleſtes honores præproperè centuriari, Regem eſſe, ſi non mundi, ſaltem ſui ampliori poteſtate. Cur viliſſimo pendis honorem, commodúmque iſtud, futili te dedens paſſioni, acerbæ tyrannidi? Gratis homini ratio, libertáſque eſt data: ſed ipſe generosè rationalis, rationem vendit, & libertatem nundinatur, dum pro furfure iracundiæ, ambitionis, gulæ, libidinis, illam commutat, æmulatúrque opprobrium brutorum exauctoratus auctoritate ſua. Quare Mortificatio, quæ tamquam perita aurigatrix paſſiones moderatur, & frenat, hominem reddit ſibi, ne concupiſcentiis mancipatus degener obbruteſcat. O quàm compoſitum ad rationis ideam reddit omnem corporis ſtatum, & mentis habitum, mortificationis diſciplina! Ceruicem ſubmittit, ponit ſupercilia, componit vultum, ligat oculos, format inceſſum, moderatur linguam, ambitionem frenat, gulam cohibet, iram mitigat, libidinem ſopit, & virtutis vultu totum hominem pingit. Mortificationis diſciplina mores facit, illud ſapit vnuſquiſque quod didicit, cui aſſueuit. Ne te fallat voluptabilium lenocinium.

Mortificationis diſciplina hominem reddit ſibi.

2. Paullus 1. Corinthiorum 13. ita ſcribit: Siue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Ait *ex parte*, hoc eſt, imperfectè. Syrus vertit: *Modicum ex multo cognoſcimus*; hoc eſt enim modicum & imperfectum, quod partim per ſcientiam, partim per prophetiam nunc cognoſcimus: id opponit perfectæ notitiæ, quam in ſequentibus exponit. Ceterùm bellè addubitat Bernardus apud Tilmannum inibi: *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Quid eſt, quòd Veritas ait: Lex & Propheta vſque ad Ioannem: cùm iſte non ſit aduerſarius, ſed diſcipulus, qui dicit: Ex parte prophetamus? Ceſſauit ergò prophetia, quia iam cognoſcimus, necdùm tamen tota ceſſauit, quia adhuc ex parte. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* Nota verba quæ ſubdit Bernardus ad rem ethicam peridonea: *Sed quomodò adhuc ex parte prophetamus? Nempe iuxtà Apoſtolum, non conſiderare quæ videntur ſine dubio prophetare eſt: ambulare in ſpiritu, quæ ſurſum ſunt quærere, ex fide viuere, obliuiſci quæ retrò ſunt, & in anteriora extendi, ex magnâ parte prophetare eſt. Sic Prophetæ olim quaſi non inter homines ſui temporis erant, ſed virtute & impetu quodam ſpiritûs dies illos tranſilientes exultabant vt viderent diem Domini; & videbant, & lætabantur in eâ.* Itaque qui mortificationis ſeueriori diſciplinâ, eò redactus eſt, vt non tangatur præſentibus, vt æquus voluptabilium cenſor, ea tamquam inania, futilia ac pœnitenda bona, imò & vera mala reputet; qui ambitioſâ mundialis gloriæ pompâ, velut reiectaneam veræ gloriæ ſcoriam, de virtute oculatus refutat: qui ad cæleſtes delicias, quas incuidens proponit fides, hianter ſuſpirat, qui de animi virtute, non de corporis appetitu ſapit; & quæ in terris videntur acerba, cælum fragrare putat; hic, hic, inquam, *ex parte cognoſcit, & ex parte prophetat.* Mundiales voluptates carneis oculis videt ex parte, id eſt, apparenter prædulces; ſed mentis perſpicaciâ, quam mortificationis diſciplina meliùs inoculauit, eſſe male dulces, & amariſſimæ æternùm gehennæ obſides, ex alia *parte prophetat.* Prophetat eſſe volaticas, mentitas, fallaces, lubricas, & humanum ludibrium magno luendum. O! ex Mortificationis diſciplinâ, & virtutis gymnaſio *ex parte prophetemus*, quàm ſit futilis humana volupras, & mundialis gloria: & quàm ſint ſolida & ſucco plena ſpiritualia bona, & empyrea cæli gaudia, *ex parte prophetemus.* O bona propheria, quæ de mundi voluptatibus malè auguratur, & de cæli bonis quamfauſtè ominatur! Sanè cùm ex mortificationis diſciplinâ ſe gerat homo tamquam mundi exul, ſe eſſe velut cæli inquilinum *ex parte prophetat.*

1. Corint 13. v. 9.

Syrus.

S. Bernard. Matth. 11. v. 13.

Mortificatio prophetat quàm ſint futilia mundi bona.

Eccleſiaſtici cap. 11. humanæ laudis vanagloria ſic eruditur: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Ne, inquam, laudes tamquam felicem ac beatum, Græcè, ne *beatifices*, id eſt, ne *beatum iudices*, vel *dicas*, vt vertit S. Hieronymus lib. 2. in Iſaiam, & Thren. cap. 1. Itaque nemo ante mortem iudicandus, dicendus, aut prædicandus eſt tamquam felix ac beatus, quia quandiu viuit, poteſt mutari ex bono in malum, ex felice in felicem; tum quia multi hypocritæ videntur boni coràm hominibus, qui in iudicio à Chriſto declarabuntur eſſe improbi & reprobi: tum quia in morte fit iudicium, in quo Chriſtus beatitudinem cuique pio decernet; nos autem hoc Chriſti iudicium præoccupare non debemus, nec poſſumus, vtpotè multorum, imò omnium occultorū ignari. Ceterùm S. Bernardus in Allegoriis veteris Teſtamenti inibi allegatus, ab hâc vniuerſali ſententiâ hominem mortificationis diſciplinâ excultum eximere videtur, ſic fatus: *Ne laudes hominem in vitâ ſuâ. An fortaſsè non eſt homo laudandus in vitâ ſuâ, qua tentatio eſt ſuper terram: nec ideò tamen laudandus non eſt, cùm mortuus peccato viuit Deo? Vana quidèm laus & ſeductoria, quâ laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: ſed multùm commendanda illius vita, qui dicere poteſt. Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus, Cùm ergò laudatur homo, in quo iam viuit non ipſe, ſed Chriſtus; non in ſuâ laudatur, ſed in Chriſti vitâ.* Magnum quidèm, & verè magnum perfectæ virtutis notamentum eſt, quòd homo, de ſe inanis gloriæ mancipium, humanis laudibus minimè titilletur, nec cognatæ ambitioni annuat: & quòd perfectæ mortificationis diſciplinâ ſit mundo, concupiſcentiæ, ac ſibi mortuus; quippe qui cum Paullo dicere poteſt: *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus*; ſic eſt ſuæ vitæ exul, ſic Chriſto ac virtuti viuit, vt qui illum laudat, non illum, à ſeipſo alienum; ſed qui in illo viuit Chriſtum, potiùs commendet? Ritè ergò hunc laudaueris: nam *cùm laudatur homo, in*

3. Eccli. 11. v. 33.

Græcus.

S. Hierony. Cornelius.

S. Bernardus

Homo mortificatus laudari poteſt ante mortem. quare? ad Galat. 2. v. 19.

Digitized by Google

in quo iam viuit non ipſe, ſed Chriſtus; non in ſuâ laudatur, ſed in Chriſti vitâ. Eſt enim homo mortificationis diſciplinâ reformatus, viuum cadauer; ſibi ac mundo cadauer; Chriſto ac virtuti duntaxat viuum. Hunc cùm laudaueris, non *laudas hominem in vitâ ſuâ*, ſed in Chriſti vitâ dilaudas.

4. Prouerb. 21. v. 28. S. Auguſt in Pſalm. 70. Prouerbiorum 21. hanc morum gnomen proponit Salomon; *Vir obediens loquetur victoriam*. Benè quidèm: nam vt ait Auguſtinus, *Sola obedientia tenet palmam.* Ceterùm Galfridus ſubtilis doctor, & in re ethicâ peritiſſimus & pro τὸ *victoriam*, pluratiuo nomine, cum aliis, *victorias* exſcribit, & pro *obedientiâ* mortificationem accepit, ſic fatus: *Vir obediens loquitur victorias. Verè non victoriam, ſed victorias...... Vt igitur plenam de ſeipſo capias victoriam, vincat neceſſe eſt naturam, vincat conſuetudinem, vincat vitam ſuam. Vincat naturam non ſecundùm ſtatum illum, in quo creata eſt, ſed ſecundùm iſtum, in quo remanſit, ſcilicet corruptionis. Oportet eam reſtringere, non extinguere; reprimere, non opprimere. Seruiat ergò, ne ſæuiat: ancilletur, ne Dominetur. Alioqui qui ſecundùm eam vixerit, morietur. Vincat nihilominùs conſuetudinem, illam ſcilicet quæ de corruptione naſcitur. Graue eſt prauam conſuetudinem abrumpere, difficile eſt inolitam abolere. Sed nec ſic planè teipſum viceris, niſi & vitam propriam odio habueris*, Longulè, ſed opportunè Mortificationis argumentum Galfridus proponit, quò homo in Mortificationis palæſtrâ victorias loquatur; palmas reportet, trophæa erigat, & victoriali pompâ ipſe triumphalis ſumptuoſiùs ouet. Itaque mortificationis diſciplinâ, ſic vincenda eſt natura, vt *reſtringatur, non extinguatur; reprimatur, non opprimatur.* O periculoſum bellum, in quo ſic cum pugnaciſſimo hoſte pugnandum eſt, vt illum ſimul expugnare & tueri neceſſe ſit? *Seruiat ergò, ne ſæuiat; ancilletur, ne dominetur.* Modum concupiſcentia neſcit; niſi dometur, ſubiugetur, peſſùmdetur, imperioſè inſoleſcit, inſolenter ferocit: *ſeruiat ergò, ne ſæuiat.* Glorioſus, planè Mortificationis triumphus! *Graue eſt* etiam *prauam conſuetudinem abrumpere, difficile eſt inolitam abolere*, & alteram deſueſcere naturam: ac denique ſeipſum vincere. Has perarduas pugnas Mortificationis diſciplina ſubit, has prælustres victorias loquitur, hâc triumphorum pompâ ouat. *Vir* mortificatus *loquetur victorias.*

Galfridus.

Summa mortificationis diſciplinis victorias loquitur.

5. ad Galat. 2. v. 19. Paullus ad Galatas 2. ita de ſe ſcribit: *Chriſto confixus ſum cruci: viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Quaſi dicat: Ego per mortificationis ſtudium, Chriſto confixus ſum cruci; exindè mundi voluptates ac deliciæ, mihi ſordét, ſurdus ac cæcus, imò & mortuus ad illas ſum; ad crucem & mortificationem Ieſu Chriſti vnicè viuo. Audi S. Gregorium Nazianzenum Orat. 12. de Monachis ſic loquentem: *Horum opes ſunt in paupertate, poſſeſſio in peregrinatione, gloria in contemptu, potentia in infirmitate, fœcunditas in cœlibatu (Siquidèm præſtantiores fœtus illi ſunt qui ſecundùm Deum exiſtunt, quàm qui in carne ortum ducunt:) qui deliciis minimè ſtudere, pro deliciis habent, qui regni cæleſtis cauſſâ humiles ſunt, qui in mundo nihil habent, & ſuprà mundum exiſtunt, qui in carne extrà carnem viunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regnum inopiâ laborant, & propter inopiam regnant.* Nimirùm hi viri ſanctiſſimi, de mortificationis ſtudio ac diſciplinâ, ſic erant oculorum & aurium cæci ad rerum mundialium blandimenta, ac ſi per mortificationem mortui iam eſſent: ſic etiam erant ad rem virtutis attentè oculati, ac ſi vni Chriſto viuerent. Bona Ruth, *regni cæleſtis cauſſâ humilis fuit*, demiſſa vſque ad Boozi pedes: quæ *in carne extrà carnem viuebat*, non ſolùm patriæ, ſed quaſi mundi exul, mundi inopiâ laborans, ſudato ſpicilegio aut æſtuanti meſſuræ addicta: *quæ propter regnum inopiâ laborans, propter inopiam regnat.* Adeò vt de paupereulâ vilitate placuerit, vt *Mater regni* diceretur, & inter Chriſti, Regis regum, parentes cenſeri meruerit: quod auſterior illius vita, ex parte prophetabat. Hic verſ. 7. &c.

S. Nazianz.

Hominis mortificati idea.

---

§. CXXVIII.

Ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile hominum ingenium.

Pythagoricus quiſpiam philoſophus ſtatutâ ſolutioni die debitos creditori ſuo nummos deferens, audit ſubitò defunctum eſſe. Non faciens igitur mentionem pecuniæ, nummos non inuitâ manu domum gratulabundus de facto iam lucro retulit. Verùm cùm ſceleris conſcientia ſubindè torqueretur, arreptam pecuniam in creditoris defuncti domum proiiciens, ſibi ait: *Tibi viuit, qui aliis defunctus eſt.* Quid hoc loco Chriſtianus homo dicet, qui multo ære alieno oppreſſus, aut debitum negat, aut ſolutionem negligit, aut cunctanter diu procraſtinat? Pudet paganos ad iuſtitiæ exemplum Chriſtianis proponere. 1. Creditor defunctus alii, debitori viuit.

Eraſmus l. 6. Apophth.

Regius Vates Pſalmo 18. ſic modulatè pangit: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manum eius annunciat firmamentum. *Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat ſcientiam.* Sufficit, inquit, vel ſola cælorum pulchritudo oculis aſpectabilis, ad opificis magnificentiam prædicandam; eius enim gloriam ſidereâ voce ſumptuoſiùs loquuntur. Cuius etiam gloria nòn minùs perſpicuè orbe toto, omníque tempore prouulgatur, dum *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Multimodè hunc locum & ad litteram, & ad mores Interpretes verſant. Græci autem Patres in Catenâ indidèm ita ſcribunt: *Etenim ordinata ſucceſſio noctis & diei, terminos à conditore poſitos demonſtrat, quos hæc inanimata mundi machina tranſilire non poteſt.* (Subditur opportunè) *Cùm enim nox atque dies ad hominum vtilitatem creſcant atque decreſcant, cùmque à ſe metuò tempus mutuentur, & rurſùm debitum ſibi vltrò citróque reddant; prouidentiam, quæ ipſis præeſt, oſtendunt.* Hactenùs Græci Patres in Paraphraſi; qui addunt in huius loci Commentario: *Dies ac nox vulti in lance ac librâ, vniuerſi ſpatij longitudinem diuiſerunt: & quaſi quædam ſorores, paternam hæreditatem (ſcilicet annum) æqualiter diuidentes, ne in minimo quidèm ſe mutuò defraudant.* Nimirùm dies & nox paullatim decreſcentes, quod amittunt, recipiunt, & quod recipiunt, tribuunt, ad eandem menſuram bis in anno conuertentes. Námque dies 2. Pſal. 18. v. 3.

Græc. Patres in Paraphraſi apud Corder.

Nox & dies ſibi expromptè reſtituunt, quod mutuò vicissim acceperant.

dies ordine & circulo ſuo de noctis temporibus mutuatur : & rurſùm nox recipit, quod largita eſt ; dúmque viciſſim & tribuunt, & recipiunt, & orbe quodam, quod paullatim amiſerant decreſcentes de furtiuo alterutrius incremẽto ſenſim creſcentes recipiunt, creatoris Dei interpretantur ſapientiam ; dum inanimatæ creaturæ, & rationis impotes, quod mutuò receperant, inceſſanter ſibi reſtituunt. Neque dies, ob ſuæ naturæ præſtantiam, & præclariorem præſidentiam, quod à nocte mutuò acceperat, auarè reſtituere moratur : neque nox quicquam vſurpat, vt lucis ſuæ exiguitatem diuturnitate compenſet. *Cúmque à ſe mutuò tempus mutuentur, & rurſùm debitum ſibi vltrò citróque reddant, nec in minimo ſe mutuò defraudent,* Dei opificis laudes glorioſiùs deprædicant, ad ſibi glorioſam inuidiam hominum, qui ſic tenaciter aliena retinent, ac ſi alterum re ſuâ defraudare, eſſet vſurpationis ius, non iuris iniuria ; quaſi furtiuâ rei alienæ poſſeſſione, exlex iniuſtè rapacitas præſcripſiſſet. O debiti reddendi rationabilem æquitatem, à die ac nocte rationalis homo ſtudioſiùs diſcat, ne hominem inſolenter dediſcat !

3. Prouerb. 16. v. 5.

Prouerbiorum 16. ſic homines Salomon ſalubriter admonet : *Initium viæ bonæ, facere iuſtitiam : accepta eſt autem apud Deum magis quàm immolare victimas.* Hic verſus non eſt in Hebræo textu, nec Chaldæo Paraphraſte, tranſcriptus eſt autem ex Lxx. Interpretibus, qui ſic habent ? *Initium bonæ viæ, facere iuſta.* Noſter Salazar per τὸ *iuſta*, ſiue *iuſtitiam* intelligit *miſericordiam*. Hunc ſenſum arctiorem cenſet Cornelius, & cum pluribus *iuſtitiam* generatim accipit, prout ſeſe extendit ad quamlibet virtutem, Quaſi dicat : *Initium ad viam bonam*, id eſt, ad virtutem, ad vitam honeſtam, & demùm ſanctitatem omnem conſummatè acquirendam, eſt *facere iuſtitiam*, hoc eſt, exercere opera bona : ſcilicet, non eſt ſpeculatio, ſed actio. Verùm Guerricus Igniacenſis Serm. 5. de Aduentu Domini, præſcriptum locum ſic ad rem elucidat: *Initium viæ bonæ, facere iuſta. Quid eſt enim iuſta facere, niſi de nobis ipſis quod Deo debemus, exigere ; & quod rapuimus exoluere? Hæc eſt iuſtitia quæ ante Dominum ambulat, viámque ei placitam parat, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in viâ greſſus ſuos.* Ecce tibi iuſtitia, quâ *quod rapuimus exoluimus*, ab Interpretibus *miſericordia* putatur. Hem ! ſic auarè homines retinent aliena, vt propriis Dominis illa reſtituere, aliquod largitionis aut *miſericordiæ* genus putetur ? Sic iuſtitia, quâ *quod rapuimus exoluimus*, ad omnes conſummatæ perfectionis ſanctitates viam ſternit, *viámque ei placitam parat ?* Sed quid eſt, quòd hæc iuſtitia, quâ *quod rapuimus exoluimus, ante Dominum ambulare* perhibetur ? Nimirùm ſicut Ioannes Ieſum præcurrit, monſtrauit, eíque parauit viam ; & indè Chriſti Præcurſor nuncupatur ; ſic iuſtitia, quâ *quod rapuimus exoluimus*, ad ſanctitates omnes viam ſternit, illas præcurrens. Magnum ſanè huius iuſtitiæ elogium, quòd ſicut Ioannes Chriſtum præcurrit, ſic illa ſanctitatum ſumma quæque præcurrat. Quid enim erit ei arduum, qui aliena reſtituere potenter eualuit?

Lxx. Interp. Salazar.

Cornelius.

Qui quod rapuit exoluit, Præcurſorem æmulatur. quare

Guerricus.

Pſal 84. v. 14.

4. De laudatiſſimo adhuc Salomonis gymnaſio hæc gnome prodit. *Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet ?* Hebræa ad verbum ſic habent : *Multitudo hominis vocabit virum miſericordiæ*, vel *gratiæ ſuæ, virum autem veritatum*, vel *fidelitatum, firmitatum & conſtantiarum quis inueniet ?* Caietanus vertit. *Multi vocantur viri gratiæ, ſed virum fidelem quis inueniet ?* Tota loci difficultas in eo vertitur, vt exponatur, qui nam dicantur *homines miſericordes*, ſeu *viri gratiæ* ; & quinam *viri fideles*, ſeu *viri firmitatum*, ſeu *conſtantiarum* Multimodis expoſitionibus hunc locum Interpretes vexant, quas intermitto, vt citiùs excribam noſtri Ferdinandi de Salazar expoſitionem ad thema præſens opportunam : *Multi homines miſericordes* (vel *viri gratiæ vocantur*) id eſt, multos paſſim reperire licet, qui miſericordiæ ac beneficentiæ laudem & nomen ferunt, quia de ſuis bonis in alios liberaliter effundunt. Sed *virum fidelem quis inueniet ?* longè, inquit, difficilius aliquem inuenire, qui æquitatem ſeruans aliena non inuadat ; nec apud ſe iniuſtè retineat. Itaque Salomon docet faciliùs eſſe ex propriis bonis liberaliter impendere, quàm aliena non accipere, & iniuſtè accepta dominis ſuis reddere : quod quàm ſit verum experientiâ ipſâ compertum habemus. Nonnunquam enim homines, qui aliena iniuſtè abſtulerunt, libenter quidèm ea indigentibus diſtribuunt. Procliue enim hominibus eſt glorioſum liberalitatis nomen largiendo ambire; perarduum autem ignominioſum iniuſti raptoris elogium profiteri, & ſibi conuiſceratam aliorum ſubſtantiam à ſe vltrò abalienare. Quarè *vir fidelis*, aut *firmitatum*, ſeu *conſtantiarum* nuncupatur, qui aliena reſtituit : vnus enim *vir* cùm ſit, vt ſic *fidelis* inueniatur, multis *firmitatibus* ac *conſtantiis* eget.

Prou. 20. v. 6.

Hebræus.

Caietan.

Faciliùs eſt propria largiri, quàm aliena reſtituere. quare

Salazar ibi.

Ad reſtituendum eſt opus multis firmitatibus ac conſtantiis.

Matthæi 5. *Beati*, inquit, *qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam : quoniam ipſi ſaturabuntur.* 5. Matth. 5. v. 6.
Hæc Beatitudo viam ſequenti præſtruere putatur : oportuit enim priùs beatificare iuſtitiam, ſtatim beatificaturus miſericordiam : nam alienorum iniuſtè malè tenax, non benè ſua liberaliter erogabit. Quâ ſuper re ſic inibi philoſophatur Chryſoſtomus : *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtititiam. Quam verò iuſtitiam?.... an ſpeciem illam iuſtitiæ quæ ex aduerſo auaritiæ collocatur ? Et conſidera quantâ id ipſum exaggeratione cumulauerit. Non enim dixit : Beati qui iuſtitiam ſeruant : ſed, Beati: qui eſuriunt, & ſitiunt, iuſtitiam : vt non vtique mediocriter, ſed cum omni illam cupiditate teneamus. Quia enim hoc eſt auaritiæ proprium, neque ſic cibum deſideramus ac potum, vt poſſidere latiùs, induique pretioſiùs; concupiſcentiam iſtam qua habendi amore flagrat, iubet in meliora conuerti. Deindè rurſus ſenſibile præmium ſtatuens, ait : Quoniam ipſi ſaturabuntur. Quia enim plurimos diuites facere putatur auaritia, dicit hoc eſſe contrarium, magíſque id præſtare iuſtitiam. Noli igitur iuſtitiam exercens formidare pauperiem, neque famem timere, cùm certè illi magis omnibus bonis excidant, qui aliena diripiunt, vt vt ex aduerſo ille qui iuſtitiam diligit, tutiſſimè omnia bona poſſidet.* Longiuſculè, ſed planè eleganter Chryſoſtomus. Profectò ea eſt auara tenacitas, quâ homines aliena retinent, vt ad ea Dominis ſuis reddenda, *cupiditas, & concupiſcentia*

S. Chryſ. homil. 15. in Matthæ.

Cupiditate & concupiſcẽtiâ eſurire ac ſitire debemus iuſtitiam.

centia

Digitized by Google

ſcentia requiratur auaritiæ non abſimilis. Et quidèm fames ac ſitis, validi exactores ſunt, qui appetitum exſatient: neque ſemel aut iterùm, ſed ſemel & iterùm ſingulis omninò diebus, cibum ac potum exigunt, & hianter expetunt ſiccis faucibus, & latrante mordicùs ventre, vt caducum corpus enutriant, foueant, ac fulciant. Simili ergò *cupiditate*, & *concupiſcentiâ* expetit virtus hanc iuſtitiam repetitâ idemidèm appetentiâ, vt virtutem foueat, nutriat, ſuſtentet. Proh! ſic hominibus crebrò hærent res alienæ, vt toties iteratâ fame ac ſiti reſtitutionis indigeant? Sic eſt arduum reſtituere, vt niſi hic viuaciori *cupiditate*, ac *concupiſcentiâ* ægrè peragi poſſit? O auarè furacem, & tenaciter rapacem hominis naturam!

6. Matthæi 20. diurnum laborem in vineâ, debita ex pacto merces ſubſequitur: *Cùm ſero autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios & redde illis mercedem.* Seróne redditur merces labori ex iuſtitiâ debita? *Conſidera* (ait dubius Chryſoſtomus) *quia ſerò, non autem manè reddit mercedem.* Sanè *conſideratione* opus eſt, quomodò laudatiſſimus paterfamilias, ſuum debitum *ſerò* ſoluiſſe dicatur. Et quidèm non pauci ex operariis, *accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias.* Serò dediſſe dicitur, quod ex iuſtitiâ debebat, & cum murmure accipi? Reſpondet Lyranus ex Gregorio, *quòd iſta murmuratio non eſt aliud quàm dilatio præmij*, mercedis inquam, ex iuſtitiâ debitæ. Hem! vel bonus hic paterfamilias dum tamquam homo inducitur, & humano more de illo ſermo eſt, cùm proponitur ſoluens quod debet, *ſerò*, & cum accipientium *murmure* ſoluere perhibetur? Forſan hoc verbum *ſerò*, quaſi ſolenne humanis ſolutionibus eſt, quæ ſine *murmure* vix, aut ne vix quidèm peraguntur. Singularis eſt boni patrisfamilias Boozi largitas, & erga cognatam Rutham beneficentia, quòd eam non *ſerò*, ſed *mane*, cumulatâ mercede munerarit. Porrò antequam illam ad ſpicilegium, vel opus meſſorium adlegit, annonam abundè præbuit, & iteratis ordei menſuris cumulat.

Matth. 20. v. 1.

Imperf. homil. 14. in Matth.

Serò, & cum murmuratione ſoluit bonus etiam paterfamilias!

Lyra ibi. S. Gregor.

Hic verſ. 8. & 9.

---

§. CXXIX.

Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori ergà offenſores beneficentiæ, generosè obæratæ naſcitur.

1. **M***Agni animi eſt proprium, placidum eſſe tranquillúmque, & iniurias atque offenſiones ſemper deſpicere.* Muliebre eſt furere in irâ aduersùs vel leuiter offenſores. Ferarum verò nec generoſarum quidèm præmordere, imò nec remordere proiectos. Elephantes leonéſque tranſeunt, quæ impulerunt. Ignobilis beſtiæ pertinacia in vltione eſt. Non decet Regem ſæua, nec inexorabilis ira. Non multùm enim ſupra eum eminet, cui ſe iraſcendo atque vlciſcendo exæquat. At ſi dat vitam, ſi dat dignitatem periclitantibus, & ob iniuriam ſibi illatam amittere merentibus, facit quod nulli niſi rerum potienti licet. *Vita enim etiam ſuperiori eripitur, nunquam niſi inferiori datur.* Seruare proprium

Seneca l. 5. de Clem. c. 5.

Proprium Principis eſt, offenſiones ſemper deſpicere.

eſt excellentis fortunæ, quæ nunquam magis ſuſpici debet, quàm cùm illi contigit idem poſſe quod Deo, cuius beneficio in lucé edimur, & largè in bonos ac malos ſemper beneficus eſt. Dei itaque ſibi mentē aſſerens Princeps, alios ex ſubiectis, quia vtiles boníque ſunt, libens videat, alios in numerum relinquat: quoſdam eſſe gaudeat, quoſdam patiatur. Ergò Principis de æmulatione Dei potentia eſt gregatim ac publicè ſeruare bonos ac malos: multos autem indiſcretè occidere, non tam etiam Tyranni, quàm incendij ac ruinæ potentia eſt. Sanè hæc potentia ad nocendum ſibi infenſos, impotentia iracundiæ eſt, & regiæ generoſitatis opprobrium.

1. Regum 14. Saülis iras fruſtrà atrociores fugiens Dauid, Engaddi deſerto fugitiuus latitat. Saül autem cum validâ manu illum perſequitur. Et venit ad caulas ouium, erátque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Et dixerunt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies de quâ dixit Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit, ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saül. *Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus & non permiſit eos vt conſurgerent in Saul.* Mira hîc Dauidici animi generoſitas elucet, cùm Saüli hoſtiliter aduersùs ſe ferocienti, beneficè parcit, & inimici veniâ ſuum periculum rursùs mercatur. Hoc immeritæ clementiæ facinus, vltra humanum faſtum generosè miriſſimum, eloquenter elucidat Chryſoſtomus, facundus illius encomiaſtes. Verùm id ſibi obiicit: *At hic fortaſsè dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri, parcere ei quem habes in tuâ poteſtate? Complures enim & alij Reges ad principatum euecti, ſeſe indignum iudicarunt in tanto regni faſtigio ab iis pœnas exigere, à quibus olim fuerant offenſi. Nam ipſa potentiæ ſublimitas cauſſam adfert reconciliationis.* Intermitto nunc an hæc obiectio detrahat facinori Dauidis, & aſpectabili veniæ; contentus opinatiſſimam obiectionis doctrinam amplecti, & ad rem expendere. Profectò generoſus Principum animus indè cenſetur quod, ab offenſoribus pœnas ſumere, *regni faſtigio indicarunt indignum.* Regiæ ſublimitatis aliquis faſtus eſt, quòd cui omnia licet, vltio non liceat, tamquam ſceptris indigna. *Nam ipſa potentiæ ſublimitas cauſſam adfert reconciliationis.* Sanè ſe poſſe vindicare, ſed nolle, generoſum vindictæ genus eſt & ſublimiori faſtigio cognatum; ne ira quæ in vltionem erumpit, eum comprobet læſum, & à minore vulnerabilem. Vndè obliuioſus iniuriæ neglectus, attentior potentiæ ſollicitudo eſt: vndè *cauſſam reconciliationis adfert*, tranquillæ ſerenitatis inſtinctu. Dauid autem tunc non erat rex, ſed Saül, à quo exinceps multa poſſet metuere. obiectio imbellis, ſed doctrina obiectionis valida.

2. Regum 19. Abſalomo lancinato, & eius phalangibus cæſis, omnis Iſraël populariter ad Dauidem concurrit, vt eum reducat in Ieruſalem. Semeï etiam procax Dauidis offenſor, proſtratus coràm Dauide, ſupplex veniam rogat. Reſpondens autem Abiſaï filius Saruiæ, dixit: Numquid pro his verbis non occidetur

2.

1. Reg. 24. v. 8.

Ipſa potentia ſublimitas cauſſam affert reconciliationis.

S. Chryſoſt. homil. de Dauid & Saüle.

3.

Digitized by Google

Semeï, quia maledixit Chriſto Domini? Et ait Dauid; Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie *in ſatan*? ergóne hodie interficietur vir in Iſraël? *An ignoro hodie me*
1. Reg. 19. v. 22. *factum Regem ſuper Iſrael*? Imò quia nuper exrex, & propè à regni faſtigio depoſitus, meritiſſimam illi cædem inferre conſultiſſimè cunctatus eſt. Nunc verò rurſùs feliciter regno potitus, eccur iuſtam iram non recentat, & pacatâ regni potentiâ auctus, offenſoris ſceleſtiſſimi Semeï maledico ſanguine regium non cruentat gladium? Offenſione Dauidis ferociunt regni Proceres; & ipſe Dauid ſtat animo pacatè tranquillo, nec iræ motu velut inſenſilis tumet? Vel procacis iniuriæ recordatio, iram inquietat, & furorem concitat. Attentiùs autem aduotanda eſt cauſſa, quæ vltricem excuſſit iram, & Dauidis animum mitiſſimè tranquillauit: *An ignoro hodie me factum Regem ſuper Iſrael?* Tempeſtiuè Chryſoſtomus nuper laudatus; ſic aliorsùm, ſed verè ait: *Regni magnitudine dilutam fuiſſe iram.* Scilicet nuper cùm populus aduersè tumultuabat, ferè à regno depoſitus Dauid, nimis periculosè priuatas iniurias vltione exequeretur, tunc exrex, & velut quiſpiam è populo. Nunc autem vnà cum regno, Regios mores receperat; & iniuriæ illatæ cognatam iram, cum regali potentiâ generosè deſueſcit: nam *regni magnitudine ira diluitur.* Quare Saruiæ filios, qui tunc Dauidis iram ad vltionem ſufflammabant, *in ſatan*, id eſt, in regni recuperati *aduerſarios* ſibi fieri Rex conqueritur; quippè qui ſuadeant, ſe Regem vltrice iracundiâ negare, & in iteratâ electione ad regnum, pacatos Regis mores erga aduerſarios diffiteri quaſi *regni magnitudine ira diluta* non ſit.

Regni magnitudine ira diluitur.

S. Chryſoſt. ſupra.

1. Regum cap. illo 24. Dauid opportunam in ſpeluncâ occaſionem nactus Regis inimiciſſimi perimendi, inopinatâ veniâ illi benigniſſimè pepercit. Et ipſum è ſpeluncâ egreſſum, oſtenſâ orâ chlamydis, quam ſilenter præcidit, prolixa oratione alloquitur: & euidenti ſigno oſtendit, ſe impunè poſſe, ſed piè nolle in eum manum extendere, & inimici morte vitam ſuam redimere. Cùm autem compleſſet Dauid loquens ſermones huiuſcemodi, dixit Saül: Iuſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. Quis enim cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in viâ bonâ!
1. Reg. 24. v. 21. *Et nunc quia Scio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tuâ regnum Iſrael; iura mihi*, &c. Multa hîc mouet Abulenſis quæſt. 25. & 26. vt exponat, in quo nam *nunc* cognouerit Saül, quòd Dauid poſt eum regnaturus erat. Cui procliue fuit Hebræorum hâc de re fabellas reiicere; reddere autem cauſſam rei idoneam, non ita facile. Noſter Sanctius inibi numer. 26, ſic locum extricat, & ad rem exponit: *Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, &c. Tandèm obſecrat, vt quandò illum regium nomen, atque poteſtas manet, de quo ipſe non dubitat; & nunc certiſſimè ex eo tandem didicit, quia in illo Regios ſpiritus, id eſt, ingenuos, & clementes agnouit, ne ſemen ſuum perdat*, &c. Itaque nunc rex Saül ſuam vltricem iracundiam animaduertens, ſe cum totâ poſteritate à regiâ dignitate ac potentiâ reiiciendum, certò auguratur. Et admirans in Dauide manſuetudinem, pietatem, & clementiam erga infenſiſſimum hoſtem inhumanè ferocientem, tunc ait, ſe *certiſſimè ſcire* Dauidem regnaturum, *quia in illo Regios ſpiritus, id eſt, ingenuos, & clementes agnouit*, quaſi clementia in hoſtes; ſit regni character, & potentiæ notamentum: exindè Regij ſpiritus, id eſt, ingenui & clementes ergà offenſores, regni auguria ſunt, & ſceptrum fauſtè ominantur.

Abulenſ.

Dauid de veniâ ergà Saülem, regnum ſibi fauſtè ominatur.

Sanctius.

Matthæi 5. Apoſtolos in Eccleſiæ Principes poſtmodùm inaugurandos, ad mores tanto faſtigio dignos, his verbis Chriſtus Deus informat: Diligite inimicos veſtros, & *benefacite his qui oderunt vos*: & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt: qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. 5.
Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Benè notant Interpretes, quòd emphaſim habet *τὸ vos*. Quaſi dicat: Vos ſpeciatim qui inaugurandi eſtis in mundi Antiſtites, & Eccleſiæ Principes, in præſcriptam omnibus dilectionem ac beneficentiam erga inimicos, obnixiùs incumbite. Et ſanè *τὸ ergò* indicat, quòd hæc gnome eſt proximè dictorum finis & complexio. Itaque ſumma Chriſtianæ perfectionis, & illius meta, in dilectione inimicorum, & beneuolâ ergà illos beneficentiâ, de beneficentiæ diuinæ æmulatione, immetatè collocatur. Luculenter Caſſiodorus: *Inclinari*, inquit, *precibus noſtra nouit humanitas, nec pro affectu pietatis fines poteſt iuſtitia cuſtodire. benigni quippè Principis eſt ad clementia commodum tranſire terminos æquitatum, quandò ſola eſt miſericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recuſant.* Itaque parùm eſt Principibus, miſeris, pauperibus, calamitoſis, imò & cunctis largiter benefacere, quod eſt pietatis affectu velut *iuſtitiæ* principalis *fines cuſtodire*: Princeps enim munificentiæ obæratus naſcitur, & miſerorum vectigalis. At offenſas diſſimulare, offenſores præterire, illiſque large benefacere, tamquam peruerſo gratus officio; hic, hic inquam, aliquis principalis beneficentiæ faſtus eſt, qui vltra naturæ metam extollitur: *benigni quippè Principis eſt ad clementia commodum tranſilire terminos æquitatum:* Summa enim potentia læſa, & lædenti munifice grata, *terminos æquitatum tranſilire* videtur. Hæc diuinæ munificentiæ æmulatio reddit Principē Deo ſimilem. Loquens enim Philo de Principibus, ita ſcribit: *Hi omnes & prodeſſe poſſunt, & obeſſe; debent tamen id velle, quod eſt melius. præſtat autem iuuare quoſcumque poſſis pro viribus: nam preceptum vulgò tritum, Deum ſequere, non aliud ſignificat; quandoquidèm ille cùm vtcumque poſſit, mauult benefacere, vt liquet ex mundi regimine.* Tantùm non dixit: *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Eſtote perfecti ſicut, & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt; id eſt, ad clementia commodum trāſilite terminos æquitatū.* Quod ergà hoſtiliter exoſos Moabitas nunc Boozus in Ruthâ abundè præſtitit.

Matth. 5. v. 45.

Caſſiodorus lib. 2. Variar.

Benigni Principis eſt tranſilire terminos æquitatum, ad clementia commodum.

Philo lib. de Creat. Princ.

Hi. verſ. 8. &c.

§. CXXX.

§ CXXX.

Homo miſericors de humanitatis elogio, in hominem reciditur: vicinus eſt cæli, à gehennâ remotus, & velut Deus terreſtris.

1. Plutarchus.

PLutarchus in vitâ Catonis ita ſcribit: *Scopas Theſſalus cùm ab eo peteret amicus rem eam quæ non admodùm illi eſſet vſui, diceretq; nihil ſe neceſſarium, vel vtile petere. Atqui his ego (inquit) beatus & diues ſum inutilibus & ſuperuacaneis. Ita diuitiarum admiratio nulli affectui conſentanea naturali, ex vulgari & tranſlatitiâ opinione oritur.* Nutriat ergò liberalitatem ac beneficentiam, quòd non neceſſaria, ſed inutilia diuitem, ac vulgo beatum faciunt. Heu ſuperuacaneis auaritia ſtudioſè impenditur, & propter inutilium immodicam appetentiam, præcipuum hominis elogium perditur. *Ego ſic viuam* (aiebat Seneca) *quaſi ſciam aliis me natum, & naturæ rerum hoc nomine gratias agam. Quo enim melius genere negotium meum agere potui? Vnum me donauit omnibus, vni mihi omnes. Quicquid habebo nec ſordidè cuſtodiam, nec prodigè ſpargam. Nihil magis poſſidere me credam, quàm benè donata: non numero, nec pondere beneficia, nec vllâ niſi accipientis æſtimatione perpendam. Numquam id mihi multum erit, quod dignus accipiet.* Senecæ ſunt hæc verba, an hic Boozi? Sic extitit largus Ruthæ munerator, vt vel ipſius vota donando ſuperaret.

Inutilia & ſuperuacua diuitem faciunt, & beant.

Seneca lib. de Victor. beat. c. 21.

Vir miſericors omnibus naſcitur,

Hic verſ. 8. &c.

2. Prouerb. 10. v. 6. Hebræus.

De Salomonis ſcholâ hæc morum gnome prodit: *Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?* Prò τὸ *homines miſericordes* Hebræa habent, *Viri gratiæ.* Nempè homines eximiè liberales, & largè benefici. Quos, hunc Verſiculum perſtrictim commentans, ſic commendat Ambroſius in Pſalm. 118. Octonario 18. *Magnum ſanè munus* (eſſe hominem miſericordem, ſeu virum gratiæ,) *ſi ſe ipſe cognoſcat, & quædam forma iuſtitiæ, mundo magis quàm ſibi naſci. Vndè Salomon ait: Grande homo, & pretioſum vir miſericors. Et verè magnus eſt, & imitator Dei. Terram excolit, maris tamquam poſſeſſione vtitur, cæli ornamenta grandis miratur aſſertor. Euanuerat rerum natura, niſi qui eâ vteretur, diuinâ prouidentiâ eſſet adiectus.* Itaque adeò grande quiddam & anguſtum eſt, eſſe hominem miſericordem, virum gratiæ, ſeu largè liberalem, vt *mundo magis quàm ſibi natus* dicatur. quaſi homo ſordidè illiberalis, parum ſibi, nemo aliis cenſeatur. Dein homo miſericors appellatur, *quædam forma iuſtitiæ.* ac ſi liberalior miſericordia ſit debitæ iuſtitiæ idea: ſic enim liberaliter donat, quaſi ex iuſtitiæ debito ad donandum teneretur. Adhæc nuncupatur, *Diuini operis interpres*, ac ſi liberalior hominis beneficentia, ſit diuini opificij, & mundialium rerum omnium dilucida interpretatio, & gloſſema luculentius. Denique ſi in hominibus miſericordia deeſſet, *euanuerat rerum natura*, tamquam fine ſuo fruſtraretur, & male otioſa ſubſiſteret. quaſi ſuperuacua, inutilis & euanida eſſet natura rerum, niſi humana illam beneficentia firmiter fundaret, ac ſi immiſericordia ſit naturæ titubatio, & eiuſdem fulcium miſericordia exiſtat. Hem: éſtne hominis beneficentia, naturæ rerum ſubſiſtentia? Niſi *multi homines miſericordes, ſeu viri gratiæ vocarentur, euanuerat rerum natura.* Nec tamùm rerum natura euaneſceret, ſed ipſemet homo à ſeipſo deſciſceret, & in aliud quodvis nomen ab humanitate alienum ignobiliter degeneraret. Quod in præſcriptâ Prouerbiorum ſententiâ Hilarius ediſſerit, ſic fatus: *Grande homo, & pretioſum vir miſericors: virum verò fidelem opus eſt inuenire. Quid enim tam difficile eſt, quidue tam ardui operis eſt, quàm inuenire eam qui meminerit ſecundum imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe factum:.... Hoc enim nomen, vbi rerum ſuperius commemoratarum cognitione neglectâ in vitia deciderit, amittit: indignus ſcilicet iam indicatus homo nuncupari.* Ecce tibi qui vir miſericors non eſt, ſed ſordidâ illiberalitate degener non meminit ſe ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſſe factum, quaſi diuinam in ſe imaginem expunxerit, *indignus iam indicatur homo nuncupari.* ac ſi eſſe humanum miſericordi humanitate conſtet.

Miſericors mundo naſcitur: eſt forma iuſtitiæ.

Hominis miſericordia, eſt diuini operis interpres.

Niſi eſſet homo miſericors euanuerat rerum natura.

Prouerb. 20. v 6

S Hilar. in Pſal. 118. lit. iod.

Homo immiſericors, indignus iam indicatur homo nuncupari.

3. Pſal. 149. v. 5. Tranſlationes variæ.

Regius Pſaltes ſic modulatè occinit: *Exultabunt ſancti in gloriâ, lætabuntur in cubilibus ſuis.* Alij vertunt, *Gloriabuntur ſancti in gloriâ.* Alij ſignificantiùs, *Exultabunt ſancti cum magnificentiâ, ſummâve gloriâ*, vel *decore.* Quænam eſt iſta, magnifica, ſumma, & glorioſa gloria, quâ ſancti exultim lætantur? Pagninus in lex. & noſter Lorinus hìc, ex Hebræo ſic locum efferunt, *Exultabunt miſericordes in gloriâ*. quaſi perindè ſit, *miſericordes*, ac ſancti qui hâc *magnificâ*, ac *ſummâ gloriâ*, & *decore glorientur*, O! tantáne, tam magnificâ gloriâ miſericordes lætantur, glorientur, beantur? Hùc alludit gnome Arabum cent. 1. num. 80. *Liberalis vicinus eſt Dei, vicinus hominis, vicinus paradiſi, remotus ab igne inferni.* Quaſi dicat: Homo liberalis ac beneficus de miſericordiæ prærogatiuâ eſt felix ac beatus in hâc vitâ & in aliâ, in terrâ & in cælo: dum enim benignitate vicinatur paradiſo ac cælo, remouetur ab igne inferni, & æternaturâ gehennæ pyrâ, quâ immiſericordia iam nunc vſtulatur, & ibi in viuo cadauere æternùm flagrabit, & miſerè decineraſcet. Cum ergò homines miſericordes, ſeu viri gratiæ, ſic longè remoueantur à gehennâ, & paradiſo ac cælo vicinentur, appoſitè canit regius Vates, *Exultabunt ſancti in gloriâ*, id eſt, *Exultabũt miſericordes in gloriâ*; vel, *Gloriabuntur miſericordes in magnificâ ac ſummâ gloriâ.* Hùc etiam ſpectat poſterius huius Verſiculi hemiſtichium; *Lætabuntur in cubilibus ſuis.* Alij apud Lorinum vertunt: *Iubilabunt intra thalamos ſuos*: Alij, *Onabunt de cubilibus ſuis.* Quæ denotant lætitiam, laudationem lætam, iubilum, cantúmve iucundum, cum ſuaui & tranquillâ pace, cum magnâ ſecuritate, quam cubilia lectíue denotant, abſq; ſomni inertiâ. Græci Patres inibi in Paraphraſi: *Lætabuntur in cubilibus ſuis. Per cubilia mortem Sanctorum ſignificauit.* Itaque ſenſus eſt: *Exultabunt miſericordes in gloriâ; lætabuntur in cubilibus ſuis*, id eſt, in morte. Nempè mors quæ aliis horrori eſt, illis erit ſomnus tranquillus ac lætus. Imò nec ſomnus erit, ſed ſomni lectus, ſine inertiâ ſomni, abſque infauſtâ ſomni ſignificantiâ. Neque enim viro miſericordiæ mors erit

Pagninus. Lorinus.

Gnome Arabum.

Miſericors, vicinus eſt Dei, vicinus paradiſi, remotus à gehennâ.

4. Lorinus ibi.

Hominis miſericordis mors, thalamus & onatio eſt.

Græci Patr.

Digitized by Google

erit mors, neque ſomnus; ſed ſomni lectus; quin & nuptialis *in ſlemmi*; & victoria, *onaiio*, triumphus, ſeu glorioſè felix beatæ gloriæ auſpicium, empyreas cæli glorias præproperè delibans. Sic homo miſericors tranquillè ac beatè moritur!

5. Prouerb. 20. v. 6.

Redeat iterùm Salomonis locus ſemel expenſus, aliter expendendus, & ad rem enucleandus: *Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?* Quæ verba ſic vertunt LXX. Interpretes:

LXX Interp.

Magnum homo, & pretioſum vir miſericors: hominem autem fidelem opus eſt inuenire. Hanc ſententiam ſic elucidat Chryſoſtomus homil. 4. in Epiſt. ad Philipp. Huius Doctoris verba à noſtro Cornelio emaculata, ſic habent:

S. Chryſoſt.

Magnum quid eſt homo, propter quid? & pretioſum, inquit, vir miſericors. Iſtud enim eſt homo miſericors: imò miſereri eſt Deum eſſe. Vides quanta ſit miſericordia Dei potentia? illa omnia fecit, illa mundum operata eſt, illa Angelos fecit propter ſolam bonitatem. Propterea & gehennam minatus eſt, vt regnum conſequamur: regnum vero conſequimur per miſericordiam. Quâ nam ratione cùm ſolus eſſet, tot ac tanta fecit? an non propter bonitatem? an non propter benignitatem?

Quo ſenſu dicatur, quòd miſereri eſt Deum eſſe.

Nota ad rem præcedenti num. expenſam, miſericordiæ opus eſſe, & cæleſtis regni beatitudinem, & peracerbas gehennalis incendij minas: minatur enim gehennam, vt regnum cæleſte conſequamur. Aduerte quòd dum ait, *Imo miſereri eſt Deum eſſe*, perindè eſt ac ſi dicat:

Cornel. ibi.

Deo ac Diuinitati propriū elogium eſt ſe communicare, benefacere, & miſereri miſerorum; adeò vt hæc eius videatur propria indoles & natura, vtque Deus videatur eſſe Deus per beneficentiam ac miſericordiam. Quare qui eam beneficâ imitatione æmulantur, quaſi diuini fiunt, & tamquam Dij quidam terreſtres.

S. Nazianz.

Hinc ſudata illa Nazianzeni ſententia, in Orat. de Curâ pauperum: *Deus eſto calamitoſis, Dei miſericordiam imitando: nihil enim beneficentiâ diuinius in hominem cadit.*

Maximus. Serm. 8.

Et interrogatus Demoſthenes, *Quid Deo ſimile haberent homines?* reſpondit, *Benignè facere.* Exindè gnome illa Arabum nuper laudata: *Liberalis vicinus eſt Dei, vicinus hominis, vicinus paradiſi, remotus ab igne inferni.*

6. Exhod. 7. v. 1.

Exhodi 7. *Dixitque Dominus ad Moyſen: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Multa multi ſuper hâc dono accepta Moyſis Diuinitate. Quid eſt Moyſen conſtitui Pharaonis Deum? S. Hilarius lib. 7. de Trinitate: hunc locum verſans, ita ſcribit:

S. Hilarius.

Sic Moyſes Pharaoni Deus datus eſt, dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur: & aliud eſt Deum dari, aliud eſt Deum eſſe. In Pharaonem enim Deus datus eſt. Ceterùm non ei eſt & natura, & nomen vt Deus ſit. Ita quidèm, neque enim Moyſes eſt Deus, ſed in Deum datus eſt: & Dei nomen geſtat, non

Moyſes dicitur Deus, dum oranti adnuit, & beneficè medetur.

præciſè quia à Pharaone timetur; ſed quia Pharao illum ſupplex perſæpè rogat, vt plagas auertat, illíque dicto citius Moyſes miſericorditer adnuit, quin largiorem eius beneficentiam, & in miſerendo liberalitatem, & tranquillam pietatem, infida Pharaonis obſtinatio exaſperaret, aut à benefaciendo tantiſper inhiberet. *Moyſes Pharaoni Deus datus eſt, dum oratur, dum medetur.* Nihil tam arduum, & vltra naturæ faſtigium, à Moyſe toties male offenſo, Pharao vnquam expetiit, quod non confeſtim impetrarit abundè. Nihil vnquam Moyſes omiſit, quod ad obſtinatiſſimi Pharaonis medelam facere poſſe videretur. Semper illi adfuit tranquillè pacatus, largitor beneficus, & ſollers curator. Quin & Pharaonis timor, & incuſſus tot plagis metus, illex erat vt ad Moyſen confugeret, & inopinatum ad impetrationem lenocinium. Terretur, vt roget; plagis ſauciatur, vt ſanetur. O! ſic beneficentia Deum datum inuenit, aut facit? Infida autem Pharaonis obſtinatio, aduersùs ſe malè pertinax, hanc Moyſis Diuinitatem deuenuſtauit, ne miſericordia toties immerita præniteret ad gratiam; ſed exacerbaretur ad ſupplicium, quod miſericordia minabatur.

---

§. CXXXI.

Dominorum ergà ſeruos beneuola ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur.

INgentis arrogantiæ prouerbium iactatur: *Totidem eſſe hoſtes, quot ſeruos.* Non habemus illos hoſtes, ſed facimus. 1. Cato.

Alia interim crudelia & inhumana præterea, quòd nec tamquam hominibus quidèm, ſed tamquam iumentis abutimur. At infelicibus ſeruis mouere labra, ne in hoc quidèm, vt loquantur, licet, virgâ murmur omne compeſcit: & ne fortuita quidem verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamentum, ſingultus: magno malo vlla voce interpellatum ſilentium luitur: nocte totâ ieiuni, mutique perſtant. Nec illud quidèm vident, quàm omnem inuidiam veteres Romani dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerint. Sibi inuidet, qui ſeruos male tractat. Serui enim ſunt animatum heri ſeruitium. Qui in ſeruos agreſtis eſt, obſequium auertit, ſeruitutem inuitiat, & ſeruitium deprauat.

Dominorum auſteritas, de ſeruis hoſtes facit.

Marcus Craſſus ille diues magnam ſeruorum turbam domi alebat, quorum præcipuam agebat curam, diſcentibus, adſtans, interdùm & ipſe docens eos; dicens hanc oportere præcipuam eſſe patrisfamilias ſollicitudinem, quòd ſint rei familiaris animata inſtrumenta. Idem ſenſit Ariſtoteles.

Eraſmus l. 5. Apophth.

Ariſtoteles.

2. Matth. 8. v. 6.

Matthæi 8. cùm introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Origenes homil. 5. in diuerſos, hoc Centurionis factum ſic elucidat:

Origen.

Accedit Centurio externus generatione, ſed mente domeſticus; militum Princeps, ſed plus Angelorum gaudium. Multi in illo tempore pro diuerſis rogabant infirmitatibus, nullus autem pro ſeruo, niſi iſte ſolus: & hoc ei ad argumentum beatitudinis, & gloriæ coronam erat. Scilicet vnus Centurio, tametſi fide extraneus, ad Chriſtum fidenter accurrens, curam ergà ſeruos primus dedicauit, & *ſolus* geſſit.

Cura in ſeruos, & argumentum beatitudinis, & gloriæ corona dicitur.

Bona Centurionis pietas, quæ dum morbi leuamen ſeruis procurat, *Angelorum gaudium* negotiatur. Sic eſt grata *adminiſtratoriis ſpiritibus* cura, quam pro ſuis miniſterialibus ſeruis homines ſtudioſiùs impendunt? Qui & hoc ſollicitudinis augmentum ad ſeruis opitulandum, *argumentum beatitudinis, & gloriæ corona* nominatur. quaſi hæc

pro

Digitized by Google

pro ſeruis ſollicitudo heris inuſitata, dum miſericordiam ergà miſeros exaggerat, beatitudinis futuræ glorias illis fauſtè ominetur: & hæc cura ſit beatitudinis obſes.

3. Matth. 8. v. 5. & 6.

Redeat iterùm Centurio ſeruorum ſollicitudine aſpectabilis: Cùm introiſſet Ieſus Capharnaum, *acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur,*&c. Quæ verba Chryſologus Serm. 15. ad rem præſentem multimodè expendit: *Cohortis Romana, Centurio,* inquit, *Dux factus eſt militia Chriſtiana, & merito, quia antè cœpit docere, quàm credere. Videtis Centurionem antè quàm diſcipulatûs ſubiret officium, locum magiſterij fuiſſe ſortitum. Prabet enim petendi formam, dat normam credendi, fidei pandit cauſſas, virtutum commẽdat exempla, qui nondùm Chriſtiana ſchola ingreſſus eſt diſciplinam. Rogans eum, hoc eſt ſapere, non rogare. puer meus iacet &c. Cauſſas pueri, quaſi Magiſter agit. Verè Centurio, qui ſtipendia terrena centenarium cæli mutuauit in fructum, & ſeruitutem militia ſecularis in diuinam ſuſtulit dignitatem. Domine, puer meus iacet, &c. Qui vocat Dominum, fatetur ſuam fideliter ſeruitutem.* Peritè Centurio dum pro ſeruo ſupplicat, *ſauit* potiùs quàm *rogat:* nam cùm rogat pro ſeruo, de illius ſalute ſollicitus, & tunc Chriſtum appellat *Dominum,* patem de ſe curam exambit, dum ſuam etiam *ſeruitutem* fideliter confitetur; & quod ſeruo rogat, de ſeruorum ſollicitudine, ſibi etiam Dei ſeruo, fauſtè ominatur. *Domine ſeruus meus iacet. Qui vocat Dominum, fatetur ſuam fideliter ſeruitutem,* & patem de ſe curam diſſimulanter rogat & impetrat. Quaſi dicat, ait Origenes: *Mihi hic ſeruus eſt, & ego Creatoris. Ille me ſuper terram, & ego in cælis magnum habeo Dominum. Si ergo eius non miſereor, quomodo ille mei miſerabitur? Si ego huic non ſubuenio, quomodo ille mihi ſubueniet? Sic debent omnes, qui famulos & famulas habent, cogitare, ſic miſereri, & condolere eis; ſupplicare, & curam habere de ſeruis vel de ancillis ſuis, ſicut ille beatus Centurio fecit.* Itaque beneficentia humanior in ſeruos, diuinæ miſerationis ergà Dominos, menſura proponitur. O bonum Euangelicæ pietatis magiſterium, de ſcholà Centurionis ediſcendum! Bonus Booz, & à Deo largiùs muneratus, qui vt in cognatam Ruth ſe præberet beneficum, & operam & cibum ſeruorum atque puellarum illi vltrò pollicetur.

S. Chryſol. — Beneficentia in ſeruos, diuinæ miſerationis menſura proponitur. — Origenes. ſupra. — Hic verſ. 8. & 9.

4. Matth. 8. v. 6. & 7.

Adhuc idem locus aliter ad rem præſentem enucleandus eſt: Acceſſit ad Ieſum Centurio, rogans eum & dicens: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus. Ego veniam, & curabo eum.* Quæ Domini verba lib. 5. in Lucam, ſic eleganter S. Ambroſius expendit: Alibi, inquit, Regulo dicit: Vade, filius tuus viuit, vt ſcias & potentiam Diuinitatis, & humilitatis gratiam. Ibi noluit pergere, ne in Reguli filio videretur magis diuitiis detuliſſe: hîc ipſe perrexit, ne videretur in Centurionis famulo conditionem deſpexiſſe ſeruilem. Omnes enim, ſeruus & liber, in Chriſto vnum ſumus. Verùm S. Gregorius homil. 28. in Euangel. explicatiùs ſeruorum fauentiam oſtendit: *Quid eſt,* inquit, *quod Regulus rogat, vt ad eius filium veniat, & tamen ire corporaliter recuſat ad ſeruum vero Centurionis non inuitatur, & tamen ſe corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per corporalem præſentiam non dignatur adeſſe; Centurionis ſeruo non dedignatur occurrere. Quid eſt hoc, niſi quod ſuperbia noſtra retunditur, qui in honoribus non naturam, quâ ad imaginem Dei facti ſumus, ſed honores & diuitias veneramur?* Et poſt paucula ſubdit: *Ad filium Reguli ire noluit, ad ſeruum Centurionis ire paratus fuit. Increpata eſt ergo ſuperbia noſtra, quæ neſcit penſare homines; ſola quæ circumſtant hominibus penſat: naturam non aſpicit; honorem Dei in hominibus non agnoſcit. Ecce ire non vult filius Dei ad filium reguli, & tamen venire paratus eſt ad ſalutem Serui.* Quaſi impenſior cura, & expromptior ſollicitudo ergà ſeruos, ſit nobile ſeruitutis ſtipendium. Taceat Reguli nobilitas generoſa, cùm Serui ſanitatem cum Centurione Chriſtus præfert, & aſpectabiliùs honorat: quaſi tunc Chriſtus Deus Chriſti Domini munus, id eſt munus ſuum fideliter obeat. Pulchrè Chryſologus: *Ego, inquit Chriſtus, veniam, & curabo eum. Non Centurio ad pietatem pietatis traxit auctorem, neque ad hoc ille ire compulit Chriſtum, ad quod venerat Chriſtus: ſed Centurio magis ſic ſentire, ſapere ſic docetur, quare ad ſeruum in ſeruo venerit Chriſtus: quare ad hominem in homine venerit Deus.* Chriſtus Deus in formâ ſerui ad ſeruos venit, vt etiam Dominorum ergà ſeruos obſequia humaniter erudiret.

S. Ambroſ. — S. Gregor. — Ad ſeruum Centurionis cur Dominus ire potius, quàm ad Reguli filium? — Ioann. 4. v. 50. — Ad ſeruum in ſeruo Chriſtus venit. — S. Chryſolo. Serm. 15.

Lucæ 7. poſt ſanitati redditum Centurionis ſeruum, confeſtim in ciuitate Naim, viduæ filium exuſcitat: *Et factum eſt,* inquit, *deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius & turba copioſa,* &c. Quæ verba inibi exponens Titus Boſtrenſis, ſic eleganter addubitat: *Cur is qui omnia nouit, vitaque & mortis poteſtatem habet; poſt ſanatum Centurionis Seruum, à nemine accerſitus, ad demortui adoleſcentis exuſcitationem ſe confert? Ait enim Euangeliſta: Et ibat Ieſus in ciuitatem, quæ vocatur Naim. Factum eſt hoc non caſu, ſed ſummo iudicio, ſummâque ſapientiâ, ne videlicet nonnulli quandoque in medium prodirent, qui dicerent, Centurionis ſeruum omninò moriturum non fuiſſe.* Nimirùm certiſſimæ morti proximus erat Centurionis Seruus, ſicut Reguli filius: vtrumque verbo ſanat Chriſtus; ſed quaſi non ita de filij Reguli ſanatione curaret; Serui à morte iam iam imminente curationem, mortui adoleſcentis reſurrectione adſtruit, ne dubio locus relinquatur, ſollicitum fuiſſe de Serui langore. Scilicet quaſi parum foret, Seruum ſumptuoſiùs, quàm prænobilem Reguli filium curauiſſe, ſuccedaneo reſuſcitati adoleſcentis miraculo *ſummo iudicio ſummâque ſapientiâ* id adteſtari feſtinat. O! tantíne intereſt palàm omnibus notificare, Seruum à certâ morte à Domino liberatum? 5.

Lucæ 7. v. 11. — Titus Boſtr. — Cur poſt ſanatum Centurionis ſeruum, ſtatim Chriſtus mortuum reſuſcitat?

Adhuc præſcriptus locus à Centurione petitus ad rem præſentem emedullandus ſupereſt. Scilicet Chriſtus Dominus eximiè laudatâ illius fide, & in ſeruulum pietate, dixit Centurioni, *Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi, & ſanatus eſt puer in illâ horâ.* Poſt laudatam heri de ſeruis ſolliciti fide, ſeruus tempeſtiuè conualeſcit: quò ſerui ſanitas, pietatis heri ſtipendium putetur. Quod lib. 5. in Lucam S. Ambroſius adnotauit: 6.

Matth. 8. v. 13. — S. Ambroſ.

Digitized by Google

Merito Domini, & ſtudio diſciplinæ, ſeruus ſanatur.

tauit : *Videte autem* inquit, *œconomiam Domini, probatur fides Domini, & ſerui ſanitas roboratur. Poteſt ergò meritum Domini etiam famulis ſuffragari : non ſolùm fidei merito, ſed ſtudio diſciplinæ.* Non modò herilis fidei meritum ſeruo fuit ſalutare, ſed etiam de idealis *ſtudio diſciplinæ*, ſerui ſalus roboratur. Proponitur enim fidelibus hoc Centurionis impenſum ſtudium de ſerui ſanitate, quod ad ſimile obſequium excitet dominorum deſidiam, & eiuſmodi pium ſtudium ingerat. Hæc erga ſeruos cura, & de Centurionis gymnaſio, & de Chriſti œconomiâ publicatur.

---

§. CXXXII.

Moleſtiarum depulſio, voluptatis rigor eſt: exindè amara fames præter ſeipſam omnia condit, edulcat, mellit.

1. Euſeb. l. 6. de Arte vol. c. 36.

Qui admittit voluptatem, promittit fidem dolori.

SApientis cuiuſpiam gnome moraliſſima eſt : *Hoc ipſo quòd admittas voluptatem, promittis fidem dolori*, quem voluptate non excludis, ſed permutas. Voluptati enim ineſt placendi gratia, donec dolorem excutiat; quo excuſſo, in moleſtiam refingitur. Inter bona, quæ humana inuenit opinio, nullum ipsâ opinione futilius eſt. Voluptas cùm ſagaciſſima ſit, obnixiùs contendit, ne ad experientiam veniat. pernix eſt, elabitur plus quærentibus, euadit inuadentes, ſemper obtentu difficillima, ne experientiam ſuæ vanitatis facilè permittat. E longinquo nos citat : nunquam enim propè eſt, quod propè poſitum, nihil eſt. Omnia iſta quæ commemoratio noſtra exaggerat bona, diſſita commendantur : maiora carentibus ſunt, maxima cupientibus; diſparent tamen tractanti : minima experitur poſſeſſio, quæ ſpes magna vidit. Voluptas non ſinit tractari, non vult periclitari opinionem ſui; inſequentes ſe vitat, ne videatur errore feſelliſſe, dum breuem doloris abſentiam pro voluptate propinat. O cæca mortalium vota!

2. Eccle. 2. v. 1.

Eccleſiaſtæ 2. Salomon meliora ſapiens, ſic ſecum ſapienter loquitur : Dixi ego in corde meo : *Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis, Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas.* Quo vadit? Opinor, extrà ſe ibit Salomon, vt quærat voluptates, quas in ſe tot delicijs deditus, expertus non eſt. *Et vidi*, inquit, *quòd hoc quoque eſſet vanitas.* Aquila excribit, *Vapor & fumus.* (Aquila.) Profectò mundanæ voluptates vanæ ſunt, quia tenues, breues, & exiles ſunt : atque palatum ſenſúmque tantùm titillant & irritant; perpetuò enim fluunt, fugiuntque antequam capiantur, ait Auguſtinus. (S. Auguſtin. Serm. 15. de Verb. Domin.) Quare animam non explent, nec ſatiant, ideóque mox in tædium & nauſeam vertuntur, ait Gregorius. (S. Gregor. homil. 36. in Euang.) Exindè non tam bona cenſenda ſunt, quàm minora mala, aut breuis moleſtiæ expulſio. Comedis enim quia eſuris : ſcilicet comeſtio minùs te tunc affligit, quàm eſuries : pelle medendo eſuriem, & comeſtio tibi pœna erit. Quod his verbis Bernardus eleganter ediſſerit : (S. Bernardus Serm. de Primordiis, &c.) *Comedere appetis, quia fames te cruciat. Vtrumque labor eſt, ſed quia fames grauior magis, comedere neſcis eſſe laborem. Denique poſtquam fames depulſa fuerit, vide ſi non grauius ducis comedere quàm eſurire. Sic ſe habet vniuerſa ſub ſole, vt nihil ſit in eis verè iucundum, ſed ab vno ſemper tranſire velit homo ad aliud, ſolâque viciſſitudine releuetur vtrumque, ac ſi proſiliat ab aquâ in ignem; & indè rurſùs in aquam reſiliat, vt potè qui neutrum ferre poſſit. Omnis ſi quidèm laboris initium eſt. Nemo in hoc ſeculo nequam quod vult habere poteſt, quandoquidèm nec iuſtus iuſtitiâ ſatiatur, nec voluptuoſus voluptate, nec curioſitate curioſus, nec ambitioſus inani gloriâ.* Parco ſolitæ expenſioni, quia Bernardus non modò tempeſtiuum acumen proponit, ſed illud elegantiore elucidat expenſione. Idcircò præter morem pluſculum excripſimus.

Voluptas finis vnius laboris eſt, & alterius initium.

Gentium Doctor, & Chriſtianæ œconomiæ 3.
arcanus inſtitutor, ad Philippenſes 3. hunc mundialium bonorum cenſum tradit : Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Chriſti Domini mei : (Ad Philip. 3. v. 8.) *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora.* Digna ſanè animo Paullino ſententia, & quæ ethicè prodit rerum mundialium inopiam. Quaſi dicat : Non tantùm *omnia* bona Iudaiſmi, ſed *omnia* omninò, id eſt, res omnes, putà eloquentiam, opes, delicias, gloriam, fauores, & quiduis aliud, quod mundus hic amat, & miratur, exiſtimo eſſe damna; imo & detrimenta & ſtercora. Græcum σκύβαλα pro quo Vulgatus habet *detrimenta & ſtercora*, Theodoretus, Chryſoſtomus, & Theophylactus vertunt, (Theodoret. S. Chryſoſt. Theophylactus.) *reiectamenta frumenti*, ſiue paleas. Quaſi Chriſtiana & vera virtus, quæ verã voluptatem, tamquam excuſſum frumentum exhibet; & mundanas voluptates excutit velut inutilia, ſuperuacua, ac reiectanea. Altè quidèm omnis mundi voluptatas appellatur *detrimenta, reiectamenta*, ſeu excrementa, aut *ſtercora*. Quâ de re audiendus eſt Nizetas in Orat. 38. Nazianzeni ſub finem, fortè ad hunc Paulli locum adludens, vt inſinuat Cornelius : (Nizetas. Cornel. in Eccle. c. 2.) *Omnis*, inquit, *voluptas, quæ nec ex Deo, nec in Deo ſuſcipitur, voluptatis excrementum eſt.* Scilicet defæcata, depurata, mera, ac ſincera voluptas, ex Deo, & in Deo eſt terrena autem voluptas, eſt illius ſcoria reiectanea, *excrementa, reiectamenta, ſtercora*, quæ à ſe excutit, ac reiicit, ne voluptatis ſinceritatẽ adulterent voluptuoſæ moleſtiæ admixtione ærũnoſâ. Quid vilius, quid fœdius, quid propudioſius *excrementis*? Proh! ſic hiant homines ad veræ *voluptatis excrementa?* Voluptatis *ſtercora* deuorat, voluptatis *excrementa* exorbet, quiſquis anhelâ ſiti mundanis voluptatibus inhiat. Ventrem ac pectus implere præſumit, ſed voluptatis ſcoriâ ac excrementis fœtidè amariſſimis ſe refici putat; & aliam famem ac ſitim bibit : adeò vt obtenta voluptas, finis vnius laboris ſit, & alterius initium. Nam malè ſtercore paſtus, non reficitur, ſed ad alia voluptatis excrementa hiare incipit. Dum res auidiùs cupita, (quandoquidèm exuccis fallimur excrementis) nauſeam faſtidioſè mouet, alia non minùs moleſta incipit appetere, vt deſinat nauſeare. Sic ambitioſo humanæ voluptatis ludibrio, miſer homo in nouæ appetentiæ orbem agitur, nunquam ſatur, ſemper faſtiditæ voluptatis famelicus. Nec mirum : nam meræ voluptatis putidum *excrementum*, moleſtam voluptatis famem non ſatiat, ſed demutat, & aliud faſtidij argumentum vel

Mundana voluptas, veræ voluptatis reiectaneum excrementum dicitur.

Digitized by Google

vel augendum ciet forſan moleſtiùs. O verâ virtutis voluptate pectus imple: mundana enim, demutatio ærumnarum eſt, quâ viciſſitudine homo releuatur. Quid aliud ſperes à reiectaneo *voluptatis excremento?*

4
Pſalm. 80. v. 17
Pſalmo 80. depopulo Dei per vaſtam eremum diu peregrinantem, ita pangitur: *Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petrâ, melle ſaturauit eos.* Nemo, qui vel primis labris Biblicam libauit eruditionem, neſcit. Hebræum populum ex adipe frumenti numquam in deſerto cibatum fuiſſe, neque petras illi mella ſtillaſſe ad palati delicias. Bonâ fide hæc Propheta refert, an de poëſis licentiâ liberiùs poëtatur? Opinor, his verbis Dauid, humanæ voluptatis ſacramentum explicatiùs pandit, aiens, quòd aridæ & æſtuantis depulſio ſitis, aquam mellit, & prædulcem ſaporem de abſentiâ præuiæ moleſtiæ ſuauiſſimè allinit.
Heracl. apud Corderium.
Audiendus eſt Theodorus Heracleota in huius loci Commentario: *Cibauit eos ex adipe frumenti: & de petrâ, melle ſaturauit eos. Adipem enim frumẽti vocat delicias; & mel de petrâ, dulcem aquã: non enim mel dicit. Quid igitur eſt quod dicitur? non enim mentitur Scriptura. Quandoquidèm ſitibundi & exhauſti in frigidos riuulos inciderẽt, volens declarare Voluptatẽ quam ex illo potu capiebant, mel ipſum appellauit, non quaſi natura fuerit immutata; ſed quòd appetitus & affectus riuulos illos inſtar mellis ſuaues ipſis redderet.*
Mel de petrâ lambere dicuntur, qui ſitis moleſtiã bibendo excutiunt.
Ecce tibi, petra meram aquam fundit, nullo ſapore nobilem, potui etiam iumentorum idoneam: at quoniam populus ſitis moleſtiâ aridus atque exhauſtus, dum bibit, ariditatis æſtuantis tormentum potu excutit, *volens declarare Voluptatem quam ex illo potu capiebant, mel ipſum appellauit.* Non quòd aqua mutauerit naturam; ſed quòd præuia moleſtia vulgari potu excuſſa; mellitam dulcedinem aquis fœnerarit. Sic non malè ſitire, benè ſapit? Viderit lector, an id eloquentiùs inibi expreſſerit
S. Auguſtin.
Auguſtinus: *Propter hoc*, inquit, *& Propheta mirabilia narrans, quæ in Ægypto geſta ſunt, quæque in eremo, inter cetera etiam hoc dicit: De petrâ melle ſaturauit eos. Ecquidèm nuſquam inuenimus mel fluxiſſe de ſaxo, quid ergò eſt quod dixit? Quoniam quidèm poſt multam itineris fatigationem & laborem, ſitientes aquis frigidis è ſaxo fluentibus fruebantur, eáſque multo cum deſiderio hauriebant. Hoc ipſo ergò quòd dulciſſimè & deſiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit, non quòd natura aquarum fuerit commutata, ſed quòd dulcedo poculi inſtar mellis, ſitientibus obtineret dulcorem.* Quare hîc Ruth ſpicilegij labore exæſtuans, magni beneficij loco audit à Boozo:
Hic verſ. 9.
Etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt.

5.
Prouerb. 27. v. 7.
Prouerbiorum 27. ſic ſapienter nos erudit Salomon: *Anima ſaturata calcabit fauum, & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.* Hâc vulgariſſimâ æquè ac veriſſimâ ſententiâ ſignificatur, ſaturitatem parere ciborum faſtidium; famem verò afferre ſaporem: qui enim ſatur eſt, faſtidit omnes eſcas etiam delicatiſſimas; qui verò eſurit, omnes cibos quantumuis inſulſos vel amaros, iudicat benè dulces, ſuaues, & palato gratiſſimos.
Satietas delicatioribus cibis illudit.
S. Chryſoſt. homil.
Quod nemo læditur niſi, &c.
S. Chryſoſtomus ſic locum exponit: *Cum per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter & voluptas ac iucunditas perimitur, quia non tam ciborum gratia, quam deſiderij gignit ſatisfactio voluptatem. Vndè & ſapiens quis, atque in horum diſciplinâ philoſophari benè ſciens, aiebat: Anima in ſatietate poſita fauis illudit; oſtendens etiam ipſe, quia voluptas non in naturâ ciborum, ſed in deſiderij vigore conſiſtit.* Nempè ſatietas eſt ſaporum mors, qui in nauſeâ infeliciter tumulantur; cùm præuiùm famis tormentum eſu remouendum, vitæ voluptatis non adulcetur ad placendi gratiam: fames enim eſt ſaporum vita, & deliciarum vigor. Quarè *anima in ſatietate poſita fauis illudit*; vbi enim nulla ſuppetit exterminanda moleſtia, voluptatis votum planè vacat, & deliciarum ſpebus *illuditur*, contumelioſo deliciarum ludibrio. Exindè reiectaneus eſt exquiſitus ciborum ſapor, quem famis condimentum non mellit ad palati gratiam.
Omnia præter ſeipſam edulcat fames. quare?
Itaque vbi nulla vrget famis moleſtia gratè refutanda, egregiè palato *illuditur*. Sic famis fellea amarities, omnia eſculenta gratiùs mellit? Opinatiſſimè ſententioſa eſt illa gnome: *Fames efficit, vt crudæ fabæ ſaccharum ſapiant: præter ſeipſam edulcat omnia fames.*
Apud Corn. in Prou. 27. v. 7.
O bellè! omnia quantumuis amara condit, edulcat, ac mellit fames; quod vt idoneè præſtare poſſit, ipſa acerba & amara ſemper permaneat, neceſſe eſt: nam eius fellea amarities quouis eſu abiicienda, in quoſuis cibos quamuis inſulſos, acerbos, & amaros, mella largè ſtillat, infundit, miſcet: vndè de ipſius amaritudine dulcedines abundè aſpergit, è peruerſo fauenter auxiliatis. Sanè moleſtiarum depulſio, voluptatis vigor eſt, & benè placendi auariſſima gratia.

---

§. CXXXIII.

Mortificatio, trophæorum baſis, beatæ gloriæ pignus & manifeſtatio, & pia inferni æmulatio perhibetur.

Sanctus Hieronymus ita ſcribit de laudibus Aſellæ: Nihil, inquit, illius ſeueritate iucundius, nihil iucunditate ſeuerius; nihil ſuauitate triſtius, nihil triſtitiâ ſuauius. Ita pallor in facie eſt, vt, cùm continentiam indicet; non redoleat oſtentationem. Sermo ſilens, & ſilentium loquens. Nec citus, nec tardus inceſſus. Idem ſemper habitus. Neglecta mundicies, & inculta veſte, cultus ipſe ſine cultu ..... Vnius cellulæ clauſa anguſtiis, latitudine paradiſi fruebatur. Idem terræ ſolum, & orationis locus extitit, & quietis. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cùm eam non veſcendi deſiderium, ſed humana confectio ad cibum traheret; pane, ſale, & aquâ frigidâ concitabat magis eſuriem, quàm reſtinguebat ..... Solâ vitæ ſuæ æqualitate promeruit, vt in vrbe (Româ inquam) pompæ, laſciuiæ, deliciarum, in quâ humilem eſſe miſeria eſt, & boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant. Hactenùs ſparſim Hieronymus propoſuit viuum Aſellæ cadauer, & ſpirantem Chriſtianæ mortificationis ideam. Quorum pleraque in Ruthâ hîc, & in toto hoc libello, admirari, ac prædicare licet.
1.
S. Hierony. epiſt. 15.
Modeſtia, & mortificationis idea proponitur.
Hic verſ. 9.

1. Corinth. 9. ita de ſe Paullus ſcribit: *Ego* 2.

1. Cor. 9. v. 26. & 27. *igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans. Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* Corpus ſuum Paullus caſtigat in ieiuniis multis, in vigiliis ieiunè inſomnibus, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in laboribus, & carceribus, & mundi vbiq; penuriâ: corpori illa adnuens, quæ ad vitam proficiant, non quæ licentiâ laxent. τὸ *caſtigo corpus meū*, nonnulli è Græco textu interpretantur, Græcus. Quaſi mancipium mihi penitùs ſubiicio; alij, Supprimo, elido, macero, vexo, & obculco. Alij, contundo, & percuſſionibus liuidum reddo, & ſuggillo. Neque Paullus ſic in corpus ſuum peracerbus mortificatione pœnaliſſimâ, illud ad rem virtutis imbecillum reddidit; imò & infirmam carnem in mortificationis duriſſimæ officinâ, in robur inopinatum mitiſſimè reformauit. Quod exponens hunc locum eleganter Caſſianus adnotauit: Caſſian. l. 5. de Inſtit. c. 17. 18. 19. *Vis*, inquit, *audire verum athletam Chriſti legitimo agonis iure certantem? Ego igitur*, inquit, *ſic curro, non quaſi in incertum; ſic pugno, non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio, ne aliis prædicans, ipſe reprobus efficiar.* (Animum intendito ad ea quæ ſubiicit.) *Vides vt in ſe ipſo, id eſt, in carne ſuâ colluctationum ſummam, velut in baſe quâdam firmiſſimâ ſtatuerit, & prouentum pugnæ in ſolâ caſtigatione carnis, & in ſubiectione ſui corporis collocarit...... Nec in vanum aduerſus eam* (carnem) *ictus continentiæ exercuiſſe deſignans, ſed triumphum pugnæ mortificatione ſui corporis acquiſiſſe.* Et infrà cap. 28. pergit his verbis: *Non quaſi aërem verberans, id eſt, in vanum ictus continentiæ porrigens, per quos non aërem vacuum, ſed illos ſpiritus, qui in eo verſantur, caſtigatione ſui corporis verberabat.* Ecce tibi Caro lutea, fragilis, lubrica, caduca, ſic in mortificationis officinâ roboratur, vt ſpiritualium certaminum ac triumphorum gloria, in eâ *velut in baſe firmiſſimâ ſtet.* Neque enim mortificationis ictu eam debilitant; potiùs enim malignus ſpiritus in luto carnis deliteſcens, cæditur, ac verberatur: ipſa verò tamquam tropheorum triumphalis *baſis* perſtat erecta.

Caro mortificatione fit ſpiritualium trophæorum baſis.

3. Idem Gentium Doctor 2. Corinth. 4. In omnibus, inquit, tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: deiicimur, ſed non perimus. 2. Corint 4. v. 10. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt, & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* S. Ambroſ. Ambroſius excribit: *Mortem Domini Ieſu in corpore circumferentes.* Neque temerè addidit cum Græcis cognomen *Domini*; Græcus. ne ſeruos pigeret ſimilia *Domino* ſuo pati. S. Chryſoſt. Theodoret. Theophyla. Oecumen. Ceterùm tametſi Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophilactus, Oecumenius, & alij cenſeant, quòd præſcripta Paulli ſententia addatur ad ſuperiora tamquam illorum corollarium; Anſelmus autem eam de mortificatione eleganter exponit, ſic inibi fatus: S. Anſelm. *Semper mortificationem Ieſu, id eſt, quam Ieſus pro nobis ſuſtinuit, & nobis ſuſtinendam reliquit. Hanc in noſtro corpore ſemper circumferimus, quoniam ad eius imitationem aſſiduè carnem mortificamus. Quod ideò facimus, vt & vita Ieſu, ſicut nunc mortificatio, id eſt, vt glorioſa immortalitas reſurrectionis manifeſtetur omnibus in corporibus noſtris.* S. Ambroſ. Ambroſius autem *vitam Chriſti* interpretatur eam, quam Chriſtus in alia vitâ promiſit, vitam inquam, cæleſtem ac beatam, quam quidèm præcipuè promerentur ij, qui iſtiuſmodi dura atque aſpera pro Chriſto patiuntur. Scilicet *mortificatio* noſtra, quâ *aſſiduè carnem mortificamus*, non ſolum dicitur *mortificatio* Ieſu Chriſti, quaſi quod nos ſic patimur, ille ſimul nobiſcum patiatur, quod eſt magnum noſtræ mortificationis elogium; ſed *mors Domini Ieſu* etiam nominatur. O Chriſti Dei plagas, vulnera, paſſionem, crucem, mortem, quæ noſtra in corporibus noſtris mortificatio æmulari præſumit! Huiuſmodi autem mortificatio noſtra, mortificationis aut mortis Chriſti æmula, Dominicæ reſurrectionis *viam* glorioſam in corporibus noſtris manifeſtat: quia dum ſimilem mortificationem aut mortem mortificatus homo præfert, adſimilem etiam reſurrectionem auſpicatò manifeſtat; & quod contumelioſè acerbam mortem refert, immortales reſurrectionis glorias feliciter auguratur. Niſi malis cū Ambroſio nuper laudato, per *vitam Ieſu*, quam mortificatio noſtra in noſtro corpore manifeſtat, intelligere beatam ac empyream cælitum gloriam, quæ Chriſto glorioſo, tamquam cæleſtis gloriæ exemplari aſſimilatur: nam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. Scilicet quiſquis *aſſiduè carnem mortificat*, futuram ſibi beatam gloriam manifeſtat. Sanè in noſtrâ mortificatione, reſurrectionis tabula legitur; in eâque beatæ immortaliter felicitatis non dubia notamenta auſpicatò tranſparent. Igitur altiore ſtilo dixit Paullus: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.*

Mortificatio noſtra dicitur Mors Chriſti, & manifeſtatio reſurrectionis, ſeu beatitudinis.

Matthæi 16. tunc Ieſus dixit Diſcipulis ſuis: 4. Matth. 16. v. 24. *Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Non cogit Chriſtus ad ſequelam, ſed voluntarios mortificationi deſtinat, & volentes inuitat; & quò blandiùs, eò vehementiùs allicit. Chriſtianæ autem mortificationis ſummam breui proponit, aiens: *Abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam.* Alia à ſe paupertas abnegat, mortificatio ſeipſum abiurat. Victor Antiochenus in Marci cap. 8. ita ſcribit: Victor Antiochenus. *Non dixit, ne nimium ſibi indulgeat, aut ne nimium carni ſuæ parcat: ſed vehementiùs inſurgens, Abneget vel abiuret ſeipſum, hoc eſt, nihil cum ſeipſo vel ſuâ carne commercij habeat; verùm ita ſe gerat, ac ſi non ipſe, ſed alius quiſpiam crucem tolleret.* ac ſi mortificanda foret caro non ſua; aut ſi ſua, quaſi ad rem mortificationis foret inſenſilis, aut glorificatæ carnis æmula. ſic crucem animo ſtrenuo tollere debet, & negotium mortificationis peragere. Eloquenter Caſſiodorus lib. de Animâ cap. 16. Caſſiodorus ſub finem, ſic fatur: *Verum iſta caro quamuis diuerſis vitiis appetatur, ipſa tamen eſt, quæ glorioſos martyres facit* (forſan mortificatos, etiam *martyres* vocat, aſſiduæ abnegationis priuilegio,) *quæ ipſam quoque vitalem crucem ſancti Redemptoris accepit: meritò iam ſpiritualis futura creditur, quandò & hîc mortalis tanto munere perfuncta gloriatur. Si enim iſta magna quidèm natura, ſed originali delicto peccatis quotidianis obnoxia, ieiuniis* (ieiuniorum nomine, reliqua mortificationis opera intelligit) *eleemoſynis, aſſiduiſque orationibus diuinâ ſe ſuffragatione componit*, &c. Nimirùm caro, quæ de mortificationis

tionis

Digitized by Google

tionis merito, *vitalem crucem Redemporis accipit*, ſic in aliam naturam, ſuam *abnegans & abiurans* quodammodò reformatur, vt *meritò iam ſpiritualis futura credatur, quandò & hîc mortalis tanto munere perfuncta gloriatur.* Porrò mortificata caro Dominicæ crucis baiula, ſic per aſſidua ieiunia, & continuam inceſſanter mortificationem redditur velut extranea delictis, culpis exempta, & prauis appetitionibus ſurda ac inſenſilis, vt *futura ſpiritualis credatur*, hæc eſt gloriæ dotibus exornanda. Nempè antè mortificationem ſic erat ſqualidè lutoſa, ſic obſcœnis affectionibus immerſa, ſic carnalibus oblectamentis cœnulenta, vt propè ſis negare, eam cæleſti beatitudini idoneam. Ergò poſt mortificationem ipſa iam alia, ſpiritualis ſubſtantiæ æmula, & candidata; dum ſe *abnegat*, ſe propè negat, & poſſe exindè eſſe alteram ipſam planè fatetur.

Caro poſt mortificationem, futura velut ſpiritualis creditur. quare?

5\. Canticorum 8. hæc vox cæleſtis Sponſi ad

Cant. 8. v. 6. ſponſam, id eſt, animam ſanctam, auditur: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum; quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Nempè Sponſus, vt magis ſponſam incitaret ad iugem ſui amorem, & ad familiaritatem abdicatis vitiorum lenociniis, ſicut verſ. præcedenti iniecit mentionem crucis & mortis pro ipsâ obitæ; ita hîc iure ſuo poſcit, vt ſe, crucem ſuam, mortem, ac mortificationem iugiter gerat in corde & mente, ac in brachio & operatione, eóque quaſi ſignaculo cor & brachium obſignet. Quia hæc dilectio Dei, & virtutis ſtudium, quod aſſiduâ carnis, carnaliúmque affectuum mortificatione peragitur, *fortis eſt vt mors*, indè mortificatio dicitur: & hæc æmulatio carnis mortificandæ, *dura* (Syrus *crudelis*) *ſicut infernus* nominatur. Sic eſt *dura*, & quodammodò *crudelis*, hæc Dominicæ crucis per mortificationem impreſſio, & ad Chriſtum aſſimilatio. Quâ ſuper re ſic eleganter philoſophatur Guilliemus: *Poſtquam dixit: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, id eſt, ad expreſſionem meæ in te ſimilitudinis fortiter mihi per amorem adhære, aptè ſubiungit, Quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. Quaſi dicat: Nihil impoſſibile moneo, quia ſola ad hæc charitas ſufficit, quæ nimirùm inſtar mortis animam à corpore extorquens, hominem ab amore mundi fortiter abſtrahit, & informandum illum mihi vt ſignaculum imprimit, & pro acceptâ à me formâ tam robuſtum in eo zelum excitat, vt nullis illecebrarum blanditiis, nullis aduerſitatum violentiis cedat.* Luculenter quidèm quàm ſit *fortis* illa mortificatio, quæ à charitate procedit, & Chriſto ſponſo aſſimilat, à Guilielmo exponitur. Quod attinet ad *inferni* ſimilitudinem, addit inibi Gregorius: *Dura* (alias *crudelis*) *ſicut infernus æmulatio. Dura extitit, quia ſicut infernus ſine miſericordiâ, quos tenet cruciat*, &c. O quàm ſine miſericordiâ (ne dicam *crudeliter*) plures Sanctorum carnem ſuam acerbiori mortificatione *cruciauerunt!* Aptè verò huiuſmodi cruciatus *inferno* aſſimilatur: nam ſicut *inter medios ignium globos damnata natura dat pabulum, & accipit incrementum*: ſic piè ſacer mortificationis ardor, carnem nón abſumit, ſed reparat. indéque homo aſſiduæ mortificationis arbitrio vires reparat, vndè credi poterat amiſiſſe. Quod in viris eximiè ſanctis fuit quoddam velut naturale miraculum, & piè crudele roboris conſeruandi ingenium. Sed de hôc aliàs aliorsúm agebamus.

Syrus.

Guilielm. ibi.

Quo modo mortificatio ſit dura ſeu crudelis velut infernus.

S. Gregorius

Emiſſ. hom. 1. ad Monachos.

§. CXXXIV.

Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus ne quid tibi deſit.

Miſericordia non diſquirit miſerendi cauſſam, ſed miſeri fortunam piè ſpectat, & 1.
velut cæcis clementiæ oculis, rationi oculatiùs accedit. Miſericordia feliciter vicina eſt alienæ miſeriæ, quam dum compaſſione mutuatur & haurit, habet aliquid trahitque ex eâ: ſed dum alienam miſeriam ad ſe per compaſſionem attrahit, à miſero atque calamitoſo per beneficentiam, excutere miſeriam, vt vt poteſt, piâ ſedulitate benignè ſatagit. Imbecilles putantur oculi, qui ad alienam lippitudinem & ipſi protinùs ſuffunduntur: & mobilitas animi cenſetur, non hilaritas, ridentibus ſemper ac inconſultè adridere, & ad omnium oſcitationem os proprium ſtatim diducere. At miſerorum omnium quaſi inconſultè, & velut cæco pietatis impetu miſereri, ac funeſto illorum caſu affici, ad leuaménque benigniùs adniti; leuitas non eſt, ſed quædam pietatis conſtantia, & miſericordiæ faſtus, in ſe & de ſe diſcês, quid in alios præſtet. Bona ſemper ſibi præſidia comparat miſericordia erga alios exprompta. Paruo emit ſibi fortunam, qui aduerſæ aliorum fortunæ opitulatur, quo poteſt præſidio. Sententioſè dictum: *Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.* Dat parum, vt de lucroſo pietatis commercio, recipiat multum. Beneficentia in dando, habendi arbitrium eſt. O, ne hæc pietatis lucra tibi inuideris!

Miſericordia ad ſe attrahit alienam miſeriam, vt illam à ſe, & ab aliis excutiat.

Publ. Mim.

3\. Reg. 17. fame inualeſcente, Torrens etiam 2.
Carith exaruit. Factus eſt ergò ſermo Domini ad Eliam, dicens: *Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te.* Vide hîc beneuolam Dei curam erga ſuum Eliam. Surrexit, & abiit in Sarephta. Cúmque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixítque ei: *Da mihi paullulum aquæ in vaſe, & bibam. Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tuâ*, &c. Nemo, opinor, qui attentè legerit huius capitis contextum, ambiget, Eliæ paſcendi gratiâ, hæc à diuinâ prouidentiâ fuiſſe ordinata. Nimirùm terra de Prophetæ ore negatis imbribus ſterileſcit, fames ſæuit, aridâ ſiccitate Torrens Carith alueo vacuo potum negat, corui eſcarum baiuli non apparet: & ieiuno Eliæ tunc dicit Deus: Hunc locum deſere, & confeſtim perge ad Sarephtam Sidoniorum vrbeculam: *præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te.* Quam vbi primùm vidit, ab eâ *paullulum aquæ* petit, & *panis buccellam*, ſeu fruſtulum; paruo quidèm contetus, etſi longo itinere feſſus, latrante ſtomacho præ fame, & ſiti exæſtuans. An non in huius Sarephtanæ viduæ miſericordiâ famelico Eliæ panarium

3. Reg. 17. v. 10. & 11.

Digitized by Google

nariumque & lagenam prouidè apparat Deus? quis hoc neget? quis non videat? At Abulenſis quâ pollebat ingenij ſagacitate, inopinatam hic mouet quæſtionem: *Elias ad quid miſſus eſt ad mulierem Sarephtanam?* Deus ſuper illi dixerat: Indè migra, & perge in Sarephtam: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te; quis ergò quæſtioni locus ſupereſt? Eliæ annona proculdubiò inibi prouidetur. Imò potiùs illi mulieri, quæ aquæ potum, & buccellam panis Eliæ tribuit, ait Abulenſis: *Dicendum igitur quod quamquam Elias iret vt paſceretur ab iſta muliere, magis tamen ibat ad paſcendum eam, & in hoc Deus voluit benefacere iſti mulieri valdè, plúſquam omnibus viris ac mulieribus Iſraël. Nam ipſa iam conſumenda erat fame, cum filio ſuo, quia non habebat niſi modicum farinæ,* &c. Itaque arcana Dei prouidentia cum videtur ſollicita de ſuo Eliâ paſcendo, & ipſe pergit in locum vbi alimonia ipſi prouiſa erat; dum tamen *paullulum aquæ & buccellam panis* ſupplex petit, & hians accipit à muliere paupercula, & neceſſitate oppreſsâ; non tam it Propheta vt ipſe à muliere paſcatur, quàm vt eam ipſe paſcat. Nimirum pia hæc vidua egeſtate ſummâ laborans, dum alacri animo *paullulum aquæ, & buccellam panis* ignoto ac famelico hoſpiti donat, res è diuerſo vices mutat, & beneficentiam reciprocat, atque eſcas quas apud ſe non inuenit, ſibi copioſe fecit. *Elias ivit vt paſceretur ab iſta muliere, magis tamen ibat ad paſcendum eam*: nam vel de beneficentiæ commercio, dum panis fruſtulum dat, perennantem farinæ fontem domi paratum inuenit lucroſo pietatis fœnore.

Ab. lenſ. ibi. qu. 14.

Elias videtur ire, vt paſcatur à muliere; magis tamen ibat, vt illam paſceret.

3\. Marci 10. ſic Petro Ieſus reſpondit, exponens hoc lucroſum Chriſtianæ pietatis commercium: *Nemo eſt qui reliquerit domum ..... aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc... & in ſeculo futuro vitam æternam.* Illud propter me, aut propter *Euangeliū*, ſignificat, Euangelicæ perfectionis ſectandæ gratiâ, ſiuè id fiat omittendo facultates domeſticas aut rurales, ſiuè eas pauperibus piè erogando (quod in illo iuuene ſuprà præceſſerat) τὸ *centies tantum*, vel *centuplum* Græcè eſt *centuplicia*, ſcilicet ſingula, vt pro vnâ *domo* recipiat centum, & pro vno *agro* centum recipiat. Vndè Syrus habet, *Vnum in centum*, auctum inquam. Verùm operoſum faceſſit Interpretibus negotium, quid ſit, Accipiet centies tantum, *nunc in tempore hoc.* Vnúmne in centum accipit *nunc in tempore hoc*, qui illud pro Chriſto dimittit, aut in pauperibus Chriſto erogat? S. Hieronymus, Beda, & alij *centuplum* accipiunt in bonis non temporalibus, ſed ſpiritualibus, puta in pace, gaudio, conſolationibus diuinis, cæteriſque donis ac gratiis, quæ plúſquam centies terrena bona excellunt. Dein S. Gregorius, *Centuplum*, inquit, recipit, quia Deus facit, vt talis multò magis gaudeat paupertate, aut rerum ſuarum piâ abdicatione, vt potè amore Chriſti factâ, quàm diuites gaudeant omnibus ſuis opibus ac commodis. Verùm S. Auguſtinus hoc pietatis commercium, & pium augendarum opum arbitrium, ita exponit: *Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donātibus fructum. Via cæli eſt pauper, per quam venitur ad Patrem: incipe ergo erogare, ſi non vis errare.* Sanè fœcundus eſt ager pauperum, & de eleemoſynis centenario prouentu fertilis, quem non refert ſerotinum, ſed præproperè maturum ac maturatum. *Citò reddit donantibus fructum* fœcundus pauperum ager, qui fundit *centies tantum nunc, in tempore hoc, & in ſeculo futuro vitam æternam.* ô largè ſemina in hoc fertili pauperum agro, ne pium hoc tibi centenarium fœnus inuideris! Adhæc *vitam æternam* in futuro ſeculo pietas repromitit: nam *via cæli eſt pauper, per quam venitur ad Patrem: incipe ergo erogare, ſi non vis errare.* Et quaſi parùm foret, quòd pauper eſſet recta ad vitam æternam, ſeu ad Deum via, addit Ambroſius exponens præfata Chriſti verba: *Quoniam qui omnia reliquerit, Deum poſſidere incipit, & ipſe merces vtique perfecta virtutum, cui non centupli enumeratione, ſed perfectæ virtutis æſtimatione cenſetur.* (& poſt pauca ſuper eadem re) *Cui portio Deus eſt, totius poſſeſſor eſt naturæ. Pro agris ipſe ſibi ſatis eſt, habens bonum fructum, qui non poſſit perire. Pro omnibus ſatis eſt, habens bonum fructum, qui non poſſit perire. Pro domibus ſatis eſt, vt ſit habitatio Dei, & templum Dei, quo nihil poteſt eſſe pretioſius. Quid enim pretioſius Deo? Et eſt portio quam terrenæ partes æquare non poſſunt. Quid magnificentius hoſpite cæleſti? quid beatius poſſeſſione diuina?* Et quid ad rem præſentem exaggeramus? Sic eſt fœcundus pauperum ager? Fundit *centies tantum in tempore hoc* (ſic citò reddit dantibus fructum!) & Deus illi portio eſt. *Cui* autem *portio Deus eſt, totius poſſeſſor eſt naturæ.* & reliqua, quæ alto ſtilo ſubdit Ambroſius. Paululum largitus es pauperi, & Deum ipſum, ipſiúſque Dei cenſum quodammodò acquiſiſti. O expromptum lucri opulentioris arbitrium! Profectò pauculum panis, aquæ & hordei hic dedit Ruthæ Boozus; & non modò facultatum opulentiam, ſed Deum ipſum in ſobole per tot Reges futurâ, auguſtiùs inuenit.

Marc. 10. v. 29. & 30.

Græcus. Syrus.

Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum.

S. Hierony. Beda.

S. Gregor. apud Corn. in cap. 19. Matthæi.

S. Auguſt. de Verb. Domini.

S. Ambroſ. in Pſal. 118. Octonario 8.

Viro miſericordi Deus portio eſt: cui portio Deus eſt, totius poſſeſſor eſt naturæ.

Hic verſ. 9. & c. 4. v. 22.

Matthæi 26. cùm eſſet Ieſus in Bethaniâ in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum Magdalena, & quod ferebat alabaſtrum vnguenti piſtici pretioſi, effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Ob velut prodigam pretioſioris vnguenti effuſionem, Iuda incentore obmurmurant Diſcipuli, & pauperum eleemoſynas detractioni prætexunt. Sciens autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me, &c. *Mittens autem hæc vnguentum hoc in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit.* Syrus addit, *tanquam ad ſepeliendum me fecit.* Hinc ſapienter addubitant Interpretes, quomodo Magdalena mortis Chriſti tunc neſcia, Chriſtum potuerit vnguento illo vngere ad ſepulturam? Euangeliſta Ioannes ſubobſcuriùs rem tradit: *Sine illam* (ait ad Iudam,) *vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.* Græcè, *ſeruauit illud.* Res ſanè admiratione digniſſima, quòd Magdalena effundens alabaſtri vnguentum ſuper Chriſti caput, dicatur illud in diem ſepulturæ *ſeruaſſe.* Non benè, opinor, quod effunditur, effuſione *ſeruatur*: ex aduerſo enim conſiſtunt, *ſeruare*, & effundere; *ſeruaſſe*, & effudiſſe. Imò ſi vnguentum hoc odoratum *in diem ſepulturæ* Magdalena *ſeruauit*: quorſùm poſt pauculos dies aromata mercatur, vt Chriſti demortui corpus ad ſepulturam inungat? An non præſtaret alabaſtrum pretioſiſſimi, ac odoratiſſi-

4\.

Matt. 26. v. 12. Syrus.

Ioann. 12. v. 7. Græcus.

Magdalena, effundens pretioſum vnguentum, in diem ſepulturæ Dominicæ meliùs ſeruauit. quare?

Digitized by Google

mi vnguenti, illâ effuſione *in diem ſepulturæ ſeruati*, tunc depromere? P. Ioannes Maldonatus hæc verba accuratè ad litteram expendens, ita ſcribit: *In diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud, id eſt, ita collocauit vngendo me, vt perdere non poſſet. Quemadmodum ſi pecuniam ſeruaſſe dicas, qui eâ fundum emerit, quia perdere eam non poteſt; ſicut ſi ſecum circumtuliſſet, aut in arculâ ſeruaſſet, perdere potuiſſet; expendendo igitur ſeruat.* O bene! *Expendendo ſeruat*: ideò pretioſum effundens oleum in Chriſti obſequium, illud eiuſmodi effuſione meliùs *ſeruauit*. O piè arcanum *ſeruandarum* opum arbitrium, illas Chriſto, vel in ſe, vel in ſuis pauperibus, velut effusè erogare! Si diuitias cuſtodis, illas *effudiſti*; ſi piè in pauperes illas velut prodigè *effundis* quaſi auarè *ſeruas*, & meliùs cuſtodis, & de beneficentiæ ſacramento, & pietatis vſurâ mitè incrementas, & auctario lucroſiſſimo nimis exaggeras.

Maldon. in Matth. c. 26. v. 12.

5. Ruth. 1. v. 1. & 2.

Hic cap. 1. v. 1. & 2. ſic ſcribitur: In diebus vnius Iudicis, *facta eſt fames in Terrâ. Abiitque homo de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore ſuâ, ac duobus liberis. Ipſe vocabatur Elimelech*, &c. Cauſſam profectionis ſic inibi refert Lyranus: *Hebræi autem dicunt, quòd propter famam in illâ terrâ accidentem multi pauperes recurrerũt ad Elimelech, quia erat diues ac potens; & propter auaritiam ſuam durum erat ei dare: propter quod ad euitandam importunitatem exiuit de terrâ Iſraël cum bonis mobilibus quæ habebat, & quia ex malâ cauſſâ exiuit, ibidem mortuus eſt cum filiis ſuis, & depauperatus eſt.* Hactenùs Lyra ex traditione Hebræorum, rei fides auctores appellet. Pulchrè autem ſua perdidit, qui ea ſic fœdè cuſtodiuit; quæ opulentiùs ſeruaret & augeret, ſi beneficè in pauperes effudiſſet. Eleganter S. Leo ſerm. 6. de Ieiunio: *Quamuis enim*, inquit, *non habeas niſi quod acceperis, non potes tamen non habere, quod dederis. Qui ergo pecunias amat, & multiplicare opes ſuas immodicis optat augmentis, hoc potiùs ſanctum fœnus exerceat, & hâc vſurarum arte diteſcat.* Perdidit Elimelch opes ſuas, quas pauperibus defraudauit. Auariùs ſeruaſſet, & immodicè auxiſſet, ſi eas velut prodigè in pauperes effudiſſet. Diuitias quas perdidit cuſtodiendo, erogando ſeruaſſet fœcundâ earum vſurâ. Sibi inuidet opulentiam, qui pauperes eleemoſynis fraudat.

Lyranus. — *Tuta eſt in eleemoſynis erogandis vſura.* — S. Leo.

---

§. CXXXV.

Gratitudinis laus, ingratitudinis vituperio exaggerata.

1. Beneficium dare, virtutis eſt, & turpiſſimum id cauſsâ vllius alterius rei dare, quàm vt datum ſit. Nam ſi recipiendi ſpe tribueremus, locupletiſſimo cuique, non digniſſimo daremus. Nunc verò diuiti importuno pauperem præferimus. Non eſt beneficium quod ad fortunam ſpectat. Quod recipientis gratitudinem expectat, non eſt beneficium, ſed fœnus: quare beneficus circumſpicere deberet, non vbi optimè ponat, ſed vbi quæſtuoſiſſimè habeat, vndè facillimè tollat. Et quidèm plurima beneficia ac maxima in nos Deus confert ſine ſpe recipiendi. Quoniam nec ille collocato eget, nec nos ei quicquam conferre poſſumus; qui nullius rei indigus, ſed ſibi ſufficiens plenè eſt. Itaque beneficentia largitoris exors erit propriæ vtilitatis, nec ideo accipientis indigentia erit gratitudinis exlex. Beneficium quidem accipiat, tamquam creditum, potiùs quàm tamquam beneficium. Ergò beneficium gratis omninò præbendum eſt, ne pereat præbitoris gratia; non autem tamquam gratuitum accipiendum eſt, ne in accipiente intereat gratitudinis decus, quod mente & manu beneficium honoret, & dantis bonitatem, & dati pretium cumulatiùs taxet.

Beneficium gratis præbe, tamquam creditum accipe.

2. Matth. 3. v. 7.

Matthæi 3. Ioannes videns multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: *Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à venturâ irâ?* Eſt Hebraiſmus, quaſi dicat: Vos eſtis viperæ à viperis geniti, hoc eſt, peſſimorum parentum filij peſſimi, noxij planè, callidi, venenati; qui veſtros virulentos, quos à parentibus virulentis hauſiſtis & hereditaſtis, mores & errores, in diſcipulos velut in filios propagatis. Sed non conuenit inter Expoſitores, in quónam ſita ſit hæc viperarum cum Iudæis ſimilitudo, & quódnam eorum vitium aut ſcelus perſtringat. S. Iſidorus Peluſiota hâc ſuper re ſic ad rem ſcribit, *Progenies viperarum, &c. Aiunt hanc feram maternum ventrem* (etſi id alij negent) *cum in lucem editur, abrodere. Quoniam igitur Deum, qui eos genuit, dereliquerunt, atque omnem ſibi conceſſam gratiam extinxerunt, eâ videlicet in irritum redactâ, meritò proindè venenatis animantibus eos confert per ingratitudinem accepta beneficia oblitterantibus, ne dicam corrodentibus.* O venenatum ac viperinum ingratitudinis malum, quod beneficia liberaliùs collata, & generosè beneficam largitoris gratiam *corrodit, oblitterat*, & *extinguit*! Porrò ſicut animi gratitudo, aut grata accipientis manus, acceptum beneficium fouet, auget, viuificat, incrementat, honorat; ſic peſtifera barbaricè ingratitudo enecat: nec ſinit largitorem eſſe beneficum, cùm illius gratiam corrumpat. Profectò à gratitudine beneficium vireſcit, floret, fructificat; quod ab ingratitudine infœcundè tumulatur. Heu tot inhumaniter barbaras gratiarum mortes! Itaque gratitudo velut vita gratiæ eſt.

S. Iſid. Peluſ. l. 1. epiſt. 105. — *Ingratitudo gratiam rodit, oblitterat, extinguit.* — *Gratitudo velut vita gratiæ eſt.*

3. Matth. 9. v. 30. & 31.

Matthæi 9. Chriſtum ſequuntur duo cæci, clamantes & dicentes: Miſerere noſtri, fili Dauid. Cuius tactu, *Aperti ſunt oculi eorum: & comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in totâ terrâ illâ. τὸ comminatus eſt*, ſi Græca attentiùs ſcruteris, perindè ſonant, ac *Cum fremitu & increpatione grauiter interminatus eſt*, vt inibi Cornelius adnotauit. Illi autem gratitudinis bonum, minarum malo præferentes, miraculi famam, & illuminatoris benefici gloriam, per omnem terram illam euulgarunt. Perquirunt hîc ſagaciùs Interpretes, an cæci deliquerint contrà exertam Chriſti Dei comminationem ſeueriùs intimatam, miraculi famam diuulgando? Eos autem luculenter Theophylactus indidèm, ſic excuſat: *Illi verò non vt inobedientes, ſed vt grati diuulgauerunt.* Procùl à graditudine delictum. Scelus videtur Chriſto Deo exertè vetanti non parere, ſeueriores eius mines

Cornelius. — *Num gratitudo ſit exlex?* — Theophyl.

minas velut negligere. At dum res gratitudinis geritur, prudenti ac rationabili coniecturâ ſeriò cenſent, id ſeriò à Chriſto Deo iuſſum non fuiſſe, ſed humilitatem potiùs commendaſſe, quàm gratitudinem vetuiſſe.

4. Aliter S.Hieronymus,& viuaciùs præſcriptum dubium extricat: *Et comminatus eſt illis Ieſus, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in totâ terrâ illâ.* Sic ergò inibi Hieronymus locum elucidat: *Dominus propter humilitatem, fugiens iactantiæ gloriam, hoc præceperat: & illi propter memoriam gratiæ non poſſunt tacere beneficium.* Scilicet acceptæ gratiæ memoria ſic linguam inquietat ad prædicandam præbitoris beneficentiam, vt *propter memoriam gratiæ non poſſint tacere beneficium.* Quid eſt, *Non poſſunt tacere?* An præſtat eſſe inobſequentes, quàm ingratos? An memoria beneficij, aliqua velut neceſſitas gratitudinis eſt; Sic vrget gratiæ acceptæ recordatio, vt ad gratitudinem propè cogat? Monſtrum eſt hàc ethicâ neceſſitate non vrgeri.

Matth. 9. v. 30.& 31.

S. Hierony.

Memoria gratiæ ferè non poteſt tacere beneficium.

5. Ioannis 5. ſalubri Chriſti imperio vegetus, grabatum ſuum Paralyticus portat, Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: *Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Porrò ſicut peior eſt morbo recidiua morbi, ita peior eſt culpâ recidiua culpæ: quia iteratio peccati inducit procliuitatem ad illud frequentandum, ac tandèm conſuetudinem & habitum, cui vix reſiſtere poteſt peccator. Item quia, vt ait Theophylactus, *qui priori ſupplicio non eſt emendatus, ad maiora tormenta ſeruatur, tamquam inſenſatus & contemptor.* Rem explicatiùs ediſſerit Chryſoſtomus ſic inibi fatus: *Noli, inquit, peccare poſt veniam, noli vulnerari poſt curam, noli ſordidari poſt gratiam. Quare indulgentiæ ingratus eſt, qui poſt veniam peccat; ſanitate indignus eſt, qui ſemetipſum poſtquam curatus eſt, vulnerat; nec mundari meretur, qui ſemetipſum poſt gratiam ſordidat.* Ecce tibi quantæ ſit relapſus pœnæ reus, quantáque ſit eius culpæ enormitas, ob quam ſic acerbè caſtigatur; non ſolùm tamquam *inſenſatus contemptor* benefactoris, ſed quia beneficio & *indulgentiæ ingratus* eſt. Meritò ſcilicet ita durè punitur, qui gratitudinis debitæ inſenſatè exors, ingratitudinis culpam geminat, ingratus in benefactorem, & in beneficium ingratus, exoptatæ gratiæ agreſtis contemptor. Acceptam enim gratiam egregiè depretiat, qui ſic de facili pro leuiculâ voluptatulâ illam nundinatur. Hinc taxare liceat bonum gratitudinis, quam hîc Rutha ſic coluit; ſic mente & ore de genu profitetur.

Ioann. 5. v. 14.

Relapſus cur ſit acerbè puniatur

Theophyl.

S. Chryſoſt.

Male quis benefactori ac beneficio ingratus eſt.

Hic verſ. 10.

6. Pſalmo 125. ſic occinit regius Vates: *Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.* Quæ eſt hæc celebris Dei magnificentia? & in quo ſic magnificè elucet? Balduinus ſubtilis ethicè doctor: apud Tilmanum in illud Deuteronomij 6. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* &c. ita ſcribit: *Diligendus eſt Deus in beneficiis ſuis toto corde ...... Ecce quomodò magnificauit Deus facere nobiſcum: multitudine beneficiorum nos obruit, & amorem molitur beneficiis extorquere.* En Dei magnificentia ex diuerſo arcanè benefica. Scilicet beneficiis nos obruit, vt cùm debitam gratitudinem corde, ore, ac manu ſoluere impares ſumus, pro gratitudine amorem extorqueat. Hiſpanè dicas: *Torcedor del amor ſon los beneficios.* Itaque homo diuinis bneficiis obrutus, cùm ſoluendo non ſit, tot gratiis obæratus, impari cenſu ad gratitudinis ſolutionem, pro gratitudine in amorem erumpat, quo Dei *magnificentiam* ſumptuoſiùs buccinet. Vide hîc quàm ſit gratitudo generoſè auguſta in virtutum cenſu, pro quâ ſolus Dei amor ſubrogandus expetitur. *Beneficiis nos obruit, & amorem beneficiis extorquere molitur.*

Pſalm. 125. verſ. 3.

Deuter. 6. v. . . . .

Balduinus.

Beneficiis nos obruit Deus, vt amorem magnificè extorqueat.

Lucæ 2. cogente Cæſaris edicto, & quæſtuoſâ vectigalium auaritiâ, Deipara Virgo vterum gerens partui proximum, cum ſponſo Ioſepho, in Bethlehem proficiſcitur. Factum eſt autem, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. *Et peperit Filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.* Multas cauſſas ac rationes addenſant ſancti Patres, & huius loci Expoſitores, quare rerum omnium Dominus in tantâ egeſtate, & omnium penuriâ natus ſit, vt in pecuino egenter præſepio naſci maluerit, nec vel in diuerſorio ei naſcituro locus inuentus ſit? Heſychius Presbyter Hieroſolytanus, ſeu Chryſippus, vt alij cenſent, homil. 2. de S. Mariâ Deiparâ, tom. 7. Bibliothecæ veterum Patr. ita ſcribit, ſic Deiparam alloquens: *Ne ſis anxia, inquit, ſi parias in ſtabulo vniuerſæ creaturæ opificem: ne hæſites ſi ſedere facias in præſepio eum qui ſedet in dorſo Cherubim, ſi non habeas locum in diuerſorio, cùm ſis Mater regis eorum quæ ſurſum ſunt & deorſum.* Nota verba quæ tempeſtiuè ſubdit: *Libens enim qui ex te natus eſt, pauper efficitur, vt diuites refrenet, & egenis patientiæ ſit argumentum, & gratiarum actionis magiſter.* Alias rationes inibi longulè ſubnectit. In hâc verò vltimâ attentiùs hærendum eſt. Nempe in paupertinâ præſepij cathedrâ, *gratiarum actionis magiſter* ſed & pauper & indigus, vt de paupertatis lenocinio, gratitudinis magiſterium ſumptuoſiùs dedicaret. Scilicet diues, humanis rebus abundè affluens, propè nullius rei indigus naſcitur, & de rerum abundantiâ ingratitudinem ſubornat ad munera depretianda. At pauperum egena mendicitas, penuriâ mundi afflictata, vt minutulum donarium magni æſtimat ad indigentiæ leuamen, ita gratitudinis arbitrium eſt, & gratiarum actioni nimis adulatur. Ergò quaſi parùm foret, quòd Chriſtus Deus, virtutum magiſter, in reliquo vitæ decurſu gratitudinem edoceret; in egeſtuoſâ natiuitate, è præſepij cathedrâ, illam edocere feſtinat. *Libens enim (ô Deipara) qui ex te natus eſt, pauper efficitur, vt ſit gratiarum actionis magiſter.* O benè à paupertate eruditum gratitudinis magiſterium, quod Chriſtus Deus in præſepio dedicauit! 7.

Lucæ 2. v. 7.

Heſychius.

Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt ſit gratitudinis magiſter.

§. CXXXVI.

Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu.

INfauſtum ſanè principium tribuitur homini aſpectabilium creaturarū principi, cuius cauſsâ videtur cuncta animalia genuiſſe natura, magnâ 1.

Digitized by Google

ſetè ex Plinio lib 7. gnâ quidèm, ſerâ mercede, & contrà tanta ſua munera: adeò vt non ſatis æſtimati parens melior homini, an triſtior nouerca fuerit. Antè omnia vnum animantium cunctorum, alienis velut opibus victitare cogit, amari, ornari; cùm cæteris variè tegumenta tribuerit, teſtas, cortices, coria, ſpinas, pilos, plumam, pennas, ſquamas, vellera, & tempeſtiuè præcoquam ingenij ſagacitatem. Truncos etiam arboréſque cortice, interdùm gemino à frigoribus & calore tutata eſt; hominem tantùm nudum, & in nudâ humo, natali die abiicit ad vagitum ſtatim & ploratum, nullúmque tot animalium aliud ad lacrymas, & hoc protinùs vitæ principio. Nec feras quidèm inter nos genita vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus: at homo infeliciter natus iacet manibus pedibúſque deuinctis. Flens animal, à ſuppliciis vitam auſpicatur, vnam ob culpam, quia natum eſt. Heu inſanam hominum dementiam. & vaniſſimam inſaniam, ab his initiis æſtimantium ad ſuperbiam ſe genitos. prima roboris ſpes, primum temporis munus quadrupedi ſimilem facit. Cetera animalia videntur ſentire & ſcire naturam ſuam? homo autem cum ætatis incremento, ſuam tenuitatem miſerè paupertinam dediſcere, & de alieno inſtructu magis ac magis ſuperbire. Sic de auitâ, id eſt alienâ gloriâ tumet, de abreptionibus diuitiarum turget, & de ludicris fortunæ muneribus ambitioſè gloriatur: quæ vanægloriæ hominibus congenitæ pompa eſt, & inſanæ humanitatis ludibrium.

Hominem nutum præ cæteris animantibus infauſtum ac lugubre eſt.

2. Numerorum 16. Core, Dathan & Abiron, viri opulenti in tribu leui, ſummi Sacerdotij ambitione tumultuantur defectione peruicaci. Cúmque ſtetiſſent aduersùm Moyſen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: *Cur eleuamini ſuper populum Domini?* Probroſas haſce Leuitarum querelas, grauatè admodùm Moyſes tulit, & diuinæ electionis cauſſam agens, ſic ad ſeditioſos locutus eſt: Num parùm vobis eſt quòd ſeparauit vos Deus Iſraël ab omni populo, & iunxit ſibi, vt ſeruiatis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coràm frequentiâ populi, & miniſtraretis ei? *Multùm erigimini filij Leui.*
Num. 16. v. 7. Vatablus. Benè hîc notat Vatablus, quòd eadem verba Moyſes regerit in ipſum Core, que Core ipſe exprobrauerat ei. Quaſi dicat: Vos me accuſatis quaſi ego mihi nimiùm tribuam, & non ſim meâ ſorte contentus: imò vos iſtud facitis, & non eſtis contenti veſtrâ ſorte, ſed vltrà miniſterium illud ad quod Dominus præ omnibus aliis elegit, etiam Sacerdotium, hoc eſt ſummum Pontificatum ambitis. Obſerua hîc an fuerit mitis ac pacata Moyſis reprehenſio; idem enim vetè ac iuſtè regerit in Core tumultuantem, quod ipſe Core falsò ac iniuſtè iactauerat aduersùs Moyſen totius populi principem.
Reprehenſio reprehendentem pariter perſtringat. Obiter etiam nota, ad reprehenſionum eruditionem, quòd eodem obiurgationis telo, ſeipſum pariter Moyſes ſauciat, dum ipſe Leuitico genere ortus, ait: *Multùm erigimini filij Leui.* Non infamat obiurgatione genus, cuius ſe ſe obiurgator conſortem exhibet: imò de generis conſortio amicam ſocietatem, & pacatam ambitioſi litigij depoſitionem ſollicitat. De quo
Gloſſa ibi, in margine. alibi forſan. Cæterùm pro his verbis, *Multùm erigimini filij Leui*, nonnulli apud Gloſſam ſen-

P. Didac. Celada in Ruth.

tentioſè excribunt: *Multùm vobis eſt filij Leui.* Scilicet Leuitæ ſuprà reliquas tribus aucti erant honorario Dei, ac diuini cultûs miniſterio, & opulentis indè reditibus. Quód ergò Moyſes ait, *Multùm vobis eſt filij Leui*, id eſt, præ reliquis aucti eſtis honore ac cenſu, alto ſtylo Vulgatus expreſſit ſynonymo moraliſſimo, *Multùm erigimini filij Leui.* Ac ſi perindè ſit, *Multùm vobis eſt*, honorum & diuitiarum; ac, *Multùm erigimini.* O! ſic tumens ſublimiter *erectio*, velut ſequela eſt, & cognata appendix, eius qui *multum* honoris, dignitatis ac opum præ reliquis habet? Sic ſui vltrà ſe eleuatio, honoribus ac diuitiis confinis eſt? Sic opulentam fortunæ felicitatem & erectionis ſuperbiam, eadem catena trahit? Oquàm eſt hominibus arduum, in magnâ opum fortunâ non erigi vltrà hominis faſtigium! Rara virtus eſt humilitas in diuite ſublimitate. Itaque velut ſynonyma accipe, *Multùm vobis eſt*, ac, *Multùm erigimini*, ſeu, *eleuamini.* O time opulentam ſublimitatem, ſic ambitioni ac ſuperbiæ confinem!

Opulentia cognata & confinis eſt ambitio ac ſuperbia.

1. ad Timotheum 6. ſic eum monet Apoſtolus: *Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum.* Vocat diuites huius ſeculi, quia ſunt alij diuites ſeculi futuri. Vocantur ergò diuites & diuitiæ huius ſeculi, quia cum hoc ſeculo inſtar bullæ tranſeunt; quiâ terrenæ ſunt, miſeræ, viles, exiles, quale eſt hoc ſeculum, & homines ſeculares, omniáque ſecularia. Quare immeritò homo de hâc ſeculari felicitate ſuperbè tumet, & & arrogantiùs effertur. Pro τὸ *ſublime ſapere*, quidam vertunt, *ſuperbè ſapere*; alij, *elato eſſe animo.* Sed Græcum verbum propriè ſignificat ſublimiter de ſe ſentire, magni ſe facere, multum ſibi arrogare. Tempeſtiuè inibi Anſelmus: *Nam ſicut vermis pomo, ita diuitiis ſuperbia innaſcitur.* Ecce tibi putres ſuperbiæ natales, nempè fluxas ac futiles diuitias, quas *fortunæ vomitum* Diogenes appellauit. *Omne pomum* (ait Auguſtinus) *omne granum, omne frumentum, omne lignum habet ſuum vermem: alius eſt eſt vermis mali, alius pyri, alius tritici: vermis diuitiarum ſuperbia.* Vbi ethicè nota, quod ex friuolâ & incertâ opulentiæ felicitate naſcitur ſuperbia putri partu, vel potiùs aborſu; naſcitur enim tamquam vermis, qui aſſiduo corroſu illas mordicat, & ſenſim abſumit. O viperinam impiè prolem, aduersùs parentes exitialem. Ex diuitiis ſuperbia naſcitur; & diuitiarum ſumptuoſior tumulus, ſuperbia eſt. Quibus ſumptibus ſuperbia parcit, quò ſublimiter ſemper tumeat, neque vmquam detumeſcere aut decreſcere vdeatur? *Sicut vermis pomo, ita diuitiis ſuperbia innaſcitur.* Qui non timet de arrogante, de inope timeat: eſt enim inopia, ſuperbiæ & arrogantiæ ſequela. Exindè conſultiſſimè Apoſtolus poſtquam dixit: *Præcipe diuitibus non ſublime* (*ſuperbè*) *ſapere*, confeſtim addit, *Neque ſperare in incerto diuitiarum.* Græcè, *in incertitudine diuitiarum.* Porrò ſuperbia cùm ſit *vermis diuitiarum*, illas ſenſim abrodit, & incertiores reddit.

3. 1. ad Tim. 6. v. 17.

Sicut vermis pomo, ita diuitiis ſuperbia innaſcitur.

Tranſlationes.

S. Anſelm.

Diogenes. S. Auguſt. de verb. Dom. ſecundum Matth. Serm. 5.

Græcus.

4. Annuit ſibi Apoſtolus in 2. Epiſt. ad eundem Timotheum cap. 3. In nouiſſimis diebus, inquit, inſtabunt tempora periculoſa. *Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi.* (& Verſ. 4. additur) *tumidi.* Per τὸ *cupidi* ſignificantur homi

2. ad Tim. 3. v. 2. & 4.

Digitized by Google

homines ſeculari opum felicitate nobiles, ignobiles autem earum cupiditate tenaciter auariſſimâ. Indè proponit Apoſtolus opulentæ ſeculariter felicitatis conſequentias, nempè *elati*,

Græcus. S. Hierony. S. Ambroſ. Iuſtinianus.

Græcè ἀλαζόνες, hoc eſt, *glorioſi, faſtuoſi*, vel, vt vertit Hieronymus in Mich. 7. *faſtidioſi*, Ambroſius inibi, *inſolentes*. Scitè autem indidèm notat Iuſtinianus, quòd Græca vox ſignificat iactantiam, quæ diuitiarum poſſeſſionem præcipuè comitatur.

Ariſtoteles. *Diues ſtupore inflatus, faſtidioſus & inſolens eſſe ſolet.* Græcus. Cyprianus.

Vndè Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. ad Theod. Diuitum mores deſcribens, inter cetera ait eſſe illos delicatos, ſibíque plurimum arrogantes. Et lib. 4. Ethic. cap. 7. *Arrogans*, inquit, *prædicat & ea quæ non inſunt, & maiora quàm inſunt, & ſibi fingere videtur.* Quin & pro τὸ *tumidi*, Græcè habetur τετυφωμένοι, hoc eſt, *inflati*, ſeu *tumidi*, vel, vt dixit Cyprianus, *ſtupore inflati*. Ecce tibi, de diuitiarum felicitate ſic diues ſuperbit, vt non modo *glorioſus* ſibi videatur, ſed etiam *faſtuoſus*, & *faſtidioſus* exiſtat; imò & *ſtupore inflatus*, arroganter *inſolens*.

Hic verſ. 10.

Quò magis elucet modeſtia Boozi qui magnis diuitiis locuples, ſic cum ſeruis meſſoribus humaniter agit, ſic cum pauperculâ Ruthâ, vt nec eius diffiteatur cognationem, nec cum Moabitide repudiatas nuptias *faſtuoſus* detrectauerit.

5. Amos 6. v. 1.

Amos 6. ſic carpit ſuperbos diuitum mores: *Væ qui opulenti eſtis in Sion ..... optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſraël.*

Lxx. Interp.

Pro τὸ *opulenti*, L x x. habent, *ſpernentes*, quaſi perindè ſit felix *opulentia*, & deſpicabilis aliorum *aſpernatio*. Sic eſt ſuperba opulentia, & faſtuoſa, & aliorum inſolenter faſtidioſa! Vndè alij vertunt, *Væ inſolentibus*. O! ſic diuitiæ inſoleſcunt?

Hebræus. Græcus.

Alij ex Hebræâ origine, cui non diſſentit Græca, *Væ annihilantibus*, id eſt, reliquos nihili facientibus, qui ſcilicet alios omnes præter ſe, nihili faciunt; qui ceteros *annullant*, *nullos putant*, *nihili pendunt*, vt è Græco textu vertit Cornelius.

Cornelius. *Opulenti proceres dicuntur perforati.*

Dein qui *Optimates* à Vulgato dicuntur, Hebraicè *nebube*, id eſt, *perforati*; quaſi opulentiam, honores, delicias, & totam ſeculi felicitatem, in pertuſo ac *perforato* vaſe exceperint. Sic vndequaque diffluit, effluit, & ſenſim euacuatur! Denique addit tempeſtiuè, *Ingredientes pompaticè domum Iſraël.* Domum vocat cœtum, Congregationem, ſiue populum Iſraël adunatum. Hi enim *Optimates opulenti* tanto ſatellitio & pompâ incedebant, tanto faſtu & oſtentatione pedes figebant, tanto ſtudio per famulos turbam ſubmouebant, ſolique cum ſuis vias ac plateas occupabant, vt reliquis contemptis viderentur ſibi ſoli ingredi & incedere; vti videmus & hodie nonnullos diuites ac potentes, & nonnullas matronas, ita pompaticè

S. Hierony.

tanto ſyrmate incedere, vt ipſæ ſolæ pompæ eſſe videantur, *vt tumorem animi* (ait inibi Hieronymus) *corpus oſtendat, & pomparum ferculis ſimiles eſſe videantur.*

Diuites ingrediuntur pompaticè, id eſt, ſibi, vel ad ſeipſos. quare?

Verùm pro τὸ *pompaticè* Hebraicè eſt לָהֶם *lahem*, id eſt, *ſibi*, vel *ad ſeipſos*. Nempè, *Væ qui opulenti eſtis, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè*, hoc eſt, *ſibi*, vel *ad ſeipſos*. Quaſi dicat: Hi optimates *opulenti* dum è domo egrediuntur, & ad alios ingrediuntur, tanto *pompaticè* faſtu ſe gerunt, ſic ceteros omnes *annullant, nullos putant, nihili pendunt*, vt ſibi egredi, *ingredi ſibi*, ſiue *ad ſeipſos* videantur. Sic ipſi ſeipſis pleni, reliquos omnes nullificant, & euacuant; quaſi ipſi ſoli ſint, & ceteri ac ſi nihil forent, nihili computentur. *Væ qui opulenti eſtis*, id eſt, *Væ ſpernentibus, Væ inſolentibus, Væ annihilantibus*: hi, hi enim *ingrediuntur pompaticè*, hoc eſt, *ingrediuntur ſibi*, vel *ad ſeipſos*: reliqui enim omnes, in eorum cenſu nemo inter homines ſunt. Vide quantum ſuperbiæ typhum opulentia ingeneret. At *ſicut vermis pomo, ita diuitiis ſuperbia innaſcitur*, qui illos morſicet, abrodat, & conſumat: quare hi *opulenti optimates* hic vocantur *perforati*, vt nuper ex Hebræo textu excribebamus.

---

§. CXXXVII.

Humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dediſcit, vltrà ſemetipſum ſublimiſſimè faſtigiatur.

1. B. Petr. Damianus. Serm. 4. qui eſt 1. de S. Seuero.

Beatus Petrus Damianus Serm. 4. ſic eleganter ſcribit: *Ad huius feliciſſima dignitatis culmen, ô homo, ſi te deſideras prouehi, totis niſibus ſatage vera humilitatis deiectione proſterni: ſi exaltari cupis in Chriſto, deiicere priùs in temetipſo: deprime ſuperbiam carnis, & ad altitudinem te ſubleuas Creatoris: cohibe quicquid tumidum ſurgit in te, & mox erigeris valdè eminùs vltrà te.* Hem! qui in Chriſto humiliter deiicitur, ad altitudinem Chriſti ſe quodammodò ſubleuauit? O grandis è diuerſo prærogatiua!

An humilitas in Chriſto, ad Chriſti altitudinem ſublimaret?

2. Cornel. ibi.

Ioannis 1. narratur teſtimonium, quod Ioannes Baptiſta perhibuit de Ieſu, quòd eſſet Meſſias ſeu Chriſtus: hoc enim fuit publicum, iuridicum, & celeberrimum, vt potè à Pontificibus & Magiſtratibus iuridicè poſtulatum, & acceptum per legatos ad Ioannem miſſos: *Hoc eſt teſtimonium*, inquit, *Ioannis, quandò miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu qui es?*

Ioan. 1. v. 19.

Putauerunt ergò Pontifices ſui officij eſſe, vt ab eo quærerent: quis eſſet? præſertim quia ex tranſlato à Iudâ ad Idumæum Herodem ſceptro, & ex completis ſeptuaginta hebdomadibus Danielis, ſciebant iam imminere tempus aduentûs Meſſiæ. Crediderim etiam cum Chryſoſtomo id eos interrogaſſe ex odio & inuidiâ Ieſu; vt enim Ieſum oſtenderent non eſſe Meſſiam, titulum Meſſiæ ad Ioannem transferre conati ſunt.

S. Chryſoſt. ibi.

Dum verò dicunt: *Tu quis es*? videntur Pontifices, eorúmque legati tacitè, vel expreſsè interrogaſſe Ioannem, an ipſe eſſet Chriſtus, dixiſséque: Tu quis es? éſne Chriſtus? Nam verſu ſequente Ioannes interrogationi eorũ reſpõdens, ait: *Non ego Chriſtus.* Scilicet è nutu Ioannis depẽdit oblatã ſummam Meſſiæ dignitatem ſibi adrogaſſe, quam præclaro Chriſti Dei teſtimonio, humillimè repudiauit. Quã ſuper re ſic profundè Auguſtinus philoſophatur: *Quod enim eſt maius teſtimonium veritatis, quàm ſe humiliando eum agnoſcere, cui æmulando poterat inuidere? Putari Chriſtus potuit, & noluit. Dixerunt homines, cùm fallerentur in eo: Num fortè hic eſt Chriſtus? Reſpondit ille, quod non erat, vt maneret quod erat. Indè quippè Adam lapſus perdidit quod erat, quia quod non erat vſurpauit. Recolebat hoc iſte Magnus, ſed in paruo Chriſto minimus.* (Nota

S. Auguſt. Serm. 3. de Sanctis.

Num Ioannis humilitas recuperet repudiatam Meſſiæ opinionem?

Digitized by Google

ta attentiùs verba quæ ſubdit) *Nouerat hoc, recolebat hoc,& tenebat: quia recipere quod perdiderat cogitabat.* O benè! Nēpe iſtiuſmodi repudio, in cenſu hominū perdiderat Ioannes, dici Meſſiam, & tamquam Chriſtum haberi; id autem è diuerſo quodāmdò piè ambit *recuperare* aliquo humilitatis faſtu: *quia recipere, quod perdiderat, cogitabat.* Sanè ſiquis velut æmulari poſſet ſummam Meſſiæ dignitatem, ille, ille, inquam, eſſet, qui tantâ humilitate excelluit, vt eiuſmodi dignitatis faſtigium ſibi oblatum, vltrò refutarit, aiens, *Non ſum ego Chriſtus.* Profectò Ioannes non eſt Chriſtus; ſic autem per humilitatem eſt in Chriſto (*in paruo*, inquam, *Chriſto minimus*) vt humilians ſe infrà ſeipſum, & refutans in cenſu hominum æſtimari Meſſiam, iſtiuſmodi humillimo repudio, quodammodò *recipere quod perdiderat, cogitari* poſſet. O vide hîc quàm ſit ſubliniſſimè excelſum infimiſſimæ humilitatis faſtigium!

3\. Matthæi 2. arcano recentis ſtellæ ductu veniunt ab Oriente Magi. In magnâ vrbe Ieroſolymâ, ſuperbis altè ſubſtructionibus, & regalibus palatijs inclytâ, cæleſtem itineris ducem obſcurè perdunt. Pergunt exindè ad modicam vrbeculam Bethlehem: redaccenditur de cælo fax quæ ſtetit ſuprà vbi erat puer: *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius, & procidentes adorauerunt eum,* &c. Matth. 2. v. 11. Communiter ſancti Patres & Expoſitores cenſent, *domum* hîc vocari locum purâ ſtabulum vbi natus erat Chriſtus. Cùm enim cenſus ab Auguſto toti populo indictus per multos dies & menſes ageretur, per ſingulos dies, affluente aliâ & aliâ diuitū cenſendorū turbâ, Beatæ Mariæ & Chriſto vt potè pauperibus, nullus erat locus in diuerſorio, vſque ad diem tertiumdecimum ab ortu ſuo; idque ordinauit Deus, tum ad probandam conſtantiam Magorum, tum vt eos ceteróſque doceret Chriſti regnum ſitum eſſe in paupertate, humilitate, contemptu mundi, non in opibus, faſtu palatij, pompíſque huius ſeculi. Pulchrè inibi Galfridus apud Tilmannum: Galfridus. *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius. Quid dicimus*, ait, *quòd ſic inuentus eſt, qui ſic quæſitus eſt? Hæc vniuerſa familia nati Regis; ſed eadem virtute magis, quàm paucitate mirabilis, exigua numero, ſed merito ſatis immenſa. Vbi quò minus etiam ſecundùm hominem inuenerunt quod aliquâ dignum eſſet veneratione, eò certiùs liquet diuinum agnouiſſe myſterium, qui procidentes adorauerunt eum.* O grande Mariæ Deiparæ, & indè egenæ abiectæque humilitatis ſacramentum! ſummus ipſe Deus ſeculorum rex, recèns corporatus, mundi Regibus, & in eis toti mundo, adorandus apparet; & paupercula atque humanis oculis deſpicabilis Maria eius mater, tanti Regis *vniuerſa familia* eſt. Ipſa, ipſa, inquam, humilitate magna, humili egeſtate inclyta, numeroſa Cælitum officia, atque Angelorum obſequia ſumptuoſiùs obit, & glorioſiùs ſupplet. *Hæc vniuerſa familia nati Regis.* Adeò vt vbi mundi Reges, ſapientiſſimi Magi, tantum de tantâ humilitate apparatum animaduertunt, è diuerſo ſtupentes, de humilitate venerationem combibunt, *& procidentes adorauerunt eum.*

Sumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt.

4\. Pergit Euangeliſta Matthæus, & poſtquam procidentes adoraſſe ait, confeſtim ſubiungit: *Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Matth. 2. v. 11. munera, inquam, patria, & domeſtica; horum enim Arabia eſt ferax, è quâ venerant Magi. Myſticam horum munerum ſignificantiam abundè tradunt Interpretes: & in eis non tantùm venerationis ſymbola, ſed etiam virtutum præluſtria notamenta recognoſcunt. Idem Galfridus ibidèm, eiuſdem Euangeliſtæ verba pulchro ethicè elucidatio perſequitur, ſic humilitatem commendans: *Et apertis theſauris, obtulerunt ei munera. Quid neceſsè erat*, inquit, *vt deſcriberetur theſauros aperuiſſe? Fortè nobis eodem ſermone hoc videbitur commendatum, ne quis theſaurum ſuum publicè ferat, tamquam velit (vt aiunt,) deprædari; ſed illi ſoli aperiat, quem latere non valeat, nec ſi velit.* Galfridus. Notanda eſt huius ſententiæ clauſula, quæ eſt humilitatis emphaſis, & aliquis illius faſtus piè arcanus. Scilicet ſic ſollerter ambit humilitas bona opera abſcondere ne eorum bonitatem oculatus hominum plauſus deprædetur, vt eadem ſtudioſiùs clauſa retineat, & ſoli Deo aperiat: vndè conſultiſſimè dicitur, *& apertis theſauris ſuis, obtulerūt ei munera:* quaſi virtutum theſaurus aperiendus ſit vni Deo, *quem latere non valeat, nec ſi velit.* Nemo quantumuis eximiè humilis, ſic deſipit, vt præſumat velle bona opera ſua à Deo abſcondere: nam vel ipſi Magi theſauros ſuos *aperuerunt*: at nihilominùs eximiè humiles Galfridus notanter admonet, vt certò ſciant, & penſiculatiùs aduertant, ne id velint; non enim poterunt eximia opera ſua abſcondere Deo, cui omnia neceſſariò aperta ſunt. Opinor non tam hîc profundioris humilitatis ſcopulus declinandus monſtratur, quàm exaggeratur impenſum humilitatis ſtudium abſcondendi bona opera: quæ ſicut à ſe obnixiùs celare quiſq; ſatagit, vt ſua ſiniſtra neſciat, quid faciat dextera ſua; ita etiam, ſi fieri poſſet, etiam ab ipſo Deo abſcondi quodāmodò vellent, ne vana gloria vel clancularijs inſidijs quoquo modo ſubrepat, & humilitati abſurdè obſtrepat. Quare ſapientiſſimi Magi, quem portant virtutum theſaurum, *aperire* dicuntur vni Deo, *quem latere non valeat, nec ſi velint.* O generoſum Humilitatis faſtum! Id ex num. ſequenti amplùs elucidabitur.

Humilis ſic bona opera abſcondat, vt Deum non poſſint latere, etſi velit.

Lucæ 15. prodigus ille adoleſcens, malè profugus, & benè redux, egeſtate ſtimulatus domum redire feſtinat. 5. Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. *Dixitque ei filius: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius.* Lucæ 15. v. 21. O æmuletur felix iam peccator hāc Prodigi adoleſcentis mentem hunc iuſtiſſimum: humilitatis affectum, quo ſemper ita de ſe ſentiat in humilitate, illud ſemper tenaci memoriâ reſeruans: *Pater iam non ſum dignus vocari filius tuus:* nihil enim ita Patrem promeretur, ſicut iſtiuſmodi humilitatis affectus. *Nec melius te filium facies dignum, quàm ſi ſemper confitearis indignū.* Pergit Verricus apud Tilmannū indidèm: Tilmannus. *O felix humilitas pœnitentium! ô beata ſpes confitentium, quàm potens es apud omnipotentem! quam facilè vincis inuincibilem! quàm citò tremendum iudicem conuertis in piiſſimum patrem! Denique humilitas non ſolum peccatores iuſtificat, ſed etiam iuſtos conſummat. Ipſa ſi*

Pulchra humilitatis elogia densè conglobantur.

Humilitas neſcit ſe eſſe virtutem?

quidem eſt omnium virtutum maxima, cùm tamen virtutem eſſe ſe neſciat. Ipſa ferè omnium radix & ſeminarium, fomes & incentiuum: ipſa cumulus & faſtigium, & cuſtodia, & diſciplina. Ab ipſâ incipiunt, per ipſam proficiunt, in ipſâ conſummantur, per ipſam conſeruantur. Cumque omnibus vt virtutes ſint tribuat, ſiqua earum defuerit, ipſa alterius defectum perficiens, diſpendium illius de ſe compenſat. Belliſſima ſanè tanti Doctoris verba, plena acuminis, ingenij & pietatis plena! Longum nimis facerem, ſi ſententias ſingulas ſigillatim ſolitâ elucidatione enucleare exambirem. Sat eſto eas deſcripſiſſe, & digitum ad acumen intendiſſe, vt eas quiſque pro occaſionis opportunitate emedullare facilè poſſit, quò ethicum ex illis ſuccum auditoribus propinet. Illud autem elogium intermittendum non eſt, quòd cùm tot elogia virtutum in ſe vnâ velut compendio ſtringat humilitas, *tamen virtutem eſſe ſe neſcit*, quæ eſt virtutum hyperbole, & laudum humilitatis epitome. Gratulor Boozo, gratulor, quòd Rutham duxerit, Rutham, inquam, quæ cùm forſan eſſet regio Moabitarum ſtemmate inclyta; ſaltem cognati Mahalonis relicta vidua, virtutum dotibus ornatiſſima, & quæ ſuo merito, *Mater regni* meruit appellari, & inter Chriſti Dei progenitores ritè cenſeri: ſic ſe animitùs diffitetur, ſeipſâ vacua, & virtutum dotibus plena, vt præ infimiſſimâ humilitate, *cadens in faciem ſuam*, & Boozum adorans, indignam ſe fateatur, quæ vel ab ipſo Boozo *noſceretur*, numeraretúrque inter gregales ipſius *ancillas* ruſticano operi deſtinatas.

Hic verſ.10. &c.

§. CXXXVIII.

Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt.

1. NOn minùs pendet animus è cœlo, quàm corpus; ſed cum moraliſſimo diſcrimine: influxus corporis dimittitur per plenum; influxus animi per vacuum it, cùm ipſe exinanit, & euacuat ſeſe. Hæc ſui vacuitas, magnes eſt diuinæ opis, & illex opulentæ Diuinitatis, impatientioris ad implendum vacuum, quam natura. *Ineſt Deus ei, qui ſibi deeſt; adeſt, ſi tibi abſis, vt Eunomo cicada pro filo*, iuxtà Pſeudo Aſclepiadi votum ac preces. Sapienter propterea quiſpiam Barbarus dixit: Caput diſciplinæ, ſilentium; caput omnis intelligentiæ, deiectio. Prodigè effundit, qui adhuc mittit in plenum. Humilis ſui exinanitio, diuinioris gratiæ vberiùs attrahendæ, arbitrium eſt. Deum non capit, qui ſe ipſo plenus inaniter turget.

Ineſt Deus ei, qui ſibi deeſt.

Euſeb.l.2.de Arte volunt. c.24.

2. Exhodi 3. Moyſes paſcebat oues Iethro ſoceri ſui; cúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuítque ei Dominus in flammâ ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergò Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & : *Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Et quomodo, aut quam ob rem, terra in quâ tunc erat Moyſes, terra ſancta nominatur, nec calceamentorum veſtigiis calcanda, ſed nudis pedibus veneranda erat? Pulchrè Euſebius Cæſarienſis apud Catenam ibi: *Nimirum illud ſibi vult, Moyſen attendere vbi ſit; quis præſens, quis locum ſanctificans. Vt igitur diſceret Dei præſentiam ibi eſſe, neque ignem ſecundùm naturam ſuam rubum comburere, Terram ſanctam vocat, vt à loco præſentem agnoſcat.* Res ſanè expenſione digniſſima, quòd Deus in rubo apparens, nec arbuſculæ, quâ apparebat, venerationem exigat; nec igni, cuius ſpeciem aſſumpſerat, ſic honoret; ſed *Terram* petroſam, horridam, ſterilem, humilem, infimiſſimam, huiuſmodi ſanctitatis honore venerandam edixerit, vt è ſanctificatâ Terrâ Deum *præſentem agnoſcat*. An non potiùs ſancta diceretur *rubus*, agreſtis tunc Dei thronus? An non etiam auguſtum ac ſacroſanctum diceretur *ignis* elemētum, in quo Deus apparere dignatus eſt; Quid eſt, quòd *Terra* dumtaxat *ſancta* perhibetur, vt Moyſes Deum *præſentem agnoſcat?* O arcanum diuinæ præſentiæ indicium, & miriſſimum humilitatis elogium! Scilicet ſic res humillimas ac infimiſſimas ſanctitate implet, & auguſtius nobilitat; vt non *rubum*, cui inſidet Deus; non *ignem* ad ſublimia anhelantem, ſub cuius formâ apparet? ſed *Terram* dumtaxat nuncupatim ſanctificaſſe dicatur, quò ex communicato humilibus honore, Dei præſentia manifeſtiùs appareat. *Vt igitur* Moyſes *diſceret Dei præſentiam ibi eſſe, Terram ſanctam vocat, vt à loco præſentem agnoſcat.* O bonum Dei præſentis notamentum!

Exhod. 3. v.5.

Euſebius apud Lipoman. in Catenâ.

Ex humillima terra ſanctificatione, Dei præſentia manifeſtius agnoſcitur.

3. Numerorum 19. celebris illa vaccæ rufæ ceremonia, ſiue holocauſtum, ad populi munditiem, de œconomiâ Dei excogitatum eſt. Adducebatur ad ſummum Sacerdotem, & extrà caſtra immolabatur, aſperſiones de eius ſanguine fiebant: in cineres redigebatur, qui cuſtodiebantur in loco mundiſſimo, vt ſint multitudini filiorum Iſraël in aquam aſperſionis, quia pro peccato vacca combuſta eſt. *Cúmque lauerit qui vacca portauerat cineres, veſtimenta ſua, immundus erit vſque ad veſperam.* Quæ etiam immunditіes reliquis ſacerdotibus, qui fungebantur præſcriptis ergà vaccam muniis, denunciatur. Quâ ſuper re ſic ſubtiliter philoſophatur Radulphus apud Tilmannum ibidem: *Hoc etiam dicitur de ſacerdote qui eam immolat, & de eo qui eam comburit, & de illo etiam qui aquas expiationis tetigerit. Quæ igitur eſt ratio, cùm vacca iſta ob expiandas immundorum maculas immoletur, vt qui eam immolat ſiue comburit immundus fiat? Quæ ratio eſt, cùm cineres tantæ dignitatis ſint, vt non niſi à mundo homine permittantur efferri, ille tamen qui ad eos mundus acceſſerit, portando contaminatur? Si aqua illa cinerum admiſſione ſanctificata immundos emundat, dum ſuper ipſos aſpergitur, quâ ratione qui tangit eam immundus efficitur?* Hactenùs eloquenter dubium Radulphus propoſuit, illud confeſtim his verbis appoſitè ſoluit: *Sed patet ratio. Omnis enim qui ſancta tractat, non exindè polluitur: ſed hâc de cauſſâ immunditiam ſuam ſollicitus recogitare compellitur. Alioquin ſi ſe mundum iudicat, cum Deo approximat, inter ſuperbos reputatur & immundos.* Scilicet mundus Sacerdos, tametſi mundè aliorum munditiem tractet, quò dignè mundandi munus obeat, de proprio iudicio immundus

Num.19. v.10.

Radulphus.

Mundus Sacerdos dum Deo appropinquat, ob humilitatem immundus declaratur.

immundus proditur, ſuam alioqui immunditiem cogitare compulſus, vt ipſe prærogatiuâ humilitatis ornatus, dignus euadat, qui *Deo approximet.* Nam ſi ipſe, licèt legaliter mundus, mundum ſe putat accedere ad Deum, vt alios mundet, de humilitatis iacturâ, ſuperbus euadit & immundus: & indè inidoneus qui Deo appropinquet, & ſibi, ac reliquis à Deo munditiem extorqueat. O! dum mundus, vt mundè munditiam operetur in aliis, *Deo approximat*, immundus euadit, vt humilitatis illicio, Dei propinquitate dignus, ab immundo populo munditiem extorqueat? *Alioquin ſi ſe mundum iudicat; cum Deo approximat; inter ſuperbos reputabitur, & immundos.* Hic luculentus Radulphi locus, alibi ad alia themata ethicè forſan enucleabitur.

4. Geneſeos 28. fratrem Eſaü minas ſpirantem, fugit Iacob pergens in Meſopotamiam. Cùmque in itinere veniſſet ad quendam locum, & poſt Solis occubitum vellet in eo requieſcere, ſuper humum nudam feſſus iacet pro molli puluillo prædurum lapidem capiti ſupponens, ſe ſomno tradit: *Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* (Geneſ. 28. v. 12.) τὸ *ſtantem*, vt ex Hebræâ Origine inibi notat Caietanus (Caietanus.), *ſtare non qualitercumque, ſed firmiter ſignificat.* Vndè Lxx. Interpretes habent (Lxx. Interp.): *Firmata.* Mirum ſanè eſt, quòd terra infimiſſimè lubrica, ſic firmiter potuerit fundare ac firmare ſcalam, cui Deus totâ Diuinitatis mole incumbebat, & cui plures aſcendentes, ac deſcendentes nitebantur; quæ eſt non modica infimiſſimæ humiliter terræ laus. Ceterùm nobilius latet humilitatis elogiũ, in eo quòd & Dominus dicatur *innixus ſcalæ* (vel, vt habet Chaldæus (Chaldæus.), *ecce gloria Domini ſtabat ſuper eam*) & Angeli aſcenderent, deſcenderéntque. An alij aſcendunt, deſcendunt alij: an iidem deſcendentes aſcendunt, vel aſcendentes deſcendendunt? Scitè inibi Galfridus (Galfridus. apud Tilmannum.): *Aſcendunt*, inquit, *per gradus Angeli, & deſcendunt, dum ſectatores angelicæ puritatis, & æmulatores, ſocietatis eorum, quantò magis proficiunt, tantò humiliores exiſtunt.* O bellè! Nimirùm hæc Iacobi imaginaria viſio, typus eſt ſpiritualis profectûs, & terrenorum hominum ambientium aſcendere in cælum, in cuius limine gloria Dei apparet ſcalæ ſubnixa. Itaque homines Angelicæ vitæ æmulatores, qui per arduam cæli ſcalam obnixiùs Deo appropinquare adnituntur, dum plus aſcendendo proficiunt, quò Deo appropinquent; de ſublimiori gradu per humilitatem deſcendere ad terræ ſuæ infimitatem videntur: & de præcelsâ ad Deum approximatione per ſpiritualem profectum, profundiùs ad inferiora deſcendunt; eò infimiùs deſcendentes, quò altiùs aſcendiſſe videbantur. Quaſi ſublimiùs aſcendere & Deo propiùs accedere, ſit infimiſſimè per humilitatem deſcendere, & terrenæ ſuæ vilitati propiùs vicinari. Vndè homines Angelicæ vitæ æmulanter ſectatores, ad Deum innixum ſcalæ vertici aſcendẽtes ſpirituali profectu, per aſcenſum ipſum ad Deum, arcanè deſcendere perhibentur. O! ſic humilitas Deo pleniùs adipatur, vt verus per ſpiritualem profectum aſcenſus, vices cum humili deſcenſu ethicè reciprocet? *Aſcendunt per gradus Angeli & deſcendunt, dum ſectatores angelicæ puritatis, & æmulatores ſocietatis eorum, quanto magis proficiunt, tanto humiliores exiſtunt.* Suſpecta eſt humana ad Deum propinquitas quæ de ipsâ ad Deum propinquitate profundiorem pleniùs humilitatem non fœnerat. Vide hîc Rutham ſic Deo propinquam, vt dum ſub eius fotu & alis eſſe dicatur, tunc, tunc quidèm *cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram*, ſe profitetur indignam, quæ cum viliter ruſticanis Boozi ancillis comparetur. (Hîc verſ. 10)

Homo Angelorum æmulus, aſcẽſu ipſo ad Deum humiliter deſcendit.

Lucæ 5. Chriſtus Deus in Petri nauiculam aſcendens, iubet duci in altum, & retia ad capturam laxari, tametſi tota nocte fruſtrà iecerint. In verbo autem Domini laxatis retibus, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, adeò vt retia diſrumperentur. Annuunt ſociis, & ambas nauiculas ſic complent magnis piſcibus, vt penè mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: *Exi a me, quia homo peccator ſum, Domine. ſtupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in capturâ piſcium, quam ceperant.* (Lucæ 5. v. 8.) Meritò ambigunt Interpretes, cur Petrus Chriſti Dei beneficam recuſet præſentiam, ea ratione permotus, quia *peccator* eſt? Cùm proximior eſt Chriſto Deo, ad eius genua prouolutus, & beneficij magnitudine præſentiſſimo, tunc *peccatorem* ſe demiſſiùs agnoſcit & præ humilitate illius præſentiam refutat? O humilitatis ſacramentum! *Admirabatur dona diuina* (ait inibi Ambroſius,) *& quò plus nouerat, hòc præſumebat minùs.* Explicatiùs rem ediſſerit lib. 3. de Virgin. ſub finem, ſic eloquenter fatus: *Vir*, inquit, *ſapiens & grauis in quo eſſet Eccleſiæ fundamentum, & magiſterium diſciplinæ, nihil vtilius eſſe proſpexit, quam ne ſecundantis operis extolleretur euentu; & ideò, Exi, inquit, a me Domine: non rogat vt deſeratur, ſed ne infletur.* Nimirùm Petrus Apoſtolorum vertex, & expreſſior Euangelicæ perfectionis idea cùm in ſua naui præſentem cernit Chriſtum Deum, & tanto prodigio beneficè præſentiſſimum; humilior de huiuſmodi præſentiâ factus, ſe tum maximè *peccatorem* agnoſcit; indè profundè humiliatus, vndè credi poterat ſuperbiiſſe. Cautè timet, ne de Chriſti beneficentiori præſentiâ arrogantet *infletur*, & indè Chriſti diſceſſum à ſe exoptat; & adhuc rudis piſcator ignorat, quòd de illâ ipsâ Chriſti Dei beneficâ proximitate, humilem ſui cenſum combibat vndè ſuperbire timebat. *Exi*, inquit, *à me Domine: non rogat, vt deſeratur* per abſentiam, *ſed ne infletur*; præ *ſtupore* non aduertens, quòd ex Chriſti Dei præſentiâ fœnerauit humilitatem, quâ ſe tunc vel maximè *peccatorem* agnouit, & palàm profitetur. 5.

Quare Petrus præſentiſſimum expertus Chriſtum Deum, eius præſentiam recuſat? S. Ambroſ.

---

§. CXXXIX.

Præſumptio preces faſcinat, ſuperbia aufert.

Magni Gregorij vulgò opinatiſſima ſententia eſt: *Ille Deo veram orationem exhibet, qui ſemetipſum, quia puluis ſit, humiliter videt, qui nihil ſibi virtutis tribuit, qui bona quæ agit, eſſe de miſericordiâ Conditoris agnoſcit.* 1. (S. Gregor. l. 2. Moral. c. 16.)

quaſi oratio quæ etſi ſpe ſubnixa, humilitatem non aduocat auxiliarem, *vera oratio* non ſit, & in aliud quoduis nomen degeneret. Porrò qui præ ſuperbiâ turget, & totum ſe ſeipſo plenum arroganter diſtenditur; de præſumptâ plenitudine, nihil in ſe vacuum agnoſcit; & indè capax non eſt, qui quaſi boni indigus, roget ſupplex, recipiat vacuus. Ergò humilitas orantis vigor orationis eſt: cùm ſuperbia, dum facit orationem, orationem neget. Itaque ſuauiſſima eſt orationis harmonia, cùm vox cognoſcitur humilitati conſonare: nam ſi hæ duæ res diſcrepabili varietate diſſentiant, neque temperatam poſſunt efficere cantilenam, neque ad aures Domini venit, quod ſe mutuâ contrarietate confundit. O! quis hominem arroganter ſuperbum, tamquam alienæ opis indigum, aliorum reddat mendicum? Quid boni habeat humilis non agnoſcit: quid boni illi deſit, ſuperbus non videt: quare hic pigreſcit ad rogandum, ille feſtinat. Vndè ſuperbus aut numquam, aut malè, aut fruſtrà rogat. Pulchrè S. Nilus Orat. 7. *Lapis iactus non aſcendit in cælum, nec glorioſi hominis preces ad Deum perueniunt.*

Oratio humilis, vera oratio eſt.

S. Nilus.

2\. Iob 15. Eliphaz Themanites reputans arroganter Iobum ſuam iactare innocentiam, ſic illum culpat: Arguis verbis eum, qui non eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit. *Quantùm in te eſt, euacuaſti timorem, & tuliſti preces coram Deo.* Tam longè, ait Eliphaz, eſt, vt Iobus religioſus & pius haberi debuerit, vt & ipſe religionem omnem prodidiſſe videatur, & in aliis audaciam & impietatem aluiſſe, vt Deum non timeant, neque ſupplices accedant, eúmque orent. Sed non conuenit inter Expoſitores, quare Iobus ab Eliphaze arguatur, quaſi preces ad Deum irreligioſus ſuſtulerit. *Quantum in te eſt, tuliſti preces coram Deo.* Vel vt ex Hebræo habet in margine Vatablus: *Quantum in te eſt, tuliſti meditationem ad facies Dei.* (quam excriptionem ethicè grauidam, aliàs forſan elucidabimus) Strabus Fuldenſis in Gloſſâ, à S. Gregorio edoctus, præſcripta verba ſic exponit: *Quantum in te eſt, tuliſti preces coram Deo. Tuliſti dicitur, id eſt, abſtuliſti. Ac ſi diceret: De tuâ iuſtitiâ præſumens, Creatoris tui gratiam deſpicis deprecari.* O benè! Nempè tametſi tot plagis ærumnoſè ſaucius, quæ tua ſcelera hoc diuino ſupplicio digniſſima produnt? adhuc innocentiam tuam iactas, ſanctitatem venditas, & de tuâ iuſtitia præſumis: ergò *quantum in te eſt, tuliſti preces coram Deo*, ſeu *ad facies Dei.* Nam qui arroganter ſe putat innocentem, & de præſumptâ iuſtitia glorioſè ſuperbit, quaſi ſeipſo plenus, ac nullius indigus, *Creatoris ſui gratiam deſpicit deprecari.* Porrò inopia, & humilis inopiæ ſenſus & opinio, preces fouet; & in mendicitatis officina orationem opis negotioſam excudit. Superbia verò & abundantiæ opinio, alium rogare, & alterius ſupplicem eſſe precaria humilitate, arroganter deſpicit.

Iob 15. v. 4.

Præſumptio, & ſuperbia, quantum in ſe eſt, preces ad Deum auferunt.

Vatablus. Hebræus.

Strab. Fuld. S. Gregor.

3\. Lucæ 18. hâc moraliſſimâ parabolâ Chriſtus Deus precum humilitatem informat, & in re orationis Diſcipulos inſtruit. Deo homines, inquit, aſcenderunt in templum; vt orarent: vnus Phariſæus, & alter publicanus, *Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic Publicanus.* Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. *Stans* dicitur hîc Phariſæus, vt faſtum denotet Phariſaicum, quòd vultum erigeret in cælum, quaſi cum Deo diſputaturus, vel rationem meritorum ſuorum initurus & exacturus: nam humilis viri eſt, aſpectu etiam humiliari; hic autem & habitu, & geſtu, & ore ſuperbus agnoſcitur. ita communiter Interpretes. Verum enimuerò tametſi Phariſæus hic meritò Chriſti Dei cenſura culpatur, & indè omnium reprehenſionem incurrit, non tamen eius crimen facile apparet. Phariſæus orat *ſtans*, ſimiliter *ſtans* Publicanus orat. Dein Phariſæus ſua allegat merita, quæ falsò allegata fuiſſe, non legitur. Quæ autem culpa eſt, merita propria orando proponere, quod Dauidem in Pſalmis ſæpè factitaſſe legitur? Publicanus autem quid iſtiuſmodi poſſet allegare? Præterea quid culpæ apparet in eo, quòd dum aſcendit in templum orare, gratias Deo agat? num otiatur oratio, in gratiarum actione ſedulò negotioſa? Demùm *apud ſe* orat, non ad ſe. an non licet ore tacito, in mentis ſilentio Deum orare? Verùm dum videmur Phariſæum excuſare, faſtum in oratione accuſamus, & precum humilitatem altiùs commendamus. Quâ ſuper re ſic philoſophatur Auguſtinus Ser. 36. de Verbis Domini ſecundùm Lucam: *Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, &c. Quid rogauerit Deum, quære in verbis eius, nihil inuenies: aſcendit orare, noluit Deum rogare, ſed ſe laudare. Parùm eſt non Deum rogare; ſed ſe laudare, inſuper & roganti* (Phariſæo) *inſultare* (addit belliſſimè Auguſtinus) *Gratias ago tibi. Non reprehenditur quòd Deo gratias agebat, ſed quia nihil ſibi addi cupiebat.* Bonum eſt, merita ad orationem afferre, eáque Deo ad impetrationem proponere: bonum eſt, peccata quæ alios vulgò inuitiant, à ſe procùl ablegaſſe: bonum eſt, Deo gratias agere, & animi gratitudine beneficia remetiri. Non indè Phariſæus reprehenditur; ſed quia aſcendens orare, etiam dum ſe ad orandum componit, adeò turgeat arroganti ſuperbiæ faſtu, tam locuplete virtutum cenſu ſe reputet plenè opulentum, vt etiam quandò orat, *nihil ſibi addi cuperet.* Sic orationem aliàs Deo chariſſimam, orantis faſtus conſtuprat, inuitiat, deprauat!

Lucæ 18. v. 11.

Phariſæus culpatur, non quia gratias agit, ſed quia nihil ſibi addi cupiebat.

S. Auguſtin.

Et quoniam in hâc Phariſæi oratione micantiùs apparet, quàm neceſſariò ſit humilitas precibus coniungenda; non hîc grauabor addenſare alias ſanctorum Patrum expoſitiones, quæ huius ſuperbæ orationis malitiam multimodè culpent. S. Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. ita ſcribit: *Nequaquam eiuſmodi bona frequenter euentiles, ne quis ea fortè diripiat. Quod etiam Phariſæus paſſus eſt in linguâ illâ circumferens, vndè & Diabolus rapuit, quamquam certè illa cum quâdam gratiarum actione memorabat, atque ad Dominum cuncta referebat; ſed ne hoc quidèm ſufficit.* Vel in hâc gratiarum actione, quam oratio nuncupat, malè ſuperbiæ notamenta tranſparent: nec cùm ſimulat gratitudinem, potuit arrogantiam diſſimulare. Aliter S. Bernardus hunc locum premit, in Tractatu de Gradibus humilit. ſic fatus: *Phariſæus dum* 4.

S. Chryſoſt.

Phariſæi ac Publicani oratio multimodè componitur.

S. Bernardus

in

Digitized by Google

in ſe ſingulariter exultat, aliis arroganter inſultat. Dauid autem aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminem excipit, ne quem decipiat, ſciens quia omnes peccauerunt, & omnes egent gloriâ Dei. Phariſæus ſe ſolum decipit, quem ſolum excipit, dum cæteros damnat. Propheta ſe non excipit à communi miſeriâ, ne excipiatur à miſericordiâ. Phariſæus exſufflat miſericordiam, dum diſſimulat miſeriam. Luculenter quidèm Bernardus, pariter ac ſententiosè Phariſaicam
Baſil. Seleu. orationem perſtringit. Et Seleucienſis Baſilius Orat. 35. Phariſæi ac Publicani preces his verbis componit: *Deſcendit hic iuſtificatus ab illo, &c. Inuerſus eſt ordo, apparuit Publicanus iuſto Phariſæo iuſtior, idque iuſti iudicis iudicio. Commutata rerum eſt natura: in altum faſtu elatus deiicitur, ad ima vergens per ſententiam erigitur. O Publicanum clementiæ mercatorem! O publicanum, qui de portu felicitatis rectè vectigal petit! O peccatorem, qui ad libertatem peccatoribus viam aperuit! Docuiſti vectigalium redemptionem iuſtitiâ valentiorem, non deſiiſti vectigal poſcere, dum Chriſtum ipſum vectigalem feciſti.* Feſtiuè pariter ac tempeſtiuè Baſilius.

5. Danielis 6. ſuadente regio Senatu, & annuente Dario rege, hoc arroganter barbaricum
Daniel. 6. v. 7. & 12. exiit edictum, *Vt omnis, qui petierit aliquam petitionem a quocumque Deo, & homine vſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leonum.* Hoc edictum ſic refertur Dario, & ab eo
Superbia preces auſert, niſi ad ſe. confirmatur. Hem! ſic eſt auara precum, ſumma Principum potentia, & veſanus potentiæ faſtus? Hominum orationes, & feſtinantes neceſſitates auertit, & ſe ſolum rogari arroganter exambit? Audiendus eſt Auguſtinus, qui expo-
Pſalm. 103. v. 32. S. Auguſtin. nens illa Pſalmi verba: *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant*, ita ad rem fatur: *Montes ſuperbierant, iactabant ſe, non eos tetigerat Deus; tangit illos, & fumigabunt, Quid eſt, fumigare montes? Precem Domino reddere. Ecce magni montes, ſuperbi, montes ingentes non rogabunt Dominum: ſe rogari volebant, & ſuperiorem non rogabant. Quis enim potens, & tumidus, & ſuperbus in terrâ, qui dignetur humiliter rogare Deum? Impius rogare Deum neſcit, & vult ſe rogari ab omnibus.* Tantùm non dixit, Impius Darius, potens, tumidus, & ſuperbus in terrâ, *rogare Deum neſcit, & vult ſe rogari ab omnibus.* Ecce tibi qualiter ſuperbia non ſolum orationem faſcinat, deprauat, inuitiat; ſed, *quantùm in ſe eſt, preces ſuſtulit coram Deo.*

6. Geneſeos 18. Sodomorum ſupplicium depre-
Geneſ. 18. v. 27. cari ſatagit Abrahamus, vel Lotum ſaltem comminatis flammis eripere, ſic fatus: *Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim pul-*
Baſil. Seleu. *uis & cinis.* Quæ verba ſic Baſilius Seleucienſis elucidat Orat. 28. *Quandò Abraham ſuo illud*
Humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. *ſermoni prætexuit: Sum puluis, & cinis, tunc naturæ agnitione, naturæ terminos eſt meritò ſupergreſſus.* Et meritò Ruth electiſſimo Abrahæ ſemini promeruit implantari, quæ precariam Abrahæ humilitatem moribus arripuit, hauſit, expreſſit. Quæ rogans vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia; & pro hoc beneficio, cum agrarij cibi auctario, gratias agens, ſic comiter ac demiſsè Boozum allo-
Hic verſ. 10. quitur: *Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad eum: Vndè mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem?* (& poſt paucula) *Locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.* Quo precariæ Meliora ſunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum ſuperbiâ.
humilitatis philtro, & largiorem conſecuta eſt annonam, & generoſas cum ipſo Boozo nuptias obtinuit, Moabiticæ conditionis terminos meritò ſupergreſſa. *Meliora ſunt peccata cum humilitate, quàm innocentia cum ſuperbiâ*, ait Optat. Mil.
Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Donat.

---

§. CXL.

In ipſâ laudationis auaritiâ, quæ ſuas effutit laudes, laudum indignitas egregiè tranſparet.

TVrpiùs eſſe dicebat Phauorinus Philoſo- 1.
phus exiguè atque frigidè laudari, quàm Agellius lib. 19.
grauiter vituperari. Qui enim maledicit, quantò id facit acerbiùs, eò magis pro iniquo & inimico habetur: propterea plerùmque fidem non capit. Sed qui infœcundè atque ieiunè laudat, deſtitutus à cauſsâ videtur: & amicus quidèm creditur eius quem laudare vult, ſed nihil poſſe Ieiuna laudatio nihil differt à vituperio.
reperire quod iure laudet. Bonum ſæpè eſt laudari, ſed præſtantius ſemper eſt eſſe laudabilem. Infœcunda laus vituperat; fœcundior de adulatione, aut amicitiâ ſuſpecta eſt: malorum laus, quin & propria nihil differt à vituperio. Quid non malum mali laudent? laus in ore proprio vituperat, & conuitio ſimilis eſt: laudat enim in ſe, quod conſcientia metuit, an alij ſic eſſe laudabilem cenſeant. Quare de verâ ambitione damnatus, ipſe proprio ſuffragio ſe falſitatis ſuſpectum facit. exindè propria laus, & veræ laudis meritum, nunquam habent concordiam. Alienæ gloriæ inuidia, & propriæ laudis auaritia, ad hoc de laude probrum inſtigat, quod de te apud te male æſtima. O quàm magnum eſt nolle laudari, & eſſe laudabilem! Nemo gloriari nec de ſuo debet; ne, aut bonum quod habet laude ſuâ inceſtet; aut quod verè non habet, affectatâ laude mentiri ambitioſiùs videatur. Nemo ſic hianter humanas laudes exambit, quàm qui illarum merito ſordidè viduatur.

1. Regum 18. percuſſo animoſiùs Philiſthæo, 2.
& malè conciſo Philiſtinorum exercitu, Dauid cum Saüle è caſtris reuertuntur, prædâ diuites, glorioſi victoriâ. Egreſſæ ſunt autem mulieres de vniuerſis vrbibus Iſraël, cantantes, choróſque ducentes in occurſum Saül regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. *Et præcinebant mulie-* 1. Reg. 18. v. 7. & 8.
res laudantes, atque dicentes: Percuſſit Saül mille, & Dauid decem millia. Iratus eſt autem Saül nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque: Dederunt Dauid decem millia, & mihi millia dederunt, &c. Sed cuius rei gratiâ nunc Saül iraſcitur? Et ſanè ſi vera proloqui fas eſt, in Saülis potiùs, quàm in Dauidis gratiam, illa laus decantata eſt. Debebat ergò eſſe ſuâ laude contentus, quòd illi tribuiſſent mille. Cur igitur indignatus eſt, quòd Dauidi tribuerint decem millia? Pergit Chryſoſtomus homil. S. Chryſoſt.
de Dauid & Saüle: *Etenim ſi Rex ad bellum finiendum vel paullulum aliquid momenti contuliſ-*

Digitized by Google

ſet, rectè tunc dictum fuiſſet, Saül in millibus, Dauid in decem millibus. Quod ſi ipſe quidèm panidus ac tremens domi deſedit, in ſingulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit; an non abſurdum erat erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quòd hic plus laudis tuliſſet? Nam ſi indignandum erat, Dauidem potius conueniebat indignari; quòd cùm ſolum ſolus totum geſſiſſet, alterum haberet laudis participem. Ecce tibi, quicquid laudis Saüli impenditur, Dauidi palàm detrahitur, qui totum facinus ſolus peregit, & periculo ſuo redemit alienum, & proſtrato Gigante victoriam vnicè reportauit. Et tamen Dauid, cui tota triumphi gloria debebatur, nihil facit laudis pati conſortem eum, qui, cùm ipſe totum pugnaciſſimi belli pondus ſuſtineret, ille *panidus ac tremens domi deſedit, in ſingulos dies mortem expectans.* Scilicet Dauid merito laudis abundè contentus, ſuam laudationem in alios diſtribui negligit: Saül verò ſuæ tunc inertiæ benè conſcius, inſolenti immeritæ laudis auaritiâ, medullitùs ambitioſè vritur, quòd omnis laudum gloria illi non impendatur. Vide nunc quomodò immodica laudis appetentia prodat laudis immeritum. Sanè in ipsâ laudis ambitione, laudum indignitas egregiè tranſparet. Auidus propriæ laudationis appetitus propriæ indignitatis ſuffragium eſt, & immeritæ conſcientiæ proditor. Hinc ipſe in ſuas etiam erumpit laudes; & citiùs deſtruit, quòd aſtruit. Itaque hæc Saülis ira, diſſimulata ſui laudatio eſt.

In ipsâ laudis auaritiâ, laudum indignitas egregiè tranſpares.

3. Gentium Doctor ad Romanos 1. loquens de priſcis Philoſophorum Proceribus, ita ſcribit: Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Omitto nunc Græcos commentatores, qui τὸ *dicentes*, vertunt *putantes*, quaſi mente, non ore id dixerint. Nam vt peritè obſeruat noſter Iuſtinianus, Græca vox, φάσκοντες ſignificat *dicentes*, vt habet Vulgatus, vel *profitentes.* Aduertit autem Eſtius inibi, quòd non ſignificat *ſimpliciter dicere, ſed palam & in vulgus dicere, ex quo fama oriatur.* Senſus igitur eſt: cùm apud homines profiteantur ſe eſſe ſapientes, ac ſibi linguâ & calamo arrogent magnam ſapientiæ laudem; *ſtulti facti ſunt.* S. Cyrillus Alexandr. lib. 2. Apolog. moralium cap. 28. cui titulus: *Contrà eos, qui ſeipſos commendant*, ſic hunc Paulli locum elucidat: *Chara quidèm eſt intelligentia, & eſt iucunda venuſtas; ſed optima eſt ſapientia, ſine quâ, aut ſibi non ſunt, aut nihil ſunt omnia.* (quam Cyrilli ſententiam alibi forſan expendemus) *A ſapientibus autem noſtris audiui, quod luce lucem perdere, virtutémque virtute, maxima ſit dementia. Vtique etiam laude laudationem amittere, id ipſum eſt. Nimirùm ab Ariſtotele laus definitur, eſſe ſermo illucidans virtutis magnitudinem; vndè nec minima virtus eſt, imò maximum vitium, laudare ſeipſum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, facti ſunt ſtulti.* Itaque planè ſtulteſcit qui ſeipſum laudat: nam *luce lucem perdere, virtutémque virtute*, maximæ ſtultitiæ eſt; ſic ergò & propriâ *laude laudationem amittere.* Qui enim propriis laudibus ſeipſum commendat, ſuâ laude ſe laudatione indignum oſtendit; verba laudis profert, re laudationis vacua, & vituperio plena. Pergit Cyrillus: *Virtus enim vera, vt virgo pudiciſſima, ſine rubore videri non patitur, & quaſi ſtella rutilans ab apparente Sole abſconditur, & veluti chryſopraſium ſplendens in tenebris, ita erubeſcens laus in lumine occultatur. Igitur qui ſeipſum commẽdat, ſe vituperat, quia laus eius vitium generat, dum ſine ſplendore virtutis, hunc informem eſſe demonſtrat.* Bellè quidèm Cyrillus.

Ad Rom. 1. v. 22.

Iuſtinian.

Eſtius.

Scientia ſine virtute, aut ſibi non eſt, aut nihil eſt.

S. Cyrillus.

Stultum eſt, luce lucem perdere, & laude laudationem amittere.

Ariſtoteles.

Vera virtus, vt virgo pudiciſſima eſt.

4. Ioannis 5. ſic ad Iudæos loquitur Chriſtus Deus: *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*, id eſt, legitimum, iuridicum, fide dignum. *Verum* enim hîc non opponitur falſo, ſed illegitimo, infido, incerto. Fieri enim poteſt, vt quis veriſſimum de ſe ipſo dicat teſtimonium, ſed tamen apud homines fide careat, propter ſuſpicionem de nimio ſui ipſius amore. Loquitur autem Chriſtus ex communi ſenſu hominum, præſertim Iudæorum, qui ei in faciem obiiciunt: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Quæ verba ſic idem inibi Cyrillus illuſtrat: *Verùm ſi hoc aure intelligentiæ percepiſti, ſcriptum eſt: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. Atque in communi mundi lege pro ſe nemo ſuſcipitur, eò quò lingua libra priuati amoris ad ſepondus attrahit. Eſt ergò laus propria dedecus, quia lingua ſibi teſtis non ſuſcipitur, aut mentitur. Quin & illud nos approbas, quod exaltat. hoc autem eſt laudum fugitiua humilitas, Qui enim ſe humiliat, exaltabitur. Humilitas enim per ſemitam mundialis confuſionis atque caliginis, in finem luciditatis adducit. Sed ad quid te laudas? certè ſi notus es, agis ſuperfluum; ſi non notus, memento in quòd latere deſiderat vera virtus.* Moroſus eſſem, ſi Cyrilli ſententias ſingulas vellem expendere: ſat eſto digitum ad rem intendiſſe. Vide nunc mihi quàm vera ſit Ruthæ *virtus*, quæ ad veriſſimas laudes, quibus eam hîc Boozus cumulat, vſque ad terram prona humiliatur; nec veræ laudationi adnuit, ſed ancillam ſe nominans, & laude indignam, de bono ſuo ſuffunditur virtutis colore; quaſi *erubeſcens laus in lumine occultetur, humilitate laudum fugitiuâ.*

Ioann. 5. v. 31.

Laus in ore proprio, infida eſt an etiam falſa?

Ioann. 8. v. 13.

S. Cyrill. 5.

Matth. 23. v. 12.

Humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit.

Hîc verſ. 10. & 11.

5. Vulgaris eſt illa Salomonis gnome, Prouerb. 27. *Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.* S. Auguſtinus Tract. 36. & 58. in Ioann. *Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui.* LXX. Interpretes ſic locum excribunt: *Laudet te vicinus, & non os tuum alienus, & non labia tua.* Pro τὸ *extraneus*, aut *alienus* ex Hebræo verti poteſt (vt notat inibi Cornelius) *externus*, putà qui eſt alterius cognationis, aut familiæ aut domus, aut ciuitatis, aut gentis, aut religionis: quin etiam ad incognitum, & hoſtem extendi poteſt. Quaſi dicat Salomon: Non decet te laudare temeripſum, ſed digna laude ſic ſtudioſè gerere, vt ſuo ſplendore alios, ſiue vicinos, ſiue exteros quoſque, ignotos etiam & hoſtes, compellant ad te laudandum. Non quòd laudem hanc quæras aut intendas, ſed quòd laus ex virtute etiam eo qui laudatur ignorante, imò inuito, naturaliter quaſi manet, & ſpontiuè reſultet: porrò laus, propria virtutis dos eſt. (omitto nunc quid ſit difficilius, nanciſci laudem à *vicino & proximo*, an ab *alieno, incognito*, imò & *hoſte*?) Huic Salomonianæ ſententiæ, *Laudet te alienus, &*

Prouerb. 27. v. 2.

S. Auguſt.

LXX. Interp.

Cornel.

Auarior eſt laudis, ignotus ac hoſtis, an vicinus & proximus?

non

non os tuum &c. accinunt priſcæ ſapientiæ Proceres: prætereà meminimus (ait iunior Plinius) quanto maiori animo honeſtatis fructus in conſciētiâ quàm in famâ reponatur Sequi enim gloria, non appeti debet: nec ſi caſu aliquo non ſequatur, idcircò quod gloriā non meruit, minùs pulchrum eſt. Pergit velut Chriſtiano cothurno. (*Hi verò qui benefacta ſua verbis adornant, non ideò prædicare, quia fecerint; ſed vt prædicarent, feciſſe creduntur. Sic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente vaneſcit. Homines enim cùm rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius inceſſunt. Ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum; ſi laudanda, quòd non ſileas ipſe, culpatur.* Nimirùm honeſtatis *fructus*, laus eſt; hic autem fructus vt hominem opulentet & adipet, non propriæ, ſed alienæ, linguæ falce metendus eſt: non enim ideò ſe prædicare, quia benefecerit; ſed vt ipſe ſe prædicaret, benefeciſſe cenſetur: & benefacti laus laudatione corripitur. *Sic quod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo qui geſſerat recenſente vaneſcit.* Ergò *laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.* Sanè nulla narratio tam odioſa eſt, nulla minorem fidem inuenit, quàm ſuiipſius encomium. Quin & laus in oris proprij officinâ, citiùs in vituperium recuditur, arrogantiæ ſemper rea, & falſitatis verè ſuſpecta. Sic vera etiam de ſeipſo laudatio, infortunata eſt!

Plin. lib. 1. epiſt. 8.

Qui ſe laudat, non ideò ſe laudare, quia benefecerit; ſed vt laudaret, feciſſe creditur.

§. CXLI.

Anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe: anguſtior Sanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat.

1. QVæris quod ſit propoſitum bono viro? Bonitas inquam. Bonus eſt, bona facit: bono nullus boni operandi terminus, nullus ſtudij langor, nulla operandi inuidia, ſed pia immetatè bonorum operum ambitio. Semper recenti indies voto leuat animum, attollitque ſemper, qui graui ſarcinâ preſſus, explicari cupit. Nam corpus hoc animi pondus & pœna eſt, premente illo ad terrena vrgetur, in vinculis eſt, ne vel ad iuſſa expedire ſe eualeat, niſi acceſſerit ſtrenua virtus, & diuinioris gratiæ vigor, qui eum reſpirare faciat, & ad iniuſſa etiam explicet alacri propoſito ad operationem exprompto, & operum fœcundo. Hîc, hic, inquam, agit bonum patremfamiliæ, dum facit ampliora quæ accepit. Anguſti ſunt illi præceptorum termini, ad inimperata ſe extendit pulchro obſequij auctario. Et dum non tantùm exertæ præceptioni paret, ſed & Superiorum nutibus obtemperat, conſiliantis auctoritati adulatur: & cùm ad iniuſſa & velut ſuperuacua ſe extendit, & fruſtrà ſudare videtur ſedulo conſiliorum obſequio; tunc, tunc quidèm propoſitum implet, virtutem cumulat, & perfectionem ſumptuoſiùs conſummat, *Quàm anguſta innocentia eſt, ad legem bonum eſſe! Quantò latiùs officiorum patet, quàm iuris regula! Quàm multa pietas, humanitas, liberalitas, iuſtitia, fides exigunt! quæ omnia extrà publicas tabulas ſunt,*

Anguſta innocentia eſt, ad legem bonum eſſe.

Seneca l. 2. de Irâ cap. 27.

1. Lucæ 6. in ſermone illo, quo nouus de cælo Magiſter, nouam morum politiam edocuit, & Euangelica perfectionis conſilia diſertè tradidit, hanc ſententiam moraliſſimè miſcet: *Date, & dabitur vobis: menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eâdem quippe menſurâ, quâ menſi fueritis, remetietur vobis.* Locus difficilis, & aliundè à nobis verſatus. Porrò ſic inibi ſcribit Theophylactus: *Interrogabit autem fortaſſis aliquis ſubtiliùs: Si enim ſupereffluenter redditur, quomodò eadem eſt menſura?* Luculenter quidèm magnus hic doctor addubitat. Nam ſi *ſupereffluenter* redditur: ergò quod redditur pro dato, datum excedit: alioqui non *ſupereffiueret*; ſed quod redditur, datum adæquaret. *Quomodò* igitur *eadem eſt menſura* dati & redditi? Putauerim, quod etiam quod datur, *ſupereffluit*, etſi alio exuberantiæ ſenſu. Profectò cùm hæc Chriſti doctrina plerumque non opera præcepti, ſed conſilij deſcribat; quod ſic aliquis dat aut operatur, planè vltrà præceptorum obſequium eſt, ad Chriſtianæ pietatis redundantiam: quare etiam *ſupereffluit.* Exindè eadem eſt dati & accepri menſura: dat enim, ſeu opere exequitur vltrà quàm debet, quandoquidèm vltra debitum beneficentia *ſupereffluit:* idcircò cùm *ſupereffluenti* menſurâ redditur, *eâdem menſurâ* muneratur. Hem! ſic Deus *ſupereffluenter* & immetatè conſilij ſeu ſupererogationis opera præmiat?

Lucæ 6. v. 38.

Theophylactus.

Obſequium conſilijs exhibitum, ſupereffluenter muneratur.

3. Matthæ 12. abiit Ieſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: *Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis.* Quid ſibi ſabatum velit, quid ſeges, quid ſpicæ, non mediocre myſterium eſt. Ager enim eſt hic mundus: agri ſeges, in ſtatione humani generis fœcunditas numeroſa ſanctorum: ſpicæ agri, fructus Eccleſiæ, quos operibus diſcutientes ſuis Apoſtoli paſcebantur, noſtro ſe alentes profectu. Hactenùs lib. 5. in Lucam Ambroſius; & ſubdit ad rem: *Sed hoc putabant Iudæi ſabbato non licere. Chriſtus autem noua gratiæ munere deſignabat otium legis opus gratiæ.* Profectò exacta legis impletio, valdè operoſa eſt: præcepta enim poſitiua exequi, & non prætermittere negatiua, negotioſa res eſt: attamen adſpectu ad conſilij opera, quæ diuinæ voluntatis nutum ſpectant, & virtutes conſummare ambiunt, *otium legis* nominatur: *opus* autem *gratiæ*, quicquid vltrà debitum quis audet ad Chriſtianæ pietatis exuberantiam. O quale erit negotium, ſupererogationis operà exequi, ſiquidèm totam legem obſequio implere, *legis otium* appellatur?

Matth. 12. v. 1.

Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ?

S. Ambroſ.

4. Matthæi 7. Non omnis (ait Chriſtus Deus) qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum: *Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.* Per τὸ *voluntatem Patris*, Chryſoſtomus intelligit *verbum Chriſti.* quod & præcepta, & conſilia amplectitur. S. Hieronymus in epiſt. ad Celantiam de inſtit. matriſf. hunc locum ſic luculenter exponit: Quid vmquam, inquit, tam ſuperbum, quid tam ingratum videri poteſt, quàm aduersùs eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? *Quàm illius præcepta deſpicere, qui ideò aliquid imperat, vt cauſſas*

Matth. 7. v. 21.

S. Chryſoſt.

S. Hierony.

cauſſas habeat munerandi? Neque enim obſequij noſtri Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio.... Nec ſolùm imperata, ſed etiam promiſſa illius pro nihilo ducimus: vndè ſæpè, imò ſemper illa nobis *Domini* reuoluenda ſententia: Si vis ad vitam venire, ſerua mādata. *Hoc enim totâ nobiſcum lege agitur, hoc Prophetæ, hoc Apoſtoli docent; hoc à nobis & vox Chriſti, & ſanguis efflagitat.* Eſto, ſurdus ſis ad legis verba, ad verba Prophetarum & Apoſtolorum, quin & ad Chriſti *vocem*; equis erit tam impiè ingratus, qui quod *Chriſti ſanguis efflagitat*, exequi contemnat? Opinor, Chriſti ſanguis vocali cruenti fluxûs ſilentio, non tam præcepta ſcribit, quàm iniuſſa virtutum facinora, ad ſanctitatum exuberantiam indebitam ſilenter efflagitat. Profectò perfectionis Euangelicæ conſilia, quæ ſic deſcribuntur & intimantur, propter Dominici ſanguinis auctoritatem ac reuerentiam, ita ad obſequium alliciunt, vt quodammodò in mandata tranſeant. Deus enim eruore conſilium ſcribens, propè imperat, & ad indebitas ſanctitates ferè obligat eruentæ velut iuſſionis comitate. O generoſum conſiliorum obſequium, quod *Chriſti ſanguis efflagitat!*

Chriſti ſanguis efflagitat conſiliorum obſequium.

5. Matthæi 2. adorato ac munerato infante Deo, Magi de reditu cogitant. *Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.* Non conuenit inter Commentatores, à quónam in ſomnis reſponſum acceperint, an à Deo ipſo, an ab Angelo, an aliter Magis id intimatum ſit? Legimus infrà verſ. 13. & ſuprà cap. 1. v. 20. Angelum Ioſepho in ſomnis apparuiſſe, qui illum de agendis inſtitueret. Cúmque nulla de Angelis mentio fiat in hoc Magis dato reſponſo in ſomnis, putant ex Interpretibus nonnulli, iſtiuſmodi reſponſum ab ipſo Deo immediatè Magis intimatum fuiſſe. Cauſſam diſcriminis reddit indidèm Hieronymus. Reſcribam ſudata eius verba, ſi fortè aliquid in eis non ita vulgare expendere liceat: *Et reſponſo accepto in ſomnis,* &c. *Reſponſum autem non per Angelum fit, ſed per ipſum Dominum, vt meritorum Ioſeph priuilegium demonſtraretur.* In ipſâ Hieronymianæ ſententiæ fronte difficultas legitur, quare quia reſponſum datur Magis per ipſum Deum, Ioſepho autem per Angelum, meritorū Ioſephi priuilegium demonſtratur? Citò dicam. Quoniam ſcilicet Magis ipſe Deus exertâ Domini auctoritate reditum imperat; Ioſepho autem neceſſe non fuit ſic iubere; ſed per quempiam Dei miniſtrum, in re etiam oppidò grauiore, eiuſdem inſinuare nutum, ſatis fuit. Itaque priuilegium meritorum Ioſephi valdè elucet in eo, quod diuinæ voluntatis nutus per adminiſtrum inſinuatus, ſufficiens putetur ad obſequium. Grandis nimirùm meritorum Ioſephi prærogatiua, quòd cum ipſo nutibus agatur ad expromptius obſequium. Itaque ſuam voluntatem Deus per ſe Magis intimat, Ioſepho per Angelum generosè intimat: alterutrùm foret Ruthæ ſuperuacuum, quæ de virtutis propoſito, & religionis inſtinctu, & ſuos deſerit, & ad Dei populum velut obſtinatè alacris atque irreuocabilis pergit.

Matth. 2. v. 12.

S. Hierony.

Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelū admoneri. quare?

Hic verſ. 11.

6. Regius Vates Pſalm. 53. ſic Deo vouet: *Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.* Quidam τὸ *voluntariè* exponunt vt ſonat, nempè animo voluntario, vltrò, ſpontaneè, libenter. Verùm Genebradus Hebræam verbi originem perſcrutatus, ſic locum exponit: *Voluntariè &c. Vltrà debitum ſpontaneâ oblatione.... Sacrificium ſupererogationis. Non tantùm offeram quæ mihi iniunxiſti & ad quæ me obligaſti, verùm etiam addam multa ſponte & liberè. Vox Hebræa hæc ſonat.* Attentâ expenſione digniſſimum eſt, quòd Hebræa Bibliorum phraſi, perindè ſit *Voluntarium*, ac *vltrà debitum*, ſeu *ſacrificium ſupererogationis.* ô moraliſſima conſultiùs ſynonyma! quaſi quod iniunctum eſt, & ad quæ præcepto obligamur, & exequi tenemur, *voluntaria* non dicantur. Erunt ſanè aliquandò *voluntaria*, præſertim in viris perfectis; ſed *voluntarij* nomine plerumque inſigniuntur, quæ congente præcepto exequimur, ſed quæ *vltrà debitum* liberè ſupererogantur.

Pſal. 53. v. 8.

Hebræus. Genebrard.

Spontaneum perindè eſt, ac quod vltra debitum ſupererogatur.

Iudicum 16. Dalila illa Samſonis fraus, pertinaciter eum rogat, in quo ſit maxima fortitudo eius. Qui tandem (ô malum!) illi reſpondit: Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, eróque ſicut ceteri homines. Túncque illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, *Vocaúitque tonſorem, & raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum,* &c. Non hîc morabor Interpretes, an *ſeptem crines*, an cincinni ſeptem, quibus inerat fortitudo, abraſi fuerint? Abulenſis autem ibi quæſt. 30. ſic addubitat: *Quæritur, quare Dalila non raſit nunc capillos per ſe, ſed vocauit tonſorem, cùm aliis vicibus ipſa eum per ſe ligaret?* De facili hæc quæſtio ethicè expediri poteſt ad rem opportunè. Scilicet *ſeptem crines* ipſa Dalila idoneè abradere potuit; at quò perfectiùs & exactiùs abraſio fieret, tonſorem euocat artis peritū, nequid omittat quod ſcelus certò perficiat. O, de ſcholâ vitiorum diſcamus virtutum obſequia! Nil hæc mulierecula intermittit, nihil negligit, vt auarum, infidum, & eruentū ſcelus conſummet ac perficiat: & quod ipſa per ſe idoneè præſtare poterat, per officialem peritiorem exequitur, ad exactiorem malitiæ redundantiam, & patrandi ſceleris peruerſam conſummatè perfectionem. Pudeat ergò Euangelicæ perfectionis ſectatores, aliquid omiſiſſe, quod bonum conſummet opus, & ſanctitates perficiat, ferréque poſſit aliquem probitatis cumulum, & virtutis auctarium. Pudeat, quòd filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſuâ ſunt. 7.

Iudic. 16. v. 19.

Abulenſ.

Cur Dalila tonſorem vocat, vt ſeptem Samſonis crines raderet?

---

§. CXLII.

Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio eruditur.

SVb finem ſextidui, tamquam diuini opificij clauſulam, *Creauit Deus hominem*, è quo hominum gens propagaretur: *Vnum* (ait Hugo Victorinus) *creauit, vt vnum eſſet generis humani principium; & vt omnes homines dum ſe ab vno, & vnum eſſe cognoſcerent, omnes ſe quaſi vnum amarent, & ſic in Dei amorem veraciter permanerent: ſiquidèm ſine vnitate nihil ſubſiſtere poteſt.* Itaque ipſa rerum natura, & humanæ creationis forma, concordiæ forma ſit, vnitatis typus, & conſenſionis perſuaſio: quaſi hæc conſenſio, concordia, & vnitas, ſit rerum ſubſiſtentium ſubſiſtentia. 1.

Geneſ. 1. v. 27.

Hugo Vict. apud Tilmann. ibi.

Fraterna charitas naturæ eruditio eſt, & vnitatum ſubſiſtentia.

Digitized by Google

ſubſiſtentia, & virtutum hypoſtaſis, ſine quâ ſpiritualis fabrica imbecillè nutat, & ruinosè labaſcit, tamquam baſe ſuâ deſtituta, id eſt, vnitate & concordiâ, quæ dum animos nectit, ædificium virtutum miriſſimè fulcit, ſtabilit, fundat: *ſiquidèm ſine vnitate nihil ſubſiſtere poteſt.* O de ſcholâ naturæ erudiamur hoc virtutis documento!

2. Geneſeos 1. ſummus rerum opifex primâ naſcentis mundi die lucem accendit, ne in tenebris operari videretur, & vt reliqua exinceps opificij opera lucis nitore ſplendidiùs colorarer, ad oculorum gratiam, & artificis gloriam. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: *Et diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem.* Benè eſt, in bonâ luce complaceat ſibi Deus illiúſque candorem à tenebrarum, id eſt, noctis obſcuro nigrore diuidat magno loci ac temporis interuallo; & cognatæ naturarum antitheſi nouum addat diuortium, ne ſincera lux de tenebrarum caligine ſordidiùs obſcuretur non bono obſcuritatis participio. Scilicet Deus præcauet, ne malæ caliginis vicinia, bonæ luci vllatenùs noceat, indè adinuicem vtramque diuidit. Verùm ethicâ expenſione digniſſimum eſt, quòd Deus vnitatis atque concordiæ amator egregius, hanc diuiſionem atque diſcordiam inter lucem & tenebras, id eſt, inter diem artificialem, & obſcuram noctem, operatus ſit, oréque ſuo declarauerit, tamquam iſtiuſmodi diuiſionis ac diſſidij auctor. An non ſic mutuas fouebit inimicitias perennaturâ ſemper hoſtilitate? Ecquis vmquam adſociet, & redigat in concordiam, quod diſpeſcuit ac diuiſit Deus? Sed opinor, hinc optatiſſima creaturarum vnio & concordia exaggeratiùs adſtruitur. Deus enim vnitatis amator, *diuiſit* lucem à tenebris, id eſt, diem à nocte; nam ea eſt iſtiuſmodi rerum natura, quæ aſſociari non poteſt, cognatâ earum hoſtilitate concordiam vetante. Deus autem hanc diuiſionem non tam fecit, quàm declarauit, quò notantiùs perſpiceretur, quòd vtrumque quammaximè vniri poteſt, adſociauit & iunxit. Poſtquam enim ſacer Hiſtoricus dixerat: *Diuiſit lucem à tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem*; confeſtim (vt res fieri poterat) eas nexit & couniuit, ſubdens: *Et factum eſt veſpere & mane, Dies vnus.* Dies, inquam, naturalis, ex die artificiali & nocte conflatus. Quod luculenter notauit Ambroſius, aliorsùm inibi aiens: *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus. Scriptura*, inquit, *diei & noctis tempora, Diei appellatione concluſit.* Nimirùm lux & tenebræ, Dies & nox de cognatâ naturarum antipathiâ mutuò ſe refutant atque excludunt: vndè & Deus amborum naturas creando, eadem diuiſiſſe perhibetur perenni diſcordiâ: quam quodammodò mitigauit, & vtrumque in idem coïre fecit, vt eſſent vnum ambo, id eſt, vnus naturalis dies, qui ex luce ac tenebris, hoc eſt, ex die artificiali ac nocte coaleſcit. Quò etiam oppoſitas hoſtiliter naturas, quamuis inter ſe pugnaciſſimas, ad concordiam mitigaret, & ad vnitatem redigeret, quin ſingulorum naturis quicquam detraheret. Quid tam luci contrarium, quàm tenebræ? quid tam diei oppoſitum, quàm nox? vterque enim alterutrum excludit; & tamen ad humanæ concordiæ ideam, *Factum eſt veſpere & mane dies vnus.* Ideircò Scriptura *diei ac noctis tempora, diei appellatione concluſit.* O de naturæ gymnaſio ad vnanimẽ concordiam erudiamur! Ex hoc etiam Ruth Moabitis erudita eſt, vt inimiciſſimam gentem Hebræam, ſic diligeret, vt hoſtili populo aggregari, ſic hianter ambiret.

Licet Deus lucem à tenebris diuiſerit, mox vtramq; diei appellatione adſociauit.

Geneſ. 1. v. 5.

S. Ambr. l. 1. Hexaem. c. 10.

Hîc verſ. 11

4. Regum 2. factum eſt, cùm leuare vellet Dominus Eliam in cælum, ibant Elias & Eliſeus de Galgalis. Egreſſi autem ſunt filij Prophetarum ad Eliſeum, & ſuggeſſerunt ei: Numquid noſti, quia hodie Dominus tollet *Dominum tuum* à te, Eliam, inquam. Cúmque ambo pergerent, & incedentes ſermocinarentur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque: & aſcendit Elias per turbinem in cælum. *Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.* Intermitto hîc quæ ſublimiora ethicè ac politicè ſcintillant myſteria, de raptu per turbinem, de appellatione currûs & aurigæ ſimul, de igne Eliæ baiulo, & aliis ſexcentis, quæ paſſim adnotantur ad mores comptiùs informandos. Hîc autem non innotatum dimittam, quòd Elias, qui hactenùs Eliſei nuncupabatur *Dominus*, nunc mutato ſtylo, *pater*, iterato paternitatis vocabulo nominetur. Eccur Elias nuper vel à filiis Prophetarum, Eliſei *Dominus* dicitur, & cùm in cælum aſcendit, non iam *Dominus* ſed *Pater* appellatur? Imò & nobiliori iam vocabulo honorari debuit, qui è terrenâ vilitate ad cæli ſublimitatem euehitur. Opportunè Tilmannus ex Galfrido inibi, ita ſcribit: *Pater mi, pater mi. Liquet*, ait, *quia iam ab eo ſuus ille Dominus in patrem tollitur & attollitur: liquet quòd è ſeruo in filium adoptatur.* Nimirùm cùm Elias, terrenus ipſe, in terris degebat, Eliſei *Dominus* nuncupatur, quaſi Eliſeus foret illius *ſeruus.* Vocabulum autem Domini ac Serui, vtriuſque conditionem & ſtatum diſpeſcit: gradus enim Serui ac Domini magno diſtant interuallo, conditionis ingenti diuortio. Filij verò nomen, cum naturæ identitate, conditionem ſimilem, parem gradum, & ingenium vnanime importat, de imaginis elogio conſenſum negotiante. Ergò Elias in terris verſans, Eliſei *Dominus* appellatur: cùm verò humanâ in terris conuerſatione relictâ, quaſi cæli iam inquilinus, iam in cælum tollitur, *in patrem tollitur & attollitur*; & de conditionis æqualitate, parem & vnanimem cæli politiam repræſentat, abiiciens diſpar *Domini* vocabulum, & æqualis conditionis nomen, nomen, inquam, *Patris* aſſumens. *Liquet quia iam ab eo ſuus ille Dominus in Patrem tollitur & attollitur.* Nempè ab humanâ conuerſatione, & terrenâ fæce eſt, parùm concors conditionis gradus: quare vbi primùm à terris exulat, & in cælum attollitur, præcoquus paradiſi incola, confeſtim de cæli moribus, excutit diſcrepantiæ vocabulum, & æquabile aſſumit elogium, quod dum maioritatem excludit, concordiæ adulatur. Quare Elias hactenùs Eliſei Dominus, ipſo in cælum aſcenſu, in Eliſæi *patrem tollitur & attollitur.* Profectò plus de cæli moribus habet, qui *Domini* nomen, & rem nominis ignorat, vt *Patris* vocabulum dumtaxat agnoſcat. *Quanto vno tiene menos de tierra, y mas de cielo, tanto tiene menos de ſeñor, y mas de padre.* In hoc etiam tranſcurſu nota, quòd 3.

4. Reg. 2. v. 12.

Tilmannus. Galfridus.

Cæleſtis politia diſpar Domini vocabulum, in Patris nomen recudit.

Qui erat Dominus, in Patris vocabulũ attollitur.

Digitized by Google

quòd ſic eſt de gratiâ generoſum Patris nomen, vt qui *Dominus* erat, *in Patrem tollitur & attollitur*: plus enim honoris ac gloriæ confert gratum *Patris* nomen, quàm nobiliter ſuperbum *Domini* vocabulum. Hoc inuidioſæ inæqualitatis diuortium, illud æqualitatis & gratiæ elogium fragrat.

4\. Redeat iterùm ſemel expenſus Geneſeos locus, aliter ad rem enucleandus, quò miteſcat inimicitiarum rigor hoſtiliter flecti-neſcius; & indè concordiæ ſpes aliqualis præluceat: Dixitque Deus, inquit, Fiat lux. Et facta eſt lux. Viditque Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. Apellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: *Factúmque eſt veſpere & mane, Dies vnus.* (Geneſ. 1. v. 5.) Sanè de diuinioris ſapientiæ theſauris, huiuſmodi lucis ac tenebrarum, id eſt, diei ac noctis concordia prodiit, vt clara dies, & obſcurior nox vnum integrarent, & in vnum concorditer coaleſcerent. Quod arguto ſummi Opificis ingenio factum eſt, ad ethicam etiam humanæ concordiæ eruditionem: id enim in ipſis vocabulis *mane* ac *veſpere*, è quibus conflatur vna dies, tranſlucet. Opinor, Abulenſis inibi valdè abutitur vocabulo *Veſpere* pro nocte: (Abulenſis. Pererius.) *Cum* (ſic peritè indidèm Pererius noſter adnotauit) *in Scripturâ Veſpere non ſignificet ſimpliciter tenebras & obſcuritatem noctis, ſed imminutum lumen ſolis, ad occaſum vergentis, hoc eſt, crepuſculum inter Solis occaſum & tenebras noctis: atque hanc habet vox Hebræa, quæ Latinè redditur Veſpere, germanam propriámque notionem & ſignificationem; dicitur enim* ערב *Hereb, à verbo Harab, quod propriè ſignificat ligare, quaſi Veſpera ſit ligamen diei & noctis.* Itaque non dies cùm plenâ lampade fulget in meridie; & nox illunis cùm nigrior & obſcurior eſt, coïre dicuntur in vnum, vnúmque diem conflare; ſed Veſpere & Mane. *Veſpere*, inquam, cùm diei lux ſenſim imminuta languet, & intermedio crepuſculo nocteſcit: tunc, tunc enim mitiorem habet cum tenebris hoſtilitatem, ideóque in noctem incumbit, poteſtque eſſe *ligamen diei & noctis.* Nimirùm miteſcat priùs flecti neſcius inimicitiarum rigor, & lenteſcat hoſtilitatis ardor, vt aliquis reconciliationi pateat aditus, quo poſſint auerſæ voluntates paullatim necti; velut crepuſculum, quod eſt finis diei, & noctis initium, litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè dicitur *Veſpere*, quaſi *ligamen diei & noctis.* Nemo æquè alium auerſatur, ac tenebras lux, dies noctem, at mitigata diei lux, cùm ſenſim langueſcit & abit in *Veſpere* ſeu crepuſculum, aptus diei ac noctis nexus eſt, ac lucis ac tenebrarum ligamen. Quare conſultiſſimè non ex die ac nocte, vt putauit Abulenſis; ſed ex *veſpere & mane*, vnus dies conflatur: & ſic per *Veſperam* quaſi per *ligamen*, dies & nox in vnum coaleſcunt. Salubris quidèm eruditio, quò inimicitiarum rigor ſenſim lenteſcere permittatur, vt concordiæ ac vnitatis ſpes clarior affulgeat. *Factum eſt veſpere & mane, dies vnus, quaſi Veſpera ſit ligamen diei & noctis.*

Coalitus dies vnus ex veſpere & mane, vnitatem inter inimicos erudit.

5\. Ad Philippenſes 3. ait de ſe Paullus: *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* (ad Philip. 3. v. 21. S. Ambr. Ser. 87.) Quæ verba ſic ad rem Ambroſius elucidat: *Eſt*, inquit, *ſanctè viuentibus quædam inter ſe cognatio, coniunctio atque ſocietas; nec intereſt virum in cælis maneant, an in terris: Angelici ſunt habitus, vel humani dummodò in iis ſit eadem vita vel ſanctitas. Conuerſatio enim connectit, quos ſeparat elementum.* Scilicet inter eos qui piè conuerſantur, & concorditer viuunt, aliqua *cognatio*, coniunctio, atque ſocietas eſt; adeò vt homines ab Angelis ſolummodò ſeparet elementum, & morum diſcrimen inter eos, *Angelicus ſit habitus, vel humanus.* Hem! homines qui ablegatis inimicitiarum cauſſis, vnanimes conuerſantur, humano dumtaxat *habitu* ab Angelis diſtingui ethicè perhibentur?

A concordiâ eſt, vt homo ab Angelis habitu differre dicatur.

---

§. CXLIII.

Euangelij fides, Dei ſummâ veritate ſubnixa, meraciſſimam propinat veritatem.

Thales Mileſius philoſophus clariſſimus, cùm ab amico quodam rogatus eſſet, Quantùm veritas diſtaret à mendacio: *Quantum*, inquit, *diſtant oculi ab auribus.* 1. (Thales. Maxim. Ser. 35.) Senſit vir ſapientiſſimus, non ea eſſe certa illicò, quæ auribus percipimus ab aliis, qui mendaciter de rebus nugantur: ſed ea demùm quæ coràm oculis cernimus. Sane quædam falſa, veri ſpeciem offerunt: neque ſic fortunata ſemper eſt veritas, vt veroſimilior ſemper appareat. Dandum ſemper eſt tempus: veritatem enim dies aperit. Ne ergò ſint aures credulitati faciles, neque nimiùm difficiles. Vtrumque vitium eſt, & omnia credere, & nihil. Illud dixerim honeſtius, hoc tutiùs. Sic percrebruit mendacium, de ſenſuum atque affectuum fallaciâ. In arduo eſt veri exploratio; ſed eà imus quà ducit veriſſimilitudo. Omne hâc viâ procedit officium. Veriſimilitudo autem falſitati ſemper obnoxia eſt, & mendacij ſæpè arguitur. Caueat lingua, veroſimilia, tamquam fidei dogma indubiè proponere. Cautè etiam ſe gerat credulitas, & ad aurium margines percolentur audita, ne falſitatis fæces pro meraciſſimâ veritate aures ebibant. Saltem ſinceros veritatis riuales vellem omnes: nam qui perdidit fidem, humanæ ſocietatis cenſum perdidit irrecuperabili iacturâ. Porrò *fides, vt anima, vndè abit, eò nunquam redit.* (Publ. Syrus.) In Deo indubiè ponenda eſt, in hominibus cautè. O feliciſſimum illum, cui Dei veritas credita eſt.

Verum à falſo diſtat, quantum oculi ab auribus.

Geneſeos 3. diuinæ ſcientiæ guloſâ ambitione, edule ſapidè pomum Protoparentes edunt; & verecundi pudoris notitiam hauſerunt. 2. Confeſtim adeſt Deus ſeuerior ſceleris vindex, & poſt ſententiam pœnaliſſimè latam, velut arrogantiam admiratus, ait: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* (Geneſ. 3. v. 22.) Eſt itaque ironia, & tempeſtiuus ſarcaſmus. Quaſi dicat Deus: Voluit Adam nobis per eſum pomi fieri ſimilis, en quàm factus eſt diſſimilis. Ita quidèm per ironiam hæc à Deo dicta ſunt; ſed tamen dicta. Audiendus eſt hîc ſuper re Hugo de S. Victore, qui pro Dei veritate, ſic argutè philoſophatur: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis. Penſa homo Dei pietatem, ſi potes. Contemptus à nobis contemptum noſtrum ſuſtinere non potuit. Reiecis homo, ad quam formatus eſt, ſimilitudinem diuinam; Deus è veſtigiò conformatus* (Hugo Vict. apud Tilmann. ibi.)

Digitized by Google

mauit ſe ad illam quâ homo transformauerat ſimilitudinem humanam. O qualis reformatio honoru! Nota attentiùs quæ paullo pòſt verba ſubtexit: *Certè ſi ironicè dictus: Quia homo factus eſt quaſi vnus ex nobis: nos de cetero dicemus tam fidenter, quam veraciter; Quia Deus factus eſt quaſi vnus ex nobis. Dictum eſt illud in voce exprobrantis & obloquentis; dicamus nos iſtud in voce exultationis & confeſſionis. Quod igitur dictum eſt per ironiam de Adam primo, iam dicere poſſumus ex ſententiâ de Adam ſecundo: Ecce factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, ſciens bonum & malum.* Itaque ſenſus verborum Dei per ironiam dicentis, *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis*, eſt, Ecce Adam qui ambiuit eſſe ſimilis Deo, quàm valdè diſſimilis euaſit. Quod quidèm veriſſimum eſt: diſſimilior enim euaſit poſt ambitum, & pomi eſum. Imò & ad diuinæ veritatis redundantiam, quod ironicè dixit, & præuaricatori Adamo illudens & inſultans, verum etiam aliquo ſenſu efficere negotiatur. Siquidèm Deus dum verè homo factus eſt, ſimilis hominibus factus eſt, habitu inuentus vt homo, homo Deus, inquam: exindè Adam cum omni prole euaſit Deo ſimilis, & ſicut Deus. Quare poſtquam Dei Filius, verus Deus, homo factus eſt, verè & ſine ironiâ poteſt dicere Deus: *Ecce Adam*, id eſt, homo, *factus eſt quaſi vnus ex nobis*: quia ſecundus Adam, hoc eſt, corporatus Deus, factus eſt quaſi vnus ex nobis; & indè homines, quaſi Deus euaſimus. Idcircò ſicut de Adam id eſt, homine dicitur: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* Sic de Chriſto Dei Filio & Deo vero verè dicitur: Deus homo factus eſt, & habitu inuentus vt homo; &, Butyrum & mel comedet (id eſt, verus homo erit Emmanuel) *vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* quæ Hebræo idiomate eſt *ſcientia boni & mali.* O! ſic Deus veritati ſtudet, vt vel quod ironicè dicit, verum etiam ſenſu aliquo oſtendat? Ex Dei etiam ſarcaſmo, ediſcenda hominibus veritas eſt?

Deus quod dixit ironicè, verum fecit

Iſaiæ 7. v. 15.

3\. Marci 16. mortuo Domino & ſepulto, cùm tranſiſſet ſabbatum, in quo otiari ex lege oportebat, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Ieſum. *Et valdè manè vnâ ſabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam Sole.* Tò *valdè manè*, dixit Matthæus *veſpere ſabbati:* veſpere enim eſt etiam nox, quam lux terminat, vt ex Auguſtino multis inibi olim expoſuimus. Benè Proſper in Sentent. ſent. 203. *Veſpere*, ait, *Dominus in cruce, mane in reſurrectione, meridie in aſcenſione.* Itaque veſpere poſt ſabbatum, comparauerunt aromata, & ire cœperunt ad vngendum Ieſum: at orto iam Sole peruenerunt, audierunt, videruntque quæ de Chriſti reſurrectione denarrantur. Audiendus eſt Galfridus aduocatus in Allegoriis noui Teſtamenti ibidèm ſic ad rem fatus: *An Solem iuſtitiæ intelligi conuenit, vt ſit iam dicere, Orto iam Sole, ſuſcitato iam Saluatore? Fortè valdè manè cœperunt venire, & orto iam Sole peruenerunt. Domini ſiquidèm noſcitur fuiſſe conſilij, vt quamuis earum deuotio plurimùm properaret, non niſi clarâ luce veniret, & perſpicuè cernerent omnia, ne vllâ vel ipſis, vel per eas poſtmodùm auditurus, ob caliginem matutinam dubitationis occaſio remaneret.* Ad lucem Solis oculis videndus eſt Chriſtus, ex horrore ſepulcri glorioſè rediuiuus, quaſi matutina lux non ſufficeret ad cognoſcendũ eum, cum quo diu familiariter egerunt. Dubia auroræ lux, *veſpera* nomine nuncupata dieſcat in claram lucem, vt dubietatem omnem, præcludat; ne dubietas lucis dubietatem ingerat credituris. Scilicet qui ſe coràm exhibuit oculis ſpectandus, manibus contrectandus, & palàm audiendus, ſedulò anteuertit vel leuiculam in principio dubitandi occaſionem, ne vel modica in initio occaſiuncula, ſenſuum euidentiam exinceps faſcinaret. Ne ergò vnquam dubium ſuperſit, ſub clarâ Diei luce auſpicium credendi feliciter dedicauit.

Marci 16. v. 2.
Matth. 28. v. 1.
S. Auguſtin.
S. Proſper.

Galfridus.

Auſpicium credendæ reſurrectionis, cur clarâ diei luce Chriſtus dedicauit?

4\. Sanctus Bernardus in eiſdem Allegoriis noui Teſtamenti allegatus, ad illud Matthæi 28. *Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in primâ ſabbati, &c.* vbi Euangeliſta Chriſti Domini reſurrectionem enarrat, & multimodè adſeruit; ita ſcribit: *Quid eſt, quod omnes Euangeliſtæ, licèt eis & quædam propria, & quædam non omnibus ſint communia, Paſſionem Domini & Reſurrectionem diligentiùs perſequuntur, vt non ſit aliud legiſſe quæ ſcripſerunt, quàm quæ facta vidiſſe? Ni fallor, hoc ideò fuit, quia hæc erant quæ minus oportuit ignorari; quòd ſine paſſione Domini nemo habeat vndè ſperet, ſine reſurrectione quem ſperet.* O ſublimiſſima arcanè Euangelij fides, quod ſic certò credibiles res credendas proponit, *vt non ſit aliud legiſſe quæ ſcripſerunt, quàm quæ facta vidiſſe!* Tanta euidentia moralis credibilium, ſpem ſic præſtruit, vt ſine propoſitâ ab Euangeliſtis *paſſione Domini, nemo habeat vndè ſperet, ſine reſurrectione quem ſperet.* De quo alibi forſan.

Matth. 28. v. 1.

S. Bernardus. *Idemne eſt legere Euangeliſtas, ac videre quæ referunt?*

Sine paſſione nemo habet vnde ſperet ſine reſurrectione, quem ſperet.

5\. Matth. 26. imminente iam iam paſſione, epulum Euchariſticum inſtituitur: Cœnantibus, inquit, eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: *Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meum.* Ritè accipiunt hi, quibus ait Ieſus, Accipite, quibus accipiendi licentiam præſtat auctoritas tribuentis, non propriæ voluntatis præſumptio: nam qui irreuerenter ſe ingerunt, magis rapiunt, quam accipiunt, vt contrà eorum præſumptionem dictum videatur, *Accipite*, cùm præmiſſum ſit eum dediſſe. Pergit Bernardus inibi, nuper aduocatus: *Nunc*, ait, *huius Sacramenti attende virtutem. Decreuit Deus mortale hoc immortalitate veſtire, & mortalem vitam in æternam transferre, proptereà cibum commutauit in cibum, panem vitæ tranſitoriæ, in æternæ vitæ panem, vt ex mutatione cibi in cibum, credatur & ſperetur mortalis vitæ mutatio in vitam immortalem.* Pende attentiùs quæ ſubiicit verba *Credat homo Deo magis quàm ſibi, credat ſpiritum ſuum Deo, vt creditus ſit cum Deo ſpiritus eius.* Altè Euchariſtia nominatur Myſterium fidei, quia in huius Sacramenti fide homo ſenſuum perſpicaciam negat, ſe ipſum dediſcit, vt à Deo diſcat: ſe detriumphat, & victoriali aſſenſu, meliorem ſui partem diffiteatur in obſequium fidei. Quid adulantiùs quàm *Deo magis, quàm ſibi credere*? Sanè cùm homo per tot obſtantia adhuc it credendo, *credit ſpiritum ſuum Deo, vt creditus ſit cum Deo ſpiritus eius.* Profundo quidèm ſtylo Bernardus, quaſi tam ardua ſit fides huius myſterij, vt qui fide credit Deo, *credere* ſeu tradere *ſpiritum ſuum Deo* dicatur; quaſi fides ſit hominis

Matth. 26. v. 26.

S. Bernard.

Homo fide ſe detriumphat, dum Deo magis, quàm ſibi credit.

Homo fide credit ſpiritum ſuum Deo, vt creditus ſit cum Deo ſpiritus eius.

minis ſpiritus, & in gratiæ officinâ fides in ſpiritum recudatur: qui autem ſic Deo ſpiritu credit, adeò ſublimatur auguſtè, *vt creditus ſit cum Deo ſpiritus eius.* Quid æquè credentibus generoſum?

6. *Matth. 2. v.1. & 2.*

Matthæi 2. cùm natus eſſet Ieſus in Bethlelem Iudæ, in diebus Herodis regis, *Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Quare ſuperſtitioſi gentiliter Magi aduocantur ad fidei ſuffragium, vbi vera veri Dei ſapientia vbertim exundat? Quid diuinatrici magiæ cum verâ Diuinitatis fide? Ambroſius lib. 2. in Lucam, ita ſcribit: *Vides quia non otioſè vel de Chaldæis, qui peritiores in numeris habentur, Abraham Deo credidit; vel Magi, qui licèt magicis artibus conciliandæ ſibi ſtudium Diuinitatis impendunt, ortum in terris Domini crediderunt. Non, inquam, otioſè, ſed vt ex aduerſariis Gentibus ſanctæ religionis teſtimonium ſumeretur.* O argutum adſtruendæ fidei diuinæ, è peruerſo ſuffragium! Barbarorum Magi in Chaldæâ nati, in Idololatriâ enutriti, magicis artibus ſuperſtitioſi; qui hoſpites in Dei vocatione, qui è Teſtamento alieni, qui Moſaicorum miraculorum ignari, qui legum eius profani, qui prophetiarum linguæ expertes, Iudæorum fidem ſuperarunt. Tres Magi & Gentiles ſuprà totam Iudæorum gentem ſe fide, ac fidei magiſterio extulerunt. *Eſto, ô Iſraël, Gentilium diſcipulus; incredulos, vt credas, ſequere.* Hem! vel ex ſuperſtitioſæ Idololatriæ gymnaſio, abſtruſior Dei veritas edocetur? Sic etiam & nunc Rutha nuper idololatra, è ſuperſtitioſâ Moabitide accitur, Dei populo inſeritur, vt ſit virtutis ac religionis exemplum in Ephrathâ. Et quod Bethlehemitides feminæ fauſtè adprecantur, abundè Rutha præſtitit, pulchro Hebrææ tunc fidei ſuffragio.

S. Ambroſ. — *Ex aduerſariis fidei Magis validum fidei ſuffragium ſumitur.* — *Baſil. Seleu. Orat. 19.* — *Hic verſ. 11.*

---

§. CXLIV.

Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergò impenſiùs ſibi totus attendat, cùm ſe etiam totum aliis impendit.

1. *Matth. 16. v.26.*

NEmo aliis naſcitur, moriturus ſibi. *Quid ergò prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ?* Sibi nemo eſt, qui aliis totus eſt. Fruſtrà negotiis plurimus es, qui nec partiunculam tui vendicas tibi. Tempus quod adhuc aut aufertur, aut ſurripitur, aut excidit, collige & ſerua. Heu magna vitæ pars elabitur malè agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Aliud agit, qui animæ negotium non agit. Negotioſus ſemper aliis, tibi ſemper inter otioſus, imò nullus. Hoc portò vnum eſt neceſſarium, in quo æternitatis negotium vertitur. Periculoſè in hoc fallimur, quòd mortem procùl eſſe coniicimus. Senex diu viuere non poteſt; iuuenis mori immaturè poteſt: quod alterutri reſtat, incertum eſt, fallax, lubricum; etiam dum differtur vita tranſcurrit. Diem æſtima; ſic fiet vt minùs ex craſtino pendeas, ſi hodierno manum inieceris. Tempus tantùm noſtrum eſt, vt in illo noſtrum, id eſt, æternitatis negotium agamus: ergò turpiſſima eſt illius iactura, irreparabilis, æternùm funeſta. Si ſapis, vnius temporis honeſtiſſima eſt auaritia. Viue ergò tibi, tibi moriturus. Qui benè ſibi non viuit, malè ſibi moritur. *Attende tibi.*

Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi. — *1. ad Tim. v.16.*

2. *Matth. 6. v.25.*

S. Gregorius 3. part. Paſtor. Admonit. 21. exponens illam Chriſti ſententiam, quæ ſpes noſtras ad Deum corrigit: *Nonne anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimentum?* Seriò admonet etiam diuites, qui iam ſua pauperibus miſericorditer largiuntur, vt ſollicitè cuſtodire ſtudeant; ne cùm commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhuc redimenda committant: ne venalem Dei iuſtitiam æſtiment, ſi cùm curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur ſe poſſe inultè peccare. Sic ergò fatur Magnus Gregorius: *Melior quippè eſt anima quàm eſca, melius corpus quàm veſtimentum. Qui ergò eſcam aut veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen anima vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt iuſtitiæ obtulit, & quod maius eſt culpæ commiſit: Sua enim Deo dedit, ſe Diabolo.* Nota ſententiæ clauſulam plenam acuminis, moralitatis plenam. Nempè conſideret attentiùs qui etiam ſuas facultates miſericorditer diſtribuit in eſcas ac veſtes pauperum, quòd ſua anima ſuúmque corpus, id eſt, ipſe plus eſt quàm eſca & veſtimentum, quod piè donat egenis, imò & in egenis Deo donat. Quare licèt nummos Deo piè impendat, & ſe adhuc peccatis ſuperimpendat, non attendens ſibi, qui plus eſt quàm eſca & veſtimentum quod donat, quòd *ſua Deo dedit, & ſe Diabolo.* O non bonus ſui arbiter, & ſuæ animæ ac corporis iniquus ſequeſter! Heu ſui ac ſuorum non æquus cenſor! Sua Deo, ſe Diabolo donat, qui ſibi non attendit, qui pietate fretus, impiè viuit. Sua, non ſe benè reponit, qui ſua propter pietatem negligẽs, adhuc peccare non negligit. Quare de ſui neglectu, cùm ſua Deo dederit, ſe Diabolo dedit. Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergò *Attende tibi.* Valdè rem exaggerat, quòd qui eleemoſynis multus eſt, indè ſibi attendere ſolitar. Sed ex Magni Gregorij ſententiâ cauenda eſt ſecurior fiducia, ne in præſumptionem degeneret.

S. Gregor. — *In pauperes pius, in ſe impius; ſua Deo donat, & ſe Diabolo.*

3. *Matth. 16. v.26.*

S. Bernardus lib. 2. de Conſideratione ad Eugenium, opportuna illa Chriſti Dei verba, *Quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, anima verò ſua detrimentũ patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro animâ ſuâ?* Sic ad rem eleganter elucidat: *A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtrà extendaris in alia, te neglecto. Quid tibi prodeſt, ſi vniuerſum mundum lucreris, te vnum perdens? Et ſi ſapiens ſis, deeſt tibi ad ſapientiam, ſi tibi non fueris. Quantum verò? vt quidem ſenſerim ego, totum. Noueris licèt omnia myſteria, noueris lata terræ, alta cæli, profunda maris: ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento; ruinam, non ſtructuram faciens. Quicquid extruxeris extrà te, erit inſtar congeſti pulueris, ventis obnoxium.* Totum ei deeſt & ſe ipſo vacuus eſt, qui aliis plurimus, ſibi nullus eſt. Iactura eſt quicquid opum negotioſo ſudore acquiſieris, quicquid honoris operoſâ ambitionis negotiatione poſſideas; quicquid ſapientiæ impẽſiori omnis litteraturæ ſtudio adipiſcaris,

S. Bernard. — *Totum ei deeſt, qui ſibi deeſt, totus aliis impenſus.*

Digitized by Google

piſcaris, ſi te vnum neglexeris, & neglectu perdideris: nam tecum omnia perdidiſti. Quid tu tibi vilis es, cui omnia præter te, apud te pretioſa ſunt? Heu tuum de te præualet ſuffragium, & de tuo primùm teſtimonio depretiaris! Ergò *Attende tibi.*

4. Ioannis 1. v. 1.

Ioannis 1. *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Quibus æterna arcanè Verbi ſeu Filij Dei generatio deſcribitur; ſimúlque exponitur, quopacto ad nos veniens, ſua non dereliquerit: ac ſic Vnigenitus à Patre Deo miſſus eſt, non amiſſus; ſic peregrinatur in terris, vt adhuc maneat Paterni pectoris nobilis inquilinus. Et ideò dixit Propheta: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Sicut enim ex vſu prolatiuum hominis verbum, ita ad audientem à loquente transfertur, vt nihilominùs in eo de quo progreditur corde teneatur: ſicut ſermo quem loqueris, & à te exit, & tecum eſt, nouo & ſtupendo genere & tranſit & remanet: transfunditur, nec elabitur: & quò dirigitur peruenit, & vndè emittitur non recedit. Ita & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui *in principio erat Verbum*, Deus apud Deum, ad nos prodiit, à Patre non exiit; illic aſtitit, hùc proceſſit. Hanc ſublimiſſimam de Deo Theologiam, idem ibidèm Bernardus ita ad rem præſentem ethicè ſternit, ſic ad Eugenium fatus: *Non ergò ſapiens, qui ſibi non eſt. Sapiens, ſibi ſapiens erit: & bibet de fonte putei ſui primus ipſe. A te proindè incipiat tua conſideratio: non ſolùm autem, ſed & in te finiatur. Quocumque euagetur, ad te reuocaueris eam cum ſalutis fructu. Tu primus tibi, tu vltimus. Sume exemplum de ſummo omnium Patre, Verbum ſuum & emittente, & retinente. Verbum tuum conſideratio tua. Quod ſi procedat, non recedat. Sic progrediatur, vt non egrediatur. Sic exeat, vt non deſerat. In acquiſitione ſalutis nemo tibi germanior, vnico matris tuæ. Contrà ſalutem propriam cogites nihil. Minùs dixi, contrà; præter dixiſſe debueram. Quicquid ſe conſiderationi offerat, quod non quoquo modo ad tuam ipſius ſalutem pertineat, reſpuendum.* Altâ quidèm mente, & arguto calamo Bernardus nos erudit, quo pacto quis proximis adeſſe poſſit, quin ſibi deſit; iniunctis ex munere negotiis attendere, quin ſibi attendere ceſſet. Nempè ſic aliis attendere, vt dum à ſe exit, circulum faciat, & ſibi attendens, ad ſe reuertatur, ſeu potiùs exeundo à ſe, à ſe non recedat. *A te incipiat tua conſideratio, & in te finiatur. Tu primus tibi, tu vltimus.* O bonum arcanè circulum, quo potior Euangelij philoſophia clauditur.

Pſal. 44. v. 2.

Exemplo verbi, homo à ſe exiens, exeundo non recedat.

S. Bernard.

Nemo ſit primus ſibi, & vltimus

5. Ioann. 3. v. 30. S. Bernard.

Ioannis 3. poſtquam Baptiſta Ioannes Meſſiæ opinionem à ſe remouit, eámque in Chriſtum regeſſit: ſubdit: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Pulchrè Bernardus Serm. in Natiuit. Ioannis Baptiſtæ: *Quomodò*, inquit, *minui? Splendore vtique, non feruore. Retraxit radios, recollegit ſe, ne fieret ſicut is, qui totum profert ſpiritum ſuum. Illum, inquit, oportet creſcere, qui exhauriri non poteſt, de cuius plenitudine omnes accipiant. Me autem minui, cui datus eſt ſpiritus ad menſuram; & danda magis opera, vt ardere ſemper valeam, quàm lucere. Praceſſi Solem tamquam ſidus matutinum, abſcondi neceſsè eſt orto iam Sole.*

P. Didac. Celada in Ruth.

Non eſt mihi niſi modicum olei, quo vngar, volo illud in vaſe tutiùs, quàm in lampade poſſidere. Cautè magnus Ioannes! imitare præeuntem. Solus ſemper luceat, qui Sol eſt, qui Chriſtus eſt, & indè eius immenſa gratia *exhauriri non poteſt*; Aliis ſe totum impendat, vt de plenitudine eius omnes accipiant, qui reliquis plurimus ſibi deeſſe non poteſt. Ergò oportet eum creſcere & prælucere, qui ſine diminutione, & ſui defectu creſcere ualet: *me autem minui, cui datus eſt ſpiritus ad menſuram; & danda magis opera, vt ardere ſemper valeam, quàm lucere.* Proh! cui datus eſt ſpiritus ad menſuram (ô quàm fuit ampla menſura Ioannis!) date operam ſollicitè debet, vt ſibi potiùs ardeat, quàm aliis luceat? *Non eſt mihi*, ait, *niſi modicum olei, volo illud in vaſe tutiùs, quam in lampade poſſidere*; ne aliis lucendo, mihi conſumatur, deſit mihi, mihi deficiat. Ionnis cautela ſit noſtra peridoneè eruditio. Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergò *Attende tibi.*

Ioannes, qui ſpiritum ad menſuram accepit, magis ardere, quàm lucere aliis.

6. Ioannis 1. v. 16.

Ioannis 1. clamat Ioannes Baptiſta de Chriſto dicens: Hic erat quem dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratiâ.* S. Gregorius cap. 4. lib. 4. in lib. 1. Regum, ſic tempeſtiuè ad rem præſentem, præfata verba exponit: *Bonus Doctor*, inquit, *dum dulciter, quæ dicit, in deuotionem mentis accipit, ſimul paſcit. Quò contrà Doctores reprobi: quia quæ dicunt, non amant, cùm alios verbo paſcunt, ieiunant. Nam cùm animæ refectionem verbum Dei eſſe Dominus dixerit; verbum verò Dei in mente plena ſit eruditio, plena deuotio, verbo Dei non paſcuntur, qui deuotè, quod loquuntur, non audiunt. Apoſtolus quidèm quaſi iam illâ verbi dulcedine repletus, ait: De plenitudine eius omnes accepimus.* Sic accommodatitiè locum S. Gregorius exponit, & idoneè Doctoribus aptat: tunc enim eorum plenitudo non euacuatur, ſed de plenitudine eorum omnes poſſunt accipere, quin docentis exhauriatur virtus; quandò bona quæ alios facundè & eruditè docent, ipſi etiam dulciter diſcunt; & virtutum doctrina, quâ alios inſtruunt, in proprios mores it. Exindè dum alios verbo Dei conuenienter reficiunt, ipſi non diſcedunt ieiuni; ſed ſed eâdem morum doctrinâ aluntur, ſaginantur, adipantur. Idcircò numquam eis plenitudo deeſt; quia doctrina elabitur, non recedit; ab illis exit, & miro modo cum eis remanet; exundat, non exhauritur plenitudo, quæ elapſu reficitur, & plus habet, quò magis effundit. Bona Noëmi dum à primis fidei elementis Rutham erudit ad omnes ſanctitates: bonus etiam Booz dum eandem ſpe erigit, & in arreptâ probitate confirmant, propriæ virtutis recens indies incrementum accipiunt; & dum proſelytæ Ruth videntur viuere, ſibi impenſiùs viuunt, ſibi obnixiùs attendunt, & nouo ſemper religionis & pietatis auctario, de Ruthæ etiam exemplis, in virtute proficiunt. Numquam tibi magis attendis, quàm cùm ſic attentè aliis impenſiùs ades.

S. Gregor.

Concionator ſit ſui diſcipulus, cùm alios docet.

Hic verſ. 12.

§. CXLV.

Seruilis & humani timoris inſida pædagogia eſt.

1. QVotidie damnatur, qui ſemper timet; qui ſi deſit timere, damnabilis eſſe incipit: excuſſit enim cum timore frenum, quo in honeſto continebatur. Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, imminentis pœnæ magnitudine à maleficio arceantur. Si verò timoris intermittatur pædagogia, ad conſueta redeunt. *Feræ, pericula quæ vident, fugiunt, cùm effugere, ſecuræ ſunt.* (Seneca Epiſt. 5.) Securitas à timore, audacia ad delinquendum eſt. Imbecillè pluſquam metuendum eſt, timeant, vt aliquam à vitiis valetudinem timore nanciſcantur. (*Timor ſeruilis, maleſidus virtutum cuſtos eſt.*) Quemadmodùm in corporibus futuri langoris ſigna præcurrunt (quædam enim ſegnitia neruis ineſt, & ſine labore vllo laſſitudo, & oſcitatio, & horror membra percurrens:) ſic infirmus animus lege minas improbis fulminante, imbecillè quatitur. Infirmitatis indicia ſunt, ſed interim aliqua ſanitatis ſpecies, quæ ſi in conſuetudinem abeat, vel inuitùs ſanitatem ſenſim inueniet. Elephantes porcina vox terret. Circuli motus, rotarúmque verſata facies, leonem redigit in caueam. Sic pœna artificioſè minax, humanarum cupiditatum feras velut ad ſchamma adigat, ibique arctiùs contineat, ne erumpentes è timoris caueâ, inhumaniùs deſæuiant. Maleſidus autem virtutum cuſtos, timor ſeruilis eſt.

2. Deuteronomij 27. iubente Moyſe ſex principes tribus è regione aliarum collocantur; clamántque Leuitæ, & dicunt ad omnes viros Iſraël excelsâ voce: Maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile, &c. *Et reſpondebit omnis populus, & dicet: Amen.* (Deuter. 27. v. 15.) Sic reſpondere iuſſi, reſponderunt ad reliquas exinceps maledictiones, quas Dei ira vibrauit contrà diuinæ legis tranſgreſſores. Hâc legali ceremoniarum pompâ voluit Dominus rudem populum, ad memorandam legem, perficiendámque prouocare. Vndè Leuitæ, id eſt, ſacerdotes proclamando maledictionum minas, & benedictionum felicitates, quaſi feciales initum fœdus inter Deum & populum renouabant & confirmabant. Maledictiones hic expreſsè in Scripturâ recitantur; nec dubium eſſe videtur, benedictiones maledictionibus contrarias, recitatas fuiſſe. Ambiguum autem eſſe poſſet, an benedictionibus etiam populus reſponderet, *Amen.* Et licèt id Expoſitores communiter aſſerant, tamen Stephanus Cantuarienſis in Allegoriis veteris Teſtamenti ibidem allegatus, ita ad rem ſcribit: (Steph. Cantu.) *Et reſpondebit omnis populus, & dicet: Amen. Nota quòd Hebræi reſpondebant Amen ad maledictiones, nos verò ad benedictiones: quia Iudæi pro pœnâ vitandâ, quam notat maledictio ſeruiebant: nos propter præmium conſequendum, quod ſignat benedictio.* Scilicet qui ſeruiliter timet, qui tamquam mancipium metu agitur, de promiſsâ virtuti felicitate parùm curat: exindè Benedictionibus non iubetur reſpondere, *Amen*; ſed tantùm acerbis Maledictionum minis, quibus tangitur, concutitur, vritur. Paueat minarum terroribus, in eius ore reſonet *Amen*, velut Maledictionum echo: nam identidèm repetitis Maledictionum terriculamentis, in officio continendus eſt, dum ipſe ſeruiliter timet, ne cum legis tranſgreſſione, tranſgreſſionis Maledictiones deuoret. *Nota quòd Hebræi reſpondebant Amen ad maledictiones.* (*Hebræi reſpondebant, Amen ad Maledictiones, non ſic ad benedictiones quare?*) Qui ſic Maledictionibus pauidè angitur, dum pœnales minæ reſonant; ad Benedictionum piam felicitatem, quam negligit, malè ſilet, nil æquè æſtimans, ac pœnæ interminatæ fugam.

3. Marci 6. Herodes ille inceſtu, raptu, & adulterio notiſſimus, ſeruilis inſidè timoris exemplar eſto: (Marci 6. v. 20.) *Herodes*, ait, *metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Vide timoris obſequia, & quàm benè pietatem ac beneuolentiam mentitur: ſed leui & falſatâ fide, Nam Herodias maleſuadâ obiurgationis rabie percita, Ioannem in carcerem & vincula coniici, blandimento libidinis extorſit; & tandem de illius ſuaſione, Ioannis ſanguine genethliacum conuiuium fœdè cruentauit. Vbi Veneris pellaciâ Ioannis timor intermittitur, in Ioannem Herodes truculenter ferocit, & tanti Prophetæ ſacrum caput, factum eſt puellæ ſaltantis obſcœnum pretium. Elegantèr Chryſologus Serm. 127. (S. Chryſolog.) aut quiſquis eſt illius Sermonis auctor: *Herodes metuebat Ioannem &c. Volens,* inquit, *occidere eum, timuit populum. Fruſtrà deuiat à iuſtitiâ, qui in cauſſis non Deum, ſed hominem pertimeſcit. Hic timor peccandi facultatem differre poteſt, auferre non poteſt voluntatem: vndè etiam quos ſuſpenderit à crimine, auidiores reddit ad crimen, & æſtuat animo quouſque perficiat quod cogitat malum.* (*Humanus timor non aufert crimen ſed ſuſpēdit ac differt.*) *Solus eſt Dei timor qui mentem corrigit, fugat crimina, innocentiam ſeruat, perpetem tribuit facultatem.* Ecce tibi humanus timor animum ſuſpendit, non arcet à crimine; extrinſecùs frigere videtur ad vitium, medullitùs verò plus æſtuat, quò magis timore inuitus continetur. (*Humanus timor auidiores reddit ad crimen.*) Sanè hic ſeruilis & humanus pœnæ metus, calcar paſſionibus addit, niſi Dei timor illis lupatum iniiciat. Chryſologo conſentit Gloſſa Ordinaria apud noſtrum Haye cap. 25. (Gloſſa ord. Haye noſter) *Timor Dei*, inquit, *corrigit, timor hominum differt, ſed voluntatem non aufert: vndè & auidiores reddit ad crimen, quos aliquandò ſuſpendit à crimine.* Planè humanus metus dum voluntatem non aufert, nec aufert crimen, ſed differt, & *auidiores reddit ad crimen.* Hiſpanè diceres: *Brota con mas impetu el deſeo repreſado.*

4. Deuteronomij 27. ſic Hebræo populo Moyſes præcepit: (Deuter. 27. v. 5. & 6.) Quandò tranſieritis Iordanem, erigite lapides, quos ego hodie præcipio vobis, & leuigabis eos calce: *Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de ſaxis informibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta Domino.* Eccur ab hoc Dei altari omnia arceantur ferramenta? An non plus expedit, vt expolitum foret, & intuentium oculos ad ſe præ eximio nitore & artificio alliceret, quàm vt informi ruditate parum dignitatis & auctoritatis conciliaret? Opportunè Galfridus apud Tilmannum ibidèm: (Galfridus.) *De lapidibus quos ferrum non tetigit, &c. Ferrum*, inquit, *cauere neceſſe eſt, & ſeruilem declinare Timorem. Alioquin polluentur lapides altaris huius,*

ius, ſi eos ferrum tetigerit: nec inueniet gratiam Lapides altaris politore ferro polluuntur. quare? *apud Deum, qui ſeruili vrgente metu & humanâ quâdam violentia quamlibet dura & grauia fuerit ſectatus..... Neque illud nobis reticendum, quòd altare de terrâ ſibi Dominus antè præcepit. Ex lapidibus autem non præcepit vt fieret, ſed ſic fieret vt lapides ipſi nullatenùs ſecarentur inſtituit. Nempe ſuadenda magis & commendanda, quàm velut ex neceſſitate imponenda perfectio.* Procùl à Chriſtianâ perfectione ſeruilis timor, & metus ignobiliter humanus. Non minacibus ferri ictibus,& cócuſſo pœnæ tremore, Dominici altaris lapides expolire decet. Præſtat, præſtat, inquam, vt ex obuio ceſpite, rudi lapide & ſaxis informibus ac malè materiatis altare conſtruatur, quàm vt tundentis ferramenti ſeruili humanitùs metu,foris dumtaxat expoliatur, elimetur, ac niteat. Hoc nitore plus ſordet, à violento politore *polluitur.* Profectò non *inueniet gratiam apud Deum, qui ſeruili vrgente metu & humanâ quâdam violentiâ quamlibet dura* Hic verſ. 11. & 12. *& grauia fuerit ſectatus.* Bona Ruth,quæ tot timendi cauſſas (quibus Orpha ceſſit) animosè deuorans, ad veram veri Dei religionem, humano metu contempto, per obſtantia it alacris. Quod hîc magnificis verbis Boozus dilaudat.

5. Matth. 21. Cùm veniſſet Ieſus in templum, & ibi doceret, interrogauerunt eum Principes ſacerdotum, In quâ poteſtate id faceret? Tunc interrogauit eos Ieſus, an Ioannis baptiſmus è cælo, an ex hominibus eſſet? At illi cogitabant Matth. 21. v. 26. intrà ſe, dicentes: *Si dixerimus, è cælo, dicet nobis: Quare ergò non credidiſtis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam.* O Euthymius. timorem, Scribis & Phariſæis digniſſimum! *O miſeram* (inibi exclamat Euthymius) *hominibus placendi captiuitatem! Deum contemnunt, homines verò timent, & ad eorum gratiam omnia* Qui homines ſic timet, Deum contemnit. *operantur.* Vide nunc vitiorum conſequentias: Qui homines ſic timet, Deum contemnit. O diſſimulatum humani timoris ſacrilegium,quod in imbecillo hominum metu egregiè tranſparet! Addit etiam, quòd omnia opera hominum ſæpè inuitiat ac deprauat, quia *ad eorum gratiam omnia operatur.* Sanè humanus imbecillè metus, omnium humanorum operum excidium eſt. Heu quot valenter ſtrages imbecillus hic timor operatur! O time ſic homines timere!

6. Matthæi 2. ſidereo ſtellæ ductu, ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Matth. 2. v. 3. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? *Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Benè turbatur, qui de acerbo conſcientiæ reatu male timet: ſæua ſemper conſcientia nequam præſumit; & dum in Deo S. Auguſt. hominem timet, cauſſas timendi, & calamitatem exaggerat. Subtiliter Auguſtinus lib. 4. de Symbolo ad Catechum. ita ſcribit: *Quid metuis Herodes talem regem, qui ſic venit regnare, vt te nolit excludere? Quem quæris, Rex regum eſt; ſi velles ſecurus obtinere regnum tuum, ipſi ſuppli-* Herodis turbatio ac metus, fuit illius excidij teſſera. *cares, vt ab illo acciperes ſempiternum.* O infelix Herodis timor, humanitùs conceptus, & de regno anxiè ſollicitus!Si humanus metus non te cum tuis turbaret, forſan regno non excidiſſes: quia ille Rex quem tu, præ illius metu, quæris ad necem, *ſic venit regnare, vt te nolis excludere.* Excluſit autem, quia de eius aduentu inauſpicatò turbaris, quia illum diuinitùs promiſſum, & cælitùs aduenientem, humanitùs times tamquam Sceptri æmulum. En te miſerum,qui tuam cladem, tui timoris ambitioni debes! Hæc tua præ timore *turbatio*, tui throni titubatio fuit; ſi huiuſmodi pepercilles timori, & tibi meliùs conſuluiſſes, & regno forſan minimè excidiſſes. Hic tuus inconſultus ſubdolè timor, quo anxiè turbaris, & turbatus exæſtuas, profundioris tuæ ruinæ augurium eſt, & excidij teſſera. O diſcat benè timere, qui malè perire timet!

P. Didac. Celada in Ruth.

§. CXLVI.

Quàm ſit tenax malitia peccati, & peccatorum fœcunda.

TAedum eſt & varium quod violenta conſuetudo docet. Quicquid natura, & cognatus naturæ effectus tradit, & æquale eſt omnibus,& ſtatim erumpit,atque in mores it. Quemadmodùm lana quoſdam colores ſemel ducit: quoſdam niſi ſæpiùs macerata & cocta non perbibit: ſic vitioſos mores ingenia cùm accepere, protinùs præſtant vitiatæ naturæ improbitate congenitâ. At virtutis profeſſio niſi altè deſcendit, animum non colorauit, ſed infecit; nihil ex his quæ promiſerat præſtat: quod abundè præſtat vel recens vitium, etiam vltra ſponſionem. Sæpè non multùm refert, vtrùm prorſus omittas virtutem, an aliquâ prauitate intermittas. Non enim vbi interrupta eſt, manet; ſed eorum more quæ intenta diſſiliunt, vſque ad initia ſua recurrit,quod à continuatione ſuâ peccando diſceſſit. Ita dico, hoc intereſt inter conſummatæ virtutis virum, & alium procedentis, & in probitatis tramite non ſemel lapſantis, quod inter ſanum, & ex morbo graui ac diutino emergentem, cui ſanitatis loco eſt leuior acceſſio. Hic, niſi ſolerter attendit, ſubindè grauatur, & in ea relabitur caſu facili, à quo non facilè ſurgit. Vitioſitas obſtinatiſſima eſt, de facili ſerecuperat, & intermiſſos mores reſculpit. Vbi pronus eſt lapſus, cognata eſt ruinâ, è quâ emergere perarduum eſt. O caue! 1. Ferè ex Seneca. Sæpè non multùm referi, an virtutem omittas, an peccando intermittas.

Regius Propheta ſemel peccator, & diu pœnitens, de propitiato delicto nondùm ſecurus, 2.
Pſalm. 118. ſic Deum alloquitur: *Errani ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.* Pulchrè per hanc vocem, *Errani*, totum Pſalmi ſcopum Dauid indicauit. Quid, inquit, opus eſt multis? Quære me tamquam ouem perditam, cùm ſis paſtor bonus. Et conſultiſſimè dixit, *Quære:* nam ego ob nimium errorem non reperio modum reuertendi, niſi à te paſtore quærar. Quaſi dicat Propheta: Ingenuè fateor me erraſſe per ſcelerum auia, & à pietatis viâ longiſſimè declinaſſe: ſed ipſe fatuus error, & enormior lapſus, ad ſublimius pietatis faſtigium euehat quàm priùs tenui: ideò ſcilicet ſe quæri poſtulat, quia inſtar ouis errauerat; & hunc errorem ad ſui defenſioné inducit, & quodámodò gloriatur, quòd ſicut ouis errans,erroré agnouerit,& reditum poſtularit.Benè vidit Corderius, quòd hic locus lucem accipit à Parabolâ Chriſti Lucæ 15. in perſonâ boni paſtoris ouem perditam quærentis, & in humeros attollentis. Audiendus eſt hâc ſuper re Ambroſius, ſic fatus: *Vides ergò*, inquit, *quia errori renunciaſſe non* Pſalm. 118. v. 176. Lucæ 15. v. 4. S. Ambr. apud Corder. in Pſal. 118.

Digitized by Google

vitij ſed profectus eſt. Nec immeritò ceteris anteferatur, quia plus eſt à vitio ſe reuocaſſe, quàm propè vitia ipſa neſciſſe. Profectò ouis perdita ceteris videtur anteferri; nam bonus Paſtor nonaginta nouem alias in deſerto dimittit, vt vnam illam quærat. Ergò tanti æſtimatur ouis perdita, quæ agnoſcens errorem, ab errore ſe reuocari ſatagit, vt ſuper Chriſti Dei humeros ſublimetur, & ceteris nonaginta nouem præferri videatur: *quia plus eſt à vitio ſe reuocaſſe, quam propè vitia ipſa neſciſſe.* Hem! innocentiam pœnitentia æmulatur, imò propè excellere perhibetur? Sic eſt perarduum ſe in vitio ſiſtere, & à vitio in virtutem reuocare? Sic error ad errorem, & peccatum ad peccandum trahit, rapiat, aduncat? Quid tam difficile, quàm ſub carne ad vitia procliui, *vitia ipſa neſcire*? Hoc, hoc inquam, humanæ virtutis faſtigium excellit: aſt tam arduum eſt ſe poſt vitium à vitiis cohibere, & ab erroris viâ repedare, vt *plus ſit à vitio ſe reuocaſſe, quam propè vitia ipſa neſciſſe.* Quid exaggeratius?

Plus eſt à vitio ſe reuocare, quàm vitia ipſa neſcire.

3\. Geneſeos 3. primis Parentibus, vnius arbuſculæ temperantia ſub pœnâ capitali præcipitur, ipſe autem illius interdicto eſu, ſe cum totâ poſteritate præcipitat, & mulctæ notis conſignat. Verùm enimuerò miſertus erroris Deus, ad corrigendum currebat. Currebat autem non mutatione loci; ſed imagine quadam terribili præſentiam conteſtatus. Illi terrore perculſi, ſeipſos tranſgreſſionis accuſatores ac teſtes exhibentes, exilio ſuo ſuffragantur. Cùm enim audiſſent vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* O Domini in homines amorem! tamquam ignatus quærit, quem culpa fugabat. Sanè ex immenſo amore compellatio lamento ſimilis. Pro amico fugitiuus lates? adſis coram compellante: oſtende medico tranſgreſſionis vlcus: medicamenta habeo vulnere potiora, habeo ſubſidium, quo ſerpentis morſum curem. Sed cur tanta Dei acceleratio, vt fugitiuum, & præuaricatione exoſum, tam feſtinanter quærat? Audiendus eſt inibi Chryſoſtomus, qui hàc ſuper re, ſic ad rem præſentem pulchrè philoſophatur: *Mox vt vidit* Deus *quod factum fuerat, & vlceris magnitudinem,* (Adami & Euæ) *ad opitulandum feſtinauit, vt ne vlcus graſſando fieret incurabile vulnus; idcircò, vt praeueniat, accelerat; & velociter creſcenti vlceri adeſt.* Heu! ſic eſt arduum à patrato, & hærente ſemel vitio, ad virtutis ac ſanctitatis ſanitatem ac ſoſpitatem emergere, vt ſic Deus ad opitulandum feſtinet? Sic celeriter peccati vlcus, in vulnus incurabile recrudeſcit, vt tantâ Dei feſtinatione opus ſit? Sic peccatum ſemel commiſſum altè radicatur, & vbertim propagatur, vt Dei ſollertia feſtinata, ne vltrà ſerpat & noxiè graſſetur, actuoſiùs inuigilet? O quàm eſt operosè arduum, vnius peccati radices extirpare, & propagines inhibere, ne vbertim ſerpat, & fœcundè graſſetur! Hem! peccati morbus feſtinanter curandus eſt, ne cunctationis lenocinio auctus, inidoneus curationi reddatur? Quare Deus, bonus animarum medicus, *ad opitulandum feſtinauit, vt ne vlcus graſſando fieret incurabile vulnus.* O quàm eſt ardua peccati ſemel commiſſi curatio ſalubris; & ſceleroſa Diaboli tela ſemel infixa, ſtrenuè refigere!

Geneſ. 3. v. 9.

Peccati vlcus graſſando fit incurabile vulnus.

S. Chryſ. homil. 17. in Geneſ.

4\. Exhodi 32. Moyſe moram faciente, impudens ſacrilegè populus factitium Deum ab Aarone peruicaciter expetit. Aureis autem monilibus expetitis, & vltrò oblatis Aaron *formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque: Hi ſunt Dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.* Sanè bruta idololatricè impietas: quod muliebre ornamentum nuper fuerat, in barbaræ ingratitudinis officinâ, in brutum Numen recuditur. Ethico autem ſacramento non vocat, quòd cùm fuſoriâ arte vitulum excuſerint, confeſtim adclamauerit: *Hi ſunt Dij tui.* Vnuſne vitulus, plures Dij putantur? Non plenè integer vitulus formatur in Numen; & iam tamquam vnus plures, nomine pluratiuo cenſetur? Quæ eſt hæc tam fœcunda ſubitò Numinum multiplicatio? Hæc verba exponens Ambroſius, ſic ad rem ſcribit: *Hi ſunt Dij tui Iſraël, &c. Cur autem caput vituli exierit, ſequentia docent. Quia ſignificabatur futurum, quòd Hieroboam poſteriore tempore hoc genus ſacrilegij induceret, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos.* Ecce tibi vnicus vitulus ſceleroſo Idololatriæ ingenio, multiplex eſt, & multi *Dij* nominatur. O! ſic ſacrilegium ſacrilegia parturit? ſic impietas impietatum fœcunda eſt? Nimirùm in vno tunc *vitulo* ſacrilegè erecto, Hieroboami *vitulos* multiplicato ſacrilegio olim adorandos, præproperè colunt, & præcoquâ impietate iam nunc venerantur. O vberes peccatorum propagines! Vnus vitulus in ſacrilegum numen erectus, ſic eſt fœcundum adſimilium ſacrilegiorum augurium, vt execrabiles Hieroboami vitulos, tamquam Iſraëlis Deos, iam tunc infauſtè ominetur. Heu tam altas vnum peccatum radices in moribus humanis agit, vt pœnaliſſimo per Moyſen inflicto ſupplicio, non modo non extirpetur; ſed ad impietatem ſic pullulet, vt iam tunc vnus ſceleſtè *vitulus*, velut plures *Dij* ſacrilegè nominetur!

Exhod. 32. v. 4.

S. Ambr. apud Caten. Lipom. ibi.

Vnus vitulus, cur plures Dij ab Hebræis nominatur?

Redeat iterùm idem Exhodi locus, multarum ethicè expenſionum fœcundè grauidus. Itaque moram faciente Moyſe, vt legem Dei digito ſcriptam, & lapideis tabulis inſculptam portaret; per quam, quaſi per regiam viam Hebræus populus ad veram terram Promiſſionis rectà pergeret; impudenter ab Aarone expetit: & (ô malum!) extorſit Deos, qui illis præcederent. Ergò expetitas vxorum ac filiorum aureas inaures, Aaroni vltrò deferunt, vt feminarum ornamenta refingat in Deos. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Eccur Hebrææ gentis ſacrilegium, *vitulum* potiùs mauult, quàm alterius Idolij argutam effigiem, aut cæleſtia referentem, aut quæ nobiliores è terrâ animantes exprimeret? Anſelmus Laudunenſis in gloſsâ Interlineari, ſic reſpondet: *Quia bouem adorauerunt in Ægypto, aliud forſitan idolum non ſuſciperent.* Sic vitia interextincta repullulant? ſic ad iteranda delicta adigunt? olim in aliis ſpectata ſcelera, ſic ad ſimilis ſacrilegij imitamentum impellunt? Verùm Hieronymus ab Oleaſtro ſagaciùs explorans ſignificantiam Hebrææ vocis, pro quâ Vulgatus *vitulum* exribit, ſic peritè ſcribit: Vox *Maagal ſignificat ſemitam,* 5.

Exhod. 32. v. 4.

Anſel. Laud.

Oleaſter.

&

Adoratus vitulus, eſt ſemita inter duas maceriaſ clauſa quare?

& propriè viam inter duas maceriaſ clauſam: vndè Agel ſignificare videtur vitulum, quòd in pede habeat quaſi viam clauſam inter duos parietes. Pulchra ſanè in re litterariâ moralitas. Scilicet dum Hebræa gens idololatriam in *vitulo* reuerenter adorato dedicauit; tunc colit, adorat, ſeu ingreditur *ſemitam inter duas maceriaſ clauſam:* quæ ſignificatur in *vitulo*; ſiquidèm *vitulus in pede habet viam clauſam inter duos parietes.* Ecce tibi profundum ſacrilegij, ſeu grauioris flagitij ſacramentum. Nimirùm qui primò delinquit, adorat *vitulum*, id eſt, ingreditur *ſemitam inter duas maceriaſ clauſam*; in quâ ſic impingit, vt nec exitus pateat, & repedare perarduū ſit. O bonum ſemel delinquentis hieroglyphicum! *vitulum* enim colit, quòd perindè eſt, ac *ſemitam inter duas maceriaſ clauſam* ſemel ingredi. Hinc Ruthæ gratulari licet,
Hic verſ. 11. & 12. quæ Idololatriæ, ac ſcelerum viam à cunis ingreſſa, *ſemitam*, inquam, *inter duas maceriaſ clauſam* (in quâ Orpha irreuocabili gradu impegit) ipſa piè *obſtinato animo* exitum feliciter inuenerit, dirutâ ſtrenuè ſacrilegij maceriâ, quæ gradum indè reuocare vetabat. Quarè abiuratâ idololatriâ, repudiato cognationis blandimento, chariſſimæ patriæ amore excuſſo; in cæcâ vndique clauſâ viâ, aditum inuenit, quo è ſacrilegâ Moabitide, ad terram Promiſſionis felix pergeret, & auſpicatò teneret.

---

§. CXLVII.

Virtus, etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur.

1\. *Prouerb. 6. poſt verſ. 8. apud LXX. S. Ambroſ. 5. Hexaem. c. 21. S. Hieron.*

De apum gymnaſio, ſic hominum mores Salomon erudit: *Vade*, inquit, *ad apem, & diſce quomodò operaria eſt: operationem quoque, quam venerabilem facit*; Ambroſius legit, *mercatur.* S. Hieronymus in cap. 3. Ezechielis habet: *Vade ad apem, diſce quomodò operatrix ſit, & opus ſuum caſtum faciat.* Quæ eſt hæc caſta & arguta apum ſapientia, quam vir ſapiens in virtutum ſtudio ediſcere debet? Sapienter
Antiochus. S. Antiochus homil. 43. *Vir*, inquit, *intelligens ingenioſam, & ſollertem imitatur apiculam. Quos externè legerit floſculos defert in aluearium, internè mellificum, fauumque operoſius conficit.* Itaque argutè operoſa *venerabile* ac *caſtum* mellificij opus *internè conficit*; ſed priùs *externè* ad florilegium ex alueario exit. Scilicet antè ſe florilegam & mellificam oſtendit, quàm intimiùs fauos concinnet, & ad ſaporem condiat. Sic vellem in re virtutis, vt eius perfectio *internè* elaboretur, & intimiùs conficiatur; ſed ſæpè expedit, vt *externè* quis etiam virtutem profiteatur, & ſe virtutis aſſeclam prodat. Dicam Hiſpanè: *No pocas veces importa exteriormente declararſe, y hacerſe de parte de la virtud.* qui eſt huius theſis labor.

De apis exemplo, virtutem operari expedit.

2\. Ioannis 14. ſic Chriſtus in paſſionis ac mortis veſtibulo Diſcipulos ſuos alloquitur: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. *Et ergo rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis.*

Ioann. 14. v. 16.

Quaſi dicat: Si perſeuerauerititis in meâ dilectione, & mandatorum obſeruatione, vobis impetrabo Spiritum-ſanctum, quem in vos effundet Pater in Pentecoſte, qui erit vobis, ſicut ego hactenùs fui, Aduocatus, Interceſſor, Orator, & Exhortator, incitator, impulſor, conſolator; hæc enim Græcè Paracletus ſignificat, quod nomen Spiritui-ſancto nuncupatim accommodatur: Ex eo autem quòd ait, *Vt maneat vobiſcum in æternum*, inferunt meritò expoſitores, quòd Spiritus-ſanctus ſemper maneat in Eccleſiâ, ac fidelibus aſſiſtat, vt Paracletus, id eſt, conſolator in afflictionibus, & impulſor ad omnem virtutem. Ex hâc receptiſſimâ doctrinâ ſubtiliter arguit S. Auguſtinus: *Quomodò mandata obſeruabimus, vt eum* (Spiritum-ſanctum) *accipiamus quem niſi habuerimus, mandata ſeruare non poſſumus?* Reſpondet ad rem tempeſtiuè: *Habet Spiritum-ſanctum qui diligit, & habendo meretur vt plus habeat, & plus habendo plus diligat. Iam itaque Spiritum-ſanctum habebant Diſcipuli, ſed dandus eis erat ampliùs; habebant occultè, accepturi erant manifeſtè.* ô bonus à bono Auctore commentarius! Nempè ante publicum Spiritus ſancti aduentum, cum proculdubiò Apoſtoli habebant, alioqui non potuiſſent, nec Chriſtum diligere, nec eius mandata hactenùs obſeruaſſe; ergò habebant quidèm, ſed *occultè: Manere* autem cum Diſcipulis *in æternum* dicitur, quandò *dandus eis erat manifeſtè*, quandò palàm Spiritus-ſancti inſtinctu ſe intrepidè profitentur Chriſti aſſeclas, & Euangelicæ doctrinæ ſectatores. Itaque cùm Diſcipuli Spiritum-ſanctum habentes, audiunt ex Chriſti ore, eundem ſe accepturos, *vt maneat vobiſcum in æternum*; perindè eſt, interprete Auguſtino, ac quem *habebant occultè, accepturos manifeſtè*, quaſi, *permanentia* in virtute, ſit ſectandæ virtutis publicatio, humana formidine animoſiùs excuſſâ. *Publicarſe por la virtud ſera permanecer en ella.*

Eſtne permanentia in virtute, ſectandæ virtutis publicatio?

S. Auguſt. ibi.

Ex hâc Auguſtini expoſitione facula accendetur, quâ clarari ethicè poſſunt ſubobſcura illa Chriſti verba, quæ Ioannis 15. verſ. 4. ſubdit: *Manete in me, & ego in vobis.* Benè eſt, adhortetur Chriſtus Diſcipulos, & in eis fideles omnes, vt in Chriſto maneant, tamquam palmites in vite: Quid autem eſt, quòd etiam eoſdem Diſcipulos adhortetur ipſe Chriſtus, vt Chriſtus ipſe in eis maneat? An non hæc permanentia ipſiuſmet Chriſti opus eſt, ex ſuo ipſius arbitrio pendens? Quale ergò eſt, vt à Diſcipulis Chriſtus petat, vt ipſe Chriſtus in illis maneat? *Manete*, inquit, *in me, & ego in vobis.* Verùm τὸ *manere*, nuper Auguſtinus accepit pro *publicè* habere, quod habebatur *occultè.* Ait enim: *Vt maneat vobiſcum in æternum. Habebant occultè, accepturi erant manifeſtè.* Ergò Chriſtus ethicè à Diſcipulis exigit, vt publicè ſe prodant eius Diſcipuli, & ipſe ſe publicabit manifeſtè eorum Magiſter. Quaſi manere in Chriſto, in idem recidat, ac ſe pro Chriſto, Chriſtique doctrinâ publicare. Nempè ait Chriſtus, *Declaraos por mi, y dadme por declarado por voſotros.* quaſi Chriſti permanentia, ſit externæ publicationis ſequela, aut cum eâ vices arcanè reciprocet.

3\. *Ioann. 15. v. 4.*

Manifeſtè Chriſtum ſequi, eſt Chriſti in eo permanentia?

S. Auguſt. §.

Canticorum 8. hæc vox Eccleſiæ ſponſæ ad ſponſum Chriſtum auditur: Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, 4.

Cant. 8. v. 1. *vt inueniam te foris* (*alij in foro*, *alij in agro*,) *& deoſculer te*, *& iam nemo me deſpiciat.* Syrus pro *deoſculer te*, habet, *laudabo te.* Tres Anonymi apud Theodoretum, hæc tribuunt animæ ſanctæ optanti ſecundum Chriſti aduentum. At S. Gregorius, Theodoretus, Caſſiodorus, & alij hæc tribuunt Patriarchis deſiderantibus Chriſti incarnationem: *Foris factus eſt* (ait Ambroſius) *qui erat intus. Vide illum intus quandò legis*, *quod in ſinu eſt Patris: cognoſce illum foris*, *quandò nos quæris vt redimat.* Nempè Dei Filium, qui intus eſt in ſinu Patris, debemus foris quærere, & foris profiteri Redemptorem, ſcilicet humanitate indutum, nóſque paſſione ſuâ redimentem. Quod explicatiùs inibi tradit Philo Carpatius: *Tunc enim*, inquit, *foris inuentus eſt ſponſus*, *& oſculatus à Sponsâ*, *cùm humanitate veſtitus*, *& extra Ieroſolymam crucifixus*, *eam ipſam à ſempiternâ morte redemit.* Ecce tibi ſponſus Chriſtus *foris* quærendus eſt, *foris* inueniendus eſt, *foris deoſculandus*, id eſt, adorandus, & ſic *laudandus* eſt, *Foris* ac publicè venerandus eſt, quin retardet improperiū crucis, & peracerbum paſſionis probrum. Quod niſi anima ſancta animosè præſtiterit, non effugiet, quin reliquis fidelibus deſpectui ſit. *Quis mihi det*, *vt inueniam te foris*, *& deoſculer te*, *& laudem te*, *& iam nemo me deſpiciat?* Quaſi deſpicabilis ſit anima, alioqui in occulto pia, quæ Chriſtum crucifixum, *foris* non quærit, *foris* non inuenit, *foris* non profitetur, & publicâ profeſſione *laudat.* Suos nimirùm receſſus habet virtus, cui diuini oculi, ſatis amplum theatrum ſunt: ſed aliquandò piâ quâdam ambitione, foràs exire, ac ſe prodere ſatagit, ne deſpectui habeatur, dum publicatione deſpectum declinat, & animoſitatis mercatur elogium.

Syrus. Tres Anon. S. Gregorius Theodoret. Caſſiodorus S. Ambr. l. de Inſt. virg. c. 1. Philo

Deſpectui eſt virtus, quæ Chriſtum crucifixum foris non quærit.

5. Geneſeos 35. Iacob è Meſopotamia redux, cum totâ familiâ habitat in terrâ promiſſionis, quam Idololatria ſuperſtitiosè circumcircà occupabat. Quin & in ſuâ familiâ adhuc è domo ſoceri Laban, reliquiæ ſupererant Idololatriæ. Iacob ergò iuſſus ſacrificare Deo in Bethel, conuocatâ omni domo ſuâ, ait: Abiicite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite, aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo. Ecce quàm ſe palàm cum totâ familiâ veri Dei cultorem publicat. *Dederunt ergò ei omnes Deos alienos quos habebant*, *& inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas ſubter terebinthum.* Potuiſſet Iacob, alioqui opum conquirendarum diligens & attentus, idolorum materiam, putà, aurum, argentum in vſum alium, etiam ſacrum (licèt id neget Abulenſis) conuertere; ſed noluit, ne publicè tamquam vnius veri Dei cultor, & Idololatriæ abiurator à vicinis idololatris habitus, vel idololatriæ veſtigium in ſuâ familiâ permitteret. Hoc Iacobi factum expendens S. Bruno, ita ſcribit: *Dederunt ei omnes deos alienos*, *& inaures*, &c. *Nemo enim habitat in domo Dei* (Bethel, inquam,) *qui diis ſeruit alienis. Iacob autem deos infodit*, *vt & mortui intelligantur: inaures verò*, *vt nemo vlteriùs in eorum memoriâ aures hominum ſollicitare præſumat.* Scilicet Iacob palam cum familiâ, idololatriæ abiurationem profeſſus, parum feciſſet, ſi idola (idola, inquam, affectuum, quæ eſt Brunonis mens, & allegoriæ medulla) confringeret, aut liquefaceret, & ad viliſſimos quoſque vſus contemptim deſtinaret; niſi illa tamquam mortua ſepeliret, vt quæ videre non poterant, nec videri poſſent, ſed velut putre falſorum numinum cadauer haberentur. Inſuper *inaures* etiam infodit, vt cum viſu, auditum, ac indè memoriam eorum æternùm tumularet. *Inaures verò infodit*, *vt nemo vlteriùs in eorum memoriâ aures hominum ſollicitare præſumat.* O! ſic affectuum ac vitiorum idola tumulat, qui ſemel animosè virtutem publicè profeſſus eſt? Sic ſollicitaut pertinaciter voluptabilia ſtrenuè repudiata, vt vel aures ſepeliendæ ſint, ne emortuum atque ſepultum idolum, adhuc viuere in memoria præſumat? Idcircò cautus ac prudens Boozus, non gratulatur Ruthæ de abiuratâ idololatriâ; ſed de patriæ deſertione, & verâ veri Dei religione nouiter ſuſceptâ; ne vel idolorum, quæ ex animo abiurauerat, vel memoriam exuſcitet.

Geneſ. 35. v. 4. Abulenſis

Cur Iacobus idola cum inauribus infoderit.

S. Bruno apud Tilm. ibi.

Vel leuis occaſiuncula vitanda eſt, ne labendi timore.

Aures ſepeliendæ ſunt, ne ſuggerant vitij memoriam.

Hic verſ. 11. & 12.

6. Prouerbiorum 15. ſic monet Salomon: In abundanti, id eſt, exundante iuſtitiâ, virtus maxima eſt. *Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.* Hebraicè, *Cor ſtultorum non ſic*, ſicut cor ſapientis, qui diſſeminat ſcientiam. Verùm pro τὸ *diſſeminabunt*, Paraphraſtes Chaldæus habet, *Labia ſapientium notam faciunt ſcientiam.* Symmachus verò profundè habet: *Labia ſapientum cuſtodiunt ſcientiam.* Mirum ſanè eſt, quòd Sapiens dum virtutis ſapientiam, illam diſſeminando, *notam facit*, tunc, tunc quidèm illam *cuſtodire* dicatur; quaſi dum illam *notam facit* (quòd ſæpè ambitioni adſcribitur) ſi tempeſtiuè fiat, pro idoneâ occaſionis opportunitate, illam *cuſtodire* dicatur. Aliquandò enim virtus, cùm fidei, aut bonorum motum tutela exigit, exertâ declaratione ſuſcipit incrementum, *niſi publicetur*, *elabitur*, vt ex Senecâ aliàs adnotauimus. Idcircò labia ſapientium, cùm virtutum *notam faciunt*, & illam *diſſeminant*, tunc *cuſtodiunt*, ne clanculariâ diſſimulatione elabatur. Sæpè cautela, inuidiæ malè refuga, dum ex publicatione virtutis temporalia detrimenta timet, virtutis iacturam non metuit: tunc enim niſi publicetur, elabitur. Puſillanimi eſt, cautioris prudentiæ ſpecie, vitium colorare. *No pocas veces importa declararſe por la vertud.*

Prouerb. 15. v. 7. Hebræus Chaldæus Symmach.

Aliquandò virtutem notam facere, illam cuſtodire eſt.

Seneca

§. CXLVIII.

Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magnò luenda.

IMpudens mali laudator, adurit æſtu ſuo virtutis herbam, frutices, flores, fructus; decinerat radices, & quicquid vitam promittebat. Nam improbitas tectiùs commendata, fiduciam quandam delinquendi animis ingenerat; cùm credere incipimus, quæ dici gaudemus, & eſſe vellemus. nimis faciles in fidem ſumus, cùm laudata delicta, delinquendi licentiam propinent, & ne quid non liceat feriò agitur. Animos addit qui laudat, & audentiorem laudatio facit, & 1.

Digitized by Google

Mali laudator, peccandi fomes eſt, & peccatorum nutritor.

S. Cyp. apud Politico-Chriſt. p. 1. c. 18.

& ad paria aut deteriora quaſi manu ducit. adeo dicere: Tolle ſcelerum laudatores, & multa ſcelera ſuſtuliſti. nemo enim ferè gratuitò improbus aut malus eſt: alitur, creſcitque improbitas laudibus. Seca hunc riuum, areſcent improbitatis ſurculi, nec arbor iam vlla noxios protrudet fructus. Docet hoc Cyprianus: *Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem adminiſtrat; nec comprimit delicta, ſed nutrit.* Itaque mali laudator dum peccantem laudibus ſuis palpat, peccandi fomitem, ac nutrimentum pernicioſè adminiſtrat. O ab improbitatis laude, malè geminatum *peccandi fomitem*! Vno fomite æſtuamus ad malum, quid fomites multiplicas, quibus vitia flabelles, atque ſufflammes?

2\. Paullus ad Romanos 1. acerrimè inuehitur in antiquos Philoſophos, quaſi traditos in reprobum ſenſum, repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate; ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorũ, parentibus non obedientes, inſipientes, incõpoſitos, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordiâ. Vndè tanta ſcelerum colluuies, priſcos Philoſophos inceſtauit, attaminauit, conſtuprauit? Subdit Paullus: Qui cùm iuſtitiam Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: *Et non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.*

Ad Roman. 1. v. 32.

Quaſi dicat: Philoſophi & ſapientes cùm præter alia quæ de Deo didicerant, etiam iuſtitiam Dei cognouiſſent, ſecundùm quam digni ſunt morte qui talia, quæ longo cenſu commemorata ſunt, agunt, non ſolùm tamen ipſi ea faciunt, quod in multis ignorantiæ aut infirmitati poterat imputari; verùm etiam conſentiunt aliis talia facientibus, id eſt, ea in aliis ſuo conſenſu, laudatione, & auctoritate fouent. Hoc enim abſque dubio maioris erat malitiæ, quàm ſi ipſi ſolùm malitiam perpetraſſent. Nam is qui facit, ſemel peccat; qui autem non ſolùm auctoritate ſuâ conſentit, & laude fouet, in ſe, & in aliis peccat ſcelere ſcelerum fœcundo. Quæ eſt luculentior Chryſoſtomi expoſitio in homil. de Dauid & Saüle; *Quemadmodum ex aduerſo*, inquit, *prauitatem non æmulari tantùm, verum etiam in eâ viuentes laudare, ſupplicium haud mediocre nobis conciliat: & ſi fas eſt quiddam nouum & admirandum dicere, grauius ſupplicium quàm manet illos ipſos qui malè viuunt. Id declarans Paullus, poſtquam omnem malitiæ ſpeciem enumerarat, accuſaſſétque omnes qui leges Dei conculcant, de illis ipſis mox ſubiicit: Qui cùm Dei iuſtitiam noſſent, quòd qui talia faciunt digni ſunt morte, non ſolùm ea faciunt, ſed & comprobant facientes: demonſtrans hoc eſſe grauius illo. Nam collaudare inſuper delinquentes, quod ad ſupplicij pertinet æſtimationem, longè plus eſt quàm delinquere.* (Audi neruoſè argutam Chryſoſtomi rationem, quâ eiuſmodi laudatorum malitiam exaggerat) *Idque iure optimo propterea quod hoc ſuffragium proficiſcatur ab animo plenè corrupto, & inſanabili morbo laborante. Siquidèm is dum peccat, condemnat interim peccatum ſuum, poterit aliquandò temporis progreſſu ad ſe redire: ceterùm qui laudat malitiam, is ſeipſum priuabit curatione quam adfert pœnitentia.* Ecce tibi quàm ſit ineluctabilis eorum malitia, qui malitiam laudant, & laudibus ſuadent. Sanè morbus dicitur *inſanabilis*, quia præuia malitiæ laus, dum pœnitentiæ medicinam auertit, curationem præfocat, & quandam in flagitiis obſtinationem laudatione animitùs implantat. O fuge hanc laudum peſtem, quiſquis animæ ſanitatem amas!

S. Chryſoſt. *Qui malitiam laudat, incurabili morbo ægrotare dicitur. quare?*

Marci 3. hanc ſeueriſſimam ſententiam Chriſtus pronunciat: Amen dico vobis, quoniam omnia remittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint: *Qui autem blaſphemauerit in Spiritum-ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Prolixum nimis foret penitiùs nunc diſquirere, quodnam ſit hoc peccatum, quòd *non habeat remiſſionem in æternum.* Porrò ſi remittuntur filiis hominum peccata *omnia*, ecquod erit peccatum quod numquam dimittitur? Sanè peccatum irremiſſibile, infinitam Dei miſericordiam dedecere videtur. Quin & humanæ imbecillitati ad vitia potenter lubricæ, parum videtur idonea peccati irremiſſibilitas, quæ negotium æternæ damnationis præmatu è abſolueret. Quale eſt hoc peccatum, quod ſic impœnitentiam habet comitem, vt *non habeat remiſſionem in æternum*? Non diſquiro nunc exactè quod nam ſit hoc peccatum, in quo peruèſtigando valdè ſudat Interpretum & Theologorum induſtria: at vitiorum laus, ſeu malorum commendatio, irremiſſibile peccatum afflare videtur. De quo reatu culpat improbitatis laudes S. Maximus, (edoctus ex Chryſoſtomo) Serm. 43. ſic ſubtiliter fatus: *Qui improbitatem laudat, eam pœnitentia remedio fraudat.* O bellè! Scilicet *qui improbitatem laudat*, eiuſmodi præconio eam iniquitate laudando exuit, & probitatis ſpecie colorat laudationis arbitrio: quare *improbitatem pœnitentia remedio fraudat:* & indè *non habebit remiſſionem in æternum.* Porrò, quem animitùs commiſiſſe pœniteat, quod vulgari præconio cohoneſtari audit? Sanè pœnitentia, improbitatis deteſtatio eſt, quâ pœnitens reatûs abominati arbitrio, remiſſionem ſceleris negotiatur. Ergò quod *pœnitentia remedio fraudat*, *remiſſionem in æternum* aufert. Noxa putatur leuicula, & velut delictum ludicrum, *improbitatem laudare*; & tamen, quia pœnitentiæ remedium excludit, improbitatem remiſſione fraudat. Quis enim verè doleat commiſiſſe, quod multorum præconiis coràm celebratur? Exindè *qui improbitatem laudat, eam pœnitentia remedio fraudat.* 3.

Marci. 3. v. 29.

Qui improbitatem laudat, eam pœnitentia remedio fraudat. quare?

S. Maximus.
S. Chryſoſt.

Geneſeos 12. magnificarum ſponſionum grato lenocinio, è patrio ſolo, auitâ hereditate, & dulci cognatione, Abrahamum euocat Deus. Faciam te, inquit, in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Larga quidèm benedictio, & opulenta felicitas dicitur eis qui benè de Abrahamo dicunt, eúmque laudibus celebrant. E contrario autem hi, qui eum vituperiis dehoneſtant, infami execratione mulctantur. Grande quidèm præmium, & cum maximis comparandum: nec è diuerſo minor eſt ſupplicij reatus. Pulchrè Chryſoſtomus aliàs aliorsùm laudatus: *Quemadmodum*, inquit, *non modò qui mala faciunt, ſed etiam qui laudant eos,* 4.

Geneſ. 12. v. 3.

S. Chryſoſt. apud Anton

eiuſdem

Anton. in Meliſſâ l. 1. Serm. 51.
Qui malum, laudat grauius meretur ſupplicium, quam qui patrat.
S. Maximus. Serm. 43.

eiuſdem aut grauioris quoque participes erunt ſupplicij: ita qui bonos laudant & admirantur, conſortes erunt coronarum quæ illis deſtinata ſunt. Exemplum autem & argumentum in Scripturâ habemus: Dixit Dominus ad Abraham: Benedicentes tibi benedicam, & execrantes te execrabor. Hanc Chryſoſtomi ſententiam excripſit etiam S. Maximus Serm. illo 43 Vide hîc inidoneæ laudationis ſacramentum. Scilicet qui vituperanda laudat, & improbos peregrinâ laude extollit, dignus eſt qui adſimilem, imò & multò *grauiorem* ſubeat pœnam, ac qui commiſit flagitium, quod laude commendat; quaſi laus improbitatis, eiuſdem improbitatis reatum combibat, bibulo ſupplicij commercio, de fœdere eiuſdem culpæ, quam laudatione haurit. Et quod mirere magis, eiuſdem culpæ participium *grauius ſupplicium* meretur; ac ſi eiuſdem culpæ laudatione particeps, grauiùs culpetur, & mulctetur pœnaliùs. *Non modo qui mala faciunt, ſed etiam qui laudant eos, eiuſdem aut grauioris quoque participes erunt ſupplicij.*

5. In hoc cap. 2. valdè beneficum ſe Boozus ergà Rutham exhibet, illámque coràm egregiè laudat. Ne autem bonus ac princeps vir imbenè laudem collocaſſe videatur, & mulierculam ignotam, Moabitidem de inceſto oriundam, nuper idololatram, & de idololatriâ ſuſpectam, & de nimiâ egeſtate, & gentis ſuæ licentiâ, impudicitiæ vicinam; illius laudandæ cauſſam conſultiſſimè euulgat: *Nunciata ſunt mihi*, ait, *omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in quâ nata es, & veneris ad populum quem anteà neſciebas. Retribuat tibi Dominus pro opere hoc* &c. Et quaſi hæc euulgata virtutis fama, non ſufficeret, addit cap. 3. *Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Eccur Boozus laudes Ruthæ exhibitas ſic altè fundat? in re laudis, quare ſic ſcrupuloſè agit? Dum largè effunditur in Ruthæ laudes, laudandi cauſſas ſimul exaggerat, ne dum Moabitidem laudat, immeritâ forſan laudatione laudem vituperet. Quâ de re audiendus eſt S. Maximus Serm. 11. *Omnium vitiorum*, inquit, *turpiſſimum adulationem inuenias licet. Primum enim laudem rem pulcherrimam & iuſtiſſimam corrumpit, vt iam ne ſi verè quidèm adhibita fuerit, fidem mereatur: & quod indigniſſimum eſt omnium, virtutis præmia vitio donat, vt ſceleratiùs facere videatur quam qui nummos corrumpunt & adulterant: hi enim ſuſpectos reddunt nummos, illi virtutis fidem labefactant.* Quid adeò turpe, quàm virtutem debito ſibi præmio defraudare, & præmia virtutis vitio impendere, ſicque *virtutis labefactare fidem?* Nutat fides laudis virtuti impenſa, dum vitio indifferenter adſcribitur. Quin & iſtiuſmodi laudatio, improbitatis perſuaſio eſt; *Si me* (ait Nazianzenus) *vitiis obnoxium optimum exiſtimares, quid me facere oporteret? deterior né fierem, vt magis tibi placerem?* Itaque improbitatis laus, fidem virtutis labefactat, improbitatem ſuadet, eámque pœnitentię remedio ſceleſtiſſime fraudat.

Hic v. 11. & 12.
Qui improbitatem laudat, præmia virtutis vitio impendit
S. Maxim. ex Dio. Chryſoſt.
Improbitatis laudator, improbitatem perſuadet
S. Nazianz. apud S. Maxim. 5.

§. CXLIX.

Auara opulentia, vitiorum ſupellex eſt, cæli exheredatio, & impius Chriſti contemptus.

PVlchrum auaræ Opulentiæ vituperium adiicit quiſpiam ethicè eruditus: Maximum opprobrium diuitiarum eſt, alimenta vitiorum eſſe, origanum voluptatum, libertatem peccandi, clauem auream ſcelerum, Anne parum malum erit per quod mali ſimus? Maleficij etiam exanimalia inſtrumenta legibus damnantur. Et ſi nominibus cum Eucherio licet ſeriò ludere: *Quædam ſocietas eſt penè etiam nominis duabus hiſce rebus, Vitiis, & Diuitiis.* Ægrè ſine opibus gubernantur vitia, quorum illæ velut manubria & capuli ſunt, quibus apprehendi ſolitant. Ferè aurum omnium malorum, aut quæ facimus, aut quæ patimur, cauſſa eſt. Intimanda eſt tibi hæc ab illo vox: 1.

En ego tempeſtas, ego tota inſania mundi,
In me, inquit, vobis æther ruit, & mare ſurgit,
In me terra procul, mors prima, nulla Deiſſes.

O time perdi auaris opibus, niſi tu prior illas perdas, aut procliuem earum affectum procùl ablegaueris. Cupidinem earum, inimicorum vota cenſe, & cæleſtium bonorum certa exheredatio.

Euſeb. de Arte volunt. lib. 6. c. 27.
Eucherius, Opulentia eſt clauis aurea ad vitia.

Geneſeos 27. denarratur notiſſima illa Iacobi fraus, ſeu potiùs arcanæ veritatis inuolucrum. Subdolâ itaque paternæ benedictionis ſubreptione efferatur Eſaü, & ferinâ rabie dolenter irrugiens aduerſùs Iacobum doli artificem, adhuc à charo patre ipſius peramante, vlteriorem benedictionem extorquere præſumit: *Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obſecro vt benedicas.* Cúmque eiulatu magno fleret Eſaü, aduertens Iſaac, quòd Iacobum benedictionum Abrahæ conſtituerat heredem, dixit ad eum: *In pinguedine terræ erit benedictio tua*, &c. Quid vltrà etiam à beneuolo patre Eſaü requirat, benè ſciens, Iacobum per benedictionem paternam factum fuiſſe benedictionum Abrahæ, id eſt, cæleſtium bonorum ex aſſe heredem? Et quidèm terræ benedictionem, ad quam ſic hiat, dubitando notanter expetiit: *Num vnam tantùm benedictionem habes?* Quæ verba ſic elucidat Bernardus apud Tilmannum indidèm: *Pretioſa eſt*, inquit, *diuina conſolatio, nec omninò tribuitur admittentibus alienam. Infelix Eſaü qui dixiſti: Num vnam benedictionem habes, pater? Quantò melius diceres cum Prophetâ: Vnam petij à Domino, hanc requiram.* Addit opportunè Bernardus: *Indignus enim benedictione cæleſti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione.* Nimirùm indignus probatur bonorum cæleſtium, qui ſimul cum illis mundialia bona hianter requirit. Et ſanè cùm temporarias facultates ac diuitias expetit, interrogatione eas poſtulat, aiens: *Num vnam tantum benedictionem habes, pater?* & indè *dubio quærit affectu.* Benè quod interrogatione dubitanter expetitur, *dubio quæri affectu* perhibetur. Dubiúſne eſt affectus eius, qui 2.

ad

Geneſ. 27. v. 38.
Spiritualia ac temporalium bonorum rarus eſt nexus.
S. Bernard.
Pſal. 26. v. 4.
Bona temporalia, interrogando, & dubio affectu quæri perhibentur.

Digitized by Google

ad hæc mundialia bona ſic hianter ſuſpirat? Profectò *dubius* eſt *affectus*, an deſideret bona temporalia quæ petit? an exheredari à cæleſtibus, quæ ſimul haberi non poſſunt? an potiùs expromptam vitiorum omnium occaſionem requirat? Hæ, hæ, inquam, ſunt ordinariæ malarum opum conſequentiæ. Idcircò profundè per interrogationem de pinguedine terræ locupletari petit, qui *dubio affectu* quid petit, ignorat: quod ſi ſciret à petendo abſtineret, ne reproborum typus fieret. *Indignus benedictione cæleſti conuincetur, qui dubio quærit affectu. Quantò melius diceret cum Propheta: Vnam petij à Domino, hanc requiram!* Bona Ruth, quæ ſuæ

Hic verſ. 11. & 12.

Moabitidæ, ac paternæ hereditati renunciat, vt hanc *vnam* cum nepote Dauide quærat, & quæſitam inueniat.

3. Ioannis 12 propè veſtibulum paſſionis conuiuium Chriſto in Bethaniâ inſtruitur. Maria ergò accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & Domus repleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergò Iudas Iſcariotes, qui eum erat traditurus: Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis:& datũ eſt egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat

Ioann. 12. v. 6.

ad eum, *Sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Quæ Iudas miniſterio portabat, furto exportabat. Hinc non leuis quæſtio inter Commentatores exoritur, quare Chriſtus Deus furaci Apoſtolo loculos permiſerit? Alij autem ſagaciùs quærunt, eccur Diabolus ſic ad auaram proditionem Apoſtolum inſtigauerit? Moraliſſimè Iſidorus Peluſiota lib.

S. Iſid Peluſ.

3. Epiſt. 385. ita ſcribit: *Quid eſt, quamobrem Iudam non ad libidinem, ſed ad proditionem* Dæmon *impulerit? Nimirùm quia partem illam præſidiis firmatam videbat; eam autem quæ ad auaritiam pertinebat, infirmam & imbecillam. Ex crumena enim furto, in ſpem venit, vt ipſe ad proditionem quoque facile ſe conferret.*

Iudas ex furto, ad Dei proditionem facile venit.

Nimirùm malus Dæmon, quâ pollet ſagacitate, Iudæ appetitiones exploratas habuit; cùm animaduertit illum in auaritiam procliuem, indè fiduciam concepit vſque ad Chriſti Dei proditionem ſenſim pertrahendum. Primò illum impulit ad crebra modicè furta, paullatim maiora, quæ Sacrilegia à Theophylacto cenſentur: nam in ſuum rapiebat vſum, quæ in diuinum dabantur.

Theophyl. ibi.

Dein eodem auaritiæ affectu ad maledicam detractionem imprudenter inſtigauit. Denique impiè infidam Chriſti Dei proditionem extorſit. Vide nunc ad quod malorum barathrum immodicus pecuniæ amor trahat incautos. Heu Chriſti Deicidis tradendi conceptaculum, auara opum cupiditas extitit! Quid tam funeſtum ac execrabile facinus, niſi auaritia perſuaſiſſet? *Ex crumena enim furto, in ſpem* Diabolus *venit, vt Iudas ad proditionem facile ſe conferret.* Sic eſt procliue iter, ex auaritiæ affectu ad Dei ipſius proditionem? O caue impotentem huius paſſionis vim, vel ad nefanda ſcelera præcipitem!

4. Nec miror de Auaritiæ malo, Iudam ad Chriſti Dei proditionem inductum; nam Dei con-

Matth. 6. v. 24.

temptus germana auaritiæ ſoboles eſt. *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet.* Vnde ſubdit: *Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.* Idcircò qui mamonæ aut auaritiæ ſeruit, Deum contemnit. Appoſitè Chryſoſtomus Serm. 6. in Epiſt. ad

S. Chryſoſt.

Philipp. *Vultis,* inquit, *oſtendamus, quomodo nemo vtrique obtemperare poteſt; ſed alterum contemnat oportet? an res ita clara eſt, vt minimè egeat oratione, cum id in rebus & factis ipſis cernere liceat? An non hoc cernimus, Chriſtum quidem contemni, Mammonam verò coli? Sentitis quàm vel ipſa verba aſpera ſint? Quod ſi verba, multò magis res ipſæ.*

Qui Mammonæ ſeruit, Chriſtum contemnit.

Sanè aſperrimum dictu eſt, quòd opũ cupiditas Deũ *odio habeat, & Chriſtum contemnat,* vt Mammonam, ſeu auaritiã colat. Sed ex hoc diuitiarum cultu, Iudas adductus eſt, vt Chriſtum Deũ odio haberet; imò & ſic *contemneret,* vt ipſum Deicidis lucratiuo pretio prodiderit. Hanc Euangelicam Chriſti gnomen S. Auguſtinus ad Concionatores diſtinctiùs extendit, ſic

S. Auguſt de Opere Monach. c. 26.

fatus; *Qui propter hoc, Euangelium prædicat, vt habeat vndè manducet, & vndè veſtiatur, ſimul ſe putet, & Deo ſeruire, & Mammonæ. Deo, quia Euangelium prædicat: & Mammonæ, quia propter iſta neceſſaria prædicat. Quod Dominus dicit fieri non poſſe: ac per hoc, ille qui propter iſta Euangelium prædicat, non Deo, ſed Mammonæ ſeruire conuincitur.*

Prædicatorũ auaritia diſtrictiùs ab Auguſtino carpitur.

Viderit ſiquis forſan (ô malum!) ex prædicandi Euangelij commercio, non neceſſaria ad frugalem veſtitum & victum; ſed eſculentas ac poculentas delicias, & ambitioſiorem cultum nundinetur.

5. Michææ 5. v. 10.

Michææ 5. ſic Propheta antedicit: *Et erit in die illâ, dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas.* Quæ verba de Eccleſiâ prædicta, myſticè S. Hieronymus ad mores transfert:

S. Hierony.

ô Iſraël inquit, *interficiam equos tuos de medio tui, id eſt, de principali cordis tui laſciuientes impetûs, & equorum more ruptis vinculis proruentes; & currus tuos, quibus tibi in vitiis placebas, & peccata peccatis conſocians, quaſi triumphans in quadrigis ferebaris.* Hæc vniuerſatim Hieronymus de impotenter effreni paſſionum impetu. Verùm Stephanus

Stephanus.

apud Tilmanum ibidèm, ad rem præſentem nuncupatim reſtringit: *Auferam equos tuos de medio tui. Non dicit de ſtabulo, ſed de animo: quia ſi equi ſunt in ſtabulo per neceſſitatem, non debent eſſe in animo per ſuperfluitatem. Vndè diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.*

Pſal. 61. v. 11. *Auari diuitis cor paſſionum ſtabulum appellatur.*

Sint effrenes concupiſcentiæ equi, & concitatiores paſſionum quadrigæ in ſtabulo extrà penitiorem cordis domum poſito, vbi eiuſmodi appetitionũ equi ferreis vinculis alligati ſint per neceſſitatem; ne autem furaci auaritiæ lenocinio plurifariam criminoſo, ſint in medio tui, id eſt, in corde vel animo tamquam in ſtabulo; in quo ſqualidè ſtabulentur, indéque effreni impetu ferociant. Ergò iſtiuſmodi *equi ſint in ſtabulo per neceſſitatem, non in animo per ſuperfluitatem. Vndè diuitiæ ſi affluant, nolite cor opponere.* Itaque hos auaritiæ equos ſpondet Deus de medio populi ſui, id eſt, de corde & animo auferre, ne in illo ſordidè ſtabulentur, & indè bruto furore ruptis vinculis immaniter proruant. Heu diuitis auari animus, in proruentium paſſionum ſtabulum recuditur. Egregium ſanè diuitis auaritiæ elogium!

6. Eccle. 5. v. 9.

Eccleſiaſtes cap. 5. ſic diuites admonet, ne incurrant auaritiæ ſcopulos: *Auarus non implebitur pecuniâ: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergò vanitas.* Quæ verba

Digitized by Google

S. Ambroſ. l. 1. de Cain & Abel. c. 5.

ba aliud agens, ſic eloquenter Ambroſius elucidat: *Quid de auaritia dicam, inſatiabili pecuniæ cupiditate, & quâdam æris libidine, quæ quò plura abſtulerit, eò magis inopem ſe credit? Omnibus inuida, ſibi vilis, in ſummis diuitiis inops, affectu extenuat quod cenſu abundat. Nullus rapiendi modus, vbi nulla menſura cupiendi. Sic inflammat animum ſic igne ſuo paſcit animum, vt hoc ſolo diſtet, quod illa formarum adultera ſit, iſta terrarum. Elementa concutit, mare ſulcat, terram effodit, cælum votis fatigat, nec ſereno grata nec nubilo, condemnat prouentus annuos, fœtuſque terrarum arguit.* Prolixum foret ſingulas Ambroſij ſententias ſigillatim expendere; ſat eſto illas propoſuiſſe, quæ ſubtili lectorum ſagacitati materiam conceptuum grauidam, abundè ad rem præſentem ſubminiſtrent.

Diuitum auaritia multis vapulat.

---

§. CL.

Sine culpâ bibitur calix Mortificationis; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio & voluptatis deceptio.

1\. Canticor. 5. v. 8.

ILlud Canticorum 4. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, quod multimodè pugnacem piæ animæ mortificationem deſcribit; ſic S. Ambroſius lib. de Iſaac cap. 5. eleganter elucidat: *Egredere*, inquit, *de corpore, & totam te exue. Non potes enim mihi adeſſe, niſi antè peregrinaueris a corpore: quoniã qui in carne ſunt, peregrinantur à Dei regno. Ades*, inquit, *ades: bene repetiuit, quia ſiue præſens ſiue abſens adeſſe, & placere Domino Deo tuo debes. Adeſto præſens, adeſto abſens, & ſi adhuc in corpore es. Mihi enim omnes præſentes ſunt, quorum fides mecum eſt. Adeſt mihi qui exit de ſeculo, adeſt mihi qui me cogitat, de me ſperat, cui ego portio ſum. Adeſt mihi, qui abſuerit ſibi; adeſt mihi, qui ſe negauerit ſibi.* Sententioſè quidèm Ambroſius, ac ſi de Ruthâ patriam ſuam deſerente, & ad Deum, Deique religionem properante, diſertè loqueretur.

S. Ambroſ.

Qui ſe mortificat, ſemper Deo præſens eſt.

Hic verſ. 11. & 12.

2\. Pſal. 115. v. 4. & 6. S. Hierony.

Pſalmo 115. ſic occinit Dauid: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? *Calicem ſalutaris* (Hieronymus *calicem Ieſu*) *accipiam; & nomen Domini inuocabo.* Vnde concludit: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* Hunc Ieſu calicem, quo pretioſa mors potatur, aliàs cum multis Commentatoribus de martyrij morte exponebamus. Ceterùm grande hoc de martyrio elogium, non de Martyrum morte, ſed de piorum hominum mortificatione intelligit Chryſoſtomus ibidèm in Catenâ Græcor. Patrum, ſic fatus: *Calicem ſalutaris accipiam, &c. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Quòd ſi verò*, inquit, *etiam Sanctorum Dei mortem illam ſignificet, quâ Chriſto commoriuntur, & mortificationem eius in corpore ſuo circumferunt, ſic quoque præclare gratias agere nouit, iſtiuſmodi mortis ſalutaris calicem accipiens, qui etiam ſine culpâ bibitur* Quid eſt, quòd Mortificationis calix, & *ſalutaris* dicitur, & *ſine culpâ bibi* perhibetur? Quid hâc præmonitione opus eſt? quæ nam culpa *Mortificationi* ſubeſſe poteſt, vt hac cautelâ præſtruatur? An præcauet Chryſoſtomus, dum mortificationem à culpâ vindicat, ne quis prætendat *mortificationem* intermittens, ne *culpam* incurrat, quaſi in ſeipſum crudelis videatur? Agnoſcat, agnoſcat homo Diaboli technas, & ſubdolam carnis vafritiem, ne in aſſiduæ ac acerbæ mortificationis calice *culpam bibere* putet. Qui mortificationis potatur calice, *calicem ſalutaris* bibit, non mortali *culpa* cicutâ temperatum, *qui etiam ſine culpâ bibitur.* Sic legimus Sanctorum Proceres in carnem ſuam mortificatione aſſiduè peracerbâ, velut crudeliter deſæuiſſe. Amoroſum ſui ſcrupulum exempla excutiant. Numquam ſatis pugnatur aduersùs hoſtem, qui numquam ſatis mitigatur; ſed de induciis atrocius bellum reſtaurat. Metum culpæ auxiliarem aduocat, quò ad culpam rediuiuam pertrahat.

S. Chryſoſt.

2\. Cor. 4. v. 10.

Mortificationis calix, ſalutaris eſt, & ſine culpa bibitur.

3\. Iob 1. v. 1.

Iob 1. Vir erat in Terrâ Hus nomine Iob: *Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.* Quibus elogiis & virtutis ſumma, & perfectionis vertex compendio exponitur. Sed opinor, in primo Epitheto, mortificationis tabula integrè legitur. Hanc Iobi *ſimplicitatem*, Gregorius ad manſuetudinem quandam refert, ſeu paſſionum ſubſultantium mitigationem: Chryſoſtomus ad veritatem quandam nullo fuco permiſtam: Sanctus Thomas virtutem Doloſitati oppoſitam intelligit, quod nemini iniuriam intulerit: ſic paſſiones iræ ac vindictæ frenatas habuit! Ceterùm eruditè Pineda noſter ibidèm, pro τὸ *ſimplex*, ex Hebræo fonte, *integrum* vertit; & quidèm appoſitè ad Mortificationis rem, quæ *integritatem* hominis ethicè negotiatur. Porrò S. Ambr. lib. de Iſaac c. 5. adludens ad illud Ioannis *Qui amat animam ſuam, perdet eam.* &c ſic eleganter ſcribit, per antitheſes de mortificatione agens: *Ille*, inquit, *mecum eſt, qui intrà ſe non eſt: quoniam qui in carne eſt, non eſt in ſpiritu: ille mecum eſt, qui ex ſeipſo egreditur: ille iuxtà me, qui extrà ſe fuerit: ille mihi integer, qui propter me perdiderit animam ſuam.* An non qui aſſiduâ mortificatione perdit animam ſuam, potiore ſui parte imminutus eſt? Manu aut pede mutilus, integer non eſt; & qui crebrâ mortificatione deficit animo, & animam perdit, *Ille Deo integer eſt?* O arcanum Chriſtianæ Mortificationis ſacramentum, de ingenio antitheſeos venerandum! Qui carni & abdomini indulgendo nitidè pingueſcit, gurdè adipatus, ſibi defectiuus eſt, Deo mutilus eſt. Qui verò ſui corporis mortificatione animam ſuam perdit, carnem inediâ macerat, exiccat, extenuat, ille, *ille*, inquam. *Deo integer eſt*: quaſi corporis mortificatio ſit ethicè hominis integritas. *Vir erat in Terrâ Hus, nomine Iob: Et erat vir ille integer.*

S. Gregor.

S. Chryſoſt.

S. Thomas.

Pineda.

Mortificatio dum perdit animam hominem reddit integrũ.

Ioann. 12. v. 25.

S. Ambroſ.

4\. 2. Cor. 4. v. 10.

2\. Corinth. 4. ita ſcribit Apoſtolus: Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus. Vndè tantus virtutis vigor? *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Aliqui Interpretes *mortificationem* accipere videntur eam corporis vexationem, quam quis spontè ſuſcipit ad frangendas, atque edomandas prauas cupiditates,

quam

quam putant Chriſti Ieſu appellari, quòd ad eius imitationẽ ſuſcipiantur, & eius acerbiſſimos cruciatus quodammodò referant. Audiendus eſt

S. Anſelm. hâc de re S. Anſelmus, qui hoc commentario locum elucidat: *Semper*, inquit, *ſumus circumferentes, id eſt, exteriùs, & in aperto ferentes in corpore noſtro mortificationem Ieſu, id eſt quam Ieſus pro nobis ſuſtinuit & nobis, ſuſtinendã reliquit. Hãc in noſtro corpore ſemper circumferimus, quoniam ad eius imitationẽ aſſiduè carnem mortificamus. Quod ideò facimus, vt & vita Ieſu, id eſt, vt glorioſa immortalitas reſurrectionis manifeſtetur omnibus in corporibus noſtris. Ecce quomodò circumferimus mortificationem Ieſu.* Sanè hîc ab Apoſtolo mirifficè commendatur *mortificatio*, quæ ad frangendas prauas corporis cupiditates ſuſcipitur: nam etſi Chriſtus eiuſmodi *mortificationem* habere non potuit, tamen quò noſtram honoraret mortificationem, illam appellat *mortificationem Ieſu Chriſti*: quia per illam corporis noſtri mortificationem, quâ aſſiduè vexatur caro, ne ſpiritui reluctetur, *in corporibus noſtris vita Ieſu id eſt, glorioſa immortalitas reſurrectionis manifeſtatur omnibus*. Profectò in *mortificatione* noſtrâ manifeſtatur glorioſa Chriſti reſurrectio. Quis enim pro Chriſto dumtaxat mortuo, nec rediuiuâ è ſepulcro reſurrectione glorioſo, ægram mortificatione vitam ſemper traheret? Ergò hominis mortificatio, Dominicæ reſurrectionis ſuffragium eſt, & certitudinis auctoramentum. Imò & homines per mortificationem de ſuâ etiam reſurrectione vindicias agunt: nam ſi viuentes moriuntur, ſe velut viua cadauera mortificatione tractantes; æquum eſt vt Chriſto commorientes, pariter etiam conuiuant, & beatam capitis vitam membra participent tamquam mortificationis ſtipendium. Quare nunc mortificatio noſtra, quâ corpus frangimus, *Mortificatio Ieſu* dicitur, argumentum Dominicæ reſurrectionis, & reſurrectionis noſtræ fideiuſſio, pignus, obſes. De quo

Quare mortificatio noſtra, mortificatio Ieſu nominatur?

Mortificatio noſtra eſt Dominicæ reſurrectionis ſuffragium.

Tertull. elegantèr Tertullianus lib. de Reſurrect. carn. cap. 44.

5\. 2. Cor. 4. v. 10. Vel aliter ad rem elucidare præſtat præſcriptum Paulli locum: *Semper*, inquit, *mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes*, &c. Et quomodò noſtri corporis mortificatio, *mortificatio Ieſu* nominari poteſt? Chriſti ne mortificatio eſt, quâ nos mortificamur? Quorsùm in Chriſtum mortificatio noſtra referatur?

S. Cæſarius. Tempeſtiuè S. Cæſarius Arelatenſis homil. 1. *De contritione animi*, inquit, *redimuntur crimina voluptatum, & per dura crucis exercitia, decepta dudùm carnis gaudia puniuntur: ac ſic mortificatione præſenti mortis ſententia præuenitur.* Nempè corporis vexatione, contritione, ac mortificatione, *voluptatum crimina redimi* perhibentur: quaſi carnis mortificatio ſit criminum *redemptio*, & tamquam Dominicæ redemptionis appendix, aut forſan ſupplementum aut complementum (Adſimili aliter ſenſu

An mortificatio noſtra ſit aliqua Redemptionis extenſio.

ad Coloſ. 1. v. 24. dixit Paullus, *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne meâ*) Scilicet tametſi copioſa fuit Chriſti redemptio ad ſatisfaciendum Deo pro Adami originario delicto, & reliquis hominum peccatis; tamen poſt perfectam Chriſti redemptionem, adhuc ex Adami præuaricatrice hereditate nobis hæret inteſtinus peccati fomes, qui à peccato eſt, & ad peccati voluptates inclinat. Ergò noſtra mortificatio dum hanc deflexã ſiniſtrè inclinationẽ, ad rectum obnixiùs conatur corrigere, mitigare, cõcupiſcentias, appetitũ frenare, & peccati fomitem interſtinguere, Chriſti *redemptionẽ* extendere dicitur. Exindè contritione animi, vexatione corporis, duræ crucis exercitio, *ac ſic mortificatione præſenti*, & futuram mortis ſententiam præueniti, & *crimina voluptatum redimi* ſententioſè perhibentur. Cùm igitur Mortificatio noſtra, aliqua redemptionis extenſio nominetur, hinc Paullus Chriſto Redemptori eam adſcribit, ne quid redemptionis perfectiſſimo Redemptori non adſcribi videatur: *Semper*, inquit, *mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes.* Sed in Cæſarij verbis aliquid adhuc emedullandum ſupereſt.

Eccleſiaſtæ 2. ſic meliora ſapiens, ſcribit Salomon: *Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Nimirùm huius mundi riſus, voluptas, gaudium, nihil aliud eſt, quàm mera fraus, error, deceptio. Aliàs expendebamus quid ſit, quòd voluptas ſeu gaudium non tam *decipere*, quàm *decipi* dicatur. *Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Sanè voluptas ſeu gaudium eos *decipit*, qui illi ad nutum indulgent; *decipitur* autem ab his, qui illud mortificatione fruſtrant, atque deludunt. Redeant iterùm Cæſarij verba: *De contritione animi*, inquit, *redimuntur crimina voluptatum, & per dura crucis exercitia, decepta dudùm carnis gaudia puniuntur: ac ſic mortificatione præſenti.* &c. Itaque Salomon ait: *Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis?* Et per mortificationem, & per duræ crucis exercitia *decepta carnis gaudia* adteſtatur Cæſarius. Siue quia dum mortificatio voluptates & gaudia punit, ea dum expungit, certiſſimè fruſtrat, deludit, ac *decipit*: Siue quia in perfectis viris tantâ animi alacritate & gaudio *Mortificatio* peragitur, vt voluptas dum ad inhoneſta pellicere ſatagit, Mortificationi militare ac ſeruire cogatur.

6\. Eccle. 2. v. 2.

Mortificatio voluptatem & gaudium decipit. quomodo?

S. Cæſar. 7.

---

§. C L I.

Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris.

1\. S. Bern. lib. Meditat.

IN cæleſti beatitudine, ait S. Benardus, primùm eſt videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo, eſſe cum Deo, eſſe in Deo qui erit omnia in omnibus: habere Deum qui eſt ſummum bonum, & vbi eſt ſummum bonum, ibi eſt felicitas ſumma, ſumma iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna ſecuritas, & ſecura æternitas. Eſt ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honeſtas, gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis, gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis. *Quæ ergò nos angit veſania vitiorum ſitire abſynthium, huius mundi ſequi naufragium, vitæ labentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre Dominium; & non magis conuolare ad ſanctorum felicitatem, ad Angelorum ſocietatem ſupernæ lætitiæ, & ad iucunditatem contemplatiuæ vitæ, vt poſſimus intrare in*

Qui non cogitat de beatâ gloriâ, huius mundi ſitit abſynthium.

potentias Domini? Scilicet quia de frequenti cæleſtis gloriæ meditatione, ad illius ſtudium minimè extimulamur. Heu quàm ſordet terra, cùm cælum aſpicitur! Viuidum virtutis ſtudium, & Euangelicæ perfectionis ſumma, beatæ gloriæ impenſiùs meditatæ, ſtipendium eſt.

2\. 4. Regum 2. cùm propè eſſet, vt Elias à Deo in cælum tolleretur, traiecto Iordane dixit ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliſæus: *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: Si autem non videris, non erit.*

4 Reg. 2. v. 9. & 10.

Grande olim & nunc litigium, quid ſit hic ſpiritus duplex, quem petit Eliſæus, & qui citrà arrogantiam ambiri poſſet? Deindè eccur hanc conditionem viſionis appoſuit Elias? Quid refert, vt duplici Eliæ ſpiritu hereditetur Eliſeus, vt videat, aut videre deſinat Eliam, quandò in cœlum rapitur? Quid ex huiuſmodi viſione hauriat, quo ſpiritum duplicet? Sanè res nimis diſparata videtur, ſi ſpeciè tenùs vibretur cenſura: at ſi emedulletur attentiùs, peridoneum Elias multiplicandi ſpiritûs lenocinium appoſuit. Quod Galfridus apud Tilmannum ibi, ſubtiliter ad mores adnotauit: *Attamen ſi videris me, quandò tollar à te, erit tibi quod petiſti. Benedictus Deus*, inquit, *qui maiorum præmia, incitamenta facit eſſe minorum. Sic Eliæ gloriâ fecit eſſe Eliſeo proficiendi materiam: dũ enim in cælum Elias rapitur Eliſeo duplicatur ſpiritus: ſemper enim gratiam auget diſcipulorũ, virtus patefacta magiſtri; & dum vident quæ æmulantur, ampliora incremẽta virtutum & deſiderant, & merentur. Ad hoc Eliam Dominus tollere volens in cælum, prouidit vt cum eo pergeret Eliſeus.*

Galfridus.

Quia Eliſeus vidit Eliam aſcẽdentem in cælum, ideò duplicem ſpiritum accipit. quomodò?

Ecce tibi quomodò Eliſeus *duplicem ſpiritum* Eliæ fœneratit. Nempè Eliſeus è gymnaſio Eliæ, ex eius contubernio, & diuturnâ conuerſatione, ſic Eliam moribus hactenùs exprimebat, vt ipſe Eliæ impreſſus, vel ipſi potiùs impreſſus Elias videretur, quaſi vterque foret ipſe alius, & vnus ambo; Elias ſurſùm, & Elias deorsùm. Verùm enimuerò poſtquam oculis vidit Eliſeus cæleſtis gloriæ ſtillas, & quædam ſupernæ beatitatis veſtigia, quibus in glorioſo in cælum aſcenſu Elias ſumptuoſiùs dotabatur, ſic viuidè extimulatus eſt ad impenſiùs virtutis ſtudium, vt Eliæ ſpiritum duplicaſſe dicatur. Idcircò Elias, quò Eliſeus duplicem quem expetebat, ſpiritum mutuaret, conſultiſſimè ab eo expetit, vt ſe glorioſè euntem in cælos attentiùs aſpiciat, quò iſtiuſmodi virtutum incitamento, & terrena deſpiciat, & ad prægustata cæleſtia hianter adſpiret. *Sic* Dominus Eliæ *gloriam fecit Eliſeo proficiendi materiam: dum enim in cælum Elias rapitur, Eliſeo duplicatur ſpiritus.*

3\. Geneſeos 49 hæc prophetia ſeu benedictio Iſſacharis legitur: *Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos.* Vidit requiem quòd eſſet bona: *& terram quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens.* Hebræus, *Iſſachar aſinus oſſeus*, id eſt, robuſtus, & ad laborem eualens. Chaldæus habet, *Iſſachar diues in ſubſtantiâ*; LXX. Interpretes, *Iſſachar pulchrum concupiuit.* Quæ eſt hæc *requies*, cuius blanditiis allectus Iſſachar, quaſi foret oſſeus, tot labores ſubiit? & quod eſt hoc *pulchrum* quod ſic ardenter *concupiuit*, vt tot laboribus ſe faceret tributarium? Appoſitè Chryſologus: *Sicut Iſſachar*, inquit, *ita & vir bonus, æterna præmia, cæleſtémque quietem contemplatus, alacriter humerum ſuum labori ſubiicit, fitque tributis ſeruiens, dum operum bonorum tributa perſoluit Deo.*

Geneſ. 49. v. 14. & 15.

Hebræus. Chaldæus. LXX. Interp.

S. Chryſ. apud Cornel. ibi.

Chryſologum imitatur Richardus de S. Victore citatus in Allegoriis veteris Teſtamenti ibidèm, per huiuſmodi *requiem*, internum & æternum gaudium intelligens, ſic tropologicè locum elucidat: *Multum concupiuit* Iſſachar *terram quam vidit, pro quâ ad omnem laborem fortiter perdurauit. Vilis ergò vt iumentum, fortis ad ſe mortificandum, habitans inter terminos penè non planè hanc morientium terram deſeruerat. Penè non plenè illam viuentium terram apprehenderat, qui inter terminos habitabat. Quia viliſſimis, quia pauciſſimis huius vitæ bonis contentus erat, huius terræ miſeræ extrema tenebat. Quia per frequentes mentis exceſſus vitæ perennis dulcedinem prægustabat, illius beatæ terræ intima contingebat. Vidit requiem, quòd eſſet bona, &c. ſi ibi non eſſet, ibi eam minimè conſpexiſſet. Et ſi bona non eſſet, propter eam humerum ad portandum minimè ſuppoſuiſſet. Vidit requiem, &c. in illâ labor non eſt, ſed ad illam ſine labore peruenire non poteſt.*

Richard. Vict.

Qui cælum concupiſcit, ad ardua quæque expromptus redditur.

Pluſculum excripſimus; ſed plures densè ſententias Richardus ad rem præſentem tempeſtiuè conglobauit, quas procliue cuique iam eſt elucidare. Illam verò non dimittam innotatam, quòd qui cæleſtis ac beatæ gloriæ dulcedine impreſſiùs afficitur, *habitans inter terminos, penè non planè hanc morientium terram deſeruerat: penè non plenè illam viuentium terram apprehenderat qui inter terminos habitabat.* Porrò contemplatæ altiùs gloriæ ſic cupiditate tangitur, vt in terrâ habitans, cõfinis ſit cælo; & quaſi huius terræ miſeræ extrema dũtaxat tangat, tamquã immortalitatis candidatus, cælis vicinatur. Ne autem excidat ab huiuſmodi ſpe, quâ cæleſte ac immortale gaudiũ prælibauit, alacris ad mortales labores humeros vltrò ſupponit, nil graue, nil arduum æſtimans, quod ad illam requiem obtinendam conducit.

Aliò affectus ergà beatitudinẽ, inter terminos habitare dicitur quare?

Ioannis 9. cæcus ille à natiuitate, luto mirabiliter oculatus; viſu ſuo operoſus, & vacuus alieno, à cæcè perſpicacibus Phariſæis ad redacenſi viſûs examen vocatus, pro illuminatore Ieſu perſtat in ſuffragio, & ante eum procidens adorauit. Tunc dixit Ieſus: *In iudiciũ ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Vocula *vt* in Bibliis ſæpè non cauſſam, ſed effectum & conſecutionem ſignificat. Non enim hoc fine venit Chriſtus, vt Phariſæi excæcarentur. Niſi fortè aliud arcanum cæcitatis genus, ethicè cum Galfrido velimus agnoſcere, quod ad cæleſtia & æterna bona viſum exacuit. 4.

Ioann. 9. v. 39.

Sic ſubtilis hic Doctor apud Tilmannũ inibi præfata Chriſti verba commentatur: *In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant. Vident*, inquit, *& cæci fiunt, qui dum viſibilia ſola reſpiciunt, ad inuiſibilia bona contemplationis oculum non attollunt. Illi verò non vident vt videant, qui inuiſibilium amore deuincti, numquam ad rerum viſibilium ſpeciem, affectum ſuæ conſiderationis inclinant: vt tantò perindè ſpiritualium deſideriorum efficiantur compotes, quantò ſe ſtudioſiùs ſeruant corporeæ claritatis expertes.* O quàm benè vident, & cæci ſunt,

Galfridus.

Bona eſt cæcitas, quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ & affectu inoculatur.

Digitized by Google

ſunt, qui quantò ad cæleſtia, beata, & glorioſè æternatura bona perſpicaciores ſunt, & indè ergà illa altiùs affecti, tantò ad mundialia bona cæci fiunt; nec illorum blandimento gratè tanguntur, nec eorum minis moleſtè terrentur! O bona cæcitas de cæleſtium perſpicaciâ oculatior! Sic iam Paullus cæleſti lumine clariùs illuſtra-
Actor. 9. v. 8. tus, *apertis oculis nihil videbat*. Non videt ardua, per quæ ire incipit, qui videt cælum à quo
Hic verſ. 11. & 12. illuminatus eſt, & quò ire auidiùs exambit. Sic & Rutha cælitùs illuſtratâ, & ad cæleſtia hians non videt dulcis patriæ commoda, viduitatis ærumnas, egeſtatis malum, ſpicilegij æſtum, & odioſi exilij moleſtias non videt.

5. Paullus ad Philippenſes 3. poſtquam multis inſectatus fuerat homines, qui terrenis dumtaxat inhiant; quibus peracerbum eſt quippiam moleſtum pati, & cupitis voluptatibus fraudari, quaſi ſolùm terrena ſapiant, confeſtim ſub-
ad Philip. 3. v. 20. dit: *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt*. Conuerſationem in cælis opponit couuerſationi in terrâ, rebúſque terreſtribus, ſiue iis qui terrena ſapiunt. Quaſi dicat: Terreni & mundani ſapiunt, amant, curant terrena, & quæ his aduerſantur, hoſtiliter auerſantur: nos Chriſtiani ſapimus, amamus, curamus cæleſtia, cæleſtibus paſcimur, ad cælum tendimus, cæleſtibus inhiamus; & quaſi cæli præmaturè inquili-
Tertullian. ni, omnia terrena contemptim deſpicimus. Tertullianus lib. de Coronâ militis legit. *Noſter municipatus in cælis eſt*. Quaſi dicat: Peregrini ſumus mundi, ſed municipes & ciues cæli.
Clem. Alex. Hùc forſan adludit Clemens Alex. in Adhort. ad Gentes, aiens: *Hinc tibi conceſſit* Chriſtus *in cælos mittere coloniam*. Nimirùm (vt alibi ad aliã theſim expendebamus) cùm vrbs Roma numero ciuium prægrauabatur, mittebat colonias in alias prouincias: coloniæ autem eâ lege excitabantur; vt eius habitatores non carerent priuilegiis Romanorum ciuium, quibus potiebantur in vrbe. Ait ergò Paullus: *Noſtra conuerſatio, noſter municipatus in cælis eſt*. id eſt, ciues adhuc mũdi ſumus, tametſi cæleſtium amore, & beatæ gloriæ ſtudio, *hinc conceſſerit* Chriſtus *in cælos mittere coloniam*. In cælis habito, quaſi è terris in cælos coloniam duxerim. Neque enim ideò non potior adhuc terreni hominis ciuicis priuilegiis, quibus ſponte gaudebo, & abundè gloriabor. Perſecutiones, ærumnas, tentationes calamitates adhuc pati poſſum, ea omnia vltrò ſubeo, nec illis renunciaui, per quæ in cælum, non tamquam in coloniam, ſed tamquam in empyream patriam tandem peruenitur. Quare vel ipſas ærumnas, pericula, calamitates, & tartareos etiam hoſtes audacter laceſſit; ne quia *coloniam* traduxit in cælum, non putetur terræ ciuis, ſed cæli inquilinus. Hem! qui in terris habitans, cæleſtis gloriæ ſtudio ita impensè affectus eſt, vt coloniam in cælum miſerit; ſic intentiùs ſatagit, ne humanis ærumnis exemptus videatur?

Qui ergà beatam gloriam affectus eſt, coloniam miſit in cælos.

---

§. CLII.

Beatæ gloriæ appendix elogium.

1. S. Bernard. lib. Medit. DE cæleſti Beatorum gloriâ, ſcribit Bernardus: Qualis, inquit, putas tunc erit ſplendor animarum, quandò Solis ſplendorem habebit lux corporum? Nulla ibi erit triſtitia, nulla anguſtia, nullus ibi labor, nulla mors, ſed perpetua ſanitas ſemper perſeuerans. Non ſurgit ibi malitia, non carnis miſeria. nulla ibi ægritudo, nulla neceſſitas: non eſt ibi fames, nec ſitis, non frigus, non æſtus: non laſſitudo ieiunij, nec vlla tentatio inimici, nec peccandi voluntas, nec delinquendi facultas: ſed totum lætitia, totum exultatio poſſidebit, hominéſque Angelis ſociati, ſine vllâ carnis infirmitate in perpetuum vernabunt. Hactenùs ille Beatæ gloriæ guttulam ſtillauit, mox pleno cantharo eam effundit.

Beatæ gloriæ encomium.

Lucæ 16. pauper ille Lazarus mendicitate 2.
nobilis, ad purpurati diuitis inuidiam è diuerſo Lucæ 16. v. 22.
proſperatur: *Factum eſt*, inquit, *vt moreretur mendicus: & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem diues, & ſepultus in inferno*. Benè in *ſinum Abrahæ*, vt hoſpitem Lazarum, apud hoſpitalem Abraham intuitus diues, oſor hoſpitum haberet hoc ad confuſionem ſuæ inhoſpitalitatis, vt inibi Euthymius adnotauit, & homil. 3. de Lazaro perſequitur Chryſoſtomus. *Sinus Abrahæ* appellatur, limbus Patrum ante Chriſti Aſcenſionem, dein ipſum cælum Beatos excipiens. Num modò Beatus velut hoſpes, vel potius tamquam incola excipitur? Profectò cæli hoſpes eſt, qui ex terrâ in terris natus, in cælum adlumitur. Aliundè in cælo peregrinari, à beatitudinis gloriâ alienum eſſe videtur. S. Bernardus ſeriò peregrini nomen à cælo arcet, in lib. Meditat. ita ſcribens: *Ibi eſt requies a laboribus, pax ab hoſtibus, amœnitas de nouitate, ſecuritas de æternitate, ſuauitas atque dulcedo de Dei viſione. Nullus eſt ibi peregrinus, ſed quicumque ibi venire meruerint, ſecuri in propriâ patriâ manebunt*. Quomodò autem homo terrenus in cælo peregrinus non erit, niſi naturam humanam in cælo deſueſcat? Idem Bernardus lib. de Præceptis & diſp. ſuum aſſertum vindicans, Beatam Cælitum gloriam ſic eleganter exponit: *Quomodò ſtilla aquæ modica, multo infuſa vino, deficere à ſe tota videtur, dum & ſaporem vini induit & colorem: & quomodò Solis luce perfuſus aër, in eandem transformatur luminis claritatem, adeò vt non tam illuminatus, quam ipſum lumen eſſe videatur. Sic omnem tunc in æternâ beatitudine in ſanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo, neceſſe erit à ſemet ipſâ liqueſcere, atque in Dei penitùs transfundi voluntatem. Alioquin quomodò omnia in omnibus erit Deus, ſi in homine, de homine quicquam ſuperſit? Manebit quidèm ſubſtantia, Sed in aliâ formâ, aliâ gloriâ, aliâque potentior*. Pulchrè quidèm Bernardus exponit, quo pacto homo è terrâ concretus, non erit hoſpes in ſinu Abrahæ, nec peregrinus inibi; ſed cæli domeſticus, & nobilis inquilinus, arcano nouæ metamorphoſis miraculo velut hominem deſueſcens, de ineffabili Numinis plenitudine, ipſe alius, & alter ipſe. Notanda ſigillatim ſunt verba Bernardi, plena ingenij, acuminis plena, vt quanta ſit Beatorum gloria interim tranſpareat.

Euthymius. S. Chryſoſt.

Quo pacto homo non erit in cælo peregrinus.

S. Bernardus

Quomodò homo in beatitudine, ſe deficiens, erit ipſe alius.

Canticorum 3. beata glorioſè ſponſa ſiue 3.
ſponſo ineffabiliter præſens, ſiue ſponſo arcanè Cant. 3. v. 1.
abſens: In lectulo meo, inquit, per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. *Surgam, & circuibo ciuitatem: per*

betur. *Horreum deſideretur, non ignis timeatur.* Propè vacat inferni metus, quandò deſiderium ad beatitudinis glorias hianter anhelat.

§. CLIII.

Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus adeſt praſtò auxiliaris.

1. Menander. TRiſtitiam dixit Menander, conſanguineam eſſe vitæ: neceſſitatem mœrendi, neceſſitudinem ratus. Verùm non tam indomita & iniqua eſt iſta dolendi, neceſſitas, quin, ſi iunctam ſibi cupiditatem non habeat, & aliquam mœrendi libidinem, violari nequeat. Iam noſtri angoris fere nulla excuſatio eſt, niſi forte ignominia dementiæ, quòd tam iniqui felicitati noſtræ ſimus, vt eam locemus aut in his quæ deſunt, aut nocent; ſcilicet in his quibus neceſſariò ſumus miſeri. Maximè miſer eſt, cui felicitas ad quam hiat, miſeria eſt; qui tot numerare poteſt mala, quot tamquam bona dolenter cupit; qui de fiduciâ non armatur, vt ærumnoſos fortunæ caſus exarmet. Spei vigore calamitas mitiganda eſt, infamia venuſtanda, egeſtas ſubleuanda, vt cum Ionâ ipſum digerere naufragium eualeas. Puerorum ac mulierculatum commune effugium eſt, ſuſpiria, querelæ, & planctus; ſed fruſtrà angor: nam plus remedio laborant. Virilem ſpem ad Deum corrige, quod eſt tutum calamitatis aſylum. Non oculos lacrymis irremediabilibus, non ora funeſtis querelis, & anxiâ mœſtitudine; ſed pectora animoſis ad Deum votis imple, qui in vltimâ neceſſitate auxiliaris adeſt. *Cum ipſo*, inquit, *ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Vbi humana deſunt auxilia, diuina expromptiùs ſuppetunt.

Triſtitia putatur humanæ vitæ conſanguinea.

Pſalm. 90. v.15.

2. Pſalm. 52. v.5. Regius Propheta Pſal. 52 inſectatur potentes, qui pauperculos & inualidos diripiunt, & opprimunt: *Nónne*, inquit, *ſcient qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis?* Id eſt, quâ facilitate ac voluptate mãdunt & trajiciunt cibos, quibus delicioſè nutriuntur, ſaginantur, & adipantur: ſic furax eorum potentia, & rapax auaritia de reculis pauperum, & de eorum oppreſſione iniquè incrementatur. Ceterùm ambiguum eſt, cuiúſnam dicatur eſſe hæc plebs inualida, violentæ potentiorum rapinæ obnoxia. Pulchrè Genebrardus ad litteram & ad mores, ita inibi ſcribit: *Qui deuorant plebem meam. Meos populares, vel populum mihi ſubditum: vt pronomen referat Dauidem, non Deum. Si Deum, Deum Dauid inducit ex abrupto loquentem per πάθος, atque plebem ſuam appellantem pauperes, de quibus violatis Scriptura conqueritur.* O bellè! ò pulchra inter Regem, ac Deum contentio! Nimirùm cùm infirma plebecula, quæ reſiſtendo non erat, dicitur à Potentibus opprimi, deuorari, exorberi, ſuam *plebem* rex Dauid illam appellat; quaſi peculiari titulo ad illum tunc ſpectaret cùm oppreſſa vexatur. Vel potiùs, tametſi hactenùs Dauid in hoc Pſalmo ex propriâ Prophetæ perſonâ loquatur, & quaſi jure vellet hanc plebem oppreſſam tamquam ſibi ſubiectam vindicare ad ferendum illi auxilium, & præſidiariam opem aduersùs potentes oppreſſores; quaſi Dauidi regi æmularetur Deus de plebe violenter oppreſſâ, & opportunâ ope illi quantocyùs ferendâ, *Deum Dauid inducit ex abrupto loquentem per πάθος*, (quaſi patheticus, aut paſſione affectus) *atque plebem ſuam appellantem pauperes* ſic violenter oppreſſos. Scilicet non patitur Deus, vt plebs inualida, ſic miſerabiliter afflictata, ab alio priùs quàm à ſe auxilium agnoſcat. Exindè ſuam plebem nuncupatim appellat, quò innoteſcat, agere vindicias de illius oppreſſione, ad ſe pertinere. O bona Regis, ac Dei æmulatio!

Genebr.

Contentio inter Dauidem ac Deũ, ad quem ſpectet plebs oppreſſa.

Iſaiæ 26. ita ſcribitur: *Domine in anguſtiâ requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Hæc *doctrina*, quâ Deus in tribulationis gymnaſio homines erudit, Hebraïcè *ſtimulus* ſcribitur: boum enim ac belluarum doctrina eſt ſtimulus; ſic peccatorum hebetudine inſipientes, non aliter diſcunt, niſi tribulationum ſtimulis compuncti. Ceterùm Chaldæus per τὸ *murmuris* accipit *ſilentium*, quo ſcilicet homo tribulatione afflictatus, ſilens intrà ſe patienter compungitur. Lxx. Interpretes vertunt: *In tribulatione paruâ doctrina tua nobis.* Porrò tribulatio licet in ſe magna ſit, *parua* tamen tribulatis iam hominibus videtur, ſiue quia affert eis diſciplinam, quâ noſcunt acerbiorem ſe tribulationem mereri; ſiue quia diuinam in tribulatione opem iam præſentiunt, dum tribulationis ſtimulo ad preces excitantur. Vndè Vatablus pro *tribulatione murmuris* ex cribit *orationem.* Emphaticè autem Forerius non qualemcumque orationem, ſed quam appellare non dubitat, *Incantationem*, accepto in bonam partem vocabulo, nequid detraheheret efficaciæ orationis, quam tribulatus homo ad Deum effundit; aut certitudini diuini auxilij, quod tribulatis adeſſe ſolitat. Itaque tribulatis ſic certò Deus adeſt auxiliaris, ipsâ tribulationis prece allectus, vt Deum velut incantare, & tribulationis acerbitatem excantare dicatur. Quare tribulatio etſi magna, *parua* nominatur, cui mitigandæ & exarmandæ ſic Deus præſtò adeſt. *Effundunt orationem* (ſeu *Incantationem*,) *quandò caſtigatio tua eis*, ſic habent Hebræa.

3. Iſaiæ 26. v.16. Hebræus. Chaldæus. Lxx. Interp.

Oratio in tribulatione, incantatio dicitur. quare?

Vatablus. Forerius. Hebræus.

Exhodi 3. Dum Hebræus populus in Ægypto dutiùs opprimitur, è rubo ſic Deus loquitur, Moyſen inaugurans in eductorem: *Vidi*, inquit, *afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui..... & ſciens dolorem eius, deſcendi vt liberarem eum de manibus Ægyptiorum.* Pagninus ex Hebræo vertit: *Videndo vidi afflictionem populi mei.* Scilicet geminat *videndi* verbum, ne putent iuſti dum tribulantur, Deum eorum tribulationem non conſiderare, quam hîc dicit *videndo videre*, hoc eſt, attentiùs, & velut perſpicaciùs intueri, & auxiliari ope præſtò adeſſe. Appoſitè Gregorius lib. 2. Moral. cap. 21. *Famulos ſuos tunc magis reſpicit Deus, cùm iniuſtè eos nequitia perſequentis affligit.* Quaſi quodammodò oculatior ſit Deus adſpectu ad calamitatem, quàm ad humanam iuſtorum felicitatem. Vndè populi ſui *ſciens dolorem*; dicitur *deſcendiſſe vt liberaret eum.* Quæ verba ſic inibi Oleaſter ethicè elucidat: *Nonne de cœlo, & de ſede tuâ Domine, eos poteras liberare ab omni malo? Nónne*

4. Exhod. 3. v.7. & 8.

Pagninus. *Deus homines tribulatos magis reſpicit?*

S.Gregorius. Oleaſter.

Digitized by Google

Tribulatis hominibus ſeſe Deus miſcet.

ne Angelorum ad illorum liberationem mittere? Gaudet Dominus, vt leniora faciat quæ Sancti patiuntur mala, ſeſe illis immiſcere. Nimirùm quaſi parùm foret, quòd Deus tribulatos homines *videndo videat*, id eſt, *magis reſpiciat* ad confeſtim ferendam opem, aut ipſe de cælo, aut per miniſteriale Angelorum officium; gaudet Dominus ad tribulatos ipſe deſcendere, & *ſeſe illis immiſcere.* O! gratulor tribulatis, quòd Deus *ſeſe illis miſceat.* Ecquid felicitatis hæc miſtura non ſpondeat?

5. Pſal. 117. v. 5. Græci Patr.

Pſalmo 117. ſic pangit regius Vates: *De tribulatione inuocaui Dominum; & exaudiuit me in latitudine Dominus.* τὸ *in latitudine*, Græci Patres hâc paraphraſi exponunt: *Id eſt, plura dedit mihi quàm petieram* in tribulatione poſitus. quaſi tribulatio rei expetitæ auctarium conferat. Pergit Propheta: *Dominus mihi adiutor; non timebo quid faciat mihi homo.* Pro τὸ *Dominus mihi adiutor* Hebraicè habetur, *Dominus mihi*, aut *pro me*; Hieronymus in editione regiâ, *Dominus mecum.* Maiori emphaſi ad rem moralem. Victorius apud Lorinum, *Dominus meus es.* quaſi perindè ſit, *Dominus meus eſt*, ac, *Dominus mihi adiutor* eſt. O bona opportunè ſynonyma, & ethici acuminis grauida! Adeò enim indiuiduè annexum eſt Domino Deo homines tribulatos adiuuare ac protegere, vt *Dominum* dicens, adiutorem intelligat: ac ſi in ipſo *Domini* vocabulo, adiutorium ſit inſculptum, & auxilium in tribulatione præmaturè legatur. Dei enim beneficentiam docet, vt in ipſo ipſius nomine, auxiliatoris elogium deſcribatur, vt non tardum putetur auxilium, quod ipſum Domini vocabulum glorioſè præfert, & ſumptuoſiùs oſtentat: & hîc abundè Rutha experta eſt in Boozi voto, atque ope, & multimodâ largiter fauentiâ, quam de afflatu Dei, illi exhibet.

Pſal. 117. v. 6. Hebræus. S. Hierony. Victorius. Lorinus.

In Domini vocabulo adiutorium legitur.

Hîc verſ. 12.

6. Propheta purpuratus Pſalmo 9. ſic pro inualidis & pauperculis, aduersùs violentos eorum oppreſſores, apud Deum ſtat: Exurge, inquit, Domine Deus meus, & exaltetur manus tua: & non obliuiſcaris pauperum tuorum in finem. *Tibi derelictus eſt pauper; Orphano tu eris adiutor.* Pro τὸ *eris*, Græcè ſcribitur, *Tu fuiſti adiutor.* Adeò enim eſt certus de auxilio pauperibus & orphanis ferendo, vt quod in voto futurum eſt, quaſi iam de præterito exhibitum cenſeat, & de latâ iam ope gratuletur. Rationem reddit, quia *Tibi* (Deo, inquam) *derelictus eſt pauper* inualidus ad reſiſtendum oppreſſoribus, & humani auxilij prorsùs inops. In Hebræo eſt verbum ex verbo, vt noſter inibi Corderius adnotauit: *Super te deſeret ſe pauper.* id eſt, dum ſe deſerit, reſiſtendo impos, ſuper te, ô Deus, cauſſam regerit, & liberationis negotium tutò collocat. S. Hieronymus vertit: *Tibi derelinquetur fortis tuus*, quaſi idem ſit & pauper & fortis; ex ſe quidem imbecillis & inualidus, ſed ex Dei ope ac præſidio incredibiliter robuſtus, omnique ex parte munitus. Sed adhuc ſagaciùs ruſpari oportet, à quo nam pauper inualidus Deo derelinquatur, aut committatur Deo? Opinor, quòd præterquam quod *ſuper Deum deſerit ſe pauper*; ipſi etiam qui auxiliari ei poterant, aut debebant, illum Deo *relinquunt.* Quin & ipſi violenti perſecutores, calumniatores, & oppreſſores, tacitâ oppreſſionis voce, illum Deo *relinquunt*, & illius auxilio committunt ipſis pauperibus oppreſſis è diuerſo auxiliares; dum inermem pauperum imbecillitatem, Dei præſidio robuſtiùs obarmant. Itaque ipſa pauperũ immiſericors derelictio, & violenta oppreſſio, linguata ſilenter vox eſt, quæ Deum illis certò auxiliarem, & validum tutorem adſciſcit. *Tibi derelictus eſt pauper*, & derelictionis, & perſecutionis ſuffragio iam fortis ac prævalidus. Itaque diuina tutela, oppreſſionis ac derelictionis ſequela eſt, & locuples illarum ſtipendium. *Tibi derelictus eſt pauper*, id eſt, *Tibi derelinquetur fortis tuus*: ſuper Deum enim pauper tribulatus deſeritur.

Pſal. 9. v. 35. Hebr. 10. v. 14. Græcus.

Corderius. Hebræus.

S. Hierony.

Pauperum oppreſſio, ac derelictio, illos Deo committit.

§. CLIV.

Vis diuini amoris ergà homines, quàm ſit munificè fœcunda.

1. S. Bernard. *Amor de Deo triumphat.*

DE amore Dei agens S. Bernardus Serm. 64. ſic altè exclamat: *O ſuauitatem, ô gratiam, ô amoris vim! Itáne ſummus omnium, vnus factus eſt omnium? Quid hoc fecit? Amor dignitatis neſcius, dignatione diues, ſuaſu efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor. Quid tamen tam non violentum? amor eſt. Quæ iſta vis, quæſo, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam. Denique ſemetipſum exinaniuit, vt ſcias amoris fuiſſe, quòd plenitudo effuſa, quòd altitudo adæquata eſt, quòd ſingularitas aſſociata eſt.* Planè deuenuſtarem Bernardi pro diuino amore verba, ſi impolitiori ſtilo ea ſigillatim ſolitâ expenſione enucleare præſumerem.

2. Lucæ 6. Chriſtus Deus poſtquam pernoctauit in oratione Dei; cùm iam dies factus eſſet, vt lucis examen merita declararet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, *quos & Apoſtolos nominauit.* Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, &c. *Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.* Multa multi ſuper hâc Iudæ electione; quaſi imbonus ſucceſſus, electionis bonitatem accuſet. De hâc Iudæ electione vindicias agunt Sancti Patres, ne de Iudæ malitiâ, Chriſti ſcientia culpetur; & damnetur ſapientia, vndè bonitas publicatur. Euthymius in Marci 3. *Elegit*, inquit, *Iudam Iſcariotem; vt qui tunc bonus erat, oſtendens ſe bonum recipere, donec malus efficitur: & quamquam præcognoſcat quod futurum eſt, non tamen ob futuram prauitatem eum abiicit, qui nunc bonus: ſed propter virtutem præſentẽ ſibi familiarem facit, etiam qui malus futurus eſt.* Bonus Dominus qui maluit aliquid diſſimulare de præſcientiâ, quàm de præſentis bonitatis amore aliquid deponere. Aliter hâc ſuper re philoſophatur Ambroſius lib. 5. in Lucam, ſic fatus: *Eligitur*, inquit, *& Iudas, non per imprudentiam, ſed per prouidentiam. Quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos iudicium ſuum, quàm affectum maluit?* Quid amantius potuit Chriſtus, Dei verbum, & increata Patris ſapientia hominibus exhibere, quàm vt ſuum in electione iudicium *periclitari* maluerit, quàm hominis bonitatem, etſi poſteà deprauandam,

Lucæ 6. v. 16. *Cur Iudam Chriſtus elegerit.*

Euthymius.

Maluit Chriſtus iudicium ſuũ, quàm affectum periclitari.

S. Ambroſ.

dam,

Digitized by Google

dam, congruo tunc amore fraudare? Culpent hanc Iudæ electionem, qui diuini amoris vires neſciunt, & Dei in homines charitatem ignorant. Hæc Iudæ electio, cenſus eſt diuinæ boniratis, meritorum ſtipendium, & amoris emphaſis.

3. Geneſeos 6. ſubcreſcentibus hominibus, hominum iam exundat malitia, & Dei minis diluuium exundat ad promeritas hominum ſtrages, quas bonus Deus in mente ſuâ dolenter verſat. Videns enim Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terrâ. *Et tactus dolore cordis intrinſecùs, Delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ.* Oleaſter in Adnotationibus ad litteram, ſic locum excribit, & exponit: *Et anguſtiâ affectus eſt ad cor ſuum. Significat verbum (haſab) premere, comprimere, & anguſtiari: & ſenſus eſt, quòd Deus habuit ſe ad modũ hominis, cuius cor anguſtiâ afficitur, aut anguſtiis premitur. Delebo hominem, quem creaui, à ſuperficie terræ. Significat verbum (machah) propriè eradere, & abſtergere, ita vt nihil veſtigij remaneat in re abſterſâ.* Hæc antropopatûs de Deo dici, perſpicuum eſt; ſed cur tanto ſermonis apparatu, & lugubri verborum pompâ, diuinus dolor de excidio hominum inducitur? An non ſatis eſſet ad doloris emphaſim hyperbolem, *pœnitentiam* Deũ ipſum dedicaſſe? *Tactus dolore cordis intrinſecùs* dicitur: *anguſtiis premi & comprimi*, perhibetur. Cur tam funeſtâ verborum ambitione Hebræus nunc textus, Dei *anguſtiam* exponit? Quid ſic expedit Dei exaggerare dolorem? Opinor autem, non tam Dei exaggeratur dolor, quàm Dei amor exponitur, qui egregio doloris commentario claratur. Tempeſtiuè Hugo Victorinus apud Tilmannum ibi: *Et tactus dolore cordis intrinſecùs*, &c. *Et nota*, inquit, *quòd pereunte homine, Deus dolore cordis intrinſecùs tangi dicitur. Ibi enim dolor fuit, vbi amor. Amat enim vniuerſa quæ fecit. Sed amor hominis intùs in corde Creatoris fuit, quoniam in tantum homo ab ipſo dilectus eſt, vt ab ipſo eſſet bonus, & in ipſo beatus.* O benè! Scilicet parùm forſan Deum deceret, vt ſic exaggeraretur dolor animitùs Deum anguſtians propter hominis ineluctabile excidium, niſi tot magnificis verbis quibus dolor exprimitur, Dei amor luculentiùs exponeretur. Sanè hic diuini cordis dolor, ſoboles amoris eſt, illius ſequela, ſtipendium, interpres. *Ibi enim dolor fuit, vbi amor.* Nimirùm quaſi Deus tunc erubeſcat ingratiſſimum hominem ſic amaſſe, dolore amorem exprimit, vt in non dubiis tanti doloris & angoris characteribus, amor potiùs legatur. Sileatur pœnitendus amor, publicetur medullitùs conceptus dolor, vt in peracerbo dolore, amor perſpicaciùs traſpareat; & dolor ſit cenſus amoris.

Geneſ. 6. v. 6. & 7. Oleaſter.

Dei animitùs dolor de hominum excidio, eſt diuini amoris interpres.

Hugo Vict.

4. Canticorum 2. hæc ſponſæ ad ſponſum vox auditur: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Scilicet *Dilectus meus mihi* totum ſe tradidit; vnde & *ego illi* auidè me totam tradam, imò reipsâ trado: illi vaco, ſeruio, & placere ſatago. Symmachus vertit in genitiuo: *Et ego eius.* Quaſi dicat: Ego tota ſum ſponſi, ſicut ſponſus totus eſt meus; adeóque ipſe eſt id quod ego ſum, vt non tam duo, quàm vnus idémque eſſe videamur: amantes enim vnum quaſi habent cor, vnámque mentem, & animam, Peramanter Aug. 1. Confeſſ. c. 13. *Deus*, inquit, *lumen cordis mei, & panis oris intùs animæ meæ, & virtus maritans mentem meam.* Nempè quaſi parum foret, quòd deſponſationis iure, ſicut ille mihi totus eſt, ſic & ego tota illi ſim; cor etiam corde rependo, & cogitatorium & mens mea Deo nubit. O bonum mentis connubium! Sicut totus Deus cogitatu, ore, manu impenditur ſponſæ: ſic viciſſim ſponſa non modo ſe medullitùs, ſed & animitùs viciſſim peramanti ſponſo ſe etiam impendit; quia Dei amor ac virtus *maritauit mentem* ſponſæ, nequid ſit in ore, corde aut mente, quòd tanti amoris vices non reciprocet, aut alteri niſi Deo nubat. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* cuius *virtus maritat mentem meam.*

Cant. 2. v. 16.

Symmachus

Dei amor maritat ſponſæ mentem.

S. Auguſt.

5. Hîc cap. 2. Boozus admiratus Ruthæ pietatem, amoris diuini conſtantiam, & alacrem ſtrenuè fiduciam, ſic eam laudat: *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.* Hæc metaphora emphaſim diuini amoris, & indè tutelæ, mirè exponit, quæ Chriſti Dei ergà homines charitatem, non prætervolat: *Quoties*, inquit, *volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas.* Quæ verba ſic inibi Hilarius elucidat: *Huius familiaris ac penè terrenæ auis more, congregare eos intrà ſe voluit, vt qui conditione naſcendi editi iam fuiſſent, nunc alterius generationis ortu, & calore confouentis renati, in cæleſte regnum tamquam pennatis corporibus euolarent.* O arcanè noua è diuinioris beneuolentiæ fotu renaſcentia! Primo naturaliter ortu editi eramus pigrè terreſtres, beneuolus autem Dei fotus, ſic homines intrà ſeipſum congregat, & iteratò animat, vt pennatos parturiat, vt ad cæleſte regnum quantocyùs euolent. Alia ipſa hominum renaſcentia traditur Ioannis 1. quâ Dei amor ſumptuoſiùs elucet: *Dedit eis*, inquit, *poteſtatem filios Dei fieri*, quò adludens S. L:o Serm. 5. de Natiuit. de Chriſto Deo ait: *Originem quam ſumpſit in vtero Virginis, poſuit in fonte baptiſmatis.* De hâc generoſâ anguſtiùs ex aquis origine aliàs vbertim. Nunc ſat eſto, Dei ergâ homines, beneficum amorem, & generoſam beneuolentiam indè taxare.

Hîc verſ. 12.

Matth. 23. v. 37.

S. Hilarius.

E Chriſti fotu pennati renaſcimur.

Chriſtus originem quã ſumpſit ex Virgine, poſuit in baptiſmi fonte.

Ioan. 1. v. 12.

S. Leo.

6. Ioannis 21. Ieſus non cognitus ſtat in littore, dum iniuſſi Diſcipuli vacuâ ſagenâ piſcantur totâ nocte. De iuſſu Domini retia miſerunt in dexteram, miſerunt virilem in partem, ſed vt pueri adhuc trahere non valebant: ſenſerunt tamen ex ipſo pondere, ſenſerunt piſces veniſſe ad diuinum iubentis imperium, non humanæ artis incurriſſe capturam. *Dixit ergò diſcipulus ille, quẽ diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt*, &c. Ad quæ verba Chryſol. Ser. 78. ſic eleganter ad rem philoſophatur: *Primus, qui diligitur, videt: quia ſemper amoris oculus acutiùs intuetur, & ſemper viuaciùs, qui diligitur, ſentit. Petrus vt audiuit. Quæ res illam Petri ſic tardauerat mentem, vt ab alio audiret. Dominum, qui ceteris conſueuerat nunciare? Vbi eſt illud ipſius ſingulare: Tu es Chriſtus filius Dei viui, vbi eſt? In domo aufugerat Caiphæ principis Iudæorum, qui vocem facilè ancillæ ſuſurrantis audiuit.* Itaque tametſi amor

Ioann. 21. v. 7.

S. Chryſol.

Paſſiuus amor cæcè inoculat, & ſenſuum acumen eſt.

cæcitatis argui ſolet, eum tamen quem amat, velut arcano dilectionis philtro viuaciùs inoculat. Nuper Petrus aurium cæcus, ancillæ vocem nimis acutè audiuit; nunc de amoris iacturâ, & reciproco dilectionis tepore, tardiùs videt, & de auditu ad viſionem oculos mutuat. Ille, ille, inquam, *quem diligebat Ieſus*, acutiùs videt, & viuaciùs agnoſcit; quaſi alioqui cæcus amor Ioannem eximiè dilectum ſimul reddiderit oculatum: vt cuius obturum iactura diuini amoris hebetauerat, auditum exacueret, vndè redaccenderetur oculorum lumen, quò Chriſtum videret, Chriſtum quem fruſtrà videbat agnoſceret. Hem! diuinus amor perſpicacius eſt humanæ mentis collyrium, quo Ioannes inunctus, primus videt, quia adhuc eximiè diligitur. Nam *primus, qui diligitur, videt: quia ſemper amoris oculus acutiùs intuetur, & ſemper viuaciùs, qui diligitur, ſentit.* O bonum ab amore, humanorum ſenſuum acumen! Hebes eſt ad cæleſtia ſenſus, quem vis amoris non exacuit: diuino amore vacuus, mundano amore operosè plenus eſt: & quò magis ad humana viueſcit, eò plus ad diuina torpeſcit. Paſſiuus amor è diuerſo cæcè inoculat.

---

§. CLV.

Deúſne ab hominibus arcanâ amoris nimietate diligendus eſt?

1. *Ferè ex Euſeb. de Arte volunt. l. 4. c. 30.*

AMa amore dignum, qui iterùm in te viuat, & in quo tu viuas iterùm: tacita enim velut extenſio eſſentiæ, amor eſt. Duplicat, quos ſuis extinguit flammis. Hæc vis amoris, ſingulos binos reddere, & alterutrum vtrumque eualet magno amoris ſacramento. Amor tuus amantem tui geminat, geminat & te amantem, quæ eſt amoris vſura, & beneuolentiæ ſtipendium. Non igitur temerè ponendus vbilibet amor eſt; ſed cum delectu, vt tantam cum conſilio fortunes tui pectoris gratiam. Non amare, aut amare non præſtantiſſimum; otium, & ſcelus eſt Supernacua manebit vis amoris alioqui fœcundiſſima. Itaque eligendum eſt amori omnium præſtantiſſimam rem, ait Venantius: *Veluti flores docta ſequeſtrat apis.* Quid putas omnibus pretioſius, niſi omnium auctorem? In eo amorem tuum totum colloca, & ſumptuoſiùs amaſti. Amor niſi ad Deum, aut propter Deum, abuſus amoris eſt. Dei amor, bonorum vſura eſt, vitæ amœnitas, & præcoqua beatitatis felicitas.

Conſultò collocandus eſt amor. — Venant.

2. Matth. 22. v. 37. Deut. 6. v. 5.

Matthæi 22. quiſpiam ex legis Doctoribus, Chriſtum tentans, ſic eum interrogat: Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? *Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota animâ tuâ, & in totâ mente tuâ* Moyſes Deuter. 6. & ex eo Marcus & Lucas addunt, *& in totâ fortitudine tuâ.* Syrus, *& in totâ virtute tuâ*, id eſt, ex toto conatu cordis & mentis tuæ. Æthiopicus, *ex totâ virtute tuâ, & ex totâ potentiâ quæ tibi.* Perſicus adhuc ſignificantiùs, *ex totâ nimietate mentis tuæ* Quæ eſt velut nimietas amoris, quæ ab hominibus ergà Deum exigitur? Opinor, res amoris, negotium aut otium voluntatis eſt, quæ eſt charitatis officina; mens autem & robur, non eſt amoris conceptaculum. Quorsùm ergò hîc mens & virtus, niſi ad *nimietatem* aduocantur? Luculenter Bernardus apud Tilmannum in Deuteronomij cap. 6. *Amor cordis ad Zelum pertinet affectionis, amor animæ ad iudicium rationis, amor virtutis ad animi conſtantiam & vigorem. Dilige ergò pleno cordis affectu, totâ rationis vigilantiâ & virtute. Sit ſuauis affectui, ſit nihilominus intellectui prauia lux & dux rationi, ſit fortis & conſtans amor tuus. Hos tibi dilectionis modos Chriſtus exhibuit in ſeipſo: dilexit enim dulciter, ſapienter, & fortiter.* Quod longiùs Bernardus perſequitur. O propè nimia humani amoris elogia! quaſi parùm foret Deum voluntatis affectu diligere, addit *mente, intellectu*, & *iudicio* à nobis Deum conſtanter amandum? Sanè Deus mente percipitur, intellectu cognoſcitur, iudicio æſtimatur. O peregrina amoris officina! ô charitatis monſtrum! *Qui nimiâ charitate* dilexit nos, *ex totâ nimietate mentis* noſtræ redamandus exigitur. Amet Deum humana voluntas toto affectuum adniſu: cum etiam (vt vt poteſt) amet mens, intellectus, & iudicium, nequid in homine ſit à Dei amore peregrinum.

Syrus. Æthiopic. Perſicus. S. Bernardus. *Deúſne expeti iudicio amari, ad nimietatem amoris?*

3. Matthæi 12. concionanti Chriſto intrà domum, dixit quidem: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. At ipſe dicenti ſibi ait: Quænam eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt*, ſpiritualis, inquam, non carnalis. Dicit *frater & ſoror*, propter vtrumque ſexum: fideles enim viri ſunt fratres Chriſti, feminæ verò ſunt Chriſti ſorores. Dicitur etiam *mater* Chriſti, qui eundem Chriſtum in ſe, & in aliis parturit. S. Auguſtinus de S. Virginitate cap. 3. hanc ſtrictiorem cognationem cum Chriſto, ad charitatem refert, aiens: *Mater eius* (Chriſti) *eſt omnis anima pia faciens voluntatem Patris eius fœcundiſſimâ charitate, in iis quos parturit, donec in eis Chriſtus formetur.* Explicatiùs, opinor, ad humani ergà Chriſtum amoris excellentiam, hæc verba Galfridus retulit, ſic fatus in Allegoriis noui Teſtamenti aduocatus: *Ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Diligamus ergò Dominum Ieſum Chriſtum tamquam filium, quoniam ipſe, vt audio, maternum non dedignatur affectum. Neminem enim reſpuit Matrem ſuam fieri, qui ab omnibus vult Patris voluntatem impleri. Et quia certiùs & affectuoſiùs ab homine diligi voluit, filium ſeſe hominis non modò fecit ſed etiam ſæpè nominauit.* Itaque Chriſtus Deus quò humanum negotiaretur amorem, omnes in ſe amoris titulos exprompté exhibet. Eſt enim verus Deus. & indè ſummum bonum, & in ſe ſummè amandum. Quoad beneficentiam attinet (quæ ſolet eſſe blandimentum amoris) eſt omnipotenter Creator, iugis conſeruator, altor munificus, Redemptor opulentus, beatæ gloriæ largitor, de Incarnationis ſacramento hominum frater, & pater hominum de creationis beneficio. Et quaſi hæc ſatis non eſſent ad humani amoris incentiuum multiiuge, nunc addit blandæ maternitatis inopinatum titulum,

Matth. 12. v. 50. S. Auguſt. Galfridus. *Chriſtus ſe nominat hominis filiũ, vt maternũ hominum amorem negotietur.*

Digitized by Google

titulum, quo filium cuiuſque hominis ſeſe conſtituit, hominémque in eius matrem refingit, vt & maternum ipſius amorem vtcumque alliciat vel materni nominis blandimento, quod eſt tenerioris, & certioris beneuolentiæ ſtemma. Scilicet qui eſt naturalis Dei Filius, & Filius Deiparæ Virginis, vtriuſque generoſa ſoboles, non dedignatur hominũ quemquam, tamquam matrem ſuſcipere, velut matrem habere, ſéque gerere quaſi filium, vt hoc etiam titulo illius amorem vndecumque negotietur, ſollicitet pelliciat. *Diligamus ergò Dominum Ieſum Chriſtum tanquam filium, quoniam ipſe, vt audio, à nobis maternum non dedignatur affectum. Neminem enim reſpuit Matrem ſuam fieri.* Non erubeſcit nomen filij, qui hoc etiam nomine hominum beneuolentiam exambit. O inopinatam humani amoris velut auaritiam! Sic oportebat ſe amabilem exhibere, qui *ex totâ nimietate mentis* amari ab hominibus ſtudet. Belliſſimè quidèm Galfridus, moralitatibus perluſtris auctor.

4. Matthæi 7. Sic humanam ad petendum & ſperandum fiduciam corrigit ad ſe Chriſtus: Quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, numquid lapidem porriget ei? aut ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget ei? *Si ergò vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quantò magis pater veſter, qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?* Quid eſt, quod vniuerſatim dicitur de hominibus, Cùm ſitis *mali*? Quidam exponunt de naturali procliuitate in malum, quam homo contraxit ex naturâ per peccatum corruptâ; tum propriâ voluntate & moribus. Verùm cùm ſermo vniuerſalis ſit, adſtantes etiam Apoſtolos, & multos etiam olim & tunc prælustri bonitate aſpectabiles comprehendere videtur. Quod ingenuè Chryſoſtomus fateri non renuit. Verùm S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 117. ſic locum exponens, rem opportunè componit: *Si ergò vos cùm ſitis mali, &c. Quibus verbis*, inquit, *vniuerſam naturam improbitatis damnat* (*abſit: ſcriptum eſt enim: Bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona*:) *verum humanam bonitatem cum diuinâ conferens, improbitatem eam appellauit. Quantò enim magis, inquit, Pater veſter dabit bona petentibus ſe?* O quantâ bonitate aliqui homines præfulſerunt! Huiuſmodi autem exaggeratior bonitas, dicitur malitia adſpectu ad diuinam bonitatem. Quare bonitas humana de malitiæ vocabulo, pulcher diuinæ bonitatis & amabilitatis commentarius eſt: quò dum tanta hominis bonitas relata ad diuinam bonitatem appellatur malitia, indè coniectare liceat quàm immetatâ bonitate præmineat Deus. O grandius humani amoris illicium! *Humanam bonitatem cum diuinâ conferens, improbitatem appellauit.* O humanus amor velut teſſera teſſeræ Deo cohæreat, & ſic immenſæ bonitati quodammodò æquari præſumat piâ audacter ambitione! Quã Ruth potenter ſtimulatâ, per tot obſtantia, amoris alis *ſub Dei alas confugit, ex totâ amoris nimietate*, ſi loqui liceat.

Math. 7. v. 11.

S. Chryſoſt. ibi.

S. Iſid. Peluſ.

Humana bonitas ſi cum diuinâ conferatur, improbitas dicitur.

Hic verſ. 11.

5. Matthæi 11. ad virtutis facinora ſic nos extimulat Chriſtus: *A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Benè ait, à diebus Ioannis Baptiſtæ; quia ipſe Ioannes ore, habitu, opere auſteriorem pœnitentiam prædicauit, vt homines poſſint in cæleſte regnum intrare. In hâc autē vi, quam cælo & ſibi fieri tacitè adhortatur Chriſtus Deus, eius eximia in ſeipſo bonitas, & ergà homines charitas eximiè prælucet. *O beata violentia* (exclamat Ambroſius) *quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordiâ condonatur: beata, inquam, violentia, quæ vim patienti Bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti: mala res admittitur, & de iniuriâ nemo cauſatur: vis admittitur, & religio propagatur. Quiſquis enim violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto.* Nimirum violentia iſta, diuinæ bonitatis oſtentatio eſt: nam dum velut violenta *iniuria*, ſeu *mala res admittitur*, immenſa Dei *Bonitas* explicatiùs *elicitur*. Ambroſio accinit Hieronymus in epiſt. ad Militem, ita ſcribens: *Quid militarium ſtipendiorum curationes cum inuidiâ violentiæ curare, cùm forſitan pro tuâ honeſtate, etiam debitorum moderatus exactor ſis? Cùm ſine cuiuſquam inuidia, & cum Dei gratiâ poſſis eſſe violentus, vt rapias regnum cælorum, quod ſibi auferri patitur, & gaudet Chriſtus inuadi: qui pro abundantiâ Charitatis, & potentiæ ſuæ capax eſt largiendi quod tenet; & quod donauerit, obtinendi.* Ecce tibi quàm ex hâc violentia præniteat *diuinæ Charitatis abundantia.* Ambroſio & Hieronymo adſentit Nazianzenus, neutri ſubtilitate & eloquio ſuppar, ſic fatus Orat. 40. *Vobis, inquit, prouidendum eſt, ne ad gratiam cunctanter accedatis, verùm ſummam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis anteuertat, ne adulter vos prætereat, ne auarus ſuperiores ferat, ne ſicarius bonum illud vobis præripiat, ne publicanus, ne ſcortator, ne denique quiſquam ex iis, qui per vim in regnum irrumpunt, illúdque rapiunt: vltrò enim ſibi vim afferri patitur, ac propter Bonitatem tyrannicè inuaditur.* Hem! tanta eſt Dei bonitas, vt *propter Bonitatem tyrannicè inuadi* optet, expetat, atque exambiat? Quid mirum, vt qui ſic bonus eſt, *ex totâ mentis nimietate* ab hominibus adamari expoſcat? Eſto, ô homo, benè tyrannus, vt ex humanâ audacter tyrannide, ineffabilis Dei bonitas, perfectio, amabilitas patentiùs innoteſcat. *Beata violentia, quæ vim patienti Bonitatem elicit.* Tantâ exundat Chriſtus Deus *Charitatis abundantiâ*, vt ſe, ſuúmque regnum ſic tyrannicè inuadi rapíque ab hominibus exoptet. O homo rape occaſionem violentæ ac inopinatæ felicitatis! Alibi forſan expendetur, quo pacto homo per martyrium, mortificationem, aut calamitatem inuadere cælum velut *tyrannicè* dicatur.

Math. 11. v. 12.

S. Ambroſ. Serm. 15.

S. Hieron. apud Haye noſtrum c. 56. not. 9.

S. Nazianz.

Deus propter Bonitatem, ſuum regnum tyrannicè inuadi cupit.

---

§. CLVI.

Oratio de ſcholâ Deitatis erudita, virtutum omnium ſummam compendio continet.

Vitæ ſpiritualis fundamentum, plantarium virtutum, ſanctitatum baſis, flos omnigenæ probitatis, & aliquis omnium pietatum fomes, Oratio eſt. Languet in omni ſtatu virtus, quam oratio non fouet, non adipat oratio. Oratio initia virtutum ponit, & earum ſubſiſtentia, & conſummatio eſt. *Oratio facta* 1.

eſt

Dauid de Auguſtâ in form. nouit. cap. 37. *eſt columna ſanctarum virtutum, Deitatis ſchola, viduarum marita, Angelorum cognata, fundamentum fidei, Monachorum corona, coniugatorum leuamen. Beatus qui te amat, beatiſſimus qui te frequentat; beatus qui te aſtringit, ſed beatior qui in te perſeuerat.* Benè quidèm de *ſcholâ Deitatis*, tamquam *columna ſanctarum virtutum*, oratio collocatur. Hæc virtutes implantat, per eam vernant, florent, autumnant & maturos beatæ æternitatis fructus vbere prouentu referunt.

Oratio de ſchola Deitatis erudita, columna virtutum eſt.

2\. Marci 6. v. 9. Matthæi 6. Chriſtus Deus publicæ Orationis ſolemnem formam fidelibus præſcribens, ſic nos inſtruit: *Sic ergò vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum.* &c. Chriſtus hic nos docet res quæ à Deo petendæ ſunt, quo ordine qualique verborū breuitate petendæ ſint, vt breuiculæ orationis ingenio, de cæleſtis gymnaſij œconomiâ, ad omnes ſanctitates erudiamur. Pulchrè inibi Cyprianus: *Qualia autem ſunt orationis Dominicæ ſacramenta, quàm multa, quàm magna, breuiter in ſermone collecta, ſed in virtute ſpiritualiter copioſa? vt nihil omninò prætermiſſum ſit, quod non in precibus atque orationibus noſtris cæleſtis doctrinæ compendio comprehendatur.* Benè quidèm à Dauide ſuprà Oratio dicitur *Deitatis ſchola*: quippè *nihil omninò prætermiſſum eſt, quod non in precibus atque orationibus noſtris cæleſtis doctrinæ compendio comprehendatur.* Adludit Cyprianus ad ſudata Tertulliani verba in lib. de Oratione, vbi ait, quòd hæc oratio in compendium ſtringit *omnem commemorationem diſciplinæ, vt re verâ in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur.* Sic Ambroſius dixit lib. de Virgin. cap. 2. *Dominica oratio omnia comprehendit.* Et Caſſianus coll. 9. cap. 1. ait, in virtute orationis, reliquas omnes virtutes eſſe *colligatas atque compactas.* Et cap. 14. dixit hanc orationem *perfectionis plenitudinem continere.* Itaque Oratio, quæ eſt *Deitatis ſchola*; exindè etiam eſt *cæleſtis doctrinæ compendium*, & virtutum *omnium comprehenſio*, quæ eas *colligatas atque compactas* mirabili nexu ſtringit. Denique virtutum conſummationem, & *perfectionis plenitudinem continet.* Hem! ſic in vnâ oratione, omnium ſanctitatum ſumma compendio reperitur? Hæc ſunt orationis magna *ſacramenta*.

S. Cyprian. de orat. Domin.

Oratio eſt cæleſtis doctrinæ compendium, & perfectionis plenitudo

Tertull. l. de orat. c. 1.

S. Ambroſ. Caſſianus Plura vide apud Cerdā, in illum Tertulliani locum

3\. Iſaiæ 10. v. 22. & 23. Iſaias cap. 10. in litteræ ſenſu valde dura, in allegoriæ nubilo læta valdè prædicit: *Conſummatio*, inquit, *abbreuiata inundabit iuſtitiam. Conſumationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* Nempè *conſummatio abbreuiata*, id est paruus ille Iudæorum Chriſto credentium numerus, qui redactus eſt ad pauculos, & penè ad conſumptionem, & ad nihil; *inundauit*, hoc eſt, exuberanter diffudit *iuſtitiam.* Quaſi dicat: Paucitas ex Iudaiſmo credentium Chriſto in primitiuâ Eccleſiâ, abundabit illuſtri ſanctitate, & perfectâ iuſtitiâ. ita ex Sanctio Cornelius ibidèm. Cùm verò S. Cyprianus hanc conſummatam in his pauculis perfectionem recognouerit, illam opportunè refert ad orationem, ſic fatus: *Quid mirum*, inquit, *ſi oratio talis eſt quam Deus docuit, quia magiſterio ſuo omnem precem noſtram ſalutari ſermone breuiauit? Hoc iam per Iſaiam prophetam fuerat antè prædictum, cùm plenus ſpiritu-ſancto de Dei maieſtate ac pietate loqueretur. Verbum conſummans*, inquit, *& breuians in iuſtitiâ; quoniam ſermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ.* (ſubdit profundè hæc ad orationem accommodans) *Nam cum Dei ſermo Dominus noſter Ieſus-Chriſtus omnibus venerit, & colligens doctos pariter & indoctos, omni ſexui atque ætati præcepta ſalutis ediderit: præceptorum ſuorum fecit grande compendium*, O! compendium præceptorum Domini, oratio eſt? Sanè ſic *breuiarium Euangelij* appellandum erat, & *perfectionis plenitudo.* Ideóne oratio dicitur *præceptorum compendium*, quia eorum perfectè adimplendorum vigor, à breui orationis ſermone viuidè afflatur? An quia feruens oratio, omnia virtutis opera etſi inuiſa, imperioſâ deuotione ſibi obſequenter præcipit, & obſequelæ lenocinium extorquet? An oratio dicitur *præceptorum compendium*, quia homo orationi aſſiduus, velut viuus præceptorum Dei commentarius, illa omnia in opere ſuo per compendium ſtringit, exponit, clarat? Ergò oratio tamquam *conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam*, id eſt, Euangelij perfectionem exundanter implebit: & ſic Chriſtus Deus orationis arbitrio, *præceptorum ſuorum fecit grande compendium.*

Sanctius. Cornel. S. Cyprian. de orat. dom.

Oratio eſt præceptorum Domini grande compendium quare?

4\. Ioan. 16. v. 4. S. Aug. Tract. 102. in Ioan. Ioannis 16. Diſcipulorum in orando hactenùs inertiam, his verbis Chriſtus Deus incuſat: *Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo: Petite, & accipietis vt gaudium veſtrum ſit plenum.* Quid eſt, quòd tunc eorum gaudium erit *plenum*? S. Auguſtinus hanc gaudij plenitudinem refert ad τὸ *petite.* Quaſi dicat: Si quid orando petieritis, etiam priuſquam expetitam gratiam accipiatis, *pleno gaudio exundabitis.* Sic oratio humana diuinis plenè gaudiis exuberat! Verùm S. Cyrillus huiuſmodi plenitudinem gaudij refert ad τὸ *accipietis.* Quaſi dicat: Si petitis & oratis, rem petitam accipietis; & ſic de re acceptâ exultabitis, vt *pleno* indè *gaudio* fruamini. Aſt difficile intellectu eſt, quo pacto quis dum aliquid accipit, quod orando petiit, *pleno gaudio* exultet, & non potiùs dimidiato aliquo gaudio, reſpondente illi dumtaxat bono, quod precibus impetrauit. Sanè homo multorum indigus, dum precariis mendicitatibus aliquid impetrat, rei tantùm impetratæ gaudio fruitur, partiario inquam, non *pleno gaudio.* Quo igitur pacto, qui accipit aliquid quod orando petit, *pleno gaudio* exundare perhibetur? An quia omnia, quibus indigebat, quæ petere poterat, & quibus gaudere licebat, ſimul impetrat? An fortè oratio omnium bonorum compendium eſt. Primò S. Gregorius in Oratione plenam charitatem agnoſcit: *Virtus*, ait, *vera orationis eſt celſitudo charitatis.* Addit Antonius in Meliſſâ l. 1. Ser. 46. *Oratio cuſtodia eſt temperantiæ, virginitatis ſigillum, iræ caſtigatio, ſuperbiæ moderatio, animæ memoris iniuriarum expiatio, inuidiæ demolitio, pacis confirmatio.* Et de Oratione ſub nomine Pſalmi, ſic ad rem fatur Auguſtinus Præfatione in Pſalmos: *Pſalmus eſt ſignifer pacis, ſpirituale thymiama, exercitium cæleſtium, luxum reprimit, ſobrietatem ſuggerit, lacrymas mouet.* Et S. Baſilius Magnus Procemio in Pſalmos: *Pſalmus*, ait, *eſt animarum tranquillitas, pacis arbiter, turbas & fluctus cogitationum compeſcens, iracundiam mollit. Pſalmus amicitiæ conciliator, diſſidentium coniunctio, inimicorum reconciliatio.... Pſalmus*

S. Cyrillus ibi.

Quo pacto oranti pleno gaudio orantem cumulet.

S. Gregor. Homil. 27.

Antonius. *Oratio cum reliquis virtutibus nexus.*

S. Auguſt.

S. Baſilius.

Pſalmorum conglobata elogia.

Dæmones

Orantes dicuntur, cæleſtis Reſpublica. *Dæmones fugat, auxiliares Angelos aduocat, in nocturnis terroribus ſecuritas, in diurnis laboribus requies eſt: infantibus tutela, iunioribus decor, ſenioribus ſolatium, mulieribus honeſtiſſimus ornatus; elementum incipientibus, incrementum proficientibus, conſummatio perfectorum. Pſalmus eſt Angelorum opus, cæleſtis Reſpublica, ſpirituale ornamentum.* S. Chryſoſt. Et S. Chryſoſtomus in Pſalmum 134. ſic Baſilio modulatè concinit: *Principale eius lucrum eſt ad Deum hymnos dicere, animam expurgare, vera & accurata dogmata diſcere, de præſentibus & futuris philoſophari.* Pergit in Pſalmum 14. *Pſalmus eſt anima ſanctificatio, eſt pulcher animi concentus, acutiſſimum telum contrà Dæmones.* Prolixum nimis foret, ſingulas Sanctorum Patrum ſententias ſigillatim enucleare. Sat eſto vniuerſatim oſtendiſſe, orationi ſubeſſe arcanum virtutum omnium compendium. Hic v. 12. Vndè qui orat, *pleno gaudio* exundare dicitur, quaſi vna oratio omnium expetibilium plenitudine exuberet. Quarè hîc vna Boozi cum Ruthâ, ad Deum poſtulatio, *pleno gaudio* vtrumque repleuit, vtrumque terrenâ ſimul cum cæleſti, felicitate cumulauit.

5. Pſal. 150. v. 6. Græcus. In vltimâ vltimi Pſalmi clauſulâ, ſic pangit Dauid: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Quid per *ſpiritum* Pſalmographus intelligat, textus Græcus exponit, in quo legitur πᾶσα πνοὴ, hoc eſt, *omnis anhelitus*: vel *omnis ſpiratio.* Quaſi omnis hominum anhelitus, & reſpiratio omnis, Dei laudes in oratione concinnè modulari debeat, & humanâ oratione inceſſanter reſonare, ſpirituum cæleſtium piâ cõtentioſiùs æmulatione. Sed quæ nam eſt hæc *ſpirationis* ſeu *anhelitûs* cum precibus analogia, ſeu cohærentia? S. Maxim. Forſan ad hunc Pſalmi locum alludit S. Maximus Sermone 14. de Precatione. *Quemadmodum reſpirare*, inquit, *numquam eſt intempeſtiuum: ſic nec poſtulare à Domino petitiones myſticas vſque ad extremum ſpiritum.* Oratio vita ſpiritualis anhelitus & reſpiratio dicitur. Scilicet vt vita ſpiritualis in homine conſtet, nec ſpiritualis vita cadauereſcat in animæ interitum, *Omnis ſpiritus* (id eſt, *anhelitus* ſeu *ſpiratio*) *laudet Dominum*: nam *poſtulare à Domino*, homini velut *reſpirare* eſt. Quarè *vſque ad extremum ſpiritum* poſtulare debet, quiſquis vitâ ſpirituali viuere velit: à quâ ſi ceſſet, velut interclusâ reſpiratione, emori neceſsè eſt. Opinor, ſub hâc *anhelitûs*, *ſpirationis*, aut *reſpirationis* metaphorâ, non ſolùm erudimur ad frequentem precum fundendarum vſum, Sanctis viris omni æuo familiarem: ſed etiam vt euulgatur, quòd ſpiritualis animæ vita, & ſpiritualis vitæ appendices gratiæ, & omnium indè ſanctitatum elogia, oratione velut reſpiratione fouentur, atque animantur; ſicut animalis vita *anhelitu & reſpiratione* conſtat. Pſal. 118. v. 131. Sic alibi profundè cecinit: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Lorinus. Quod de Oratione apud Lorinum exponitur. Hebræus. Oris autem myſtica apertio, *hiandi* verbo ab Hebræis exponitur. Drogo ſerm. de Dom. Paſſ. Quod ſiquis adeò ſe infirmum ſentiat, & orationi inidoneum, vt os ad Deum aperire non valeat, dicat, inquit Drogo Hoſtienſis: *Domine labia mea aperi, ciba me laude tuâ*, id eſt, oratione meâ. Oratio velut ſpiritualis cibus virtutes omnes fouet ac nutrit. Quod autem noſtra oratio non ſolum ſit ſpiritualis vitæ *reſpiratio*, ſed etiam illius *cibus*, docet Drogo Cardinalis, cui ſuffragatur S. Antiochus homil. 106. ita fatus: S. Antiochus *Oratio ad Deum fuſa in ſpiritu, alimonia mentis eſt, haud ſecùs ac panis corpori.* Quaſi humana ad Deum oratio, velut idoneus vitæ ſpiritualis cibus, virtutes foueat, nutriat, adipet; ſéque in illas velut in ſubſtantiam aliti, quodammodò conuertat, myſticâ quâdam miriſſimè metamorphoſi. Quod eſt grande orationis elogium.

---

§. CLVII.

Peritus Superior, non homini, ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans, hanc duntaxat debellans.

PVlchra Paulli ad Romanos adhortatio eſt: *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus pacem habentes.* 1. ad Roman. 12. v. 18. Arduum eſt cum omnibus pacem habere. Sunt enim plerique naturâ adeò peruicaces atque proterui, vt nullâ ratione leniri, aut placari queant. Cum his igitur pax, quoad eius fieri poteſt, retinenda eſt. Quod tum demùm fiet, ſi nulla eis iuſtæ querimoniæ præbeatur occaſio. Sapienter inibi ſcribit Theophylactus: Theophylact. *Nonnumquam fieri non poteſt, vt pacem quiſpiam amplectatur, cum de pietate certamen fuerit: ait igitur, quod tui eſt officij facias, nec cuipiam occaſiones præbeas bellorum, vel tumultuum: ſin pietatem debellari, impugnarique conſpexeris, fortiter conſiſte pro veritate dimicans; non homini quidèm infenſus, ſed impietati, illum ipſum miſerans, ipſámque duntaxat impugnans. Hâc vtique ratione dicebat Dauid: Cum his qui oderant pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Pſal. 119. v. 6. Superior pœnam infligẽs, ne ſit homini infẽſus ſed culpæ. Quantum enim in ipſo erat, pacem colebat; aliorum fiebat vitio, vt ex vtrâque parte vera atque integra pax nequaquam exiſteret. O ex hâc Dauidis ac Paulli ſcholâ diſcant Principes, Magiſtratus, & eccleſiaſticæ ac ciuilis politiæ Antiſtites, vt quoad fieri poſſit, lenitate ac manſuetudine pacem colant; nec ideò meritas ſceleribus pœnas negligant, ne flagitia impunitate inſoleſcant. Eâ tamen lege, quam ſcitè Theophylactus præſcribit: *Non homini quidèm infenſus, ſed impietati; illum ipſum miſerans, ipſámque duntaxat impugnans.* O moraliſſima Antiſtitibus gnome!

Apocalypſis 6. Vidi, inquit, ſubtùs altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant: 2. Apocalyp. 6. v. 10. *Et clamabant voce magnâ, dicentes: Vſquequo Domine (ſanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terrâ.* Sanè animæ ſanctorum martyrum ex ardenti iuſtitiæ zelo, *iudicium* de ſuis iniuſtè perſecutoribus petere poſſunt à Deo oppreſſorum vindice, & ſupremo omnium iudice; Dei iudicio, non peccatores, ſed peccati regnum euertitur. *vindictam* autem, & acerbam vltionem, forſan non valdè decenter expeterent. An in cælo exleges ſunt ab illo Chriſti mandato: *Diligite inimicos veſtros: orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos?* Martyréſne, qui in terris velut inſenſibili patientiâ ſuſtinuerunt atrociores cruciatus, nunc in cælo quaſi moræ impatientes, ſeuerum à Deo *iudicium*, & peracerbam *vindictam* aduersùs iniuſtos, perſecutores expoſcant? Tantæne animis cæleſtibus iræ, & zelus vindictæ concitatior? Verùm S. Auguſtinus lib. 1. de Serm. Dom. in monte, cap. 42. hoc litigium componit, ſic S. Auguſtin. apud Cate. S.Th. fatus:

fatus: *Sed illud in Apocalypſi legimus, martyres orare vt vindicentur: ſed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, vtrùm contra ipſos homines, an contrà regnum peccati petierint? Nam ipſa & iuſtitia & miſericordia vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpeſſi ſunt: deſtruitur autem partim correctione, partim damnatione perſeuerantium in*
Paulus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. *peccato. Nonne tibi videtur Paulus in ſeipſo Stephanum vindicaſſe cùm dicit: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo?* Quid ſancti martyres à iudice Deo expeterent, niſi iuſtitiæ formam, & ſpectandam iudiciorum ideam? Nimirùm dum perſecutores ſuos, tot excidiorum reos ſiſtunt coràm ſupremo tribunali, non ipſos peccatores deſtrui poſcunt, ſed deſtrui regnum peccati expetunt: quod fit *partim correctione, partim damnatione*, ſi delictis pertinaciter hæreant immedicabili obſtinatione. Sceleri iraſcuntur, parcunt ſceleroſo dum vindictam ambiunt de commiſsâ offensâ, *correctionem* poſtulant; offenſori ignoſcunt. O bonum tribunalibus exemplar! non deſtruant peccatores; ſed *peccati regnum euertatur.*

3. 1.Reg.24. v.13. 1. Regum 24. egreſſo Saüle de ſpelæo. Dauid ibi cum Suis latitans, confeſtim egreditur: & oſtendens in manu ſuâ oram regiæ clamydis præciſæ in teſtimonium immeritæ veniæ: Animaduerte, inquit, quoniam non eſt in manu meâ malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem inſidiaris animæ meæ vt auferas eam. *Iudicet Dominus inter me & te, & vlciſcatur me Dominus ex te: manus autem mea nõ ſit in te.* Benè eſt, expetat Dauid vt Deus omnium iudex *iudicet* cauſſam cum inimiciſſimo Saüle; ſed quid eſt, quòd *vltionem* obnixè poſtulet? Sanè vltionis votum, non valdè ab vltione diſtat. Multis expoſitionibus hunc locum Interpretes
Cornelius. vexant. Noſter Cornelius in Apocalypſis cap. 6. v. 10. exiſtimat, quòd τὸ *vlciſcatur*, idem eſt, ac liberet me ex tuâ tam acri & obſtinatâ perſecutione: non enim imprecatur Saüli necem, & vltionem à Deo: ait enim: *Manus mea non ſit in te.* Quaſi dicat: Abſit vt te occidam, eſto habuerim te in manu meâ: non enim tibi mortem, ſed mihi à te liberationem exopto, & quæro: ſiue per tuam correctionem, ſiue emendationem, ſiue mutationem propoſiti quoquomodo id accidat. Quare mox verſ. 16. ſubdit: *Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet cauſſam meam, & eruat me de*
Dauid vindictam petens, emendationem Saülis, & liberationem ſuam expetit. *manu tuâ.* Quin & Saülis cædem à Philiſthinis perpetratam, funeſtè tulit, & ſciſſis veſtibus planxit. Audiendus eſt inibi Abulenſis q. 22. qui ita tempeſtiuè philoſophatur: *Alitèr dici poteſt, quòd Dauid non deſiderauit vindictam, quamquam verba ſua videantur hoc ſignificare: ſed accipitur ibi vindicta ſolùm pro iuſtitiâ, quam volebat fieri inter ſe & Saülem; & apparet per verba, quæ infrà replicantur: nam dicitur poſteà: Sit Dominus iudex inter me & te, & videat, & iudicet cauſſam meam: & eruat me de manu tuâ.* Itaque Dauid nimis afflictatus hoſtilitate Saülis, *iudicium* poſcit, *vindictam* non quærit; ſed vindictæ nomine ſuam liberationem ab iniuſto aggreſſore expetit. Cædem Saülis minimè negotiatur quàm à Philiſthinis perpetratam funeſtè tulit: vitam ergò Saüli vouet, interitum iniuſtæ hoſtilitatis cupit: ſoſpitatem ſibi à Deo quærit; non Regi,

ſed regiæ malitiæ excidium exoptat, ſiue correctione, ſiue emendatione, ſiue mitiori pœnâ id accidat. Sollerter autem aduertens Saül benignam peritiam Dauidis in iudicio præſcindentis interitum peccati à peccatoris interitu; & mortem ſceleris, à ſceleroſi morte; prudenti tunc coniecturâ, tunc quidèm certò ſuſpicatur Dauidem ad Iſraëlis regnum electum à Deo eſſe: tales enim Principes ac Iudices digniſſimi *Qui non peccatorem, ſed peccatum perſequitur, in Principem inauguratur à Deo.*
ſunt electione diuinâ. Exindè ſubdit: *Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſraël; iura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum poſt me.* Nempè ex tuis verbis ac factis certus ſum, quòd non expetis malorum, ſed malitiæ excidium: ne ergò tibi huius peritiæ votum excidat in principatu, ad quem idcircò à Deo inauguratus es: quare mecum emortuâ hâc inimicâ malitiâ, innoxia ſoboles mea, per te ſoſpes euadat, qui non cædem meam, ſed liberationem tuam negotiaris. 1.Reg 24. v.21.

Regius Propheta Pſalmo 2. ſub Chriſti Dei perſonâ, ſic loquitur: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. *Reges eos in virgâ ferreâ: & tamquam vas figuli confringes eos. Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* O dura Regum *eruditio*, eruta ex hoc gymnaſio regendi *in virgâ ferreâ!* Porrò vas teſtaceum virgâ ferreâ percuſſum, irreparabili perit ruinâ: hoc ne peracerbo & velut exitiali regimine, ad politicam gubernationem Principes *erudiendi* ſunt? Hæc regendi inſtitutio, de politiori cælorum œconomiâ venit? Ergò hanc ferream rationis ſeueritatem enucleatiùs emedullare oportet, & explorare an hæc virga ferrea malos, an malitiam confringat? peccatores conterat, an peccata? Græci Patres inibi in Commentario, ſic locum elucidant: *Reges eos in virgâ ferreâ. &c. Seuerior regendi ratio, virga nuncupata eſt, quâ peccatores & infirmi opus habent. Sed quis dat hereditatem vt conteratur ab herede?* Pater Deus is eſt, qui hereditatem daret Filio, vt eam ſceptri potentiâ conterat, confringat, & perdat? Filiúſne Deus, Patris ſapientia, traditum ſibi regnum perpetuò duraturum, virgâ ferreâ tamquam vas figuli confringat? Ergò Græci Patres poſtquam peritè addubitarunt: *Sed quis dat hereditatem vt conteratur ab herede?* ſcitè reſpondent: *Intelligendum itaque, contritionem etiam in quorumdam vtilitatem cedere, iuxta illud, Spiritus contribulatus. Conterendus igitur in nobis ſpiritus. Intelligamus etiam contritionem, quam Chriſtus operatur, dum id quod in nobis materiale ac terreſtre eſt, à paſſionibus ac malitia proprietatibus reſcindit. Quin etiam hoc de Gentilibus dictum, alio ſenſu non incongruum erit intelligere. Rexit enim illos in potenti regno ſuo atque contriuit, vt ipſos per regenerationem reformaret.* O moraliſſimam Rectoribus eruditionem, & peritiſſimam de ſcholâ cæli allatam politiam! Peccata tamquã vas figuli conterere; peccatores verò de inſpirata animitùs *contritione*, incolumes ſeruare, & in iuſtos refingere. Quod in hominibus *materiale ac terreſtre eſt, à paſſionibus ac malitia proprietatibus reſcindis*; & ſic conterere dicitur, quia reformat, ac refingit in alios ipſos,

Margin notes (right column): 4. Pſalmo 2. v.9.& 10. — Græci Patr. — *Virga ferrea non iniuſtos, ſed iniuſtitiam frangit, ac conterit.* — Pſal.88.v.33.

Digitized by Google

in peritioris politiæ officinâ, quæ non peccatores, ſed peccata debellat. Inſuper hâc virgâ ferreâ Gentiles confringuntur, dum abiuratâ
Hic verſ.12. idololatriâ in Chriſtianos reducuntur. Sic conteritur hîc Ruth nuper idololatra, dum excuſsâ Moabitidis ſuperſtitione, in fidelem Iſraëlitidem refingitur.

5. Seneca. Seneca lib. 2. de Irâ, cap. 28. ſic eloquentiſſimè pariter ac moraliſſimè fatur, & Iudices peritiſſimè erudit: *Is qui nullius non vxorem concupiſcit, & ſatis iuſtas cauſſas putat amandi, quòd aliena eſt, idem vxorem ſuam aſpici non vult: & fidei acerrimus exactor, eſt perfidus: & mendacia perſequitur, ipſe periurus: & litem ſibi inferri ægerrimè calumniator patitur. Aliena*
Sæpè Iudex non peccatis, ſed peccatoribus iraſcitur. Multa indè mala. *vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Indè eſt quòd tempeſtiua filij vitia, pater deterior filio caſtigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoſcit, qui nihil ſuæ negauit, & homicida tyrannus iraſcitur, & punit furta ſacrilegus.* (Vndè tot in iudiciis mōſtra? pergit) *Magna pars hominum eſt, quæ non peccatis iraſcitur, ſed peccatoribus. Faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos, Numquid & ipſi aliquid tale commiſimus? Numquid ſic errauimus?* Qui peccatis iraſcitur, in ſe etiam illa emendare feſtinat: qui iraſcitur peccatori, non longè abeſt ab iniuriatore.

---

§. CLVIII.

Dei timor velut eſſentialiter homini hærens, gehennâ gloriæ coronam recudit; Deum nobis præſentem facit, & Deus dicitur.

1. S. Nazianz. apud S. Maxim. Ser. 24. *Timor Dei hominem initiat.* Sapienter Nazianzenus: *A contemplatione*, inquit, *exordium non eſt ducendum, & in metu quaſi in extremo deſinendum: contemplatio enim freno caret, & fortaſſis præcipitem agat. Sed metu primùm quaſi initiatos purgatóſque, vel (vt ita dicam) attenuatos, ita in ſublime erigi conuenit.* Quaſi Dei timor hominem purget, initiet, conſecret attenuet; & indè terrenâ mole vacuum, in ſublime erigat, & cognatum cælo, cælique confinem reddat. *Frenum* eſt timor; qui interminatæ legis vigore, audaciores animos peritè cohibet. *Initium ſalutis humanæ* (ait Seuerianus) *eſt Domini metus: & omnium bonorum*
Seuerianus apud S. Max. ſuprà. *Lex per metum eſt omnium bonorum radix.* *quæ in nobis ſunt, radix eſt lex diuina: nec verò diuina lex caret metu, nec metus lege. Lex enim ad ea quæ præcipiuntur miniſtro vtitur metu: Metus autem eorum quæ iam præcepta ſunt iudicem habet legem.* Bona lex, quæ tamquam Iudex, miniſtro vtitur metu, & indè bonorum omnium eſt radix O altè hominibus hæreat Dei metus!

2. Pſal. 118. v. 120. S. Hierony. Sic Dauid occinit Pſal. 118. *Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.* S. Hieronymus hîc vertit: *Horripilauit à timore tuo caro mea.* Qui loquendi modus magnitudinem pauoris oſtendit. Verùm ſi timor in animo collocatur, cur eo carnes figi depoſcit? An expetit, vt timor ab extrinſeco tamquam clauus iniectus, dum animum figere contendit, priùs ſe per corpus immittat, vt ſic corpoream molem perforans & terebrans, compages & medullas traiiciens, vſque ad animam transfigendam ſubin-

tret? Addit Auguſtinus: *Quid eſt confige timore tuo? timui enim à iudiciis tuis. Si enim ti-* S. Auguſtin.
muerat, vel timebat, cur adhuc vt à timore ſuo ibi.
Deus configeret carnes ſuas, orabat? An addi ſibi volebat timorem, vt tantùm timeret quantùm ſufficeret? Timuit olim Dauid Deum, tunc etiam timebat animo pauente, & corpore ipſo pauidè inhorreſcente; ſed plus adhuc timere cupiebat, *vt tantum timeret, quantùm ſufficeret.* Sed quantùm timoris ſufficit, vt quantùm ſufficit Deus timeatur? Profundè Aëlredus Rhie- Aelredus.
uallenſis de Deo adſpectu ad humanum timorem, ita ſcribit, Serm. in Aduentu Domini: *Sic qui timebatur eſſentialiter, venit miſericorditer.* Quid eſt Deum *eſſentialiter* timeri? An quia non modò iuſtitia & ira Dei, & reliqua ſeueriora at- *Quomodo*
tributa; ſed etiam ipſa Dei *eſſentia* timenda *Deus dica-*
ſit? Sic vel ipſa Dei *eſſentia* humano timore co- *tur eſſentia-*
lenda eſt? An potiùs Deus ſeuerè iuſtus, & iu- *liter timen-*
ſtiſſimè iratus, *timendus eſſentialiter* ab homi- *dus?*
ne dicitur, quaſi Dei timor, vt tantus ſit, quantus ſufficit, & congruit, ſic debet eſſe hominibus velut connaturalis & medullitùs hęrens, corporique & animo conuiſceratus, ac ſi ab ipsâ hominis eſſentiâ flueret illámque plenius integraret? De *eſſentiâ* hominis eſt Deum timere?
an Dei timor *eſſentia* hominis eſt? *Deum time,* Eccle. 12.
& mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis ho- v. 13.
mo, ait Salomon. Hinc Dauid animo & corpore expoſcit Deum timere, Deíque timorem ſibi animitùs conuiſcerare, *vt tantum timeret, quantum ſufficit*, quò Deum *timeat eſſentialiter*; non phyſicâ, ſed ethicâ eſſentiâ, quæ & piam vitam, & vitæ perfectionem informet.

Regius Vates Pſal. 102. ſic diuinæ pietati oc- 3.
cinit: Benedic anima mea Domino, & noli obli- Pſalm. 102.
uiſci omnes retributiones eius: qui propitiatur v. 4.
omnibus iniquitatibus tuis. Qui redimit de interitu vitam tuam: *Qui coronat te in miſericordiâ & miſerationibus.* Quæ eſt hæc corona, quâ *Noſtra coro-*
homines Deus miſeratione coronat? Didymus *næ materia*
inibi in Græcorum Patrum Catenâ: *Qui coro-* *eſt miſeri-*
nat te in miſericordiâ & miſerationibus: Quippè *cordia.* Didymus.
coronæ materia eſt miſericordia & miſeratio. Sicut enim alij coronam iuſtitiæ, & immarceſcibilem gloriæ coronam percipiunt ex iuſtitiâ rectâque gloriâ contextam: ſic etiam tu ex miſericordiâ & miſerationibus coronaberis. Nempè corona, quam hîc Propheta expoſcit, ex miſerationibus materiata eſt, & ex miſericordiâ contexitur; quaſi alia ſit corona, quam acerbior diuinæ iuſtitiæ *Ex gehennæ*
rigor, & horribilis indè metus incuſſus è diuer- *metu gloriæ*
ſo conflet. Quâ de re audiendus eſt Chryſoſto- *corona materiata eſt.*
mus ita fatus: *Non tantùm efficere poteſt oratio,* S. Chryſoſt.
quantùm efficit metus: nam gehennæ metus nobis apud S. Maxim. Ser. 24.
regni affert coronam. Parùm foret, quòd Dei timor præferatur orationi, orationi inquam, quæ eſt omnium virtutum promptuarium; niſi etiam iſtiuſmodi metus, è pœnaliſſimo gehennę horrore, regni cæleſtis coronã efficiat. Sanè miriſſimũ eſt, quòd diuini timoris artificio, gehenna horrore deteſtata, empyreæ gloriæ coronas conflet. Apud Dauidem *coronæ materia eſt miſericordia & miſeratio*; apud Chryſoſtomũ verò *gehennæ metus nobis regni affert coronã*, quaſi in timoris mirâ opificinâ auerſatæ gehennæ pauidus horror, coronam beatæ glorię contexat. O fabricemus coronã iuſtitiæ, arguto infernalis incendij horrore!

Idem Pſalmographus, tamquam diuini ti- 4.

moris ſequeſter, ita pangit: Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt.* (Pſal. 72. v. 27.) Et quomodò poteſt homo à Deo elongari, & rurſus Deo approximari? an non id vetat elogium diuinæ eſſentiæ, quæ per immenſitatis attributum, vbique præſentiſſima eſt? Doctè inibi Didymus (Didymus.) in Catenâ: *Nemo localiter recedit à Deo, qui non eſt in loco, ſed affectu iniquitas & malitia longè à iuſtitiâ ac bonitate, quam peſſundant, diſtare intelliguntur; ſicut è contrà ſalutare eſt Deo per virtutis aſſumptionem appropinquare.* Sed non explicat Didymus quo pacto homo qui à Deo ſe elongat, illi poſſit appropinquare. Sanè ſicut elongatio ab immenſo Deo, monſtrum naturæ eſt; ita ad eum appropinquatio, arcanum diuinioris gratiæ ſacramentum eſt. Quâ de re ſic philoſophatur Aëlredus (Aëlredus.), Serm. in Aduentu Domini, tractans quomodò ad nos venire potuerit: *Sed quomodò*, inquit, *aut quò venturus eſt, vel venit?* (Ierem. 23. v. 24.) *nempè vox eius eſt: Cælum & terram ego impleo. Quomodò igitur ad cælum venit, vel ad terram, qui cælum implet & terram? Audi Euangelium: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt,* (Ioan. 1. v. 10.) *& mundus eum non cognouit.* (Nota penſiculatiùs quæ ſubtexit verba) *Ergò & præſens erat & abſens. Præſens, quia in mundo erat; abſens, quia mundus eum non cognouit. Non eſt longè (ait Apoſtolus) ab vnoquoque noſtrum: in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus: & tamen, longè à peccatoribus ſalus. Propè erat per eſſentiam, longè per gratiam. Quomodò non longè? qui nec agnoſcebatur, nec timebatur?* (*Ad timoris arbitrium, hominibus Deus aut abeſt, aut adeſt?* Actor. 7. v. 27. & 28. Pſal. 118. v. 155.) O grande diuini timoris ſacramentum! Scilicet Deus etſi de immenſitatis elogio habeat, quòd non longè ſit ab vnoquoque noſtrum; tamen Deus, vbi deeſt timor, abeſſe dicitur per hominis à ſe elongationem: ſi autem Dei metus rurſùs adſit, adeſt etiam præſentiſſimè Deus; quaſi de ſui timore, hominibus confeſtim præſentetur. O bonus Dei timor, qui ſi abſit, pariter abeſt Deus; ſi verò adſit, ſtatim Deus adeſſe perhibetur; quaſi perindè ſit, præſentia timoris, ac præſentia Dei. O! ſic ad timoris arbitrium, Deus abeſſe, aut adeſſe hominibus dicitur?

5. (Geneſ. 31. v. 42.) Geneſ. 31. ſupellectilis ſcrupuloſam permoleſtè ſcrutationem, peracerbè tulit Iacob, & recentans ſuperioris ſoceri Laban iniurias, de eis querulus cum iurgio expoſtulat; & tandem concludit: *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac, affuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes.* Quis eſt iſte Iſaaci parentis timor, cui ſui ac ſuorum incolumitatem Iacobus adſcribit? (*Timore humano Deus emphaticè ſignificatur.*) Citò dicam cum communi Interpretum, Deus ipſe qui fuit Deus Abraham, vocatur *timor Iſaac.* Quaſi dicat: Deus quem coluit Abraham, & quem *timuit* Iſaac, quaſi ſummum numen, ac omnipotentem maieſtatem. Sed cur Deus pauidè timendus, Iſaaci ſeu hominis *timor* nominatur? Hunc locum ſic ibidèm elucidat Lipomanus (Lipoman. Iſaiæ 8. v. 13.): *Et pauorem*, ait, *Iſaac, id eſt, eumdemmet Deum, quem ſuper omnia pater eius timebat, de quo loquitur Iſaias: Dominum exercituum ſanctificate, ipſe timor veſter, & ipſe tremor veſter. Et vt quàm ſummè timendus Deus ſit, quàmque ſuper omnia eum timuerit Iſaac, inſinuet, dicit quaſi in abſtracto, Niſi timor Iſaac affuiſſet.* Ecce tibi ſummum cæli numen, omnipotens Dei auctoritas, & Deus pauidè metuendus; Iſaaci; id eſt, hominis *timore* ſententioſè deſignatur; quaſi perfectus hominum timor, ſummi ac omnipotentis elogia quodammodò æmulari videatur. Porrò ſic Deus animitùs adeſt homini timenti Deum, vt quaſi cum timore Dei elogia homo velut participaret, & nominis vicem reciprocet, & Deus ſummè timendus, humani *timoris* nomine nuncupetur; ac ſi cum nominis participio, rei omnipotentiam quodammodo mutuaret. Quid exeggaratius?

6. (1. Petri. 5. v. 8.) 1. Pet. 5. ſic Apoſtol. fideles hortatur: *Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter Diabolus tàquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Hanc ſæuè implacabilem Diabolorum aduersùs homines hoſtilitatem, modò apertâ vi, ſæpiùs fraude, ſic tradit Auguſtinus ad Iulianum (S. Auguſtin. *Improba Diabolorum hoſtilitas.*): *Diabolus*, inquit, *Doctor mendacij, ipſe eſt aduerſarius effectus generis noſtri, inuentor mortis, ſuperbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium vitiorum, perſuaſor turpium voluptatum.* Verùm tanta eſt diuini timoris vis, vt hanc ſceleroſæ hoſtilitatis officinam, in virtutum omnium promptuarium è peruerſo recudat. Quod his verbis eleganter edisſerit Chryſoſtomus (S. Chryſoſt. apud Ant. in Meliſſ. l. 5. Ser. 66.): *Multorum*, inquit, *nobis bonorum, ſi velimus, cauſa fit Diabolus: metuentes enim inſidias eius, ſobrij ſumus & memores Dei. Nam qui videt inſtantem hoſtem, ad illum confugit, qui poteſt opem ferre.* (*Timoris arbitrio, multorum nobis bonorum cauſſa fit Diabolus.*) Nimirùm timoris arbitrio infernales Diabolorum phalanges vocantur auxiliares; & è diuerſo homo præſidium adſciſcit, vndè credi poterat detriumphatus. Porrò *multorum nobis bonorum, cauſſa ſit Diabolus: metuentes enim inſidias eius*, & exitialem pertinaciter hoſtilitatem, & ſtrages quas ſemper edidit, *ſobrij ſumus, & memores Dei. Nam qui videt inſtantem hoſtem, ad illum confugit, qui poteſt opem ferre.* Quare Boozus hîc hanc ob rem egregiè Rutham dilaudat, illique Deum largè beneficum, & tutò auxiliatorem apprecatur, aiens: Nunciata ſunt mihi omnia quæ feceris; & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in quâ nata es, & veneris ad populum, quem anteà neſciebas. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo,* (Hic verſ. 12.) *& plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, ſed ſub cuius confugiſti alas.* Quæ ſub Dei *confugit alas*, timore duce, *ad illum confugit, qui poteſt opem ferre.* O, bono timoris magiſterio, humanarum calamitatum aſylum perquiramus.

---

§. CLIX.

Dei indulgentia dum peccata diſſimulans, peccatores humanâ felicitate cumulat, minæ ſunt acerbioris æternùm iracundiæ.

1. (S. Hierony. S. in finem c. 8. Ezechi. Matth. 6. v. 10.) SApienter Hieronymus: *Qui non intelligunt,* inquit, *quid ſibi proſit, & orant frequenter contraria, expedit eis vt non exaudiantur à Domino. Vndè & in oratione Dominicâ dicitur: Fiat voluntas tua; non voluntas noſtra, quæ errare conſueuit; ſed voluntas tua, quæ futura cognoſcit: magnaque interdùm felicitatis eſt, ad præſens*

ſens miſericordiam non mereri. Præluſtris ſanè hæc morum gnome eſt, è diuerſo arcanè auxiliaris: *Magna interdùm felicitatis eſt, ad præſens miſericordiam non mereri.* Heu! plerumque quæ nobis hianter optamus, inimicorum potiùs vota forent! Pecus ad victimam vberiùs ſaginatur & adipatur: deſtinam ſæpè portat, in quem mundialis proſperitas toto pondere incumbit. Si ſapis, dum tibi inceſſanter adridet fortuna, in continuâ felicitate, humani infortunij neſciâ; irati Numinis notas haud dubiis deſcriptas characteribus legere licet. O quoties benignior Dei indulgentia iras nutrit! Non merita indulgentia pœnalioris ſupplicij omen eſt. Tribulationis ignis ſcoriam deſpumat, vt defæcatum meritorum metallum empyreo fulgore præniteat. Caue à Dei iuſtâ ira; ab eius etiam immeritâ indulgentiâ caue. *Magna interdùm felicitatis eſt, ad præſens miſericordiam non mereri.*

Magna interdùm felicitatis eſt. Dei miſericordiam ad præſens non mereri?

2. Ieremiæ 7. hæ minæ è Dei ore ſcintillant: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Quæ Prophetæ verba elucidans Galfridus apud Tilmannum ibi, ſic ſubtiliter addubitat: *Quæ ſunt iſta verba mendacij, in quibus nos Propheta confidere prohibet? Primum quidèm non videntur verba, ſed verbũ vnum tertiò repetitum. Et ſi propter repetitionem verba dicuntur, quomodò verba mendacij? Nonne enim templum Domini eſt Eccleſia Chriſti? Templum Domini illud etiam quod Salomon ædificauit ſuo tempore fuit?* Et poſtquam id ad impia Sacerdotum ſcelera hactenus impunita retulit, ſubdit ad rem: *Et quomodò, inquies,* Deus *curare credendus eſt, quod tandiu tolerat, & diſſimulat? ô ſi ſcires quàm longa eſt vltio, breuis tibi diſſimulatio videretur. Diſſimulat ad pœnitentiam: tu verò tibi potiùs iram theſaurizas. Aut fortè ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret, & tibi parcet, qui peccatoribus Angelis non pepercit?* Diu diſſimulat Deus, adeò vt perſpicaciæ ſuæ quodammodò detrahere videatur, ſuæ prouidentiæ velut iniurius. Sed tandèm eò iuſtior acerbiùs puniet, quò hactenùs indulgentior extiterit. Longa videtur in diſſimulando cunctatio, in proſperando diſſimulatio; ſed quæ pœnaliſſimam gehennæ æternitatem defendit, iuſtificat, conſecrat. Non ſuæ prouidentiæ hæc mora detrahit; ſed longâ immeritæ pietatis indulgentia, de acerbiori iuſtitiâ vindicias agit; cum homo de longo tempore ad pœnitentiam indulgenter conceſſo, commeatum delinquendi perperam fecit. *O ſi ſcires quàm longa eſt vltio, breuis tibi diſſimulatio videretur!* Quod videtur ad tempus detrahi diuinæ perſpicaciæ ac prouidentiæ, diuinæ ęternùm iuſtitiæ cumulatiùs adiicitur. O hic ſecet, hìc vrat Deus, vt in æternum parcat: nam quos diligit, arguit, & caſtigat. Temporalis Dei ira, æternaturam veniam, & beatam æternitatem fauſtè ominatur.

Ierem. 7. v.4.

Galfridus.

Longior Dei diſſimulatio, æternam vltionem meditatur, & apparat.

3. Marci 3. ingreditur Ieſus in Synagogam, & erat ibi homo, cuius manus dextera erat arida. Phariſæi autem obſeruabant eum, ſi in ſabbatis curaſſet. Et ait homini habenti manum aridam: ſurge in medium. Et dicit eis: Licet ſabbatis benè facere, an malè? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant. *Et circumſpiciens eos cum irâ, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.* Stolida ſanè Phariſæorum inuidia, quæ ſalutaria verba in ſabbatis calumniatur. Mira Domini poteſtas, qui non appoſitis herbarum ſuccis, non pigmentorum medicaminibus colligatis, ſed verbo iubens, vigorem præcipiens, virentem aridæ manui refudit ſanitatem. Nec mirum ſi arentem reparauit dexteram, qui totum corpus de arenti puluere procreauit. Auctorem ſuum plaſma cognoſcit, & obſequitur ei particula, cui totum ſe deberet in maſsâ. O bona Chriſti ira, quâ mirior beneficentia prouulgatur! Eleganter Ambroſius Serm. 8. ita ſuper hâc re ad rem præſentem philoſophatur: *Et circumſpiciens eos cum irâ, ait homini: Extende manum tuam,* &c. *Ira, inquam, ſicut ait Euangeliſta, reſtituit vigorem dexteræ: vndè intelligimus, qualis Dominicæ benignitatis ſit ſanitas, cuius indignationis talis eſt medicina. Aut quemadmodùm placatus prodeſt, qui ita miſeretur iratus.* O ſalutaris Dei ira, quæ dexteræ reſtituit vigorem! ô arcanè benefica Chriſti Dei aduerſus homines indignatio, quæ dexteram illi porrigit, & iracundiæ ſpecie medetur! Acerbiùs indignari videtur, cùm infelicitates humanas fulgurat; ſed tuam aridam manum ad opera virtutum arentem, & meritorum ſterilem, extendit ad pietatem, & ad omnes ſanctitates fœcundat. O qualis erit *placatus* per pœnitentiam, quam longâ diſſimulatione prætendit, *qui ita miſeretur iratus!* O timenda diuturnior Dei indulgentia, felicitatibus humanis abundè fœta! ô hìc expetenda Dei ira, æternæ felicitatis præſaga! *Magna interdùm felicitatis eſt, ad præſens miſericordiam non mereri.* O contriſtet, te tibi ſemper adridens fortuna! Si eam ambis de proſpero, time de infauſto. Benè Ruth, vidua, paupercula, extorris, ſpicilega, & perdiu improſpera: tandèm ſub Dei alis foueri, & largiùs felicitari promeruit.

Marci 3. v.5.

S. Ambroſ.

Deus largè miſeretur iratus.

Hic verſ. 12.

4. Geneſeos 3. Adam creatur vir, & puerili gulæ lenocinio ſtatim delinquit, & crudum mortis pomum adhuc in poſteris ructat. Præter mortalitatis pœnam, quam præuaricando incurrit, hæc audit è Dei ore: Quia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex eâ cunctis diebus vitæ tuæ. In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo,*&c. poſt recentem damnationis ſententiam, & prima æſtuantis agriculturæ rudimenta, Adæ ſoboles numero vaſta, opimis terræ fructibus ſatur, longæuitate annoſior, deliciarum blandimento affluens, veneris cupidine ſalacior; exilium in patriam conuerterat; & quaſi reſciſſa, aut intermiſſa, aut potiùs mitigata foret ſententia, mundialibus bonis feliciter fruebatur. O felicitas diuturnior, vt ſcelerum matrix, ita & infelicitatum minæ & calamitatis augurium! Præſtaret iratum Deum conſtanter pati, quàm ipſo ſupplicium mitigante, felicitate diffluí. Alto ſtylo Tertullianus ſic de hâc re ſcribit: *Deus poſt tot ac tanta delicta humanæ temeritatis, à principe generis Adam auſpicata: poſt condemnatum hominem cum ſeculi dote, poſt eiectum paradiſo mortique ſubiectum: cùm rurſus ad ſuam miſericordiam maturaſſet, iam indè in ſemetipſo pœnitentiam dedicauit, reſciſſâ ſententiâ irarum priſtinarum.* Profundè quidèm ait Tertullianus, Deum poſt

Geneſ. 3. v.17.

Tertull. l. de Pœnit. c.2.

recens fulminatæ ſententiæ iras, & iuſtitiæ rigores, dum velut mitigatâ ſententiâ, humanam hominibus felicitatem adnuit, *ad ſuam miſericordiam matu aſſe*; vel, vt Beatus Rhenanus notanter excribit, *ad ſuam miſericordiam erravíſſet*, vel *inerrauiſſet*. Loquitur antropopat.. s (ſicut dicitur pœnitere & iraſci: alioqui procul à Deo error) Scilicet hic velut error Dei, ex irâ maturantis ad miſericordiam, eſt pulchra opportunè antitheſis, & ſententiæ emphaſis. Deus enim cùm maximè iratus videtur hominibus, illis calamitates diſpenſans, tunc maximè miſericors & pius exiſtit. Quandò verò ab iſtiuſmodi irâ abſtinet, & indulgentiùs mulcet, & eximiè miſericors videtur; tunc, tunc quidèm infelices peccatores iratus eſt, atque iuſtitiæ rigores ſeueriùs exercet: ſeductrice enim felicitate ipſi perperam decipiunt ſeſe. Quare nimis ethicè Tertullianus, cùm de Deo ait, quòd ab irâ ſeu iuſtitiâ, quæ in homines rigores exercebat, *ad miſericordiam maturaſſet*, vt moralitatis emphaſim proderet, dicit *erraſſe ad miſericordiam*; nam potiùs ad iram & iuſtitiam iuit. cùm ſic ad miſericodiam feſtinauit. *Errare* autem dicitur, non quia Deus vllatenùs *erret*, ſed quia indè homines arripiunt occaſionem *errandi*; dum ſeriò putant humanam felicitatem diu peccatores proſperantem, à miſericordiâ diuinâ eſſe, & non potiùs ab irâ Dei, & eius diſtrictiori iuſtitiâ. cunctatur Deus ad hominis pœnitentiam, non ſeducit ad impunitatem. O diuinæ miſericordiæ, & humanæ felicitatis abuſum! *Abſit vt aliquis ita interpretetur, quaſi.... redundantia clementiæ cæleſtis. libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcircò deterior ſit, quia Deus melior eſt.*

Rhenanus ibi.

Quo ſenſu dicatur Deus ab ira ad miſericordiam inerraſſe.

Nemo idcircò deterior ſit, quia Deus melior eſt, beneficentior eſt.

Tertull. l. de pœn. cap 7.

5. Regius Propheta Pſal. 9. ſic pangit: laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. *Exacerbauit Dominum peccator: ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.* Plures è Commetatoribus *τὸ iræ ſuæ*, referunt ad peccatorem, qui Deum impiis ſceleribus exacerbauit: Auguſtinus ſecutus alios, & quem alij ſequuntur, ad Deum refert, ita præfata verba elucidans: *Irritauit Dominum peccator. Nemo gratuletur homini qui proſperatur in viâ ſuâ: cuius peccatis deeſt vltor, & adeſt laudator. Maior hæc ira Domini eſt. Irritauit enim Dominum peccator, vt iſta patiatur, id eſt, vt correptionis flagella non patiatur, Irritauit Dominum peccator. Secundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret. Multùm iraſcitur dum non exquirit, dum quaſi obliuiſcitur, & non attendit peccata, & per fraudes, & ſcelera ad diuitias honoréſque perueniuntur.... Auferuntur indicia à facie eius. Animus enim male ſibi conſcius, dum ſibi videtur nullam pœnam pati, credit quòd non iudicet Deus: & ſic auferuntur indicia Dei à facie eius, cùm hæc ipſa ſit magna damnatio.* Veriſſimè pariter ac moraliſſimè Auguſtinus. Nimirùm dum immerita felicitas peccatoris, Dei iudicium auferre præſumit, illud potentiùs armat, atque citiùs accerſit, iam indè prædamnatus. Ergà hos enim *cenſura Dei inexorabilis eſt.* O Dei patientiam, quam humana iniquitas in diuinæ maieſtatis contumeliam malè interpretatur! *Suſtinet* Deus *ingratiſſimas nationes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie inſoleſcentem, vt ſuâ ſibi patientiâ detrahat. Plures enim Domino idcircò non credunt, quia ſeculo iratum tandiu neſciunt*, ait Tertullianus. Quaſi ita Dei ſit lenocinium fidei, & fides diuinæ iracundiæ ſtipendium.

Pſal. 9. v. 25. aliàs. 4.

S. Aug. ibi.

Multùm iraſcitur Deus, cum ad hominum peccata non videtur attendere.

Num Deus ſua ſibi patientia detrahit?

Saluian. de Guber. l. 1.

Tertull. l. de Patient. c 2.

---

§. CLX.

Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos quos emaculet.

SAnct. Bernard. Serm. in Natali Ioan. Baptiſtæ, ita ſcribit: Oſtendit igitur Ioannes quia venit Deus, quia ſponſus, quia agnus. Quia Deus, certum eſt quòd peccata remittere poſſit. Sed vtrùm velit, adhuc in quæſtione eſt. Vult profectò, quia ſponſus eſt, quia amabilis eſt. *Et licèt velit glorioſam ſponſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, non tamen quærit talem. Vbi enim illam inueniet? Sed talem potius ipſe facit, talem ſibi exhibet ipſe....* Sed fortaſſis timeas eam, quam facere venit delictorum purgationem, ne vſtione & ſciſſione oſſa & medullas oſſium collidat, ne dolorem inferat morte grauiorem. Audi, agnus eſt, in manſuetudine venit cum lanâ & lacte, ſolo verbo iuſtificans impium. Tantùm, inquit, dic verbo, & ſanabitur puer meus. Vt quid ergò deinceps hæſitamus, & non *omni fiduciâ ad thronum gloriæ aſcendamus.* Itaque Chriſtus Deus non quærit immaculatos, ſed ſordidos quos emaculet; quod non inuenit, ipſe facit; quæ eſt ſumptuoſior eius gloria; & acre humanæ fiduciæ calcar. 1.

S. Bernar.

Chriſtus non quærit immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet.

Matthæi 9. Chriſtus Deus ipſius Matthæi conuiua, cum Publicanis amicè diſcumbit. De familiari cum publicanis & peccatoribus commercio obmurmurant Phariſæi, & detractionis zelo pietates ambitioſè venditant. Quibus reſpondet Chriſtus ſui aduentûs finem euulgans: Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Quid peccatoribus adulantius, quàm vt Chriſtus illos præſertim ad ſe vocaturus veniſſe dicatur, potiùs quàm iuſtos? Quid? Iuſti à Chriſto Deo negligi videntur: Sapienter Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euang. cap. 27. hàc ſuper re ita ſcribit: *Marcus quoque & Lucas eandem* (cum Matthæo) *ſententiam tenuerunt. Lucas autem cùm dixiſſet: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores, addidit, In pœnitentiam: quod ad explanandam ſententiam valet, ne quiſquam peccatores, ob hoc ipſum quòd peccatores ſunt, diligi arbitrentur à Domino.* O cautela opportuniſſima, digniſſimáque quæ ex Lucæ Euangel o ab Auguſtino adnotaretur! Nimirùm ſic ergà peccatores beneuolè affectus ſeſe Chriſtus exhibebat, vt cautione opus fuerit, *ne quiſquam peccatores, ob hoc ipſum quòd peccatores ſunt, diligi arbitrentur à Domino.* Procùl à Deo, qui ſumma bonitas eſt, de hominum iniquitate complacentia: imò & quò magis eſt iniquitas ſibi odioſa, & homini pernicioſa, eò blandiori beneficio peccatores ad ſe allicit, vt in beneuolentiæ officinâ, peccatores reformet, & in iuſtos refingat. Adeò vt in exhibitis beneuolentiæ documentis, cautelam obtendat, ne in peccatoribus ipſam Chriſtus iniquitatem diligere videatur. Quid exaggeratius? 2.

Matth. 9. verſ. 13.

S. Auguſt.

Lucæ 5. verſ. 32.

Cautela opus eſt, ne putetur Chriſtus peccatorum iniquitatem diligere.

Præte

Math. 9. 1. 12.

3\. Prætereunda autem non ſunt innotata, quæ elucidatæ ſententiæ verba præcedunt: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus.* Tolle morbos, tolle vulnera, nec opus erit medicò: tolle ſimiliter peccati ægritudinem, nec opus erit Chriſto, qui peccatoribus mederi venit:

S. Auguſt. Ser. 9. de ver. Apoſt.

Chriſtus ipſo ſanguine ſuo, quem ægroti fundūt ægrotos ſanat.

Magnus (ait Auguſtinus) *de cælo venit medicus, quia magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. . . . Homines deſperatè ægrotabant, & ipſa ægritudine quâ mentes perdiderant, etiam medicum cædebant, quin & occidebant: ille autem etiam cum occideretur, medicus erat; vapulabat, & curabat, patiebatur phreneticum, nec deſerebat ægrotum: tenebatur, alligabatur, percutiebatur, irridebatur, & medicus erat. Agnoſcis phreneticos, agnoſce & medicum: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Illi perditâ mente ſæuiebant, & medici ſanguinem ſæuiendo fundebant; ille autem etiam de ipſo ſanguine ſuo ægrotis medicamenta faciebat.* Quid è peruerſo amantius?

Iſaiæ 35. v. 8.

4\. Iſaiæ 35. ſic antedicit Vates: Dicite puſillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus veſter veniet, & ſaluabit vos. *Et erit tibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit nobis directa via, ita vt ſtulti non errent per eam.* Benè eſt; via ad cælum, quam Chriſtus oſtendit, & ſanguine ſuo complanauit ac ſtrauit, & fidei ac gratiæ fulgoribus illuminauit; via directa ſit, quâ vnice in cælum itur: quo autem pacto ſic *ſancta* dicitur, vt *pollutus* non intret per eam?

Vverr. apud Tilm. ibi.

Chriſti via impollutos non inuenit, ſed facit.

Ibunt igitur polluti per aliam viam (ait Vuerricus) *Imò potiùs hac omnes, hac veniant, hac incedant. Immundis enim præcipuè Chriſtus hanc viam ſtrauit, qui venit quærere, & ſaluum facere quod perierat in viis ſeculi. Quid igitur? Tranſibit pollutus per viam ſanctam? Abſit. Veniat quantumlibet pollutus ad eam; non tamen tranſibit pollutus per eam: quia cùm tranſierit, iam pollutus non erit. Admittit quidem via ſancta pollutum, ſed ſtatim abluit admiſſum, quia diluit omne commiſſum.* Bona via, quam nobis ſtrauit Chriſtus, quæ impollutos non inuenit, ſed facit. Nemo quantumuis ſordidus, & peccatorum ſqualore fœdus, arcetur ab hâc viâ, quæ Chriſtus eſt, quæ recta ducit in cælum; non faſtidit eam ineuntium ſqualorem fœtidum, quæ in terris poſita, cælum fragrat. *Immundis præcipuè Chriſtus hanc viam ſtrauit, qui venit quærere, & ſaluum facere quod perierat in viis ſeculi*: qui *non venit vocare iuſtos, ſed peccatores.*

Math. 3. v. 16.

S. Chryſoſt.

S. Gregor.

Manſuetè peccatores excipit Chriſtus, vt habeat quos in iudicio ſaluet.

5\. Matthæi 3. baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aquâ: *Et ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper eum.* Quærunt Interpretes, cur Spritus-ſanctus in Chriſtum deſcenderit ſpecie columbæ, in Apoſtolos verò ſpecie ignis? Reſpondet Chryſoſtomus, quia Chriſtus venit in carnem & mundum manſuetus vt columba, ad redimendum peccata & ſoluendos peccatores. In die verò iudicij veniet vt ſeuerus iudex, puniturus impios per ignē. Chryſoſtomo annuit Gregorius homil. 30. in Euangelia, ſic fatus: *Sed quis eius* (Chriſti) *iuſtitiam ferret, ſi priuſquam nos per manſuetudinem colligeret, culpas noſtras per zelum rectitudinis examinare voluiſſet? homo ergò pro hominibus factus, mitem ſe hominibus præbuit. Noluit peccatores ferire, ſed colligere.* Intentiùs aduerte ad verba quæ ſubdit: *Priùs voluit manſuetè corripere, vt haberet quos poſtmodum in iudicio ſaluaret. In columbâ ergò ſuper eum apparere debuit Spiritus, qui non veniebat, vt peccata iam per zelum percuteret; ſed adhuc per manſuetudinem toleraret.* Sanè benignitas, quâ Chriſtus peccatores excipit, argutum prædeſtinatonis arbitrium eſt. Quos diſtrictioris iudicij die ſaluaret, niſi lenitatis blandimento illos priùs alliceret? Itaque beata cæli gloria, Dominicæ benignitati ſtipendium eſt. *Priùs voluit manſuetè corripere, vt haberet quos poſtmodùm in iudicio ſaluaret.* Vacuiſſet empyrea cæli gloria, ſi benignitas Chriſti ergà peccatores ceſſaſſet. Apoſitè Paullus ſe tanquam Dominicæ benignitatis ideam proponit, vt ad vitæ æternæ ſpem peccatores corrigantur: *Ideò* inquit, *miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam.*

1. ad Timoth. 1. v. 16.

S. Chryſoſt.

Peccatores exēplo Paulli ſperent à Deo veniā.

Quò alludere videtur Chryſoſtomus homi. 2. in Pſam. 50. *Si impius es*, inquit, *cogita publicanum, ſi immundus es, attende meretricem; ſi homicida es, perſpice latronem; ſi iniquus es, cogita blaſphemum, conſidera Paullum priùs perſecutorem, poſteà annunciatorem. Nolo mihi dicas: Blaſphemus ſum: nolo dicas: perſecutor ſum. Habes omnium oſtenſiones, in quem volueris portum confugito. vis in nouum? vis in veterem? In veteri Dauid, in nouo Paullus.* O bona Dominicæ benignitatis exemplaria, his propoſita, qui per ipſius patientiam & manſuetudinem peccatorum beneuolè exceptricem, *vitam æternam* exambiunt! Cum pronepote Dauide prodeat etiam Ruth in Dominicæ benignitatis ideam, quæ è Moabitide idololatrâ, & idololatriæ moribus innutritâ, alacris confugit ad Deum, *ſub cuius alis* excipitur & fouetur; tot virtutum incrementis aucta, vt tamquam Matronale exemplar Dei populo exinceps proponi meruerit. Hic verſ. 12.

Matth. 2. v. 14.

6\. Matthæi 2. delusâ à Magis Herodis vafritie, ad propria per aliam viam repedant. Et ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & Matrem eius nocte, & *fuge in Ægyptum.* Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. *Qui conſurgens accepit puerum & Matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum.* Dauid perſequente Saüle ad Iudæam confugit, fugientem vicinia recepit; vnius viduæ domus Eliæ ſuffecit ad latebras: Chriſto fugienti locus deeſt, prouincia deficit, non ſubuenit patria. Dum migrat, non vicinæ gentes, non finitimæ ſufficiunt regiones: ſed Ægypti triſtem locum, extorrem habitu, linguâ, moribus barbarum procuratur auxilium. Si rerum refugium fugit, auxilium lateſcit omnium. Si formidat fortitudo cunctorum, ſi ſe vniuerſorum defenſio non defenſat, quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, fortitudo culpatur? Quare vocatur in crimen Petrus qui negat, Ioannes qui expaueſcit, & fugit; Diſcipuli omnes quia deſerunt per pauorem? O velut indecora Chriſti Dei fuga, timoris ſuſpecta; ſed ſollicitæ pietatis ergà peccatores plena! Chryſoſtomus ſerm. 150. ſuper hâc Chriſti Dei fugâ, ſic ad rem eloquenter

philoſophatur: *Si pietatis eſſe diximus quod natus eſt Chriſtus, Chriſtus quod fugiſſe legitur, quid dicemus? Fortè ſicut natum diximus, vt repararet naturā dicamus, vt fugaces reuocaret aufugit. Et reuerà ſi vt reuocet errantem ouem, in montibus ipſe errat, quomodo ipſe non fugit, fugientes populos vt reducat?* Sanè fugitiua videtur imbecillitas; & diuinæ pietatis in peccatore quærendo, ſacramentū præſentat. Quod Chriſtus fugit, non pauoris puſillanimi, ſed magnanimæ ſollertiæ argumentum eſt. Non enim tam fugit, vt latebras inueniat, & minaces Regis iras declinet; quàm vt peccatores *fugaces reuocet, aufugit.* Tanto in pretio apud Chriſtum eſt, à ſe fugientes ad ſe reuocare, vt vel contumeliâ fugiendi, fugaces quærat; & fugiendo inuenit, quos niſi ipſe fugeret, perdidiſſet. Fugæ pretio, hominum inuentionem redimit. Sequax fugitiuorum ipſe etiam fugit, & eorum inuentum, pretioſum putat ſuæ fugæ ſtipendium. Sagax quæſitor, vt fugaces inueniat, fugit; qui etiam ſollicitus paſtor, vt erronem inueniat ouem, per montium auia pariter exerrare perhibetur. Qui errare non poteſt, parabolicum repræſentat errorem: & nunc ipſa Dei magnanima fortitudo, velut infirma ac puſillanimis fugit fugacium ſequax, vt fugaces reuocet. *Si vt reuocet errantem ouem, in montibus ipſe errat, quomodò ipſe non fugit, fugientes populos vt reducat?* Hem! ſic errones ac fugaces æſtimat Chriſtus?

Chriſtus fugere & errare dicitur, vt errones ac fugaces reuocet.

---

§. CLXI.

Pauper velut concupiſcentiā exemptus, quaſi naturæ Dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus.

1. B.Lau. Iuſtin. de Ligno vitæ c. 1. de Paup.

PIè B. Laurentius Iuſtinianus ita ſcribit: Paupertas ſpiritûs eſt cum ſpirituali intentione voluntaria abdicatio temporalium, eſt etiam quædam manuductrix in viâ quæ ducit ad cælum, vnctio athletica, & exercitatio magna & mirabilis. Eſt quoque portus tranquillitatis, nutrix confidentiæ, quietis fundamentum, orationis adiutorium, peregrinationis exhortatio, & perfectionis porta, ſine quâ nemo coràm Deo in ſpiritu diu perdurare poterit. Et cap. ſequenti pergit ſic fatus: Qui diſperdit temporalia, ad currendam cæleſtem patriam expeditus eſt. In obſeſsâ enim viâ pauperi pax eſt, *nibilque habere ſecularis concupiſcentiæ magna ſecuritas, quia qui nihil habet in mundo quod diligat, nihil eſt quod eum ab æternorum deſiderio impediat.* Ecce tibi pauper ſpiritu dicitur, *ſeculari concupiſcentiā* exemptus. O quàm eſt terrenorum exul, & confinis cælitibus, qui cum voluntario diuitiarum repudio, *ſecularem concupiſcentiam* repudiauit!

Pauper dicitur ſeculari concupiſcentiā exemptus.

2. Pſal.118. v.57. Græcus.

Purpuratus Vates Pſalm. 118. ſic altè modulatur: *Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam.* Græci codices addunt voculam *es*, quo locus explicatiùs de paupertate intelligitur. Scitè Euſebius in Græcorum Patr. Catenâ: *Portio mea es Domine. Is qui rebus ſecularibus nuncium remittit, & nullam in terrâ partem habet, neque iſtiuſmodi deſiderat, ſed præ omnibus contentus eſt Domino, dicet: Portio mea Dominus. Huic autem competit dicere: Dixi cuſtodire legem tuam, ſcilicet ſpiritualem: de quâ Paullus ait: Scimus enim quod lex ſpiritualis eſt, &c. Quomodò enim non cuſtodiat legē & mandata Domini, qui ipſum habet in portionem?* Sic perfectè pauper in corpore vel expers corporis eſt, in terris terræ exul, præmaturus cæli inquilinus, & in humanâ mortalitate immortalitatis candidatus, tamquam *ſeculari concupiſcentiā* exemptus! Eloquenter indidèm Ambroſius: *Quam rarus eſt in terris qui poteſt dicere, Portio mea Dominus! quàm alienus à vitiis, quàm ſegregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat commune cum ſeculo, nihil mundi huius vendicet ſibi, cui non ſit corporalium poſſeſſio cupiditatum, quem non inflammet libido non ſtimulet auaritia, non laſciuia effeminet, non luxuria decoloret, non ſternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua ſecularium negotiorum cura ſollicitet.* Ita quidèm rarus eſt: ſed quia rarus etiam eſt, qui perfectè ſit pauper ſpiritu, & verè dicere poſſit cum Prophetâ: *Portio mea es Domine.* Hic, hic inquam, quia *ſeculari concupiſcentiā* exemptus dicitur, pleno ore iſtiuſmodi verba vſurpare eualet. Hem! tantum perfectæ paupertati licet?

Euſeb. Cæſar.

Pauperi omnis lex dicitur ſpiritualis.

ad Rom. 7.4.14.

S.Ambroſ.

Perfecti pauperis rara perfectio eſt.

Adhuc emedullandus eſt præſcriptus Pſalmi locus, ſiquid moralis ſucci ad rem opportunè ſtillet: *Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam.* Forſan audaciuſculè præſumeret Dauid, quòd Deus ſit eius pars, ſeu poſſeſſio, ſiue hereditas. Deum totum in propriam hereditatem homo vindicet ſibi? Idcircò Græci Patres in Paraphraſi oppoſitum reddunt ſenſum: *Portio mea es Domine. Variata eſt hæc ſententia. nam vult dicere: Quia pars tua ſum ego. Loquitur iuxta dictum Moyſis. Cùm enim Moyſes multiplicem Dei ergà Iſraël prouidentiam declarare vellet, dixit hoc modo: Et factus eſt pars Domini Iſraël, funiculus hereditatis eius Iacob.* Scilicet contrarium ſenſum reddere coacti ſunt, ne veroſimile putarent quòd Propheta ambiret totum Deum ſibi arrogare. quaſi Deus foret Dauidis hereditas, Deúmque ipſe totum poſſideret. Verùm S. Ambroſius ibidèm, & locum intelligit cum communi Expoſitorum de eximiâ paupertate, quę rebus terrenis abdicatis, meretur in propriam poſſeſſionem Deum nanciſci, & velut præſumptionis audaciam ſic eleganter mitigat: *Portio mea Dominus. Cui,* inquit, *portio Deus eſt, totius naturæ poſſeſſor eſt effectus, videlicet totus quidam cum Domino Dominus.* Profundè quidèm de more Ambroſius! Nimirùm homo per ſpontaneam pauperiem, rerum omnium inops factus eſt, imò & bonorum omnium naturæ ſpes ac vota ſimul abdicauit, *ſeculari concupiſcentiā* magnanimiter exutus; exindè vltrà omnia naturalia bona ſublimis, *totius naturæ poſſeſſor effectus eſt, videlicet totus quidam cum Domino Dominus.* Itaque Deus dicitur portio ſeu hereditas pauperis, qui omnia naturæ bona, pro Deo reliquit, quia illa potiùs eiuſmodi abdicatione poſſidet, nec illorum eſt mancipium, ſed Dominus; imò & *cum Domino Dominus*, velut diuini conſors dominij, inopiâ ſuâ prædiues, & ſūptuoſiùs opulentus diuinioris dominij planè æmulus, perfectæ paupertatis priuilegio, quò fidentùs de ſe ac reliquis Apoſtolis dixit Paullus: *Tamquam nihil habentes,*

3. Pſal. 118. v. 57.

Græci Patres.

Deuter. 32. v. 9.

S.Ambroſ.

Perfectus pauper dicitur, totius naturæ cum Domino Dominus.

1. Cor. 6. v. 10.

Digitized by Google

habentes, & omnia poſſidentes. omnia, inquam, *videlicet totus quidam cum Domino Dominus.* Quod ex iam iam ex ipſo Ambroſio dicendis, arcanum hoc pauperum dominium plùs clarabitur.

4. Actor. 3. v.6. Actorum 3. mendicus ille claudicatione fœdâ ad portam Specioſam de mendicitate victitans, & ad obolum auidè hians; eleemoſynam à Petro hianter expetit; qui dum minutulam ſtipem quærit, integram ſalutem inuenit. *Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi: quod autē habeo, hoc tibi do: In nomine Ieſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Petrus inops cenſu, ſed inopiâ diues; qui benè relinquens omnia, omnia meliùs inuenit; obolum quem daret, non habebat, & tamquam naturæ Dominus, deſperatas ſanitates opulentiùs præbebat; & quaſi alter in terris Chriſtus naturæ præcipiebat. Pergit Ambroſius indidèm & hunc locum his verbis elucidat: *Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Ecce Petrus*, inquit, *ſub Chriſti nomine quaſi vnus Chriſtus, ac adeò omniū Dominus factus eſt, qui natura dāna reparabat. Quomodo ergo poterat natura damna ſentire?* Itaque Petrus inopiam præmittit miraculo, quò *naturæ poſſeſſor quidam cum Domino Dominus, ſub cuius nomine quaſi vnus Chriſtus*, pauper, Diſcipulus appareat. O! ſic pauper, alius ipſe Chriſtus eſt? Benè pauper, alter ipſe Chriſtus dicitur; qui ſic tranſparet in paupere, vt quod pauperi erogatur, Chriſtus acceperit. O ſtemma paupertatis auguſtiſſimum, toties in Euangeliis generoſè inſculptum!

Pauper de paupertatis priuilegio, alius ipſe Chriſtus dicitur.

S. Ambroſ. ſupra.

5. Matth. 19. v.27. Arabicus. Matthæi 19. locuples ille adoleſcens alioqui pius, dum nimis opibus adhæreſcit, triſtis diſceſſit à Chriſti ſcholâ. *Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergò erit nobis?* Arabicus: *Quid ergò propè eſt, vt ſit nobis? Quid*, ſcilicet præmij non tantùm in cælo, quod ſpe prægustemus; ſed nunc etiam, quo paupertatem nobilites. Nempè Petrus vt magis Diſcipulos exhilaret, rogat quæ & quanta eum, ceteróſque Apoſtolos Chriſtum pauperem ſequentes, merces & gloria maneat. Quaſi ipſe nil dignum inueniat, quantumuis cogitando audeat, quò ſpontaneam paupertatem æquè remuneret. Tam altam de paupertate mentem imbiberat! Quâ ſuper re audiendus eſt Balduinus apud Tilmannum, dum exponit ea eiuſdem Petri verba, *Argentum & aurum non eſt mihi.* &c. ſic fatus: *Digna vox principatu principis Apoſtolorum, principis Eccleſiæ. Quid Petro & auro? Nónne Petrus dixit: Nos reliquimus omnia, quid ergò erit nobis? De mercede quærenti, non aurum repromittitur vel argentum. Hæc enim contemnebat, quia in gloriâ egentium ſuperbiebat.* O pia Petri de paupertate *ſuperbia!* ſic piè effertur in rerum egeſtate, & penuriâ mundi, vt eiuſmodi gloriam, gloriæ tanti miraculi piâ elatione præmiſerit? Benè interrogat: *Ecce nos reliquimus omnia, quid ergò erit nobis?* non quia ambigit de præmij magnitudine, qui in ipsâ paupertate de paupertatis gloriâ piè *ſuperbit*; ſed vt præter præmium quod ipſe noſcit, auctarium Chriſtus ſupponat, quò Apoſtolos reliquos reddat alacres, & glorioſioris præmij ſpebus exhilaret. Bona Ruth, quaſi Euangelicâ doctrinâ præmaturè imbuta, ſuam cum patriâ hereditatem relinquit, & inops cenſu, religione diues, verum Deum inſequitur. Nec de vltroneâ erubeſcit pauperie, quam de ſpicilegij mendicitatibus palàm oſtentat, quaſi *in gloriâ egentium ſuperbiret.* Hic verſ. 11. Sic pauper ipſa Boozo diuiti placuit, eius nuptias promeruit, meruit & *Mater regni* dici, & in ſuâ ſobole Chriſtum Deum, paupertatis auctorem ac vindicem generare.

Petrus in piâ paupertatis gloria ſuperbus?

Tilmannus. Actor. 3. v.6.

6. Matth. 19. v. 29. Itaque interroganti Petro: Ecce nos reliquimus omnia, *quid ergò erit nobis?* Chriſtus reſpondit: Amen dico vobis, quod omnis, qui reliquerit domum, aut fratres. &c. aut agros propter nomen meum, *centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Magna olim & nunc lis eſt, quodnam ſit hoc *centuplum* iis, qui ſua pro Chriſto relinquunt, ab ipſo promiſſum? Multa multi, quæ plenâ manu Expoſitores offerunt vſque ad lectoris nauſeam. Singularis eſt expoſitio B. Laurentij Iuſtiniani in Ligno vitæ cap. 2. de Paupert. B. Laur. Iuſt. *Non* inquit, *ſanctus vir ideò terrena deſerit, vt hîc in hoc mundo poſſidere multiplicius poſſit; ſed per centenarium numerum, qui à Domino pauperibus omnia relinquentibus pollicetur, perfectio deſignatur; quia ſiquis propter Dei nomen temporalia contemnit, hic perfectionem mentis recipiet, vt ea non appetat, quæ contempſit. Centies verò recipit, quod dedit, qui perfectionis ſpiritum accipiens terrenis non indiget, & ſi hæc non habet.* Scilicet relinquenti omnia propter Chriſtum, præter vitam æternam, non hîc promittitur centenarium eorundem bonorum auctarium: neque enim idoneè remuneraretur amiſſio, rei amiſſæ multiplici augmento; nam malè augeret, quod benè relinquitur. Centupliciter autem derelictio bonorum muneratur, ſi à Deo accipit, *vt ea non appetat, quæ contempſit*: ſi cum deſertione bonorum, eorum concupiſcentiam excuſſerit, nec eorum appetentiam eorundem reſumendorum votum titillauerit. Quod perindè eſt ac paupertatem maiori paupertate præmiare, dum in paupere temporalium bonorum concupiſcentia extirpatur, ne exinceps centies aut milliès male appetat, quod ſemel benè contempſit. Opulentum ſanè foret hoc voluntariæ paupertatis præmium; ſed per nos ſtat, eo non cumulatiùs potiri.

Centuplum accipit, qui bona quæ contempſit, exinceps non appetit.

§. CLXII.

Deum vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum: indè immetata eius natura antitheſibus exponitur.

1. S. Auguſt. in Soliloq. DEus vera & ſumma vita eſt, in quo, & à quo & per quem bona ſunt omnia quæcumque ſunt. Deus à quo auerti, cadere; in quem conuerti, reſurgere; in quo manere, conſiſtere eſt; Deus à quo exire, mori; in quem redire, reuiuiſcere; in quo habitare viuere eſt. Deus quem nemo amittit, niſi deceptus; quem nemo quærit, niſi admonitus, quem nemo inuenit, niſi purgatus. Deus medicamentum eſt ægro, regula eſt prauo, lux eſt cæco, habitatio eſt erranti. Si eſuris, panis tibi eſt; ſi ſitis, potus tibi eſt; ſi nudus es, immortalitatis tibi veſtis eſt; ſi erras,

Deus hominibus totum eſt, omnia eſt.

Digitized by Google

Ruth.1.v.16 veritatis tibi via eſt; ſi periclitaris, aſylum tibi eſt. Si ſapis, Deus totum eſt. Hunc cum Ruthâ quære,& inuenire feſtina,ſi fortè inuenias:Deum enim vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum.

2. Ruth Moabiticis erroribus à cunis enutrita, & auitis ſuperſtitionibus profanè imbuta; vera veri Dei cognitione viduata, viduatur charo marito & ſocero Elimelecho de cælis attonito, de opinatâ quâdam Solis ſtitione. Remanet, ſola, vidua, paupercula; indè Iſraëliticæ religionis proſelyta inauguratur. Viam cũ ſocru Noëmi capeſſit propè obſtinato animo; & abiuratâ Idololatriâ ad verum Deum ſapienter cõfugit. Sic enim Rutham Boozus affatur: *Reddat tibi Dominus opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.* Quaſi fuga ab Idololatriæ inſaniâ, & Iſraëlitici Dei notio, timori Dei Boozus adſcribat. Sicut enim pullus rapacis milui metu concuſſus, ſub gallinæ alas confugit; ſic Rutha ad veri Dei notiam, & religioſum cultum, timore ducta perhibetur. Alto ſtylo Nazianzenus Theologiæ antiſtes, Orat. 49. quæ eſt de Fide, ita Deum deſcribit: *Certè hoc eſt Deus, quod cùm dicitur, non poteſt dici; cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari, cùm definitur, ipſâ definitione creſcit* (Nota attentiùs quæ ſubiicit verba:) *quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt.* O benè! Scilicet Deus ſic immeratè perfectus eſt, & vltrà humanæ mentis captum præcelſus, vt cùm dicitur, non poſſit dici; vt cùm æſtimatur, æſtimari non poſſit; cùm definitur, ipſi ſe definitioni ſubripiat, & illius longè metas excellat: at Dei timor, ſic ad Dei notionem mentem inoculat, vt Deum, *quem omnia neſciunt, metuendo ſciant.* O perſpicaciſſimum à Dei timore collyrium! O timoris myſterium ſublimiſſimè arcanum! *Quem omnia neſciunt, metuendo ſciunt?* Sic obſequium timoris Dei,Dei notioni obſequenter adulatur? Arbitrium Dei cognoſcendi, Dei timendi ſacramentum eſt. Cùm hæc de Deo dicimus, verbáne damus? an aliquid rei his verbis ſubeſt? *Certè hoc eſt, Deus, quod cum dicitur, non poteſt dici.* &c. Deum enim vis magnitudinis, & notum hominibus obiecit, & ignotum; ſed timore noſcendum.

Hic v. 12.

S. Nazianz.

Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt.

Regius Pſaltes ſic profundè de Deo pangit:
3. Inclinauit cælos, & deſcendit: *& caligo ſub pedibus eius.* Eſto, Dei pedes caligine obſcurentur; at faciem intueri humanæ mentis acies eualebit. Subdit autem. *Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius.* Quæ Prophetæ verba ſic inibi Græci Patres exponunt: *Illud, Poſuit tenebras latibulum ſuum, naturæ inuiſibilitatem: illud verò, In circuitu eius tabernaculum eius, lucem quæ circà ipſum eſt.* Profectò ſi latibuli nomine deſignatur diuinæ naturæ *inuiſibilitas*, vltrà quàm homo habet humanos oculos præcelſa, & humanæ perſpicaciæ latenter impervia; quare *lucem* circà illam apponit? Fruſtrà lucidior facula rei *inuiſibili* præluceat. Quorſùm ergò hæc tabernaculi *lux*, rem *inuiſibilem* perfundit? Sapienter S. Gregorius: *Quantùm*, ait, *Deus percipitur, tantùm ſe ſubducit: amantéſque ſui ex eo quòd fugit, ac velut comprehenſus ſe proripit, ad ſuperna allicit.* Altè quidèm dicitur, quòd tenebras ponit in latibulo, quia in obſcurâ caligine latet; & ſimul *lux* in tabernaculo eius prælucet, quamuis in latibulo *inuiſibilis* abſcondatur. Nam quò magis Deus humanæ mentis acie percipitur, eò ſe ocyùs abducit, & velut longiùs ab humanâ notitiâ recedit. Exindè cùm quaſi comprehenſus humanâ cognitione tenetur, tamquam aliquâ fugâ ſe proripit; & quaſi perſtringat obtutum de præuiæ *lucis* notitiâ, *inuiſibilem* ſe arcanè oſtentat; dum illa notio vlteriorem auidè exambiat, ac ſi vlterioris atque vlterioris notitiæ lenocinium ſit, & auidum nouæ cognitionis illicium. Nempè illa tabernaculi *lux* Deum menti manifeſtat: cùm autem quò magis videt,eò magis ac magis videndum aduertit vltrà humanæ perſpicaciæ faſtigium; quaſi Deus ſe fugâ ſubduxerit, in latibulo poſitus,ſeu *inuiſibilis* perhibetur. Benè ergò *lux inuiſibili* Deo prælucet: quia *quantùm Deus percipitur, tantùm ſe ſubducit; amantéſque ſui ex eo quòd fugit, & velut comprehenſus ſe proripit, ad ſuperna allicit*: Antitheſibus vtimur, cùm de Deo agitur: nam *hoc eſt Deus, quòd cùm dicitur, non poteſt dici*: vndè quodammodò *inuiſibiliter* noſcitur.

Pſal. 17. v. 12.

Græc. Patr.

Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfundit?

in Apolog.

Iobi 11. Sophar Naamathites ſic de Deo loquitur: *Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum Omnipotentem reperies? Excelſior cælo eſt, quid facies? profundior inferno, vndè cognoſces? longior terrâ menſura eius, & latior mari.* Probat Sophar non poſſe Deum à Iobo perfectè cognoſci: quia non ſolùm natura, quæ infinitis ſpatiis humanam excellit, ſed etiam loco ab humanâ habitatione longiſſimè diſtat: ad quem homo in hoc mortali ſtatu neque aſcendere poteſt, vt maximè cupiar, neque deſcendere. Eſt enim cælo ſublimior, quò attolli nequit terrena moles; & ipſo etiam inferno, id eſt abdito terræ ſinu profundior: ad quem locum homo quantumcumque ſe deprimat altè non perueniet. Cuius magnitudo & terræ longitudinem,& latitudinem maris immenſis ſuperat interuallis. Quod ſublimius ediſſerit Hebræus Philo lib. de Confuſ. linguar ſic fatus? *Deus autem implet omnia, non contentus, ſed continens, qui ſolus vbique ſimul & nuſquam eſt.* Probat: *Nuſquam*, quia ipſe locum & regionem creauit vnà cum corporibus, nec fas eſt auctorem intrà vllam ſuam creaturam includi. *Vbique* autem, potentiis ſuis per terram, aquam, aërem, cælum extenſis, nullam partem mundi deſtituit. Vndè concludit: *Verè Deus dicitur, omnia continens in gremio, & omnia penetrans, id inuiſibile incomprehenſibile Numen cùm ſit vbique, nuſquam tamen verè cernitur, aut percipitur.* Quid tam immeratè magnum, arcanè immenſum, atque humanæ cognitioni incomprehenſibile, quàm quod *vbique* & *nuſquam* eſſe perhibetur? Quia *vbique* eſt, ſi eum fortè mentis acie, & ſenſuum ingenio attrectare præſumis, tunc quantocyùs quaſi *fugit, & velut comprehenſus ſe proripit*, & *nuſquam* eſſe inuenitur. Grande quidèm Dei elogium eſt, quòd *ſolus vbique ſimul & nuſquam eſt. Certè hoc eſt Deus quod cùm dicitur, non poteſt dici.* 4.

Iob 11. v. 7. &c.

Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. quare?

Philo

Pſalmo 63. ſic pangit regius Vates: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Quem locum ſic excribit, & exponit Heracleotes in commentario: *Accedet homo ad cor altum* (nempè ad Deũ accedere præſumit de altitudinis ſuæ 5.

Pſal. 63. v. 8.

faſtigio

Digitized by Google

Heracleot. in Comm. Græc. Patr.

faſtigio) *& exaltabitur Deus. Quantuncumque, inquit profunda fuerit cogitatio humana, dum ſuprà vires inaniter vagatur ſuprà ipſam tamen eſt Deus, qui non comprehenditur.* Eloquentiùs, opinor, hunc ſenſum exponit Cyprianus : Affirmatio, inquit, de Dei eſſentiâ in promptu haberi non poteſt : *neque enim diffinibilis eſt Diuinitas*, quoniam quicquid ſenſui ſubiacet, illud eſſe non poteſt, quod omnem ſuperat intellectum. Quicquid audiri, vel ſciri poteſt, non conuenit maieſtati : hebes eſt in hâc conſideratione omnis acies ſenſuum, & caligat aſpectus . . . *Vt quantumlibet ad cor altum homo aſcendat, exaltetur Deus, & comprehenſionis importunitatem euadat.* (& poſt pauca) *Per hæc Deus quæritur, nec tamen quæſitus illicò inuenitur. Guſtamus, delibamus, adoramus, & propè eſt : cùmque acceſſeris, longiùs abeſt.* Deus propè eſt ab vnoquoque noſtrum, ſed cùm propiùs accedere ambis, ſe tamquam *fugâ* quâdam ſubducit, & propinquitate *velut comprehenſus ſe proripit*, & *longius abeſt* : & ſic *vbique ſimul & nuſquam eſt. Sanè hoc eſt Deus, quod cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari.*

S. Cyprian. in Prol. de Card. Oper.

Propè eſt Deus, ſed cùm acceſſeris, longiùs abeſt. quare?

6. Pergit regius Propheta: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis; & magnitudinis eius non eſt finis.* Quæ verba ſic exponuntur in eodem Græcorum Patrum Commentario : *Quid autem eſt Laudabilis? encomiis dignus, idque non ſimplici ratione, ſed valdè (nimis) Quàm ſit laudabilis, quàm ſit potens verbis exprimi non poteſt : quapropter ſubiunxit, Et magnitudinis eius non eſt finis: alius, Non eſt inuentio. Hæc inquit, magnitudo incomprehenſibilis eſt ſuper omnem comprehenſionem.* Multa paucis compendiantur. Plura paucioribus Auguſtinus inibi : *Quantam conceptionem concluſit in vno valdè (nimis)* Quare indidèm colligit Hilarius, quòd *Virtus Dei opinione non clauditur, locis non continetur, nominibus non enunciatur, temporibus non ſubditur, arctus ad id ſenſus noſter eſt, ingenium hebes, ſermo mutus.* Ex eo autem quòd Deus ſit *laudabilis nimis*, æſtimari poteſt, an *indiffinibilis* ſit Deus, an aliquâ laudabilitatis immetatæ definitione explicari valeat? quod ſapienter tradit Rabanus : *Miranda*, inquit, *complexio, vera prædicatio, ſic laudare Dominum, vt quantùm eſt magnus non æſtimes explicandum, ſenſus enim totius creaturæ deficit, & ad illa retractio ſemper excreſcit. Nam ſicut nullo loco clauditur, ita neq; eloquentiâ quamuis ampliſſimâ eius poſſunt præconia terminari : virtus inexplicabilis, pietas incomprehenſibilis, ſapientia ineffabilis* (Nota quæ adiicit verba :) *cuius vera definitio eſt, finem in ſanctis laudibus non habere.* O bona immetatè indefinibilis Dei definitio! *Magnus Dominus, & laudabilis nimis; cuius vera definitio eſt, finem in ſanctis laudibus non habere.* Sic Deus *cùm definitur, ipſâ definitione creſcit.*

Pſal 144. v. 3. Græc. Patr. ibi.

S. Auguſtin.

S. Hilarius.

Vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere.

Rabanus in Eccli. c. 43. verſ. 31.

7. Geneſeos 32. toto valenter adnixu Iacob cum viro illo luctatur totâ nocte vſque ad auroram. Neque hîc morabor Interpretes, an fuerit Verbũ diuinum ſpecie tenùs corporatum, an potiùs Angelus vicarias Dei vices gerens? Luctâ feliciter peractâ, *Interogauit eum Iacob : Dic mihi quo appellaris nomine? Reſpondit : Cur quæris nomen meum?* Ad quæ verba adludens S. Cyprianus lib. de Idolorum vanit. ita ſcribit : *Nec nomen Dei quæras. Deus nomen eſt illi. illic vocabulis opus, eſt vbi propriis appellationũ inſignibus multitudo dirimenda eſt. Deo qui ſolus eſt, Deus vocabulum totum eſt*, Nempè diuiſarum appellationum elogiis, ſumma quæque & ſæpè diuerſiſſima, de vniſſimo Deo antropopathôs explicare ſolitat humana tenuitas : illic verò diuerſis vocabulorum notis opus eſt, vbi multitudinem mutuò dirimere oportet : Deo autem qui ſolus, indiuiduus, & vniſſimus eſt, *Deus vocabulum totum eſt* : quo non modò attributorum multitudo, ſed & elogia diuerſiſſima, & quæ humanæ tenuitati parùm cohærentia apparere videntur, pulchro compendio exponuntur.

Geneſ. 32. verſ. 29.

S. Cyprian.

Deus vocabulum totum eſt.

---

§. CLXIII.

Homo ne eſt conformis diuinæ Voluntati, an Deus humanæ Voluntati conformis?

ISaiæ 62. grande proponitur Iuſtorum elogium : Vocabitur tibi nomen nouum, quod 1.
os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Ecquod eſt hoc inclytum nomen, quod Deus ſic magnificè ſpondet? *Vocaberis voluntas mea in eâ.* Vocaberis, id eſt, eris, ita vt vocari poſſis. Hugo ſic exponit: *Vocaberis voluntas mea. Quaſi dicat : Ex me nomen habebis : voluntatem enim meam facies, & propter hoc dicetur de te: Hæc eſt quæ voluntatem Dei facit.* Adſimiliter Dionyſius Carthuſianus inibi : *Sed vocaberis voluntas mea in eâ, id eſt, mihi obediens eris & per opera bona accepta, ſeu meæ voluntati conformis in terrâ peregrinationis tuæ.* Sic Haymo, & communiter Interpretes Verùm Anſelmus Laudunenſis in gloſsâ interl. oppoſitum ſenſum reddit: *Sed vocaberis voluntas mea in eâ. Dicetur, Hæc eſt quæ voluntatem Dei facit.* Forſan quia ſic eſt iam adſueta Dei voluntatem in omnibus facere; ſic eſt Dei præceptis ac conſiliis obſequenter obediens, & in terrâ peregrinationis ſuæ, Diuinæ *voluntati conformis*, vt non tam ipſe homo diuinam voluntatem, quàm Deus ipſius facere voluntatem videatur. Idcircò tamquam ipſi gratulans, ait Deus : *Vocaberis voluntas mea in ea.* quaſi ipſe homo ſic ad arbitrium ſuum habeat diuinam voluntatem, vt diuina voluntas in eo eſſe videatur. *Sed vocaberis voluntas mea in eâ. Dicetur, Nec eſt quæ voluntatem Dei facit* : Sed aliquid ſublimius & auguſtius, nempè cuius Deus voluntatem faciat. Ad hoc dignitatis faſtigium aſcendere dicitur, qui diu extitit Diuinæ *voluntati conformis.* Hem! Sic in homine Dei voluntas inuenitur? *Vocaberis voluntas mea in eâ.*

Iſaiæ. 62. verſ. 4.

Hugo Card.

Cartuſian.

Haymo

Anſel. Laud.

Quomodò in viris ſanctiſſimis Dei voluntas inueniatur.

Exhodi 8. Ranarum ſqualenti plagâ inceſtatur Ægyptus : & Pharao moleſtiæ impatiens, 2.
ad faſtidioſam pertinaciter calamitatem auertendam vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo. Dixitque Moyſes ad Pharaonem: Conſtitue mihi quandò deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ. *Qui reſpondit : Cras. At ille : Iuxtà, inquit, verbum tuum faciam.* Hinc grande oboritur inter Commentatores litigium, an huiuſmodi

Exhod. 8. verſ. 10.

Digitized by Google

modi ſponſionem Moyſes fecerit, diuino tunc ſpeciatim ſpiritu afflatus? an ex proprio arbitrio, qui etiam difficiliora de omnipotente Dei voluntate ſpondebat ſibi? Si hoc dixeris, inconſultæ temeritatis forſan Moyſes arguetur. Si illud; quare poſtmodùm ſic obnixiùs ad Deum *clamat* pro ſponſione, quam Pharaoni de abigendis ranis ſeriò præſtiterat? Perbellè Ambroſius Offic. lib. 3. cap. 14. ſuper hâc re ſic ad rem præſentem philoſophatur: *Rogatus Moyſes*, inquit, *vt his quoque finem exitiis dares, orauit & impetrauit. In illo prædicandum, quòd à fraudis conſortio temperauit: in hoc mirabile, quoniam diuinitùs intenta ſupplicia, virtute propriâ etiam ab hoſte detorſit.* Miriſſimum ſanè eſt, imò & audaciuſculè dictum forſan videatur, quòd Moyſes plagam diuinitùs immiſſam (neque enim aliter infligi poterat.) *virtute propriâ detorſiſſe* dicatur. An ſic eualet beneficentia in aduerſarios hoſtiliter infenſos, vt calamitates cælitùs vibratas, *virtute propriâ detorquere* poſſit? An potiùs Moyſes exequendæ diuinæ voluntati diu adſuetus, re Pharaonianâ illi commiſsâ, ſic ſpebus eualuit, vt propriâ authoritate, voluntate ac *virtute propriâ*, infeſtiorem plagam detorquere promiſerit? Sic profundè cenſet Ambroſius. Vnde ipſe Moyſes confeſtim Deum orat, & impetrat, vt quod ipſe voluntate ac *virtute propriâ* promiſit, Deus ipſe abundè præſtet. Sic anticipatur adimpletio oraculi: *Vocaberis voluntas mea* in eo, quaſi Dei voluntas, voluntati Moyſis permiſſa ſit, illiúſque fuerit Moyſes arbiter, aut potiùs ſequeſter. O, tantum homini licet! licet etiam id videre in Boozo, Ruthæ omnem felicitatem apprecanti.

Quàm ſit potens beneficentia ergà inimicos S. Ambroſ.

Ranarum plagam Moyſes propriâ virtute detorſiſſe dicitur. quare?

Hic verſ. 12.

3. Dein in ſemel expenſo Exhodi loco, aliquid ſucci emedullandum ſupereſt. Itaque acerſito Moyſe, vt ranas abigat, temporis quo exterminandæ ſint, optionem Pharaoni permittit: *Dixitque Moyſes Pharaoni: Conſtitue mihi quandò deprecer pro te...... vt abigantur ranæ...... Qui reſpondit: Cras. At ille: Iuxtà*, inquit, *verbum tuum faciam.* Nempè quaſi parùm foret, *virtute propriâ* ſpondere ranarum exterminium, exterminij tempus Pharaonis voluntati permittit, præſidens in illo Dei verbo, quo *Deus Pharaonis* conſtitui dicitur, quin ſpecialiter ſpiritu prophetico ad id hactenùs afflatus eſſet, vt cenſet Ambroſius, & ſubſecuta ad Deum oratio oſtendere videtur. Ceterùm Caietanus inibi ſic ex Hebræo locum excribit, & erudité exponit? *Quod in vulgatâ editione legitur: Conſtitue mihi quandò deprecer pro te, iuxtà Hebræum legitur: Gloriare ſuper me, & dic quandò deprecer, &c. Authoritatem ſiquidèm limitandi tempus exequendi petita, tribuit Moyſes Pharaoni, & hanc appellat gloriationem ſuper ipſum; quia gloriari poterat Pharao, quod ipſe definiret tempus impetrandi per Moyſen à Deo miraculum hoc.* ſcilicet *gloriationem* Pharaonis ſuper Moyſen, appellat, quòd Moyſes propriam voluntatem de tempore, quo impetraturus erat à Deo ranarum exterminium, vltrò Pharaonis voluntati permiſit, quod nominat, *Gloriare ſuper me.* quaſi alterius voluntatem habere pro ſuâ voluntate moderandam, *gloriationem ſuper ipſum* appellet. Hem! iſtiuſmodi *gloriationem* adſpectu ad Deum, Moyſes habere præſumat? facit enim Deus Moyſis voluntatem, potiùs quàm Pharaonis voluntatem Moyſes facit.

Exhod. 8. v. 9 & 10.

Caietanus.

Pharao ſuper Moyſen gloriatur, quia miraculi tempus illi permittitur?

Geneſeos 22. à Deo iuſſus Abraham immolare filium ſuum Iſaac, ſtatim de nocte conſurgens, cum Iſaac & duobus pueris pergit ad ſacrificij locum. Die autem tertio vidit locum procul: dixitque ad pueros ſuos: Expectate hìc cum aſino: *Ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Hinc grande nimis litigium, quod nemo hactenùs compoſuit, an verè ſeruis ſuis dixerit, ſe cum Iſaaco ad illos reuerſurum? *Sed dic mihi Abraham* (ait Origenes,) *verum dicis ad pueros, quòd adores & redeas cum infante, an fallis? Si verum dicis ergò non facies eum holocauſtum. Si fallis: tantum Patriarcham non decet fallere. Quid enim animi in te indicat hic ſermo?* Quo autem *animo*, id eſt, quâ mente, voluntate, & propoſito ierit, idem Origenes tradit, exponens quare tridui iter immolationi præmittatur: *Per triduum*, inquit, *ambulat Abraham, vt per totam viam cogitationibus diſcerpatur; hinc vrgente præcepto, illinc filij affectu reluctante: vt per omnia hæc ſpatium certaminis accipiant; hinc affectus, indè fides; hinc amor Dei indè amor carnis*, hoc eſt filij nō mactandi. En duplicem Abrahami voluntatem, alteram mactandi filium, quam ex Dei amore exequi efficaciter, intendebat: alteram quæ ex blando filij amore illum diu ſuperſtitem ac felicem ardenter exoptabat. Hoc *animo* forſan Abrahamus pueris dixit? Ambo *reuertemur ad vos*, id valdè cupio, ô vtinàm id ex voto ſuccedat; potens eſt Deus id facere, eſtque eius promiſſis conſentaneum. Hanc autem Abrahami voluntatem præſtitiſſe Deum, luculenter inibi Chryſoſtomus adnotauit, ſic fatus Dei nomine: *Ego enim*, inquit, *voluntatem coronare ſoleo, & propter mentem præmia præſto. Opere enim impleri congruit quæ à te dicta ſunt, & pueris tuis, & Iſaac: illis enim promiſiſti, Cùm adorauerimus redibimus. Ecce hoc nunc erit: & puero tuo rogante, Vbi ouis eſt ad holocauſtum? Deus videbis ſibimetipſi, de oue ad holocauſtum dixiſti.* Addit ad rem tempeſtiuè: *Vidi religioſã tuam mentem, ecce id quod priùs dixiſti puero, hoc tibi præparaui.* Vide hìc quàm ſtudioſè Deus Suorum præſtet *voluntatem*, & eorum *mentem* impleat & *animum*. Audiuit Deus Abrahamum pueris ſuis dicentem, poſtquam adorauerimus, *reuertemur ad vos*; & Iſaaco filio, *Deus videbit ſibimet ipſi de oue ad holocauſtum*; vtramque ergò Abrahami ſponſionem incunctanter Deus adimplet; vetátque Iſaaci immolationem, quò Patriarchæ promiſſionem adimpleat. Exindè quod animitùs cupiebat Abraham, & quod forſan inſcius promiſerat, ſtudioſè Deus implere ſatagit; vt qui ſuam voluntatem negligat propter diuinam, diuinam ſibi voluntatem velut obſequentem inueniat. Quid Abrahamo, quid Moyſi, quid viro perfecto adulantius, quàm hic Diuinæ cum humanâ voluntate nexus? *Vocaberis voluntas mea in eâ.* 4.

Geneſ. 22. v. 5.

Origen ibid.

S. Chryſoſt. homil. 47. in Geneſ.

Vetatur Iſaaci immolatio, vt Abrahamus quod ſeruis ſuis promiſerat, adimpleat?

Deuteronomij 1. refert Moyſes quod dudùm acciderat de ſubpræfectorum electione, cum quibus partitus eſt negotioſi regiminis molem, de conſilio Dei, ne ipſe ſolus negotiis obrutus, principando deficeret. *Date* inquit, *ex vobis viros ſapienets & gnaros, & quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis* 5.

Deut. 1. v. 13

Princi

Principes. Quare Deus ipſe, qui cuiuſque Ingenia penitiùs agnoſcit, Præfectorum electionem non arrogat ſibi; ſed eorum eligendorum arbitrium, ſuo populo permittit? Annon ſæpè hominum iudicia falluntur? An de optione Magiſtratuum eligendorum, ſubiecti populi obſequia Deus ſubornat? Quaſi dicat Deus: Ego obſequar electioni veſtræ, vt vos à vobis electis obſequamini: obſequium à me incipiat, quod in vobis cõſummetur. Appoſitè Srephanus apud Tilmannum inibi: *Date ex vobis viros ſapientes, &c. Quaſi dicat: Nolo imperare, ſed ſubditis obedire. Itaque electionem ſubditis tribuit, ſibi retinuit poteſtatem; ne plebs contemnat aut oderit, quod voluit, habere non licuit.* O moraliſſimè arcanum Dei conſilium! ô ineffabilem miriſſimè dignationem! Deus electionem ſubditis tribuit, *nolens imperare, ſed ſubditis obedire?* Sibi Deus ſuper omnes *retinet poteſtatem*, quam à ſe abdicare non poteſt; vſum autem illius, populi ſui arbitrio permittit, non tunc exertè volens imperare, ſed benè ſubiectis velut obſequentet *obedire.* Obedientiam eligendis Præfectis Deus à ſuo populo experit, & ſuâ obedientiâ ſubiectorũ obedientiã præſtruir, vt diſcant homini per Deum parere, qui ſubiectis hominibus Deum *obedire* perſpexerint; vt quod incipit in Dei obſequio, in obſequio humano obedienter conſummetur. *Date*, inquit, *ex vobis viros ſapientes, &c. Quaſi dicat: Nolo imperare, ſed ſubditis obedire.* Hem! humanæ voluntati Deus obedit, vt hominibus homo propter Deum obtemperet? Poſteriorem ſententiæ partem, alibi forſan expendemus: peritè enim ſuperiorum beneuolentiam erudit.

Stephanus.

Deus velut recuſat imperare, vt benè ſubditis obediat?

---

§. CLXIV.

Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit: exindè Sanctorum proceres, Dei gloriam reputant ſuam.

1. *Homo Deo viuat, moriturus ſibi.* Seneca. epiſt. 77.

OMnia ſuo bono conſtant, vitem fertilitas commendat, ſapor vinum, velocitas ceruum. Quàm fortia dorſo iumenta ſint quæris, quorum hic vnus eſt vſus, ſarcinam ferre. In cane ſagacitas prima eſt, ſi inueſtigare debet feras; curſus, ſi ſequi; audacia, ſi mordere & inuadere. *Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur.* Homo, vt Deo obſequatur, vt Dei gloriæ viuat, vt Deo tandem fruatur, ratione præditus naſcitur, indole in id accommodatâ; arbitrio antecedit animantia cetera, virtute ergò pietate, ac diuinæ gloriæ ſtudio præſtare debet: ad hoc enim naſcitur, hoc cenſetur. Itaque homo Deo viuat moriturus ſibi: imò beatæ gloriæ moritur, qui ſic viuit.

2. Eccl. 12. v. 13.

Eccleſiaſtes ſub finem totius Concionis, ita nos admonet: *Finem loquendi pariter omnes audiamus.* Ecquid eſt, quod audire debent omnes ſiue docti, ſiue indocti; diuitiis nobiles, aut vili inopiâ ſqualidi? *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Eſt anacephaleoſis, in quâ paucis, imò vnicâ gnome, omnia hactenùs dicta ſummatim complectitur. Syrus vertit, *Quoniam hoc eſt, quod ab Artifice vno datum eſt cuilibet:* Tigurina, *Nam in hoc conſiſtit omnium hominum perfectio.* Campenſis, *In illo enim ſolo acquiriritur, quicquid verè ac ſolidè beatum facere poteſt.* Arias Montanus ad rem peridoneè, *Vnum agit, hoc opus, hic finis tibi, cauſſáque vitæ.* quaſi Deo viuere (quod eſt, Deum timere, id eſt colere, & mandata eius obſeruare) ſit vnum hominis *opus*, illius *finis, cauſáque vitæ*: à quo ſcopo quiſquis aberrat, in quoduis aliud nomen ab homine alienum, ab eóque peregrinum, neceſſe eſt abeat, deſciſcat, ac degeneret. Quod pulchrè, præſcriptam Eccleſiaſtæ ſententiam elucidans, tradit Bernardus ſerm. 20. in Cantic. *Valdè*, inquit, *mihi amandus eſt, per quem ſum; viuo, & ſapio. Si non amo, ingratus ſum, & indignus. Dignus planè eſt morte, qui tibi Domine Ieſu recuſat viuere, & mortuus eſt: & qui tibi non ſapit, deſipit* (Expende diligentiùs quæ ſubdit;) *& qui curat eſſe niſi propter te, pro nihilo eſt, & nihil eſt. Denique quid eſt homo, niſi quia tu innotuiſti ei? propter temetipſum Deus feciſti omnia: & qui eſſe vult ſibi, & non tibi, nihil eſſe incipit inter omnia. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt, inquit, omnis homo. Ergò ſi hoc eſt omnis homo, abſque hoc nihil eſt omnis homo. Inclina tibi Deus modicũ, id quod me dignatus es eſſe, atque de meâ miſerâ vitâ ſuſcipe, obſecro, reſiduum annorum meorum: pro his verò quos viuendo perdidi, quia perditè vixi; cor contritum & humiliatum Deus non deſpicias.* O bona morum gnome! Quiſquis cùm homo ſit, id quod eſt, *eſſe vult ſibi, & non Deo, nihil eſſe incipit inter omnia. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Ergò ſi hoc eſt omnis homo, abſque hoc nihil eſt omnis homo.* Quaſi qui ſibi, non Deo viuit, hominis vocabulum re hominis vacuum dumtaxat gerat. O in homine vita ambitioſa atque voluptuoſa, quæ dum omnium ferè mentes occupat, hominem ab hominis generoſitate deponunt! deeſt enim præcipuæ rei, cui naſcitur, quâ cenſetur. Maior eſt homo, & ad maiora natus, quàm vt brutis pecudibus ſtudio aggregetur. Deo viuat, qui ſibi moritur, ne etiam ante mortẽ incipiat non eſſe homo, dum deſiit Deo viuere. *Vnũ agit, hoc opus, hic finis tibi, cauſſáque vitæ.*

Syrus. Tigurina. Campenſis. Arias.

Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit. quare?

S. Bernard.

Vel aliter præſcripta Eccleſiaſtæ verba exponi ad rem poſſunt: *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* quæ ſic vertit Olympiodorus, *Hic eſt ſapiens, integer, perfectus homo.* Sic & Bonauentura, Lyranus, Moringus, & alij. quaſi qui vni Deo, id eſt, virtuti non viuit, non modo non ſit homo *perfectus*, ſed ac ſi aliquid ei deſit à ratione hominis, homo *integer* non ſit; quippè cui ad pefectam plenitudinem hominis aliquid deſit. Iobi 1. ſic de illo ſcribitur: *Et erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum.* Quod alij excribunt, *vir integer*; alij *plenus*; alij *verus.* quaſi qui Deo ac perfectæ virtuti non viuit, nec *integer*, nec *plenus*, nec *verus* homo ſit. Hebræus Philo in lib. de Abrahamo exponens illud Geneſeos 6. v. 9. *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit*, ita locum excribit, & exponit: *Noë homo iuſtus, perfectus in generatione ſuâ, Deo placuit: Sciendum*, ait, *quod hominem non vulgari loquendi formâ, Rationale, mortale animal vocat; ſed per excellentiam eum, qui verè ſuo nomini reſpondet eiectis ex animo*

3. Eccl. 12. v. 13. Olympiod. S Bonauent. Lyranus. Moringus.

Iob. 1. v. 1. *Qui Deo nõ viuit, neque integer, nec plenus, nec verus homo dicitur.* Geneſ. 6. Philo.

animo immanſuetis vitiorum affectibus. Argumento eſt, quòd poſt Hominem, addit Iuſtum, dicens: Homo iuſtus, quia nemo iniuſtus eſt homo. Itaque cum de Noë dicitur, quòd *placuit Deo*, & virtute conſummatus Deo vixit, tunc, tunc quidèm dicitur, quod erat *Homo* homo inquam, *integer*, homo *plenus*, homo *perfectus*, homo *verus:* alioqui à ſuo eſſe homo quodammodò deſijſſet. *Homo iuſtus, perfectus, Deo placuit. Hominem non vulgari loquendi formâ vocat; ſed per excellentiam eum, qui verè ſuo nomini reſpondet.* Nam, vt nuper ex Bernardo dicebamus, *Qui curat eſſe niſi propter Deum, pro nihilo eſt, & nihil eſt. Et qui eſſe vult ſibi, & non Deo, nihil eſſe incipit inter omnia.*

S. Bern. 7.

4\. Ad Philipp. 1. v. 20. & 21.

Ad Philipenſes 1. ita de ſe Paullus ſcribit: Scio quia hoc mihi prouenier ad ſalutem, per veſtram orationem, & ſubminiſtrationem Spiritus Ieſu-Chriſti, ſecundum expectationem & ſpem meam, quia in nullo confundar: *Sed in omni fiducia ſicut ſemper, ita & tunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Mihi enim viuere Chriſtus eſt.* Pro *fiduciâ*, Græcè eſt παῤῥησία, hoc eſt, *libertate, conſtantia.* Quaſi dicat: Quicquid de me fiat, ſiue occidar, ſiue viuam, ſolitâ meâ vtar libertate & conſtantiâ, vt per illam *magnificetur Chriſtus* in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Si enim occidar, & conſtanter moriar pro Chriſti Dei gloriâ, *magnificabo* Chriſtum in meo martyrio; ſin viuam, conſtanter Chriſtum in omnibus, & vbique prædicabo, itaque eundem ſic etiam *magnificabo* Nota. pro *magnificabo* dicit Apoſtolus paſſiuè *magnificabitur*, ob modeſtiam, ne ſibi hanc Chriſti Dei magnificationem adſcribere videatur. Addit, *Mihi viuere Chriſtus eſt.* hoc eſt Chriſtus eſt vitæ meæ cauſſa finalis; quia Chriſti amor, honor, & gloria me mouent ad omnia opera, labores, & paſſiones fortiter ſubeundas: illud enim in homine radicaliter eſt vita, quod eſt principium motus & actionum vitalium in eâ. Itaque totus eſt hîc Paullus vt perſuadear non tantùm animo, ſed etiam toto corpore, vitâ, & morte ſtudere ac militare diuinæ gloriæ. Adeò vt dixerit Chryſoſtomus: *Omnem hominem Paullus exhibebat Deo.* Nempè non modò Paullus obnixiùs ſatagebat omnes homines ad Chriſtum adducere, vt eum fide & charitate magnificarent; ſed & Paullus *omnem hominem*, id eſt, totum Paullum, ſe totum inquam, animo & corpore, morte & vitâ *exhibebat Deo*, cui ſoli viuebat; benè ſcius, quòd *qui eſſe vult ſibi, & non Deo, nihil eſſe incipit inter omnia.* Magnus hinc Paullus, qui in omnibus *magnificans* Deum, *omnem hominem exhibebat Deo.* Vide hîc quàm lætanter ſibi Boozus gratuletur de Ruthæ ad Deum conuerſione, & quàm ſollerter eam foueat ac promoueat; Deum Iſraëlis magnificans, & omnem hominem illi exhibere pro virili ſtudens, de gloriâ Dei ſtrenuè ſollicitus.

Græcus.

Omnem hominem Paullus exhibebat Deo quomodo?

S. Chryſoſt. in 1. Cor. 9.

Hic verſ. 12.

5\. 1. Corinthiorum 4. ſic Paullus loquitur: *Nos ſtulti propter Chriſtum......* nos infirmi, nos ignobiles. Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, *& colaphis cadimur. Tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.* Purgamenta vocat fæces, excrementa, ſordes, inquit Theodoretus. Et Syrus, Tamquam ſtercus mundi facti ſumus, idque non ſemel, ſed ſemper, vſque ad hanc horam, ita Theophylactus. Græcè, Tamquam ſordes vndique euertendo collectæ, facti ſumus. id eſt, Habemur contemptiſſimi, abiectiſſimi, indigni hominum conſortio, mundo ejiciendi & exterminandi; non ſolùm tamquam homines viliſſimi, ſed etiam tamquam ſceleroſiſſimi. Vnde Gagnęus & alij legunt per diaſtolem, quaſi *piacula*, aut *piaculares hoſtiæ.* Ambroſius, *Luſtramenta mundi*, quæ erant Gentilium *anathema*, id eſt, ſceleſti & exitiales homines, qui auertendæ calamitatis publicæ cauſſâ immolabantur. Itaque Paullus ſic contempſit haberi abiectiſſimus, & criminoſiſſimus; & quidèm *propter Chriſtum*, & Chriſti Dei gloriam, quâ in tanto etiam contemptu nobiliter gloriabatur, & tamquam ſuam reputabat. Illud Pſalmi 105. *Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*, ſic appoſitè exponit inibi Heracleotes in Commentario: *Mutauerunt gloriam ſuam, ſcilicet Dei, in ſimilitudinem*, &c. Itaque quod debuerunt erga Deum præſtare priſci Hebræi, Paullus abundè impleuit, nempè Dei gloriam reputare ſuam. *Mutauerunt gloriam ſuam, ſcilicet Dei.* Hinc Paullus ſic obnixè quærens gloriam Chriſti Dei, ſuam meliùs inuenit. Magnanimâ generoſitate contemnit Paullus haberi ac tractari tamquam huius mundi *purgamenta*, velut *peripſema*, & quaſi *anathema*, ſat generosè glorioſus de elogio Ieſuanæ gloriæ, quam ſuam reputat. *Mutauit gloriam ſuam, ſcilicet Dei:* O bona gloriæ mutatio, & pia diuinæ gloriæ ambitio, quam ſuam reputat Paullus, eámque humanæ gloriæ iacturâ, atque vſurâ propriæ vilitatis mercari ſatagit! Exindè ſicut eximiè Sancti, Dei gloriam reputant gloriam ſuam; ſic vice verſâ Chriſtus Deus gloriam Sanctorum ſuam reputat, ſibíque eam adſcribit. Sic fatur Paullus 2. ad Theſſalonicenſes 1. de die iudicij: *Cùm venerit Ieſus-Chriſtus glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt.* Num Chriſtus Deus in die iudicij *glorificabitur* in ſanctis; an Sanctos ipſe plenâ beatitudine *glorificabit*? Pulchrè inibi ad rem Anſelmus: *Cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, id eſt, replere & illuſtrare Sanctos ſuos gloriâ ſuâ, vt videntes eum ſicuti eſt, ſimiles ei fiant, & ipſe glorioſus in eis appareat.* Nimirùm cùm Chriſtus Deus ſanctos ſuos beatitudine replet, & gloriâ beatè illuſtrat, tunc, tunc quidèm ipſe Chriſtus Deus *glorificari* dicitur: vt qui gloriam Chriſti Dei tamquam ſuam reputarunt, vices arcanè reciprocent, & Chriſtus Deus eorum gloriam reputet ſuam, & miro talione propriam appellet. Vndè ſcribitur, *Cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, id eſt, replere & illuſtrare ſanctos ſuos gloriâ ſuâ.*

1\. Cor. 4. v. 13.

Theodoret.

Syrus. Theophyl. Græcus.

Gagnæus. S. Ambroſ. in Pſal. 118. Serm 8.

Gloria Paulli erat Dei gloria.

Pſal. 105. v. 20.

Heracleot.

6\.

2\. ad Theſſ. 1. v. 10.

S. Anſelm.

Sancti glorificantur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ ſanctorum glorificari dicitur.

* *
*

§. CLXV.

Digitized by Google

§. CLXV.

Praua intentionis flexura valdè culpatur; & recta ad Deum intentio commendatur egregiè.

1\. QVemadmodùm ignis cognatâ ſubtilitate & efficaciâ omnibus rebus ſeſe inſinuans, eas depaſcitur: ſic ambitio ſubtiliter omnibus actionibus ſeſe inſerens, eas ſibi concorporat, vnit, & ignit. Veriſſimè Climacus apud Antonium in Meliſsâ: *Ieiunans*, inquit, *inanis gloriæ cupidus ſum; abdo me vt ignotus ſim, tamquam prudens rursùs gloriam appeto: ſplendidè veſtitus, ab illâ vincor; vili habitu tectus, rursùs gloriam cupio: loquens vincor; tacens rursùs victus ſum: vtcumque proieceris iſtum tribulum, aculeus ſtat rectus.* Non opus merum eſt virtutis menſura, quæ intentione taxatur. Ex inſidiis latet ſiniſter deſiderandi finis, & clanculùm irrepens, ſeſe ſubtiliter ingerit, magno pietatum excidio. Iuſtum iuſtè operari oportet: vitiatus finis, bonum alioqui opus inuitiat, & degeneri tincturâ malè colorat. Heu tot à non bonâ intentione virtutum ſtrages!

S. Ioan. Cli. Anton. p. 2. c. 74.
Quàm ſubtiliter vana gloria irrepat.

2\. Matthæi 3. Ioannes Chriſtum prænuncians, ſic de eo frequentes turbas alloquitur: *Cuius ventilabrum in manu ſuâ: & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Multa multi ſuper hâc ſententioſâ Ioannis allegoriâ: omnes âutem in eò penè vergunt, vt *ventilabrum* ſit incorruptum Dei iudicium, vnumquemque ad congruentem ſibi ſecundùm geſta vitæ, locum ſecernens. *Area* autem erit vniuerſa orbis terrarum eccleſia, in quâ omnem humanæ naturæ meſſem Deus cogit. Eos autem qui ſunt inſtar *paleæ*, & inſtabiles, quouis vento peccati iactati, & leues, & infrugiferi fuerunt, in æternum iactantur incendium. Qui verò ſolidam habuere virtutem, & *velut triticum nutritores proximorum fuerunt* (ait Cæſarius) *illos in* cæleſte *horreum comportat.* Sed opinor, non inutilem, ſed idoneam & neceſſariam operam, *paleas* grano impendiſſe. Quare ergò hæc tam conueniens ac neceſſaria opera, tamquam reiectanea, in æternum ignem proiicitur? Subtiliter ad rem S Baſilius in regul. breuior. interr. 257. *Qui ſunt illi*, inquit, *de quibus dicitur: Paleas autem comburet igne inextinguibili? Is nimirùm, qui eo modo vtiles ſunt iis, qui digni ſunt regno cælorum, quemadmodùm palea tritico: neque id ex vllo charitatis inſtinctu aduersùs Deum proximúmue faciunt ſiue in donis ſpiritûs, ſiue in corporis officiis: atque ita imperfectos ſeipſos deſerunt.* Profundè quidèm Baſilius è re ipsâ moralitatis medullam eruit. Hi paleares homines non proiiciuntur in ignem æternum, quia electorum granis inutiles ſunt: ſunt enim omninò vtiles, & prorsùs neceſſarij. Priùs enim triticum in herbam pullulat, & herbaceo ac frondeo virore luxuriãs, in erectum calamum ſuccreſcit, & in plenam ſpicam faſtigiatur. Succum è terrâ haurit, & per occultos meatus granis fœnerat, ſine quo confeſtim areſceret. Inuolucra texit, vt in ſpicâ multiplex diſcretè granum coaleſcat, & tectiùs matureſcat: Spicas ariſtis corònat ad ſecurius compte munimen. Hæc & alia hactenùs officia & obſequia electis granis paleæ præſtiterunt. Cur ergò ſic euentilantur, & proiiciuntur in ignem? Scilicet quia bona ergà electum granum officia imbenè præſtiterunt. Paleæ enim (ſic & hi paleares homines) flexiles ſunt, leues, euanidæ, ſibi frondeâ ambitione luxuriantes, ad omnem ventum mobiles, inconſtantiâ propoſiti ac intentionis quoquouersùm mutabiles, exindè æternaturo incendio mancipantur, quantumuis electis granis officia peridonea ſedulò impenderint. Non enim ex mero opere, ſed ex operis præſcriptâ conſtanter intentione, virtutis cenſus fit, & illius meritum aut medulla taxatur. *Paleas autem comburet igni inextinguibili. Ii nimirùm qui eo modo vtiles ſunt iis, qui digni ſunt regno cælorum, quemadmodùm palea tritico: neque id ex vllo charitatis inſtinctu aduersùs Deum, proximúmue faciunt, ſiue in donis ſpiritûs, ſiue in corporis officiis.* O time, & in bonis etiam operibus hanc intentionis flexuram præcaue!

Matthæi 3. v. 12.
Cæſarius. Dialogo 4.
S. Baſilius.
Palea electo grano perutilis, cur ad incendium damnantur?

3\. Præſcripta Ioannis verba adhuc vlteriùs emedullanda ſunt, ſi fortè aliquid moralis ſucci ad rem ſtillent: *Et congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Qui ſunt iſti *paleares* (vt ita loquar, cum Iſidoro Peluſiotâ) homines, diſſoluti, flexiles, inſtabiles; niſi ij, qui vtiles ſunt electis, ſicut paleæ grano: *neque id ex vllo charitatis inſtinctu aduersùs Deum, proximúmue faciunt*; ſed obliquâ intentione prauè flexiles? Sed attentiùs nota, obuiæ intentionis prauè flexilis ad malum, nimis pœnale ſacramentum. *Paleas* (id eſt, homines qui bonum etiam prauâ intentione ſcelerosè inuitiant) *comburet igni inextinguibili.* Proh! *ignis inextinguibilis* hoc paleari fomento æternùm alitur? Profectò vt palearum materia citò ignem concipit; & in flammam faſtigiat; ita ſolidioris pabuli defectus, ignem extinguit: paleæ enim quantocyùs in nigram fauillam, & vagos cineres euaneſcunt. Heu obliquæ intentionis, & degeneris propoſiti *paleas*, quæ *inextinguibilem* gehennæ *ignem*, & æternaturam inferni pyram perpetuò nutrient! Sic paleàris ignis non conſumitur vrendo, ſed è peruerſo nutritur; dat pabulum nec accipit decrementum: & palearis hic ignis æternis cruciatibus conſectatus, nec miſeros damnatos deuorat, nec ipſe vmquam deuoratur: non perit, vt ſemper interimat. Obliquam intentionis flexuram, tamquam palearem ac leuem noſtra deſidia & prauitas æſtimat; ſed Deus *paleas comburet igni inextinguibili.* O time!

Math. 3. v. 12.
S. Iſidor. Pel. l. 1. epiſt. 65.
Praua intentionis palea, ignem inextinguibilē nutriūt.

4\. Leuitici 13. lepræ explorandæ & euitandæ formula Sacerdotibus præſcribitur: Et die ſeptimo rursùs, inquit, ſi deprehenderit creuiſſe, lepra eſt perſeuerans: *Pollutum iudicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcircò comburetur flammis.* Hæc verba elucidans Radulphus in Allegoriis veteris Teſtamenti indidèm allegatus, ita ad rem præſentem ſcribit: *Hoc de leprâ veſtium, vel pellium dicitur. O igitur ſententia non exponenda, ſed timenda! Ecce eadem eſt conſummatio deprauatæ virtutis, quæ illecebrarum carnalium, aut infidelitatis: Ad eundem redit finem ſuperba continentia, & car-*

Leuit. 13. v. 51. & 52.
Radulphus.
Idem eſt finis deprauatæ virtutis, & carnalis illecebra, ſeu infidelitatis.

nalium voluptatum immunditia. Quod namque impiis & contaminatis in fine dicendum eſt: Ite maledicti in ignem æternum. Heu! idem eſt finis deprauatæ virtutis vitio non bonæ intentionis, & obſcœnæ libidinis, & apoſtatæ infidelitatis? Eundem ſpectat finem & ſuperba continentia, & obſcœna ſcortatio, ſeu infidelitatis ſacrilegium? ô time non bono fine deprauare virtutem, & malam intentionem bono etiam opere extrinſecùs induere! Prauus boni operis finis, nunc animitùs occultus, eundem cum libidinis immunditiâ, & infidelitatis apoſtaſiâ, finem ſortietur? Hem! ſic finis vitæ fini operis reſpondebit?

5. Canticorum 4. ſic cæleſtis ſponſus ſponſam alloquitur; *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum.* Reliquæ trãſlationes emphaſim huius loci exaggerant. Arabicus, *propter pulchritudinem oculorum.* Ait, *in vno*, quia ſponſa capite velata more nuptiali, non niſi vnum oculum oſtentabat, vtpotè quem ad iter & actiones ceteras nudare debebat, ne cæcâ manu aut veſtigio quicquam moliretur, aut factitaret. Per oculum, quem multi ex Commentatoribus; dextrum accipiunt (nam ſiniſter res mundiales cæcè videt) rectam piæ animæ intentionem deſignat; cuius pulchritudine mirè ſponſus ſauciatur. Eleganter Balduinus apud Tilmannum ibi: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, &c. Cum ſororem, inquit, nominat, communionem indicat naturæ & gratiæ. Cum ſponſam nominat indicat fidem diſpenſationis, & ſacramentum indiſſolubilis coniunctionis..... In vno oculorum. Iſte autem oculus non eſt, ſed vnus oculorum eſt. Verè vnus, quia vni intentus, vnum amat, vnum curat, vni adhæret. Sed quo magis hæret quàm oculo? Nam vbi amor, ibi oculus. Oculus autem quia poteſt videre & videri, illex & index ſolet eſſe amoris. Nam ſuâ pulchritudine amorem prouocat, & ſecretâ ſignificatione nunciat. Pulchritudine fideli & verâ, non fucatâ & fictâ.* O eximia dextri oculi, id eſt, rectæ intentionis pulchritudo, quæ (vt alia intermittam, quæ Balduinus luculenter expendit) *poteſt videre & videri.* Videt opere Deum, quem intentione ſpectat: & dignus eſt, qui à Deo reciproco intuitu videatur, in illo complaceat, & ita ſibi in illo dulciter gratuletur, vt ſaucius amore dicatur. Nam pura operis intentio ad Deum actiones corrigens, diuini amoris *illex & index* eſſe ſolitat. O! in tantâ ſponſæ pulchritudine, quæ tota pulchra eſſe perhibetur, quid eſt quòd diuinus ſponſus vno oculorum ſuorum nuncupatim vulnerari perhibetur? Sic à rectâ operis intentione totus homo pulchreſcit?

6. Canticorum 1. hæc ſponſi vox auditur: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.* Quæ verba ſic Paraphraſtes Chaldæus excribit & exponit: *Quam recta ſunt opera tua, & occupationes tuæ ſicut pullorum columbæ, qui mundi ſunt.* Oculi ergò columbæ maximè denotant intentionem ſinceram & rectam animæ ſanctæ (vt inibi obſeruant Interpretes:) columba enim rectum habet intuitum, non obliquum. Porrò oculus primò intendit in id, ad quod deindè dirigit manus & pedes, vt eodem tendant: oculi verò columbæ toti defiguntur in id quod aſpiciunt: ſic anima ſancta primò tota intendit in Deum vt finem, ac deindè ad illum omnes greſſus & actiones dirigit. Præthereà ſicut oculus intendens in rem aliquam, eius ſpeciem in ſe ſuſcipit, illique aſſimilatur: ſic anima intentionem figens in Deum, illius formam imbibit, fitque diuina, & quaſi Deus terreſtris. Quod in comparatione oculorum ad columbam, perbellè Nyſſenus adnotauit: *Anima, inquit, liberata à corporali* (carnali) *affectione habet ſpeciem columbæ in oculis, hoc eſt, characterem vitæ ſpiritualis, &c. Sic quoniam purus factus eſt animæ oculus, capax eſt characteris columbæ, & Spiritus-ſancti; proptereà in eam cadit, vt contempletur ſponſi pulchritudinem. Nunc enim primùm in ſponſi formam intendit oculos, quoniam ſponſum habebat in oculis.* Ecce tibi, qui in actionibus ſuis puram animi intentionem ad Deum corrigit, ab iſtiuſmodi intentione diuinæ ſpeciei bibulâ, Dei ſpeciem repræſentat; ſicque *capax eſt characteris columbæ, & Spiritus-ſancti:* quò animitùs agitur, vt in actibus ſuis Deum intendat, ad illúmque, neglecto mundialium rerum lenocinio, actiones ſuas ſine flexurâ corrigat. Quod nunc in electiſſimâ Ruthâ videre licet; quæ ſicut commoda redeundi ad ſuos neglexit; & incommoda eundi ad populum Dei ſtrenuè deuorauit; ſic ipſa puris oculis velut columba, aut *turtur* (ſecundùm nomen ſuum) ſincerâ & candidâ mentis intentione venit ad Deum, *ſub cuius confugit alas.*

Cantic. 4. v. 9. — Arabicus. — Balduinus. — *Pura intentio poteſt videre, & videri; & illex & index amoris eſt.* — Cantic. 1. v. 15. — Chaldæus. — *Pura intentio characterem columbæ, & Spiritus-ſancti ebibit. quare?* — S. Gregor. Nyſſ. homil. 4. in Cant. — Hic verſ. 12.

§. CLXVI.

Acerrima virtus ſpes abundè muneratur, & ſi rem optatam prægustet.

Verè pariter ac bellè Sapientum quiſpiam: 1.
Spes anxia mentem extrahit, & longo conſumit gaudia voto. Ceterùm viaticum miſerorum, indeficiens expectatio eſt. forma amicorum ſpes eſt, quæ in rebus triſtioribus deeſt nunquam, nunquam illa ſequitur fortunam, cùm nos deſerunt omnes, deeſt ſola, fidelis ſemper Achates, comes laboris, & auxiliare illius leuamentum. Plus de virtutibus meretur, quarum medulla eſt, ſpiritus, & vigor: adeò vt ſi ſpem ſuſtuleris, corruat virtutum fabrica: anticipata ſoluit ſtipendia laboribus. Magnas impenſas charitatis ſumptibus ſuis prouidet, dum arduas amoris expectationes alit ac fulcit. Ipſe quoque amor fortiſſimus agnoſcens obſequia ſpei, ſuas illi delegat vires, & in ſui primitias roboris ſufficit, vndè ille quicumque, *ſpes bona dat vires*, vtique ad omnia bona, quæ ſine ſpe languent. Omnem ſpes lancinat mœrorem; omnem trudit calamitatum mœſtitiam; omnia audet: ne ergò temeritatis, aut præſumptionis damnetur, quæ felicitatem ſuperat. in infelicitate adhuc ſuperſtes; quippè quam nec infelix calamitas excuſſit. O quale ac quantum meretur præmium, quod tot adæquet ſanctitatum omnium obſequia!

Lucæ 12. ſic Diſcipulos ſuos Chriſtus alloquitur: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ 2.
ardentes in manibus veſtris, *& vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum.* Sed ſpectemus quânam mercede longæ expectationis meritum

Euſeb. de Arte volunt. *Spes anxia mentem extrahit.* — Lucæ 12. v. 37.

meritum præmiet: ſenſus enim meriti præmium eſt. Audi Euangeliſtam. *Amen dico vobis*, inquit; *quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Quàm verò ſit hoc præmium opulentè munificum, taxandum eſt ex alio, quod Apoſtolis omnia relinquentibus, & Chriſtum animoſiùs ſequentibus, pollicetur. Ecce nos (inquit Petrus) reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò

Matth. 19. v. 28.

erit nobis? Ieſus autem dixit illis: *Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione cùm ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, indicantes duodecim tribus Iſraël.* Nimirùm Apoſtolis ob repudium rerum omnium, & operoſam Chriſti Dei ſequelam, promittitur *ſedes*, ſeu cum eodem Chriſto conſeſſio, quod glorioſum eſt præmium; longè autem glorioſius *expectantibus Dominum* ſuum repromittitur, nempè quòd *præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Et conſultò antequam hi *expectatores* ſedeant, in menſâ, additur, quòd Dominus *præcinget ſe*, quandò illis miniſtrabit, quò ſublimiſſimam, & velut effuſam donorum gloriæ largitatem exponat, quæ reſtringenda videbatur: *præcingitur itaque Deus*, ait Theophylactus, *quatenùs non omnium bonorum effuſionem nobis ſuppeditat, ſed illam reſtringit.* O quanta eſt ſpei dignitas, & diu expectandi meritum, ad quod munerandum dicitur *præcingi*, ſeu *reſtringi* Dominus, ne illam præmiet *omnium bonorum effuſione!* Quid exaggeratius? Adiice ad hoc præmium, anticipatum rei optatæ prægustum.

Pluſne quàm Chriſti ſequela præmiatur ſpes?

Theophyl.

3.
Abacuc 2. v. 3.

Habacuc 2. afflictis Iudæis in Babylone captiuis, mora ſeptuaginta annorum videbatur longiſſima & tardiſſima; ne ergò illius impatientes, ſpem omnem abiicerent, illam, his verbis afflat Propheta: *Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Parùm ſibi cohærere videntur Prophetæ verba: nam qui *moram facit*, manifeſtè *tardat*, adeò vt pro *τὸ ſi moram fecerit*, aliqui exeribant, *ſi tardauerit*. Quo igitur pacto qui iam *tardat*, non *tardare* perhibetur? S. Ioannes Chryſoſt. Serm. de Fide ſpe, & charitate, ſic eleganter ſcribit: *Spes eſt futuræ pollicitationis religioſus aſſenſus, promiſſæ gloriæ deuota intentio, Sanctorum deſtinata ſublimitas. Spes eſt, inquam, cognitio fidei, credulitatis propinquitas, deſtinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum..... quicquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit, dicente propheta: Et ſi tardauerit, ſuſtine eum: quoniam veniens aderit, & non tardabit. Noli à ſpe propoſitâ deſiſtere, noli ſuſtinendi* (ſperandi) *gloriam perdere, noli rebellanti animo claudicare.* Multa ſpei elogia hîc conglobat Chryſoſtomus expenſione digniſſima, quę in tranſitu perſtringere, deuenuſtaſſe foret. Minimè verò omittendum eſt, quòd ſpes opportunè appellatur, *deſtinatum præmiorum tempus*: & rurſùs, *quicquid fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit.* quaſi ſpes deſiderij alacritate mentem extrahens, optatum gaudium prælibet, *præſumat*, & præmordeat, dum ſpebus *deſtinatum præmiorum tempus* anticipat. Quare etſi *tardauerit* longiſſimâ & tardiſſimâ veniendi morâ, ſperanti tamen minimè *tardat*: nam ſpes ſperatum gaudium prægustat. Ergò

S. Chryſoſt.

Spes rem optatam præſumere dicitur, & præmiorũ tempus anticipare.

noli ſuſtinendi (ſperandi) *gloriam perdere*: nam & ſi *tardauerit*, non *tardabit*: quia in ſpem ad gaudium hiante, libum optati gaudi præaffſtat, quo rei fallit abſentiam præcoquo illius ſapore.

4.
Cant. 4. v. 6.

Cantic. 4. hæc vox cæleſtis ſponſi auditur: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Et confeſtim ſubdit: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Quæ eſt hæc ſponſæ recens pulchritudo, quam de diſceſſu ſponſi ſponſa fœnerat? Et cur ſponſus tunc ab eâ diſcedit, vt in montem myrrhæ abeat? Profectò amariſſimus myrrhæ mons erit ſponſæ, ſui ſponſi importunus diſceſſus. Hebraicè ſcribitur: *Vadam mihi ad montem myrrhæ.* Quaſi dicat: Ibo ſolus voluptatis & animi cauſſa. Id dicit ſponſus vt ſponſæ deſiderium ſecum eundi iniiciat, dum diſceſſum notificat, nec dicit quandò indè redibit. Profectò ſponſus non valdè ſe ſponſæ amaſium exhibet, dum voluptatis & animi cauſsâ, à ſponsâ diſceſſum molitur. Fortè nauſeat ad ſponſæ amplexus? an illius ſpem tectiùs negociatur? Pulchrè Hugo Victorinus apud Tilmannum ibi: *Vadam ad montem myrrhæ &c. Non ſemper domi eſt ſponſus iſte, cauet enim ne fortè vileſcat ſuus amor. Et quia citiùs in tædium veniret, ſi ſemper præſens eſſet, ideò ſe ſubtrahit aliquandò, ad tempus recedit, vt dum quæritur abſens, ſtrictius teneatur præſens.* Profundè quidèm Victorinus Hugo! Scilicet vices alternent præſentia & abſentia, ne in hâc mortali vitâ iugis ſemper fruitio faſtidium moueat: ergò tempeſtiuâ reciprocatione, præſentiæ abſentia, id eſt, fruitioni ſpes ſuccedat, quæ de moleſtè dulci abſentiæ lenocinio, è diuerſo amorem exciret, exacuat, & deſiderio ardentiùs ſufflammet. Abſit aliquandò ſponſus amarâ abſentiâ, quò dulciſſimis ſpebus locum permittat, ne ſicut fruitione plena, deſideriis ac ſpebus vacua, ſponſa inueniatur. Abſente ſponſo chara ſponſa ſubtimeat, vt vel modicus ſponſi amittendi metus deſideriorum lenocinium exiſtat; & dum ſpebus blanditur, arguta ſit amoris pellacia. *Zoçobrenſe dulcemente los goços de la poſſeſſion, con los rezelos de la auſencia, y albagos de la eſperança.* Quin etiam Hugo innuere videtur, quòd dum cæleſtis ſponſus abſens auidiùs quæritur, feſtinatis ſpei ſubſultibus, feliciùs iam quodammodo tenetur, dum ſpes ad poſſeſſionem hians, fruitionem momordit obtentu præpropero: *Ad tempus*, inquit, *recedit, vt dum quæritur abſens, ſtrictius teneatur præſens.* Sic, ſic Deus quæritur à Ruthâ, qui cùm ab eâ auidiùs quæritur, ſub Dei alis fauentiùs expanſis, peramanter fouetur: de quo Dei fotu Boozus illi gratulatur.

Hebræcè.

Hugo Vict.

Sponſus ſpectus quæritur abſens, vt ſtrictius teneatur præſens, quomodo?

Hic verſ. 12.

5.
Iob 19. v. 27.

Iob 19. tolerando defeſſus, hâc mente fiduciam erigit ad calamitatis fruſtrationem: Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terrâ ſurrecturus ſum: & rurſùm circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum. Quem viſurus ſum ego ipſe: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Dicimur *in ſinu ſeruare* quæ valdè amamus, aut facimus plurimi, quia neque à nobis abeſſe volumus, neque tutior eſt locus, in quo illa à furacibus manibus defendi poſſunt. In ſinu itaque dicit habere ſe repoſitam ſpem illam, id eſt, in intimis præcordiis, quæ numquam excidat; quæ non minùs reficiat &

Digitized by Google

integret languentem animum, quàm præcordia corpus & vitam fouent, conſeruant, recreant. Hinc Galfridus apud Tilmannum ibi, præfata verba ſic elucidat: *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Aduertite & videte pauperem & inopem percuſſum vlcere peſſimo, quàm repoſuerit ſpes, & theſaurum ſuum vt cuſtodiat: ſiquidèm cordis non corporis ſinus eſt, in quo repoſitam habet ſpem ſuam, ac ſi dicat: Nemo tollet à me hoc refrigerium, & Spei gaudium.* Vndequaque atrociſſimis duriùs calamitatibus Iobus premitur. Frendet in eum Tartarus, Deus illi velut in crudelem interim verſus eſt: amici miſeriam augent, vxor calamitatem exaggerat: vndique horror ingruit, vbique naufragium hiat. Sola illi ſpes animitùs ſupereſt, fidus calamitatum comes, & à calamitate aſylum. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Ac ſi dicat: Nemo tollet à me hoc refrigerium, & Spei gaudium.* Sanè acerrima virtus eſt, quam nec vltima neceſſitas excuſſit: fidelis virtus eſt, quæ in omnium defectione, auxiliaris præſtò adeſt: audacter læta virtus eſt, quæ in tantâ mœſtitudinum cauſsâ, *refrigerium* afflat, & *gaudium* medulliitùs ſuggerit. In malis ſperare bonum, niſi innocens nemo ſolet: nocens etiam poteſt, ſi ſpei gratia feliciter affulgeat, quæ etiam in terrenorum deſperatione, cælum fragrat, & cæleſtia prælibat.

Galfridus.

Spes, in extremâ calamitate dum cælum fragrat, gaudiû afflat.

6\. Exhodi 14. minaces Ægyptiorum phalanges à tergo Hebræos inuadunt: mare à fronte effugium præcludit: vndique horror, & plurima mortis imago, fugere conantes debilitat. Tunc Moyſi dixit Deus: *Quid clamas ad me?* Opinor, cùm clamor querulè miſerabilis, ſit calamitatis ſequela, mirum foret ſi in tantâ numeroſi populi turbâ, mulierum nulla, puerorum nemo tunc clamauerit: *Moyſi dictum eſt* (ait Ambroſius) *Quid clamas ad me? hoc eſt, quid de me ſperas? tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas; tu ſolus ad me clamas, qui per vniuerſam terram nomen meum annunciari expectas.* Profectò ſolus ad Deum clamat, qui ore tacito, & vocali altiùs corde, benè de Deo ſperat. Hic, hic, inquam, mitiſſimo ſpei arbitrio, Dei *virtutem excitat*, & totam ipſius omnipotentiam aduocat, imò & concitat auxiliarem. O bonus ſpei clamor! Quis vel in miſerabili conſternatione ſpem non corrigat ad Deum, benè ſcius, quòd humanæ ſpei lenocinium, ſic diuinam omnipotentiam ad ſuam tutelam obarmet. Sibi inuidet ſoſpitatem, qui vel in vltimâ neceſſitate, ſpei precariè omnipotentis præſidium excuſſit.

Exhod. 14. v. 15.

Spes, clamor eſt, qui Dei omnipotentiam excitat.

S. Ambroſ. in Pſal. 118. Oct. 19.

---

§. CLXVII.

Spei elogia, quæ in Ruthâ elucent, multimodè elucidantur.

1\. PLutarchus in Conuiuio ſeptem Sapientum, has eorum quæſtiones & reſponſa eruditè percenſet: Quid antiquiſſimum? Deus, inquit Thales. Ingenitus eſt enim. Quid maximum? Locus. Nam reliqua mundus, mundum hic complectitur. Quid pulcherrimum? mundus. Quicquid enim concinnam ordinationem obtinet, huius eſt portio. *Quid ſapientiſſimum? Tempus. Siquidèm alia iam inuenit, alia inueniet...* Quid vtiliſſimum? Virtus. Namq; cetera vtendo rectè vtilia efficit. Quid nocentiſſimum? Vitium? Ferè enim noxam adfert eius contagio. *Quid fortiſſimum? Neceſſitas. Eſt enim vna inuita.* Quid facillimum? Quod naturæ conueniens eſt. Quandò voluptates quidèm ſubindè auerſantur homines..... *Quid communiſſimum? Spes. Quandoquidèm, quibus nihil aliud ſuppetit, iis hæc ſuppetit.* Fortuna innocentem deſerit ſæpè, bona ſpes numquam. Sanè acerrima virtus eſt, quam nec vltima neceſſitas excuſſit, Spes it alacris per ardua, in naufragio portum inuenit, & anchoram in pelago figit; proſpero ſæpè errore, & cæcâ felicitate ſoſpes. Etſi deſint omnia humanitùs auxilia, non te deſerat ſpes.

Plutarchus.

Quid ſapientiſſimum? Tempus.

Quid fortiſſimum? Neceſſitas.

Quid communiſſimû? Spes.

Prouerbiorum 2. de cæleſtis ſapientiæ ſcholâ, ſic Salomon homines erudit: Dominus, inquit, dat ſapientiam; & ex ore eius prudentia, & ſcientia. *Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter.* Hebræus textus ita habet: *Abſcondet rectis ſalutem, ſcutum* (clypeus eſt) *ambulantibus in perfectione.* Biblia Tigurina pro τὸ *ſalutem*, habet *eſſentiam*, ſeu *exiſtentiam*, ſeu *ſubſtantiam*; alij, *ſapientiam*; alij, *legem*; alij, *formam*; alij, *fortunam* (vt ex Cornelio inibi aliàs ad theſes alias excripſimus) Syrus autem ſic locum opportunè vertit: *ſeruabit rectis ſpem.* Quaſi Spes ſit iuſtorum *ſalus, clypeus, lex, ſapientia, forma, fortuna, ſubſiſtentia, eſſentia, ſubſtantia.* Longum nimis facerem, ſi omnia hæc ſpei epitheta, ſeu elogia enucleare vellem, & vel perſtrictim cuiuſque analogiam moraliter perſequi. Sat eſto, ea reſcripſiſſe, digitúmque intendiſſe ad acumen, moralium theſium in primis fœcundiſſimum. Procliue eſt cuique ſingulorum emedullare metaphoram, & ad rem ethicam digerere. 2.

Prouerb. 2. v. 7.

Hebræus.

Tranſlationes variæ.

Cornelius.

Syrus.

Addenſata ſpei epitheta, ſeu elogia.

Paullus ad Hebræos 6. ad ſpei conſtantiam eos his verbis animat: Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, *Quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.* Porrò ſicut firma anchora in mari ſic nauim valenter fundat, vt inter ſæuos atrociter vortices, & ventos pertinaciter flantes, firmam, illæſam, & inconcuſſam teneat, victrici ſtitione: ita ſpes inter tentationes, omnéſque huius ſeculi agitationes, atque conflictus, quibus in hâc vitâ quaſi nauigantes ſúſque déque iactamur, animam firmat & corroborat, vt ſolida, immobilis, conſtans in fide, ſtudióque virtutis conſiſtat, ac victrix tempeſtates detriumphet. Quare Syrus vertit: *Qua* (ſpes) *nobis eſt velut anchora, quæ retinet animam noſtram, ne commoueatur.* Addit inibi Cornelius: *Vndè Syri & Arabes, Spem vocant* תקוה *vataca, quaſi dicant firmitatem, ſoliditatem, robur:* תקו *vatac enim ſignificat firmare, roborare, vincere; indéque confidere & ſperare.* Itaque Spes non ſolùm robur ac valentiam oſtentat; ſed in ipſo etiam nomine victoriam deſcriptam præfert; adeò vt qui dicit *ſperare*, dicat etiam & *vincere*: ac ſi Spei nomen victoriale ſit. Qui benè ſperat, alternantis variè felicitatis anchoram fundat, & acerrimâ ſpe ſtrenuè pugnax aduersùs mundi minas, victoriam reportat, quam ſpei nomini inſculpit. In militaris vitæ hominum aſſiduo pugnaciter conflictu, cui benè ſperatum eſt, ſatis victoriatum eſt. Hebræum *vatac ſignificat vincere; indéque confidere, & ſperare.* Redeamus ad *anchoram*, à cuius metaphorâ tantis 3. 4.

ad Hebr. 6. v. 19.

Spei nomen, victoriale eſt; victoriâ nomine præferens.

Syrus.

Cornelius.

Hebræus.

Digitized by Google

ad Hebr. 6. v. 19. S. Cyprian. tantis per deflex imus, ob victoriam ſpei vocabulo inſculptam: *Quam* (ſpem) *ſicut anchoram habeamus animæ tutam ac firmam.* Quâ de re ſic ad Donatum eleganter ſcribit Cyprianus: *Vna,* inquit, *placida & fida tranquillitas: vna ſolida & firma & perpetua ſecuritas, ſiquis ab his inquietantis ſeculi turbinibus extractus, ſalutaris portus ſtatione fundatus, ad cælum oculos tollat à terris, & ad Domini munus admiſſus, ac Deo ſuo mente iam proximus quicquid apud ceteros in rebus humanis ſublime ac magnum videtur, infrà ſuam iacere conſcientiam glorietur. Nihil appetere iam, nihil deſiderare de ſeculo poteſt, qui ſeculo maior eſt. Quàm ſtabilis, quàm inconcuſſa tutela eſt, quam perennibus bonis affluens cæleſte præſidium, implicantis mundi laqueis ſolui, in lucem immortalitatis æterna de terrenâ fæce purgari.* Scitè pariter ac opportunè Cyprianus.

Seculo maior est de ſeculo ſperet, ſed è cælo.

5. Pſal. 32. v. 18. & 19. Regius Propheta poſtquam multis oſtendit imbecillitatem ſpei, quæ mentitâ fiduciâ in hominibus collocatur; ſpes humanas ad Deum corrigit, Pſal. 32. ſic pangens: *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordiâ eius. Vt eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.* Vide quid ſpes præſtet ſperantibus, & mortem arcet animæ; & fame expulsâ, alimentum præbet animæ peridoneum, ne præ fame langueat, tabeſcat, & deficiat. Appoſitè Hebræus Philo ſpem vocat, *Alimentum animarum virtutem amantium, propter quam ſemouemus pigritiam, quoquot ſuapte promptitudine properamus ad honeſta opera.* Quaſi homo ſpe viuat, & bonos mores, virtutis pabulo ſpebus nutriat, ſuſtentet, adipet, ne præ alimenti fame deficiant. Portò ſicut mundialium rerum voluptuoſa pellacia appellatur à Cypriano, *Morum labes, probrorum fomenta, alimenta vitiorum;* ſic pingui deliciarum illicio vitia foventi, è diuerſo opponitur ſpes tamquam *alimentum animarum virtutem amantium.* Sanè ſicut alimentum in ſubſtantiam aliti conuertitur, quò viuentem foueat ac nutriat; ſic erecta cæleſtium ſpes, vt ſit *alimentum animarum virtutem amantium,* & virtutes foueat ac ſuſtentet, ne præ imbecillitate marceant atque deficiant, in mores abit, & in reliquas virtutes quodammodò conuertitur; & ſic eas fouet, ſuſtentat, nutrit, adipat, incrementat. ô quàm languent virtutes, niſi ſpei fotu ac pabulo animentur!

Spes dicitur animarum virtutum alimentum.

Philo lib. Quòd deterius potiori inſidi.

S. Cyprian. epiſt. ad Donat.

6. Tertull. Apol. c. 41. Tertullianus in Apolog. aduerſùs Gentes ſic profundè de fiduciâ in Deum ſcribit: *Sed etſi aliqua nos quoque perſtringunt, lætamur magis recognitione diuinarum prædictionum, confirmantium ſcilicet fiduciam, & fidem ſpei noſtræ.* Alibi pro re orationis ethicè expendebamus, quo pacto poſſit eſſe ſpei noſtræ fides. Portò in ſpe non peregrinatur titubatio, quam fides excludit: hæc certò veritatem fundat, illa verò conditionem expetit, quæ niſi tandèm adſit, ſpes fructu ſuo viduatur. Benè eſt, atrociori Tyrannorum perſecutione animetur fiducia, erigatur ſpes, diuinarum prædictionum oraculis; at *fidem ſpei,* quis inibi recognoſcat. S. Hieronymus in Expoſitione Epiſtolæ ad Galatas, ſagaciùs perueſtigat, quare Apoſtolus inter fructus ſpiritùs non recenſuerit ſpem; ait enim cap. 5. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas;*

Quo pacto fides ſpei noſtra eſſe dicatur.

ad Galat. 5. v. 22. & 23.

P. Didac. Celada in Ruth.

quare igitur in hoc catalogo ſpes negligitur? Imò & recenſetur, ait inibi Hieronymus: *Quia in fide ineſt quod ſperatur: ſiquidèm quod ſperamus eſſe venturum, necdum eſt in præſenti, fide poſſidemus, ſperantes nos tenere quod credimus:* S. Hierony. Exindè ſpes non dubiis characteribus in fide legitur. Quo ſenſu Tertullianus profundè cognoſcit, & palàm notificat *fidem ſpei noſtræ, quia in fide ineſt quod ſperatur:* quod enim ſperamus, iam quodammodò *fide poſſidemus.*

Sapientiæ 9. de Sapientiæ ac experientiæ gymnaſio, ſic homines Salomon erudit: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* Arabicus ſic locum vertit: *Corpus corruptibile onerat animam, & terrenum habitaculum valdè onerat intellectum.* Sanè *intellectus* hoc corporis pondere, & terrenarum appetitionum onere preſſus, quaſi à ſuâ generoſitate ignobiliter deſciuerit, *ſenſus* conſultò nominatur; ac ſi voluptabilium ſenſuali deſiderio, & malè ſenſatis ſpebus quodammodo obbruteſcens, ponderis neceſſitate ad terrena deorsùm ferretur. Quod ſubtiliter ediſſerit Bernardus hunc Sapientiæ locum elucidans: *Peccato,* inquit, *factum eſt, vt corpus quod corrumpitur aggrauet animam, ſed amore, non mole. Nam quod ſurgere anima per ſe iam non poteſt, quæ per ſe cadere potuit voluntas in cauſâ eſt, quæ corrupti corporis vitiato ac vitioſo amore langueſcens & iacens, amorem iuſtitiæ pariter non admittit. Ita neſcio quo prauo & miro modo ipſa ſibi voluntas, peccato quidèm in deterius mutata neceſſitatem facit; vt nec neceſſitas cùm voluntaria ſit, excuſare valeat voluntatem; nec voluntas, cùm ſit illecta, excludere neceſſitatem. Eſt enim neceſſitas hæc quodammodò voluntaria. Eſt fauorabilis vis quædam premendo blandiens, ac blandiendo premens.* Nempè hæc leuicula terrenorum delectabilium mulcedo, *premendo blandiens, & blandiendo premens,* ſic aggrauat animam, ſic *onerat intellectum,* vt aliquâ velut neceſſitate deorsùm vrgeat; vt vix ſursùm attolli, & è terrâ adſurgere poſſit. Quâ igitur arcanâ vi ſic iacens intellectus erigetur, attollique poterit ad ſuperna? S. Gregorius Nyſſenus homil. 14. in Cantica, ſic tempeſtiuè quaſi interrogatus reſpondet: *In ſaltibus diuinæ ſpei totum corpus attollitur:* Nimirùm, tametſi corpus quod corrumpitur, *aggrauet animam, & oneret intellectum;* & grauatè premendo blandiatur, & dulciter blandiendo premat, totâ terrenorum voluptabilium mole miſerè iacens; tamen vna ſupereſt cæleſtium ſpes, quæ acerrima virtus eſt, & eum ſenſim eleuare poterit, ſi obnixiùs ſperando adnitatur. *In ſaltibus diuinæ ſpei totum corpus attollitur.* O adnitere, quiſquis cælum amas, O quot, quámque grauiſſimis oneribus Rutha degrauabatur, ne cum ſocru Noëmi è patriâ Moabitide *ſurgeret,* & ad Terram promiſſionis per obſtantia iret: Spei autem ſaltibus animoſiùs emerſit, & ad Deum euolauit: *Reddat tibi Dominus* (ait illi Boozus) *pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.*

Sapient. 9. v. 15.

Arabicus.

Neceſſitate quâdam liberâ ad voluptabilia ferimur.

S. Bernard. Serm. 81. in Cantica.

Homo peccatis degrauatus, ſaltibus ſpei corpus attollat.

S. Nyſſenus.

Ruth 1. v. 6.

Hic verſ. 12.

Digitized by Google

§. CLXVIII.

De ſanctorum Patrum pædagogiâ multis vapulat vanagloria.

1. S. Gregor. l. 8. Moral. c. 38. Matth. 6. v. 1. *Qui gloriam ſuam non quærit, etiã in publico occultè operatur, & contrà.*

ALiud eſt profectò (ait S. Gregorius) cùm in oſtentione operis gloria quæritur largitoris, aliud cùm laus priuata concupiſcitur de dono largientis. Vndè in Euangelio Veritas dicit; *Attendite ne iuſtitiam faciatis coràm hominibus, vt videamini ab eis.* Opus ergò noſtrum cùm hominibus oſtenditur, in cordis priùs examinatione penſandum eſt, per eiuſdem oſtenſionis ſtudium quid quæratur. *Si enim dantis gloriam quærimus, etiam publica noſtra opera, in conſpectu illius occulta ſeruamus. Si verò per hæc noſtram laudem concupiſcimus, foras ab eius conſpectu iam fuſa ſunt, etiam ſi à multis ignorentur.* Heu ſic hypocriſis lenocinio vanægloriæ vel occulta bona opera prodit, conſtuprat, deturpat! Non virtus, ſed cauſſa virtutis, apud Deum cenſus operum eſt. Occultum aut publicum ex mentis receſſu ethicè taxatur. Pergit idem indidèm Gregorius: Cùm nos, inquit, iuſtitiam noſtram coràm hominibus facere Dominus prohiberet, illico adiunxit: Vt videamini ab eis; & cùm rursùs videnda ab hominibus bona opera noſtra præciperet, protinùs ſubdit: *Vt gloriſicent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Qualiter igitur

Matth. 5. v. 16.

videnda eſſent, vel qualiter non videnda, ex ſententiarum fine monſtrauit. Quatenùs operantis mens opus ſuum, & propter ſe videri, non quæreret & tamen hoc propter cæleſtis Patris gloriam non celaret. *Vndè fit plerumque, vt bonum opus & in occulto ſit, cùm ſit publicè; & rurſus in publico cùm agitur occultè. Qui enim in publico bono opere, non ſuam, ſed ſuperni Patris gloriam quærit, quod facit abſcondit: quia ſolum illum teſtem habuit, cui placere curauit: & qui in ſecreto ſuo bono opere deprehendi, ac laudari concupiſcit; & nullus fortaſſe vidit quod exhibuit, tamen hoc coràm hominibus fecit, quia tot teſtes in bono opere ſecum duxit, quot humanas laudes in corde quæſiuit.* Longulè, ſed eleganter.

2. 2. Paral. 25. v. 14.

2. Paralipomen. cap. 25. Amaſias rex Iuda, viginti millibus Idumæorum interfectis, impiè barbaricam idololatriam inuexit: *Amaſias*, inquit, *poſt cædem Idumæorum, & allatos Deos filiorum Seir, ſtatuit illos in Deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat incenſum.* Impium Amaſiæ ſcelus, quaſi inſenſatum ac irrationale, Ioſephus pleniùs ſuggillat. *Quamobrem à Prophetà conuenitus eſt mirari ſe dicente, ſi hos Deos crederet qui cultoribus ſuis nihil opis afferre valuerint; neque eos ab Hebræorum vi tutos præſtiterint, ſed tamquam ad ſe non pertinentes cædi, & captiuos trahi paſſi ſint.* Hanc impiè fatuam Amaſiæ idololatriam Stephanus Cantuarienſis ſic ſubtiliter ad mores flectit: *Amaſias*, inquit, *poſt cædem Idumæorum Deos eorum ſtatuit ſibi in Deos, & adorauit eos. Qui vitia mortificat ex quibus oritur ſuperbia, nec ipſam ſuperbiam eliminat, ſimilis eſt Amaſiæ, qui interfecit filios Seir, & adorauit Deos eorum.* Qui ſtrenuo mortificationis robore in luctâ cum vitiis, illa malè concidit, internecat, detriumphat, nec ſuperbiam ſimul vincit, ſed inanis gloriæ ambitione titillatur, vt humanas laudes de mortificatione aucupetur; ſimilis eſt fatuo Amaſiæ, qui Idumæos vincens, victos eorum Deus adorat: nam vitiis deuictis, ſuperbiam eorum regem colit, & à ſe ſtrenuè detriumphatam veneratur.

Ioſephus.

Superbus, ſicut Amaſias, Idumæos vincit & eorũ Deos adorat.

Steph. in Alleg. Veter. teſt. ibi.

3. Matth. 7. v. 22. & 23.

Matthæi 7. ſic de monte adhuc loquitur Chriſtus Deus: Multi dicent mihi in illâ die (iudicij, inquam) Domine, Domine, nonne in nomine tuo propheauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, *& in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Quia numquam noui vos:* Hanc Chriſti ſententiam S. Cyrillus Alex. lib. 3. in Ioannem cap. 17. his verbis elucidat: *Non enim, inquit, probè me quæſiſtis, nec ſanctimoniâ ſplendere voluiſtis; ſed mercaturæ modo religionem oſtentaſtis, propterea vos non cognoui.* O non bona è virtute ac religione *mercatura*, quæ dum humanas laudes virtutũ ſplendore nundinatur, quæſtuoſâ virtutum iacturâ, cæleſtes gazas inaniter perdit? Vanægloriæ cognatum vitium eſt, bonorum operum abuſu, mercaturam potiùs, quàm virtutem exercere. O inane inanis gloriæ lucellum!

S. Cyrillus.

Vanagloria bonorum mercaturã facit.

4. Michææ 6. v. 15. *Superbus calcat oliuã, & non oleo vngitur.* Stephan. Cant.

Michææ 6. ſic durè Propheta minatur: *Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo; & muſtum, & non bibes vinum.* Grande nimis malum, proprio labore ac ſudore fruſtrari. Stephanus Cantuarienſis inibi apud Tilmannum, præſcripta verba de inani gloriâ, & vanâ laudis appetentiâ ethicè commentatur, ſic fatus: *Tu calcabis oliuam, & oleo non vngeris, id eſt, tu venaberis gloriam, de quâ dicitur, Oleum adulationis; & tamen eam minimè aſſequeris.* Heu! blandè pinguem, delicioſè florentem, & voluptuoſè adipantem vitiorum oliuam operoſè calcabis; & tamen quia tanto virtutum ſudore inanem gloriolam captas, & mortificationis prouentu viduaberis, nec ambitam aſſequeris gloriam.

5. 1. Mach. 6. v. 46. S. Ambr. l. 1. Offic. c. 40.

1. Machabeorum 6. numeroſâ manu rex Antiochus aduersùs Iudæos pugnat: repugnat ſtrenuè Iudas: Et vidit Eleazar vnam de beſtiis loricatam loricis Regis: & erat eminens ſuper ceteras beſtias: & viſum eſt ei quòd in eâ eſſet rex: & dedit ſe vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo hùc atque illuc. *Et iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.* Quanta igitur virtus animi, vt mortem non timeret, vt circumfuſus legionibus inimicorum: in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, & contemptâ, morte ferocior, ab abiecto clypeo vtrâque manu vulneratæ molem beſtiæ ſubiret, ac ſuſtineret; pòſt infrà ipſam ſuccederet, quo pleniori feriret ictu. Cuius ruinâ incluſus magis, quàm oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho. Nec fefellit opinio virum, quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim virtutis ſpectaculo defixi hoſtes inermem occupatum incurſare non auſi poſt caſum ruentis beſtiæ, ſic trepidauerunt, vt impares ſe omnes vnius virtuti arbitrarentur. Itaque Eleazarus heredem virtutis ſuæ pacem reliquit. Cùm ergò Eleazarus oppreſſus ſit ab elephante ſuprà ſe cadente, præſcripta

ſcripta verba lib. 19. Moral. cap. 13. S.Gregorius ita Symbolicè exponit: *Eleazar in prælio elephantem feriens ſtrauit, ſed ſub ipſo, quem extinxit, occubuit. Quos ergò iſte ſignificat, quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos, qui vitia ſuperant, ſed ſub ipsâ quæ ſubiiciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt? Quaſi enim ſub hoſte, quem proſternit, moritur, qui de culpâ, quam ſuperat, eleuatur.* Idem etiam tradit Hugo inibi, ſic fatus: *Eleazarus,* inquit, *elephantem occidit, & ab elephante eſt occiſus: cecidit enim elephas ſuper Eleazarum, & mole ſui corporis oppreſſit eum. Per Eleazarum, illi qui mundi faſtus tripudiant* (fortè *repudiant*;) *per elephantem, ſuperbia mundi deſignatur. Dum enim veſtis aſperitatem, vilitatem cibi libenter patimur, dum labore calloſa ſqualet manus, & frigore cutis riget, & Sole nigreſcit, tunc Eleazarus elephantem occidit. Cùm verò in huiuſmodi fauorem quærimus, tunc Eleazarum cadens opprimit elephas. Et pulchrè per elephantem figuratur ſuperbia, vtriuſque enim natura ſimilem habet compoſitionem. Elephantis natura talis eſſe dicitur, vt oſſa illius iuncturis careant, & ideò flectere membra ſua nequeat, ſed ſemper ſtet.* &c. Ecce tibi ſuperbus vanæ gloriæ quæſitor, ſub virtutum triumphis deuictus cadit, ſuâ victoriâ è peruerſo vincitur, & virtutum animoſitate virtutes tumulat.

S. Gregor. *Superbus ſub virtutum triumphis cadit oppreſſus.*

Hugo apud Tilmann. ibi.

Elephas eſt ſuperbia ſymbolum. quare?

6. Matthæi 6. hæc Chriſti adhortatio legitur Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes *Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes,* &c. Quæ verba ſic elucidat Baſilius homil. 1. de laudibus ieiunij: *In hâc vitâ,* inquit, *plerique vitam ſuam velut è proſcanio, ad oſtentationem componunt, aliud in corde gerentes; aliud in ſpecie hominum oculis præ ſe ferentes. Noli igitur obſcurare faciem. Qualis es, talis appare: ne teipſum transfigures in habitum triſtem ac tetricum, hinc gloriam ac laudem aucupans, ſi videare ſobrius ac temperans.* Quid inaniter glorioſam tui *transfigurationem* repræſentas? Aliter Chriſtus, aliter *transfiguratur* hypocrita. Hypocrita per vanægloriæ præſtigias transfiguratur.

Matth. 6. v. 16.

S. Baſilius.

Hypocrita per vanægloriæ præſtigias transfiguratur.

7. Geneſ. 39. femineam ſtupri pellaciam, his verbis Ioſephus excuſſit: *Ecce Dominus meus,* inquit, *omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſuâ: nec quicquam eſt quod non in meâ ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor illius es: quomodò poſſum hoc malum facere?* Quæ verba S.Bernardus apud Tilmannum inibi ſic elucidat: *Magna & rara virtus eſt, vt magna licet operantem, magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam te ſolum latere ſanctitatem. mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare* (Quâ in re mirè Rutha excelluit hîc verſ. 11. & 12. & 13. *Hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuerà famulus es, ſi de multâ gloriâ Domini tui, etſi non exeunte, ex te tamen tranſeunte, per te nihil tuis manibus adhærere contingat. Ioſeph cùm domum Domini ſui creditam ſciret, Dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc non acquieuit contingere. Non eſt, inquit, ex omnibus bonis Domini mei, quod non in meâ ſit poteſtate, præter te, quæ vxor eius es. Mulierem nouerat eſſe gloriam viri, & iniquum iudicauit vice contrariâ inglorium facere, qui ſe fecerat glorioſum. Aduertit homo Dei, ſapientiâ prudens, virum vxorem fortiter tamquam propriam zelare gloriam, ſibique ipſi retinuiſſe ſeruandam, non alij credidiſſe, & manum ad non conceſſum extendere non præſumpſit. Quid ergò homo Zelat gloriam ſuam, & Deum audet velle fraudare ſuâ, tamquam non zelantem? Sed audi quid dicat: Gloriam meam alteri non dabo.* Pulchra Bernardi verba, & acumen, & illius elocutionem luculenter ſuggerunt.

Geneſ. 39. v. 8. & 9.

S. Bernard.

Hic verſ. 13.

Magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt

1. Cor. 11. v. 7.

Iſaiæ 48. v. 11.

---

§. CLXIX.

Ne erubeſcat peccator, æternam vitam præſenti confeſſionis pudore mercari.

1. SAlubris Auguſtini ethicè gnome eſt: *In tribunal mentis tuæ aſcende contra te: & reum te conſtitue ante te. Noli te ponere poſt te, ne Deus te ponat ante te.* Melior eſt medicinæ amaritudo in faucibus quàm æternum tormentum in viſceribus. *Sunt multi,* inquit, *quos peccare non pudet. O incredibilis inſania! de vulnere ipſo non erubeſcis, & de ligaturâ vulneris erubeſcis. Nónne vulnus fœtidum & putridum eſt? confuge ergò ad medicum, age pœnitentiam; dic, Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, quia tu ſolus ſine peccato.* O peccatorum confeſſio, *quid de te noui referam? omnia ligata tu ſoluis, omnia clauſa tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita tu ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas.* O facile parabilis in linguæ volubilitate medicina! his dico, ait Pacianus, *qui remedium ſuum erubeſcentes malè verecundi ſunt.*

S. Auguſt. lib. de Vtil. agen. pœn.

Confeſſionis peccatorum conglobata elogia, ne pudore impediatur.

S. Cypri. de laude pœn.

Pacia. Paræneſi ad Pœn.

2. Prouerb. 18. ſic nos erudit Salomon: *Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum.* Quæ verba ſic exſcribunt Lxx. Interpretes, quos multi expoſitorum elucidant: *Iuſtus ſuipſius eſt accuſator in principio ſermonis,* &c. Nec diſſentiunt Hebræa: *Iuſtus primus eſt in lite ſuâ.* id eſt, Iuſtus prior ſecum litigat, ſe redarguit, ſe accuſat. Ceterùm non eſt facile expedire, quomodò dicatur. *Iuſtus,* qui habet aliquid, de quo ſeipſum ipſe grauiter accuſet? Aut non debuit dici *Iuſtus,* qui habet aliquid, de quô, deuorato confeſſionis pudore, ſe accuſet grauiter: aut id non debuit habere, qui *Iuſtus* nominatur. Pulchrè Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 25. hunc locum tractans, ſic reſpondet: *Iuſtus ſeipſum priùs quàm alios accuſat. Ille enim iuſtus, qui nec tibi parcit, & occulta ſua latere non patitur.* &c. ſcilicet *Iuſtus* dicitur, qui ſeipſum vltrò prior accuſat; & qui etiam habet, quid proximus eius poſſit in eo accuſare: quia cùm *iuſtus ſui ipſius ſit accuſator in principio ſermonis,* excuſſo confeſſionis pudore; qui ſic ſe accuſat, etſi peccator eſt, iuſtus eſſe incipit, quia ex peccatorum dolore, ſibi non parcit, vt illi Deus parcat; nec erubeſcit hominem non latere, quod Deum non latet. Vndè peccatorum confeſſio, quæ cœpit in peccatore, conſummatur in iuſto. Sapienter ergò ait Salomon: *Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius* (alij *aduerſarius,*) *& inueſtigabit eum.* At eum, qui prior eſt accuſator ſui, & indè habeat de quo ipſe ſe ipſum accuſet; adeò iſtiuſmo præproperâ confeſſione *iuſtus* eſſe incipit; vt quantumuis eius amicus aut inimicus eius vitam *inueſtiget,* nihil iam in eo, quod accuſet & damnet,

Prouerb. 18. v. 17.

Lxx. interp.

Hebræus.

Qui ſe accuſat, etſi peccator eſt, iuſtus eſſe incipit

S. Ambroſ.

damnet, inueniet. Quod ex iam iam dicendis amplius elucidabitur.

3. Regius Pſaltes Pſal. 31. ſic occinit: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi. *Dixi, Confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Græcè, *impietatem cordis mei.* Profectò nimis feſtinata videtur remiſſio, quæ confeſſionis votum comitatur, & confeſſionem anticipatâ veniâ præcurrit. Geminatam huius Dauidicæ ſententiæ expoſitionem adducunt Græci Patres in Commentario Corderij: *Dixi, Confitebor. &c. Quaſi dicat: Dum aliquis peccare cupit, peccatum abſcondit; dum verò illud odit, per confeſſionem manifeſtat iſti, qui mederi poſſit.* Benè quidèm! abſconſio porrò peccati, eſt peccandi lenocinium, & voti vlteriùs peccandi notamentum. Ex odio autem pecati, illius confeſſio naſcitur: vndè ſæpè votum confitendi, remiſſio comitatur. *Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*, ſeu *cordis mei.* Vel aliter præſcriptam ſententiam exponunt: *Simul vt dixi, Confitebor, id eſt, cùm ſolùm cogitarem de confeſſione, hanc ipſa condemnatio anteuertit Per hoc autem diuina clementia promptitudinem demonſtrat.* Hem! ſic eſt exprompta diuina clementia vel ad confeſſionis deſiderium, vt iſtud, anteuertens confeſſionem, remiſſionem inueniat? Quid ad rem exaggeratius? Tertiam huius loci expoſitionem ſuggerit Auguſtinus, qui Enarratione 2. in hunc Pſalmum, ita fatur: *Qui tegunt peccata, nudantur; iſte autem nudauit, vt cooperiretur. Iniquitatem meam non operui. Quid eſt non operui? Iam dudùm tacueram. Modo quid? Dixi. Quid dixiſti? Confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Nempè peccatorum tectione peccator detegitur ac nudatur: qui dum peccata confeſſione denudat, tegit; immortalitatis veſte ipſe ſe veſtit, & ornat.

Pſal.31.v.5.
Græcus.
Votum confeſſionis, peccatorum remiſſionem inuenit. quare.
Græci Patr.
Qui tegit peccata, nudatur, qui confeſſione nudat, cooperitur.
S.Auguſt.

4. Siracides Eccleſiaſtici 4. ita nos ſalubriter erudit: Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. *Non confundaris confiteri pecca tua.* &c. Non loquitur Siracides de confeſſione Sacramentali, vtpotè quæ in illo tempore necdùm erat inſtituta; ſed vniuerſatim de confeſſione, quâ quis legitimè de peccato rogatus illud fateri erubeſcit. Quocircà hæc ſententia locum habet in Sacramentali Confeſſione poſtquam illa à Chriſto fuit inſtituta, quippè in quâ ſanxit Deus peccata pandi, de iiſque confundi, ac pœnitere. Hanc Eccleſiaſtici ſententiam ſic Auguſtinus elucidat lib.2. cap. 5. de viſit. infirm. *Heu! cur erubeſcis confiteri, quod facere nequaquam erubuiſti?* Et rurſùs: *Meliùs eſt coràm vno aliquantulùm ruboris tolerare, quàm in die iudicij coràm tot millibus hominum graui repulsâ denotatum tabeſcere.* Et S.Gregorius Nazianzenus orat. in S.Baptiſmâ luculenter addit: *Ne peccatum confiteri grauteris, vt per huius vitæ pudorem, futuri ſeculi pudorem ignominiámque fugias.* Et iterùm: *Perſpicuum facias, te ſeriò atque ex animo peccatum odiſſe, dum illud tamquam contumeliâ dignum traducis ac velut ludibrio exponis, de eóque triumphum agis.* Sententiæ quidèm digniſſimæ, quæ particulatim atque verbatim emedullentur. Et Tertulianus lib. de pœnit. cap. 10. *Pleróſque hoc opus* (pœnitentiæ inquam) *in publicationem ſui, aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores, quam ſalutis.* Et mox non ſine ſarchaſmo: *Næ tu verecundiâ bonus, ad delinquendam expandens frontem, ad deprecandum verò ſubducens.* Agmen claudat Pacianus Barcilonenſis epiſc. Paræneſi ad pœnitent. Sic ad rem eloquenter fatus: *Peccator erubeſcet, perpetuam vitam præſenti pudore mercari? & offerenti manus Domino* (Sacerdoti inquam,) *vulnera malè tecta ſubducet? Et habet aliquid quod in illo erubeſcat, qui Dominum læſit? An ſic illi meliùs eſt perire, ne tu pudore timidus ſine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento acquiras cui pro te meliùs eſt perire?* ô bellè!

Eccl.4 v.31.
Addenſata Confeſſionis elogia ex SS.Patribus.
Incertus Auguſt.
S. Nazianz.
Tertullian.
Confeſſio perpetuam vitam præſenti pudore mercatur.
Pacianus.

5. Illud Iſaiæ 43. Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul: *Narra ſiquid habes, vt iuſtificeris*, celebri tranſlatione excribunt Lxx. Interpretes: *Dic tu primùm peccata tua, vt iuſtificeris.* Quod S.Cyrillus, Auguſt. Ambroſ. Leo, Chryſoſtomus, & ex his Leo Caſtrius accipiunt de Confeſſione Sacramentali, quam ex hoc loco probant eſſe medium neceſſarium ad iuſtificationem. Imò hoc ſenſu verſionem noſtram Vulgatam accipit & interpretatur Leo Caſtrius. Et ſanè Chryſoſtomus Orat. 5. contra Iudæos, vrget τὸ *Dic tu prior.* &c. redarguens Cainum, qui non prior, ſed poſtquam redargutus & conuictus eſt à Deo, confeſſus eſt fratricidium, ideóque peccati veniam non accepit, ſed condemnationem. Sic ergò fatur Chryſoſtomus: *Non enim ſimpliciter dixit, Dic tu iniquitates tuas, ſed ait, Dic tu prior iniquitates tuas. Quod quæritur, hoc eſt, non ſimpliciter eſſe dicendas, non expectandam redargutionem accuſantis. Hic autem non dixit prior, ſed expectauit donec redargueretur à Deo, quin potiùs illo redarguente negauit. Poſtquam autem ſemel factum eſt peccatum palam, tum dixit peccatum; quæ quidèm non eſt confeſſio. Proindè tu quoque cùm peccaueris, ne expectes vt ab alio accuſeris; ſed priùs quàm accuſeris, tu condemna quæ facta ſunt. Nam ſiquis alias deindè te redarguerit, non iam confeſſionis eſt officium, ſed illius qui accuſat, correctio.* Multa dein hoc argumento ſubtexit Chryſoſtomus. Et S.Ambroſius lib. 2. de Pœnit. cap. 8 *Nouit*, ait, *omnia Dominus: ſed expectat vocem tuam, non vt puniat, ſed vt ignoſcat: non vult vt inſultet tibi Diabolus, & celantem te peccata tua arguat. Præueni accuſatorē tuum: ſi te ipſe accuſaueris, accuſatorem nullum timebis: ſi te detuleris ipſe, & ſi mortuus fueris, reuiuiſces.* Iterùm idem Ambroſius in Pſalmum 37. prope finem, agens de Dauidis confeſſione: *Primò petit argui: poſteà (quod maius eſt) corripi. Deindè non ſolùm confitetur peccata ſua, ſed etiam numerat & accuſat. Non vult enim latere ſua delicta.* Rurſùs in Pſalmum 35. *Iuſtus*, inquit, *nouit quemadmodum peccatorum ſuorum vincula diſſoluat: nec expectat accuſatorem, ſed præuenit, vt confitendo ſuum, alleuet omne delictum: nec habeat quod aduerſarius criminetur. Vocem enim eripit aduerſario, & quaſi dentes quoſdam paratos ad prædam criminationis infeſta, peccatorum ſuorum confeſſione conſtringit.* 6.
O confeſſio, benè furax, & arcanè capax, quæ infeſtâ tartarei hoſtis contra ſe vocē præmaturè rapit; & eius rictum voraciſſimum obturat, claudit! conſtringit. Pergit Ambroſius lib. 2. de Abel & Cain cap. 9: *Confeſſio, pœnarum compendium eſt:*

Iſaiæ 43. v. 26.
Lxx. Interp.
S.Cyrillus.
S. Auguſt.
S. Ambroſ.
S. Leo.
S. Chryſoſt.
Leo Caſtr.
Multiluga confeſſionis prærogatiua proponitur.
S. Chryſoſt.
S. Ambroſ.

vtpotè

vtpotè quæ pœnaliſſima gehennæ tormenta redimit momentaneo pudore. Denique in Pſalmum 118. Octonario 4. *Iuſtus eſt*, inquit, *qui ſe in exordio ſermonis accuſat: iniuſtus autem, qui quòd priùs negauerat, confitetur. Ille verecundiæ inuenit gratiam, hic notam incurrit impudentiæ. Ita ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formámque meritorum.* Profundè dixit Ambroſius, quòd qui ingenuâ ſceleris confeſſione prior ſe accuſat, *ille verecundiæ gratiam inuenit:* nam vt inquit Siracides Eccleſiaſtici 4. *Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.* O bona confeſſionis confuſio, quæ *verecundiæ inuenit gratiam*, imò & gloriam. De his è diuerſo verè etiam dixeris, *Et gloria in confuſione ipſorum:* confeſſionis enim *confuſio adducit gloriam.* Ingenuè hîc Rutha fatetur Boozo, eſſe mulierem peregrinam, & peregrinâ religione à cunis imbutam, & prognatam in Moabitide populo Dei inuiſâ; & auitâ Idololatriâ, à veri Dei cultu degenerem. De cuius confeſſionis confuſione venit, vt verè dicere potuerit: *Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi.... & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.*

Confeſſionis confuſio inuenit, & adducit gratiã & gloriam.

Eccl. 4. v. 15.

Ad Philip. 3. v. 19.

Hîc verſ. 13.

---

§. CLXX.

Bona Compaſſionis miſeria eſt, quæ aliena mala, & malorum appendices pœnas & glorias, tamquam ſua reputat.

1. *Compaſſio bona miſeria eſt.*

PIa eſt ex compaſſione orta triſtitia, & (ſi dici poteſt) bona miſeria, Compaſſio eſt velut ſpongia, quæ alienam miſeriam ad ſe attrahit, illámque ex parte combibit affectu alienæ calamitatis bibulo: quæ etſi calamitatem non euacuat, & exſuccam reddit; portionem tamen ſugit, & pio ſuctu minuit arcanâ aliquâ charitatis ſympathiâ. Dolendi abuſus videtur alienâ ægritudine languere, & debitum charitatis commercium eſt, atque vnanimis concordiæ ſtipendium. Si non condoleas cum dolente membro, grauiùs doleas oportet, tamquam membrum obſtupeſcens, quod aliud eſſe ægrum non ſentit, & ita periculoſiùs laboras. *O igitur beata anima, quæ compaſſionem habere poteſt! Omnes patiuntur, pauci compatiuntur: Pati poſſunt impij, compati autem non niſi pij*, ait Hugo Victorinus. Sic tamen mens per compaſſionem doleat, vt etiam larga manus affectum doloris oſtendat. Facunda lingua ſub manu ſterili, de qua garrit compaſſionem egregiè mentitur. Sic Boozus hîc manu etiam largè beneficâ de Ruthæ miſeriâ ritè compatitur.

Hugo Vict. de Trib. voluntat. in Chriſt.

Hîc verſ. 13. & 14.

2. Ioann. 2. v. 3.

Ioannis 2. Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. *Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.* Diſce in Matre Domini magnam in precibus fidem habere, & in magnâ fide verecundiam non amittere. Diſce in verecundiâ venuſtate fiduciam, inhibere præſumptionem. *Vinum*, inquit, *non habent.* Quàm breuiter, quàm reuerenter ſuggeſſit, vndè piè fuit ſollicita. Sed vndè fuit piè ſollicita, niſi compaſſionis pietate? Audiendus eſt Bernardus Serm. de Verbis Apocal. ſuper *Signum magnum*, &c. ſic fatus: *Vinum non habent. Et is quidèm ſermo certiſſimus index ingenitæ manſuetudinis, & virginalis verecundiæ fuit: aliorum quippè verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit; non potuit vini diſſimulare defectum.* Scilicet propudioſum foret inuitantibus, vini defectus in conuiuali nuptiarum pompâ; hanc illorum verecundiam præueniens Virgo Deipara tamquam pia noſtrorum defectuum *Spongia*, benignè combibit, & illorum futuro pudore præproperè erubeſcit: *aliorum quippè verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit.* Sic in Beatâ Virgine feſtinauit compaſſio! Latet autem compaſſionis emphaſis in illâ Bernardi ſententiâ, *Suſtinere non potuit.* O pia Deiparæ impatientia, quæ tot ſibi aduerſa ſuſtinere eualens; aliorum inopiam, defectum, verecundiam *ſuſtinere non potuit!* Opinor, nimis patiens in aliorum ærumnis, parùm vritur compaſſionis ſtimulo. Friget charitas, vbi compaſſio non vrit.

S. Bernard.

B. Mariâ aliorum verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit

Ioannes Geom. infrà expendendus.

2. Corinthiorum 11. ita Paullus ſcribit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror?* τὸ *quis*, accipiendum eſt: Siue magnus ſit & potens, ſiuè tenuis & vilis, indifferenti benignitate & compaſſione ergà omnes afficior. *Intelliges autem hîc languorem* (ait Theophylactus) *etiam corporalem, ſeu quo corpus corripitur; potiſſimum verò quo animus etiam languet..... Nec dicit: Particeps ſum calamitatis vel mœroris; ceterùm velut ipſe infirmus ſim, perindè affectus ſum.* Benè eſt, Paullus præ compaſſione (vt aliqui exponunt; licet alij de zelo) non tantùm alienæ infirmitatis particeps fiat; ſed illam totam hauriat per compaſſionem; & ipſe pariter velut infirmus langueat: nec duntaxat de corporeo langore, ſed etiam de animi affectibus loquatur, quaſi adſimilia patiatur; ſaltem de animi affectionibus peccato deprauatis id dicere non potuit. Vndè ſtatim ſubdit: *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Non enim ait, ſicut in priori hemiſtichio dixerat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* ſic & in poſteriori: *Quis ſcandalizatur, & ego non ſcandalizor?* ſed, *Ego non vror?* neque enim Paullus conſummatâ charitate perfectus, ſcandalizari poterat. Pergit Theophylactus: *Et ego non vror? id eſt, ignoſco, vel incendor, nempè pro ſcandalizor. Vt enim dixit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? ſic ait, Et ſi ſcandalizatur aliquis, ego quoque ſcandalizari videor, dóque operam vt languorem, & affectionem iſtam curem, eique medear, haud ſecùs atque meum foret iſthuc malum.* Scilicet Paullus poterat quidèm de alienâ infirmitate ſiue corporis ſiue animi pariter *infirmari* per compaſſionem, quæ alienum contrahebat languorem: at non poterat *ſcandalizari*, id eſt, labi in peccatum. Quare cùm peccatum per compaſſionem attrahere ſeu ebibere non poſſet, pœnam peccati quodammodò combibebat, & iam ſibi *vri*, *incendi*, aut *igneſcere* videbatur. Indéque ſollicitam dabat operam, vt ſcandalizati proximi peccatum tolleret, ac ſi ipſe iam ignis pœnam in ſe ſubiret, qui non poterat culpam. Itaque de alieno ſcandalo ſeu peccato, iam *igneſcit* Paullus, & ideò incendij ſui cauſſam curare ſatagit, ac ſi vrgeretur à ſe ignem

3. 2. Cor. 11. v. 29.

Theophyl. ibi.

Paullus per compaſſionem de alienis peccatis igneſcit.

Digitized by Google

ignem excutere. Quæ eſt piæ compaſſionis mera. Itaque τὸ *vri* aut *igneſcere*, ad pœnam alieni peccati, pro quo anxiè ſollicitus eſt, referri debet.

4. Geneſ. 6. v. 6.

Geneſeos 6. latè iam propagatâ hominum gente, creſcit libido, iniquitas inſoleſcit. Quod videns Deus, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terrâ. *Et tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominem*, &c. Pœnitere & dolere dicitur Deus antropopathῶς, alioqui procul à Deo pœnitentia & dolor. Pœnitentia ad velut retractationem formati hominis iam delendi, pertinet; dolor verò cordis, ad compaſſionem humani excidij, vorticibus elunionis jam iam ingruentis planè ſpectat. O Dei ergà homines amorem, compaſſione diuini cordis medullitùs dolentis expreſſum! *Et nota* (ait Hugo Victorinus) *quòd pereunte homine, Deus dolere cordis intrinſecùs tangi dicitur. Ibi enim dolor fuit, vbi amor: amat enim vniuerſa quæ fecit. Sed amor hominis initu in corde Creatori fuit.* Nimirùm tunc homo peccatorum furore ebrius, impunitate hactenùs inſoleſcens, & impudenti delinquendi licentiâ vel inuitam Dei iram ad vltionem ſeueriorem obarmans; irridebat Dei minas, & Noëmum Arcæ fabricatorem moroſum ſubſannabat: tunc, tunc quidèm bonus Deus per compaſſionem anticipat dolorem; & de hominum futuris ſtragibus, *dolore cordis intrinſecùs tangi dicitur: ibi enim dolor fuit, vbi amor.* Amat corde, corde compatitur; ne compaſſio ab amore degeneret; ne amori ſede & loco cedat compaſſio: nec expectat calamitatem, qui anticipat compaſſionem, vt compaſſio propria alienam paſſionem anteuertat: Si fortè aliena dici poteſt, quæ proprium cor ſic tangit, excedit, vrit & ante paſſionem ſic in compaſſionem, doloris ſenſum animitùs regerit. Tantùm compaſſioni licet! Hæc de Deo more humano, humanóque idiomate: nec aliter homuncio poteſt de affectibus Dei eloqui.

Hugo apud Tilman. ibi.

Compaſſio dolorem cordis anticipat: ibique compaſſionis dolor eſt. vbi amor eſt.

5. 2. Petri. 1. v. 14.

2. Petri cap. 1. ita Apoſtolus morti proximus ſcribit: *Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei ſecundùm quod & Dominus Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.* Cenſent communiter Interpretes, mortem & paſſionem Petri, Chriſtum ipſi Petro reuelaſſe, cùm fremente Neronis in Chriſtianos perſecutione, & atrociùs aduersùs Apoſtolorum Principem ferociente, flexus tandem & victus eſt fidelium lacrymis, vt vrbe excederet. Vbi autem ventum eſt ad portam, *Videt ſibi Chriſtum occurrere* (verba ſunt Hegeſippi) *& adorans eum dixit: Domine, quò venis? dicit ei Chriſtus: Iterùm venio crucifigi. Intellexit Petrus de ſuâ dictum paſſione* (Nota quæ ſubiicit verba,) *quòd in eo Chriſtus paſſurus videretur, qui patitur in ſingulis: non vtique corporis dolore, ſed quâdam miſericordiæ compaſſione, aut gloriæ celebritate.* Scilicet Chriſtus in quâlibet hominum tribulatione, calamitate, paſſione, tametſi iam glorioſus, præ compaſſione pati dicitur etiam *gloriæ celebritate*. O glorioſè arcana Chriſti compaſſio, quæ dum ſimul cum homine calamitoſo pati dicitur, præ cõpaſſione etiam *gloriæ celebritatem* anticipat; Patienti homini Chriſtus Deus compatitur, & compaſſione ipsâ præſentit ac prælibat futuras patientis glorias, & glorioſæ celebritatis pompâ præproperè celebrat. *In eo Chriſtus paſſurus videretur quâdã miſericordiæ compaſſione, aut gloriæ celebritate.* Hem! ſic compaſſio de alienâ paſſione, appendices paſſionis glorias, compaſſionis ſacramento anticipat, & futuram gloriæ celebritatem prægustat? O ineffabiliter glorioſum compaſſionis ſtipendium! O felix compaſſionis miſeria, quæ de miſeriâ alienâ, gloriæ præcoquâ celebritate beatur!

Hegeſip. l. 3. c. 2. apud Gloſſ.

Compaſſio alienæ etiam gloriæ celebritate beat.

2. Corinth. 8. egregiè Paulus Macedonum beneficam compaſſionem ac pietatem deprædicat, eò quod altiſſima eorum paupertas abundauit in diuitias ergà miſerè egenos, & dirâ perſecutione duriùs depauperatos afflictatóſque. *Quia ſecundùm virtutem*, ait Apoſtolus, *teſtimonium illis reddo, & ſupra virtutem voluntarij fuerunt, cum multâ exhortatione obſecrantes nos gratiam, & communicationem miniſterij, quod fit in Sanctos.* τὸ *ſuprà virtutem*, vt alibi ex communi Interpretum expoſuimus, ſignificat vltrà *poſſibilitatem*, præ piâ compaſſione indigentiæ, & calamitatis fidelium, largè beneficos ergà illos extitiſſe. An *ſuprà virtutem*, aut vltrà *poſſibilitatem* poteſt aliquis eſſe in miſerè egenos liberalis? Sic pietas audet vltrà id, quod poteſt? Ita quidèm, ſi compaſſionis calcare extimuletur. Quod luculenter tradit Ambroſius lib. 2. Offic. cap. 28. ſic fatus: *Hoc maximum incentiuum miſericordiæ, vt compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum quantùm poſſumus iuuemus, & plus interdùm quàm poſſumus. Meliùs eſt enim pro miſericordiâ cauſſas præſtare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam: vt nos aliquandò in inuidiam incidimus*, &c. Ecce tibi quid energiæ præſtet miſericordiæ Compaſſio: ſic enim pietatis viſcera vrget vtrique Compaſſionis fomes, vt *ſuprà virtutem*, & vltrà *poſſibilitatem* audeat, piâ quâdam beneficentiæ temeritate ſuprà vires generoſiùs audace. Qui *alienis compatitur calamitatibus, plus interdum iuuat quàm poteſt.* Quod Apoſtolus dixit, *Suprà virtutem* (hoc eſt vltrà *poſſibilitatem*) *voluntarij*, ad *gratiam, & communicationem miniſterij, quod fit in Sanctos.* Quid exaggeratius? 6.

2. Cor. 8. v. 3 & 4.

Compaſſio eſt miſericordiæ calcar, quo vltrà poſſibilitatem audet.

S. Ambroſ.

---

§. CLXXI.

Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt?

ANne iuſtè quæreretur inops, iniuſtè à Deo ſibi prouiſum, quòd aliis ſuperuacua adderet, ſibi adhuc negaret neceſſaria? Falletur: ex æquo cognoſcit Deus inopem ſuum; credo & magis ſuum; nec minùs amat, niſi plus peccantem: non anguſtiùs, ſed auguſtiùs prouidit: non cenſum eius alteri dedit, ſed commendauit. Haud puta diuitibus plura indulſiſſe, ſed commiſiſſe: nec pauperem ſine ſorte reliquit, nec diuiti gemina donauit: illum noluit onerare curis; tranſlatæ in iſtum ſunt pro vtróque curaturum, & partem ſuam, & alienam, id eſt, pauperis adminiſtratione exonerasti. Commendauit itaque locupleti diuina illa Bonitas, boni noſtri prouida, partem ſuam, & pauperis, cum iſto onere, vt huic opportunè reſtitueret, & exactrice neceſſitate redderet, quod apud illum depoſitum eſt. Nec ſuperbiat diues de hâc opulentâ diſpenſatione diuitiarum ſibi concreditâ: 1.

Euſeb. l. 6. de Arte Voluut. c. 31.

Diuiti commodantur diuitiæ pauperibus reſtituendæ.

nam

Digitized by Google

nam terrena bona, & cum ipſo ſibi moritura diſpenſat. At pauper cæleſtium bonorum locuples diſpenſator eſt, & velut cæli ſequeſter: vt qui in terrâ de diuitum mendicitatibus victitat, ſuis benefactoribus cælum retribuat. Sic pauper virtute diues, cæli donandi velut arbiter eſt.

2. Matth. 5. v.3. Matthæi 5. corporata Dei Sapientia Chriſtus Deus, aperiens os ſuum orditur ſermonem à beatitudine, quam omnes quærunt & ambiunt, ſed pauci inueniunt & nanciſcuntur: *Beati pauperes ſpiritu*, inquit: *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Ergò verè pauperes æquanimiter diras egeſtatis ærumnas tolerantes, Reges cæleſtis regni inaugurantur. Sanè vox *regnum* ſignificat regalem dignitatem: an etiam auctoritatem, & poteſtatem? Opinor, perſonatus ſcenicúſue Rex erit, qui regiam dignitatem habens, regali poteſtate atque auctoritate viduatur? Valdè laborant Interpretes vt exponant, dato quòd pauperes ſint Reges cæleſtis regni, quod ipſa Dei veritas nunc adteſtatur. quomodò regiā poteſtatem in cælo habere poſſint? Reſpondet nonnulli: Regnum cælorum eſſe regnum Dei: quare pauperes nunc ſpe & promiſſione, poſtmodùm poſſeſſione, idem poſſident regnum quod poſſidet ipſe Deus, in eóque cum ipſo opulentiſſimè & ſplendidiſſimè perpetim regnare. Verùm Cornelius in cap. 16. Lucæ, hunc Matthæi locum in tranſcurſu perſtringens, ſic ad rem luculenter exponit: *Hinc diſce*, inquit, *pauperum eſſe cælum, non tantùm quòd ipſi eo potiantur, ſed quòd & ipſi alios, ſcilicet benefactores ſuos eòdem introducant. Pauperes ergò ſunt ianitores cæli, iuxtà illud Chriſti: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* quaſi auguſtior Principis Apoſtolorum dignitas, quâ cælum claudit & aperit, ſit priuilegium pauperum, & locuples paupertatis ſtipendium. Ergò Diues terrenas opes ſibi concreditas dando reſtituat: Pauper verò eaſdem accipiendo, Diuitibus cælum impertiat. O boni commercij opinatiſſimum commentum! ideóque pauperum querelæ faceſſant.

Pauperes ſunt cæli Reges, qui benefactores ſuos in cælum introducunt. Cornelius. ad verſ. 9.

Pauper inſtar Petri, cæli ianitor dicitur. quare?

3. Lucæ 16. v. 9. Lucæ 16. propoſitæ parabolæ de villico illo liberaliter furace, hanc clauſulam moraliſſimè Chriſtus ſubdit: *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis; vt, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Itaque ait Chriſtus, de villici paradygmate: Facite vobis amicos de *mammonâ iniquitatis* (id eſt, de diuitiis plerumque iniquis, quia vberem iniquitati materiam ſuggerunt; eas pauperibus benigniùs & largiùs erogando (*vt, cùm defeceritis, recipiant vos* diuites *in æterna tabernacula,* id eſt, in cælum. Scilicet *cùm defeceritis* vitâ, & officio diſpenſandi veſtrum mammona id eſt, veſtras opes; ipſi pauperes, vos diuites benignitate amicos, vos excipiant in cælum, & liberaliùs æterna tabernacula vobis diſtribuant. Vndè S. Gregorius lib. 21. Moral. cap. 14. *Debemus cogitare*, inquit, *quòd patronis potiùs nos recepturis in æterna tabernacula, munera offerimus, quàm egenis dona largimur.* Quos cæli *ianitores* nuper appellabamus nunc in cælo *Patronos*, potius quam in terrâ inopes, Gregorius nuncupauit. Præcelſa quidèm proborum pauperum in cælo dignitas, auctoritas & poteſtas, vt cæli *ianitores*, & *Patroni* ſuſcipiendorum in cælo miſericordium diuitum nominentur. Adeò vt S. Auguſtin. lib. 2. qu Euang. cap. 38. hanc pauperum in cælum poteſtatem limitarit, & limitando digniùs commendarit: *Cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Non propriâ poteſtate*, inquit, *quaſi gratificando recipiunt, ſed promiſſione atque permiſſione illius, qui eos conſilio præmonuit, vt ſibi amicos facerent; & qui ſeipſum paſci, veſtiri, hoſpitio recipi, viſitari in vnoquoque minimorum ſuorum, liberatoris bonitate dignatus eſt.* Ecce tibi quantâ in cælo Pauperes dignitate, auctoritate, ac poteſtate præfulgeant, vt neceſſarium cenſuerit Auguſtinus præmonere, quòd dum pauperes in cælo ſuos benefactores *ſuſcipiunt*, illiſque æterna cæli tabernacula diſtribuunt, *non propriâ poteſtate quaſi gratificando recipiunt*; ſed ipſis ergà ſuos benefactores eximiè gratis, eiuſmodi auguſtam poteſtatem à Deo committi, vt ij, quibus in terris terrena liberaliter adminiſtrarunt, cæleſtia liberaliùs gratificando adminiſtrent. Quo autem pacto impij etiam pauperes, in æterna cæli tabernacula recipiant benefactores ſuos, in ipſos opulentè miſericordes, hîc tradunt Interpretes, nempè eleemoſynarum arcano merito.

Pauperes dicuntur ſuorum benefactorum Patroni, vt recipiantur in cælum. S. Gregor.

S. Auguſt. *Non propriâ auctoritate, quaſi gratificando. Pauperes ſuos benefactores in cælum recipiunt.*

4. Lucæ 16. v. 9. Redeat iterùm ſemel è Lucâ expenſus locus, aliter expendendus: *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de Mammonâ iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* quaſi de miniſteriali pauperū officio ſit, quemque in cælum recipere, vt æternùm cum Chriſtò in cælis regnet. O ambiamus hunc præſignem pauperum fauorem beneficentiæ obſequio! Eleganter S. Bernardus Epiſtol. 103. ita ſcribit: *Si ſapis non contemnes eorum* (pauperum, inquam) *amicitiam, quos veritas Beatos clamat, & Reges pronunciat cælorum. Quam quidèm beatitudinem non inuidemus tibi. Nec enim communicata tibi, nobis minuitur: nec noſtri proindè termini reſtringuntur, ſi tu regnaueris.* Et mox addit ad rem tempeſtiuè: *Amicitia pauperum Regum amicos conſtituit: amor paupertatis Reges. Regnum denique cælorum pauperum eſt; & eſt regia poteſtatis beare pro voluntate amicos. Facite, inquit, vobis amicos de Mammonâ iniquitatis, vt, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Vides quàm magna dignitas ſancta paupertas ſit, vt non modò patrocinium ipſa ſibi non quærat; ſed & ferat indigentibus.* Magna ſanè pauperum dignitas, quâ non ſolùm paupertatis amici, id eſt, illius ſtudioſi beantur; ſed etiam pauperum amicos, id eſt, diuites ergà pauperes amicè beneficos, beare poteſt. *Regnum cælorum pauperum eſt: & eſt regia poteſtatis beare pro voluntate amicos.* Quare diuitibus, diuitibus, inquam, quibus impoſſibile dicitur, in cælum introire, hoc ſupereſt arbitrium, vt largioris beneficentiæ lenocinio, pauperum amicitias ſubornent, quò regiâ pauperum poteſtate, *in æterna tabernacula recipiantur.* An non Ruthæ paupertas, cum quâ largioris beneficentiæ blandimento, amicitias iniit Boozus, illum abundè beauit? Hîc verſ. 14.

S. Bernard.

Pauperum poteſtas eſt, beare pro voluntate amicos?

5. 2. Cor. 8. v. 9. 2. Corinthiorum 8. ita ſcribit Apoſtolus: *Scitis*, inquit, *gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopiâ vos diuites eſſetis.* Et quomodò cuiuſpiā inopia quempiam diuitare poteſt? Quænam ſunt hæ diuitiæ, quibus paupertas

Digitized by Google

S. Ambroſ. tas alios opulentat? Pulchrè S. Ambroſius lib. 10. epiſt. 82. *Quid*, ait, *vos palpant diuitiæ; Non auro vel argento, non poſſeſſionibus de vanâ veſtrâ conuerſatione redempti eſtis, ſed pretioſo ſanguine Chriſti Ieſu. Ille ergò diues eſt qui fuerit heres Dei, Chriſti coheres. Noli pauperem contemnere, ille te diuitem facit. Noli inopem refutare, & Chriſtus pauper factus eſt, cùm eſſet diues, vt te inopiâ ſuâ diuitem faceret.* Hem! diuites gratiæ & gloriæ cenſu, tantæ gratiæ & gloriæ opulentas vberrim gazas, alienæ paupertati debent? Aliena paupertas te opulentat, & opulentè beat. *Noli pauperem contemnere, ille te diuitem facit.* Alienâ paupertate ſic ditamur? O gratulemur piis diuitibus, de mendicâ pauperum inopiâ.

Pauperum inopia beatè diuites facit.

6. Lucæ 14. v. 14. Lucæ 14. ſic ſalubriter Chriſtus monet: Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: *Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* Ecce tibi inopia ſtipem accipientis, retribuentem beat. Hanc Chriſti Domini S. Ambroſ. ſententiam lib. 2. Offic. cap. 25. his verbis Ambroſius elucidat: *Pauperes (quia non habent quod reſtituant) cùm acceperint, remuneratorem nobis faciunt Dominum, qui ſe pro paupere obligandum obtulit.... Quin etiam* Diues *id quod collatum eſt ſibi, meritis ſuis arrogat, quod velut debitum acceperit, vel ideò datum ſit, eò quòd is qui dedit, reddendum ſibi à diuite vberiùs exiſtimauerit. Ita in accipiendo beneficio, eò ipſo quòd acceperint diuites, dediſſe ſe magis, quàm accepiſſe exiſtimant.* Nota attentiùs verba, quæ ad rem ſubdit: *Pauper verò etſi non habet vndè reddat pecuniam, refert gratiam. In quo certum eſt, quòd plus reddat quàm acceperit. Pecunia enim nummo ſoluitur, gratia numquam exinanitur.* Vide hîc quàm ſit beatè quæſtuoſum, beneficia pauperibus erogare. Diues enim de locuplete opum faſtu, donarium tamquam ſibi debitum ingratus accipit. Pauper verò licèt adſimile beneficium referre nequeat, ſemper autem cumulatiùs *refert gratiam.* O qualem gratiam! gratiam, inquam, quæ *numquam exinanitur*; gratiam beatæ gloriæ fœcundam; gratiam, quæ glorioſè beat: quare in pauperes beneficus, conſultiſſimè beatur: *Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* Et nota, quòd dum pauperes iſtiuſmodi gratiam rependunt largitoribus, non tam illam *referre*, quàm *reſtituere* perhibentur, quod profundè notauit Ambroſius. Scilicet diues terrenum donat pauperi ſubſidium, pro quo pauper cæleſtem ac beatam gloriam diuiti *reſtituit.*

Pauper beneficio diuiti beatam gloriam reſtituit.

---

§. CLXXII.

In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet.

1. SI impatientiam exaſperet paruula occaſio, aut leuior ærumna, eam de ſuâ mediocritate contemnas; maximas verò de ſuâ exuberantiâ declinando elude. Vbi minor iniuria, ibi exiguus eſt dolor, & nulla patientiæ neceſſitas: at vbi maior iniuria, & calamitas, ibi neceſſarior iniuriæ calamitoſæ medela patientia. Pergit Tertullianus: *C[illegible] igitur, quæ a Deo infliguntur, ſuſtineamus, vt hoſtis ſtudium æmulatio noſtra æquanimitatis eludat.... Quod ſi a Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam, quam Domino præbeamus? Quin inſuper gratulari & gaudere nos docet dignatione diuinæ caſtigationis. Ego (inquit) quos diligo, caſtigo. O ſeruum illum beatum, cuius emendationi Dominus inſtat! cui dignatur iraſci, quem admonendi diſſimulatione non decipit.* Itaque cùm tribulationis naufragio penè mergimur, cùm calamitatis magnitudine iam iam obruimur; tam longè à Chriſtiano abſit cognata ærumnis triſtitudo, & appendices miſeriarum angores, vt non modò hilaritate exultim lætari exuberanti gaudio, ſed & mutuò debemus de tribulationis felicitate feſtiuo plauſu *gratulari.* O, tantùm noſtræ patientiæ, æquanimitati, & è diuerſo lætitiæ plerumque liceat!

Tertullian. [illegible]

[illegible] gratulari [illegible]

2. Iob 23. v. 11. Iob 23. ſic de ſe ipſe loquitur, penè ærumnis obrutus: *Veſtigia eius* (Dei inquam) *ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui, & non declinaui ab eâ.* Hebræus ita hanc Iobi ſententiam vertit: *Apprehendit pes meus illius greſſum*, ſeu *veſtigium.* Notum eſt, verbum originale propriè dici de manibus, quæ aliquid tenaciter apprehendunt, & firmiter tenent, benè tamen transfertur ad pedes, qui firmiter etiam hærent, & in veſtigio conſiſtunt: quò ſignificet manibus pedibúſque in id incubuiſſe. Cęterùm cùm non ſit intellectu peruium, quo pacto ſanctus Iob toto vitæ curriculo potuerit Dei ſequi veſtigia; noſter Pineda à S. Gregorio edoctus, putat forſan Iobum diuinitùs illuſtratum, intendiſſe in Chriſtum Ieſum, atque *quaſi in terra conſpiciens, ad imitationem eius veſtigia teneret: de quibus per Petrum dictum eſt: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*, &c. ſubtiliter Cardinalis Caietanus Hebræi textus vocem ad examen reuocans, & peritè explorans præſcriptum verbum, *veſtigia*, excribit, & ad rem luculenter exponit, *beare.* nempè, *In beare tuo vidit pes meus:* quo denotetur beatitudinem ac ſummam felicitatem noſtram in hac vita mortali, in eo ſitam eſſe, vt Chriſti patientis veſtigia homo ſequatur, eáque adſimiliter patiendo premat. O ſynonyma de arcanis diuinioris ſapientiæ deprompta! *Sequi veſtigia* Chriſti Dei patientis, *beare* Dei Iobus appellat? Quid tam acerbe arduum, quid adeò hominibus pœnale, durum, acerbum, quàm crucem ſuam tollere, & Chriſti præeuntis veſtigia ſequi? Ita quidem ſi externa frons, quæ foris extat, inſpiciatur. At ſi crucis acerbitas, ærumnarum angor, & vniuerſa Chriſti patientis ſequela, animitùs conſideretur, & medullitùs inſpiciatur, ſic perfunditur lætitiâ, tot deliciis exundat, tanto exuberat gaudio, vt præ felicitate fruendi, beatitudinis glorias æmuletur. *Veſtigia eius* (Chriſti patientis inquam) *ſecutus eſt pes meus*, id eſt, *In beare tuo vidit pes meus.* quaſi patientis Chriſti veſtigia ſequi, pectus impleat, & hominem beet lætitiâ beatitudinis æmulâ. O beatas Iobi, ac Iuſtorum calamitates, quæ patiendi acerbitatem in beatam felicitatem mirifficè excudunt in patientiæ officina!

Hebræus.

Pineda.

S. Gregor.

1. Pet. [illegible] v. 21.

Imit[illegible] patie[illegible] Chr[illegible] [illegible] re dem[illegible]. [illegible]

Caietanus.

3. Pſal. 35. v. 9. Pſalmo 35. ſic regius Pſaltes modulatè occinit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente*

Græci Patr. *torrente voluptatis tua potabis eos.* Quæ verba de Eccleſiâ adhuc militante plures interpretantur. *Omnes homines hortatur ad accedendũ* (aiunt inibi Græci Patres in Paraphraſi) *& bibendum, quòd fluuius iſte non ſit perennis, ſed torrens, & qui ad tempus feratur. Qui autem in hac vitâ non acceſſerint, poſtquam hinc emigrauerint, diuinis fluentis non perfruentur.* Sed quandò accedere licèt, vt liceat tantâ voluptate perfrui? imò & in quo ſita eſt hæc tanta Iuſtorum voluptas? quandò ne eâ potiuntur? Benè notant Hebraicè periti, cùm dicitur, *Inebriabuntur ab vbertate domus tua*, pro

Hebræus. Brixian. *tò ab vbertate*, in Hebræo textu haberi מדשן *mideſcen*, quod nomen Brixianus vertit, *a deliciis*, alij, *à felicitate.* Verùm hoc idem Hebræum

Leuit. 1. nomen habetur Leuitici 1. v. 16. pro quo Vulgatus *cinerem* vertit, aiens: *In loco in quo cineres effundi ſolent.* Hærent plures Interpretes ad huius nominis ferè aduerſas notiones, & diligenter perquirunt, quæ nam ſit *cineris*, & *deliciarum* cognatio, vt in linguâ ſanctâ ab eodem fonte deducantur.

Cineris ac deliciarum in linguâ ſanctâ cognatio. quæ?

Quid *cinis* ad *vbertatem*, quam enecat? ad *delicias*, quas infelicitat? ad *felicitatem*, quam perdit, extinguit, tumulat? Alij aliter ſentiant. Indicari autem non inidoneè poteſt, in mortificationis, ac ærumnarum *cinere vbertatem, delicias* ac *felicitatem* non abeſſe. Sub doloſis cineribus viuiſcit ignis, & ad diuturniorem abſconsè vitam tumulatur. Cinis, qui eſt mortis ſymbolum, & ſummæ calamitatis indicium, arcanam animitùs *felicitatem deliciarum* è diuerſo gratiam, & delicioſam voluptatem deſignat. Hem! in reliquiis ac ſymbolo mortis, *deliciæ* tranſparent, & occultæ *felicitatis* tabula legitur!

4. Prouerb. 14. v. 10.

Prouerb. 14. ſic ſapienter de hâc re nos erudit Salomon: *Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Locus difficilis, & quem valdè multimodis expoſitionibus fatigant Commentatores.

Syrus. Lxx. interp. Arabicus.

Syrus pro *tò cor quod nouit*, excribit, *cor cognoſcens*, vel *intelligens.* Lxx. Interpretes, & Arabicus, *cor viri ſenſitiuum.* Et ſanè facile quis coniectare valeat, quare cor facile *ſenſitiuum*, id eſt, quod nimis tangitur & angitur vel leuibus dolendi cauſſis, appelletur *cognoſcens*, ſeu *intelligens.* nempè cor quod non modò calamitatem ſenſu patitur, ſed etiam corde ac mente multa penetrat, aut ſuſpicatur, quæ ærumnas exaggerent, quo eius cor patiendi amaritudine acerbiùs vritur, vellicatur, lancinatur. Hic, hic ipſe inquam, ille ipſe eſt, de quo ſubditur, tantâ tunc lætitiâ potiri, vt toto illo gaudio ipſe ſolus fruatur, nec illius partem cum alio diuidat: *Et in gaudio eius non miſcebitur extraneus.*

Syrus. Symmachus Cornelius.

Vel, vt habet Syrus, *In gaudio eius non miſcebitur magnificentia.* Symmachus, *Et in gaudio eius non miſcebitur extraneus*, ſcilicet *deliciis & gaudiis*, vt exponit Cornelius. Nimirum hominis iuſti cor quantumuis ſenſitiuum ac facile ad doloris ſenſum, quantumuis acerbâ calamitate prematur, quantumuis tunc dolendi ſenſum, & angoris cauſſas mentis acie ſubtiliter exaggeret; tam longè ab amaritie ac mœſtitudine tunc abeſt, etſi videatur calamitate oppreſſus, vt tunc, tunc quidèm animitùs ſic lætitiâ exundet, vt *in gaudio eius non miſceatur extraneus*, id eſt, ſolus ipſe toto illo gaudio potiatur: vt *in gaudio eius non miſceatur extraneis, ſcilicet deliciis & gaudiis*; nam mundi

Cor amarè dolentis non miſcebitur extraneis deliciis, quare?

gaudia putat extrinſeca, friuola, fucata, mentita, ridicularia; & quæ pectus non implent, ſed citiùs conſcientiam vrunt: vt *in gaudio eius non miſceatur magnificentia*, id eſt, ad partem gaudij ſui non admittat quicquid mundus anhelo corde ſuſpirat, & quaſi rem *magnificam* exambit. 5.

Ad hanc Salomonis ſententiam videtur adludere Chryſoſtomus homil. 65. ad popul. *Bona eſt talis lætitia* (in tribulationibus ac lacrymis) S. Chryſoſt.
omni mundanâ melior lætitiâ, ita lugentem omnibus gaudentibus præpono..... Proptereà gaudio lætamur inutili quod eſt mundi, quod ſtatim extinguitur, & infinitos parit mœrores. Triſtemur potiùs triſtitiâ gaudij genitrice, non autem lætitiâ triſtitiæ parente gaudeamus: lacrymas fundamus multam ſeminantes voluptatem: affligamur tribulatione, ex qua indulgentia naſcitur: neque delicias quæramus, ex quibus multa tribulatio paritur, & anguſtia Chryſoſtomo accinit Baſilius homil. 4. de Gratiar. actione: *Apoſtolus*, inquit, *vt cum flentibus fleamus permittit; quòd huiuſmodi lacrymæ ſunt ſeminium quoddam ac fœnus, quibus æternum illud gaudium increſcit quotidie, ac cumulatur.* In æterno gaudio, quod lacrymarum amaritudine quotidie creſcit, ac cumulatur, *non miſcebitur extraneus*; *non miſcebitur* mundi *magnificentia*; eiuſmodi gaudium *non miſcebitur extraneis deliciis, ac gaudiis.* Sic calamitosè dolentibus de effuſiori gaudio gratulari licet?

Tribulationes ac lacrymæ caleſtibus deliciis exuberant. S. Baſilius. Ad Philip. 4. v. 4.

6. Cantic. 4. v. 11.

Canticorum 4. *Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub linguâ tuâ.* Quaſi dicat, in melle eſt ſita lingua tua. Labia tua ſunt quaſi fauus, quæ fauum, id eſt, mel, faui diſtillant. Quod alij referunt ad ſermonis gratiam, nempe tot mella quot verba ex ore tuo ſtillare ac fundere videris. Alij ad oſculum referunt; alij ad halitum mella fragrantem. Verùm in Euangelio legimus acetum & fel ſponſo porrectum in paſſione, non mel & lac. Hùc eleganti tropologiâ præſcriptam ſententiam flexit Gillelmus Abbas Serm 40. in Cant. ſic ad rem tempeſtiuè fatus: *Mel & lac ſub linguâ tuâ*, inquit: *Acetum cum felle mixtum, quod deguſtauit prælibans, non bibens; in vini, & lactis tranſiuit ſaporem: hanc & tu fidelis anima tibi commutationem futuram confide.* Nempè profundè dicitur Chriſtus in ſuâ acerbiſſimâ paſſione potatus aceto ac felle; quæ tamen guſtauit, non bibit; libauit, non hauſit: nam *acetum cum felle mixtum*, etſi de ſe acerbiſſimum & amariſſimum, à ſæuis tortoribus ei oblatum, pulchrâ ethicè metamorphoſi, *in vini, mellis & lactis tranſiuit ſaporem: hanc & tu fidelis anima tibi commutationem futuram confide.* Nimirum vir bonus virtute aſpectabilis, dum tribulatione premitur, dedecore vritur, calamitate penè opprimitur, & ægritudinis doloribus æſtuat, aceto ac felle propinatur; ſed fella libat; vina, lac, & fauos medullitùs guſtat. Foris moleſta patet amarities, & acor peracerbus; intùs verò in ſeceſſu cordis, ſuauiter paſcitur, potatur, adipatur, deliciatur, præcoquâ è peruerſo voluptate beatitudinis æmulâ. *Hanc & tu fidelis anima commutationem futuram confide.* Vide hîc Rutham natione contumelioſam, exilio contemptam, paupertate vilem, precibus verecundam, ſpicilegio æſtuantem, fame ac ſiti macilentam; vel *aceti* conuiuio lautè paſtam, recreatam, ſaturatam: adeò vt de conuiuij reliquiis conuiuium ſocrui apparet: quæ ſudato

Gilelm. *Acetum cū felle mixtum tranſit in lactis ac mellis ſaporem.* Hic verſ. 14.

opere deciduas precariò ordei ſpicas quærens, requiem, ſaturitatem, opulentiam, & optatiſſima ex populo Dei prolem lætanter inuenit.

§. CLXXIII.

Fœcundâ liberalitate beatur, non qui fructus fert, ***Sed qui*** dat ***fructus.***

1. NOnnunquam magis nos obligat, qui dedit parua magnificè, qui Regum æquauit opes animo, qui exiguum tribuit, ſed libenter, qui paupertatis ſuæ oblitus eſt, dum meam reſpicit, qui non voluntatem tantùm iuuandi habuit, ſed cupiditatem, qui dandi cauſſas attentè captat, & occaſionis rimulas obſeruat, qui ſibi moriturus, aliis beneficè naſcitur. Portò qui apud ſe bonis exuberat, ea largiturus ſi quæratur, ſi rogetur; ferè non dat gratiam quam præſtat, ſed alienæ diligentiæ, & ſuffuſi pudoris pretio venalem proponit. Hic ſibi totus, aliis velut nemo eſt: nam perfecta beneficentia parturit gratiam; nec habere putat, quod ſibi cumulat, ſed quod aliis inrogatus obuiâ ac facili præbitione largitur; qui ſic auidè dandi occaſiones ſollers captat, quaſi accipere beneficium putauerit, cùm cui daret, inuenit. Lenocinium eſt muneris, antecedens auiditas munerandi.

Perfecta liberalitas occaſionum rimulas ad donandum obſeruat.

2. Pſalm. 1. v. 3. Regius Propheta ſic Pſalm. 1. concinnè modulatur: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum..... Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Quid homini beatè pio cum procerâ & comatâ arbore, foliis virentibus vernante, floribus pulchrè nitente, maturis fructibus vbertim autumnante? Nec forſan τὸ *dabit*, tam exanimali arbori, quàm rationali homini congruit. Scitè Gennadius in Catenâ Græcorum Patrum apud noſtrum Corderium, hunc locum enucleat, extricat, clarat: *Et erit tanquam lignum.... quod fructum ſuum dabit. Hac autem ſic accipimus, quia propriè de arboribus dicitur quòd fructum ferant. Hunc autem dare, magis congruit rebus animatis, iiſque rationalibus.* (Pende attentiùs quæ ſubiicit verba) *Quia non eſt dictum, quod fructum ſuum ferat in tempore ſuo, ſed, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas; quantum enim ex parte ipſius, ſemper parata eſt dare fructum ſuum.* Nempè aliud eſt abundè ferre fructum, aliud copioſè *dare*. Fructum *ferre*, materiatæ arboris fœcundum elogium eſt, nec vlteriùs ſe extendit largior eius beneficentia; quandoquidèm radicum compedibus in fruteto carceratur. Parùm eſt huic arbori rationali fructum *ferre*; *fructum dabit*, inquit; nec rationalis arboris perfectionem implet, niſi fructum, quem fœcundè *fert*, & abundè habet aliis largiùs *dederit*. Opes nactus es, quibus pauperum inopiam ſubleues? parùm eſt *ferre* fructum, niſi fructum *dederis*, properantibus egenorum neceſſitatibus obuians vltroneâ largitate. Sapientia apud te eſt, proximos iuuandi facultas, conſilij donum, opportuna Præfectura, piè concionandi talentum, ore aut calamo proficuum; ne apud te orietur inactuosè: quære occaſiones alios iuuandi, Non ſatis eſt rationali arbori fructum abundè *ferre*, quibus onuſta potiùs grauatur: *dare* fructum iuberis, *dare* propera & properantibus neceſſitatibus ſedulus occurre. Quid eſſe prodeſt, quod eſſe non prodeſt? In eo etiam qui multum habet parùm diſtat, nihil *dare*, & habere nihil. *Non eſt dictum, quod fructum ſuum ferat, ſed quòd fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Moraliſſimè quidèm Gennadius.

Corderius. Gennadius. indidèm.

De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuũ feret; ſed quod fructum ſuum dabit quare?

Geneſis 2. peracto ſextidui opificio, in quo creaturas omnes cæleſtes, terrenas, elementales, animales, & exanimales produxit Deus, addit ſacer Hiſtoriographus: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum, Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat.* Grande hinc Expoſitorum litigium, quod illos in varias commentationes diſtraxit; quo nam pacto res quæ nuper diuinæ perſpicaciæ cenſu dictæ ſunt ſeorſim *bona*, & iunctim *valdè bona*, nunc *perfici* cum omni ornatu ſuo, & *compleri* dicantur: nam in eâ re quæ *valdè bonâ* verè eſt, vix aut ne vix quidèm *complementum* habet locum: *complementum* enim aliquid bonitatis abfuiſſe ſignificat, quo perfecta bonitas integrè compleatur: ergò in re *valdè bonâ*, vocat *complementi* elogium, quo res vltrà expoliatur, limetur, perficiatur, dum aliquid imbonum remouet, aut bonum expetitum ſuperaddit. Hàc ſuper re Dionyſius Cartuſianus (alibi aliorsùm expenſus) ſic eleganter inibi fatur: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus, &c. Dicitur*, inquit, *Deus ſeptimo die opus ſuum compleſſe, quoniam ſeptimo cœperunt opera ſex dierum generaliter exercere actus congruos ſibi, & in inuicem agere atque ſimilia propagare.* Scilicet toto illo ſex dierum ſpatiò, quo omnes creaturæ in lucem editæ ſunt, & diuinitùs primò prodierunt; Dei manu & arte efformatæ, ſunt, elogiis, ac perfectionibus naturæ cuiuſque idoneis aſpectabiles; hactenùs in ſe ſibi *bona*, ac *valdè bona*; ſed tunc vniuerſatim inactuoſæ, & de operationum otio velut aliis nullæ, & fruſtrà ceteris. At vbi primùm ipſæ *cœperunt generaliter exercere actus congruos ſibi, & in inuicem agere*; nec contentæ congenitâ ſibi bonitate, congruis operationibus illam aliis actuoſè communicare generaliter ſatagunt; de ſuâ virtute vltrò citróque certatim communicatâ, per operationem largè beneficam; iam non tantùm *bona* & *valdè bona*; ſed *perfecta* cum omni ornatu ſuo, & abundè *completa* nominantur. quaſi de reciprocâ negotioſè beneficentiâ *perfectionis* & *completionis* elogium fœnerentur. 3. Gen. 2. v. 1. & 2.

Quod in ſe bonum eſt, dum beneficè operatur, perficitur & completur.

Carthuſ. ibi.

Prouerbiorum 8. ſic de ſe clamat Sapientia, poſtquam dixerat ſua eſſe regna, principatus, & orbis regimen: *Mecum*, inquit, *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Pro τὸ *opes ſuperbæ*, perperam Biblia Complutenſia legunt, *opes ſuperna ſuperbæ*, id eſt, amplæ, ſplendidæ, magnificæ: ſic ſuperba palatia, ſuperba templa, ſuperba moles, ſuperbæ ſubſtructiones vocantur peramplæ & magnificæ. Pro *opes ſuperbæ*, Theodotion ex Hebræo habet, *ſubſtantia antiqua*; Syrus, *opes antiquæ*; antiqua enim maiori habentur in pretio vetuſtatis ſuffragio. Aben ezra 4. Prouerb. 8. v. 18.

Bibl. Compluten.

Theodotio. Hebræus. Syrus.

Digitized by Google

Aben ezra. Aquila. Rabbi Leui. Vatablus. Clarius. Symmachus.

ezra, *opes ſublimes & validæ*; Aquila, *ſubſtantia cum pace* Rabbi Leui; *opes ſtabiles*; Vatablus & Iſidorus Clarius, *opes duraturæ*; Symmachus, *vita antiqua*. Omnes hæ tranſlationes eò tendunt, vt exponant quàm ſint opulentè locupletes eius gazæ, & prædiues theſaurus.

LXX. Interp. Symmachus.

Verùm LXX. Interpretes pro τὸ *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*, &c. ſic profundè vertunt: *Mihi eſt poſſeſſio multorum*. Symmachus ad rem altiùs, & explicatiùs, *A me eſt*, &c. Ecce tibi largioris munificentiæ ac beneficentiæ ſacramentum. quaſi perindè ſit, *Mecum ſunt diuitiæ & gloria*, ac, *à me ſunt*; vel *mihi eſt poſſeſſio multorum*. ac ſi eam opulentiam & gloriam habere ac poſſidere dicat, quæ *à ſe ſunt*, & aliis ſic abundè largitur, vt dum ſecum ſunt, *poſſeſſio multorum* verè dicantur. Itaque cùm ſuam exaggerare ambit opulentiam, & gazas ditiſſimè locupletes, quas poſſidet, quo viuaciùs explicet illas apud ſe habere ac poſſidere illas, ait alios eius dono illas poſſidere, & *multorum poſſeſſionem* eſſe. *Mecum ſunt diuitiæ & gloria*, id eſt, *à me eſt poſſeſſio multorum*. Hæ diuitiæ dicuntur *opes ſublimes & validæ, opes ſtabiles, opes duraturæ*. quaſi id dumtaxat quod dederit, habeat homo beneficè liberalis, & largitiones ſint rei donatæ poſſidẽdæ arbitrium, de arcano largioris beneficentiæ ſacramento.

Benefica largitio, eſt rei donatæ poſſidendi arbitrium.

5. Prouerb. 11. v. 24. Vatablus.

Idem Salomon Prouerb. 11. tempeſtiuam hanc morum gnomen proponit: *Alij*, inquit, *diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.* Vatablus ſic vertit: *Eſt qui diſpergit rem, & augetur res eius magis: & qui parcit rei ſuæ plus æquo, ſed ad inopiam*, id eſt, ſed penuriâ & egeſtate opprimetur. Sic res largitionibus augetur, & auarâ cuſtodiâ minuitur, profligatur, perditur. Perdidiſti fructus quos tuliſti, & non dediſti. Beata dicitur arbor, non quæ fert, ſed quæ *fructum ſuum dedit*: alioqui quæ fructum fert, nec fructum dat infeliciter ſterilis eſt, & ſteriles facit. Loquens S. Chryſologus de diuite illo auaro, fructuum vbertate depauperato, ita ad rem ſcribit: *Miſerum, quem vbertas ſterilem, abundantia anxium, diuitiæ fecere mendicum. Humanus ager inhumanum Dominum ſuſtinebat: & quod terra fundebat largiter, cõcludebat & congregabat anguſtè; vt eſſet aliorum cuſtos, qui eſſe ſuorum noluit prorogator; ingratus Deo, ſibi nequam, hoſtis pauperum, diuitum nota, carcer naturæ.* Benè dicitur, *carcer naturæ*, qui vberes naturæ fructus, velut auaritiæ reos, tenet in cuſtodiâ vinctos, & ſuæ culpæ malè obnoxios. Pergit ad rem Chryſologus poſt non pauca: *Diues quantùm largiter profundit, tantùm largiter redundat in rebus. Eſto ergò diues in miſericordiâ, ſi ſemper eſſe vis diues: & tunc erunt horrea tua maiora, tunc plena, ſi non fuerint largitate vacua, cupiditate incluſa.* Porrò *eſt qui diſpergit rem, & augetur res eius magis*, &c. Dum non das fructus quos fers, habens fructus largitate vacuos, infœcundè ſterilis es in vberiore fructuum fœcunditate, largitionum ieiunè ſterili.

Auarus dicitur carcer naturæ, vberes fructus velut reos detinens. S. Chryſol. Serm. 104.

Semper erũt horrea plena, ſi non fuerint largitate vacua.

6. Pſal. 75. v. 6.

Pſalmo 75. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Benè notat Ambroſius, quòd quiſquis auarè diues eſt, & ſeruus diuitiarum dicitur; & ipſæ diuitiæ velut ſomnus illi reputantur: Diuitiæ, inquit, *hîc acquiruntur, hîc relinquuntur, ſomnium igitur loquimur, non patrimonium.* Hæc

S. Ambroſ.

Ambroſius in lib. de Naboth cap. 6. addit cap. 15. *Quicumque igitur patrimonio ſuo tamquam poſſeſſione non vtitur; qui largiri pauperi & diſpenſare non nouit; is ſuarum ſeruulus eſt, non dominus facultatum: quia aliena cuſtodit vt famulus, non tamquam Dominus ſuis vtitur.* Ambroſio annuit Cypr. lib. 2. epiſt. 2. agens de diuite auaro: *Suſpirat ille in conuiuio, vigilat in plumâ; nec intelligit miſer ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe illigatum teneri; & poſſideri magis, quàm poſſidere diuitias.* Bonus Booz opum ſuarum hîc largè poſſeſſor ac dominus; qui non tantùm fœcundè *fert* fructum, ſed abundè *dat*; indè opulentior, quò in donando largior, inrogatâ liberalitate beatus. Iteratis largitionibus fœcundus; & indè felix beatâ fœcunditate, è quâ ipſe Deus.

Diuitiæ, ſomnus ſunt, non patrimonium: ſeruos facit citiùs quàm Dominos. S. Cyprian.

Hîc verſ. 15. & 16.

§. CLXXIV.

Nemo pauper, aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit.

1. Minut. Felix.

MInutius Felix in Octauio, ſic de Chriſtianis Gentiles alloquitur: *Ceterùm quòd plerique pauperes dicimur, non eſt infamia noſtra, ſed gloria: animus enim vt luxu ſoluitur, ita frugalitate firmatur. & tamen quis poteſt eſſe pauper, qui non eget, qui non inhiat alieno, qui Deo diues eſt? Magis pauper ille eſt, qui cùm multa habeat, plura deſiderat. Dicã tandèm quemadmodùm ſentio: nemo tam pauper poteſt eſſe, quàm natus eſt. Aues ſine patrimonio viuunt, & in diem paſcua paſcuntur: & hæc nobis tamen nata ſunt: quæ omnia ſi non concupiſcimus, poſſidemus. Igitur vt qui viam terit, eò felicior quò leuior incedit: ita beatior in hoc itinere viuendi, qui paupertate ſe ſublenat, non ſub diuitiarum onere ſuſpirat. Et tamen facultates, ſi vtiles putaremus, à Deo poſceremus vtique indulgere poſſet aliquantùm, cuius eſt totum: ſed nos contemnere malumus opes, quàm continere: innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagitamus.* Hactenùs ille. Benè monentem ſequere.

Omnia, quæ non concupiſcis, poſſides.

2. Prouerb. 13. v. 7.

Pulchrè moraliſſima eſt illa Salomonis gnome: *Eſt quaſi diues, cùm nihil habeat: & eſt quaſi pauper, cùm in multis diuitiis ſit.* Quaſi dicat: Opulentus ſuis opibus non contentus, ſed plura hianter appetens & cum diuitiis diuitiarum ſitim bibens; eſt quaſi diues, cùm opulentum poſſidere cenſum videatur; ſed nihil habet, quandoquidèm plus habendi ambitione vritur, & de alienis mendicitatibus plura congerere ſatagit. Vice verſâ pauper ſuis reculis, & ſuâ tenui ſorte contentus, eſt in multis diuitiis: diuitem enim non congeſtæ affatim opes faciunt, ſed animus, & expletum animi votum non vltrà hians, ſed paupertate ſuâ ſibi ſufficiens, & abundè diues. Luculenter Ambroſius *Vultis*, inquit, *diuites eſſe? eſtote pauperes. Tunc eritis per omnia diuites, ſi fueritis pauperes ſpiritu. Non cenſus diuitem, ſed animus facit. Satis enim diues omnibus naturæ lex eſt, cui citò inuenias quod abundet. Cupiditatibus autem omnis diuitiarum abundantia, inopia eſt.* (expende ſolertiùs quæ ſubtexit verba) *Denique nemo pauper naſcitur,*

S. Ambroſ. lib. 10. epiſt. 82.

Digitized by Google

Nemo pauper naſcitur, nec diues; ſed opinione diues aut pauper fit.

ſed fit. Non ergò naturæ paupertas, ſed opinionis eſt: ideóque citò inuenitur diues naturæ, difficilè cupiditatis. Sanè abſurdum eſt dicere diuitem, qui pretioſa habet, non qui ſit pretioſus: nemo autem pretioſior, quàm qui pretioſa non vult, ſed & pretioſiſſimus qui nec computat. Natura, pia filiorum mater eſt, non inuidioſa nouerca; partum edit legitimum, non aborſum facit: ſufficiens patrimonium dedit, ex alle numquam exheredat, abundans viaticum ad non longum iter omnibus præbet: *Nemo pauper naſcitur, ſed fit:* naſcitur autem diues paupertate ſuâ & paruo contentus, abundè locuples, quia compendium deſideriorum fecit. Ad remedium indigentiæ opes quæruntur, ſed fruſtrà: is ſolum non eget, qui non cupit, non qui habet. Hæc ars cupiditatis eſt, inter ſuperuacua plus egere, dum plura cupit. Ergò *nemo pauper naſcitur, ſed* pauper *fit*, dum plura quàm habet, impensè habere cupit: & de maleſuada auaritia, non fruitur propriis, dum de alienis mendicitatibus plus habere ſtudet, ne illi aliquid vnquam deſit. Et dum de futuro ſollicitè pendet, alicuius detrimenti præcoquâ ſollicitudine, præſentibus vti negatur auaro diuitiarum abuſu. *Non ergo naturæ paupertas, ſed opinionis eſt.* Non locuples cenſus, non opulenta vectigalia, non diſtentus auro ſaccus; ſed *opinio* idoneæ ſufficientiæ, in cenſu ſiue locuplete, ſiue nullo, verè diuitem facit. Diues eſt, qui ad legem naturæ viuere ſtudet, paruo contentus, qui nec alienis inhiat, nec de ſuis ſollicitus eſt. O quoties non re, ſed *opinione* laboramus! *Non ergo naturæ paupertas, ſed opinionis eſt.* Itaque paupertatis, aut opulentiæ cenſus, non tam diuitiis aut inopiâ, quàm *opinione* conſtat. Tantum opinioni licèt! Subdit tempeſtiuè Ambroſius: *Quid quaſi neceſſarium quæritis cumulum diuitiarum? Nihil tam neceſſarium, quàm cognoſcere quid non ſit neceſſarium.* Nempè *cognitio*, ſeu *opinio* de neceſſariis aut ſuperuacuis, totus diuitis aut pauperis cenſus eſto. Vota aut quietè exatiata, aut auidè adhuc mendicantia, diuitem aut egenum in officinâ deſideriorum excudunt. Redeat iterùm ſibi ſimilis Ambroſius: Rex Achab, inquit, in Iſraël erat & pauper Nabuthe. *Ille regni opibus affluebat, & tamen ceſpitem pauperis flagitabat: pauper nihil de poſſeſſionibus concupiuit diuitis. Rex ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur tibi pauper videtur? qui contentus eſt ſuo, an qui concupiſcit alienum? Alter certè pauper cenſu videtur, alter pauper eſt affectu. Affectus diues egere non nouit, cenſus abundans nequit auari pectus explere. Ideóque diues cupidus in inuidiâ poſſeſſionis, & paupertatis querelâ eſt.... Audiamus ergò quid dicat: Da mihi, Quæ alia vox egentis eſt? Quæ vox alia ſtipem publicam poſtulantis, niſi, Da mihi? Hoc eſt, Da mihi, quia egeo. Da mihi, quia aliud viuendi ſubſidium habere non poſſum. Da mihi, quia non eſt mihi panis ad victum, nummus ad potum, ſumptus ad alimentum. Da mihi: niſi tu dederis, habere non potero. Hæc quàm abiecta, quàm vilia? Non enim habent humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium.* Longiuſculè præter morem, ſed quid lectoribus inuiderem?

3\. *Opinio de neceſſariis aut ſuperuacuis, diuitis aut pauperis cenſus eſt.*

3\. Reg. 21. v. 2.
S. Ambroſ. l. de Nabute Iez. c. 2.

Quàm ſit pauper & mendica ſecularis opulentia.

4\. Matth. 5. v. 3.

Matthæi 5. Euangelicæ doctrinæ auſpicium à paupertate eſt quæ Chriſti Diſcipulos inaugurat: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælum.* Hæc paupertas, quæ eſt rei Chriſtianæ ſumma, hominem exuit à negotioſis curis, & vagis operosè ſollicitudinibus, quas pariunt opes opúmque deſideria parturiunt, quæ Euangelicæ diſciplinæ hoſtiliter reluctantur. Quare à Chryſoſtomo appellatur paupertas, *palæſtra & gymnaſium ſapientiæ.* Ipſa enim, etſi reluctante carne, ſpiritum erudit ad cæleſtium cupiditatem, & ad mundialium opum contemptum. Ceterùm cùm *regnum cælorum* dumtaxat hîc *pauperibus* legatur promiſſum; terrenæ opulentiæ exortes, & egeſtuoſæ mendicitati videntur addicti. Hanc paupertatis calumniam ſic opportunè refutat Bernardus Serm. 21. in Cant. *Non putent*, inquit, *Diuites huius ſeculi, Fratres Chriſti ſola poſſidere cæleſtia, quia audiunt dicentem: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Non eos, inquam, æſtiment ſola cæleſtia poſſidere, quia ea ſola audiunt in promiſſione. Poſſident & terrena, & quidèm tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, eò pro certo magis domini, quò minùs cupidi* (Obſerua attentiùs quæ ſubiicit verba) *Denique fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt. Totus planè, quia tam aduerſa quam proſpera ipſius æquè omnia ſeruiunt ei, & cooperantur in bonum. Ergò auarus terrena eſurit vt mendicus, Fidelis contemnit vt Dominus. Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat.* Sic eſt opum mendicus, opulentus diuitum cenſus? Parùm foret, his egere, quæ opulentè habent, & quorum vſum ſibi auarè inuident; niſi alienis mendicitatibus inhiarent, quò plus habeant, ne illis aliquid vnquam deſit. Sic diuiti tam deeſt quod habet, quàm quod non habet, otioſo diuitiarum abuſu. Sic diues *poſſidendo mendicat*: Pauper verò *contemnendo*, non ſolùm contemptas poſſidet opes, ſed ipſo contemptu è diuerſo *ſeruat*: nihil enim poteſt amittere, qui quod habet non computat, quia ad amiſſionem paratus eſt, qui ad legem naturæ paruo contentus viuit: qui deſideriorum auido hiatu nil mendicat, qui diues eſt *opinione*; qui eſt ſecurus diuitiarum cenſus, & earum ſeruandarum arbitrium. *Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat.* Hem arcana diuitum in ipsâ poſſeſſione mendicitas; & diuitiarum, in earum contemptu diues ſecuritas!

Paupertas eſt palæſtra, & gymnaſium ſapientiæ.

S. Chryſoſt. Homil. vlt. in Matth.

S. Bernard.

Diues poſſidendo diuitias mendicat: pauper contemnendo ſeruat.

5\. Prouerb. 15. v. 15.

Prouerb. 15. hanc velut ænigmaticè antitheſim de paupertate Salomon conſultiſſimè proponit: *Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuium.* Nec pauci nec ignobiles Interpretes *τὸ pauperem*, propriè accipiunt, & de eo vtrumque hemiſtichium accipiunt, & de incommodorum malignitate, & de compendio tranquillæ ſecuritatis. Quaſi dicat: Qui neceſſitate pauper eſt, & inuitus reluctanti animo egeſtatem ſuſtinet, vitam agit miſeriis plenè obrutam: & hoc nomine apud vulgus hominum paupertas diffamatur. At pauper ſpiritu, qui æquo animo paupertatem acceptat, & ſuâ tenui ſorte contentus viuit, felix eſt & ſecurâ mente tranquillus, ac ſi iugi aſſideret conuiuio, benè ſatur, & nullius rei anxiè ſollicitus. Itaque *τὸ ſecura mens* ad pauperem etiam refertur, eſtque paupertatis elogium. *Paupertas* (ait Chryſoſtomus) *eſt tutum aſylum, perpetua ſecuritas, portus tranquillus, deliciæ periculorum expertes, voluntas ſincera.* Non pudet in re morali, Philoſophorum argutè moraliſſimum aduocare: *Honeſta res*

Conſule interpretem ad litteralem, & ethicam.

Paupertas eſt tutum aſylum, & perpetua ſecuritas.

S. Chryſ. homil. de recip. Seueriano.

Seneca epiſt. 2.

res eſt, inquit, *læta paupertas. Imò iam non eſt paupertas, ſed opulentia cordis, ſi læta eſt. Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt.* Ecce tibi paupertas alacri animo ſuſcepta, ſic tranquilla eſt, & ab incommodis egeſtatis ſecura, vt quaſi inuidioſum paupertatis nomen deſueſcat, *opulentia cordis* potiùs nominetur: ſiquidèm non qui parum habet, ſed qui plus habere cupit, cui ægrè cum inopiâ ſuâ conuenit, ille pauper eſt, & præ deſideriorum auaritiâ mendicus. Ergò ſpontè pauperis *ſecura mens quaſi iuge conuiuium* eſt. Ne autem obſtrepat inuita paupertas, diræ egeſtatis detrimentis densè ſtipata, de quâ præſcribitur: *Omnes dies pauperis, mali*; addam ex eodem Philoſopho: *Paupertas* inquit, *mihi grauis eſt; imò tu grauior paupertati. Non in paupertate vitium eſt, ſed in paupere: illa expedita eſt, hilaris, tuta; tu illam opinione grauem reddis.* Quod nuper ſcripſimus ex Ambroſio: *Nemo pauper naſcitur, ſed fit: non ergò natura paupertas, ſed opinionis eſt.* Itaque falſatâ diſpendiorum *opinione*, & inuitæ voluntatis vitio, quo pauper malè laborat, paupertas inuitiatur; & quod eſt ſolius pauperis vitium, in paupertatem reiicitur. Exindè *omnes dies pauperis, mali* dicuntur, dirâ egeſtate, impudenti mendicitate, neceſſariorum penuriâ, & incommodorum vbertate pergraues. Hoc autem non eſt bonæ paupertatis, ſed malè pauperis vitium; quo ſe exonerans, illud in paupertatem reiicit. Porrò cui cum paupertate benè conuenit, diues eſt. Non eſt in paupertate vitium, ſed in opinione, quæ ſuperuacua naturæ, neceſſaria reputat; & dum ſibi videtur neceſſariis ſtudere, luxui deſeruit. Sanè illud quod paupertatem nobis grauem facit, diuitias quoque graues facere poteſt. Ergò *non in paupertate vitium eſt, ſed in paupere*, cuius *omnes dies, mali* indè vulgò perhibentur. Vide nunc mihi Rutham, peregrinam, exulem, viduam, pauperculam, vetulâ ſocru prægrauatam; quæ nec queritur de inopiâ, nec propinquis precariò grauis eſt, nec pudoris iniuriâ de mendicitatibus victitat. Sed quæ maſculâ fortitudine ad virile meſſionis, aut exæſtuans ſpicilegij opus ſtrenuè accingitur; & paruo contenta, reliquiis cibi ſocrum impranſam recreat, & ſuſtentat. Porrò tres modios de ſpicilegio portans, reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui: *Inſupèr dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.*

Læta paupertas eſt cordis opulentia.

6. Idem de Rem. fortuitor.

Non in paupertate vitium eſt, ſed in paupere, qui opinione, non re laborat.

Hic verſ. 18.

§. CLXXV.

Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam.

1. *Vltra quàm poſſumus, piè beneficentia audeat.*

QVemadmodum pulcherrimum opus eſt, etiam inuitos, nolentéſque ſeruare: ita rogantibus peſtifera largiri, blandum & affabile odium eſt. Beneficium demus, quod vſu magis ac magis placeat. Demus non rogantibus beneficium; ne beneficij nomen, re beneficij vacuum demus: neque enim beneficium ſe accipere putat, qui illud ſupplicatione emit. Danda ergò ſunt beneficia, non vendenda. Æſtimanda etiam eſt eius perſona, cui damus: dantis etiam perſona æſtimanda eſt. *Et cùm ſit vtrobique virtutis modus, æquè peccat quod excedit, quam quod deficit*: etſi hoc peccatum ſit fœdum, illud ſanè pulchrũ; quippè quod beneficentiæ honeſtas colorat virtutis penicillo. O quã rarò delinquit beneficentia, quã ſuiipſius, ſuæque familiæ vel properantes neceſſitates vix eludũt. Porrò homo piè beneficus plerumque ſuæ egeſtatis immemor, ad alienam oculatus eſt; egeſtate exundans, & de egeſtate beneficè locuples ad donandum. Pulchrè S. Cæſarius: *Largiores eleemoſynæ, etiam pluſquam nos ipſi valere poſſumus, erogandæ.* Non deſit voluntas, & non deerit donandi facultas. Velis, & poteris; atque vltrà quam poteris, erogabis; quod eſt piæ beneficentiæ naturale miraculum. *Sicut egentes* (ait Paullus) *multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

Seneca lib. 1. de Benef. c. 16.

S. Cæſar. homil. 8.

2. Cor. 6. v. 10.

2. Pſal. 1. v. 3.

Propheta regius Pſal. 1. boni viri bonos characteres auſpicatò delineans, ita pangit: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit. Primò vitia longè remouet, vt virtutes cumulatiùs acceſſat. *Et erit*, inquit, *tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Hæc myſtica arbor in ſolo pingui fœcundo, plantata, aquarum abundè ſucco adipata, comatâ proceritate eminet, brachiatis ramis diffusè patula, frondeo virore circumquaque tremulo nitet, tot fructuum clypeos, quot folia germinans; bellè gemmat ad flores, pulchrè floret ad fructus. Sed quid eſt, quòd tot florum ſpebus fœcundè grauida, fructum ſuum ferre non dicitur? Auaritia prouentuum hæc eſt, an prodiga vbertim fertilitas? Audiendus eſt Gennadius inibi apud Catenam Græcorum Patrum: *Et erit tamquam lignum &c. quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Porrò*, inquit, *quærendum, an ſit tempus quo fructum aliquando non habet, non ſanctum, quia non eſt dictum; Quòd fructum ſuum ferat in tempore ſuo, ſed, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas.* O bonus beneficentiæ typus! Profectò de homine virtutis ſtudioſo, ſuperuacuè quæritur, an *fructum ſuum ferat, & an ſit tempus quo fructum aliquandò non habeat*? Neque enim dicitur, quòd *fructum ferat*, aut quòd *fructum habeat*; ſed *quòd fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis neceſſitas.* O quàm multi ſeculariter locupletes, fructus ſuos *ferunt*, & fructus ſuos *habent*; eiuſmodi autem fructus non *dant*, cùm ſuſcipientis egena neceſſitas exigit! Hæc autem myſtica arbor, perfectioris beneficentiæ idea, conſultiſſimè nec dicitur *fructum ferre*, nec *fructum habere*, ne videatur plena ſibi, aliis vacua; tota ſibi (& vt ſic dixerim) nemo aliis egenè miſeris, & miſerè ærumnoſis: ſiuè enim ferat, ſiuè non ferat; habeat licèt, aut non habeat, *Fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis neceſſitas.* Scilicet beneficentior votiuè pietas, eſt inexhauſta donandi facultas, immeritatis gazis ſemper locuples; & de paupertate ſuâ arcanas opes in egenos exundat.

Myſtica piè arbor non dicitur ferre, neque habere fructum; ſed dare indigentibus.

Gennad. in Catenâ Corder. ibidem.

3. Lucæ 6. v. 30. Tertullian.

Lucæ 6. Euangelicæ perfectionis melior œconomia densè traditur à Chriſto Domino: cuius particula hìc emedullanda eſt: *Omni autem petenti te, tribue.* Quæ verba elucidans Tertullianus

de Fugâ, &c. cap. 13.

in lib. de Fugâ in perſecutione, ita ſcribit: *Atque adeo, omni petenti dare iubet; ipſe ſignum petentibus non dat.* Et lib. 4. aduerſus Marcionem, cap. 16. *Omni petenti te, dato, vtique indigenti, ſi etiam & abundanti.* Aliter in lib. de Baptiſmo cap. 18. *Omni petenti te, dato; ſuum habet titulum perindè ad eleemoſynam pertinentem.* Ecce Euangelicum titulum ad eleemoſynam, & indifferentem largiùs beneficentiam: *atque adeò, omni petenti dare iubet; ipſe ſignum petentibus non dat*: neque aliquâ teſſerâ notat eos, quibus potiſſimè dandùm eſt; nec notamento aliquo aut charactere eos qui poſſunt aut debent dare, nuncupatim deſignat. Nempè da omnibus titulo indigentiæ petentibus: pete eodem indigentiæ titulo ab omnibus: *ipſe ſignum petentibus non dat*, vt internoſcant, an pauperes, an diuites ſint, à quibus petendum eſt, dum petituri egeſtate premuntur. Profundè S. Bernardus epiſt. 12. *Vera miſericordia non iudicat, ſed afficit; non nititur diſcuſſione, occaſione contenta.* Profectò vera miſericordia, & largiùs benefica, non ſcrupulosè (nimis ſcrupuloſa in donando pietas, non valdè à ſuperſtitioſâ diſtat) curioſâ diſcuſſione explorat, & nimis ſagaci & attento examine trutinat ad exactioris iudicij bilancem, aut ſupplicis egeni neceſſitatem, aut ſuam ad largiendum facultatem. Largior erga egenos beneficentia, non nimis attendit vnde donet, quia tota eſt vt donet. Porrò niſi deſit voluntas, non deerit largiendi facultas. *Vera miſericordia non iudicat, ſed afficit; non nititur diſcuſſione, occaſione contenta.* Non negat Bernardus in faciendis eleemoſynis *iudicio* opus eſſe (prudentia enim & comes, & auriga virtutum eſt;) conſultiſſimè autem largituros monet, vt proprium de propriis tunc neceſſitatibus, ac de facultate donandi, *iudicium* habeant de auaritiâ, aut de immiſericordiâ ſuſpectum. *Vera miſericordia non iudicat, ſed afficit.* Non deſit dandi *affectus*, & non deerit *miſericordiæ* effectus. Sanè homo piè miſericors, & in eleemoſynis erogandis laudatior, largiendi oblatâ occaſione, oculorum ac aurium velut ſurdus eſt. Tunc propriũ cenſum parcè non taxat, ſua apud ſe debita non exaggerat, properantes ad ſe neceſſitates non anteuidet, rogantium ſupplicem indigentiam non explorat, non examinat, non trutinat, vt immiſericordiam honeſtet, aut auaritiam coloret. Qui *omni petenti dare iubet, ipſe ſignum petentibus non dat.* Sufficit petendi *titulus* ad eleemoſynam accipiendam. Ne cauſeris in donando iudicium: *Vera miſericordia non iudicat, ſed afficit.* Piè monet Bernardus; piè monentem ſequere. Velis, & poteris.

Vera miſericordia, non iudicare, ſed affici dicitur. quare?

S. Bernard.

4. Marci 11. exiens Ieſus à Bethaniâ in Ieruſalem, eſuriit: *Cùmque vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit ſi quid fortè inueniret in eâ. & cùm veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. Et reſpondens dixit ei: Iam non ampliùs in æternum ex te fructum quiſquam manducet.* Confeſtimque ficus exaruit. Magnum ſanè inter Expoſitores litigium, quare hæc ficulnea maledictione feritur, quia cùm non erat tempus fructuum, fructum non tulit? Imò quare etiam Chriſtus eſuriens, è viâ ad ficulneam diuertit, *ſi quid fortè fructuum inueniret in eâ?* Quid eſt, *ſi fortè*, quod ambiguam ſpem denotare videtur? *Quâ etiam pœnâ dignum erat, ficum fructum non habere ante tempus?* ait Chryſoſtomus. Verùm communiter Interpretes ſecuti Origenem & Hieronymum, ad myſticam ſignificationem opportunè declinant. Et idem inibi Chryſoſtomus, adludi putat, ad nuper expoſitum locum Pſal. 1. Et erit tamquam lignum, &c. *quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*, ſic fatus: *Eſt autem & aliter dicere, quod Dominus ante tempus fructum quæſiuit in ficu, & non inueniens maledixit: quia omnes qui mandata legis adimplent (& in lege Domini voluntas eius, &c.) iſti ſuo tempore fructificare dicuntur.* Nempè *fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Ergò adſimiliter locus & myſticè & ethicè exponendus eſt. Scilicet ſciebat Chriſtus, ſciebat Diſcipulorum quiſque ficulneam illam tot viridantibus foliis ornatiùs comatam, tunc (*non enim erat tempus ficorum*) fructum non *ferre*, nec *habere* fructum, vt nuper dixit in ſimili Gennadius; Ieſus autem eſuriens, & eſurie fatigatus, è viâ declinat ad explorandum hanc myſticam arborem, *ſi fortè*, quæ tunc fructum non *fert*, nec *habet* fructum, *fructum ſuum det in tempore opportuno. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas.* Moraliſſimè igitur dicit, *ſi quid fortè inueniret in eâ*, adſpectu ad rationalem arborem, quò denotatur arbitrij libertas (vt notant interpretes) Exindè arbor, quæ nec fructum *fert*, nec *habet* fructum; fructum tamen *dare* poteſt: *Quia non eſt dictum, quòd fructum ſuum ferat in tempore ſuo; ſed quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas.* Optime! exareſcit enim ficulnea, quæ dum non *fert* fructum, nec fructum *habet*, fructum non *dat* famelicè *eſurienti.* Ne cauſeris ab inopiâ impotentiam. Nolle in cauſſâ eſt, & non poſſe prætenditur. Velis, & poteris. Si non deſit voluntas, facultas non deerit.

Marci 11. v. 13.

S. Chryſoſt. homil. 68 in Matth.
Origenes.
Hieronym.
S. Chryſoſt. apud Caten. Marc 11.

Quomodò ficulnea, quæ fructum non fert, nec habet, fructum dare poterit?

Gennadius. ſuprà n. 2. allegatus.

Siracides Eccleſiaſtici 11. *Eſt homo marcidus* 5.
egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate. Hic homo *marcidus* exponitur à Lyrano, debilis viribus; à Carthuſiano, tabefactus; ab Hugone, ſenex, vel pauper ſine honore mundi. Pro τὸ *egens recuperatione*, Biblia regia habent, *egens auxilio*; Vatablus, *opis indigus.* Huiuſmodi autem homo paupertate marcidus & tabefactus ac opis indigus, *plus deficere virtute, & paupertate abundare* perhibetur. Mirum ſanè eſt, quòd quis *virtute deficiat, & paupertate abundet.* Hugo Cardinalis aduocato Paullinæ ſapientiæ commercio, præſcripta Eccleſiaſtici verba ſic exponit: *Abundans paupertate. id eſt, merito paupertatis.* 2. *Corinth.* 8. *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias paupertatis eorum.* ita Paulli locum excribit Hugo. Alioqui Vulgatus habet: *Altiſſima* (id eſt, profundiſſimâ & quaſi ad fundum vſque exhauſta) *paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Simplicitas hîc ſignificat candidam, liberalem, & alacrem elargiendi voluntatem, vt inibi Cornelius exponit. Quod luculenter ex Chryſoſtomo tradit Theophylactus: *Et profunda paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Hoc eſt, quemadmodùm ingens afflictio exuberauit in lætitiam: ſic ingens & profunda eorum paupertas, non ſolùm non impediit eos ad eleemoſynam; ſed exuberare potiùs eos ad opes perſuaſit. Non dixit autem*

Eccl. 11. v. 12.
Lyranus.
Carthuſian.
Hugo.
Bibl. regia, Vatablus.
Hugo Card.
2. Corinc. 8. v. 2.

Pauperior egeſtas exundat in beneficentiam erga egenos.

Cornelius.
Theophyl.

Digitized by Google

autem diuitias datorum, ſed ſimplicitatis, hoc eſt, candidi animi, & ad largiendum prompti. Hoc autem mirandum, quod tantâ ex paupertate (direpti námque ſunt à contribulibus) tantam declararint liberalitatem. Ecce tibi profunda paupertas quàm opulentè abundet ad diuitias, & ad pias largitiones cumulatiùs exuberet: atque indè facultas ſuccreſcat, vndè credi poterat iam exhauſta. Sic ille Siracidis homo marcidus ſeu tabefactus egens auxilio, & opis indigus, dum *plus deficit virtute, abundat paupertate.* Porrò *ingens & profunda eorum paupertas, non ſolùm eos non impediit ad eleemoſynam, ſed exuberare eos potiùs perſuaſit.* Vide hîc Rutham exulem, viduam, pauperculam, omnium indigam, de
Hîc verſ. 18. mendico ſpicilegio tres modios excuſſit. *Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.* O, ſic Rutha deficiens virtute, paupertate abundat, vt largior eius beneficentia in egenam ſocrum exuberet?

---

§. CLXXVI.

Multorum oratio, ſic eſt concordia fœdere potens, vt quod velit petat, quod petit ſumat.

1. S. Gregor. NOta Magni Gregorij vox eſt: *Quiſquis pro aliis intercedere nititur, ſibi potiùs ex charitate ſuffragatur; & pro ſemetipſo tantò citiùs exaudiri meretur, quantò magis deuotè pro aliis intercedit.* Opulentum ſanè orationis commercium eſt; & vſuras, quas velut prodigè do-
Orationis commercium eſt impetrationis compendium. nat, pietatis auaritiâ vltrà ſortem recipit. Communio precandi, precum energia eſt, & arcanus impetrandi vigor, magno charitatis ſacramento. Velut miſcentur multorum inæquales preces, & cuiuſlibet petitio reliquas in ſuum colorem trahit. Sibi poſcenda beneficia inuidet, qui ſolus ſoli ſibi donanda poſcit. Communis oratio, arbitrium, imò & compendium impetra-
S. Cypr. de Orat. Dom. tionis eſt. *Hanc orationis legem* (ait S. Cyprianus) *ſeruauerunt tres pueri in camino ignis in-*
Orandum eſt vno plurium ore. *cluſi: conſonantes in prece, & ſpiritûs conſenſione concordes. Quod declarat Scriptura diuinæ fides; & dum dicet quomodò orauerint tales, dat exemplum quòd imitari in precibus debeamus, vt tales, eſſe poſſimus. Tunc illi tres, inquit, quaſi ex*
Daniel. 3. v. 51. *vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum. Loquebantur quaſi ex vno ore, & nondum illos Chriſtus in carne viſus docuerat orare; & idcircò orantibus fuit impetrabilis & efficax ſermo, quia promerebatur Dominum pacifica, & ſimplex, & ſpiritualis oratio.* Hactenùs ille.

2. Matth. 6. v. 9 &c. Matthæi 6. hanc orandi formulam Chriſtus Deus Chriſtianis hominibus proponit: *Sic ergò*, inquit, *vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis; ſanctificetur nomen tuum, &c. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.* Mirum ſanè eſt, quòd dum homo humanis calamitatibus afflictatus, & rerum penè omnium ærumnosè indigus, ſupplex Dei mendicus in oratione accedit, diuinæ miſericordiæ fores pulſans, vt opportunum ſubſidium impetret; eadem, quæ ſibi petit beneficia, aliis etiam expetat impetrare; quaſi ore ipſius, omnes cum eo pariter Deum orent, & Dei miſericordiam adæquè exorent. Propriis neceſſitatibus angitur homo, & ad preces vrgetur; & tunc, tunc quidèm pro reliquis orare iubetur? S. Cy- S. Cyprian.
prianus de Oratione Domin. rem hanc dilucidè tractans, ità luculenter ſcribit: *Sic ergò vos orabitis: Pater noſter, &c. Da nobis.... Dimitte nobis.... Ne nos inducas.... Libera nos, &c. Publica*, inquit, *eſt nobis & communis oratio: & quandò oramus non pro vno, ſed pro toto populo oramus; quia totus populus vnum ſumus. Deus pacis & concordiæ magiſter qui docuit vnitatem.* (Nota quæ ſubjicit verba,) *ſic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipſe portauit.* Pulchra quidem analogia, & quæ com- *Sic orare vnum pro omnibus Chriſtus voluit, ſicut in vno omnes ipſe portauit.*
munionem orationis eleganter edisserit. Scilicet cùm ſit Chriſtus homo Deus, & vnus cùm ſit, cùm venerit redemptor omnium, omnium humanarum calamitatum, & debitorum omnium quaſi baiulus eſt, cui omnia omnium hominum ponderoſa debita grauiſſimè incumbũt, *quomodò in vno omnes ipſe portauit*: ſic quiſquis ritè orat, ac ſi de orationis priuilegio, reliquorum hominum Redemptor quodammodò inauguretur, ergà homines reliquos aliquo charitatis ſacramento, quaſi redemptoris munus obire decet, & velut alium ipſum Chriſtum orationis communione peragere. *Sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipſe portauit.* Nempè Chriſtus omnia onera noſtra, noſtra debita in ſe ſoluenda ſuſcepit, pro omnibus Patrem Deum obnixiùs orauit, & peritum beneuolè aduocatum agit; ſimilem ergò ad modum (vt vt agi à puro homine poteſt) homines debent Redemptoris munus pro reliquis hominibus ſumptuoſiùs obire; quod ſic pro omnibus adæquè orando quodammodò peragitur: vt dum quis pro ſe orat, pro aliis etiam impetret. *Sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodò in vno omnes ipſe portauit.* (Procliue eſto cuique fœcunda Cypriani verba ampliùs emedullare) Sic Boozus hîc pauperculæ Ruth, & deſolatæ Noëmi, *propinquus*, Hebraï- Hîc verſ. 20.
cè *Redemptor* nominatur: ſic infrà cap. 4. vtriuſque, id eſt, ſuam ipſius cauſſam, in iudicio peragit, & feliciter abſoluit.

Matthæus cap. 18. hæc Chriſti Dei verba 3.
refert, ad Diſcipulos dicta, & ad fideles omnes Matth. 18.
referenda: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper ter-* v. 20.
ram, de omni re quamcúmque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt. Quaſi dicat: Adeò potens gratáque Deo eſt concordia, & concors concordium oratio, vt ſi quid quantumuis difficile, petant ipſi degentes in terrâ, vbi longiſſimè diſtant à cælo, Deus tamen in cælo auditurus ſit eorum poſtulata, eáque completurus. Indè in precibus concordiam expetens, concludit: *Vbi enim ſunt duo vel tres conſentientes in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Quaſi dicat: Ibi aſſiſto, cooperor, & dirigo eorum deſideria, vota, & concordes preces, illáſque adimpleo. *Sicut enim* (ait inibi Origenes) *in muſicis niſi* Origenes.
fuerit harmonia & conuenientia vocum, non delectat audientem: ſic Eccleſia niſi conſenſum habuerit, non delectatur Deus in eâ, nec audit voces eorum. Heu! ſic hominum diſcordia, Deum ad audiendas preces humanas velut ſurdum reddit? *Diſcordia Deum ad audiendas preces humanas ſurdum reddit.*

dit? humana vnanimiter concordia, precum harmonia eſt, & gratus vocum concentus? Ceterùm τὸ *ibi ſum in medio eorum*, adhuc altiùs enucleat S. Hilarius ibi Canone 18. ſic fatus: *In tantùm igitur humana pacis ſtuduit concordiæ; vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda ſint, impetranda eſſe confirmet. Et vbi duo atque tres pari Spiritu ac voluntate collecti ſint, ibi ſe in medio eorum pollicetur futurum. Ipſe enim pax atque charitas eſt, ſedem atque habitationem in bonis & pacificis voluntatibus collocauit.* Ex his S. Hilarij verbis hanc Cornelius expoſitionem indidèm expreſſit: *Sum ego in medio eorum, ſicut Spiritus ſanctus eſt in medio Patris & Filij, quaſi vtriuſque amor & nexus.* Porrò ipſe Chriſtus qui pax & charitas eſt, ſedem atque habitationem in pacificis voluntatibus collocauit. O profundè arcanam Trinitatis vmbram! Nimirùm tribus ſanctiſſimæ Triados perſonis, vna mens eſt, eadem voluntas, omnipotentia eadem: quare quicquid vna perſona cogitat, vult, poteſt, idem præſtat & alia, vniſſimæ in naturâ identitatis elogio. Adſimiliter ergò *pari Spiritu*, voto, ore, ac prece orantes, (quantùm diuinorum in humanis tranſparent veſtigia) Trinitatis vmbram repræſentant. quod eſt præcelſum orationis prærogatiuum, ab Hilario adumbratum, & à Cornelio expreſſum.

S. Hilarius. *Concordia in precibus Trinitatem adumbrat. quare?* *Cornelius.*

4. Eccli. 25. v. 2.

Siracides Eccleſiaſtici 25. ſic ex perſonâ & mente Sapientiæ loquitur, aut loquentem Sapientiam ſic inducit: *In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coràm Deo & hominibus.* Ecquid eſt tam indubiè bonum, quod Dei atque hominum mereatur ſuffragium? *Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè ſibi conſentientes.* Pro τὸ, *placitum eſt ſpiritui meo*, Græcè habetur, *Pulchra facta ſum* alij, *Tribus ſum exornata, & ſurgo ſpecioſa coràm Deo & hominibus.* Syrus, *Tria deſiderat anima mea, & ea decent coram Deo & hominibus: fraternitas fratrum, amicitia amicorum*, &c. Explicatiùs tradit Auguſtinus Serm. 169. de Temp. quid ſit hoc, quo ſic pulchreſcit, ſurgit, decoratur, & ſibi complacet Sapientia: *Pax*, inquit, *concordia fratrum, ſicut ſcriptum eſt: In tribus placui ſpiritui meo*, &c. *Concordia ergò fratrum, voluntas Dei eſt, iucunditas Chriſti, perfectio ſanctitatis, iuſtitia regula, materia doctrinæ, morum cuſtodia, atque in rebus omnibus laudabilis diſciplina* (Addit tempeſtiuè Auguſtinus) *Pax, ſuffragio precum & ſupplicationum facilis atq; impetrabilis, quia deſideriorũ omniũ competens eſt plenitudo. Pax ergò dilectionis mater eſt, cõcordia vinculum, ac puræ mentis indiciũ manifeſtum: quia ſibi exigit de Deo quod velit, quicquid voluerit petit, & quidquid voluerit ſumit.* Ecce tibi *pax, ſuffragio precum, deſideriorum omniũ eſt plenitudo.* Quid tam humanæ indigentiæ exoptabile, quàm deſiderata efficaciter obtinere, & votis implere pectora? quod pacis & concordiæ ſuffragio preces obtinent. Imò & oratio concordiæ beneficio, non tam ſupplex ac precaria, quàm velut Domina, ad petendum accedit: *quia ſibi exigit à Deo quod velit, & quicquid voluerit petit, & quicquid voluerit ſumit.* Quid eſt, *ſumit*? Annon proprium orationis munus, eſt deſiderare, quærere, rogare? Eſtné piè furax oratio, dum de concordiæ priuilegio, rem optatam non tam rogare, quàm *ſumere* perhibetur? O pia orationis præſumptio, de concordiæ vigore velut omnipotenter audax! Annon eſt hæc *dominans oratio*; ſiquidèm *quicquid voluerit petit, & quicquid voluerit ſumit*? Vide hîc quantum orationi vigorem, pacis ac precum concordia fœneretur.

Græcus. *Syrus.* *Pacis addenſata elogia.* *S. Auguſtin.* *A concordiâ habet oratio, vt quicquid voluerit petat, & quicquid petierit ſumat.* *Tertull. alibi expenſus.*

5. Geneſ. 49. v. 27.

Geneſeos 49. hâc paternarum benedictionum clauſulâ Beniamin inſignitur: *Beniamin lupus rapax, mane comedit prædam, & veſpere diuidet ſpolia.* Allegoricè (quicquid blateret de more Caluinus) cum Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino, Eucherio, Bedâ, Ruperto, per hunc *lupum* licet intelligere S. Paullum, qui ex Beniamin oriundus, primo *mane*, id eſt, in iuuentute ſuâ, quaſi *lupus* ſæuiit in Chriſtum, & Chriſtianos cruentè ferociit. Verùm à Chriſto conuerſus, & mutatus à Saülo in Paullum, à *lupo* Diaboli in *lupum* Dei, *veſpere*, id eſt, iam ſenior, ſpolia Gentium diabolo detracta, Chriſto & Eccleſiæ diuiſit. Qui nuper terrori erat inermi Chriſtianorum gregi, iam illi ſtrenuè auxiliaris effectus eſt. Ecquis miriſſimam hanc conuerſionem operatus eſt? An Paſtoris Chriſti de ſuo grege prouidentia? an clamoſus gregis balatus, Paſtorem ſuum è cælis ad terram, in auxilium aduocans. Audiendus eſt hâc ſuper re Franco Abbas tom. 12. de Gratiâ, vbi ita ſcribit: *Factum eſt Saülo appropinquante Damaſcum, & puſillo Grege Chriſti de cælo inuocante auxilium, aduerſarium lucis circumdaret lux cæleſtis.* Quid niſi *gregis* licet exigui clamor, hoc miraculorum miriſſimum patrare potuiſſet? Rapax quidèm *lupus* aperto rictu atrociter ferox, pauidum *gregem* cruentè inuadit; clamat *puſillus grex* concordi balatu, & cælum tundens pari vocum cum periculo cõcordiâ, Paſtorem aduocat Chriſtum, qui Saülum mutat in Paullum, Phariſæum reformat in Apoſtolum, *lupum rapacem* refingit in agnum, & *lupum* Diaboli, in Chriſti *lupum* recudit. Tantùm *puſilli gregis* concordi balatui licet! *Factum eſt puſillo grege Chriſti de cælo inuocante auxilium*, quicquid concors pauculorum balatus voluit, petiuit; quicquid petiuit etiam vltrà vota, *ſumpſit*. Sic gregis clamor ad impetrationem potenter eualet? O! multorum oratio ſic eſt cõcordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat? Sanè concors orationis commercium, impetrationis compendium eſt.

Caluinus. S. Hierony. S. Ambroſ. S. Auguſtin. Eucherius. Beda. Rupertus. *Chriſtiani gregis balatus, lupum Saülum conuertit in agnum.* *Franco.*

PROOEMIO

Digitized by Google

PROOEMIOLVM.

VLTRO *hìc Rutha ſuam Moabitidem , tamquam ſterilem deſerit ; & in Bethlehem , id eſt , in* domum panis , *velut obſtinato animo hianter ire feſtinat. Vix Bethlehemiticam tenuit vrbeculam , cùm ſedulo ſpicilegio reſiduas ambit ſpicas. Ipſi fameſcenti panem ac potum Boozus offert : Dein conuiuio eam excipit ;* Sedit itaque ad meſſorum latus , & congeſſit polentam ſibi , comedítque , & ſaturata eſt , & tulit reliquias. Atque indè ſurrexit , vt ſpicas ex more colligeret. *Denique ſic de ſpicilegio aut meſſurâ placuit Boozo , vt illi nupſerit. Ex quo felici coniugio Obedem peperit , ex quo Dauid , tandem Deipara , & Chriſtus Deus , qui eſt panis viuus , qui de cælo deſcendit , vt Euchariſtico pane ad beatam gloriam homines ſaginaret. Quare de hoc Bethlehemitico ſeu Euchariſtico pane paucula delibare , operæpretium me facturum cenſui. In tam fertili autem agro , & copioſâ vbertim meſſe , in quâ eruditiſſimi quique deſudarunt , ſequens meſſorum veſtigia , tenue cum Ruthâ ſpicilegium faciam.*

---

§. CLXXVII.

Euchariſtia eſt Beatitudinis confinium, prælibatio, & obſes: eſt myſterium gloriæ, reſurrectionis pignus , atque æternæ felicitatis portio.

1. Hugo Card.

Euchariſtia eſus , in confinio cæleſtis immortalitatis hominem conſtituit.

HVGO Carenſis Biblicâ eruditione , & ethicâ ſubtilitate notiſſimus ; in Lucæ cap. 11. exponens Orationem Dominicam , præſertim illam petitionem: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie* ; ſic ad rem ſcribit : Et ſunt diſtinctæ , iſtæ ſeptem petitiones ait , ſecundùm duas vitas , temporalem ſcilicet , & cæleſtem. Tres primæ petitiones pertinent ad vitam cæleſtem ; tres vltimæ ad vitam temporalem. *Media , ſcilicet : Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie , eſt communis, & quaſi confinium vtrarumque confortans & dirigens tranſeuntem de vitâ temporali ad vitam cæleſtem.* Nempè Euchariſticus cibus dignè ſumptus , ſic mortalem hominem alit , vt illum in limine immortalitatis conſtituat, & quaſi in terræ cælique *confinio.*

2. Pſal. 33. v. 1. Græci Patr. Corderius. Aquila.

Pſalmi 33. hic titulus legitur : *Pſalmus Dauid , cùm immutauit vultum ſuum coràm Abimelech.* Hanc epigraphen ſic Græci Patres apud Corderium noſtrum exponunt : *Aquila* (inquiunt) *exponens : Quandò immutauit guſtum ſuum, alium ſenſum pandit verbi, Mutauit. Cùm enim ſanctum cibum , & panes conſecratos deguſtauit , quibus non niſi ſolis Sacerdotibus vti fas erat , guſtum ſuum immutauit.* Ad quem panis ſacri guſtum adludens, ſubdit infrà verſ. 9. *Guſtate & videte , quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir , qui ſperat in eo.* Omitto nunc quòd cibi materiales priùs videntur , & poſteà guſtantur ; Euchariſticus autem panis priùs guſtum inducit , poſteà viſum , id eſt , perfectiorem ſui notitiam. Sed quid eſt , quòd poſt aduocatum comedentis guſtum , & inde viſum , poſteà *ſpem* aduocat, & eum qui ſic ſperat , *beatum* appellat ? Quæ eſt hæc ſpes , quæ pòſt Euchariſtiæ guſtum , ſic præmaturè beat ? Appoſitè Euſebius in Catenâ ibidem : *Quoniam verò Aquila in Pſalmi titulo ait , Quandò immutauit guſtum ſuum ; rectè intellexeris , quòd , virtute ex ſacrorum panum manducatione perceptâ , ad conſimilem guſtum percipiendum inuitet , vita Panem per figuram inſinuans. Nos igitur qui in terris verſamur , panis & Verbi quod de cælo deſcendit, participes efficiamur : qui verò ſunt in regno cælorum , pleno illo* (pane) *ac perfecto fruuntur, eius Diuinitate enutriti.* Explicatiùs rem eandem inibi tradit Baſilius, præſcripta verba ſimiliter de Euchariſtiâ prægustandâ exponens : *Guſtate & videte , &c. Veniet autem,* inquit, *quandóque tempus , quandò huiuſmodi ſuauitatis prælibatio, & qualiſcumque guſtus ad perfectam pertinget fruitionem.* Ecce tibi, quare poſt ſuauiſſimum Euchariſtiæ cibum ritè perceptum, & *beatum* dicat , & *ſperare* adhuc iubeat. Porrò Euchariſtiæ ſumptio , *prælibatio* beatitudinis eſt, in cælo expectans

Pſal. 33. v. 9.

Euſebius.

Qui Euchariſtiam ſumit, beatitudinem prælibat.

S. Baſilius.

Poſt Euchariſtiæ guſtū, cur homo beatitudinē ſperare iubetur ?

pectans perfectam eiuſdem Chriſti Dei fruitionem, quâ *Diuinitate enutriatur.* Cúmque tanta nunc ſit voluptas huius ſuauiſſimi cibi, cæleſti gloriæ confinis, præcauet Propheta, ne putetur tota beatitudo empyrea, hâc illius prælibatione cenſeri; vndè ſpem confeſtim aduocat. Quâ de re ſic Græci Patres in Commentario

Græci Patr.

tempeſtiuè philoſophantur: *Illud Guſtate deſignat guſtationem panis vitæ, cuius ſymbolum erant panes propoſitionis, quorum particeps extiterat. Subiungit autem, Beatus vir qui ſperat in eo. Rectè poſt eorum quæ dicta ſunt, exhibitionem, Beatitudinem conſtituit, ne auditoribus fortè Beatitudo eſſe dubia videretur.* O! ſic beatè dulceſcit Euchariſtiæ ſapor, vt qui eum defæcato ſinceriùs palato guſtat, dum futuram beatitudinem prælibat, ſperare vlteriorem in cælo beatitudinem iubeatur, ne fortè ſibi perſuadeat, nil vltrà in cælo eſſe poſſe iucundiùs, glorioſius, atque beatius? Sanè Euchariſtia, prælibatio futuræ beatitudinis eſt, eius obſes & prægustus, non plena fruitio: plenior reſtat in gloriâ beatitudo; ne ergò dum vberiùs exundat Euchariſtiæ guſtus, futura in cælis *beatitudo dubia* apud te ſit, fortè reputans nil vltrà fore beatiùs; conſultiſſimè iuberis illam ſperare: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo.* Quid exaggeratius.

3. Matth. 26. v. 19.

Matthæi 26. in vltimâ cœnâ, ſub huius Sacramenti inſtitutionem, ſic Diſcipulos ſuos Chriſtus alloquitur: *Dico autem vobis, non bibam amodò* (ab hoc tempore) *ex hoc genimine vitis, vſque in diem illum: cùm illum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.* Dicit *nouum,* id eſt, vinum noui & alterius, etſi conſimilis generis; in cælo enim Beati bibunt, non vinum terreſtre, cuius accidentibus ſubſit ſanguis & corpus Chriſti; ſed cæleſte, nempè nectar lætitiæ & gloriæ ſempiternæ, quâ ipſe, qui in Euchariſtiâ eſt Chriſtus, quâ Deus eſt, illos abundè potabit. Sed quid eſt, *Bibam vobiſcum in regno Patris mei?* Num τὸ *vobiſcum*, ad ſolos diſcipulos arctatur? an etiam extenditur ad omnes quotquot Euchariſticum calicem ritè ſuſcipiũt? S. Hilarius Canon 30. in Matth. his verbis præſcriptum locum eleganter exponit: *Sine Iuda, Paſcha, accepto calice, & fracto pane, conficitur. Dignus enim æternorum Sacramentorum communione non fuerat: nam diſceſſiſſe ſtatim, hinc intelligitur, quòd cum turbis reuerſus oſtenditur.* (Nota attentiùs quæ ſubjicit verba expenſione digniſſima, & quæ luculenter τὸ *vobiſcum* exponunt) *Neque ſanè bibere eum eo poterat, qui non erat bibiturus in regno: cùm vniuerſos tum bibentes ex vitis iſtius fructu, bibituros ſecum poſteà pollicetur.* Proh! non poteſt bibere Euchariſticum calicem cum Chriſto, qui illum in cælo bibiturus non eſt? Quotquot cum Chriſto, eius dignè bibunt calicem in terris, illum in cælis cum eodem glorioſè bibent? Sic qui hoc calice dignè potatur, cæleſtem beatitudinem cum Chriſto ſibi oppignerat? diſceſſus ab hoc potu, Iudæ extitit beatitudinis exilium.

Omnes qui cum Chriſto Euchariſticum biberit calicem, in cælo bibent.

S. Hilar.

4. Matth. 26. v. 29.

Iterùm redeat ſemel expenſus ex Matthæo locus, aliter ad rem expendendus: *Dico autem vobis; non bibam amodò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum: cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.* Grande quidèm olim & nunc litigium, quomodò in regno Patris, hoc eſt, in empyreâ cæli gloriâ, Euchariſticum calicem Chriſtus cum ſuis bibiturus ſit? Quæ lis nondùm hactenùs compoſita, malè in hoc excurſu definietur. Adducam tamen luculentum Irænei commentarium, qui lib. 5. cap. 33. ita ſcribit: *Dico autem vobis: Amodò non bibam de generatione vitis huius vſque in diem illum, quandò illum bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei, vtique hereditatem terræ. Ipſe renouabit, & reintegrabit Myſterium gloriæ filiorum.* Ecce tibi, Euchariſtiæ Sacramentum dicitur, *Myſterium gloriæ*, & idem in beatâ cæli gloriâ promittitur *reintegrandum*, ac *renouandum:* vndè dicitur *nouum in regno Patris* bibendum. Scilicet Euchariſtia profundo ſtylo dicitur, *Myſterium gloriæ filiorum*; quia *Filij*, qui hoc Sacramentum dumtaxat ritè participant, in eo beatam gloriam prælibant; nempè illum ipſum Chriſtum Deum ore ſumunt, qui, quà Deus eſt, eſt beata cælitum gloria. Ergò cùm ille ipſe Deus, qui nunc in hoc Sacramento potandum ſe exhibet, illemet ſe Beatis mente deguſtandum in Olympiâ gloriâ palàm exhibeat; dicitur hoc Sacramentum in cæli patriâ *reintegrandum*, hoc eſt, *renouandum*, & indè *nouum* appellatur: & vtrobique *Myſterium gloriæ filiorum* nuncupatur. *Gloriæ*, inquam, quia idem ferculum propinatur, ac in beatâ gloriâ: *Gloriæ*, quia beata gloria prælibatur: *Gloriæ*, quia cæli delicias, gloriæ æmulas exhibet: *Gloriæ*, quia pignus gloriæ, dignè accipientibus præbet. Quare *Myſterium gloriæ filiorum*, arcanè nominatur.

S. Irænæus.

Euchariſtia dicitur Myſterium gloriæ filiorum.

Adhuc præſcripta Euangeliſtæ verba, ad rem præſentem aliter enucleanda ſunt: *Dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum: cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.* Sanè *nouum* dicitur adſpectu ad vetus, iámne vetus nominatur Euchariſticum poculum, recèns inſtitutum, cùm primò Diſcipulis propinatur? Reſpectu huius poculi nuper conſecrati, aliud *nouum* in cælo propinandum, auſpicatò perhibetur? Arcana quidem nouitas eſt, in nouo ac recenti Sacramento inſinuata vetuſtas. Proptereà S. Auguſtinus lib. 1. quæſt. Euangelic. cap. 43. aliò flectit verborum ſenſum, ita ſubtiliter fatus: *Quod Dominus dicit ſub tempore Paſſionis Diſcipulis: Non bibam amodò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum; cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei; vult intelligi hoc vetus eſſe, cùm illud nouum dicit, quia ergò de propagine Adam, qui vetus homo appellatur, corpus ſuſceperat, quod in Paſſione morti traditurus erat, indè etiam per Vini Sacramentum commendat Sanguinem ſuum. Quid enim aliud nouum Vinum, niſi immortalitatem renouandorum corporum intelligere debemus? quod cùm dicit: Vobiſcum bibam, etiam ipſis reſurrectionem corporum, ad induendam immortalitatem promittit: Vobiſcum enim non ad id tempus; ſed ad eandem innouationem dictum accipiendum eſt.* Pluſculum reſcripſimus, ſed pulchra Auguſtini ratiocinatio fœdè mutila non fuerat exhibenda. Itaque Domini ſanguis in Euchariſtiâ potatus, ſic eſt cognatus beatæ corporum reſurrectionis; vt ipſe Chriſtus Deus, cui tot nominibus

5. Matth. 26. v. 29.

S. Auguſt.

Titulóne ſumpta Euchariſtia, debetur Chriſto glorioſa reſurrectio?

nibus

Digitized by Google

nibus erat debita carnis reſurrectio glorioſè beata; Paſſioni ac morti proximus, ex ſententiâ Auguſtini Euchariſticum ſumpſerit potum, vt hoc etiam titulo, & ipſe poſt triduum reſurgeret, & Diſcipulis ſuo tempore adſimilem glorioſè ac beatè corporum reſurrectionem feliciter propinaret.

6. Pſal. 141. v. 6.

Pſalmo 141. ſic pangit Dauid: Clamaui ad te Domine, dixi: *Tu es ſpes mea, Portio mea in terrâ viuentium.* Quandoquidèm hæc, quam incolimus, terra, non tam viuentium, quàm morientium terra ſit, idoneè per eam Interpretes cæleſtem patriam, & illius beatam & numquam morituram gloriam intelligunt. Hùc videtur adludere S. Cyprianus de Cœnâ Domini, ita ſcribens: *Hoc Sacramentum aliquandò corpus ſuum, aliquandò carnem, & ſanguinem, aliquandò panem Chriſtus appellat, Portionem vitæ æternæ.* Ad hanc vitæ æternæ *portionem* Dauid auidiùs inhiabat, quando ſpebus ſatur, ore famelicus, clamabat ad Chriſtum eius ſobolem: *Tu es ſpes mea: Portio mea in terrâ viuentium.* Hunc panem eſuriebat & Ruth, cùm in Moabitide ieiuna, tanto ſtudio feſtinat ad Bethleem, quæ eſt domus panis, vbi de ſpicilegio, & conuiuio ſatiata, in Obede per Dauidem, Chriſtum Deum, panem vitæ generauit.

Euchariſtia eſt portio vitæ æternæ. S. Cyprian.

Ruth. 2. v. 7 & c. 4. v. 22

§. CLXXVIII.

Euchariſtici Sacramenti obſcuritas, illius credendi, atque æſtimandi lenocinium eſt.

1. S. Iſid. Peluſ.

SAnctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 401. ad quempiam, qui myſtici panis oblationem, tamquam nouam, & à Lege vetere peregrinantem, propè Iudaicè auerſabatur, ſic eruditè ſcribit: *Nouum ac peregrinum oblationis genus, quo Eccleſiâ vtitur, excogitatum eſſe ais: quia Pani ſanctificatio commiſſa eſt; cùm lex ſacrificia cruore definiat, ac præſcribat. Quin autem illud perſpicis, qui in lege gloriaris, quòd lex cruenta, & nidorulenta ſacrificia in atrio, ac prætentis Sanctuario velis, fieri iubebat: Panis autem menſa intùs excipiebat, quam à veteri populo conſpici nefas erat. Quo è numero ipſe es, qui veritatem in lege occultatam, ac nunc declaratam, minimè cognouiſti.* Quaſi dicat: Quid tanti facis Iudaica olim ſacrificia, quæ in atrio, & coram populo, ritè immolantur; & non potiùs Panem, quem menſa intùs ſic excipiebat, vt *conſpici nefas eſſet*? Obuia ſunt, quæ oculis patent, obuiis aſpectibus proſtituta: quæ arcana ſunt & inuiſa, maiorem oppignerant de occultatione reuerentiam, & ſanctitudinis cenſum exaggerant; quaſi oculorum inacceſſio, ſit venerationis emphaſis. *Tantùm in te eſt Deus* (ait Iſaias,) *& non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël ſaluator.* Hebraicè, *Tu es Deus abſcondens ſe*, quod myſticè de Euchariſtiæ Sacramento communiter exponitur. Sanè in templis Ægyptiorum inſcriptum viſebatur hoc Dei emblema: *Ego ſum quod fuit, quod eſt, quódque futurum eſt: velum meum nemo vnquam reuelauit.*

Sacrificia olim in atrio; Panis propoſitionis perſpicere nefas erat.

Dei velum nemo vnquam reuelauit. Iſaiæ 45. v. 15. Hebræus.

Apud Corn. inibi.

2. Prouerbiorum 31. de ſtrenuâ illâ Matronâ ita Salomon ſcribit: *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.* LXX. Vaticana habent: *Congregat autem hæc vitam*; quò explicatiùs vitalis huius Panis myſterium exponatur, cui vltrò annuũt Expoſitores. Poſt panarium autem benè inſtructum, confeſtim ſubditur: *Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* Hebræus textus exſcribit: *Et ſurrexit adhuc nocte* (dum adhuc nox eſſet,) *deditque*, &c. Quid opus fuit *de nocte* ſurgere, vt panem ſuum de longè aſportatum, ſuæ familiæ porrigat? Opinor, illam inquietat nocturnâ intempeſtiuè cibatione. An non ſatiùs foret claram præſtolari diei lucem, aut auroræ tenuem alborem, ne domeſtici cibum accepturi, in tenebris offendant, & paſſim impingant? Eſtne hæc ſeduli laboris auaritia? an potiùs myſtici panis porrigendi blandimentum? Dilucidè S. Auguſtinus Serm. 45. de Diuerſis: *De nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Quis, inquit, comedit de nocte? Prorſus, & tunc dedit eſcas, quibus enim dedit, ſemper eſuriunt. Beati enim qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quia ipſi ſaturabuntur, à nocte ſpiritus meus vigilat ad te. Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Hæc alimenta nocturna abundant in domo mulieris huius. Nemo ibi famem patitur, nec palpat, & inuenit quod manducetur, ardet lucerna Prophetiæ.* Profectò non in clarâ diei luce, quæ rem oculorum perſpicaciæ clariùs intimet; ſed ſub obſcurâ fidei ac prophetiæ lucernâ, Euchariſticus porrigitur cibus, & *nocturna alimenta* præbentur; eò magis glorioſè, quò arcanè magis ſub auguſto accidentium velo. *Non extinguetur in nocte lucerna eius*, quia fidei ac *prophetiæ ardet lucerna*. Quare *nemo ibi palpat, & inuenit quod manducetur.* Cæca eſt humanæ rationis arguta ſubtilitas, & in errore ſæpè deprehenſa: fidei lucernâ certiùs inoculamur; & indè *nocturna alimenta* præbentur, quæ non lenocinantur errori, ſed veritati auguſtiùs adulantur: nam *qui ſcrutator eſt Maieſtatis, opprimetur à gloriâ.* Idcircò Matrona hæc ſub Eccleſiæ nomine, *de nocte ſurrexit deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis; & nemo ibi palpat, & inuenit quod manducet*, manducat autem Deum.

LXX. Vatic.

Prouerb. 31. v. 15 Hebræus.

S. Auguſtin.

In Euchariſtia ſymbolò nocturna alimenta ſententiosè præbentur.

Prouerb. 25. v. 27.

Pſalmo 47. ſic occinit regius Vates: Sicut audiuimus, ſic & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri, Deus fundauit eam in æternum. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*, aut *populi tui*, ſiue *plebis tuæ*, vt alij vertunt. Quæ Pſalmographi verba ſic inibi exponit Chryſoſtomus: *Quid eſt*, inquit, *Suſcepimus? ſperauimus, expectauimus, nouimus benignitatem tuam. Nam quia dixerat, fundauit, radicauit, muniuit, vt oſtenderet tantam illius curam ac prouidentiam non ex merito eorum qui illâ fruerentur, ſed ex bonitate eius qui præſtiterat, profectam eſſe; ac ſimul vt eorum tumidam opinionem comprimeret, ſic dixit. id propemodùm dicens: Tua miſericordia ſunt hæc opera, tua gloria, tua benignitatis.* Quódnam eſt hoc Opus, quod in medio populi Dei exhibitum, ſic eſt oſtentatio diuinæ *gloriæ*, miſericordiæ ac pietatis quod quandò coràm *ſuſcipitur*, tunc, tunc quidèm *expectari* perhibetur? Opinor, non benè ſibi cohærent, *ſuſcipere*, atque *ſperare*: quo enim pacto aliquis *ſperet*, quod

3. Pſal. 47. v. 10.

S. Chryſoſt. tranſlatus à Corder. in Annotat.

Digitized by Google

quod iam *ſuſcepit*? Hinc forſan nonnulli de Eucharistico Sacramento hæc verba myſticè exponunt, quod etiam cum in medio populi Dei omnibus propinatum, fide *ſuſcipitur*, vltrà humanum faſtum eſt, illud dignè æſtimare; illúdque aliter propinandum in beatâ cæli gloriâ à ſumentibus ſperatur. Quare pro *τὸ ſuſcepimus*, quod Chryſoſtomus exponit, *ſperauimus*, Hieronymus habet *æſtimauimus*; alij apud Lorinum, *Coniectauimus*, aut *imaginati ſumus*, ſiue *animo finximus*. Profundè quidèm! Porrò hoc Euchariſtiæ Sacramentum, & gratiæ ac gloriæ myſterium, cùm in eo Chriſtus Deus ſumatur, tam opulentè auguſtum & glorioſum eſt, vt cùm reàpſe *ſuſcipitur*, quandoquidèm obſcuræ fidei ſit *æſtimare* quod in eo latet, velut *coniecturarum*, aut *imaginationis* ſeu phantaſiæ audaciâ quodammodò æſtimandum eſt. Non quòd certum non ſit, quod non dubiâ fide creditur; ſed quia ſic excellit humanæ mentis faſtigium, quod Deus ipſe, qui eſt Cælitum gloria, in eo propinetur; ſic ſunt arcanè locupletes gazæ, quas ſuſceptione eructat, vt quod reipſa veritas eſt, ſi humanitùs æſtimetur, *coniecturarum* audacia, aut phantaſiæ licentia videatur. Sic tenuitas humana, huius Sacramenti cenſui impar inuenitur, quouſque in cæleſti patriâ, prætento fidei velo, perſpicaciter cognoſcatur. *Suſcepimus Deus*, id eſt, *coniectauimus Deus miſericordiam tuam in medio populi tui*. Aude quantum potes *coniectando & imaginando*, neque ſic aſſequi poteris præſtantiam Euchariſtiæ, maior eſt enim omni laude. O quantum eſt illud, quod etiam dum *ſuſcipitur*, nec *coniecturarum* audaciâ, & *imaginationis* licentiâ æſtimare dignè poſſumus, quin infrà eius præſtantiam *imaginemur*. Euthymius in illud de hoc Sacramento, *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*, ait, *Spiritualia & viuifica. Oportet námque non ſimpliciter eò intueri (id enim eſt carnaliter intelligere) ſed aliud quippiam imaginari, & interioribus oculis ea aſpicere tamquam myſteria*. Imaginationis cenſum requirit Euthymius. Quin & dicam cum Expoſitoribus audaciuſculè, *Suſcepimus*, id eſt, *animo finximus*, non donum, ſed doni attributa. Scilicet minùs eſt quod poëtica audacia de Diis ſuis fingendo audet, quàm quod Deus in hoc Sacramento verè geſſit. Sanè vltrà hominis faſtum eſt, quòd Deus, Deus, inquam, in eſcam & potum, in ſacri altaris menſâ hominibus verè apponatur. Hæc *alimenta nocturna* (vt loquitur Auguſtinus) fide æſtimanda ſunt, non cenſu, latente Diuinitate, non ſpecie oculis apparente.

An coniecturis & imaginatione, veram Euchariſtiæ præſtantiam aſſequi poterimus?
S. Hierony.
Lorinus ibi.

4. Ioann. 6. v. 64. Euthymius. *An fictio impar eſt ad exponendam veram Euchariſtiæ præſtantiam?*

5. Cantic. 2. v. 3. Canticorum 2. hæc vox clarior auditur, ſub obſcurâ myſteriorum vmbrâ: *Sub vmbrâ*, inquit, *illius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo*. Lxx. Interpretes vertunt: *In vmbrâ eius concupiui, & ſedi*; Arabicus verò, *Concupiui obumbrari vmbrâ eius*. Profectò vt eleganter philoſophatur S. Bernardus Serm. 48. in Cantic. his verbis Euchariſticum adumbratur myſterium. Porrò *τὸ ſedere*, diſcumbere eſt, quæ eſt vox conuiualis: *τὸ concupiſcere*, edulij appetentiam indicat: ſapor, fructuum *dulcedine* deſignatur: *vmbra* verò & Sacramenti obſcuritatem, & propinquitatem ad corpus, manifeſtè innuit. Origenes ibi de hâc vmbrâ ita aliorsùm ſcribit: *Sub vmbrâ illius quem deſideraueram (concupieram,) ſedi*, &c. *Fac igitur*, inquit, *cùm vmbrâ dignus fueris, vt poſſis capere vmbram eius, & effectus; veniet ad te corpus eius, ex quo vmbra naſcitur; túncque ſenties fructûs eius dulcedinem, dicéſque. Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Nimirùm, ne obſcuritas huius Sacramenti, quod eſt Myſterium fidei, credulitatem offuſcet; ſed obſcuritatis lenocinio vtere ad Euchariſtiæ fidem. Hæc porrò obſcuritas, *vmbra* eſt, ſub quâ *ſedere* ſeu diſcumbere in hâc menſâ iuberis: nam ſi *dignus fueris, vt poſſis capere vmbram eius, veniet ad te corpus eius, ex quo vmbra naſcitur; túncque ſenties fructûs eius dulcedinem, dicens: Et fructus eius dulcis gutturi meo*. Itaque hæc obſcuritas huius Sacramenti, quo verum corpus Chriſti ſumitur in conuiuio Euchariſtico, non eſt qualiſcumque obſcuritas, ſed *vmbra* eſt: eſt autem vmbra, corporis ſequela, & certus index; nam ex Corpore *vmbra naſcitur*, éſtque Corporis ſoboles. *Sede* igitur, ac diſcumbe ſub hâc *vmbrâ*, illámque auidè *concupiſce*. ſimul enim *concupiſces* verum Chriſti corpus ſub Euchariſtiâ latens; ex corpore enim *vmbra naſcitur*, & tunc ſenties melleam edulis Euchariſtiæ dulcedinem, *dicens: Et fructus eius dulcis gutturi meo*. quaſi obſcura Euchariſtici myſterij vmbra, ſit eius credendi ac percipiendi lenocinium: & iſtiuſmodi vberior dulcedo, obſcurioris vmbræ ſtipendium ſit. Quid accommodatius? Cùm Ruta ſic auidè concupiſcit ire ad Bethlehem, id eſt, ad domum panis; ſub *Dei alas*, hoc eſt, ſub illius vmbram *confugere* perhibetur.

Lxx. Interp. Arabicus.
S. Bernardus
Origenes.
Euchariſtici Myſterij vmbra, ex Chriſti Corpore naſcitur.
Ruth. 2. v. 12.

Ioannis 6. quaſi quinque millia hominum ex quinque panibus, in Euchariſtiæ typo abundè cibantur. *Collegerunt ergò, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ ſuperfuerunt his, qui manducauerant*. Et tamen Matthæi 15. adſimile patratur miraculum: cùm autem ex ſeptem panibus quattuor millia hominum ſaturarentur, ex fragmentis ſeptem dumtaxat ſportas impleuerunt. Quæ loca conferens Chryſoſtomus homil. 8. in Marcum, ita ſcribit: *Videte quid dicat: Quattuor millia hominum comedunt ſeptem panes: de quinque panibus implentur duodecim cophini: de ſeptem panibus implentur ſeptem ſportæ: de minori numero minus remanet: de maiori numero plus remanet: iſti enim quattuor millia, minor quidèm in numero, ceterùm maior in fide*. (hactenùs vulgò ſudata verba; nota autem attentiùs quæ ſubdit.) *Qui maior in fide plus comedit; & qui plus comedit, minùs ei remanet*. Hem! ex hoc pane, cæleſtem Euchariſtiæ panem adumbrante, *maior in fide plus comedit*? De fide comedentis, Euchariſticæ dapes ampliantur? O arcanam Euchariſticæ vim ergà Euchariſtiæ Sacramentum! Sanè *maior in fide plus comedit*, vel quia pluriès comedit, vel quia plus edit, vel quia plus reficitur, vel quia plures gratias idem comedendo haurit, ac ſi pluſquàm alius comediſſet. Sat eſto intendiſſe digitum ad Chryſoſtomi acumen.

6. Ioann. 6. v. 13.
Matth. 15. v. 37. &c.
S. Chryſoſt.
Num maior in fide, plus in Euchariſtiâ comedit?

* *
*

§. CLXXIX

Digitized by Google

§. CLXXIX.

Sine Euchariſtico pane recrudeſcunt paſſiones, reliqui cibi crudi ſunt: eſt autem hic panis, animæ reſpiratio, ſummus honor, & beatæ immortalitatis inſigne.

1. S. Cyrillus. SAnctus Cyrillus Alexand. lib. 4. in Ioannem cap. 17. ſic fatur de hoc admirabili Euchariſtiæ ſacramento: *Quoniam*, inquit, *res ardua eſt, & fide magis, quàm alio modo recipitur: ideò multis atque variis modis mirabilem eius vtilitatem exponit fundamentum & baſim fidem eſſe confirmans.* Aliquas mox vtilitates ſubdit, ex multis quæ recenſere potuiſſet: *Non mortem ſolum*, ait, *verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, nec in quibus peccatis ſumus conſiderat: ſed ægrotos curat, colliſos redintegrat: & ſicut paſtor bonus, qui animam ſuam pro ouibus poſuit, ab omni nos erigit caſu.* Multa ab Euchariſtiâ commoda Cyrillus perſtringit, plura & nos hîc præſtrictim libabimus, ad humanarum indè vtilitatum auctarium.

Euchariſtia ſedat ſæuitiem membrorum legem.

2. Exhodi 16. v. 15. Exhodi 16. populus famis impatiens, nimis querulus cibos expetit. Factum eſt ergò veſpere, *& aſcendens coturnix, cooperuit caſtra:* mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum: cúmque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cùm vidiſſent filij Iſraël, dixerunt adinuicem: Manhu? quod ſignificat: Quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet. *Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.* Sanè cùm populus ciborum tunc penuriâ valdè fameſceret, & ſub veſperum tanta coturnicum multitudo vbertim ſuppeteret; quis ambigat illâ nocte aſſis aut elixis coturnicibus famem abundanter exatiaſſe. Et quidèm ſine pane: nam mane facto, in locum panis qui deerat in ſolitudine, Manna donatum eſt. Quare ait Moyſes de Mannâ: *Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum.* Quæ verba ſic inibi exponit Abulenſis q. 6. ita ſcribens: *Iſte eſt panis, &c. Vocatur Manna panis, licèt non eſſet panis, quia ita nutriebat vt panis. Vel ita erat fundamentum omnium aliorum ciborum, ſicut panis. Scilicet, quòd ſicut cum pane omnia cibaria comeduntur, & ſine ipſo quaſi cruda videntur: ita eſt de Mannâ, quia cum ipſo omnes cibi comedebantur.* Nimirùm nocte proximè præteritâ coturnices igne conditas auidiùs vorauerant, earum carnibus ſeſe ingurgitâtes; ſed prorsùs abſque pane: nam ſequenti mane, Manna è cælo pluit; de illóque dicit Moyſes: *Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum*: vndè hactenùs carnes illas coturnicum, quaſi *crudas* comederunt; defuitque illis *omnium aliorum ciborum fundamentum.* Quò pluris facerent Manna, id eſt, *panem*, opinatiſſimum Euchariſtici panis typum. Scilicet, ſine Euchariſtiæ pane reliqua edulia *quaſi cruda* ſunt, *P. Didac. Celada in Ruth.* incondita, inſipida; & ferarum potiùs, quàm hominum alimentum: Deeſt enim illis eduliorum *fundamentum*, qui eſt panis: De typico illo agno præſcribitur, *Non comedetis ex eo crudum quid*: ſine hoc pane figurato, nil non crudum comederetur. Hem! in ſpirituali vitâ, *crudum* alimentum eſt, quod Euchariſtiæ panis non condit? O quàm multa hâc vnâ ſententiâ Abulenſis compendiauit! Procliue eſto cuique hanc ciborum *cruditatem* ad mores digerere. Quare Boozus Rutham ad conuiuium inuitans, panis duntaxat meminit, qui ſit eduliorum condimentum: *Quandò hora veſcendi fuerit, veni hùc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.*

Abulenſ.

Reliqui omnes cibi ſine pane, quaſi crudi ſunt.

Exhod. 12. v. 9.

Ruth 2. v. 14.

3. Lucæ 22. v. 17. Lucæ 22. cùm facta eſſet hora, diſcubuit Ieſus, & duodecim Apoſtoli cum eo. *Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos.* Quid eſt, *Diuidite*? An abſque ſectione diuidetur, quod abſque defectu participatur? Sanè in Euchariſtiâ panis videtur, & Chriſtus ſubeſt; non apparet membrorum articulata diſtinctio, non in corporeâ & ſanguineâ ſubſtantiâ; nec inibi humanis oculis ſcintillat diuina maieſtas; ſed arguto Inſtitutoris ingenio, totus in toto, & in particulâ minutiſſima Chriſtus totus deliteſcit. Quâ ſuper re ſic Dialogo 3. Cæſarius philoſophatur: *Credimus*, ait, *ſecundùm ſermonem diuinum, etiam ſi non ſit ſimile, vel æquale, propriè tamen & conuenienter, id eſſe corpus diuinum, quod in diuinâ menſâ ſanctè conſecratur, & vniuerſo cœtui ſacro abſque ſectione diuiditur (Accipite, & diuidite inter vos,) & abſque defectu participatur. Neque enim ſol deſinit indigens lucem præbere, neque mare per ſalem participatum vſque fundum exhauritur, neque ignis infinitas ſuccendens faces langueſcit.* (Nota attentiùs verba quæ profundè ſubijcit, quibus Euchariſtici ſacramenti vim expreſſit:) *Neque item aër omnium animatorum reſpiratione minuitur.* O benè! Pulchrè enim Euchariſtia comparatur aëri, cuius reſpiratione & expiratione homines viuunt. *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et poſt pauca hâc de re agens: *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt.* Itaque alto ſtylo Cæſarius, Euchariſtiam, aëri, quem reſpiramus, & quo humana vita conſtat, comparauit. Quare Euchariſticus panis, *ſpiritus & vita* hominibus *eſt*, & ſicut *aër omnium reſpirationi* donatus. Reſpiratione viuimus, defectu reſpirationis expiramus Scilicet vitæ ſpirituali non duntaxat hic panis alimoniam præbet, ſed vitalem reſpirationem ſubminiſtrat. Ergò ne panis ſectione aut *diuiſione* timeas defectum ſacramenti: *neque item aër omnium animatorum reſpiratione minuitur.*

Cæſarius.

Vitale hoc ſacramentũ eſt vita ſpirituali velut reſpiratio.

Ioann. 6. v. 54. & 64.

4. Lucæ 12. v. 37. Lucæ 12. de præcinctis illis ſeruis, qui ſollicitudine exſomni Dominum ſuum tandem è nuptiis reuertentem expectarunt, ita ſcribitur: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Nempè eos qui laborauerunt in ſuo obſequio, faciet quieſcere, diſcumbere, cœnare, ac miniſtrantibus ſibi famulis ipſe Rex Regum & Dominus Dominantiũ mirâ dignatione miniſtrabit. *Tranſiens*: ſolent enim miniſtri menſas obire, vt vi-

Digitized by Google

deant ſi cui quid deſit. (hæc cum reliquis parabolicè intelligenda ſunt) τὸ *miniſtrabit*, cœnam fore honorificentiſſimam ſignificat, quippè cui Deus ipſe miniſtrat. τὸ verò *præcinget ſe*, magnam emphaſim habet, ait inibi Theophyl. *Præcingitur naque Deus, quatenùs non omnium bonorum effuſionem nobis ſuppeditat, ſed illam reſtringit. Quis enim poteſt capere quantus ſit Deus?* O! ſic ſunt glorioſè opulentæ cæleſtes gazæ, quæ apponuntur in hoc cõuiuio, vt Chriſtus inducatur *reſtringens* ſeſe, ne *omniũ bonorũ effuſionem nobis ſuppeditet*? Communiter Interpretes præfata Lucæ verba de cæleſti beatæ gloriæ conuiuio intelligunt, vbi Euchariſticum poculum proponetur *nouum* in regno Patris. Verùm S. Auguſt. in Pſalmum 137. τὸ *miniſtrabit*, videtur ad Euchariſticum etiam conuiuium referre, ſic eleganter fatus: *Deſcendit ad Eccleſiam Dominus Angelorum, & ei Angeli in terrâ miniſtrauerunt miniſtrantes nobis. Non enim, inquit, veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Quid nobis miniſtrauit, niſi quod hodie manducamus, & bibimus?* Vide quàm locupletes gratiæ ac gloriæ diuitias in hoc Sacramento exuberent, illud dignè accipientibus: Chriſtus *præcinget* ſe, & *miniſtrabit* illis. *Præcingit ſe, quatenùs non omnium bonorũ effuſionẽ nobis ſuppeditat, ſed illam reſtringit*, ne effuſio potiùs quã beneficentia videatur. *Miniſtrat* in hoc conuiuio formam ſerui accipiens; & ad honorificentiam diſcumbentium; cui Angeli tamquam domeſtici famuli miniſtrarunt, communicantibus non dedignatur ipſe *miniſtrare*. Nimirùm tãta eſt dignitas, támq; auguſtus honor dignè diſcumbentium in hâc menſâ, vbi Chriſtus Deus ſumitur; vt non ſolum ipſe ſit ferculum, ſed & conuiuij miniſter in hâc parabolâ inducatur; qui eſt aliquis parabolicè celſioris dignitatis faſtus. Ecce tibi Euchariſtiæ dignè ſumptæ, & opulentas ſumptuoſiùs gazas & honores vltrà humanum faſtigium parabolicè ſublimes.

Theophyl.

Quanta ſit opulentia & honor dignè accipientis Euchariſtiã.

S. Auguſtin.

Math. 20. v. 28.

5\. Canticorum 5. cæleſtis ſponſa, id eſt, Eccleſia, his verbis ad ſacram menſam fideles inuitat: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.* τὸ *Chariſſimi*, Hebraicè דודים *dodim*, id eſt, *amores*, id eſt, *ſummè dilecti*, & *quaſi ad vbera paſti*. Aquila vertit *ſodales*; Lxx. Interpretes, *fratres*; Ambroſius, *Patres*; quaſi omnium naturaliter amabilium dilectiones adglutinet, & in vnum colligat. Vndè eos appellat *amores*, id eſt, *ſummè dilectos*, quò ſummam amoris, amicitiæ, ac gratiæ exponat, quâ affluunt, qui dignè Euchariſtiam ſumunt. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini amores*, id eſt, *ſummè dilecti*. Eloquenter Iulius Firmicus de errore profanæ religionis cap. 19. *Alius eſt cibus*, inquit, *qui ſalutem largitur & vitam; alius eſt cibus qui hominem ſummè Deo & commendat & reddit; alius eſt cibus, qui languentes releuat, errantes reuocat, lapſos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur inſignia. Chriſti panem, Chriſti poculum quære, vt terrenâ fragilitate contemptâ, ſubſtantia hominis immortali pabulo ſaginetur.* Multas hîc Iulius ſententias addenſat, ad Euchariſtiæ commendationem expenſione digniſſimas. Sed non te prætereat, quòd hoc Sacramentum largiri dicitur *æternæ immortalitatis inſignia*; quaſi dignè illud ſuſcipiens, *inſignitus* iam ſit beatæ gloriæ charactere. O, ne illud humana ſocordia expungat! Addit, quòd Euchariſticus cibus ac potus, *hominem ſummè Deo & commendat, & reddit*. Vſque adeò enim Euchariſtia hominem Deo commendat, & reddit, vt dicat ſponſa Eccleſiæ nomine: *Comedite amici, bibite, & inebriamini amores*, id eſt, *ſummè dilecti*.

Cantic. 5. v. 1.

Hebræus.

Aquila. Lxx. interp. S. Ambr. de Cain & Abel c. 5.

Euchariſtia hominem ſummè Deo commendat, & reddit.

Iulius Firm.

Euchariſtia dicitur cæleſtis gloriæ inſigne.

6\. Geneſeos 18. Abrahamus ad tabernaculi oſtium ſedens, cùm eleuaſſet oculos, *apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum.* Quibus humaniſſimè dixit: *Ponam buccellam panis, confortate cor veſtrum.* Quin & ad figuræ complementum, *vitulum tenerrimum* occidit, illúmque eis in menſâ appoſuit. Hos tres viros ſeu Angelos, perſonas Trinitatis gerere, communis Patrum ſententia tradit. Sed quid eſt, quòd cùm *vitulum* ſaginatum; & *buccellam panis*, in menſâ apponit, ait illis, *Confortate cor veſtrum*? Tempeſtiuè S. Eligius homil. 8. *Hoc præſignauit olim, quòd Abraham tribus Angelis hoſpitio receptis vitulum tenerrimum occidiſſe legitur, & eis appoſuiſſe: quia immolata pro noſtrâ redemptione caro Chriſti, totius Trinitatis lætitia eſt.* Parum nempè eſt, quòd homo in hoc cæleſti conuiuio, beatæ gloriæ delicias prælibet; tres illi viri ſeu Angeli in figurâ Trinitatis, in Euchariſtiæ etiam figurâ, & inenarrabili *lætitiâ* perfrui, & *confortaſſe cor* humano more perhibentur. O, vel in ipſam Trinitatem huius Sacramenti fructus exundant.

Gen. 18. v. 1

Euchariſtia totius Trinitatis lætitia eſt.

S. Eligius.

---

§. CLXXX.

Euchariſtia dignè accepta, non inertis otij, ſed actuoſi laboris ſtipendium eſt.

1\. THeophylactus in Lucæ cap. 22. de Euchariſtiæ Sacramento ſub panis ac vini ſpeciebus inſtituto, ita ſcribit: *Primum autem panis, & deindè poculum. Primum enim laborioſior actio, & difficilior ſudores enim præcedunt virtutem. Quemadmodum igitur panis, non ſolùm in ſudore faciei excolitur; ſed & comedendo operoſior eſt: deindè poſt labores, lætitia diuinæ gratiæ, quæ ſignificatur per poculum. Poſtquam enim quis in virtutibus diu grauitérque laborauerit, tandem dignus eſt donis, & inebriatur laudatâ illâ ebrietate.* Procùl otium à menſâ ſacrâ, in quâ laborantium panis proponitur. Poſtquam enim latè Paulus de hoc Sacramento egerat, 1. Corint. 11. tandèm concludit: *Cetera autem cùm venero diſponam. Cetera*, hoc eſt, ſpeciales ritus, quos in communione, naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani religioſè obſeruabant. Inter quos ille extat, qui habetur in VI. Synodo Conſtantinopolitanâ, can. 101. quæ ſic ſancit: *Siquis immaculati corporis, in Synaxis tempore eſſe particeps voluerit, etiam antequam eius fiat communio, Manus in crucis formam figurans ſic accedat, & gratiæ communionem accipiat: eos enim qui ex auro, vel aliâ materiâ, quædam loco Manûs receptacula efficiunt, & per ipſa immaculatam communionem recipiunt, minimè admittimus.* Imò & vtramque manum exigit S. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 5. myſtag. *Accedens autem ad communionem,*

Theophyl.

Laborioſa panis comeſtio, in hoc Sacramento exigitur, quomodo?

1\. Corint. 11. v. 34.

Synod. VI.

Propria manûs operâ cur olim communicabant?

S. Cyrillus.

Digitized by Google

nem, inquit, *non expanſis manuum volis accede, neque diſiunctis digitis, ſed ſiniſtram veluti ſedem quamdam ſubiicias dexteræ, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt.* Profundè quidèm ſollers *Manuum* opera ad ſuſcipiendam Euchariſtiam olim exigebatur, vt velut Manuum ſymbolo ſollicita operis actuoſitas, in ipsâ ſuſceptione denotetur.

2. Prouerb. 31. v. 15.

2\. Prouerbiorum 31. de ſtrenuâ illâ muliere, de matronali ſollertiâ ac ſedulitate imprimis opinatiſſimâ, ita ſcribit Salomon: *Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* De nocte, id eſt, cùm adhuc nox eſſet. Scilicet non ſtertit, non dormitat, & oſcitatur; ſed ad domeſticum laborem anteuertit auroram. *Præda*, hoc eſt, edulis caro ad ſuorum cibationem. Eſt metaphora à leonibus ac feris petita, quorum omnis cibus prædando acquiritur, éſtque præda. Pro *cibaria*, Hebraicè eſt חוק *choc*, id eſt, *demenſum, ſtatutum, conſuetum.* Hinc Chaldæus Paraphraſtes vertit: *Dedit penſum ancillis ſuis*; Theodotion, *dedit conſtitutionem puellis ſuis*; alij, *definitionem*; Lxx. *dedit opera puellis ſuis.* Itaque Hebræum *Choc* tam penſum operis, quàm demenſum cibi, pntà portionem & cibum definitum, hoc eſt, ſtatum panem & eſcam in dies conſtitutam ſiue ordinatam; ideóque eſculenta ac poculenta ordinaria ſignificat. Nempè, perindè eſt, Dedit *cibaria* domeſticis ſuis, ac, dedit *penſum* operarum eiſdem. O bona conſultiſſimè ac moraliſſimè ſynonyma! idem, idem, inquam eſt, operantis *cibarium*, ac *penſum* operæ. Non otioſus, non otioſorum ac inertium eſt Euchariſticus cibus, quem hæc Matrona, Eccleſiæ nomine Domeſticis ſuis ſollerter diſtribuit: operatorio enim ſermone conficitur, & ſic eſt illi cognata eum accipientis actuoſa operatio, & operoſus ſollicitè labor, vt perindè ſit *cibarium*, ac *penſum*, indiuiduâ definitione indiſcretum. quaſi *penſum* ſit cognata huius cibarij appendix; & actuoſior operatio, myſticæ cibationis ſequela. Quæ enim de hâc Matronâ hîc dicuntur, myſtica ſunt, & moraliſſimè parabolica, de Salomonis gymnaſio, ad morum eruditionem ediſcenda: Dedit *cibaria* domeſticis ſuis, id eſt, Dedit *penſum* operarum. Profectò qui Euchariſticum cibum otioſè iners, & oſcitanter deſes ſuſcipit, fructum Euchariſticæ cibationis egregiè fruſtratur. Labor ſuſcipientis eſt cibi condimentum alioqui malè crudum, peiùs eructabis.

Hebræus. Chaldæus. Theodot. Lxx. Interp. *Euchariſticum cibariũ perindè eſt, ac laboris penſum. quare?*

3\. Gen. 3. v. 19.

Geneſeos 3. Adamus primæui ſceleris reus, hæc è Dei ore audit: Maledicta terra in opere tuo.... Comedes herbam terræ. *In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo.* Quis eſt iſte *panis*, quem homo ſudore facit ſuum, & labore mercatur? S. Ambroſius hâc ſuper re, ita ad rem philoſophatur: Spiritualiter autem, inquit, tria hîc per ordinem nobis inſinuantur. Primum, in triſtitiis comedes terram cunctis diebus vitæ tuæ. Secundum, manducabis fœnum agri. Tertium, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, vt quemdam intelligamus in his eſſe proceſſum. Et quandò terram manducamus, in quâdam malitiâ eſſe videntur; quandò fœnum, in quodam proceſſu; quandò verò panem, cùm conſummata fuerit fortitudo. *Ergò & nos habemus proceſſum vitæ huius, ſicut habuit & Paullus, qui dicit: Viuo autem iam non ego, hoc eſt, non ego qui terram manducabam; non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnum; ſed viuit in me Chriſtus, hoc eſt, viuit panis ille viuus, qui venit è cælo, viuit ſapientia, viuit iuſtitia, viuit iuſtitia, viuit reſurrectio.* Scilicet qui in ſudore vultûs ſui veſcitur Euchariſtico pane, palàm dicere poteſt cum Paullo, *Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus; ſed viuit panis ille viuus, viuit ſapientia, viuit gratia, viuit iuſtitia, viuit reſurrectio.* Et cùm hæc omnia in ipſo viuant, & poſt huius panis eſum, ipſe homo *non viuere* dicatur; tamen panem hunc præuio labore facit ſuum: *In labore vultûs tui veſceris pane tuo.* O miriſſimum eiuſmodi comeſtionis commerciũ! In dignè comedente viuit ſapientia, viuit gratia, viuit iuſtitia, viuit reſurrectio, quia viuit *Chriſtus, hoc eſt, viuit panis ille viuus*; & tamen cùm ipſe homo iam in ſe non viuat, ſed *panis ille viuus*; panis hic viuus præuio labore acquiſitus & ſumptus, panis laborantis, & ſic comedentis panis appellatur, quaſi iam poſſeſſio illius ſit; *In labore vultûs tui veſceris pane tuo.* Nempe viuus Euchariſtiæ panis ſudore acquiritur, labore poſſidetur. Procùl, ô procul iners otium à Domini menſâ! ô quanto ſudore Rutha emit, vt illi Boozus diceret: *Comede panem*: nec à ſpicilegio exinceps ceſſauit, ſemper ſollers, ſedula ſemper, ſudato operi ſemper intenta.

S. Ambroſ. apud Lipoman. in Catenâ ibi. ad Galat. 2. v. 20. Iſaiæ 40. v. 6. *Vultûs ſudore Euchariſticus panis acquiritur.* Ruth 2. v. 14.

4\. Prouerb. 31. v. 27.

Prouerbiorum 31. de illâ ipsâ forti Matronâ, de matronali ſollertiâ inclitâ, ita ſcribitur: *Conſiderauit ſemitas domûs ſuæ, & panem otioſa non comedit.* τὸ *conſiderauit*, Hebraicè, *ſpeculata eſt*, vel, apertis oculis *circumluſtrauit*; non indicat meram ſpeculationem; ſed actuoſam operationem. Vndè Biblia Vaticana habent, *Conſtricta* (viæ) *manſiones domûs eius.* id eſt, ampliora & latiora poſſet conſiderare, luſtrare, ac regere; impar erat opus eius ſollertiæ ac ſtrenuitati. Vndè quæ ſic erat operi ſedula, *Panem otioſa non comedit.* Quæ verba tropologicè exponens Beda Euchariſtiæ eleganter accommodat. Ceterùm S. Ambroſius ad eum Prouerbiorum locum, ſic addubitat: *Eſt Mulier hæc laborioſa, vigilans, ſollicita, ſurgens de noctibus, anxia ne lucerna extinguatur, in tribulationibus fortis, digitos ſuos ad fuſum formans, panem pigra non manducans: ſed poſt labores iſtos quid erit ei?* Intermitto ipſius Ambroſij reſponſionem: quia hæc Matrona nihil vltrà deſiderare & acquirere poſſet præſtantius, quàm quòd panem otioſè pigrâ non comedit. Audiendus eſt Auguſtinus Serm. 45. de Diuerſis, qui poſt eius ſollertiam, & actuoſa opera denarrata, ſubdit: *Et meritò tantùm acquiſiuit, quia cibos pigros non comedit.* Græca etiam *cibos pigros* habent; Vatablus, *panem ignauiæ*; Scholiaſtes Græcus, *panem ſocordiæ*; Chaldæus *panem pigredinis.* O quantum acquiſiuit anima, quæ Euchariſticum panem otioſè pigra non comedit! Ecquis id taxare, cenſere, aut eloqui valeat? Et expenſione digniſſimum eſt, quòd cùm hic *panis*, Euchariſticus panis à Bedâ & aliis quamplurimis cenſeatur; quæ otioſa aut pigra illum panem non comedit, quaſi ſuam ſollertiam in panem manducandum refundat; non manducaſſe *panem pigrum*, aut *panem ignauiæ*, ſiue *ſocordiæ* perhibetur. Heu! à communicantis otio, pigritiâ, ſocordiâ, ignauiâ; panis Euchariſticus, otij, pigredinis,

Hebræus. Bibl. Vatic. Beda. ibi. S. Ambroſ. *Otium aut ſollertia ſumentis Euchariſticum panem, in illum refunduntur?* S. Auguſtin. Græcus. Vatablus. Schol. Græc. Chaldæus.

gredinis, ignauiæ, atque ſocordiæ vocabulum mutuaret? Tantum communicantis ignauo otio, aut ſollerti labori liceat? *Panem pigrum*, aut *panem ignauiæ non comedit*. Sanè Euchariſticus panis ab otioſo indignè ſuſceptus, otioſus eſſet ad gratiam, impiger & actuoſus ad ingratiam, ad iram, ad gehennam. O time, ne tuæ indignitatis & ignauiæ vocabula, in Euchariſticum cibum male regeras!

5. ad Rom. 12. v. 1. Ad Romanos 12. ſic eos Paullus obnixè admonet: Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, *vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum*. Quaſi dicat: *Siſtite* (ſic legit Syrus) & offerte Deo corpora veſtra, alienate illa à vobis, ac transferte ea tamquam *hoſtiam viuam* in Dei dominium, vt iis vtamini, non ad libitum, & ad otia, ſed operosè ad Dei cultum, & actuoſam mandatorum obſeruantiam: & ſic corpus veſtrum erit *hoſtia viuens, & ſancta*. Sed quid eſt, quòd ſubindè addit, *Rationabile obſequium veſtrum*? Horum verborum litteraliſſimam expoſitionem inibi dedimus. Nunc autem ad rem ethicam referam expoſitionem, quam noſter inibi Cornelius his verbis proponit: *Alij, Rationabile obſequium, inquiunt, eſt ſacrificium Euchariſtiæ, ſcilicet corpus Chriſti humanum & rationabile Deo oblatum: quia in Canone Miſſæ, & in Liturgiis S. Baſilij & Chryſoſtomi, Euchariſtia vocatur, Rationalis hoſtia*. Scilicet parum eſt, quòd homo adſpectu ad Euchariſtiam, debeat ſe exhibere velut *viuentem hoſtiam*, operosâ ſui corporis mortificatione, quaſi rem alienam, & à ſe abdicatam tractaret: Sed ipſum Euchariſticum ſacramentum appellatur, *Rationabile obſequium noſtrum*, noſtrum, inquam, quaſi effectiuè & cauſſaliter: ratio enim exigit, vt qui hoc Sacramentum participat, ſic in obſequio diuinæ legis ſit ſedulus, & in operando actuoſus, vt ipſa obſequij ſedulitas, obſequij vocabulum in Euchariſtiam regerat. Sicut ab otioſâ comedentis inertiâ, *panis piger*, ſiue *ignauiæ panis* nominatur, vt ſuprà num. 4. notabamus.

Syrus.

Rectène appelletur Euchariſtia, Rationabile obſequium?

Cornelius.

S. Baſilius. S. Chryſoſt.

---

§. CLXXXI.

Indigna Euchariſtiæ ſuſceptio, eſt inferni viaticum ſitis æterni ignis, atque canum Dominici Corporis furtum.

1. S. Cyprian. de Cœnâ Dom. SAcramenta quidèm (ait S. Cyprianus) *quantùm in ſe eſt, ſine propriâ eſſe virtute non poſſunt; nec vllo modo diuina ſe abſentat Maieſtas myſterijs: ſed quamuis ab indignis ſe ſumi vel contingi ſacramenta permittant, non poſſunt tamen ſpiritûs eſſe participes, quorum indignitas tantæ ſanctitudini contradicit*. Sanè ſceleroſa Euchariſtiam ſuſcipientis indignitas, non tantùm *ſanctitudini* Sacramenti *contradicit*, ſed *contradicit* etiam diuinæ *Maieſtati* Chriſti Dei, qui Sacramento ſubeſt, nec ſe ob illius indignitatem *abſentat*. Quid eſt tunc diuinæ Chriſti *Maieſtati contradicere*? An illam contemptim vilipendere? an illam blaſphemâ quodammodò indiſpoſitione negare? Vndecumque res ſit, grande quidèm piaculum eſt, & magno luendum. quæ eſt huius §. theſis.

Qui indignè Euchariſtiã recipit, diuinæ Maieſtati contradicit.

Ioannis 13. conqueritur Chriſtus, ſe ab vno Apoſtolorum ad atrociorem necem infidè prodi: & ad proditoris notam, offulam Iudæ porrigit: *Et poſt bucellam introiuit in eum Satanas*, cum impellens & exagitans ad vindicandam hanc ſuam infamiam, vt ſcilicet Magiſtrum ſuum ſcelus condiſcipulis prodentem, Iudæis ipſe proderet. quæ eſt multorum interpretatio. Verùm Anaſtaſius Sinaita Orat. de ſacrâ ſynaxi, ſeriò cenſens, in hâc buccellâ Iudam ſuſcepiſſe Euchariſtiæ ſacramentum, ita opportunè fatur: *Nónne vides quomodò Iudas indignè, ac dolo Dominicum corpus ſumens, ſtatim reus effectus eſt, ac locum ampliorem maligno dedit? Ait enim: Et cùm accepiſſet buccellam, ſtatim introiuit in eum Satanas: non tamquam Diabolus panem ſperneret; ſed vt eum, qui ſumpſerat, redargueret, qui vtique ſibi iudicium ſumpſiſſet*. Proh! *locum ampliorem maligno* Satanæ *dat*, qui indignè communicans, eum in ſeipſo cum diuinâ Chriſti maieſtate coniungere præſumit? Supereſt Diabolo *amplior locus*, ſi in illum Chriſtus per Euchariſtiam intrarit? O nouam de loco philoſophiam! Verùm poſt buccellam ſtatim introiuit in eum Satanas, *non tamquam Diabolus panem ſperneret*, quem ab indigno ſuſceptore ſpretum animaduertit; ſed vt tantum ſacrilegè piaculum vel Diabolus ipſe *redarguat*, criminetur, atque condemnet. Porrò qui indignè Euchariſtiam accipit, & *reus eſt Corporis & ſanguinis Domini*, & *iudicium ſibi manducat & bibit*. Itaque confeſtim introiuit in eum Satanas, tamquam pœnæ exactor, & infernalis atrociſſimè carnifex. Non dimittam innotatam, quod inibi aduertit Combefis Notâ 4. cùm dicit Anaſtaſius: Indignè & *dolo* Dominicum corpus ſumens; an *τὸ dolo δολίως velit fortè indicare, quam Græci multi opinionem tenent, vt Iudas myſticum panem Iudæis oſtendendum ſeruauerit, ad conflandam ei inuidiam, qui eum, ſuum corpus diceret, & vt tale Diſcipulis tradidiſſet*. Profectò ſic puniet Satanas inuidiam Euchariſtiæ conflatam! De buccellâ ac intincto pane, & an ille myſticus panis fuerit, quod videtur velle Anaſtaſius, conſulendi ſunt inibi Expoſitores.

2. Io. c. 13. v. 27.

Anaſt. Sinaita.

Poſt buccellam Satanas intrat in Iudam, vt illum redarguat.

1. Cor. 11. v. 29.

Combefis. *Iudas ex Euchariſtiâ inuidiam facit Chriſto.*

Regius Propheta Pſalm. 106. agens de Hebræi populi eductione ex Ægypti ergaſtulo, & mirabili ductu per deſertum, & è cælis demiſſâ annonâ; ad quam faſtidiosè nauſearunt, ſic pangit: *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquauerunt vſque ad portas mortis*. Difficile quidèm eſt Hebræum populum in deſerto omnem eſcam abominatum fuiſſe, quandoquidèm liquidò conſtat coturnicibus auidè paſtum; & ollas carnium, & agreſtia Ægypti olera hianter expetiiſſe, eiſque querulum inhiaſſe. Quare *τὸ omnem eſcam*, id eſt, *præſtantiſſimam eſcam*, Biblicâ phraſi, non ieiunè inibi interpretabamur. quò *τὸ omnem eſcam*, hoc eſt, præſtantiſſimam eſcam, Manna, inquam, opinatiſſimum Euchariſtiæ typum, auerſatos & abominatos fuiſſe denotaret, cùm ad illud tædiosè nauſearent. Ex huiuſmodi autem tædio & auerſione, efficaciter infert, *appropinquaſſe vſque ad portas mortis*. Quaſi typici huius cibi auerſatio, & indigna faſtidiosè illius acceptio & ſumptio, inferni *propinquitas* æſtimetur. Quò

3. Pſal. 106. v. 18.

Euchariſtia indignè, infernalis gehenna Viaticum eſt.

adludere

Digitized by Google

adludere videtur S. Chryſoſtomus homil. 17. in priorem epiſt. ad Corinthios, exponens illud:

1. Cor. 11. v. 28. & 29. S. Chryſoſt.

Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Sic ergò fatur Chryſoſtomus: *Quid dicis, quæſo? Tantorum bonorum cauſſa, & quæ vitam exhibet, Iudicium fit? Minimè propter eius naturam, ſed propter accipientis voluntatem. Quemadmodum enim præſentia eius, qui magna illa & arcana nobis bona affert, niſi accipiatur, magis damnat: ita & myſteria maioris punitionis præbent viatica his, qui indignè communicant.* Nempè quemadmodùm hoc Sacramentum, illud dignè ſuſcipientibus eſt *Viaticum* ad cæleſtem patriam, à quâ in mundo peregrinabantur: Similem ad modum his, qui ad hunc cibum nauſeant, & quaſi illum abominantur, inidoneéque ſuſcipiunt, è diuerſo fit æternæ damnationis *Viaticum*; & illum indignè ſumens, velut gehennæ candidatus, *appropiaquat vſque ad portas mortis*: indè inferorum commeatum accipiens, & damnationis teſſeram, vndè Olympiæ gloriæ, & beatæ æternùm felicitatis *Viaticum* accepiſſe putabatur. Tantùm indiſpoſitioni licet! Ergò conſultiſſimè hîc Boozus antequam Rutham ad *panem* inuitet, plura eius elogia deprædicat.

Ruth. 2. v. 14.

4. 1. Cor. 11. v. 28. & 29.

1. Ad Corinthios 11. de re Euchariſtiæ exactiùs tractans Apoſtolus, ita ſcribit: *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Probet, hoc eſt, ſe examinet, num aptus ſit, & dignè diſpoſitus ad tanta myſteria: atque ad ea decenter & congruè ſe purget & præparet. Alioqui auctorem vitæ, & beatitudinis pignus ſuſcipiens, *iudicium* mortis manducat, & æterni ignis ſitim bibit. Perbellè S. Hieronymus in Marci 14. agens de Iudâ proditore ad Euchariſtiæ cibum ac potum indigniùs accedente, ita ſcribit: *Et Iudas, inquit, bibit, ſed non ſaturatur, nec ſitim extinguit ignis æterni, quia indignè ſumit myſteria Chriſti.* Benè eſt; Iudas proditor incongruè accipiens cæleſtem panem, & beatum poculum bibens, quibus Chriſti caro & ſanguis cenſetur; eiuſmodi cibo ac potu non *ſaturatur*: indignus enim erat, qui hâc animarum refectione, & illius fructu adiparetur: Sed quid eſt, quòd ſubdit Hieronymus, quòd poſtquam *indignè ſumpſit myſteria Chriſti*, nullo modo *ſitim extinguit ignis æterni?* An qui indignè Euchariſticum ſumit poculum, *ſitit ignem æternum?* Euchariſtia dignè ſuſcepta, ad omnes ſanctitates fomes eſt animitùs conuiſceratus; an ſi hauriatur indignè, ad *ignem æternum* ſubminiſtrat igniculum? O peruerſum è diuerſo fomitem! O arcanam è peruerſo appetentiam! Hinc forſan Iudas poſtmodùm laqueo ſe ſuſpendit peruerſâ extimulatus *ſiti ignis æterni*. I, i, infelix, anima Dominico Sanguine male ebria, quantocyùs ito ad *ignem æternùm*, quem de tuâ indiſpoſitione ſic auidè *ſitis*, & hianter concupiſcis: ibi temeritatis tuæ condignas pœnas æternùm lues.

S. Hierony. apud Haye noſtrum cap. 170. Not. 8.

Iudas indignè communicans, non extinguit ſitim ignis æterni.

5. Matt. 7. v. 6.

Matthæi 7. ſic præproperè monet Chriſtus: *Nolite, inquit, ſanctum dare canibus; neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.* &c. Dubius Chryſoſtomus homil. 17. per τὸ *Sanctum*, ſanctam Euchariſtiam intelligit, aiens: *Sanctum eſt ſicut baptiſmus, gratia Corporis Chriſti.* Qui autem ſint canes, quibus Euchariſticum *Sanctum* non eſt dandum, Rabanus inibi tradit: *Canes ſunt ad vomitum reuerſi, porci nondùm conuerſi, ſed in luto vitiorum verſati.* Itaque hoc Euchariſticum *Sanctum* dari canibus, hoc eſt, inidoneis ac indiſpoſitis, ſeriò prohibetur. De his canibus ad ſacram menſam accedentibus, ita ſcribit Anaſtaſius Sinaïta in Orat. de ſacrâ ſynaxi, proculdubiò ad ludens ad hæc Chriſti verba: *Nolite ſanctum dare canibus*, ſic fatus: *Alij venientes ad Eccleſiam, non dignantur donec res ſacra compleatur; ſed per alios interrogant, num tempus communionis adſit: túncque præproperè, canum inſtar inſiliunt, ac rapto myſtico pane, exeũt.* O canes Euchariſtiæ rapaces! ô ſacrilega myſtici panis furta! ô communionem, Chriſti Corporis ac Sanguinis furacem! Qui ſic properanter ad ſacram ſynaxim accedit, Euchariſtiam, non tam accipit, quàm ſacrilego furto rapit. Indéque tamquam fur, *reus erit Corporis ac Sanguinis Domini.* O ſacrilegum iniuſtè reatum! cui furto condignè ſatisfaciendo, tota hominum natura impar eſt. Quid *Sanctum*, velut quid pretioſum furto rapis, quod eiuſmodi furtiuo raptu, tamquam quid viliſſimum contemptim deprecias? *Nolite ſanctũ dare canibus*, qui *præproperè, canum inſtar inſiliunt, & rapto myſtico pane, exeunt.* O time hoc caninum Euchariſtiæ furtum, quiſquis iuſtitiam amas!

Imperfect. Rabanus. Anaſt. Sina.

Ne canum more, furto rapiatur Euchariſtia.

6. Prouerb. 4. v. 17.

Prouerbiorum 4. de ſceleroſè impiis ita ſcribit Salomon: Non dormiunt, niſi malefecerint; & rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Vatablus vertit, *Victitant cibo impiè quæſito, & bibunt vinum vi extortum*; Aquila, *vinum iniuſtitiarum*? alij apud Cornelium, *Vinum oppreſſionum.* Qui nam ſunt iſti, qui dum alios *ſupplantant*, Iudæ adinſtar, comedunt panem *impietatis*, & *iniquitatis* ſeu *oppreſſionis* vinum bibunt? Imò quis eſt iſte panis tam degener à refectionis munere, vt dicatur panis impietatis, iniquitatis, ſeu oppreſſionum? Forſan alicui videbitur valdè peregrina Hugonis expoſitio, qui hanc Salomonis ſententiam ſic myſticè exponit: *Panis impietatis, & vinum iniquitatis intelligitur panis Euchariſtiæ, & calix Domini, qui indignè ſumẽtibus vertitur in condemnationẽ, ſicut iniquitas. 1. Corinthiorũ: Quicumque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Malachiæ 1. Offertis ſuper altare meum pollutum panem.* Proh indiſpoſitio accipientis Euchariſtiã, eiuſmodi elogiorũ vocabula in illam regerant? *Panis impietatis, panis pollutus; vinũ iniquitatis, vinũ iniuſtitiarum, vinum oppreſſionum*, Euchariſtiæ panis ac vinum nominentur? Euchariſtia opprimitur ab eam indignè ſuſcipiente? an qui illam indignè ſumit, ab Euchariſtiâ opprimitur?

Vatablus. Aquila. Cornelius.

Euchariſtia indignè ſuſcepta, panis impietatis, & oppreſſionum nominatur.

Hugo Card. 1. Cor. 11. v. 27. Malach. 1. v. 7.

Non hîc omittã innotatũ illud Stephani Cantuarienſis, ad illa Dei ad Cainũ verba, Geneſ. 4. *Vbi eſt Abel frater tuus? Hoc*, inquit, *non incõgruè dicitur ei, qui ſumpto Chriſti corpore, redit continuò ad ſordes priſtinas, & ſeculi vanitates.* Sat eſto ad Stephani acumen digitum intendiſſe.

Steph. Cantuar. apud Tilman. ibi. Geneſ 4 v 9.

Digitized by Google

§. CLXXXII.

Euchariſtia eſt cenſus Dominicæ paſſionis; illámque reparare, ac demonſtrare perhibetur.

S. Auguſt. epiſt. 118. cap. 6.

Euchariſtia eſt Paſſioni, & tempore contermina, & decreto coæua.

S. Leo.

1. Scitè S. Auguſtinus cauſſam peruestigans, quare Chriſtus ſub veſperum, Euchariſtiæ ſacramentum inſtituerit, quo tempore ab Apoſtolis non ieiunis accipi debuit? Reſpondet: *Námque Saluator, quo vehementiùs commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ Diſcipulorum, à quibus ad paſſionem digreſſurus erat.* Nimirùm Euchariſtiæ inſtitutionem voluit eſſe paſſioni confinem, cui proximiùs vicinatur. S. Leo de Paſſione Domin. Serm. 7. cap 3. aliam tradit rationem huic ſubtiliùs affinem: *Diſcumbentibus,* inquit, *Diſcipulis, ad edendam myſticam cœnam, cùm in Caiphæ atrio tractaretur, quomodò Chriſtus poſſet occidi: ille Corporis & Sanguinis ſui ordinans Sacramentum.* &c. Itaque quandoquidèm in atrociter negotioſo Dominicæ Paſſionis tempore, minimè vacabat Euchariſtiæ inſtituere Sacramentum; Chriſtus Deus tempus eligit non modò Paſſioni proximum; ſed etiam quo de eâ peragendâ, *in Caipha atrio tractabatur,* quò Paſſio decerneretur, quo tempore Sacramentum hoc inſtituebatur, & ſic eſſet Paſſioni, & tempore conterminum, & decreto coæuum.

2. Paulus ad Romanos 6. ita ſcribit: Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Infert Origenes ex eo quòd ait Apoſtolus, *Mors illi vltra non dominabitur:* ergò mors anteà, puta in cruce, dominata eſt Chriſto. O nimis amplum Mortis dominium; ſed quo per Chriſtum, ipſius morte ſpoliata Mors eſt. Vndè ſubdit: *Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel.* &c. Mortuus dicitur Chriſtus *peccato,* id eſt, vitæ paſſibili & mortali, qualis eſt in corpore hoc peccatis ſubdito, ita Pererius. Vel, vt mauult Ambroſius: Mortuus eſt *peccato,* id eſt, peccatori, putà propter peccatores. Vel potiùs, vt placet Theodoreto & Chryſoſtomo, Mortuus eſt *peccato,* id eſt, propter peccatum, ad peccatum mortificandum, & abolendum. Sed quomodò Chriſtus dicitur, *mortuus ſemel peccato,* id eſt, propter peccatum noſtrum mortificandum & abolendum; cùm quotidie altaria eius ſanguine madeant, & inibi toties immoletur? Imo & tot peccata adhuc ſuperſint, quæ Dominicam Paſſionem ac mortem, illis abolendis quodammodò expetere videantur? S. Gregorius homil. 21. in Euangelia, hâc ſuper re ita philoſophatur: *Singulariter ad abſolutionem noſtram oblatam lacrymis & benignitate mentis, ſacri altaris hoſtia ſuffragatur. Quia is, qui in ſe reſurgens ex mortuis, iam non moritur, adhuc perſtans in ſuo miniſterio, pro nobis iterùm patitur. Nam quoties & hoſtiam ſuæ Paſſionis offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram Paſſionem illius reparamus.* Hem! virtute Euchariſtici myſterij, adhuc perſtat Chriſtus Deus in ſuo patiendi *miniſterio?* Chriſtus Deus mortuus eſt *ſemel* ad peccati mortem, & mortiferæ ſententiæ abſolutionem; at quaſi proprium eius *miniſterium* ſit pati, & ſic patiendo, hominum abolere peccata; arguto amoris ingenio Euchariſticum Sacramentum inſtituit, quod *nobis ad abſolutionem noſtram, Paſſionem illius repararet.* O! Paſſionem *reparat* Euchariſtia? Quid eſt, *reparat?* O quàm multa hoc verbi compendio latent! quæ ſagaciori Concionatorum ingenio permitto, ne ſententiæ Gregorij ſenſuum grauidæ, arctem, & atteram elegantiam.

ad Rom. 6. v. 10.

Peter. ibi. S. Ambroſ. in Pſalm. 118. Theodoret. S. Chryſoſt.

Euchariſtia dicitur Dominicam Paſſionem reparare.

S. Gregor.

Ioann. 6. v. 56. & 57.

S. Chryſoſt.

3. Ioannis 6. ſic ad Hebræum populum loquitur Chriſtus Deus: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Verè, id eſt, non figuratè, non parabolicè, non ænigmaticè, ſed verè ac propriè vt verba ſonant. Vndè Chryſoſtomus homil. 61. ad populum, ait: *Propterea ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tamquam corpus capiti coaptatum.* Itaque verè & propriè Chriſti corpus ac ſanguis huic Sacramento ſubeſt; ſed in ſeipſo, & in nobis *Paſſionem illius reparans,* quò tota Euchariſtia ſit Dominicæ Paſſionis bibula, & Paſſionibus imbuta ad humanæ redemptionis auctarium. Vndè S. Bernardus Serm. 3. in Pſalm. 90. præſcripta Ioannis verba, ſic myſticè interpretatur: *Quid eſt,* inquit, *manducare eius carnem & bibere ſanguinem, niſi communicare paſſionibus eius, & eam conuerſationem imitari, quam geſſit in carne? Vndè & hoc deſignat illibatum illud altaris ſacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus: vt ſicut videtur illa panis forma in nobis intrare; ſic nouerimus per eam quam in terris habuit conuerſationem, ipſum intrare in nos ad habitandum per fidem in cordibus noſtris.* Nimirùm cùm hoc Sacramentum ſit memoriale paſſionis, eam incruentè repræſentans & nobis *reparans,* cùm illud de ſacro altari haurimus, *paſſionibus eius communicamus,* quaſi perindè ſit ad communionem accedere, ac Dominicæ *Paſſioni communicare, & eam conuerſationem imitari, quam geſſit in carne:* quò noſtra vita exinceps cruciformis, ac Dominicæ Paſſioni conformis, illi communicet, & quodammodò miſceatur, arcano quodam Paſſionum confluxu. Hæc myſticè Bernardus, ne aliquis Caluiniſta cum ſuo Hæreticorum vulgo impudenter ogganniat.

Euchariſtiã ſumere, eſt Dominicæ Paſſioni cõmunicare.

S. Bernardus

1 Corint. 11. v. 29.

S. Chryſoſt.

4. Paulus 1. Corinth. 11. ad ſacram Synaxim accedentes, incuſſo timore ſic erudit: *Qui enim,* inquit, *manducat & bibit indignè iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Quid eſt, *diiudicare* corpus Domini? Adhuc corpus Domini dum Euchariſtiæ ſubeſt, ſubeſt etiam humano iudicio? Sanè τὸ *diiudicans,* multimodè ab Interpretibus intelligitur. S. Chryſoſtomus inibi, ita ſcribit; *Non diiudicans corpus Domini. Non diſcernens,* inquit, *corpus Domini, id eſt, nequaquam illum cœleſtem cibum à communium eſcarum vilitate ſecernens, nec talem eſſe diiudicans, quem non niſi purâ liceat mente, vel carne præſumere.* Verùm S. Baſilius exhort. 1. ad Baptiſmum, τὸ *diiudicare,* his verbis ad rem præſentem profundè flectit: *Non enim,* inquit, *ſolùm iudicium terribile habet, qui in carnis ac ſpiritûs inquinamento ad ſancta accedit indignè; accedens verò fit reus corporis & ſanguinis Domini;*

Paſſio Domini, eſt Euchariſtiæ iudicium, & cenſus.

S. Baſilius.

Digitized by Google

mini; ſed otioſè ac inutiliter edens ac bibens, in eo quod non per memoriam eius, qui pro nobis eſt mortuus Ieſu-Chriſtus Dominus noſter. Quaſi non *diiudicare* corpus Domini, ſit illud non ſuſcipere *per memoriam eius, qui pro nobis eſt mortuus*, ac paſſus Ieſus-Chriſtus Dominus noſter O! ſic *memoria* Paſſionis adſocianda & adglutinanda eſt ſacræ Euchariſtiæ, vt illa Corpus Domini ritè *diiudicet*? Sanè cùm Euchariſtia Paſſionem *reparet*, & nos per Euchariſtiam Chriſti *Paſſionibus communicemus*, qui Paſſionis *memoriam* ab illâ ſeparat, illam non æquè *diiudicat*; quaſi iudicium, æſtimatio, ac menſura Euchariſtiæ, è Chriſti Dei Paſſione taxanda ſit: Paſſio enim Domini, cenſus eſt Euchariſtiæ.

Ruth. 2. v.15. O quanta Ruth aggreditur pati, poſtquam Boozi pane, in Euchariſtiæ typo refecta eſt!

5. 1. Cor. 11. v. 26. Paullus ibidèm verſ. 26. ſic ſuper re Euchariſtiæ ad Corinthios ſcribit: *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*; tum verbo, tum potiùs factis & rebus, præſentabitis vobis ac populo mortem Chriſti. *τὸ annunciabitis*, aliqui

Hebræus. Interpretes ex Hebreâ origine vertunt, *prædicare, concionari*. quaſi Euchariſtia ſit diſerta Concio de Paſſione ac morte Domini. Viuaciùs ini-

Theophyl. bi Theophylactus exponit verbum *annunciabitis*, ſic ad rem fatus: *Eo affectu debe.is eſſe imbuti cum ſumitis Euchariſtiam, perindè ac ſi in illâ ipſâ Chriſti eſſetis veſperâ, adeòque cœnâ, eidémque accumberetis thoro, & ab ipſo Chriſto acciperetis Sacrum iſtud. Illa enim ipſa eſt cœna, & illam ipſam mortem annunciamus, id eſt, demonſtramus.* Patum eſt adminiſtrantem ſacram Euchariſtiam, Chriſti paſſionem ac mortem *concionari*; factis ipſis *demonſtrari* vtrumque perhibetur, quaſi in Euchariſtiâ Chriſti paſſio, vulnera, ſanguis, ac mors ipſa ſenſibus paterent,

Quomodò Euchariſtia Chriſti Paſſionem ac mortem demonſtrare dicatur.

S.Cyprian. eo ſenſu quo loquitur S. Cyprianus Tract. de Cœnâ Domini: *Non habentes*, inquit, *ſenſum huius mundi, ſed diuitis purpurati delicias contemnentes, cruci hæremus, ſanguinem ſugimus, & intra ipſa Redemptoris noſtri vulnera figimus linguam, quò interius exteriúſque rubricati, à ſapientibus huius ſeculi iudicamur amentes*, &c. Sic, ſic Chriſti paſſio, vulnera, liuores, ſanguis, mors in Euchariſtiâ *annunciari, concionari*, imò & *demonſtrari* perhibentur. *Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini demonſtrabitis.*

6. Ierem. 11. v.19. Ieremias cap 11. ſic de ſe in Chriſti typo loquitur: Et ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terrâ viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs.* Id eſt, loco panis, paſcamus eum ligno, id eſt, fuſte aut cruce crucifigamus eum. eſt hypallage.

Syrus. Arabicus. Syrus habet, *Deprauemus ligno panem eius*; Arabicus verò, *Corrumpatur per trabem caro eius, & per lignum vis gigantea eius.* Nemo Interpretum non notat, pro Chriſti carne affixâ cruci, *panem* ſubſtitui, alto quidèm Euchariſtiæ myſterio, quo panis Euchariſticus cruci inſeritur. Quâ ſuper re

Origenes. *Mors Chriſti, Euchariſtici ſpica frumenti facta eſt.* ſic ſapienter philoſophatur Origenes homil. 8. in Ieremiam: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terrâ viuentium; & nomen eius non memoretur amplius. Sic enim*, inquit, *Iudæi Chriſtum interfecerunt, quaſi nomen eius penitùs eradicarent. Sed Ieſus ſcit quare, & quomodo moriatur. Propter quod ait; Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, non multum fructum affert. Ergò mors Chriſti ſpica frumenti facta eſt, ſeptuplum, & multò ampliùs reſtituens, quàm fuerat ſeminatum*, &c. Profundè quidèm Origenes! Scilicet ſic Chriſti paſſio, & in cruce mors, eſt Euchariſtico pani cognata, vt *mors Chriſti ſpica frumenti facta ſit.* Hem! Chriſti paſſio & mors, vberrima *ſpica* eſt, quæ hunc cæleſtem panem copioſo prouentu tulit, ad opimam animarum cibationem? Sanè pinguis Euchariſtiæ panis, paſſione Chriſti adipatur; & cruentæ mortis ſuæ ſanguine altaria incruentè madent, calices exundant; & gratias paſſione promeritas, vbertim effundunt. Bonus Chriſti panis, quem eius paſſio, præcoquâ maturitate tulit: qui ante paſſionem inſtitutus in Sacramentum, & paſſionem reparat, & de paſſione fructificat. *Mors Chriſti ſpica frumenti facta eſt.*

Ioann.12. v.24.

---

§. CLXXXIII.

Euchariſticum cum Ruthâ ſpicilegium peragitur.

1. S. Cyprian. de Cœnâ Domi. SAnct. Cyprianus bellè pariter ac verè hæc de Euchariſtico ſacramento ſcribit: *Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aſpernantur: & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi poſſidere ſupellectilem dedignantur.* Et poſt pauca: *Panis iſte Angelorum omne delectamentum habens virtute mirificâ, omnibus qui dignè & deuotè ſumunt, ſecundum ſuum deſiderium ſapit; & ampliùs quam Manna illud eremi implet & ſatiat edentium appetitus, & omnia carnalium ſaporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates.* Et poſt nonnulla: *Hanc Dei gratiam recolens, qui de ſacro calice bibit, ampliùs ſitit: & ad Deum viuum erigens deſiderium, ita ſingulari fame illo vno appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium ſit ei quaſi rancidum radénſque palatum acuta mordacitatis acetum.* Itaque Euchariſticus cibus eſt cæleſtium fames & guſtus, atque mundialium bonorum tædium & horror. Sic

Euchariſtia eſt cæleſtium fames, & mundialiũ voluptatum nauſea.

Ruth. 2. v.23. ſuam Moabitidem Ruthâ abiurat, & in Bethlehem, id eſt, domum panis, per ardua quæque feſtinat; & guſtatâ illius ſuauitate, laborioſius ſpicilegium auidiùs peragit.

2. 1. Cor. 10. v. 3. & 4. Paullus 1. Corinth. 10. loquens de Hebræis tot annis in deſerto peregrinantibus, vbi è cælo ſuppetebat panarium, atque è ſaxis lagena; ita ſcribit: *Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* Manna hîc dicitur *eſca ſpiritualis*, id eſt, myſtica ſeu typica, quia manna erat typus & figura Euchariſtiæ. Sic & aqua petræ, quam corporaliter bibebant, potus *ſpiritualis* appellatur, quia typus etiam erat ſanguinis Chriſti. Alij *ſpiritualem* interpretantur, id eſt, miraculoſam, non vi naturæ, ſed ſpirituum, putà Dei & Angelorum productam. Sanè vndecumque res ſit, myſterio non vacat, quòd eſca & potus corpo-

Digitized by Google

Quare corpus Chriſti in Euchariſtiâ, Corpus diuini Spiritûs appellatur?

S. Ambroſ.

ralis, quæ populo Hebræo ſuppeditarunt victum, *ſpiritalis* dicatur, quia in Euchariſticæ alimoniæ typo præceſſit. Annon etiam antitypus, Euchariſtia, inquam, re corporeâ conficitur, corpore Chriſti conſtat, & eſu ac potu corporali ad alimoniam manducatur? S. Ambroſ. lib. de Myſteriis, & citatur de Conſecrat. diſt. 2. miram rationem tradit, cur Euchariſtia dicatur ſpiritualis eſca: *In illo*, inquit, *Sacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti, non ergò corporalis eſca, ſed ſpiritualis. Vndè & Apoſtolus in eius typo ait: Quia Patres noſtri eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt: corpus enim Dei eſt corpus ſpiritale: corpus Chriſti, corpus diuini ſpiritus eſt.* Non negat Ambroſius (abſit) corpus Chriſti latens in Euchariſtiâ, eſſe veram ac corpoream carnem, atque adeò carneum corpus; nam ſpiritus & oſſa non habet, habet autem corpus Chriſti, exiſtens in Euchariſtiâ. Quin & corpus Chriſti verè eſt Deus, vt potè verè ſubſiſtens increatâ Verbi hypoſtaſi. Attamen dicitur ab Ambroſio *corpus ſpirituale*, quia eſt corpus Dei. Dicitur etiam *Corpus diuini ſpiritûs*, non quia hypoſtaticè vnitum ſit Spiritui-ſancto; ſed quia tot ſpirituales gratias dignè accipienti communicat, vt Spiritus-ſanctus illi abundè infuſus videatur. Quare verum Corpus Chriſti Dei in Euchariſtiâ ſuſceptum, ad ſignificandam hanc gratiarum ſpiritualium ſuperfluentem plenitudinem, *Corpus diuini ſpiritûs* arcano ſtylo nuncupatur. *Amplius autem* (ait

Rup. l. 2. in Exhod. c. 10.

Rupertus) *quia de Spiritu ſancto, qui æternus eſt ignis, Virgo illum concepit, & ipſe per eundem Spiritum ſanctum, vt Apoſtolus ait, obtulit ſemetipſum hoſtiam viuam Deo viuenti. Eodem igni aſſatur in altari: operatione namque Spiritus-ſancti, panis, corpus, vinum fit ſanguis Chriſti.* Quare in Euchariſtiâ Spiritus-ſanctus ſpirituales gratias *velut effudit*, vt loquitur Concilium.

3\. Prouerbiorum 31. de Eccleſiâ ſub typo ſtrenuæ illius Matronæ, ita ſcribit Salomon: *Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo*, mercatori, aut negotiatori, inquam vt alij excribunt. Ceterùm cùm hæc omnia parabolicè & ænigmaticè dicantur, ſpiritualis negotiator dilucidè intelligitur, qui eiuſmodi *ſindone* ad animæ ſpirituale lucrum vtatur. Hugo Cardinalis exponens illud Matthæi 27. *Et accepto corpore* Ieſu, *Ioſeph inuoluit illud in ſindone mundâ, & poſuit illud in monumento ſuo nouo*, ita ſcribit: *Moraliter autem inſinuatur hîc, qualiter recipi debeat Corpus Chriſti in paſchâ. Per hoc autem, quòd poſuit illud Ioſeph in ſindone mundâ, notatur, quod poni debet in mundâ conſcientiâ, de quâ ſindone dicitur: Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Benè eſt; in conſcientiâ mundâ, velut in mundâ *ſindone* Euchariſticum Chriſti *corpus* excipi debeat; quid autem eſt, quòd *cingulum* etiam offert? Imò & *ſindonem* pretio *vendit*; at *cingulum*, non vendere, ſed *tradere* perhibetur. Profundè quidèm Armena verſio apud Abagarum, ſic locum Prouerbiorum excribit: *Sindonem fecit & vendidit, & fecit animæ ſuæ cingulum, & ſibi cingulum.* Itaque dignè excepturus Chriſti corpus in Euchariſtiâ, emit *ſindonem mundam*, id eſt, conſcientiam puram, *emit*, inquam, pœnitentiæ lacrymis, & bonorum operum ſedulitate actuosâ. Dein *traditum cingulum* accipit, quo animam ſuam, & inſuper ſe totum cingat, & conſtringat totum, id eſt, voluptatis & ambitionis lacinias arctat, & arctiori ſe mortificatione præcingat: Sic verò tot, tantáſque velut effusè Euchariſtia impertit gratias, vt illis ſe homo præ humilitatis ac tenuitatis ſuæ cognatione, impar cenſeatur. Exindè qui mundam *ſindonem* accipit ad dignè accipiendum Chriſti corpus in Euchariſtiâ, & *facit animæ ſuæ cingulum, & ſibi cingulum* O arcanum ab Euchariſtiâ cingulum! Niſi malis cum Cornelio, inibi per τὸ *animæ ſuæ*, ſponſum, intelligere, nempè Chriſtum in Euchariſtiâ, quem dignè accipiens, ei tamquam ſponſo *facit cingulum*. Sat eſto allegoriam indigitare.

Prou. 31. v. 24.

Matth. 27. v. 59.

Hugo Car.

Accipiens Euchariſtiâ, ſindonem accipit, & facit ſibi cingulum.

Armena verſio.

Accipiens Euchariſtiâ, ſponſo cingulum facit.

Cornelius.

4\. Ieremiæ 11. Chriſti nomine hæc dicit Propheta: Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terrâ viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Magno conſenſu Interpretes hæc verba de Euchariſtico *pane*, & *ligno* crucis commentantur. Sed cur non potiùs carnem, quàm panem dixit, quandò Dominicæ crucis mentionem induxit? S. Ambroſius Præfatione in Pſal. 35. apud Chiſler. ibi, ita hâc ſuper re eloquenter philoſophatur: Injiciamus, inquit, lignum in panem eius. Benè panem dixit Propheta pro carne eius. Ille alimentum detulit, iſti pro beneficio retulere ſupplicium. Non mirum ergò ſi eſuriunt, qui ſibi vitæ æternæ alimoniam denegarunt. Pulchrè etiam duo iunxerunt. *Neſciebant quid loquerentur Iudæi, & myſterium loquebantur.* Paradiſum nobis crux reddit Chriſti. Hoc lignum quod Adæ Dominus demonſtrauit, dicens, de ligno vitæ quod eſſet in medio paradiſi edendum, de ligno autem ſcientiæ boni & mali non edendum. *Errauit Adam, mandata non tenuit, interdictum guſtauit. Per lignum cœpimus eſurire, quia ſuum caro accepit alimentum. Ideò Dominus in Chriſto carnem iunxit, & lignum vt fames antiqua ceſſaret, vita gratia redderetur. Beatum lignum Domini, quod omnium beatam* carnem *crucifixit: Beata Domini caro, quæ victum omnibus miniſtrauit.* Nota attentiùs Ambroſij antitheſim: Per lignum, quod guſtauit Adamus, *cœpimus eſurire, quia ſuum caro accepit alimentum*: & per crucis lignum, in quo eſt caro Chriſti, quæ ſubeſt Euchariſtico pani, *fames antiqua ceſſaret.* Scilicet per Adami eſum, *quia ſuum caro accepit alimentum*, ceſſat in animâ virtutum fames, & probitatis ſapor; inacreſcit verò vitiorum ſitis, & male dulce voluptabilium blandimentum, carni âuidiùs cognatum: ergò *mittatur lignum in panem eius*, & per crucis lignum, in quo eſt Chriſti caro, quæ ſub Euchariſtico pane latet, ſuum anima ſuſcipiens alimentum, *fames antiqua ceſſabit*, & cum Euchariſtico cibo, noua virtutum fames ingeretur. *Neſciebant quid loquerentur Iudæi, & myſterium loquebantur.*

Ierem. 11. v. 19.

S. Ambroſ. Chiſlerius.

Euchariſtici cibi arcano guſtu fames antiqua ceſſat.

5\. Exhodi 12. de eſu agni typici ita præſcribit Legiſlator: *Siquid reſiduum fuerit, igne comburetis.* Et infrà, *Nec os illius confringetis.* Hunc agni Iudaicè immolandi ritum, ad Euchariſtiam agni antitypum transfert Arnoldus Carnotenſis Tract. vltimo de ſeptem verbis Domini,

Exhod. 12. v. 10. & 46.

Arnoldus Carnot.

Digitized by Google

ni, ſic eleganter fatus: *Carnem igitur hoc modo comedimus: oſſa verò igne comburimus; quia Sacramenta quidèm, quæ quaſi diuinæ virtutis caro ſunt, & veritatis integumenta, viſibiliter ſecundum ſuam ſpeciem percipimus: ipſam verò ſubſtantiam ſecundum intelligibilem & inuiſibilem ſtatum firmam omninò & ſolidam, neque frangimus omninò, neque imbuimus; ſed flammis inijcimus, id eſt, ſpiritualibus intelligentiis commendamus, quod ſpiritus & vita ſunt in diuinis myſteriis. Neque fas eſt intellectu humano tantæ rei confringi notitiam, quam interim intrà ſe Spiritus-ſanctus colligit.* Scilicet Caro, quæ de cognatione cum peccato, & ad peccandum procliuitate, vniuerſatim malè ſuſpecta erat; dum Chriſti Caro in Euchariſtiâ eſt, ſic eſt ſalutaris, viuifica, & largiùs benefica, vt vel iterato *Carnis* nomine Euchariſticum commendetur Sacramentum. Porrò vera & realis Chriſti Caro illi ſubeſt, quæ eſt auguſtior Euchariſtiæ prærogatiua. Quin & ipſum Sacramentum (vt loquitur Arnoldus) dicitur veritatis integumen-

6. tum, & *quaſi diuinæ virtutis Caro*, vt geminato *Carnis* vocabulo hoc Sacramentum nobilitetur, & verâ carne Chriſti Dei, quæ in Euchariſtiâ latet; & integumenti vel *Carnis* vocabulo ſeu elogio, quo ab Arnoldo Sacramentum appellatur. Quin & in verbis Arnoldi expenſione digniſſimum eſt, quòd Euchariſtici agni *oſſa confringi* ſeriò vetantur ſiniſtro intellectu: quare *ſpiritualis intelligentia* aduocanda eſt, quæ dignè taxet huius Sacramenti cenſum. Sanè Euchariſticum agnum deglutit crudum, ac male vorat, quiſquis ignorat, ſe verè in illo Chriſtum Deum recipere, illúmque ſibi concorporare. *Frangit* autem *oſſa*, qui velut per anotomiam, arcanum hoc Sacramentum diſcutere, & omnino penetrare arroganter præſumit: nam humana tenuitas pro hoc ſtatu, impar eſt, quæ illud perfectè aſſequatur. Ergò fide inoculetur, & videat quouſque habet oculos, ne nimis curioſâ tanti Myſterij ſcrutatione, Euchariſtici agni oſſa *confringere* dicatur. Qui ſic accedit lanius eſt, carnifex eſt, & male Catholicus Hæreticis vicinatur. *Neq; enim fas eſt intellectu humano tantæ rei confringi notitiam, quã interim intrà ſe Spiritus-ſanctus colligit.* Ergò huius ineffabilis Myſterij *notitiam ſpiritualibus intelligentiis commendemus.*

Quare geminato Carnis vocabulo, Euchariſtiæ Sacramentũ nobilitatur?

Sanctiſsima Euchariſtiæ intelligentia, agni oſſa myſtica frãgere dicitur.

SYNOPSIS CAP. III.

Ruth conſilio Noëmi inſtructa quo pacto Boozi ſibi nuptias conciliaret, & ſe adornauit, & ſedato greſſu iuit ad agrarium prope manipulos Boozi lectum, ibíque ad pedes eius ſub eodem ſtragulo iacuit. Ad rem inopinatam vehementer expauit Boozus. Vbi autem Ruth† eſſe nouit, & quid eo ſymbolo ſignificaret, optatas ſpondet nuptias, niſi eas propinquior alter impediret. Iubet ergò eam dormire & quieſcere vſque ad auroram, & bene onuſtam ſex ordei modiis remittit ad ſocrum, quæ indè bonam ſibi ſpem in reliquum concepit, cognito hominis ingenio.

CAPVT TERTIVM.

1. POSTQVAM autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab eâ:
Filia mea, quæram tibi requiem, & prouidebo vt benè ſit tibi.
2. Booz iſte cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noſter
eſt, & hâc nocte aream ordei ventilat. 3. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcende in aream;
non te videat homo, donec eſum potúmque finierit. 4. Quandò autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat:
veniéſque & diſcooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & projicies te, &
ibi iacebis: ipſe autem dicet tibi quid agere debeas. 5. Quæ reſpondit: Quicquid
præceperis, faciam. 6. Deſcendítque in aream, & fecit omnia, quæ ſibi imperauerat
ſocrus. 7. Cúmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetque
ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto
pallio, à pedibus eius ſe proiecit. 8. Et ecce, nocte iam mediâ expauit homo,
& turbatus eſt: vidítque mulierem iacentem ad pedes ſuos. 9. Et ait illi, Quæ es?
Illáque reſpondit: Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum ſuper famulam
tuam, quia propinquus es. 10. Et ille: Benedicta, inquit, es à Domino filia,
& priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes, pauperes
ſiue diuites. 11. Noli ergò metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit
enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.
12. Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior. 13. Quieſce hâc

nocte,

Digitized by Google

nocte, & facto mane, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, benè res acta eſt:
ſin autem ille noluerit, ego te abſque vllâ dubitatione ſuſcipiam, viuit Dominus.
dormi vſque mane. 14. Dormiuit itaque ad pedes eius, vſque ad noctis abſceſſum.
Surrexit itaque antequam homines ſe cognoſcerent mutuò, & dixit Booz: Caue
ne quis nouerit quòd hùc veneris. 15 Et rursùm: Expande, inquit, pallium
tuum quo operiris, & tene vtráque manu. Quâ extendente, & tenente, menſus
eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem.
16. Et venit ad ſocrum ſuam. Quæ dixit ei: Quid egiſti filia? Narrauítque ei om-
nia, quæ ſibi feciſſet homo. 17. Et ait: Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait:
Nolo vacuam te reuerti ad ſocrum tuam. 18. Dixítque Noëmi: Expecta filia donec
videamus quem res exitum habeat. neque enim ceſſabit homo niſi compleuerit quod
locutus eſt.

§. CLXXXIV.

Commentarius Litteralis.

Verſ. 1. Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam.

1. NOTA videlicet peractâ meſſe; non quòd ſingulis diebus finito ſpicilegio non rediret ſub veſperam ad ſocrum Noëmi (vt notant Sanctius & Bonfrerius) pudori, ac pudoris famæ conſulens: ſed quia poſt meſſem iam peractam, ad eam rediit, poſthac ad conſuetum ſpicilegij opus minimè reuerſura. Obſeruant communiter interpretes, quòd hæc verba apud Hebræos fini præcedentis capitis ſubnectuntur: neque in Hebræo eſt vocula *poſtquam*, ſed tantùm particula copulatiua: *& reuerſa eſt.* Vulgatus, quem etiam Pagninus ſequitur, *& reuerſa eſt*; at Lxx. Interpretes excribunt, *& ſedit*; alij, *habitauit, morata eſt*, ſenſu autem ferè non diſcrepant. Perindè enim videtur, redire in domum non reuerſura ad meſſem, ac *ſedere*, habitare, vel domi morari cum ſocru ſuâ Noëmi. Itaque ſiue eadem ſiue diuerſa ſint puncta Hebræo verbo, rectè vtrouis modo verbi ſignificantia effertur non diſpari ſenſu.

Sanctius. Bonfrer. *Ruth tempore meſſis apud ſocrum pernoctabat.* Pagninus. Lxx. interp.

2. Quæram tibi requiem.] Hactenùs Ruth peregrina, vidua, improles, pauper, non diu poſt peregrinationem è Moabitide, vrgente inopiâ fuit coacta æſtuoſum ſpicilegij opus peragere, vt ſic vitam ægrè ſuſtentaret; nec ſpes affulgebat vlla irrequieti operis exincèps alleuandi. Itaque Noëmi nurui ſuæ Ruthæ *requiem* quærit, dum ſatagit, vt nubat viro ſapienti, diuiti, moderato, qui illi mariti ac patris adinſtar ſit. Ergò hìc matrimonium appellatur *requies.* Opportunè Serarius hùc aduocat illud Abnezræ: *Non ſolent quieſcere puellæ, quoad nupſerint.* Chaldæus præſcripta verba explicatiùs tradit: *Filia mea, in iuramento non quieſcam, vſque ad tempus, quo quæram tibi tranquillitatem filiorum, quo benè ſit tibi.* quaſi Noëmi dudùm iurauerit Rutham in matrimonium collocaturam.

Requies hic pro matrimonio vſurpatur. Serarius. q. 2. Abenezra. Chaldæus. *Puellæ nupturiunt.*

Verſ. 2. Hâc nocte aream hordei ventilat.

3. Verùm ex his quæ ſacer Hiſtoricus præſcripſit, non leue dubium exurgit. In fine enim capitis præcedentis Verſ. 23. habetur: *Iunctáque eſt itaque* Ruth *puellis Booz: & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.* Et immediatè ſubditur in hoc cap. 3. v. 1. *Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab eâ: Filia mea, quæram tibi requiem vt benè ſit tibi. Booz iſte, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noſter eſt, & hâc nocte aream hordei ventilat.* Profectò ſi Noëmi hæc verba Ruthæ dixit, cùm peractâ iam meſſe, & hordeo ac tritico in horreis condito, ipſa à ſpicilegio reuerſa, domi cum ſocru ſedebat, poſthac ad ſpicilegium non reuerſura; quo pacto poſtmodùm dicitur, quòd illâ ipsâ nocte diei, quo iſtiuſmodi verba Noëmi dicebat Ruthæ, Boozus ventilaturus eſſet aream hordei? Porrò in hordeorum ac frumentorum collectione quattuor eſſe communiter ſolent. 1. *meſſio*, 2. *excuſſio*, ſeu tritura, 3. *ventilatio*, 4. *importatio in horreum.* Ergò ſi Rutha tandiu adhæſit Boozi puellis, donec peractâ meſſe hordea ac frumenta in horreis conderentur, poſt hæc non potuit Noëmi ſuadente, in hordei aream à Boozo ventilandam deſcendere: nam ventilatio non fit poſtquam grana in horreis condita ſunt; imò potiùs anteà ventilantur, & poſteà in granariis conduntur, & adſeruantur. Rutha autem nocte illâ iuit ad Boozum, quâ area hordei ventilanda erat, & cùm plures hordei manipuli in areâ iacebant, iuxta quos Boozus nocte illâ dormiuit: imò & hordei magna copia necdum in horreis condita, extabat in areâ, ex quâ Boozus ſex modios Ruthæ menſus, & largitus eſt.

Ruth 2. v. 23. *Non leuis ratio dubitandi contra contextum.*

4. Odoratus eſt hanc difficultatem non leuem noſter Salianus ann. m. 2810. in Scholiis n. 4. & reſpondet, quòd in illo Verſ. 23. præcedentis capitis, vbi de Ruthâ dicitur: *Et tandiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur*; horreorum nulla eſt in Hebræo textu, aut Lxx. interpretibus mentio; ſed tantùm finitæ meſſis. Id autem paraphraſticè additum ab Interprete vulgato, ad exprimendam finitam meſſem, poſtquam grana in horreis condi ſolent. Quod per anticipationem dictum putat, quia necdùm perfectâ meſſe, & plurimis adhuc manipulis in areâ exiſtentibus, facta ſunt quæ in hoc capite habentur. Nam iacuit Boozus prope aceruum manipulorum, erátque ibidèm magna hordei copia, ex quâ Boozus Ruthæ ſex modios menſus eſt. Vndè concludit, quòd quæ in hoc 3. cap. habentur, contigerunt ſub finem meſſis, quandò trituratione aut flagellatione peractâ, frumenta ventilantur. Profectò adſentirem Saliano, cuius eruditio, ingenium, iudicium mihi valdè

Salianus. *Saliani ſolutio reiicitur.*

Digitized by Google

valdè adridet; niſi Vulgatum deſerere videretur, & Hebræum ac Græcum codicem potiùs ſequi. Sanè ex Saliani interpretatione colligitur, Vulgatum pro finitâ meſſe, & nondum trituratâ, nec in horreis conditâ; iam in horreis condita fuiſſe, non ſatis fideliter tranſtuliſſe: quippe qui paraphraſticè addidit, *hordea & triticum in horreis condita*, cùm nondùm ventilata erant, nec condita in horreis. Et quidem cùm ventilationis tempore Rutha iacuit ad pedes Boozi iacentis prope manipulos, nondum hordea & triticum in horreis condita erant; die autem proximè ſequenti ad portas ciuitatis de nuptiis pactum eſt; nec poſt huiuſmodi pactum aut celebrationem ſponſalium aut nuptiarum, veroſimile eſt, Rutham cum ſponſi aut mariti puellis, ſpicilegio aut meſſioni dediſſe operam: malè igitur de Ruthâ dixit Vulgatus verſ. illo 23.
Ruth 2. v. 23. præcedentis capitis: *Et tandiu cum eis* (Boozi puellis inquam) *meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.* Ergò aut defendus eſt Vulgatus, & præferendus Hebræus & Græcus codex; aut dicendum, quòd poſtquam hordea & triticum in horreis condita ſunt, adhuc hordea in areis Boozi ventilantur: & Rutha in ſocrus ſuæ domum reuerſa exinceps ad ſpicilegium non reuerſura, ab illâ iubetur, vt deſcendat in aream in quâ adhuc tunc Boozus illâ nocte hordei aream ventilat. Quod quidèm ſpecie tenùs difficile videtur; re autem penitiùs & eruditiùs perſpectâ, facilè & expeditum.

5. *Sanctius. Varro.* Porrò (vt opportunè hîc ex Varrone Sanctius obſeruauit) antiquo illo æuo, & noſtro multis in locis, & paſſim in nouâ Hiſpaniâ, meſſes cum ſpicis ac ſtipulis condebantur primùm in horreis, ſeu locis laxè ſpatioſis, è quibus cùm vſus venerat, extrahebantur, & aut in areâ terebantur, aut prope horrea virgis excutiebantur, dein vento, aut vanno purgabantur. Itaq; cùm Rutha venit ad ſocrum Noëmi, verſ. illo 23. & meſſes peractæ erant, & in vaſtis conditæ horreis: indè autem *hâc nocte* excuſſa aut triturata hordeorum grana ad præſentem vſum ventilabantur. Quare mirum non eſt, quòd poſtquam meſſes in horreis conditæ ſunt, poſtmodùm ventilatio inducatur, quod fiebat ſæpè, prout annonæ neceſſitas poſtulabat. Quod autem dicantur horrea, non tantùm in quibus grana, ſed etiam in quibus meſſes conduntur, & adſeruantur, canit Tibul. lib. 2. eglo. 6. *Diſtentet ſpicis horrea plena Ceres.* Mitto quoſdam apud Dionyſium hîc, qui cenſent, quòd *τὸ hâc nocte aream hordei ventilat*, ſignificat, non ventilationem, ſed feſtum valdè lautum pro ventilatione peractâ. Inidoneè, opinor, *aream hordei ventilari*, & quidèm *in vento noctis*, vt habet Chaldæus, accipitur pro feſto ob ventilationem finitam. Dein manipulorum acerui adaggerati tunc erant in areâ, in quâ Boozus illâ ipsâ nocte dormiuit: ergò ventilatio peracta non erat. Denique poſt hordea & triticum in horreis condita cap. præcedenti verſ. 23. ſerum ventilationis feliciter peractæ feſtum celebratur. Sanè feſtum opportunius eſſet pro totâ meſſe, & granorum in horreis conditione, & adſeruatione. Quod quis non videat?

Quomodò poſt meſſem peractam, area hordei ventilatur.

Tibullus. Carthuſian.

Chaldæus.

6. *Chaldæus.* Et hâc nocte aream hordei ventilat.] Chaldæus paraphraſtes addit, *In vento noctis.* Nempè nocte proximâ hordeum, quod trituratum aut excuſſum eſt, in areâ ventilatur: nam ventorum flatus nocte crebrior. *Area hordei*, id eſt, hordeum quod in areâ tritum iam, & aggeſtum erat. Non adducar vt aſſentiam Serario ac Bonfrerio, qui cenſent, ideò poſt areæ ventilationem expectandum eſſe Ruthæ, vt lautiùs cœnatus Boozus eat cubitum, quia poſt inſigne aliquod opus confectum, ſolent inſtrui ſumptuoſiores epulæ. Porrò hæc ventilatio priuata fuit, & ad dies aliquot annonam purgabat, & apparabat; non autem peractæ meſſis conuiuium de more inſtruebat, iuxta nuper dicta num. 4. & 5.

Serarius. Bonfrerius. Hæc cœna Boozi ordinaria fuit, non ſolenne epulum.

Verſ. 3. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis.

Hinc iam incipit Noëmi pronubam agere, & ſapientem honeſti connubij conciliatricem; idcircò Rutham præmonet quid agere, ac fari debeat, vt Boozi animum ad legales nuptias alliciat. Primò iubet vt corpus abluat, quo lauacro illuuiem abſtergat ab æſtuoſo ſudore, & ſpicilegij ſudore contractam, & toto menſe velut inolitam. Quin & apud Syros, & loca Palæſtinis vicina, frequens eſt balneorum vſus etiam cultioribus feminis, propter fœtorem à naturâ cognatum calidiſſimæ illius regionis incolis. De quo eruditè Sanctius & Serarius in Iudith cap. 10. verſ. 3. & Eſther 2. verſ. 12. quod inibi adprobauimus. Ne quid autem inolitarum ſordium à naturâ, & aſcitarum à ſpicilegij æſtu, adhuc adhæreſceret, vt oleum inſuper addat, in mandatis dat. Neque adſentiam hîc Feuardentio ac Sanctio qui putant non ſimplex, ſed odoratum oleum ad gratiam adſcitum. Porrò quam occultè ire iuſſerat Noëmi, male proderent vnguenta odoratè fragrantia. Oleum igitur non ad odorem, ſed ad nitorem nunc adſcitur: ſcitum ſiquidèm eſt, oleum nitorem conciliare. Allegatur Paraphraſtes Chaldæus quaſi dixerit, *Delibuta iucundè oleas*: at Chaldæus tantùm habet, *Vngeris in oleis*, quod nobis potiùs fauet. Mandat etiam vt depoſitâ viduitatis veſte, ornamenta aſſumat, id eſt, lautiora veſtimenta: nemo enim eſt vſque adeò pauper ac vilis, qui pro diebus feſtis ac lætis, in ſuâ tenuitate non habeat mundiores, aut certè minùs ſordidas ac detritas veſtes. Itaque lotio, vnctio, & aliquis veſtium cultus eò tendit, vt ſpeciem Ruthæ conciliet, quò gratior Boozo appareat. Non hîc morabor eos, qui Hebræa ac Græca verba tantùm numerant: & indè reddunt, *Pone veſtes tuas ſuper te.* Forſan Rutha tunc nuda & inueſtis feſtinabat è domo egredi, & in aream pergere? iubet ergò minùs viles, & paullò lætiores ac cultiores veſtes, quas habebat, aſſumere. Indè Rabbi Eliezer *veſtes ſabbati* excribit, & Chaldæus *ornamenta.* 7.

Rutha ad nuptias lauatur, vngitur, & ornatur.

Sanctius. Serarius. Auctor. Non vngitur odorato oleo, ſed ſimplici. Feuardent. Sanctius.

Chaldæus.

R. Eliezer. Chaldæus.

Sed quorsùm iſta, ſi omnia noctu gerenda erant, geſtáque ſunt? Mitto lotionem, & fortè vnctionem, quæ fœtidam illuuiem detergat, & graueolentiam arceat. Ornatus in ſubluſtri etiam lunâ interſpicitur, neque vnquam diſplicet, ſemper autem adridet, & gratiam conciliat. Et ſanè in obſcurâ illâ luce, ſex illos hordei modios metiri Boozus potuit; ergò & vtcumque Rutham videre cultiorem. Profectò dum Noëmi, nuptiarum conciliatrix, ornatum apparat Ruthæ, 8.

Quare Ruthâ noctu itura ad Boozum ornatur?

Digitized by Google

thæ, quemcumque rerum euentum præſtruit; præſertim cùm nurui dixerit, quòd Boozus illi indicabit, quid illam facere oporteat: præſtabat igitur ad ambiendas nuptias pro quocumque euentu illam non incultam, ſed cultiorem miſiſſe, vt ornatus & cultus illi gratiam conciliaret. De ambitioſiori feminarum ornatu, cultu, ac fuco copioſè agebamus in Iudithæ, ac Eſtheris commentariis.

Auctor.
9.
Varro.

Et deſcende in aream.] Benè præſcribit Varo de re ruſticâ cap. 51. *Aream eſſe oportet in agro, ſublimiori loco, quam perflare poſſit ventus.* Idem habet Palladius lib. 1. de re ruſticâ cap. 36. Si ergò area ſita erat in loco ſublimiori, vt eam perflare poſſet ventus, quare iubetur Ruth vt *deſcendat* in aream? Verùm Lxx. interpretes non *deſcende*, excribunt, Sed *aſcende*. Et quidèm (vt eruditè obſeruant Serarius, & Bonfrerius) ſæpè in Scripturâ ſacrâ verbum aſcendere & deſcendere, pro ire vſurpatur, ſiue iter ſit decliue, acliuéue. Quin & forſan domus Noëmi, & tota illa vrbecula editior erat areis. [Non te videat homo.] id eſt, homo ille, Boozus inquam, de eo enim præceſſerat ſermo. ita Hebræus & Græcus codex, & Paraphraſtes Chaldæus: homo enim ille eſt is, qui eſum & potum debet finire, iturus ad locum ſibi deſtinatum, vt ſomnum capiat; qui locus à Ruthâ notandus erat. [Donec eſum potúmque finierit.] Tritum eſt voculas *donec*, & *vſque*, aliáque id genus, in ſacrâ Scripturâ non ſemper ſignificare certum tempus, quo completo fiat illud de quo ſermo eſt. Quâ de re S. Hieronymus in lib. contra Heluidium plura adaggerat exempla. Legantur expoſitores ad illud Matthæi 1. verſ. 25. *Et non cognoſcebat eam donec peperit Filium ſuum primogenitum.* Sanè cùm in eodem ſtrato ad Boozi pedes eam cubare iubet, veroſimilius eſt, non ſtatim poſt eſum & potum, ſed poſt cubitum, ſe cognoſcendam iuſſiſſe. Vndè vſque ad accubitum ſollerter Rutha latuit, vt ex contextu liquidò conſtat.

Palladius. *Deſcendere & aſcendere ſumitur pro ire.* Lxx. interp. Serarius. Bonfrerius.
Hebræus. Græcus. Chaldæus.
Voculæ Donec & vſq; non eſt ſemper excluſiuæ.
S. Hierony. Matth. 1.

Verſ. 4. 5. & 6. Quandò autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat.

10.
Meſſis Dominus in areâ dormit. quare?

Nempè moris erat vt paterfamilias etſi nobilis & opulentus in areis caperet nocturnam quietem, cubans inter manipulos inibi adaggeratos, ne fures nocturni, operarij præſertim, vel finitimi hoſtes aliquid clam, aut vi de meſſe ſubriperent. [Veniéſque & diſcooperies pallium, quo operitur à parte pedum.] In Hebræo, Græco, & Chaldæo textu nulla fit diſertè *pallij* mentio, ſicut neque infrà verſ. 7. indicatur tamen manifeſtè ſtragulum, quod pedes operit. Lxx. Interpretes habent: *Diſcooperies quæ ad pedes eius.* Chaldæus, *Diſcooperies pedes.* Itaque τὸ *pedes* per metonymiam ſignificat, quod ad lecti pedes eſt, nempe ſtragulum, ſeu operculum, quo eius pedes teguntur. Vel vltima pars lecti, ad quam pedes extenduntur, lecti *pedes* dicitur, Hiſpanè *à los pies de la cama* (ſicut etiam ad lecti caput, *à la cabeçera*) Iubet ergò Noëmi quòd Ruth vbi cubantem videat Boozum illò veniat, & *diſcooperiat pedes*, id eſt, tantiſper remoueat ſtragulum, quo pedes lecti, vel Boozi (quod idem eſt) teguntur. Itaque operimentum ſeu tegimen antiquo vocabulo *pallium* appellatur. De quo eruditè hîc Serarius q. 4. & 7. inibi conſulendus. [Et projicies te, & ibi iacebis.] Scilicet tranſuerſim ad Boozi ibi cubantis pedes; vel ad pedes lecti, vbi Boozus cubat, quod perindè eſt: ad pedes inquam, non ad latus, vt Loti filiæ. Sanè non eſt vnde Abulenſis, Feuardentius, & Mariana poſſint colligere, ſe nudam proiecifſe, quando quidèm qui in areis inter manipulos nocturnam quietem capiunt, raro aut nunquam veſtibus denudentur. Neque Boozus verſ. 10. laudaret Ruthæ honeſtatem in hoc facto, ſi eam nudam cum nudo animaduerteret. [Ipſe autem dicet tibi quid agere debeas.] Chaldæus paraphraſtes. *Ab ipſo erit conſilium, & tibi in ſapientiâ indicabit, quid facias.* Hîc ſperat Noëmi Ruthæ nuptias aut cum Boozo ipſo, aut de ſapienti Boozi conſilio, cui ad nutum parere iubet.

Hebræus. Græcus. Chaldæus. Lxx interp.
Serarius. *Rutha cubat veſtita ad Boozi pedes.* Abulenſis. Feuardent. Mariana.
Chaldæus.

Hinc non leuis quæſtio oritur inter Commentatores, an quæ dicta ſunt omnia in hoc verſ. 4. rectè ſuaſerit Noëmi, & fecerit Ruth? 11.
Dionyſius Carthuſianus in hoc facto vtramque ſceleris ream facit; ſocrum Noëmi ob periculoſum conſilium lenocinio affine; Rutham verò propter ignorantiam iuris, quod noſſe debuiſſet. Lyranus verò Rutham propter ignorantiam excuſat, quia Hebræis legibus recens initiata erat; Noëmi autem accuſandam putat, quia quærendi matrimonij modum improbum perſuaſit. Alij (quos infrà referemus) in alterutram partem quæſtionem ventilant. Veroſimilius tamen eſt, & Noëmi & Rutham à culpâ excuſandas. Quod indicare videtur S. Hieronymus in Matthæi cap. 1. qui Rutham vocat *peccatricem*, non ob hoc factum, ſed quia è Moabitide Gentilis. S. Ambroſius lib. 3. de Fide cap. 5. qui tandèm omnia hæc ſpiritu diuino facta, & ideò peccati expertia cenſet. Theodoretus in cap. 39. Geneſeos. Incertus Chryſoſtomus homil. 1. in Matthæum. Abulenſis qui licet Noëmi multis accuſauerit, vtramque tamen excuſandam cenſet quæſt. 12. & 13. Subſcribit Feuardentius, qui vtriuſlibet opinionis ſectandæ opinionem lectori facit, Fauet etiam Stapulenſis in Matthæi cap. 1. Serarius q. 9. vtramque probat à peccato immunem, ita Martinus del Rio Adag. 171. Sanctius, Cornelius, Bonfrerius, & Tirinus hîc, & Salianus ann. m. 2810. n. 29. Eſtius in Scholiis. Adde Iunium ac Tremelium apud Serarium. Et ſanè in totâ hac hiſtoriâ perſpicuè apparet Boozi probitas, continentia, maturitas, pietas, prudentia, iuſtitia; quis ergò audeat vel in re, vel in modo damnare factum, quod ipſe tot elogiis pius ac iuſtus, attentiùs ac propiùs inſpectum, ſic magnificè laudat? *Benedicta (inquit verſ. 10.) es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti*, &c. Teneo ergò hoc Ruthæ factum, ſuadente Noëmi peractum, & laudatum à Boozo, qui erat continentiæ futuræ vxoris exactor, & adprobatum tot veterum ac recentium auctorum conſultiſſimo ſuffragio.

Carthuſian. Lyranus. *Innocentia Ruthæ ac Noëmi, auctoritate aſſeritur.* S. Hierony. S. Ambroſ. Theodoret. Imperfect. Abulenſ. Feuardent. Fauet Stap. Serarius. Rio. Sanctius. Cornelius. Bonfrerius. Tirinus. Salianus. Eſthius. Iunius. Tremelius.

Profectò ſaltem Rutham non deliquiſſe, mihi in comperto eſt, & in confeſſo ferè apud omnes. Porrò ipſa recens initiata rei Iudaicæ, ſe totam dirigendam permiſit ſocrui Noëmi, quæ ſapiens, pia, ac religioſa erat matrona, quod diuturnâ nouerat experientiâ; ergò prudenter 12.

Vtriuſque innocentia ratione probatur.

Digitized by Google

denter illius conſiliis tutò ſe credidit. Præſertim cùm à Deo dirigeretur hoc coniugium, vt ex eo progigneretur Dauid, & ex eo Chriſtus Deus, vt incertus Chryſoſtomus obſeruauit. Dein neque Noëmi in re ipsâ, neque in rei gerendæ modo deliquit. Non in re: nam expetebat coniugium, & coniugalem copulam ad ſuſcitandum ſemen propinquo Mahaloni nuper defuncto. quod non modo licitum erat, ſed & ad illum ipſa Rutha ius aliquod ex diuinâ lege habebat, & in Boozo nonnulla erat viciſſim obligatio: quin & hoc ipſum eo tempore eximia erga defunctum charitas & miſericordia cenſebatur; & quod ipſe Boozus verſ. 10. dilaudauit. Obiicis: propinquior alter cognatus erat, cui antè erat ius ad hereditatem, & ad ſuſcitandum ſemen obligatio, ac proindè prior erat

Serarius. Bonfrerius. Salianus.

rogandus. Reſpondent Serarius, Bonfrerius, Salianus fieri potuiſſe vt ipſa quoque Noëmi ignoraret eſſe alium propinquiorem, qui prior

Obiectioni ſatisfit.

ad ſuſcitandum Mahaloni ſemen lege obligaretur; aut in decennali peregrinatione, & tantâ rerum perturbatione oblitam fuiſſe. Sed eſto, id Noëmi ſcierit, & aduerterit; forſan de flectendo alterius propinqui animo ad iſtiuſmodi cum Moabitide ac pauperculâ muliere coniugium deſperauit, prænoſcens aut illius duritiem, aut auſteritatem, aut faſtum, quod euentus poſtmodùm comprobauit. Neque prorsùs nulla erat in Boozo ad iſtiuſmodi connubium obligatio, ad quod tenebatur altero propinquiore renuente. Quare ſapienter Noëmi rem totam permittit prudentiæ ac conſilio Boozi, quem virum iuſtum, pium, ac prudentem ſciebat, & in ſuam Rutham valdè inclinatum quod indicant illa verba: *Ipſe autem dicet tibi quid agere debeas.*

13. *Neque in modo Rutha deliquit.*

Modus verò etſi videatur inſolens; & fornicationis periculo obnoxius, cùm Rutha ad Boozum irrepit ſolito lautior, vnctior, & ornatior, & clam penè lenocinantibus ſtupro tenebris, ſola ad ſolum, ipſúmque cubantem, & veſpertinâ cœnâ, largiorique potu exhilaratum, & coniugium ac copulam poſtulatura; potuit tamen totum hoc abſque periculo fieri. Sanè grandæuus erat Booz, eius honeſtos mores, & probatam diu virtutem ac probitatem Noëmi nouerat, cui meritò fidere poterat nil præter ius fáſque adtentaturum fore. Exploratam etiam habebat ſuæ Ruthæ honeſtatem, quæ citra coniugium nihil permitteret non pudicum: ipſa enim disertè nuptias poſtulauit, aiens verſ. 9. *Extende pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es.* Quare, cùm Hebrææ genti non eſſent vetita clandeſtina coniugia, ritè illo ipſo temporis articulo legitima potuerunt iniri connubia, vel ipsâ copulâ affectu maritali habitâ, quod tantummodò Rutha expetebat. Itaque id totum quod fuiſſe re innoxium probauit euentus, rectè Noëmi ſperare potuit, cui vtriúſque probitas, honeſtas, maturitas diu explorata, & adprobata

Abulenſ. Serarius.

fuerat. Plura qui volet hâc ſuper re conſulat Abulenſem q. 12. & 13. & Serarium noſtrum q. 9. Reliqui ſuccinctiùs hanc quæſtionem tractarunt? Profectò cùm hoc Ruthæ factum ex iis ſit, quæ adiaphora habentur, dexteram in partem ſtrenua ſuſpicio eſto. Itaque prudenter & innoxiè ſocrui Noëmi reſpondere Rutha potuit: [Quicquid præceperis, faciam.] Hebraïcè, *Quicquid dixiſti*; alij, *Quicquid dices, faciam.* quod verſ. 6. opere compleuit. [Deſcenditque in aream, & fecit omnia, quæ ſibi imperauerat ſocrus.] Impletionis autem modus verſiculis ſequentibus ſubditur, & exponitur.

Verſ. 7. Cúmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior.

14. *Boozi cœna non ſolennis, ſed ordinaria.*

Nempe ob cœnam, ſeu epulum ventilatorium vel, vt habent Græci codices, *vannatorium*: nam poſt areæ ventilationem opus eſt vanno, & cribro ad granum à paleis excernendum, & acera repurganda. Non putauerim, hoc rurale epulum fuiſſe ſolenne: exhibitum enim eſt, non poſt finitam proximè meſſem, aut totam ventilationem peractam; ſiquidèm non modicus manipulorum aceruus adhuc in areis adaggeratus iacebat, vbi Boozus cubauit: fuit autem ruralis cœna ordinaria heri, qui ad areæ cuſtodiam cubiturus erat in agro, iuxta ſupra dicta num. 3. [Factus eſſet hilarior.] Hebraicè, *Et iucundum erat ſibi cor eius.* Lxx. interpretes, *Et bonum factum eſt cor eius.* Hæc autem cordis bonitas eſt hilaritas, quæ ſobrietatis modum non exceſſit, quem demonſtrat modeſtus cubitus, caſtitas, prudentia, cautio. [Iſſétque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorũ.] Nimirùm in ipsâ areâ, vbi manipuli aceruati erant, videlicet in extremâ aceruorum parte. Hebræa habent, *in extremo acerui*, quod Pagninus, *in ſummitate acerui*, ambiguè expreſſit. Ecce tibi magnus & opulentus vir in ſtipulâ cubat, ad Lacedæmoniorum inuidiam frugalis. [Venit abſconditè, & diſcooperto pallio, à pedibus eius ſe proiecit.] Pro τὸ *venit abſconditè*, noſter Mariana ex Hebræo legit, *pedetentim*, quietè inquam; & *diſcooperuit pallium*, ſtragulum videlicet quo tegebatur ob nocturnum frigus, ſub dio cubans: & *à pedibus eius ſe proiecit*, iacuit, tranſuersè, ad illius, quos diſcooperuerat, pedes: non quidèm nuda cum nudo, vt obſeruabamus ſuprà n. 10.

Hebræus. Lxx. interp. Hebræus. Pagninus. Mariana.

Verſ. 8. Et ecce, nocte iam mediâ expauit homo, & conturbatus eſt.

15 Serarius. *Ante colloquium cum Boozo Rutha nihil dormiuit.*

Non diu inibi Rutha iacuit, nam illis in locis (vt notauit Serarius) meſſis tempore tam citò contenebrat, neque ante denſiores tenebras, & altum Boozi ſomnum, ad illius acceſſit ſtratum, cùm eam pedes diſcooperientem, & ibi iacentem non viderit, aut ſenſerit. Sanè nihil eam hactenùs dormiiſſe cum interpretibus ſuſpicari liceat: nam cura, ac timor futuri euentus, veroſimile eſt exſomnem reddidiſſe. Cæterùm *mediâ nocte* euigilauit Boozus, non impulſus à Ruthâ vigilante, vt Abulenſis quæſt. 18. exiſtimauit; ne moleſta eſſet ſuauiter dormienti homini, cuius gratiam tunc potiùs ambibat. Sanè grandæuo homini, gnauo, ac minimè ſomnolento breuior ſomnus eſt, Aliquis forſan ſtrepitus, & cura de meſſe à furibus ſeruandâ illum excitauit.

Abulenſ.

16. Serarius.

Expauit homo, & conturbatus eſt.] Quidam apud Serarium quæſt. 6. putant, *pauorem* illum fuiſſe cum *tremore*; alij Græcum verbum, *ecſtaſim* vertunt. τὸ *conturbatus eſt*, Pagninus ex Hebræo vertit, *inclinauit ſe*. Rabbini,

Pagninus. Rabbini.

apprehenſus eſt, vel *ſeipſum complexus*, vel *tetigit*, *contrectauit*, vel *manibus vndequaque circumactis palpauit*. Quæ omnia indicant ingentem conturbationem & ex eâ natum angorem, ſollicitudinem, palpationem, & languefactionem.

Vndè Boozo tantus pauor, tremor, & angor?

Sed vndè natus pauor, horror, tremor, & frequens vndequaque manibus tactio? An quia merè euigilauit è ſomno expergefactus? minimè. Sed quoniam *vidit mulierem iacentem ad pedes ſuos*. Vnde vocula illa *que* (cùm dicitur, *viditque*) quam Pagninus & Lxx. vertunt, *&*, non eſt copulatiua, ſed rationalis; reddit enim rationem, quare Boozus derepentè expergefactus, & ſcius ſe ſolum ijſſe cubitum, in eodem tamen ſtrato aliquem iam ſentiret, quiſnam eſſet neſcius, aut quâ de cauſsâ illùc acceſſerit. Eſt ſiquidèm familiare recèns à ſomno excitatis, ad ſubita, inopinata, & inſperata vehementer expaueſcere.

Pagninus. Lxx. interp.

[Viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos.] *τὸ vidit*, interpretari poteſt, *ſenſit*, ſic Ioſephus: nam viſus pro quouis ſenſu poni, infrequens non eſt in Scripturis Exhodi 20. verſ. 18. & Geneſ. 3. verſ. 6. éſtque. Hiſpano idiomati familiare: Vide quàm ſit hoc frigidum, quàm fœtidum, quàm canorum. Quin & ad obſcuram lunæ ac ſiderum lucem, recte videre potuit feminam eſſe ex muliebri peplo, comâ, facie; internoſcere autem non potuit, quænam eſſet. quâ de re iterùm agetur n. 17.

Ioſephus. *Quomodo Boozus noctu vidiſſe dicatur.*

Chaldæus.

Chaldæus paraphraſtes ſic præfata verba excribit, & exponit: *Et fuit in medio noctis, & miratus eſt vir, & mollificata eſt caro eius ſicut rapum ex tremore:* aſpexit enim ad vſitatam Rabbinis vocem *laphath*, aut *liphtha*, quæ *rapum* ſignificat, quam ad carnis mollitiem ex ſubito expergiſcentis pauore refert: nam homo pâuore exanguis, quodammodò liquefit. Forſan *rapi* ſimilitudinem aptiùs ad colorem, quàm ad mollitiem retuliſſet: nam qui ad ſubita & inopinata præ timore paueſcit, ſimul etiam expalleſcit, aut exalbeſcit à ſanguinis receſſu; quod potiùs quàm mollitiem *rapi* ſimilitudinem vtcúmque referret. Pro *τὸ iacentem*, aliqui Interpretes habent, *dormientem*; ſed *dormire* ſumitur pro *iacere* in lecto ad dormiendum: neque enim crediderim perbreui illo tempore Rutham dormiiſſe.

Verſ. 9. Et ait illi: Quæ es?

17. Cùm verſ. præcedenti de Boozo dictum ſit, *Viditque mulierem*, & nunc interrogarit, *Quæ es?* indubium aliquis exiſtimare poſſet, Boozum priùs cognouiſſe mulierem eſſe, quæ ad illius iacebat pedes in eodem ſtrato, cúmque dubiâ luce mulierem eſſe ſentiret, quænam illa eſſet, minimè cognouiſſe: quare modo interrogat, *Quæ es?* Verùm in Hebræo pro *τὸ vidit mulierem*, tantùm habetur: *Et ecce mulier*, quod non exprimit, an, quam videbat ſeu ſentiebat, mulierem, eſſe mulierem internoſceret: poteſt enim quis ad malignam lucem reipsâ videre mulierem, & non cognoſcere an mulier ſit, an res aliqua animata, aut exanima.

An Boozus cognouerit Rutham, antequam illa loqueretur?

Neque item ex interrogatione ſequenti (*Quæ es?*) in Hebræo ſatis id colligi poteſt, cùm Hebræa vocula, מי *mi*, *quis*, vel *quæ*, verti potuerit Hiſpanè, *quien es?* quod ambiguum eſt ad feminam, & ad virum. Vndè Rabbi Salomon excribit: *Quid tu es?* Non ſatis in alterutram partem inclino, à noſtro ſapientiſſimo Ioanne Maldonato alibi edoctus quod loci exponendi ambiguitas ipſa, aliquandò pars Scripturæ eſt. Verùm quia Chaldæus paraphraſtes habet: *Quæ tu filia mea?* & Vulgatus ait, quòd Booz *vidit mulierem*, & interrogauit, *Quæ es?* non, *quis*, aut *quid tu es?* in eam ſententiam propendeo, quæ cenſet, cognouiſſe, eſſe mulierem, ad ſubluſtrem lunæ ac ſiderum ſub dio lucem, nec cognouiſſe, quænam illa foret. Non tamen aſſentiar Abulenſ. q. 18. qui putat, quòd Vulgatus interpres hîc verba ſcripſit, non quæ Boozus nunc Ruthæ dixit, ſed quæ inuentæ poſteà veritati congruerent: præſtat enim præuaricationis notam Abulenſi quàm Vulgato inurere.

Maldonatus aliàs expenſus. Chaldæus. Abulenſ.

Ego ſum Ruth ancilla tua: expande 18.
pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es.] Grande hinc quidèm apud Commentatores litigium, quid Ruth petierit illâ loquendi formulâ, quæ ſymbolicum quid, ænigmaticum, aut potiùs prouerbiale redolet. Et vt certa ab incertis ſecernamus, nemo eſt adeò ſtolidus ac truncus, qui hactenùs cenſuerit, Rutham his verbis fornicarium poſtulaſſe coitum. Porrò licèt comptior & vnctior acceſſerit ad Boozi ſtratum, & ſub eodem ſtragulo iacuerit; tempúſque ſollicitè captauerit, quandò poſt lautiorem eſum, & largiorem potum res Veneris procliuior eſſe ſolitat, præſertim lenocinantibus ſtupro tenebris; tamen id *propinquitatis* iure exambiiſſe, quia Boozus eius redemptor erat, cui competebat defuncti improlis mariti, & hereditatem adire, & legitimum ſemen ſuſcitare; ridiculum foret ac ineptum.

Nemo eſt, qui fornicariam copulam petiiſſe Rutham exiſtimet.

Idcircò & re ipſâ, & prouerbiali loquendi modo attentiùs explorato, conuenit inter expoſitores, ſibi debitas iure *propinquitatis* nuptias ſimul poſtulaſſe. Exindè (niſi valdè fallor) leue inter commentatores hác ſuper re diſſidium eſt. Nam per illa verba, *Expande pallium tuum ſuper famulam tuam*, aliqui (ſi eorum verba penitiùs conſiderentur) putant, eo modo loquendi primariò petiiſſe tutelam, non quamcúmque, ſed cui maritus eſt vxori obnoxius connubij debito; alij cenſent primò copulam poſtulaſſe, ſed maritalem; denique alij primò petiiſſe nuptias lege ſibi debitas *propinquitatis* iure, & prouerbiali illo loquendi modo, & facto ipſo cubationis ſub eodem ſtragulo, ſignificaſſe non detrectaturam ſoluere quod coniux coniugi debet connubij iure. Itaque auctorum nemo non fatetur, aut poſtulaſſe tutelam maritalem, aut copulam coniugalem, aut legale connubium, quod præſcriptis verbis ſatis cautè, pudoratè ac pudicè expreſſit. Quod etiam adnotauit R. P. M. Ioannes da Silueira, locuples auctor, tom. 1. l. 1. cap. 5. quæſt. 49. Veniamus ad claranda verba, ſymbolico ac prouerbiali nubilo ſubobſcura: de re enim litigium aut nullum, aut perexiguum eſt.

P. M. Siluetr.

Itaque præſcripta Vulgati verba: *Expande* 19.
pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es, Pagninus & Caietanus adſimiliter exponunt. Vatablus, *Expande oram pallij tui.* Mariana ex Hebræo, *Expande alam tuam.* Lxx. interpretes, *Et circumpones alas tuas ſuper ſeruam tuam.* S. Hieronymus in Oſee procemio, *Expande pinnam pallij tui.* Ioannes Iſaac, *Expandas gremium ſuper ancillam tuam.* Chaldæus paraphraſtes

Pagninus. Caietanus. Vatablus. Mariana. Lxx. interp. S. Hierony. Io. Iſaac. Chaldæus.

Digitized by Google

paraphraſtes eandem rem modeſtiſſimè expreſſit: *Vocetur nomen tuum ſuper ancillam tuam, ad accipiendum me in vxorem.* Serarius quæſt. 7. ex Arabico, *Expandas arcanum tuum*, vel *abſconditum tuum.* His præmiſſis huiuſmodi adagialis formulæ ſignificantia, & germanus ſymbolici ſermonis ſenſus, extricandus & expediendus eſt.

Arabicus. Serarius. *Variæ tranſlationes.*

20, Quidam cenſent per hanc *pallij expanſionem* primariò concubitum coitúmve ſignificari, & à Ruthâ expeti, copulam inquam, non inuerecundam & fornicariam, ſed legitimam ac coniugalem, cognationis iure debitam. ita Abulenſis quæſt. 10. neque quidquam aliud intendit re ipsâ, tametſi id pinguiori ſtylo, & verbis non ſatis verecundis exponat. Aſſentiunt aliqui apud Lyranum, & auctor hiſtoriæ ſcholaſticæ, Dionyſius Carthuſianus, & Ioannes Mariana. Itaque τὸ *Expande pallium ſuper famulam tuam*, Hebraicè *expande alam tuam*, Græcè, *circumpones alas tuas ſuper ſeruum tuam*; vel *expandas gremium*, ſeu *arcanum tuum*, copulæ petitionem videtur primariò ſonare; etſi non qualemcumque copulam, ſed coniugalem, dum viri *alam, gremium*, ſeu *arcanum* vel *abſconditum* expoſcat. quò ſpectare videtur veſtium ornatus, & vnguenti lenocinium. Hæc expoſitio in eo mihi valdè diſplicet, quod ante vllam matrimonij mentionem, nimis inuerecundum fuiſſet copulam poſtulare: quod pudicus Booz confeſtim in Ruthâ non ſic magnificè laudaſſet. Copulam itaque tectius petiit, ſed non niſi tanquam aliquid matrimonij contractum conſequens, eiúſque effectum ac ſequelam ad aſſequendum illum finem ſeminis defuncto marito ſuſcitandi, quem ipſa intendebat; ad quem finem comptior, vnctior, & ornatior venit, vt marito quem ambibat, gratior appareret.

Abulenſ. *Quidam apud Lyranum.* Hiſt. Schol. Carthuſ. Mariana. Hebræus. Græcus. *Rutha non primò petiit copulam.*

21. Alij cenſent, quòd huius parœmiæ explicatio eſt, ſuſcipe me in tuam tutelam: & quia mariti eſt fouere & tueri vxorem non ſecus ac proprium corpus, quod pallio ſuo tegit, ideò ad contrahendi matrimonij indicium tranſlata locutio. ita paræmiam exponunt, non Vatablus ex Chaldæo (vt vult Martin. del Rio, Adag. 171.) Sed aliqui apud Vatablum, ipſe inibi Martinus del Rio, Serarius quæſt. 7. Salianus ann m. 2810. num. 31. (vbi aliam etiam interpretationem mox referendam amplectitur) Menochius, & Tirinus. Itaque hi auctores volunt, quòd Rutha Boozum maritum poſtulauit, petitâ eius *alâ*, protectione, defenſione, gremio, fotu, quæ per auium alas ſignificatur, à quibus prouerbij huius originem deducunt. Sic cap. præcedenti verſ. 12. dixit idem Boozus: *Ad quem* (Deum Iſraël) *veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.* & Pſalm. 16. verſ. 8. *Sub vmbrâ alarum tuarum protege me.* Pſalm. 35. verſ. 8. *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt.* Pſalm. 56. verſ. 2. *In vmbrâ alarum tuarum ſperabo.* Pſal. 90. verſ. 4. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Hùc ſpectat Chriſtus Matth. 23. verſ. 37. *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.* Fateor per *alas* in ſacris Bibliis tutelam ac protectionem congruâ metaphorâ ſignificari, ſed ad rem præſentem non valdè idoneâ: quia vniuerſatim protectionem ſonat, & ambiguis verbis, ac per dubias ambages ſumma rei, id eſt, connubium male expetiuiſſet: quod ex iam iam dicendis ampliùs claratur, & roboratur.

Vatablus. Chaldæus. Mar. del Rio Serarius. Salianus. Menochius. Tirinus. *Per pallium, ſeu alam hic non intelligitur protectio maritalis.* Ruth 2. Pſal. 16. Pſal. 35. Pſal. 59. Pſal. 90. Matth. 23.

22. Ego quidèm formulam huius prouerbij, *Expande pallium tuum* (vel *alam tuam*) *ſuper famulam tuam*, aliundè originem petendam arbitror, nempè ex iure connubiali ad eiuſdem thori conſortium. ita Lyranus, Vatablus, Sanctius, Bonfrerius, Cornelius hîc, & Salianus ann. m. 2810. n. 31. Porrò cùm ex matrimonio contracto coniuges habeant ius vtendi eodem thoro ad coniugalem actum, nunc expetit Rutha *expandi pallium*, ſiue ſtragulum, ſtratiue operculum (quod *pallij* nomine hìc intelligitur) quo Boozus operiebatur, ſuper ſe, eodémque cooperiri; ſiue ius ſibi per ipſum dari eiuſdem thori, inito ſcilicet matrimonio, & intra ipſum recipi; à quo, donec ipſe, Boozus matrimonio conſenſum præberet, ipſa excludebatur. Probat Bonfrerius, quia is videtur eſſe ſenſus & mens Vulgati interpretis, cùm vertit *pallium*, etſi *ala* ſit in Hebræo, & Græco, vox autem *ala* aptiùs tutelam ſignificat) Sanè Rutha ſocrus ſuæ iuſſu, ſeſe inſinuauit ſub thori ſtragulum, in quo Boozus cubabat, quod *pallij* nomine Vulgatus expreſſit; ſub idem ergò *pallium* vltrò admitti nunc expetit, id eſt, ad eundem thorum, & connubium ſibi *propinquitatis* iure debitum. Idcircò Vulgatus abſtinuit à voce *alæ*, quæ protectionem explicatiùs ſignificat, & *pallium*, ſeu ſtragulum, aut thori operculum poſuit, quò non tam maritalem protectionem, quàm lecti ſtragulum ſignificaret. Dein vox כנף *canaph* in Hebræo, & Græca πτερύγιον, pro quâ *alam* excribunt LXX. Interpretes, non ſignificat *alam* hominis, quâ metaphorâ intelligi poteſt protectio, ſed *alam*, ſeu oram *pallij*, ſeu ſtraguli: ſi quidèm perſæpè extrema ora veſtimenti *ala* appellatur. Et ſanè cùm de re vxoriâ ſermo eſt in Bibliis, in hâc acceptione *ala* accipitur. Deuter. 22. v. 30. *Non accipiet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit operimentum eius*, Hebraïcè, *alam patris ſui.* Et cap. 27. v. 20. *Maledictus qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius*, rurſùs in Hebræo habetur, *reuelat alam patris ſui.* Quod autem *ala* ſignificet *oram pallij*, probat Martinus del Rio Adag. 171. ex 1. Reg. 24. v. 4. & Aggæi 2. v. 15. Ecce tibi *ala* ſumitur pro ſtragulo, ſeu *pallio*, aut thori *operimento*, non pro tutelâ, aut protectione. Indè Vatablus habet *oram pallij*, & Hieronymus, *pinnam pallij.* Itaque Rutha, quæ ſub idem cum Boozo *pallium*, ſeu thori ſtragulum iacebat, cùm iure propinquitatis expetit, vt Boozus vltrò ad illam extendat *oram*, aut *pinnam pallij*, vel ſtraguli, aut operimenti, petit ius ad eundem thorum, quæ eſt honeſta matrimonij petitio. Quod perſpicuè pariter ac modeſtè expreſſit Chaldæus pulchrâ paraphraſi: *Innocetur nomen tuum ſuper ancillam tuam*, nempè vt dicaris maritus meus, vt ego dicar vxor tua, appeller Rutha Boozi, quemadmodùm vocatur Hectoris Andromache, Martia Catonis, Calphurnia Cæſaris. Sicut Iſaiæ 4. v. 1. *Tantummodò innocetur ſuper nos nomen tuum, aufer opprobrium noſtrum.* Hiſpanè *llaménme la de fulano.*

Lyranus. Vatablus. Sanctius. Bonfrer. Cornelius. Salianus. *Rutha per expanſionem pallij expetit admitti ad eiuſdem thori conſortium.* Bonfrerius. Hebræus. Græcus. Deutero 22. & 27. Mar. del Rio 1 Reg 24. Aggæi 2. Vatablus. S. Hierony. Chaldæus. Iſaiæ 4.

23. Notat Lyranus apud Hebræos fuiſſe nuptialem conſuetudinem, vt ſponſus contrahens

Lyranus.

ſponſalia, veſtis extremum imponeret ſponſæ. Sed vellem cum del Rio, quòd hunc morem Lyra probaſſet. Addit hîc Sanctius, vt Ruthæ factum excuſet, & honeſtet, ideò eam ſub eodem cum Boozo iacuiſſe ſtragulo, quia illud audierat ambiendi matrimonij debiti ſignum eſſe legitimum; & quia ille defuncti mariti *propinquus* eſt, orare ſe, quod lex iubet, id voluntate vt faciat, & expanſo ſtragulo, ſeu thori *pallio* iuxta patrium morem id ſe facturum ſpondeat, aut feciſſe ſignificet. Verùm nunc etiam vellem, vt vir eruditiſſimus hunc fuiſſe legitimum contrahendorum ſponſalium morem alicundè probaret. Sanè quaſi inuſitatum, nec ſpecie tenus ſatis pudicum, paſſim auctores mirantur, & ad Dei inſpirationem confugiunt, vt factum excuſent. Quale enim eſt, vt (cùm aliæ viæ ſuppetunt magis planæ & honeſtæ) vidua mulier vnctior & comptior in viri thorum clam irrepat, non rarò paſſura repulſam? τὸ *propinquus*, excitibitur *redemptor*, vt ſuprà.

Rio ſuprà. Sanctius.

Reijcitur Lyra, & Sanctius.

Verſ. 10. Et ille: Benedicta, inquit, es à Domino filia.

24. Ruthæ factum vſque adeò ab inſolentiâ, aut impudicitiâ abfuit, vt Boozum meruerit laudatorem, & eximium encomiaſtem, Boozum inquam, ſapientiâ, probitate, prudentiâ, & caſtimoniâ prælustrem. Et quia videri poſſet Rutha in eius thorum clam irrepens, minùs pudicè egiſſe, poſtquam cuncta à Deo proſpera illi precatus eſt, illius quoque eximiam pudicitiam deprædicat, aiens: [Priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti, quia non es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites.] Duo ſcilicet in Ruthâ Boozus nunc prædicat, & in iuuenili viduitate caſtimoniam, & fidelem amorem erga maritum, tam viuum, quàm vitâ functum. Fuit enim eximiæ continentiæ documentum, quòd neque dudùm in patriâ, neque nunc in Iudæâ ætate ſibi ſuppares iuuenes in matrimonium quæſierit. Quæſierit autem potiùs mariti defuncti *propinquum*, etſi grandæuum, & ætate diſparem; indè perſpicuè apparet, non tam ſibi conſulere ſtuduiſſe, quàm marito defuncto, ne illius nomen in ſuâ familiâ penitùs deleretur. Itaque prior Ruthæ miſericordia, ſeu beneuolentia erga Mahalonem coniugem fuit, eum peramanter dilexiſſe, & obſequenter coluiſſe viuentem, vt decuit matronam honeſtam. Sed poſt eius mortem eius beneuolentia prænituit, ſiquidèm poſtquam iuſta coniugi defuncto perſoluit, nurum Noëmi aluit, & charæ patriæ ac cognatione valedicens, contempſit in Moabitide iuuenum connubia, & viri grandæui nuptias ſic ſollicitè ambit, vt marito ſuo ſemen excitet, ne eius nomen in ſuâ extinguatur familiâ, quod magni beneficij, pietatis, ac miſericordiæ loco habebatur.

Quare Ruthæ factum Boozus laudauit.

Verſ. 11. Noli ergò metuere, ſed quidquid dixeris mihi, faciam tibi.

25. Ambigere potuit Rutha, an fortè Boozi animus foret à nuptiis alienus, atque illam vt potè ex Moabitico genere Iſraëlitis exoſo, re inopem, omnique auxilio deſtitutam, ducere nollet; cùm ſtatim non reſpondiſſet ad illius votum. Ergò his verbis ambiguitate, & indè repulſæ metu eam eximit. [Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.] Priorem illam ſententiam, *Scit omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ*, accepit Vulgatus interpres ſynedochicωs, vt intelligatur vniuerſa ciuitas, ſeu quicquid intra portas ſuæ vrbis continetur. Vndè Pagninus habet, *Scit tota ciuitas populi mei.* Lxx. Interpretes, *Nouit vniuerſa tribus populi mei.* Hiſpanè, *es coſa ſabida en toda la ciudad.* Verùm quia Hebraicè habetur, *Scit omnis porta populi mei*, quia ad portas erant fora, & fiebant conuentus, inde putat Mariana ſignificari per *portam* conuentuū multitudinem, apud quam Rutha erat in laude. Quare nonnulli apud Vatablum non rectè vertunt, *Scit vniuerſus Senatus popularium meorum*, quibus fauet Chaldæus paraphraſtes, qui habet: *Nam manifeſtum ante omnes ſedentes portæ Sanhedrim magnæ populi mei*, nempè iudices, ac Bethlehemiticæ vrbis primores.

Apud quos erat in laude Ruth. Pagninus. Lxx. interp. Hebræus. Mariana. Vatablus. Chaldæus.

Mulierem te eſſe virtutis.] Hoc eſt, probam, virtute præditam, gnauā, ſedulam, fortem, ſtrenuam, quod Hebræum חיל *chail* ſignificat, nempè viraginem, id eſt, maſculam virtute feminam. Quare Lxx interpretes apud Cornelium habent, *Mulierem potentem*, ſeu *virilem*. Neque putauerim per τὸ *virtutis*, non ſignificari etiam animi habitum ad rectas actiones inclinantem: nam cap. ſequenti v. 11. vbi dicitur, *Vt ſit exemplum virtutis*, pro virtute ſeu probitate accipitur eadem Hebræa vox: & ſimiliter Pſal. 83. v. 8. *Ibunt de virtute in virtutem.* Accinit Chaldæus paraphraſtes: *Manifeſtum eſt quòd mulier iuſta tu, & eſt in te virtus ad aſpiciendum lucernam præceptorum Domini.* Quæ verba probitatem etiam, ac religionem ſonant. Aduerte, hunc modum loquendi, *mulier virtutis*, eſſe Hebrææ linguæ idiotiſmum. Hebræi enim loco adiectiui abſtractum in regimine ponunt, ſcilicet templum ſanctitatis, id eſt, templum ſanctum; vir fortitudinis, hoc eſt, vir fortis, &c. 26.

Lxx. interp. Cornelius. Ruth 4. *Rutha dicitur mulier proba, ſtrenua, virilis.* Pſal. 83. Chaldæus.

Verſ. 12. Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior.

Scitè hîc obſeruat noſter Iacobus Bonfrerius, non indè colligi, illum alterum arctiori conſanguinitatis gradu coniunctum cum Mahalone fuiſſe: certus enim debuit eſſe ordo in æquali etiam gradu. Accidere enim ſæpè poterat, vt mariti ſine liberis defuncti, plures eſſent in æquali conſanguinitatis gradu, putà fratres, patrueles, &c. Conſule eundem Bonfrerium in Deuter. cap. 25. verſ. 5. Ergò debuit primò offerri matrimonium ei, qui propinquiori gradu, aut potiori eiuſdem gradus ordine, erat defuncto marito coniunctior, cui iure propinquitatis competebat bona defuncti cum eius vxore accipere, ad illius ſemen in illâ familiâ ſuſcitandum. Quærit hîc Sanctius cum Abulenſi, an Ruth teneretur maritum quærere ex defuncti Mahalonis familiâ, etiam ſi frater non eſſet: & an etiam propinquus, qui non erat frater, teneretur lege ſuſcitandi ſeminis defuncto ſine liberis cognato. Quā de re commodiùs agetur ad cap. 4. in Commentario litterali. §. 242. à num. 10. 27.

Bonfrerius. *An ille propinquus eſſet in communiori conſanguinitatis gradu?* Deuter. 25. Sanctius. Abulenſis.

Verſ. 13.

Digitized by Google

Verſ. 13. Quieſce hâc nocte, *id eſt,*

28. Dormi hâc ſpe ſecura, citò enim, hoc eſt, ſequenti die negotium abſoluetur. [Et facto mane ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, benè res acta eſt: ſin autem ille noluerit, ego te abſque vllâ dubitatione ſuſcipiam] Lxx. Interpretes, & Hebræus textus: *Si redemerit te, bonum, redimat: ſi autem noluerit redimere te, redimam te ego.* Mirum non eſt eum appellari *redemptorem*, cui ob propinquitatem ius eam redimendi, ſeu vindicandi competebat. [Benè res acta eſt.] pro his omnibus verbis Hebraicè tantummodò habetur טוב *tob*, id eſt, bonum, nempè bonum eſt, ſeu benè eſt. ita Hebræi, Græci, & Chaldæi codices, vt mirum ſit aliquos ex Rabbinis nomen *tob*, non quaſi appellatiuum, ſed tanquam nomen illius propinqui próprium vſurpaſſe, aientes: *Salmon, Elimelech, & Tob fratres fuerunt.* Nugæ.

Lxx. interp. Hebræus. *Tob non eſt nomen proprium, ſed appellatiuũ.* Hebræus. Græcus. Chaldæus. Rabbini.

Verſ. 14. Dormiuit itaque vſque ad noctis abſceſſum.

29. In Hebræo eſt, *Vſque mane*, nempè donec diluceſcere inciperet, id eſt, ad primum exortum auroræ. Vndè ſubditur: *Surrexit itaque* Ruth *antequam homines ſe cognoſcerent mutuò.* [Et dixit Booz: Caue ne quis nouerit quòd hùc veneris.] Vox illa *Booz* non eſt in Hebræo, ſed peritè eam Vulgatus, & Lxx. interpretes ſuppleuerunt, ne τὸ *ſurrexit*, ad Rutham, quæ proximè præceſſerat, referatur. In Latino ad narrationis perſpicuitatem opus fuit huius ſupplementi cautelâ non in Hebræo, vbi τὸ *Surrexit*, eſt verbum femininum, & ſic referendum ad Rutham; verbum autem *dixit*, maſculinum eſt, quare neceſſe eſt, vt eius ſuppoſitum ſit Boozus. Etſi liquidò conſtat, quòd Boozus dixerit, *Caue ne quis nouerit quòd hùc veneris*, Chaldæus paraphraſtes cenſet, à Boozo id dictum ſuæ familiæ, non Ruthæ; *Dixit*, inquit, *pueris ſuis*. Lxx. interpretes, & Hebræus ambiguè rem denarrant: *Non ſciatur quòd venerit mulier ad aream.* Verùm ex circumſtantiis ſatis conſtat non alteri quàm Ruthæ Boozum dediſſe hoc mandatum. Alioqui ſi id reſciuiſſent famuli, etſi impoſito rei ſilentio, quamfacilè rumuſculus foràs prodiiſſet: à domeſticis enim ſilendus rumor citiùs in vulgus prodire ſolitat. Profectò ſi famuli tunc adeſſent, illi potiùs quàm herus ſex illos hordei modios metirentur. Sanè Boozus hâc ſecreti cautelâ,& ſuæ, & mulieris famæ prudenter conſultum voluit. Eò enim ſollicitiùs ſeruandum erat ſecretum, quò homines ad ſiniſtram ſuſpicionem procliuiores ſunt; nec hactenùs conſtabat, an ille alter propinquus eam eſſet acceptutus, quem fornicationis ſuſpicio cum Boozo valdè retardaret. Itaque Vulgatus interpres attentis rei circumſtantiis fidelius ſenſum expreſſit.

Hebræus. Lxx. interp. *Rutha, non famulis ſilentium Boozus indicit.* Chaldæus. Lxx. interp. Hebræus.

Verſ. 15. Et rurſùm: Expande, inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtráque manu.

30. Noluit beneficus Boozus Rutham mittere vacuam ad ſocrum ſuam: ſed alio etiam pignore ipſius roborare ſpem de re ſollerter gerendâ. Scitè obſeruat Serarius hîc quæſt. 4. & 7. *pallium* eſſe generale vocabulum. Et quidèm in comperto eſt apud expoſitores, quòd hîc in Hebræo non eſt illa vox, quæ alibi voci *pallium* reſpondere in Bibliis ſolitat. Hæc enim vox מטפחת *mitpachath* nullibi in Scripturis inuenitur, niſi in hoc loco, vbi *pallium* vertit Vulgatus, & Iſaiæ 3. verſ. 22. vbi *linteamina* excripſit, ita etiam Io. Iſaac, Vatablus, & Pagninus, *Linteum*; Pentapolitanus Nonnus, *linteum*, ſeu *velamen*; Chaldæus, *ſudarium*; Lxx. Interpretes, ſicut & Vulgatus hîc, *pallium* habent; Lutherus, *mantellum*; Druſius, *peplum*; poſteà, *ſuccinctorium muliebre, quod & ſemicinctium*; Biblia regia, *cingulum quod ſuper te.* Per hoc *pallium*, Sanctius intelligit *peplum*, quo honeſtarum mulierum caput velatur: quare Vulgatus habet, *Pallium tuum quo operiris.* Bonfrerius verò per *pallium* hîc minimè intelligendam putat veſtem è craſſiori villo aut lanâ contextam, quæ à capite propiùs corpori applicari ſolet; ſed extimum ſubligaculum, ſeu ventrale antependulum (Hiſpanè *delantal*) quod plerumque è lino, aliquandò è panno mulieres geſtare ſolent, eóque circumcingi: illud enim aptum erat ad hordeum excipiendum,& etiamnum huiuſmodi ventrali nihil non mulieres exemptè recipere, & circumferre ſolent, raro, aut nunquam in peplo, aut pallio quod caput operit. Hæc ſanè interpretatio videtur aptior, quam generalis vox *pallium* idoneè ad rem nũc amplectitur, & cui plures excriptiones fauentiùs adſtipulantur. [Et tene vtraque manu.] Hoc non eſt diſertè in Hebræo, ſed *Da pallium quod ſuper te, & tene in eo.* Quaſi dicat: Mecum tene, tu ex vnâ parte, ego ex alterâ: & quoniam Boozus non ſolùm metiebatur hordeum, ſed etiam ex alterâ parte *pallium*, ſeu ventrale antependulum extendebat, & tenebat, ideò neceſsè fuit, illud Rutham vtraque manu tenere, & aptare quod expreſſit Hieronymus.

Serarius. *Pallium hic ventrale antependulum ſignificat.* Iſaiæ 3. Io. Iſaac. Vatablus. Pagninus. Pentapolit. Chaldæus. Lxx. interp. Lutherus. Druſius. Bibl. regia. Sanctius. Bonfrerius. Hebræus. S. Hierony.

31. Menſus eſt ſex modios hordei.] Lxx. interpretes: *Et menſus eſt ſex hordeorum*, haud dubiè *menſuras*; eas Pagninus expreſſit, etſi in Hebræo non habeantur. Sed quæ eſt hæc *menſura?* Lxx. per *menſuram* abſolutè poſitam ſatum intelligunt, cùm Exhodi 16. v. 36. & Iſaiæ 5. verſ. 10. pro *ephi*, quod tria ſata continet, τρία μέτρα, id eſt, tres menſuras, ponant. Chaldæus hîc non tres menſuras, aut modios, ſed ſex hordei ſata. Porrò ſex *menſuræ*, aut ſex *ſata*, aut ſex *modij* (perindè enim eſt) hordei duodecim celemines Hiſpanos continent, ſcilicet vnam hordei fanecam menſus eſt Ruthæ Boozus, quam benè poterat ſibi præſertim portare femina ſpicilegio adſueta, & labori diu ſedula: & quæ nuper verſ. 11. dicta eſt, *mulier virtutis*, id eſt, *potens*, ſeu *virilis*, vt ibidèm num. 26. adnotabamus. Hordeum autem leuioris ponderis eſt quàm triticum. Non morabor hîc eos qui cenſent, *ephi* eſſe menſuram minorem ſato aut modio: neque eos, qui in Hebræo *hordeum* non legunt; ſed putant ideò additum, quia pridie ventilatum fuit in illâ ipsâ areâ. Conſule Bonfrerium hîc. Notat Sanctius hîc num. 22. hordeaceos panes maiori in pretio fuiſſe apud Hebræos, quàm apud Hiſpanos, & reliquos Europæos; adeò vt non modo illis veſcatur inops

Lxx. interp. Pagninus. Exhod. 16. Iſaiæ 5. Chaldæus. *Boozus Ruthæ dedit vnam hordei fanecã.* Hîc verſ. 11. Bonfrer. Sanctius.

Digitized by Google

turba, ſed etiam diuitum, ac nobilium menſæ
4. Reg. 4. panibus hordeaceis adornentur. 4. Reg. 4. v. 42.
Hordeacei panes apud Hebræos erant maiori in pretio, quàm apud Europæos. Oblati ſunt Eliſæo honoris & ſuſtentationis
gratiâ hordeacei panes. [Et portans ingreſ-
ſa eſt ciuitatem.] Cùm in Hebræo non mute-
tur ſuppoſitum, & pro *τὸ ingreſſa eſt*, ſit verbum
maſculini generis; Chaldæus paraphraſtes ha-
Chaldæus. bet, *Et ingreſſus eſt Booz in vrbem.* Sed quo-
modò ſubditur, *Et venit ad ſocrum ſuam*? &
multa alia ibi narrantur, quæ non Boozo, ſed
Ruthæ conuenire poſſunt. Sanè apud Hebræos
frequens eſt per enallagem, generum mutatio:
& maſculinum genus feminis tribuitur, cùm
actionem exercent virilem, qualis fuit vnius fa-
Pagninus. necæ portatio. Quare Pagninus etſi verbi ma-
ſculinum genus inuenit, illud in femineum mu-
tauit, &, *ingreſſa eſt*, ſapienter excripſit.

Verſ. 16. 17. *&* 18. Quid egiſti filia?

32. Hebræus. Hebraicè habetur: *Quæ es tu filia mea?* ſic Va-
Vatablus. tablus, & Chaldæus. Exindè aliqui apud eun-
Chaldæus. dem Vatablum in notis, putant, quòd fieri po-
tuit, vt ſocrus non viderit eam, donec aperue-
rit ei fores: alij, quia non ſatis diluxerat, ideó-
S. Hierony. que interrogaſſe, quænam eſſet. Aptiùs Hie-
Lxx. interp. ronymus, & Lxx. Interpretes ex Hebræo vertũt,
quid, non *quæ*, vt in Hebræo מִי *mi* ſit poſitũ pro
מָה Vndè à ſocru, familiari peramanter voce
compellatur, *filia mea*, quaſi iam eam agnouerit.
[Donec videamus, quem res exitum ha-
beat.] Hebraicè, *Donec cognoſcas quomodò ca-*
Quid ſit cadere verbũ. *det verbum.* Indubium eſt *verbum* hîc vſurpari
pro re aut negotio, ſicut alibi paſſim. Verùm
Lxx. interp. Lxx. interpretes negationem addunt: *Quoad*
tu cognoſcas quomodo non cadet verbum. quaſi
cadere verbum hîc ſit, caſſum & inutile fieri, &
effectu ſuo fruſtrari, quod minimè futurum ſuſ-
picatur Noëmi. Sæpè *τὸ cadere verbum* in hoc
ſenſu accipitur in Scripturis; neque is ſenſus eſt
alienus à verbis quæ ſubdit: *Neque enim ceſſa-*
bit homo niſi compleuerit, quod locutus eſt. Sed
potior eſt prior ſenſus, & Vulgato conformior.
Hebræus. [Niſi compleuerit.] Hebraicè, Græcè, &
Græcus. Chaldaicè additur *hodie.* quaſi illâ ipſâ die quæ
Chaldæus. promiſerat Boozus, impleturus eſſet.

§. CLXXXV.

Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glo-
rioſa Iuſtorum ſuperbia.

1. QVid mirum ſi durè generoſos ſpiritus Deus
tentat: numquam virtutis molle docu-
mentum eſt. Verberat nos & lacerat fortuna.
Multa patimur toleratu acerbiſſima. Non eſt
ſæuitia, certamen eſt: quò ſæpiùs adierimus,
fortiores erimus, & è peruerſo alacriores. Mi-
ſeri tibi videntur? Nil miſerũ eſt, quod in natu-
ram conſuetudo perduxit. Paullatim enim vo-
luptati ſunt, quæ neceſſitate cœperunt. Plus
territat calamitas, quàm nocet. Fulgur eſt ſine
fulmine; oculos ſine ictu perſtringit. Plus mi-
Vir bonus ærumnarum minas alacritate deludit. nis concutit, minùs ferit. Pro ipſis ergò bonis
viris eſt, vt eſſe interriti poſſint, multùm inter
formidoloſa verſari, & æquo animo ferre, quæ
non ſunt mala, niſi male ſuſtinenti. Benè tri-
bulationes ſuſtine, & aduerſam fortunam in
proſperam refinxiſti. Non de mendicitatibus
Stoici ſtuporis micas magnanimæ alacriter to-
lerantiæ expetimus; ieiuna eſt ſecularis eruditio,
verba propinat rei exucca, quibus virtus mar-
cet: de cæli potiùs gymnaſio, ſubeundæ ſtrenuè
calamitatis doctrina ſaginanda eſt, quâ animus
ad alacrem ærumnarum tolerantiam adipetur;
ne conſternatur minis ineluctabiliter ingruenti-
bus, ſed eas potiùs alacritate deludat, & in con-
trarium vertat, inde ſublimiter auctus, vndè iam
propè obrutus credi poterat. quæ eſt huius §.
theſis.

Contumacia ſuadenda non eſt, edomanda eſt, 2.
frangenda eſt. Sic Moyſes Exhodi 9. præduram
Pharaonis obſtinationem tundere adnititur:
Extenditque Moyſes virgam in cælum, & Do- Exhod. 9.
minus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcur- v. 24.
rentia fulgura ſuper terram: pluitque Dominus
grandinem ſuper terram Ægypti. Licet hæc
naturalibus cauſſis proueniant, ſæpè tamen Nu-
mine irato cauſſas illas ordinante & acuente,
graſſantur atrociùs. Hæ itaque ignitæ exhala-
tiones ſeu fulgura, quæ nubes cum grandine
euomebant & detorquebant, coruſcando, v-
rendo, liquando, diuidendo, diruendo, obuia,
quæque, noxam grauiſſimam dederunt Ægy-
pto. Sed quid eſt, quòd dum atrocior densè
grando è nubibus torquetur, crebris fulguribus
minaciter intermicans, *pluuia* nominatur? Au-
diendus eſt inibi Stephanus apud Tilmannum, Stephanus.
ſic eleganter fatus: *Pluit Dominus grandinem.* Pſal. 134.
Pluuia ſuauis eſt, inquit, *grando contundens.* v. 7.
Et Deus ipſâ ſuâ ſanat percuſſione, & nutrit. Pſalm. 32. v. 19.
Vndè fulgura in pluuiam fecit. Fulgur vrit, plu- *Deus fulgur*
uia nutrit: quia ipſa tribulatio nutrit. Nam & *exurens in*
fame corporis Deus animam paſcit. vndè: Et alat *ſuauem plu-*
eos in fame. Ignis ergò & grando mixta pariter *uiam facit,*
ſunt: quia dum Deus hominem punit, & ſignum *quâ ſuos nu-*
amoris ſui impendit. In igne enim feruor diuini *trit.*
amoris exponitur. Moraliſſimè quidem Stepha-
nus. Sanè licet *pluuia* ſuauis blanda, lenis, ac
fœcunda ſit, & ad quam terræ vota hianter ſuſ-
pirant; & rigida grando terram verberet, & a-
trociter contundat, & admixtis fulgurum flam-
mis exurat; manus Domini percuſſione mede-
tur, qui *fulgura in pluuiam fecit. Fulgur vrit,*
pluuia nutrit; ſic Deus vrendo nutrit, dum ve-
lut è peruerſo auxiliatur, & tribulationum flam-
mis vberiùs fœcundat. Scilicet de tribulationis
ſæuitiâ, putabas grandine acerbiùs tundi, & ful-
guris ignibus exuri; & tamen excuſſâ vrendi a-
cerbitate, atque ariditate vſtionis, *pluuiâ* velut
rore mades, *pluuiâ* nutriris ad virtutũ ſaginam,
pluuiâ fœcundaris, quò omnes in te ſanctitates
floreant, vernent, autumnent. Ne ſæuas gran-
dinum minas timeas, quarum contuſio, medi-
cina eſt, & floridus virtutum prouentus, liuoris
è diuerſo ſtipendium. Sic, ſic, inquam, benè
tolerantibus *pluit Dominus grandinem*! ſic ſpi-
rituales delicias acerbitatibus condit ſapore vir-
tutis.

Numerorum 11. ſacer Hiſtoricus de pane illo 3.
Angelorum, ſiue Manna, ita ſcribit: *Circuibat* Num. 11.
populus, & colligens illud, frangebat molâ, ſiue v. 8.
terebat in mortario, coquens in ollâ, faciens ex
eo tortulas. Quid eſt, quòd Manna, vt omnis
ſaporis ſuauitatem cuique ad palati guſtum ex-
hibeat, priùs frangendum erat, terendum, &
igne coquendum, & ſubigendum in tortulas?
Subtiliter

Digitized by Google

Balduinus.
Ierem. 1. v.13.

Subtiliter Balduinus, locuples auctor apud Tilmanum ibi, ſuper hâc re ſic ethicè philoſophatur: *Terebat populus in mortario, Manna coquens ollâ. Eſt olla tribulationis, de quâ Ieremias dicit: Ollam ſuccenſam ego video. In ollâ autem tribulationis per ignem paſſionis Manna coquitur, quandò bonum quod in bonis eſt, inter mala quæ patimur, magis magiſque ſolidatur. Quod tunc quidèm fit cùm Deus inter flagella magis diligitur.* Itaque Manna, Manna, inquam, illud, habens omnem ſaporis ſuauitatem, Angelici panis vocabulo opimatiſſimum, & de omnium ſaporum ad nutum blandimento, arcanè obſequentiſſimum; priùs frangendum molâ, priùs terendum piſtillo, priùs coquendum in ollâ erat, vt ſaporem explicaret aut affricaret ſuum. *In ollâ tribulationis per ignem paſſionis Manna coquitur, quandò bonum quod in bonis eſt, inter mala quæ patimur, magis magiſque ſolidatur.* Hem! condimentum ſapidiſſimi Manna, tribulatio eſt? Intactum à paſſione deſipit Manna, quod fractione, contritione, *igne tribulationis* & *paſſionis* ſapit? O magnum ærumnarum ſacramentum! Mannæ ſapor ineffabiliter arcanus tribulationis ſtipendium eſt? Heu, ſæpè nobis deſipit Manna Euchariſticum, & virtutum exercitium videtur inſulſum, & nauſeam mouet, quia illud tribulatio patienter tolerata non condit; & ad ſaporis ſuauitatem è diuerſo erudit! ô tribulationem puta, exquiſitum Mannæ cæleſtis condimentum, ſine quo in aliũ ſaporem inſulsè degenerat! *In ollâ tribulationis per ignem paſſionis Manna coquitur:* alioquin illud crudũ eructas.

In ollâ tribulationis per ignem paſſionis Manna coquitur, & conditur.

4. Familiare cum Deo commercium, & indiuiduum cum eo conſortium, boni viri vota occupat, & pectus votiuè implet. Sed qui neſcit vndè Deus ad eum veniat, & vndè ad eum vadat, vt dulciſſimo Dei conſortio fruatur. Audi Moyſen Deuteronomij 33. *Dominus de Sinaï venit & de Seir ortus eſt nobis.* S. Auguſtinus hæc propheticè ad litteram de Chriſto intelligit. Sina enim, inquit, Hebraïcè idem eſt quòd tentatio. Venit ergò Dominus, putà Chriſtus ex Sinâ, id eſt ex tentatione paſſionis & mortis. Verùm inibi Stephanus ad rem accommodatiùs locum exponit: *Dominus de Sinâ venit. Sina,* inquit, *interpretatur tentatio, per quod deſignatur tribulatio, in quâ Dominus electos viſitare conſueuit.* Ecce tibi vndè Chriſtus ad animam venire dicatur, vt illam viſitet, illi adſit, & præſentiæ ſuæ ſolatio recreet. Putabas audire, quòd de empyreâ cæli ſui gloriâ venerit; dicitur autem venire de ſuæ paſſionis ac mortis tentatione; & de tribulatione quam anxiè pateris, ad te anxium, ærumnoſum, tribulatum. Propè erat tribulato, qui ait, *Cum ipſo ſum in tribulatione:* & de ipſâ tribulatione ad tribulatum venire dicitur, vt eum viſitet, ei adſit, eumque ſumptuoſiùs conſoletur. *Dominus de Sinâ,* (id eſt, *tribulatione*) *venit, in quâ Dominus electos viſitare conſueuit.* De tribulatione venit ad nos glorioſus, qui nos de tribulatione, ad beatæ gloriæ ſuæ coronam euocat: *Veni,* inquit, *de Libano ſponſa mea, veni: coronaberis de capite Amana, de monte Seir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* De tribulatione venit vt repleat gaudio, qui ad æternum gaudium de tribulatione venire facit.

Deutero. 33. v. 2.
S. Auguſtin.
Stephan. apud Tilmann. ibi.
Deus de tribulatione ad tribulatum venire dicitur.
Pſal. 90. v. 12.
Cantic. 4. v. 8.

Prouerbiorum 8. diuina Sapientia ſic clamat Salomonis ore: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Porrò ſapientiam parare ſibi gloriam & opes liquet experientiâ. Hæc autem ſententia ſignificat non quid ſemper accidat: videmus enim multos ſapientes probóſque viros eſſe inglorios & pauperes: ſed quid ſæpè fiat, factumque ſit, præſertim in veteri Teſtamento, vbi Deus Iudæis, ſi legi & virtuti ſtuderent, promiſerat opes temporales, felicitatem & gloriam terrenam. In nouo verò Teſtamento ſapientibus, id eſt, probis, qui ſtudent mundi contemptui, paupertati, humilitati, & patientiæ in duris calamitatibus, Chriſtus promittit opes ſpirituales, gloriámque æternam in cælis. Ceterùm epitheton illud *ſuperbæ*, cum dicitur, *opes ſuperbæ*, & ſi nihil vitio confine ſignificet, cùm ſuperbiam ſonare videtur, non ſine magnâ emphaſi à Salomone apponitur. Quænam eſt hæc *ſuperba* opulentia, & arcana *gloria* in lege Euangelicâ promiſſa? Tota in abiectiori humilitate, & calamitatum patientiâ eſt, & velut aliquis *gloriæ* faſtus, & *ſuperba* opulentia illi promittitur? Vverricus apud Tilmannum indidèm, ſic profundè locum elucidat: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, Superbia iſta,* inquit, *eſt gloria exultantium in Domino, & inſultantium mundo, quòd nihil habeat tam pretioſum, vt paupertati valeat comparari Sanctorum. Superbiam iſtam non damnat, ſed remunerat Magiſter humilitatis. Omninò diues es, ſi in paupertate gloriaris.* Luculenter ſanè magnus hic Doctor, & morum magiſter! Nimirùm paupertas miſeriarum fœcundum conceptaculum eſt, & tribulationum ſeminarium: ergò *opes ſuperbæ*, quæ his miſeris promittuntur, eſt quædam *gloria* ſeu gloriatio in humili calamitate, quæ *ſuperbiam* piè redoleat. Sic enim vir ſapiens & probus in egeſtate & miſeriâ hilareſcit, ouat, triumphat, vt quaſi opulentus, felix, & glorioſus *ſuperbire* videatur. Hæc *ſuperbia*, generoſum humilitatis auctarium eſt, & patienter toleratæ calamitatis nobile ſtipendium.

5. Prouerb. 8. v. 18.
Exultatio in calamitatibus, glorioſa quædam ſuperbia dicitur.
Tilmann.

Denique illud Prouerbiorum 14. *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat,* ſic inibi ſæpè aduocatus Galfridus exponit: *Infelix mixtura eſt, ſi materia lugubris fallacem ſibi inducat formam gaudiorum, & effectum lætitiæ cauſſa triſtis vſurpet. Et luctus ſanè non mixtus mixti occupabit extrema: quod verò extremum fuerit, erit æternũ.* O time merâ mundi felicitatẽ, in quâ exultim gaudes: formâ habet gaudij, ſed mentitâ & fallacem calamitoſo inceſſanter luctu funeſtè miſcendâ. *Cauſſa triſtis* eſt, quãuis lætitiæ ſpeciẽ præferat: malè ergò *effectũ lætitiæ vſurpat.* Niſi tũc triſteris, male tibi ominarum puta: æternâ ſiquidèm triſtitiâ miſcebitur. Exulta in tribulatione, in orbitate, in penuriâ mundi; iſtâq; adinſtar Rutha ambi, vt cũ illâ per tot obſtantia pergas ad Deũ. Qui ſic cum Ruthâ pertexerit, & verâ Terram promiſſionis, & perpetuam requiem ac lætitiâ inueniet. Hæc, hæc, inquam, quandò miſerâ paupertate, & æſtuante ſpicilegij labore magis angebatur, de Boozi ore læta audit, Dei alis peramanter foueri. Quare non ſollicitudo Noëmi, ſed ipſius Ruthæ calamitas ſtrenuè tolerata, illi *requiem quæſiuit*, & inuenit.

6. Prouerb. 14. v. 13.
Galfridus.
Luctus non mixtus mixti occupabit extrema.
Hîc verſ. 1.

Digitized by Google

§. CLXXXVI.

Acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat.

Grandius malum eſt, quod ſub aſpectu boni latet.

1\. GRandius malum eſt omne, quod ſub aſpectu boni latet: nam obiecta bonitatis ſpecies, ſubdolam malitiam ſecurè defendit. Profectò nullæ ſunt occultiores atque nocentiores inſidiæ, quàm quæ occultantur in ſimulatione officij, aut in aliquo celſitudinis nomine, aut in quodam oppanſæ virtutis titulo. Sontes aſylum quærunt, innocentia ſatis in conſcientiæ ſacrario tuta eſt. Sanè eum qui palam eſt aduerſarius, facilè cauendo vitare poſſis; & Troianos equus idcircò fefellit, quia formam miſericordiæ mentitus eſt. O caue à vitio, quod virtus penicillo bonitatis colorare videtur.

2\. 1. Regum 24 in deſerto Engaddi fugitiuus latitat Dauid: eum electâ ſtipatus manu Saül inſequitur, illius ſanguini inhians. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti, erátque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem: porrò Dauid, & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. *Et dixerunt viri Dauid ad eum: Ecce dies de quâ locutus eſt Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis.* (1. Reg. 24. v. 5.) Operæ pretium autem eſt, hanc ipſorum militum audire exhortationem, ex attentâ conſultatione, & Dauidici ingenij notione ortam; eò quòd exhortationis verſuta malitia illuſtrat Iuſti mentem, virtuti peruiam, à vitiis inconcuſſam. Non enim ita locuti ſunt: Ecce qui multa in te molitus eſt mala, qui necem tuam concupiuit, qui nos immedicabilibus vallauit difficultatibus ſed vbi perſpexerunt, quòd hæc omnia negligeret Dauid (pergit Chryſoſtomus) *Allegant illi diuinam auctoritatem, Deus, inquientes, illum tradidit, quò videlicet iudicium à Deo profectum reueritus, promptiùs iret ad homicidium. Non enim, inquiunt, tuam ipſius vicem vlciſceris, Deo ſubſeruis, ac miniſter es, illius ſententiam comprobas. Sed quò magis hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit hoſti.* (S. Chryſoſt. homil. de Dauid & Saüle.) Vide ſubdolam ſatellitum malitiam, quæ de pietate ſuffragium malitiæ fabricare conatur; quippè religionem obtendit, vt homicidium extorqueat; Dei obſequium allegat, vt Chriſtum Domini ſubiecto gladio cruentet. (*Cur ſpecies religionis Dauidi obtenditur, vt Saülis perpetret homicidium?*) Sciebant, ſciebant Dauidis gregales, quod ad rationes humanas, oculorum & aurium cæcus erat: ergò illas tametſi validas benè intermittunt, & religionem, cui vni oculatum animaduerterant, malè obtendunt, vt ſpecie diuini obſequij, quaſi vltoris Dei miniſter, quas cupiunt ſtrages obſequenter perpetret. Verùm Dauid aſtutioris nequitiæ technas percallens, ſinceræ virtuti attentus, *quò magis hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit hoſti.* nempè hoſtiliùs auerſatus malitiam, quæ falſatâ ſpecie bonitatis, virtutem tectiùs mentitur: quia tantò atrociùs ferit, quantò diſſimulatior ex inſidiis adoritur. Exindè cædis ſuaſio euaſit veniæ perſuaſio.

3\. Geneſeos 22. tandem optatiſſimus Iſaacus naſcitur; & Abraham ſerus cùm eſſet pater, feſtinus filij iugulator eſſe iubetur. Ait enim illi Deus: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis; atque ibi offeres eum in holocauſtum.* (Geneſ. 22. v. 2.) Arma naturæ exacuit, omniáque ingeniti amoris tela exhaurit. Nec enim ſimpliciter dixit: Redde, quem dedi, aut: Macta, quem accepiſti, ſed; Vnigenitum filium tuum, quem diligis. Fetit animum amoris commemoratione, multiplicat appellationes, quibus flammam acriùs accendat; & vt exploretur eius ardens in Deum fides, omnes effundit in eum naturæ niues. *Offeres eum in holocauſtum.* Valdè miratur Seleucienſis Baſilius, (Baſil. Seleu. Orat. 7.) quòd Abrahamus hanc difficilem præceptionem excipiens, non naturæ vi infractus; *in varias partes conſilia partitus ſit*, ſed quamocyùs ad filium mactandum feſtinarit; nec locum dederit rationibus, quæ ab ingenio naturæ renutum & inobſequelam viderentur honeſtare, quò immolationem vetarent, aiens: *O barbaricas præceptiones! ô imperia à natura legibus abhorrentia! filij iugulum repoſcor, & filij carnifex eſſe iubeor.* Cur tandem, cur qui me, vt genitor eſſem, parricidium iubet admittere? Illiúſne filij ſanguine dexteram inquinabo, pro quo toties ego Deo manus extendi? Patriiſne ſupplicationibus antè ſuſceptis, ad filij interemptionem obarmat? (*Non timuit Abraham, quòd filij immolatio ei imputaretur ad culpam.*) Certus ſum promiſſionum, quæ mihi Iſaacum, Iſaaco meam Deus hereditatem ſpopondit, maturâ cunctatione explorabo, an hæc præceptio antiquis aduerſetur, & illas penitùs expungat; ne dum ad Dei obſequium feſtinare videor, ad impium parricidium inhumanus carnifex citiùs properem. Opportuniſſimè Veronenſis Zeno, (S. Zeno Ser. 1. de Abrah.) dum expedit difficultates Abrahamo obuias ad filium vnicum perimendum; *Nec timuit*, inquit, *ne parricidium ei imputaretur.* Ecce illuſtre facinus, & aſpectabile noramentum virtutis Abrahami, quòd cùm à malè acuto naturæ ingenio, & ſubdolâ Diabolorum inſtigatione, tot ſuppeterent rationes, vt religionem obtenderet, quibus *timeret*, ne ei forſan parricidium *imputaretur* ad culpam, & religione religioni aduerſaretur; ſurdus ad has argutias, intrepidus non *timuerit* filij cædem ſtrenuè perpetrare. Profectò nil niſi violandæ pietatis ſuſpicio, & falsò opinata religio, potuit eſſe obſequentis propoſiti titubatio. Vndè meritò notat Zeno, quòd Abrahamus *non timuit, ne parricidium ei imputaretur.*

4\. Geneſis 1. naſcentis mundi primâ die creauit Deus cælum & terram; (Gen. 1. v. 4.) terra autem erat inanis & vacua, & tenebris ſqualens. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. *Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris.* Benè addubitat ibidèm Chryſoſtomus: (S. Chryſoſt.) *Quid eſt diſtinxit?* Annon bona ſemper *lux*, & Dei laude prælustris, ab imbonis, & illaudatis *tenebris* neceſſariò diuiſa ac diſtincta eſt? Etiam diuidente nemine diuiſa erunt, quæ miſceri non poſſunt. Eucherius inibi ita locum exponit: (Eucherius.) *Diuiſio lucis à tenebris, boni Angeli ſeparati à malis.* quaſi boni Angeli, *lucis* nomine ſignificentur; mali verò denotentur *tenebrarum* vocabulo. Ergò à mundi primordio prouidentiſſimè *lux* à *tenebris* diuiditur: nam iſtiuſmodi infernales *tenebræ* obnoxiùs ambiunt hominum oculos fallenter perſtringere, & mentitam *lucis* ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciem oſtentare, tectioris malitiæ ingenio ad decipiendos homines ſagaciſſimo, dum ſpecie lucis, tenebras offendunt incautis. Quod à mundi primordio myſticè præcauet Deus. Et abſque nubilo myſtico docet Paullus 2. Corinth. 11. aiens: *Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* Emphaſim habet vocula *ipſe*; nempè ipſe etiam Satanas, cùm ſit tenebroſa caligo, lucem mentitur falsatâ virtutis formâ, & ita ſe luci miſcere ad deceptionem præſumit. Audiendus eſt hâc ſuper re S. Cyprianus, ſic eloquenter fatus: Ipſe, inquit, *Hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in via veteris cæcitate, circumſcribit, & decipit noui itineris errore. Rapit de Eccleſiâ homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atque euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rursùs infundit, vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, & lege non ſtantes, Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris, habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario, atque fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem, transfigurat ſe velut Angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſanitate, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt dum veroſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur.* Longiuſculè, ſed perbellè. Ecce tibi quàm prouidentiſſimè ſapientia diuina ab ipſo mundi exordio, *diuiſit lucem à tenebris*, id eſt, bonos Angelos à malis: *ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis*, dum virtutis ſplendorem ad deceptionem obtendit, vt quò tectiùs, eò certiùs fallat incautos. Cypriano Primaſius adſentit: *Subdolus*, ait, *operarius aliud fingit, aliud agit, & habitu ſimplici prædicationis Chriſti rapacitas belluina contegitur, tales vt placeant, & placendo accipiant; neceſſe eſt adulentur, & adulando decipiant illa dicendo, quæ placeant, non quæ expediant audienti.* O caue hæc vaferrima tentamenta, quæ Diabolus ita callidè implantat, & quæ ſic ſatagit Paullus extirpare.

Cor. 11. v. 14.

Moraliſſimè ab exordio mundi, lux diuiditur à tenebris. quare?

S. Cyprian. de vnitate Eccle.

Adulatio Concionatorum egregiè vapulat.

Primaſ.

5. Paullus ad Epheſios. 6. ita ſcribit: De cetero fratres confortamini in Domino, & in potentiâ virtutis eius. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare *aduersùs inſidias* Diaboli. *Quoniam non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem & ſanguinem, ſed aduersùs principes, & poteſtates, aduersùs mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei*, &c. Pro *τὸ inſidias*, Hieronymus habet, *verſutias*, Vatablus, *inſidioſos congreſſus, & aſſultus*, Vulgatus ſuprà cap. 5. verſ. 14. *circumuentionem*, quâ ſcilicet hoſtis ex latere, & inſidiis ſubitò erumpit, nóſque tentatione adoritur, & circumuenit. Mirum ſanè eſt, quòd Paullus non tam ſit ſollicitus de tentationibus aut illecebris, quæ ſunt à *carne & ſanguine*, hoc eſt, de æſtu libidinum, de gulæ ambitione, de ambitionis arrogantiâ, ac de auaritiæ ſiti, quàm de his Diaboli *inſidiis*, quæ *ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus* appellat; ad quos *inſidioſos congreſſus*, armaturâ Dei nos cataphractos præoptat. Quænam ſint hæ *inſidiæ* Diaboli, aut hæc *ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*, peritè inibi exponit Chryſoſtomus Orat. 22. *Aduersùs inſidias*, &c. *Non dixit aduerſus pugnas: neque enim incautè & apertè nobiſcum bellum gerit inimicus, ſed ex inſidiis..... vt, exempli cauſâ dico: Numquam aperta proponit peccata. Non dicit idololatriam ſeu cultum idolorum, ſed aliter id inſtruit verum, viâ agens compendiariâ, & adoriens ex inſidiis, hoc eſt, probabilem reddens orationem, & vtens prætextibus.* Hæc tentandi calliditas mox ab eo vocatur, *methodica ratio.* Itaque huiuſmodi *inſidiæ*, & *ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*, ideò atrociùs ſauciant, quia tunc Diabolus aperta peccata homini non obiicit, ſed ambagibus vtitur, & ſenſim irrepit, atque vitia ſpecie ac nomine virtutum colorat, dum *methodicâ* vafritie prætextibus vtens, *probabilem orationem reddit*; & ſic *compendiariâ viâ* conſenſum & opus extorquet. Ebrietatem proponit, & vocat hilaritatem, obſcœnos vocat lepidos, ſuperbos vocat animoſos; & de aliquâ malignè veroſimili coniecturâ, atque de quouis virtutum cum vitiis confinio, in virtutum cenſu vitia ſatagit adſcribenda. Sic ſpiritualia carnalibus, terrenis cæleſtia inſidioſè miſcet, & *ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus* aſtutâ fabricat tentatione. An aliquo huius nequitiæ inſtinctu, ſocrus Noëmi ſpecie connubij diuinâ lege præſcripti, periculoſum cum Boozo concubitum nurui bonâ fide perſuaſit? Honeſto quidèm euentu res ſucceſſit; potuit inhoneſto. Aleam Tentator iactauit.

Ad Epheſ 6. v. 12.

S. Hierony. Vatablus.

Spiritualia nequitiæ in cæleſtibus, periculoſius tentant. quare?

S. Chryſoſt.

Hîc verſ. 2

§. CLXXXVII.

In præcelſâ arcanè virtute, quod videtur antitheſis, virtutum nexus eſt, & earum reciprocum inter ſe participium.

PRæſtans excelsè virtus, niſi à virtute degeneret, de vitij confinio numquam læditur: 1.
ad regulam dirigitur, non exerrat; etſi aliquandò exorbitare videatur. Lippientibus ſimplex lucerna apparet multiplex: Sol quoque intuentium refutat oculos, ne generoſior lux, de intuentium oculis humanum de ſe patiatur iudicium. Sanè hominum aſpectus, Solis luce inoculatur, pariter ac cæcatur, ſpectatorum defectu, non ſplendorum vitio. Eximia quæque hanc de humano ſenſu ac cenſu læſuram patiuntur; vt pugnantia, aut parùm ſibi cohærentia videantur, quæ præ excellentiæ amplitudine, obuiis ſpectatorum oculis imperuia ſunt, & vltrà vulgaris cenſuræ audaciam. Non de facili inuenitur æquus præcelſarum virtutum arbiter, qui metas probitati præfigat, vltrà quas adhuc pergere, errare ſit: qui arcanum virtutum commercium intimiùs penetret, ne videatur virtus repugnare virtuti. Ineffabilis earum nexus eſt, & arcanum participium; atque mutuum ſæpè è diuerſiſſimo ſuffragium. Vide nunc mihi Rutham *obſtinato animo* repugnantem ſocrui Noëmi: & poſtmodùm ſic flexili obſequio morigeratam ad inſolentem viduæ cultum, vt cæco parendi ſtudio, illi reſponderit in re periculosè lubricâ: *Quicquid præceperis, faciam.* Et tamen

Arcanus virtutũ nexus, aliquãdò ſpeciem contrarietatis offert.

Ruth 1. v. 18.

Hîc verſ. 3. & 5.

Digitized by Google

men licèt vtrumque ex alterutro redargui poſſe videatur, quaſi minus ſibi cohætens, parúmque virtuti conſentaneum; tamen neutrum alterutri refragatur, & vtrobique virtutum nexus, & eminentia tranſlucet, ne ex contrarietatis ſpecie vibretur cenſura. Res virtutis ex oppoſitis ſæpè adſtruitur, & ſuffragium contrariorum deſiderat.

2. Matth. 27. v. 51.

Matthæi 27. Chriſto Deo atrociùs in cruce patibulato, vbi tandèm ſpiritum egit, Ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorsùm, *& terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Hic terræ motus fuit vniuerſalis, maximus & vehementiſſimus, ita vt totus terræ globus è centro ſuo conquaſſatus & conuulſus contremuerit, & concuſſus ſit: quò altè ſignificabatur naturalis quaſi terræ ſenſus in Opificis ſui morte, & in ſacrilegum inhumanè ſcelus à Deícidis commiſſum, Quin & turbatur terra & horrendè contremiſcit, in viſceribus ſuis ſepeliendum Dominum ſuum exceptura, præbiturá-que Deo ſepulturæ locum. Verùm hæc eadem terra, quæ nunc præ ſui vilitate perſpectâ, & Domini ſui humili reuerentiâ, concutitur, & concuſſione remugit, quaſi id grauatè admodùm ferat; illa eadem poſt exhibitæ ſepulturæ triduum, adſimiliter tremit, & horrendo terræmotu concutitur. Nam vbi ſepulcro adeſt feſtinata mulierum pietas, *Ecce terræmotus factus eſt magnus.* Et cur in gloriâ Dominicæ reſurrectionis terra pariter contremiſcit? Pulchrè Bernardus in noui Teſtamenti Allegoriis inibi allegatus: *Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Iam enim deſinebat quod de terrâ erat, in terram redire, & tendebat in cælum.* Eadem nempè rauca & horriſona terræ vox, linguato concuſſionis fragore, cognatóque ſibi tremoris mugitu, & funeſtum velut ſenſum in atrociori Domini ſui cæde exprimit, & in læto Reſurrectionis triumpho, illi exultim applaudit. Chriſtóque rediuiuo lætanter gratulatur Terra, quòd antiquo terræ reſciſo priuilegio (de quo à mundi exordio præſcripſerat) tametſi filius Adæ erat, & indè è matrice terrâ formatus, Chriſtus non redierit poſt mortem in terram, ſed retenderit è terrâ in cælum. Sic Terra, quæ *terræmotu* horriſonè rauco, ſe in Chriſti morte funeſtauit; in eiuſdem reſurgentis feſtiuâ gloriâ, ſimili *terræmotu* concuſſa exilit, & lætanter exultat: ſibíque gratulatur de ſuo priuilegio (cui omnes hactenùs obnoxij fuerant) reſciſo ad Conditoris ſui obſequium; ſimúlque Reſurrectionis victoriali triumpho velut tripudiis applaudit. *Ecce terræmotus factus eſt magnus. Iam enim deſinebat quod de terrâ erat, in terram redire, & tendebat in cælum.* De hâc lætâ exilientis Terræ concuſſione, ſeu de eiuſmodi terræmotu, ſic tropologicè agit noſter inibi Cornelius.

Matth 28. v. 2.

S. Bernardus

Terra terræmotu luget Chriſti mortem, & terræmotu gloria Reſurrectionis gratulatur.

Cornelius.

3. Ioan. 4. v. 6.

Ioannis 4. venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: erat autem ibi fons Iacob. *Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Hora erat quaſi ſexta.* Hunc locum perſtringens Ambroſius lib. 5. de fide cap. 2. ſic ex eo opportunè philoſophatur: *Fatigatur ex itinere Ieſus, vt reficiat fatigatos: petit bibere, ſitientibus potum ſpiritualem daturus: eſurit, cibum ſalutis eſurientibus traditurus: ſepelitur, reſurrecturus: tremulo pendet in ligno, confirmaturus trementes; cælum caligine obducit, vt illuminet: terras tremefacit, vt ſolidet: maria conturbat, vt mitiget, reſerat tumulos mortuorum, vt oſtendat domicilia eſſe viuorum. Creatur ex Virgine, vt ex Deo natus eſſe credatur: neſcire ſe ſimulat, vt ſcire faciat neſcientes: adorare quaſi Iudæus dicitur, vt quaſi verus Dei Filius adoretur.* Ecce tibi per conglobatas antitheſes, ſententiarum grauidas, & expenſione digniſſimas, noſtram theſim eloquenter Ambroſius comprobat.

S. Ambroſ.

Chriſtus per contraria auxiliari ſolitus.

4. Matth. 18. v. 3.

Matthæi 28. ſub veſperum noctis ſabbati, albicante iam Dominicæ diei aurorâ feſtinat mulierum pietas ad Chriſti ſepulcrum. Angelus autem Domini deſcenderat de cælo, & accedens reuoluit ſepulcri lapidem, & ſedebat ſuper eum: *Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.* Cur ſicut *fulgur*? cur etiam ſicut *nix*? Multa paſſim Commentatores. Sed cur vtriuſque miſtura? Quid igneo *fulguri* cum *niue* concretâ gelu? Opinor, non miſcentur contraria. Subtiliter Bernardus apud Tilmannum inibi: *Erat aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix. Vtraque de cælo deſcendunt. In niue frigiditas multa, in fulgore ardor immenſus; quomodò ſibi facies ignea & niuea ſociatur? Quomodò niuem illam fulgor non liquefacit? aut ipſa fulgorem, ſi præualuit, non extinguit?* Sanè in hoc Angelo deſcendente de cælo, & ſpecies virtutum in hâc vitâ, & forma beatæ gloriæ in futurâ monſtratur. Tales nos eſſe cupit Angelus, qualis hominibus apparet. Ideam proponit, quam ſi imitatione æmulemur, adſimilem virtutum gloriam exprimemus. Immenſus fulguris *ardor*, & gelata *niuis* frigiditas, ſic arcanè miſcenda ſunt, vt vtriuſque commercium non alterutri noceat, ſed de participio contrariorum plus viueſcat. Miſtura oppoſitorum, in re naturæ luctam mouet, & imbecillioris interitum; in negotio autem virtutum, dum hæc contraria certant, plus pacis habent; nec alacris audacium virtutum ardor abſumit pudicitiæ niuem, aut cognatum aliarum virtutum teporem, quibus ſanctitatum temperatura arcanè conſtat. *Niue* rigeant paſſiones, quò caſtitatis nitor, & amoris *ardor*, tamquam *fulgur* micantiùs ſcintillent. O bona *niuis* & *ardoris* ſocietas! Hæc viſa fuit in transfiguratione Domini, vbi *Reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*

S. Bernard.

Fulguris ardor cum frigiditate niuis ethicè miſcendus; & contrà.

Matth. 17. v. 2.

5. Exhod. 9. v. 23 & 24.

Exhodi 9. adhuc Moyſes durioribus plagis Ægyptum obſtinatiſſimam ſauciat. Extendítque virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua & grandinem, ac fulgura diſcurrentia ſuper terram: *Pluitque Dominus grandinem ſuper Terram Ægypti. Et grando & ignis mixta pariter ferebantur.* Hanc ignis & grandinis à Deo mixturam, pluuiæ nomine denotatam, ethici Commentatores ſagaciùs obſeruant. De eâ autem in Allegoriis veteris Teſtamenti indidèm, ita Stephanus, ſcribit: *Pluit Dominus grandinem, &c. Pluuia ſuauis eſt, grando contundens, & Deus ipſâ ſuâ ſeruat percuſſione: manus enim eius percutit, & medetur. Vndè fulgura in pluuiam fecit: fulgur vrit, pluuia nutrit; quia ipſa tribulatio nutrit. Nam & fame corporis Deus animam paſcit: vndè, Et alat eos in fame.* Omnes Stephani ſententiæ antitheſes ſententioſè ſpirant. Sat autem eſto, ad locum alibi ad aliud thema expenſum, & acuminum fœcundum,

Stephanus.

Deus ignito fulgure, velut pluuiâ fœcundat.

digitum

digitum intendiſſe. Pronum eſt cuique illum enucleatiùs expendere.

6. *Lucæ 5. v. 8.* Lucæ 5. Petrus inopinatam illam piſciũ capturam, quâ penè nauiculæ mergebantur, nimis admiratus, procidit ad genuâ Ieſu, dicens: *Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine.* Stupor enim circumdederat eum in capturâ piſcium, quam ceperant. Et confeſtim, *ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.* *Petrus, qui à ſe abire iubet, ſtatim ſequitur.* Ingens planè ſtupor, quo Petrus beneficum Chriſtum à ſe repellit. Magna Chriſti benignitas, qui repulſus non recedit, ſed adhuc ſe comitem præbendo, ad littus deducit. Pulchrè *S. Auguſtin.* Auguſtinus lib. 2. quæſt. Euang. cap. 2. *Exi à me Domine, quia peccator homo ſum. Quod tamen non fecit Dominus: non enim receſſit ab eis; ſed eos, ſubductis nauibus, ad littus perduxit.* Et quod mirere magis, ille ipſe Petrus, qui Ieſum à ſe abire iuſſit, quaſi preſentiæ Dominicæ impatiens præ ſtupore, non tantùm illum paſſus eſt deductorẽ; ſed ipſummet Ieſum, quem nunc à ſe *Expetibilius ne eſt Chriſtum ſequi, quàm habere?* exire rogabat, iam relictis omnibus, perpetuus exindè comes ſubſequitur. Magnus planè Petri *ſtupor*, de virtutis ſublimitate arcanus! Nunc obnixiùs expetit, vt à ſe *abeat* Ieſus, & deductorem vſque ad littus ſuſtinens, iã ab ipſo littore *ſequitur.* Sic repulſa Chriſti in ipſius Chriſti ſequelam refingitur? Ieſum ſe ſibi beneficè inſinuantem repellit; & à ſe abeuntem ſequitur? Quem ad ſe venientem reiicit, à ſe diſcedentẽ inſequitur? Pluſne æſtimat ſequi Chriſtum, quam ſibi Chriſtum adeſſe? Hic Petri *ſtupor*, parum ſibi in re virtutis cohærens, arcanum virtutum Sacramentum eſt, & ineffabilis Sanctitatum nexus.

7. *Lucæ 1. v. 20.* Lucæ 1. non facile adduci poterat Zacharias, vt crederet Angelo ſibi nunciante, ex ſene, & vetulâ ac ſterili coniuge Ioannem naſciturum. Vndè hoc ſciam? inquit. Cui reſpondit Gabriel: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credideris verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo.* Benè eſt; Zachariæ incredulitas mulctetur hâc taciturnitatis pœnâ; ſed cur taciturnitatis pœna in naſcituri Ioannis ſignum datur? Quid Ioanni cum ſilentio? O ſignum planè inidoneum! Pulchrè Galfridus apud Tilmannum in- *Galfridus.* ibi: *Ecce eris tacens, &c. Non vacat myſterio, quòd mutus pater Ioannem genuit, qui vox clamantis erat futurus: ſemper enim vox in ſilentio generatur, & ſpiritualis otij quiete ſapientia foris proferenda percipitur.* E cæleſti œconomiâ hoc *Patris taciturnitas in ſignum datur, quòd vocem generabit.* arcanum à contrario Signum prodit, vt qui *vox clamantis* erat futurus, è *muto patre* naſceretur. Mutum patris ſilentium, & eius lingua taciturnitate ſignata, fit naſcituræ ex eo vocis cæleſte prognoſticum: & ſilentium voce fœtum, & vocis fœcundum fauſtè ominetur. *Non vacat myſterio, quòd mutus pater Ioannem genuit, qui vox clamantis erat futurus.* O ineffabilem ſilentij cum voce nexum!

* *
*

§. CLXXXVIII.

In bono conſiliario exulat affectus, cognatio exulat: vitæ probitas, & cæleſtium amor, optima conſilia excudunt.

INconſulti vulgi conſilioſior prudentia in eo ſtat, vt conſilia euentibus ponderet, & cui benè quid proceſſerit, multùm illum attentiùs præuidiſſe putet; cui ſecùs, nihil ſenſiſſe garriat. Non fortuiti caſûs temeritas, ſed veroſimilior ratio, conſilij bonitatem metitur, dum quis ſagaciter ſollicitus deliberatione iudicij, occaſiones conſultè præuenit: occaſio enim tabernaculum mentis eſt, ſi in bono vtaris; ſi in malo, caligo. Sanè deliberandum eſt diu, quicquid ſtatuendum eſt ſemel. In deliberandis vtilibus mora eſt tutiſſima; ſed licèt omnis mora odio ſit, facit tamen ſapientiam. Quidam quæ vel ſibi duntaxat, vel amiciſſimis prudentiâ notis, committenda ſunt, omnibus enarrant quaſi petentes conſilium, & in quaſlibet aures quicquid illos vrit, exonerant. Quidam etiam rurſùs chariſſimorum conſcientiam reformidant, & ſi poſſent, ne ſibi quidèm credituri, intùs premunt omne ſecretum. Neutrum faciendum eſt: vtrumque enim vitium eſt, & omnibus credere, & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius. Mediam tenet viam ſollers peritia, & in re dubiâ, vbi interna animi conſultatio, aut conſilij inops, aut poſt peruestigatum conſilium adhuc ambigua valdè animitùs litigat, externa conſulere peritorum ſuffragia, conſultioris prudentiæ gnome receptiſſima eſt. Sed viderit conſultior cautela, quis nam ſit quem ad conſilium aduocat, & negotij arbitrum facit. Prauorum aduocatum conſilium, fatuorum ac capitonum imprudentiam vincit, dum conſilioſè conſilium adulterat. Rara eſt conſultorum fides. Alius amore agitur, alius odio caligat, alius cognatione vincitur, alius ſimultatibus agitatur, alius de ambitione, aut de auaritiâ ſententiam ſuggerit. Demùm quilibet affectus non benè ad conſilium aduocatur. Infida res eſt conſultoris affectus. O caue! 1.

Quiſnam ſit ad conſilium aduocandus, aut à conſilio arcendus?

Iob cap. 31. Appendat me, inquit, in ſtaterâ iuſtâ, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. Si declinauit greſſus meus de viâ, *& ſi ſecutum eſt oculos meos cor meum.* Quod in Hebræo eleganter ſcribitur: *Si abijt cor meum poſt oculos meos:* & ſignificanter Lxx Interpretes expreſſerunt: *Si oculo obſecutum eſt cor meum.* Verùm S. Gregorius, Philippus, S. Thomas, Dionyſius Carthuſianus, Hugo Cardinalis, & alij ſic locum excribunt: *Si oculus meus ſecutus eſt cor meum.* quod ita S. Thomas inibi exponit: *Si ad hoc habendum oculus meus intendit, quod cor deſiderauit.* Et quidèm expenſione digniſſimum eſt, quòd diſertiſſimus Iob cum ſciolis agens amicis, innocentiam ac ſimplicitatem ſuam aſſerat, & à calumniâ vendicet, aiens, quòd oculus aut corporis aut animi, mens inquam, minimè cor ſuum ſecuta ſit: oculus enim cor ſequi non ſolet; ſed è contrario cor oculos ſequi ſolitat. Quod ipſe Iobus nuper aduerterat, aiens: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidèm* 2.

Iob 31. v. 7. Hebræus. *Lxx. interp.* *S.Gregorius Philippus, S. Thomas. Carthuſian. Hugo.* *Iob 31. v. 1.*

Digitized by Google

Laudatur mentis oculus, qui non ſequitur affecti cordis conſilium.

dèm de virgine. Ecce tibi oculos cogitatio & affectio ſequitur, & notionem rerum, quas oculi notificant, cor ſubſequi dicitur. Quid eſt ergò quòd nunc Iobus de ſe inuerſo ſtylo prædicet, quòd eius oculus aut mens non ſit ſecuta cor ſuum? Opinor, rem altè Iobus tetigit, in quâ mirior elucet prudentia, & ſanctior virtutis politia: Si declinauit, inquit, greſſus meus de viâ, *& ſi oculus meus ſecutus eſt cor meum*, & ſi in manibus meis adhæſit macula. Profectò ſalutaris moraliſſimè eruditio, de ſacrario prudentiæ eruta! Nempè Iobi *oculus*, mens inquam, nunquam *cor*, quod eſt affectuum conceptaculum, ſecuta eſt, neque de *corde* affectibus æſtuante, mentis *oculus* conſilium obaudiuit. Mentis *oculus* in re deliberandâ, non benè abit poſt affecti *cordis* nutum, nec tutò mens cordi *obſequitur* Perperàm enim cordis affectus, ſiue amore blandus, ſiue odio rigidus, ſiuè auaritiâ tenax, ſiue ambitione ſollicitus, ſiue libidine æſtuans; fiet prudentiæ ſequeſter, aut conſiliorum arbiter. Procùl à conſilioſâ mente, affecto cordi obſequela O non bona humani cordis conſilia, quæ menti medullitùs ſuggeruntur! Imò mens conſiliis inſtructa, tanquam perita aurigatrix, cordis ſuggeſtiones refutâs illud trahat ad rationis obſequiû. O ediſcamus hoc conſilium ex conſilioſo Iobi gymnaſio, ad omnem virtutis peritiam erudito!

3.
ad Galat. 1. v. 16.

Paullus ad Galatas 1. Cùm autem, inquit, placuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus: *Continuò non acquieui carni & ſanguini.* &c. id eſt, non adiunxi me vlli homini, neque cum eo contuli de hâc meâ vocatione modóque eam exequendi, ſed vnum Deum doctorem & ductorem ſecutus ſum: neque quid à me agendum foret in re tanti momenti, in ſinum amicorum cognatorumque effudi. Syrus pro τὸ *non acquieui carni & ſanguini*, habet, *non patefeci carni & ſanguini*, Græcus verò, *non contuli* &c. & ſic indè Caietanus locum opportunè exponit: *Non contuli carni & ſanguini, hoc eſt, non contuli reuelata mihi cum Iudæis cognatis mihi carne & ſanguine, non conſului conſanguineos quid mihi agendum eſſet.* O auſpicatò bonum Paulli conſilium, conſilium cum carne & ſanguine non ſumpſiſſe, ! Profectò quod Syrus ait, *non patefeci*; & Græcus, non *contuli*; & Caietanus, *non conſului conſanguineos quid mihi agendum eſſet*, vt illi quaſi periti conſiliarij, ac ſinceri iudices, ea probent, improbent, addant, demant, ſuadeant ac diſſuadeant pro vt eis è re noſtrâ eſſe videbitur; moraliſſimè Paullus de cæli politiâ eruditus, viuaciùs ad rem expreſſit, *Non acquieui carni & ſanguini*, quaſi rem deliberandam *carni & ſanguini patefacere*, eámque cum illis *conferre*, ad idoneum capeſſendum de re agendâ conſilium; non tam ſit illos *conſulere*, vt ait Caietanus; quàm illis *acquieſcere*, vt expreſſit Vulgatus. Porrò *caro & ſanguis* cùm ad conſilium adſcitur, non ſolùm deliberat & conſulit de affectu, non bono, opinor, conſiliario, ſed imperioſè conſilium iubet: quare Paullus perindè eſſe cenſuit, carnem & ſanguinem *non conſuluiſſe*, ac *carni & ſanguini non acquieuiſſe*, ac ſi carni & ſanguini obſequium præſtare renuerit. Sic ſunt de affectu ſuſpecta carnis & ſanguinis conſilia? Sic carnis & ſanguinis

Syrus.
Græcus.
Caietan. ibi.

Qui à cognatis conſilia non petit, illis non acquieſcere dicitur. quaret

conſilia, dediſcunt conſilij nomen, & illis, velut iuſſionibus *acquieſcit* exambiunt? O iſtiuſmodi cum carne & ſanguine conſilia, & de affectu plerumque errant, & ambitioſum iuſſionis nomen affectant; adeò vt Paullus hæc conſilia non petens, illis *non acquieſcere* moraliſſimè dicatur! *Continuò non acquieui carni & ſanguini.* Adſimile conſilium in re non abſimili S. Hieronymus Furiæ viduæ nobiliſſimæ ſuggerit, aiens: *Contriſtabitur pater, ſed lætabitur Chriſtus; lugebit familia, ſed Angeli gratulabuntur. Faciat pater quod vult de ſubſtantiâ ſuâ: non es cui nata es, ſed cui renata, qui te grandi pretio redemit ſanguine ſuo. Caue nutrices, & gerulas, & iſtiuſmodi venenata animalia, quæ de corio tuo ſatiare ventrem ſuum cupiunt: non ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit.* S. Hierony.

Ioannis 6. vſque ad deſertum ſequebatur Ieſum multitudo magna. Subiit ergò in montem, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. *Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vndè ememus panes vt manducent hi?* Percontabitur aliquis, quare Philippum potiùs, quàm alium Apoſtolorum, hâc ſuper re Chriſtus conſulat? Cyrillus Alexandrinus hoc dubium inibi proponit, aiens: *Dixit enim ad Philippum: Vndè ememus panes? Non eſt alienum conſiderare, quare ad Philippum?* Reſpondet Cornelius, quia fortè ipſe Philippus magis ſollicitus, præ aliis vrgebat Chriſtum, vt dimiſsâ turbâ, ipſe adæque fameſcens cibum ſumeret. Num benè de ipſo Chriſto ſollicitus eſt, qui ipſum Chriſtum in egenis eſurientibus negligit? Reſpondet Toletus, quia fortè ipſe Philippus ſollicitior erat de famelicæ turbæ congruâ cibatione. Nimirùm animum ad pietatem impreſsè affectum, in re pietatis vel ab ipſo Chriſto conſulitur. Chryſoſtomus reſpondet, quia erat tunc temporis Philippus imbecillis fidei, ideò vt eum inſtruat, interrogat & conſulit. O periti ſſimus Princeps, qui conſultatione conſultores erudit, & peritiam quam in eis non inuenit, facit. Non conſultores peritum Principem, ſed peritus Princeps peritos conſultores excudit. Sub inerte Principe rara eſt conſultorum peritia, rarior fides. Reſpondet iterùm Toletus, Philippum in hiſce, quæ ad victum comparandum pertinebant, fuiſſe peritiorem & intelligentiorem. Non conſultor qui in ſublimiori dignitatis aut nobilitatis gradu ſit, ſed intelligentior & peritior conſulendus eſt: non enim dignitas, ſed peritia, eſt locuples conſiliarij cenſus. Cyrillus ſuprà reſpondet, ideò Philippum potiùs conſultum fuiſſe, quia *libenter Philippus diſcebat, quærebátque ſæpiùs: ſed non erat adeò acutus, vt altiora poſſet intelligere. Quod indè patet, quia magno tempore Saluatorem ſecutus...., quaſi nihil adhuc didicerit, dicit ad Ieſum: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Scilicet Philippus ideò præ reliquis à Chriſto in conſilium aduocatur, 'quia in rebus aliis non erat ſagaciter acutus; ſed Patris Dei faciem, cuius viſione cæleſtis beatitudo conſtat, vnicè videre ſtudebat, & ſtudioſiùs anhelabat. O benè! Nempè non aſcitur ad conſilium Iacobus cum fratre Ioanne, quia adhuc rudes, ambitionis ſuſpecti erant, ob nuper ambitas in regno ſedes. Non vocatur Petrus, quia pro retium derelictione, ſumptuoſius

4.
Ioan. 6. v. 5.
Conglobantur plura bona & imbona conſultorum elogia.
S. Cyrillus. lib. 3. in Ioa. cap 13.
Cornel. ibid.
Toletus inibi in Commentar.
S. Chryſoſt. hom. l. 41. in Ioann.
Toletus 7.
S. Cyrill. 7.
Ioan. 14. v. 8.
Studioſus beatitudinis, etſi non benè peritus, ad conſilium aduocatur à Chriſto.

ſumptuoſius ambibat lucrum: Andreas autem cognationis vinculo attractus fratri Petro ſuffragaretur. Thomas verò etſi ſtrenuâ animoſitate vir, tamen aliquandò capito audiit, collegio Apoſtolorum reſurrectionem adteſtanti pervicaciter incredulus. Quare Chriſtus Deus Philippum mauult conſultorem, qui velut rudis ad terrena, ad Dei faciem beatè videndam ſtudioſiùs hiabat. O bonum conſultoris elogium; ad res mundiales eſſe benè rudem, & ad cæleſtia duntaxat ſuſpirare! indè vberiùs conſultiorem ſapientiam hauriens, quam in conſulentes conſultiùs eructet. O, ſollicitos Beatitudinis riuales ad ſanum conſilium aduoca. *Philippus potius conſultus fuit, qui dixit ad Ieſum: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.*

5. S. Ambroſ. lib. 2. Offic. c. 11. & 12.

S. Ambroſius loquens de Ioſepho Patriarchâ, quem conſultior ſapientia Ægypti Proregem non inuenit, ſed fecit, ita ſcribit: *Quis hunc priuata cauſſa ad conſulendum idoneum non indicaret, cuius ferax animus & mens fertilis, temporis ſterilitatem quodam conſiliorum & cordis vbere fœcundauit? Aduertimus igitur quòd in acquirendis conſiliis plurimum adiungat vita probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, frugalitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis è turbidâ aquâ potum petat? Itaque vbi luxuria eſt, vbi intemperantia, vbi vitiorum confuſio, quis indè aliquid hauriendum exiſtimet? Quis non deſpiciat morum colluuionem? Quis vtilem cauſſæ alienæ iudicet, quem videt inutilem vitæ ſuæ?* Ecquis huiuſmodi conſiliatio, quem hîc deſcribit Ambroſius, ſe tutò non credat? Talem Rutha experta fuerat ſocrum Noëmi: in quâ vigebat *vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, fragilitatis gratia.* Quare hîc Rutha ſe, ſuáque, Noëmi conſiliis conſilioſè permittit: in quorum obſequio felicitatem inuenit: inuenit Idololatra verum Deum, exul patriam, vidua maritum, illiberis prolem, pauper opes; & ex reiectaneâ Moabitide, Iſraëlitici regni mater appellari promeruit.

Boni conſultoris elogia, vita probitate maximè cenſentur.

Hic verſ. 4. &c.

---

§. CLXXXIX.

Præcelſæ virtutis ſublimitas, infimiſſimæ humilitatis ſtipendium eſt.

1. Eccli. 3. v. 20. Balduinus.

PVlchram illam Siracidis gnomen: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus*, ſic apud Tilmannum ibi Balduinus elucidat: Ac ſi diceret: *Secundum magnitudinem dignitatis æqua ſit menſura humilitatis. Humilitas in honore, honor eſt ipſius honoris, & dignitas dignitatis. Omnis dignitas ipſo dignitatis nomine indigna eſt, ſi humilia dedignetur. Humilitas autem ſine honore, ipſa ſibi ſufficit ad honorem. Honor verò ſine humilitate, ſeſe perducit ad confuſionem. Si egregius es, eſto tamen de grege.* O generoſum humilitatis decus! Sic Rutha de ſub Boozi pedibus, transfertur ad Euangelij caput, vt ex Hieronymo adnotabamus.

Humilitas, honor eſt honoris, & dignitatis dignitas.

S. Hierony. Hic verſ. 4.

2. Matt. 8. v. 8.

Matthæi 8. cùm Ieſus introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait: *Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Quid eſt, Tantùm dic verbo? Et ſine verbo, quid dicitur? Sed iſte poſtulat verbum, non de loquendi vſu, ſed de virtute faciendi: verbum de quo dictum eſt: *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos.* Quia iſte credidit omnes in vno verbo Dei manere virtutes, virtutes omnes ſibi fide humilitatis accerſit. Se igitur excuſat Centurio, & ne ſub *tectum* eius ingrediatur Dominus indignum ſe dicit. Videamus, ipſa Centurionis excuſatio, quam habeat gratiam. Ait enim: *Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.* Pergit Ambr. ſerm. 89. *O fides Chriſtiana, quæ cum Humilitate totum impetrare conſueſti! Ecce religioſus Centurio ad accipiendam ſalutem dignior fit, dum ſe profitetur indignum: & dum ædes ſuas iniurioſas putat, magis eas honorificas fecit, & gratas. Magnæ enim, & perfectæ fidei vir, qui intelligeret Chriſtum cælorum eſſe, dum verebatur, ne hoſpitij ſui eum anguſta non caperent.* Ambroſio adſentit Auguſtinus Serm. 74. de Tempore: *Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Tecto non recipiebat, corde recipiebat: quanto humilior, tantò capacior, tantò plenior. Colles enim aquam repellunt, valles implebuntur.* Ambroſio, & Auguſtino adteſtatur Chryſoſtomus Homil. 38. ad Antiochenos: *Nam & nos*, inquit, *ſeruos habentes, maximè tunc eos acceptos habemus, cùm poſtquam omnia beneuolè miniſtrauerint, nihil magnum ſe feciſſe cenſent. Itaque ſi tu quoque magna vis reddere merita tua, ne magna eſſe putes, & magna tunc erunt. Sic & Centurio dicebat: Non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, & propterea dignus factus eſt, & admirationi ſuper omnes Iudæos habitus.* Quaſi meritorum in reliquis virtutibus magnitudo, humilitatis ſtipendium ſit.

Pſal. 106. v. 20.

Humilitas, dignior, capacior, plenior.

S. Ambroſ.

S. Auguſtin. *Meritorum magnitudo eſt humilitatis ſtipendium*

S. Chryſoſt.

3. Matt. 8. v. 9.

Pergit inibi Centurio Chriſtianæ humilitatis magiſter: *Nam & ego*, inquit, *homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & ſeruo meo, Fac hoc, & facit.* Quàm pulchrè locutus eſt beatus ille Centurio, qui tantam fiduciam de humilitate præſumpſit! Appoſitè Bernardus epiſt. 42: *Ego homo ſum ſub poteſtate, habens ſub me milites. Non iactabat poteſtatem, quam nec ſolam protulit, nec priorem. Dicturus quippè, Habens ſub me milites, præmiſit, Homo ſum ſub poteſtate, priùs ſe agnouit hominem, quam potentem. Homo, inquit, ſum, & homo ſub poteſtate. Iam quicquid ſubinferas, ſuſpectam non habemus iactantiam. Præmiſſa ſiquidem eſt Humilitas, ne altitudo præcipitet. Nec enim locum inuenit arrogantia, vbi tamelarum Humilitatis inſigne præceſſerit. Agnoſcis infirmitatem, confiteris ſubiectionem: iam & te ſub te habere milites profitere ſecurus. Reuerâ, quia non confuſus eſt de ſubiectione, iure ex prælatione meruit honorari.* Quaſi de humili ſubiectione, præcelſæ dignitatis fulgor ſecure præluceat. Multas ſententias hîc congeſſit Bernardus, quas prolixum foret ſigillatim expendere.

S. Bernard.

De humili ſubiectione, dignitatis fulgor ſecurè prælucet.

4. Matth. 8. v. 10.

Adhuc idem ſuccedat Centurio, petitus excelſæ humilitatis pædagogus: *Audiens autem Ieſus* (Centurionis verba præſcripta) *miratus eſt,*

Digitized by Google

eſt, & *ſequentibus ſe dixit : Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.* Subtiliter Auguſtinus Serm. 74. de Tempore, enucleat epitheton illud, *Tantam*, quod Centurionis fidei

S. Auguſt.

Chriſtus attribuit : *Non inueni tantam fidem, &c. In humilitate etiam*, inquit, *Centurio, ille placuit. Tantam quid eſt ? tam magnam. Vndè magnam ? de minimo, id eſt, de Humilitate grandem. Non inueni tantam fidem, ſimilem grano ſinapis ; quantò minutiori ; tantò feruentiori. Tantam fidem, id eſt, tantam cum fide humilitatem.* Hem ! ſic etiam fides humilitate grandeſcit ? Quid fidei præcelſo faſtigio, cum humilitatis demiſſione infimiſſimâ ? Num arbitrium ſublimiùs credendi, & grandiùs ſperandi Humilitas eſt ? *Non inueni tantam fidem. Vndè magnam ? de minimo, id eſt, de humilitate grandem.* Scilicet generoſiùs Deo credit, & ſperat de Deo, quiſquis ſibi præ humilitate diffidit. Ergò fidei menſuram de humilitate taxa.

Fidei menſuram humilitas taxat. quare ?

5. Purpuratus Propheta Deo plenus, & ſeipſo

Pſal 76. v. 4.

vacuus, ſic Pſalmo 76. pangit : Memor fui Dei, & delectatus ſum : *Et exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.* τὸ *defecit*, de homine patiente deliquium dicitur. Quæ verba lib. 22.

S. Gregor.

Moralium cap. 14. ſic ethicè Gregorius exponit ? *Hinc eſt, quod Propheta dicit : Exercitatus ſum, & deſeeit paulliſper ſpiritus meus. Quid eſt itaque, quòd ait : Spiritus meus, niſi ſpiritus hominis, videlicet ſpiritus Elationis ? Et quia per occultam gratiam ad amorem Dei temperatâ deſuper menſurâ proficimus, quantò in nobis quotidie de Dei ſpiritu virtus creſcit, tantò noſter ſpiritus deficit. Qui ſpiritus erroris, quia non à nobis ſubitò penitùs amputatur, benè paulliſper defeciſſe perhibetur.* Addit tempeſtiuè Gregorius : *Tunc verò in Deo plenè proficimus, cùm à nobis ipſis funditùs defecerimus.* Itaque tunc, tunc quidèm virtus in Deo proficit, & ſublimiùs faſtigiatur pleno ſanctitatum auctario, cùm *ſpiritu elationis* decreſcente, *à nobiſipſis funditus defecerimus.* Nempè homo elationis tumore, ſeipſo arrogantèr plenus eſt, Dei ſpiritu, & virtutum celſitudine vacuus : vndè cùm à ſeipſo *funditus deficit*, humilitatis arbitrio plenè in Deo proficit, per incrementum è diuerſo ſublimius.

Tunc homo ſublimiùs proficit, cùm à ſeipſo funditus deficit.

6. Iſaiæ 2. *Et erit*, inquit, *in nouiſſimis diebus*

Iſaiæ 2. v. 2.

preparatus mons domûs Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. In verbo *fluent*, nota rem miriſſimam, alibi à nobis adnotatam, nunc auctoratiùs elucidandam. Flumina enim deorsùm fluunt, hîc verò fluunt ſursùm in altiſſimum montem aſcendendo. hoc facit gratia Chriſti, arcano humilitatis arbitrio. Pulchrè

Cur aqua in montem excelſum fluere dicuntur ?

Galfr. apud Tilman. ibi.

Galfridus inibi : *Et fluent ad eum omnes gentes. Sed quomodò fluent ad montem ? non enim ſolent ſursùm vergere fluida, ſed deorsùm. Sed mons iſte præparatus in vertice montium, omnibus quoque vallibus humilior erat. Alioquin quomodò aſcendentes Angeli & deſcendentes ſuper filium*

Ioan. 1. v. 51.

hominis viderentur ? Ecce tibi præſcriptum humilitatis ſacramentum, Galfridi auctoritate auctum.

7. Ioannis 1. agreſtis in lacubus nuper piſcator,

Ioan. 1. v. 14.

magnus derepentè Theologus, diuina altiùs ſcrutatur, & Verbi naturam, eandem cum Patre Deo ſublimius exponit : & è ſummo faſtigio ſic ad infimiſſima deſcendit : *Et Verbum caro factum eſt*, inquit Arabicus: *Et verbum*, inquit, *factum eſt corpus.* Caro ergò hîc eſt corpus humanum, indéque homo : vti paſſim in Scripturâ per ſynecdochen Hebræis familiarem, ſignificat totum hominem. Quaſi dicat : Verbum Dei factum eſt *caro*, id eſt, factum eſt homo. Simili modo potuit dicere : Verbum Dei factum eſt anima, id eſt, homo animatus & viuus, vt doctè aduertit Cornelius. Maluit autem dicere *caro* potiùs quàm *anima*, vt explicatiùs oſtenderet quantùm ſumma Dei benignitas, & celſior maieſtas, noſtri amore immerito, pro nobis ſeſe exinanierit : ſcilicet quòd Deus factus ſit caro viliſſima, & infima de ſe, vt nos ex carne per concupiſcentiam & peccatum corruptiſſimâ efficeremur quaſi Dij, & Filij Dei, ipsíque Deo conſanguinei. Magna indè homini accreſcit ſublimitas : an & diuino Verbo humilitas ? an etiam ex humilitate ſublimitas ? Acutè pariter ac tempeſtiuè S. Cyrillus Alexandrinus lib. de recta in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fide, ita ſcribir : *Illud Verbum*, inquit, *quod inexplicabili modo ſuprà omnem humana mentis captum eluxit, ex Deo Patre in humanam naturam deſcendens, & in id quod non erat ſe demittens, ex Muliere quoque naſci dignatum eſt : non quod in eâ exinanitione perſeuerat* (Nota quæ altè verba ſubtexit; *ſed vt Deum ſe eſſe oſtendat, atque in natura noſtra formâ in terris appareat.* Hem ! Quid eſt, quod diuinum Verbum caro fit, & ex Muliere naſci dignatum eſt, vt iſtiuſmodi miriſſimâ exinanitione, *Denm ſe eſſe oſtendat ?* Scilicet auguſtè opulentum Iudæi ſuum Meſſiam præſtolantur, nequid derogent diuinitatis faſtigio ſublimiſſimo : ſed longè aliter de cæleſti œconomiâ erudimur, cùm verus Meſſias, Deus homo, Chriſtus Deus, de humili humanæ natiuitatis demiſſione, ſuam Diuinitatem micantiùs oſtentat, & ſuffragium aduocat ex diuerſo auxiliare. Non perſeuerat in eâ exinanitione, etſi ſemper Deus homo perſeueret, quia ex humanæ natiuitatis exinanitione, *Deum ſe eſſe oſtendit*, quaſi manifeſta diuinitatis oſtentatio, ſit tantæ humilitatis ſtipendium. Hinc ergò vel maximè Iudæi Chriſtum Deum cognoſcere debuiſſent : eiuſmodi enim humilitatem nemo hominum exhiberet. Exindè Euangeliſta hanc ſubſcribit clauſulam elogiorum Verbi: *Verbum caro factum eſt*, quæ eſt humilitatis emphaſis.

Arabicus.

Cornelius.

Chriſtus Natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit.

S. Cyrillus.

§. CXC.

Pia deſideria immetatè audent, nec pia audacia merito defraudantur.

LEo magnus elucidans illam Chriſti Dei ſententiam, *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam*, ſic eleganter ſcribit : *Nihil hac eſuritio corporeum, nihil expetit ſitis iſta terrenum: ſed iuſtitiæ bono deſiderat ſaturari, & in omnium occultorum introducta ſecretum, ipſo Domino optat impleri. Felix mens, quæ hunc concupiſcit cibũ, & ad talem æſtuat potum; quẽ vtique non expeteret, ſi nihil de eius ſuauitate guſtaſſet. Audiens autem dicentem ſibi propheticum ſpiritum : Guſtate,* 1.

Matt 5. v. 6.
S. Leo Ser. in feſto omniũ ſanct. cap. 5.

Fame & ſiti cæleſtium deſiderium, ſententiosè exprimitur.

&

Digitized by Google

& videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, accipit
Pſal.33.v.9. quandam ſupernæ dulcedinis portionem, & in
amorem caſtiſſimæ voluptatis exarſit, vt ſpretis
omnibus tempôralibus, ad edendam, bibendámque
iuſtitiam toto accenderetur affectu. Sanè qui cæleſtibus auidè inhiat deſideriis, iam illa momordit; ſemperque virtutem eſurit, cuius ſaginâ numquam ſatis adipatur. Non nobis ſufficit (ait
S.Hieron.in Matth.5. Hieronymus) velle iuſtitiam, niſi iuſtitiæ patiamur famem, vt ſub hoc exemplo numquam nos ſatis iuſtos, ſed ſemper eſurire iuſtitiæ opera intelligamus.

2. Matth. 5. Beati, inquit, qui eſuriunt, & ſitiunt
Matt.5.v.6. iuſtitiam; quoniam ipſi ſaturabuntur. Numquam virtute ſatiatur, qui eam ſemper eſurit, qui noua ſemper augmenta requirit. Nil deſideranti ſatis
S. Bernard. eſt. Pulchrè Bernardus in Allegoriis noui Teſtamenti inibi citatus: Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Qui eſurit, eſuriat adhuc; & qui deſiderat, adhuc deſideret abundantiùs: quantumcumque deſiderare poterit, tantum eſt accepturus. Quoniam ipſi ſaturabuntur. O verè felix, & glorioſa ſocietas! Anguſtus eſt hominum captus ad rem Dei vberiùs capiendam: laxatur autem humanæ anguſtiæ ſtrictior ſinus de peramplâ deſideriorum menſurâ. Aude immetatè deſiderare, & quod audacter deſideraueris, reipsâ accipies. Quantumcumque deſiderare poteris (non ait, Poteris accipere, ſed) tantum es accepturus. Nec te prætereat, quòd tametſi hæc eſuries ſit iuſtitiæ, virtutis, & gratiæ quædam inſatiabilis ſatietas, tamen glorioſa dicitur, quia gloriæ fœcunda eſt, & beatas glorias vberiùs parturit; adhuc in terris, cæli glorias præmaturè delibans. Ne autem quis in deſiderando difficultatem obtendat, ad eſuriem addidit ſitim, quò de facili deſideria audeant. Hinc ipſe Bernardus Serm. 2. de Annunciat. Veruntamen, inquit, donec ſapit cibi veritas, non ſine difficultate ad interiora traijcitur. Vbi verò cœperis in eâ oblectari, iam non cibus, ſed potus eſt, & ſine difficultate intrat in animam, quo videlicet ſpiritualis cibus intelligentiæ, potu ſapientiæ dirigatur, ne ipſis interioris hominis artubus, id eſt, affectibus ſiccitate laborantibus oneri magis ſit, quàm vtilitati. Ecce tibi eſuries in ſitim reſingitur, quò pium deſiderium difficultatibus exuatur, & vir deſideriorum ſanctitates ebibat.

Quantum quis deſiderare poterit, tantum & accipiet.

Deſideriorũ ſatietas, beata dicitur.

Virtutum fames in ſitim vertitur.

3. Lucæ 1. adeſt Gabriel è cælo paranymphus,
Luc.1.v.30. qui rem diuinæ corporationis cum Virgine tractet. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Admiranti autem Mariæ nouitatem ſalutationis Angelicæ Angelus cōfeſtim reſpondit. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Profectò ſi tanta fuit gratiæ vbertas, quâ nuper dicitur plena; quam rurſùs gratiam quærit, & quæſitam inuenit? Audiendus
S. Bernard. eſt iterùm Bernardus inibi à Tilmanno allegatus: Inueniſti gratiam apud Deum. Quid? plena eſt gratia, & adhuc gratiam inuenit? Digna prorſus inuenire quod quærit, cui propria non ſufficit plenitudo, nec ſuo bono poteſt eſſe contenta; ſed ſicut ſcriptum eſt Qui bibit me, adhuc ſitiet. Planè ambit effundere, quiſquis mittit in plenum. Verùm enimuerò quantumuis plena gratiâ fuerit, dum ampliùs & ampliùs immetatè deſiderat, & deſiderando quærit, accipiendæ vberiùs gratiæ ſinus laxat, vt quantumcumque deſiderare poteris, tantum ſit acceptura. Quod eſt arcanum deſideriorum ſacramentum, quod luculenter Bernardus expreſſit.

B.Virgo gratiâ plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit.

4. Matth. 5. v.48. Matthæi 5. poſtquam Chriſtus Deus euangelicæ doctrinæ medullam propoſuit, hâc clauſulâ ſententiam concludit: Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Hæc gnome eſt omnium hoc capite dictorum finis & complexio. Quaſi dicant: Hucuſq; explicui mandata & conſilia, quibus nil Deo adulantiùs exhibere poteſtis: ergò Patrem cæleſtem, Deum inquam, de perfectione æmulamini. Audeant vota alacri excita deſiderio, ad quod humana tenuitas piè pertingere minimè eualet. Hæc Dei imitatio, quantumuis obſequio audax, diuinam diuini exemplaris perfectionem exprimere non poteſt; quorsùm ergò anhelus fruſtrà ſemper labor? Tempeſtiuè Cæſarius dialog. 3. hâc ſuper
Cæſarius. re ita ſcribit: Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Etenim ſi maximè fontem, aut vas aquarium ebibere non poſſumus, num propterea non debemus conceſſâ fruitione mederi ardori ſitis? aut quia vt vniuerſum aërem attrahamus fieri non poteſt, ideò neque reſpirare debemus? Omne igitur ſtudium adhibendum ne excidamus eâ perfectione, quæ contingere poteſt. Quin ipſum tantò magis amplecti debemus, quantò viribus noſtris ſuperior eſt. Ideò mihi videtur perfectio virtutis, ſiquis ſemper feſtinet, vt in bono plus habeat, & iuſtitia iuſtitiam deprimat. Altè quidèm dicitur, quòd quantò viribus noſtris perfectio ſuperior eſt, nóſque illi aſſequendæ videmus impares; tantò magis alacri audacter deſiderio ad illam hianter ſuſpiremus, vt arcano deſideriorum merito aſſequamur, quod aſſequi opere non valemus. Opus ad impoſſibilia inerter torpet; deſiderium verò piâ feliciter velut temeritate, vltrà poſſibilitatis metas audet, & maiora viribus voto piè ambit. Idcircò iuſtitia & virtus deſideriorum, iuſtitiam & virtutem operum ſæpè deprimit, & ſuprà actionum faſtigium ſe ſublimiùs attollit, piâ immetatè deſideriorum audaciâ. O bona bonorum operum depreſſio, quæ præcelſum deſideriorum faſtigium ſublimiſſimè exaggerat! Nil vltrà pium deſideriorum faſtum eſt, niſi quod virtus non eſt. Quod iam iam ſubſcribenda eiuſdem loci expenſio explicatiùs clarabit.

Quantò perfectio vltrà vires noſtras eſt, tantò magis deſideriis ambienda eſt.

5. Matth. 5. v.48. Redeant iterùm eadem Chriſti verba, quæ deſideriorum animoſitatem extimulent: Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Quam Chriſti Dei ſententiam S.
S.Nyſſenus. Gregorius Nyſſenus de vitâ Moyſis, ſic eloquenter elucidat: Qui verè virtutem ſequitur, Deo, qui vera virtus eſt, participatione coniungitur. Deus autem terminum non habet. Quare neceſſe eſt participantis quoque Deſiderium, cùm ad interminatum infinitúmque ſeipſum extendat, nullum habeat exitum, quo ceſſare poſſit. Quas ob res, ſi nullis vitæ perfectio terminis continetur, ſi virtutis idipſum terminus eſt, quod intermina ſit; impoſſibile omninò eſt ita perfectionem hanc, aut verbis aſſequi, vt ad altiora nullus aſcenſus relinquatur. Quomodò igitur quæris, ad quem finem quiſpiam peruenturus ſit, cùm finis nullus inueniatur? Non tamen, quoniam quod quæritur exitum non habet, id circò præceptum Domini negligendum, quo dicitur: Perfecti ſitis ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Nullo

Deſiderium cùm ad infinitum ſe extendat, nullum habet deſiderandi finem.

Digitized by Google

termino metari licet virtutem, & euangelij perfectionem; metam enim deſiderium ignorat; nam etiam dum circà impoſſibilia verſatur, etſi opere fruſtretur, voto ineffabiliter operoſo, è meditato audet; & quod ignorat ad opus, in deſideriorum officinâ refingit in meritum, quia nihil votis ſatis eſt. *Quare neceſſè eſt participantis quoque Deſiderium, cùm ad interminatum infinitúmque ſeipſum extendat, nullum habeat exitum, quo ceſſare poſſit.* O quàm eſt immetata deſideriorum meta! Imple votis pectora, qui manum operibus implere non euales. Exprompta eſt hæc, & facile parabilis virtutum vſura. Nemo ad hæc pietatis lucra, niſi iners vltrò ſit, imbecillus eſt. Ad opus impotens, ſatis ſupérque ad vota euales. Ne ſit deſideriorum auarus, qui vel deſideriis ſat diues eſſe poteſt. Vide hîc Rutham, quæ poſtquam tot virtutum facinora ſtrenuè actitauit, ita adhuc deſideriis obſequẽter

Hîc verſ. 5. vigebat, vt piæ ſocrui animoſiùs dixerit: *Quicquid præceperis, faciam.* Nil quantumvis arduum obſequio eximit, quæ cuncta in votis habet, quæ explendæ per omnia legis, deſideriis pectora impleuit, & ipſam legalis iuſtitiæ ſitim biberat: indéque digna extitit, quæ & *regni mater*, & Chriſti Dei progenitrix generoſa eſſe mereretur.

6. Iſaiæ 55. *Omnes ſitientes*, inquit, *venite ad*

Iſaiæ 55. v. 1. *aquas: & qui non habetis argentum, properate, edite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque vllâ commutatione vinum & lac. Quaſi*

Galfridus. *Deſideria dicuntur pretium ſine pretio.* *diceret* (ait inibi Galfridus apud Tilmannum ibidèm:) *Qui non habetis pretium, pretium date. Offerte meritum, qui meritum non habetis. Imò qui de merito non præſumitis, Deſiderium exhibete. Credite Domino, ſi mihi non creditis: Optimum huius poculi pretium, ſitis: magnum huius gratiæ meritum, feruens Deſiderium cordis. Benignus ſpiritus ſapientiæ inuitum non coget, voluntarium non fraudabit.* Sat eſto, hîc locum excripſiſſe inter *Deſideriorum* elogia, quem pro *Voluntarij* alacritate nuper expendebamus. Non enim tam fuerat expendendus, quàm hîc non omittendus.

7. Sapientiæ 4. iuſtus ætate iuuenis, meritis

Sap. 4. v. 13. annoſus inducitur: *Conſummatus*, inquit, *in breui expleuit tempora multa.* Num tempus in earum rerum cenſu computatur, quæ extendi aut dilatari poſſunt? Quis vnam eandemque horam, diem, aut annum contrahere, aut protelare vmquam potuit? Pulchrè Bernardus: *Be-*

S. Bernard. apud Tilmann. ibi. *nè multa*, inquit, *quia vniuerſa complectitur. Quomodò enim non expleuit omnia tempora, qui*

Deſideriorum arbitrio, vita ad merendũ ampliatur. *tranſit ad æternitatem? Quanta ſanè tempora non longanitate, ſed inextinguibili ſemper proficiendi deſiderio percurrere potuit, tanta ſibi in meritis non immeritò vendicauit. Porrò vera virtus finem neſcit, tempore non clauditur.* O bona à deſideriorum merito, annorum ampliatio, & longæua iuuentutis ſenectus! Porrò ſicut auarus ille diues, ignorans quòd in mortis eſſet

Lucæ 12. v. 18. & 20. confinio, ait intrà ſe: *Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi*, &c. Qui confeſtim audiuit: *Stulte, hâc nocte animam tuam repetent à te.* Ecce hic ſtultè diues vitam ad delinquendum ampliauit; & in tempus, quod vitæ defuit, ſe intulit ad peccandum: neque enim deſtruxit horrea, vt fructus auarè reconderet. Similem ad modum è diuerſo, hìc Iuſtus *conſummatus in breui compleuit tempora multa*, dum *inextinguibili ſemper proficiendi deſiderio*, ſe in æternitatem latè intulit. O arcanum immetatè merendi arbitrium!

---

§. CXCI.

Alacris ſpontaneè voluntas, ſpiritus principalis eſt, vltrà virtutem generoſè audax?

PVrpuratus ille Propheta, & Prophetarum 1.
Princeps, piè ambitioſo pœnitentiæ ſqualore in ſacco ac cinere volutatus, redemptricibus infuſus lacrymis, ſic Deum ſupplex orat: Pſalm. 50. v. 14.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. τὸ *redde*, ita inibi expendit Origenes in Græcorum Patrum Catenâ: *Cui* Origenes.
aliquid debetur, illi redditur: redditur autem naturæ rationali lætitia ſalutaris Dei; & qui ſpiritu principali confirmatus eſt, minimè ſeruiet peccato. Quaſi vero pœnitenti conſolatio & lætitia *debeatur.* De quo aliàs forſan. Sed quis eſt hic ſpiritus *Principalis*, qui hominem alioqui Diaboli, peccati, ac paſſionum ſeruum, hâc ſeruitute ſic exemptum, ingenuum ac prænobilem reddit? Reſpondent Græci Patres in Commentario indidèm: *Spiritum verò intelligit ſiue ſanctum*, & principalem, *ſiue donum aliquod affectibus imperans, & voluptates coërcens, ſiue liberam cogitationem.* Sed rurſùs quærere, ac peruestigare iuuat, quiſnam ſit hic ſpiritus *Principalis*, qui hoſce mirabiles effectûs in hominibus operatur? Citò dicam cum Genebrardo: *Spiritu Principali*, inquit, *ſpiritu præcipuo, principe, & primario ſuſtenta, & corrobora me...... ſpiritu ſpontaneo, liberali, & benefico.* Et poſt paucula ſubdit de Spiritu ſancto, quem ſpiritum Principalem interpretatur: *Eſt etiam ſpontaneus, beneficus, & liberalis, quoniam liberaliter ſe communicat, profuſè dona Dei diſtribuit, nos ſpontaneos & liberos facit.* Ecce tibi quis qualíſque ſit *ſpiritus Principalis*, ſic à Dauide expetitus, tot Patrum elogiis celebratus, nempè animus ad rem virtutis *ſpontaneus*; qui non coactus ſuppliciorum horrore, nec præmiorum lenocinio extimulatus; ſed alacri propoſito ad Deum it, ſponte ad rem Dei pergit, & virtutis facinora vltrò aggreditur. Hic, hic, inquam, is eſt, cui ſpiritualis lætitia, non tam dari, quàm *reddi* perhibetur. Hic *ſpiritus principalis*, id eſt, *ſpontaneus*, humanis *affectibus imperare* facit, hic *voluptates coërcet*, hic vagè *liberas cogitationes* frenat facili aurigatione: *qui hoc ſpiritu principali confirmatus eſt, minimè ſeruiet peccato.* O plebeius quiſque huiuſmodi *ſpiritum principalem* piè ſuperbus exambiat!

Græci Patr. Genebrard. *Spiritus principalis, eſt animus ad virtutẽ ſpontaneus.*

Iſaiæ 55. *Omnes*, inquit, *ſitientes venite* 2.
ad aquas: & qui non habetis argentum, prope- Iſaiæ 55. v. 5.
rate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque vllâ commutatione vinum & lac. Forſan parùm ſibi cohærere videbitur, quòd emi dicatur, quod abſque vllo pretio accipitur: vbi enim abeſt pretium, emptionis vocabulum re ſuâ vacat, & in beneficij aut gratiæ nomen abit.

Digitized by Google

abit. Quod eſt hoc pretium, quod gratiam non excludit? & quæ eſt hæc gratia, quæ pretium admittit? Opinor, auidæ voluntatis Sacramentum eſt. Pulchrè inibi Galfridus in Allegoriis veteris Teſtamenti aduocatus: *Venite, emite abſque argento, &c. Quaſi diceret*, inquit; *Qui non habetis pretium, pretium date: offerte meritum, qui meritum non habetis. Imò qui de merito non præſumitis, deſiderium exhibete. Credite Domino, ſi mihi non creditis: Optimum huius poculi pretium, ſitis. Magnum huius gratiæ meritum, deſiderium cordis. Benignus ſpiritus ſapientiæ inuitum non coget, voluntarium non fraudabit.* Adſimiliter indidèm Bernardus: *Quid eſt autem, Emite abſque vllâ commutatione? non talis eſt emptio apud huius ſeculi emptore?, ſed apud auctorem ſeculi alia eſſe non poteſt. Quam enim commutationem dabit ei homo pro animâ ſuâ, qui nullius eget, & cuius ſunt vniuerſa? Etiam cùm emitur, gratis emitur: quia quod gratiâ datur, meliùs nobis retinetur; gratia gratis datur: nummo propriæ voluntatis emenda ſunt omnia; quam dimittentes, nihil amittimus; plerumque lucramur illam, in melius commutantes.* Nil tam homini noxium, quàm propria voluntas, quæ eſt omnium ſcelerum fœcunda matrix: hæc, hæc, inquam, ſi ad rem virtutis, & cæleſtium bonorum appetentiam voluntariè inclinet, arcanum offert pretium, quo gratis & ſine pretio omnes hominibus ſanctitates donentur, & earum retinendarum arbitrium eſt.

Galfridus. *Voluntarius pretium offert, quo cæleſtia bona gratis accipiat.* S. Bernard.

3. Matth. 11. v. 28. Matthæi 11. hæc Chriſti Dei dulciſſima verba leguntur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos.* Quaſi dicat: Tuliſtis graue & penè intolerabile iugum, & onus legis veteris, peccati, & concupiſcentiæ: ergò venite ad me, & ego illud tollam, & in legis Euangelicæ & gratiæ ſuaue iugum & onus commutabo: reficiam enim vos per iugum & onus meum. Valdè adlaborant Interpretes, quomodò iugum imponens Euangelicum, quod ſanè leue non eſt, huiuſmodi oneris impoſitione, non degrauare, ſed reficere ac recreare dicatur? Quod eleganter idem Galfridus addubitat: *Tollite iugum meum ſuper vos, &c. Si labor omnis, & onus omne culpatur: quid eſt, quòd idem ipſe qui refectionem pollicetur, adiungit: Tollite iugum meum ſuper vos? Sed labor eius reficit laborantem, & eius onus portat potiùs quàm portatur.* Eleganter quidèm. Sed adhuc extricandum Galfrido ſupereſt, vndè habeat hic Euangelio impenſus labor, vt laborantes reficiat; & hoc Chriſti, ſeu Chriſtianæ virtutis iugum, vt portet potiùs quàm portetur? Inſolens enim eſt labori, laborantem recreare; & iugo, illud portantem potiùs portare. Belliſſimè S. Bernardus apud eundem Tilmannum inibi: *Tollite iugum meum ſuper vos, &c. Ac ſi diceret: Non impono inuitis; ſed, ſi vultis, tollite vos (tollas crucem tuam;) alioquin non requiem, ſed laborem inuenietis animabus veſtris.* Addit indidèm Ailredus: *Iugum iſtud non premit, ſed vnit: onus iſtud pennas habet, non pondus.* Ecce tibi magnum alacris voluntatis, ſeu voluntarij ſacramentum. Nimirùm lex Euangelica, quæ tot præcepta & conſilia continet, humanæ concupiſcentiæ repugnanter aduerſa; ſi ab inuitis ſuſcipiatur, labor eſt, & magnus labor; iugum eſt, & pergraue iugum. Si verò alacri voluntate, & voluntariâ alacritate ſuſcipiatur, leue eſt, facile, iucundum, pergratum: quia *non premit, ſed vnit, onus illud pennas habet, non pondus:* onus enim quod quiſque voluntariè ſubit, & vltrò portat, alatum eſt, volucre eſt, pennatum eſt: non habet oneris ac iugi pœnalem laborem, ſed pennatam iucundamque volantis agilitatem. *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Iſaiæ 40. v. 31.

Galfr. ibi. *Iugum voluntariè ſuſceptum, pennas habet; & indè leue eſt.* S. Bernard. Ailredus.

4. 2. Cor. 8. v. 3. 2. Corinthiorum 8. Paullus eos certiores facit de inſigni beneficio Eccleſiæ Macedonum collato, quòd in tantis ærumnis pro Chriſto, in ipſo Chriſto eorum alacritas ſeſe effunderet. Narrat etiam, atque ſuâ auctoritate teſtatur, pro viribus illos, quin etiam ſuprà vires fuiſſe liberales. *Quia ſecundùm virtutem (teſtimonium illis reddo,) & ſuprà virtutem voluntarij fuerunt.* Meta virtutis eſt, quantum quiſque poteſt in re virtutis, & pietatis, intentiùs operari; quid ergò eſt, quòd Macedones *ſuprà virtutem* etiam pios ac liberales extitiſſe perhibentur? An vltrà pietatis metas progreſſi ſunt? Vndè hæc exaggeratio Macedonum virtus? Sanè quiddam præclarum viſus erat olim ſenior Tobias pietate opinatiſſimus, filio ſuo præcipere, cùm dixit: *Quomodò potueris, ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude.* Quid ergò eſt, *ſuprà virtutem?* Anſelmus putat, munificos fuiſſe *etiam ſuprà virtutem facultatum ſuarum, quia etiam de ſuis rebus neceſſariis, quibus vita illorum carere non poterat, obtulerunt.* Lyranus nimis forſan Theologicè hunc velut exceſſum pietatis, ad *liberalitatem infuſam* refert. Ceterùm Dionyſius Carthuſianus ſimpliciter locum exponit: *Suprà virtutem voluntarij fuerunt. id eſt, vltrà ſuam poſſibilitatem Voluntarij fuerunt ad dandum.* Adhuc explicatiùs rem ediſſerit Caietan. *Declarat Paullus quod dixerat de virtute beneficentiæ extenſa vſque ad profundè pauperes: quia non ſolùm ſecundùm vires facultatum, ſed etiam ſuprà vires earundem, Spontanei fuerunt ad largiendum.* Vndecumque res ſit: ecce tibi voluntatis ſpontaneæ ſacramentum. Alto quidèm ſtylo, qui voluntariè donat, *ſuprà virtutem* donare dicitur: alacris enim & ſpontanea voluntas, *ſuprà virtutem*, & vltroneo impetu acta, *vltrà ſuam poſſibilitatem* ferri piè præſumit, & ſuarum virium metas tranſilire. Vlterior & vlterior poſſibilitas, ſpontaneæ voluntatis ſtipendium eſt. Heu quoties, nolle in cauſſâ eſt, & non poſſe arbitramur, & prætendimus! Velis, & poteris. Saltem alacris voluntatis affectio, totam poſſibilitatem exerit, & exhaurit. quod Paullus *ſuprà virtutem*, id eſt, *vltrà ſuam poſſibilitatem* appellauit. Quod in re virtutis, laboris, ac religionis, velut obſtinato animo ſemper ſtrenuè alacris Rutha comprobauit.

Tobiæ 4. v. 8. S. Anſelm. Lyranus. Carthuſian. Caietan. ibi. *Spontanea voluntas totam poſſibilitatem exhaurit, & vltrà poſſibile audet.* Hic verſ. 5.

5. Matth. 8. v. 4. Matthæi 8. leproſum illum, de potentiâ ſecurum, de voluntate ambiguum, attactu Chriſtus ſanat; vt vndè contagio ſerpere conſueuit, mirabiliùs indè ſiſteretur: *Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris.* Quæ Chriſti verba S. Ambroſius lib. 5. in Lucam, ſic eloquenter elucidat: *Ne lepra tranſire poſſit in medicum, vnuſquiſque Dominicæ humilitatis exemplo iactantiam* S. Ambroſ.

Iacturâ ſuæ beneficentiæ publicatæ, emit Chriſtus opus magis hominibus voluntarium.

vitet (Salubris ſanè eruditio de humilitatis antidoto, aduersùs hominum ſecularium venena) *Cur enim præcipitur nemini dicere, niſi vt doceret non vulganda noſtra beneficia, ſed premenda, vt non ſolùm à mercede abſtineamus pecuniæ, ſed etiam gratiæ?* Addit aliam rationem opportunè: *Aut fortaſsè etiam illa ſilentij cauſſa eſt imperati, quòd meliores putabat, qui fide magis ſpontaneâ, quàm ſperatis beneficiis credidiſſent.* Profectò aut deſiderium accipiendi beneficij, aut illius accepti effuſior gratitudo, quò plùs ad propriam vtilitatem vergit, eò magis minuit voluntarium ſpontè eundi ad Chriſtum. Qui ad beneficum it, ad ſe potiùs vadit. Ergò Chriſtus aut parcit cognatæ largiùs beneficentiæ, aut illius ſilentium indicit, vt ſpontaneum augeat; & publicatæ beneficentiæ iacturâ voluntarium incrementet: nam quod præbitori benefico adiicitur, credentis voluntario detrahitur. O! ſic vltroneam virtutem Chriſtus expetit?

---

§. CXCII.

Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem exinceps malitiam erudiens.

1. *Vir bonus timet ſibi à ſe.*

AB homine homini quotidianum periculum eſt. Aduerſus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. Nullum enim malum frequentius, nullum pernicioſius, nullum blandius, nullum malum propinquius. Tempeſtas minatur antequam ſurgat, crepant ædificia antequam corruant, prænunciat fumus incendium; ſubita eſt ab ipſo homine homini pernicies; & eò diligentiùs tegitur, quò propiùs accedit. Quis ſui aduerſus ſe minas animaduertit? quis inteſtinam ſui hoſtilitatem timuit? O caue tibi à te! Vir bonus, ne fidem ſibi habeat, ſtudioſè ſatagit: & cùm ſolus ſecum eſt, cautè timet, ne fortè cum homine non bono ſit, atque ſuum in ſe ſerpat vitiorum contagium, & malo ſui exemplo ipſe ſe prodat, ac morum porrigine inuitiet, morbo plerumque immedicabili. Contagioni huic in hoc §. cauterem inurimus, ſi fortè ægritudinem latè ſerpentem ſiſtat.

2. Pſal. 1. v. 1. Regius Vates ſic concinnè pangit Pſalmo 1: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit.* Multimoda horum verborum expenſio, è veterum Patrum luculentis commentariis deprompta, probationi thematis præfixi ſuffragium fert. Primò ſagacior Interpretum peritè ſedulitas ſollerter peruestigat, quæ nam ſit *cathedra*, cuius ſeſſionem quiſquis declinauerit, *beatus vir* nominari meruerit? & quænam ſit doctrina, quam hæc magiſtralis cathedra ſpirat, docet, præcipit? Multa multi hâc ſuper re, quæ nunc libens intermitto, vt citiùs elegantem Baſilij expoſitionem reſcribam: *Cathedram*, inquit, *vocat ſtabilem ac firmam in iudicio prauo conuerſationem; quæ cauenda nobis eſt: quoniam diuturna in peccatis commoratio habitum quemdam vix mobilem animis indit. Antiquus enim animi morbus, & mali exercitatio, longitudine temporis obdurata, vix remedium, vel potiùs omninò nullum, reperiet; cùm in naturam vt plurimùm conſuetudo vertatur.* Profundè quidèm Baſilius delictum ſemel & iterùm admiſſum, quandoquidèm vlteriorem & vlteriorem admiſſionem exinceps edocet, *cathedram* appellat, è quâ adſimilia delicta ſæpiùs iteranda docentur, ac præcipiuntur; dum vnum & alterum delictum, quod non ſtatim cohibes, viam ſternat ad aliud, & cùm iam in mores abiit, ſuum contagium in teipſo latè propagat, & fœcundè dilatat. Exindè inuitiandorum peruersè morum *cathedra* nominatur. Nam malum mali eruditio eſt in patratore ipſo, & ſemel malitia vlterioris malitiæ perſuaſio cognato vitiorum lenocinio. O non bonum ſui magiſtrum, & diſcipulum ſui! Vno & altero ſcelere, quod deſes excutere neglexiſti, in teipſo docendorum ſcelerum *cathedram* erigis ac fundas, è quâ vlteriora exinceps ſcelera auctoritate magnâ doces, & præcipis; atque tibimetipſi allinis, affricas, imprimis, latiùs in te propagatâ vitiorum diſciplinâ, ad quam (ô malum!) expromptè dociles ſumus, de primæuo contagio latiùs, ni ſiſtatur, ſenſim malignè ſerpente. *Cathedram vocat ſtabilem in iudicio prauo conuerſationem*, &c. O ab hâc non bonâ tuâ eruditione, tibi ſollerter præcaue! Porrò non tantùm dicitur *cathedra*, quia docet, præcipit, ſuadet; ſed *cathedra peſtilentiæ*, aut *peſtilentiarum*: quò clarè euulgetur ac innoteſcat, quàm pernicioſo ac latè ſe propagante contagio, fœcundè ſerpat, & mores pernicioſiùs inficiat, peſtilenti vitioſæ eruditionis porrigine totum hominem ſenſim inuitiante.

S. Baſil. hic in Cat. Græ. Patr. apud Corderium. *Repetita delicta, cathedra eſt, quæ vlteriùs, repetenda te edocet.*

Redeant iterùm eadem Pſalmographi verba, adhuc vlteriùs emedullanda: *Beatus*, inquit, *vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit.* Primùm enim colenda pietas eſt (ait inibi Heſychius) ac tunc viuendi inſtitutum ordinandum. Atque illic quidèm non *abire*, hîc verò non *ſtare* præcipit; vt impietati ne minimùm quidèm, vel per tranſennam communicare, aut eam attingere caueamus: & in peccato (vtcumque per id tranſire contigerit) non inſiſtamus, hoc eſt, immorari aut perſeuerare fugiamus. Hactenùs Heſychius, cuius doctrinam explicatiùs tradunt Græci Patres in Paraphraſi eiuſdem Catenæ, dum emedullant quid ſit, in viâ peccatorum non *ſtare*. Porrò non eſt multorum primam innocentiam vſque ad finem vitæ impollutam ſeruaſſe, neque vnquam in peccatorum viâ tantiſper ſtetiſſe. Hoc enim priuilegium cæleſti vitæ confine, perratum eſt, & vniuerſatim non multis conceſſum. Hîc autem generaliter agit Dauid de omnibus Iuſtis, qui recta in cælum contendunt, & retrogradâ malitiæ fugâ, & rectis meritorum greſſibus. O quàm anguſtè exiguus eſt numerus eorum, qui in viâ peccatorum nunquam *ſtetit!* Imò, ſi Prophetæ verba penitiùs explorentur, non eſt exiguè anguſtus, ſed peramplè numeroſus. Audienda eſt Græcorum Patrum luculenta paraphraſis: *Et in viâ peccatorum non ſtetit. Quaſi diceret: Qui peccata humana non commiſit; vel ſi commiſerit, non ſubſtitit, ſed illicò reſilijt. Viam enim vocat actionem, iuxta illud: Beati immaculati in viâ, id eſt, in actione.* Sententia quidèm ethica tantorum Patrum eru-

3. Pſal. 1. v. 1.

Heſychius. mox allegandus.

Vix erraſſe creditur, qui errore non iterato, vlteriores non erudiuit errores.

Para. Græc. Patr. apud Corderium. Pſalm. 118. v. 1.

ditione

ditione digniſſima. Porrò non ille duntaxat in viâ peccatorum non *ſtetiſſe* dicitur, qui nunquam vel in humana peccata lapſus eſt; ſed ille, ille etiam, qui tamquam homo humana peccata commiſit; ſed in illis non diu *ſtetit*; imò potiùs *illicò reſilit*. Quaſi *ſtetiſſe* non reputetur, qui de repetitâ *ſtationis* perſeuerantiâ, non ſe erudit ad vlteriorem, & vlteriorem lapſum, velut è *peſtilentiæ cathedrâ*; ſed quamprimùm à lapſu reſiliens, & ſe colligens, ac vendicans ſibi, priſtinum errorem eueſtigio retractat, & ad relictam virtutis viam quammature ſe recipit. Hic, inquam, de feſtinatâ reſipiſcentiâ innocentiam æmulatur: vix erraſſe creditur, qui repetito errore, ad vlteriùs, & vlteriùs exinceps errandum non erudiuit ſeſe. Sanè hic quancitiſſimè reſiliens, nec in viâ peccatorum *ſtetiſſe*, nec *ſediſſe in cathedrâ peſtilentiæ* perhibetur.

4. Pſal. 18. v. 13. & 14. Regius Vates de peccati ſcholâ male eruditus, benè nos ad cautelam erudit: *Delicta*, inquit, *quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.* Dixerat Dauid verſ. præcedenti, ſe cuſtodire mandata Dei; nunc velut corrigit ſe, atque excipit peccata ex ignorantiâ, quæ vix caueri poſſunt. Vndè pulchrè in Hebræo legitur: *Ignorantias quis intelligit?* vbi opponit ignorantiam intelligentiæ, demonſtrare volens, eſſe difficillimum cauere peccata, quæ ex ignorantiâ committuntur. Itaque per *delicta* ſeu *ignorantias*, quotidianos defectus ſignificat, & non opinantis animi prolapſiones, quæ *occulta* delicta vocat. Per *aliena* autem quidam putant deſignari motus concupiſcentiæ, qui dicuntur nobis alieni, quatenùs deliberationem rationis præuertunt: alij verò non bona à ſodalibus peccatoribus exempla, quæ delictorum ſordes ſenſim ſtillant & allinunt; & maximè à ſe ipſo, cum quo intimiùs habitat, ne delicta ipſe ſibi affricet. Et ſanè cùm communiter Interpretes per *delicta* ſeu *ignorantias*, & per *occulta* ſiue *aliena*, quotidianos defectus ſeu leues lapſus, non ruinam intelligant, mirilliſmum eſt, & attentâ expenſione digniſſimum, quòd addiderit Propheta, quòd his delictis emaculatus, *emundabitur à delicto maximo.* Quod nam eſt hoc *delictum maximum*, quod à delictis leuibus Propheta timet? Appoſitè inibi Græci Patres in huius loci Commentario: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis*, &c. *Niſi enim abolita fuerint interna ſordes incumbentes, occaſio erunt vt me aliena comprehendant. Parcens igitur ſeruo tuo, non permittes me ab alienis comprehendi, ſi ab occultis meis mundaueris me.* Ecce tibi vel occultæ peccatorum ſordes, curioſis etiam ſpectatoribus inuiſæ, dum conſcientiæ malè *incumbunt*, hominem ad vlteriora delicta procliuem reddunt; & vnumquodque delictum, plurium delictorum expromptior eruditio eſt: homo enim à ſe doctus, & innocentiam dediſcit, & peccandi impudentiam pronè diſcit. Exindè ipſe ſibi peccator, dum antiqua peccata conſcientiæ *incumbunt*, ſchola vlteriùs peccandi eſt. Idcircò dum à priſtinis defectibus Dauid expetit emaculari, *à delicto maximo*, id eſt, delictorum gymnaſio, *emundari* fatagit. O! ſic antiqua delicta dum conſcientiæ *incumbunt*, alia atque alia delicta edocent, imbuunt, erudiunt?

Hebræus.

Quare vel leues defectus conſcientia incumbentes, delictum maximum nominantur?

Græci Patr.

5. Iob 15. v. 5. Iob 15. ſic eum arguit ac increpat Eliphaz Themanites: Arguis verbis eum (Deum inquã,) qui non eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit: *Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium.* Sententia ſpecie tenùs perſpicua; nam ex abundantiâ cordis os loquitur, & animi ſenſus ſermonem parturiunt. Ceterùm Vatablus ex eodem Hebræo codice, & eiſdem verbis oppoſitum ſenſum excribit, ſic enim locum vertit: *Certè docebit iniquitatem tuam os tuum, cùm eligis* (vel, *& eliges*) *linguam verſutorum.* O non benè reciprocam malitiæ ſcholam! quaſi os peruerſè loquens, animi iniquitatem ad iniquitatem vlteriorem *doceat*; & animi iniquitas, linguæ maledicentiam erudiat, reciproco malitiæ magiſterio. Priorem ſenſum, quem Vulgatus expreſſit, ſic elucidat Anſelmus Laudunenſis in Gloſsâ interl. *docuit iniquitas tua os tuum* id eſt, *Ex peruerſâ vitâ docuiſti loqui peruerſa.* Et S. Gregorius ibidèm: *Iniquitas os docet, quandò ex malâ vitâ concipitur, quod peiùs dicatur.* Lyranus: *Ex iniquitate cordis procedit iniquitas oris.* Nempè animi iniquitas ſic oris linguam erudit ad omnem iniquitatem, ſic efficaci ſuadelâ malitiam edocet; ſic lingua arripit & exprimit non bonam morum doctrinam, vt non tam illam concipere, illâ doceri & erudiri, quàm ex illâ per naturalem emanationem *procedere* videatur. *Docuit iniquitas tua os tuum*, id eſt, *ex iniquitate cordis procedit iniquitas oris.* Non dimittam innotatum; quod ad rem addidit Vatablus: *Cùm eligas linguam verſutorum*, ſeu *blaſphemantium*, hoc eſt, *Et eliges linguam verſutorum*, ſeu *blaſphemantium.* quaſi quod male *eligis*, niſi confeſtim reſipiſcas, & meliorem reſumas mentem, perindè ſit, ac deinceps *eliges*, de expromptâ non benè malitiæ eruditione. Vndè Ruth hîc poſt abiuratam Idololatriam, & peccatricem Moabitidis licentiam, iam adſcita ad Dei populum, ipſa ſibi à ſe cauet, nec ſibi tutò ſe credit; ſed bonam Noëmi rerum agendarum arbitram ac ductricem conſilioſè mauult, cuius arbitrio ſui rectionem obſequenter permittit,

Vatablus.

Gloſ. interl.

S. Gregor. ii. Moral. c. 15.

Lyra ibi.

Quod quis eligit, exinceps eliget.

Hîc verſ. 5.

---

§. CXCIII.

Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ melius eruditur.

1. Seneca epiſt. 95. QVoties parum fiduciæ eſt in iis quibus imperas, ampliùs eſt exigendum quàm ſatis eſt, vt præſtetur quantùm ſatis eſt. In hoc omnis hyperbole excedit, *vt ad verum mendacio veniat.* Numquam tantùm ſperat hyperbole quantùm audet: ſed incredibilia affirmat, vt ad credibilia perueniat. *Legem breuem eſſe oportet, quò faciliùs ab imperitis teneatur: velut emiſſa diuinitùs vox ſit. Iubeat, non diſputet. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex*

Lex iubeat, non diſputet; ne argutias in vtramque partem torqueatur.

Digitized by Google

cum prologo. Mone, dic quid me velis facere. Non diſco, ſed pareo. Porrò non benè lex velut è cathedrâ diſputando docet; nam qui ſic docet, litigat: litigium autem in vtrámque partem cauſſam verſat, & ſophiſticis argumentis rationem præſtigens, negotium intricat; & dubiæ interpretationis præſtigiis argutè compoſitis, à ſolio ſuo legem deponit, & violationem clanculùm ſubornat argutiarũ noxiâ ſubtilitate. Quapropter ſcitè dixit Ariſtoteles: *Et, ſi ambigua ſit lex, ita vt torqueas, & in vtram deductionem aut iuſtum quadrare poſſit, aut vtile, deindè eo vtaris*, &c. O quoties diſputationibus ſophiſticis de propriâ vtilitate vigoratis, *torquetur lex*, tanquam reus, vt eiuſmodi torturâ extorqueatur, non veritas, ſed mendacium! O quàm multi ſunt legum tutores, qui legem velut pupillam ſine mente & arbitrio tractant, illique ſuam mentem & arbitrium pro nutu ingerunt!

Ariſt. lib. 1. Rhetor. c. 15.

2. Regius Vates Pſalm. 50. ſic Deum alloquitur: *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Nam noui omnem tibi fucum diſplicere, diſſimulationem, excuſationem, mendacium: veritatem autem, candorem, ſimplicitatem tibi placere. Verùm ſi Deus ſic veritatem diligit, quomodò ſuæ ſapientiæ *incerta*, Dauidi reuelauit? Quæ ſunt hæc *incerta* diuinæ ſapientiæ, in quâ nihil eſt incertum? Aliqui hoc poſterius hemiſtichium ita exſcribunt: *In abſcondito cordis ſapientiam docebis me:* alij, *In intimis ac renibus*, &c. *& in abſcondito aut obſignato aut clauſo ſapientiæ ſcire feciſti me.* Verùm Vulgatus non tantùm *occulta* habet, ſed etiam *incerta*. Ruffinus putat *incerta* dici reſpectu Iudæorum qui legebát, & dubitabant; *occulta* reſpectu Gentilium, qui penitùs ignorabant. Caſſiodorus, *incerta*, quæ omninò diſcerni non poſſunt, ſed aliquibus ambiguitatibus colliguntur; *occulta*, quæ nec oculus conſpicit, nec mens humana diiudicat. Beda, *incerta* non in ſe; ſed quia *occulta*, planè ignota. Ceterùm adhuc in explicandis, quæ ſint hæ res *incertæ*, quas à Deo ſibi manifeſtatas aſſerit Dauid, Interpretum ſententiæ nimis variant. Ambroſius hæc *incerta* & occulta exponit de certiſſimâ ſpe peccatorum remittendorum per venturi Meſſiæ gratiam. Auguſtinus verò, *incerta* applicat ad reuelationem de veniâ quam conſecutus eſſet ipſemet Dauid, quandò ei dixit Nathan, *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.* Arnobius, *incerta* explicat de manifeſtato per Nathan peccato, quod adeò tectè patrauerat Dauid & fraudulenter, præſertim contra Vriam. quaſi peccatum tectiùs abſconſum, *incertum*, etiam ante Dei oculos quodammodò cenſeatur ad pœnales nunc ſupplicij rigores. Lyranus, *incerta* interpretatur de promiſſione ſucceſſionis regni in filiis, & deſcenſus Chriſti ex ſemine ipſius, quaſi peccatum, certiſſimas promiſſiones in ambiguam *incertitudinem* velut refinxerit. Denique Græci Patres in huius loci Commentario, per τὸ *incerta*, legem intelligunt: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Non reſpexiſti*, inquiunt, *delicta Progenitorum; ſed tuam ipſius clementiam imitatus, etiam legem eis dediſti, atque rempublicam inſtituiſti. Hæc enim omnia iuxta legem, Incerta & occulta vocat.* Itaque ipſam

Pſal. 50. v. 8.

Tranſlationes variæ.

Ruffinus.

Caſſiodorus.

Beda.

S. Ambroſ. apud Lorin.

S. Auguſtin.

Arnobius.

Lyranus.

Peccatum occultum dicitur incertum.

Græci Patr. in Comm. Corderij.

Dei *legem*, per Moyſen in deſerto promulgatam, quâ Hebræorum reſpublica inſtituta eſt, *incerta* ſapientiæ ſuæ appellat: non adſpectu ad Dei ſcientiam & ſapientiam, cui omnia certò perſpicua ſunt, abſque vllo ambiguitatis næuo; ſed reſpectu ſubiecti populi, qui anteà eiuſmodi legum ignoratione, & ideò *incertitudine* laborabat. Poſt legem autem in Sinâ datam, & ritè promulgatam, adhuc de varietate commentorum, & gloſſarum diuortio, dum legis intelligentia ſagaciter litigat, quò præceptorum onera mitiget, & inobſequentiam vtcunque coloret, *incerta* quoque conſultiſſimè nominantur. Quin & refractarij Iudæi, durâ ceruice obſtinati, paſſim idola colentes, diuinæ legis violatione, illam quodammodò *incertam* reddiderunt. Velut *incerta* enim putatur lex vulgari violatione contempta. Quare cùm Dauid inducit *Progenitorum delicta*, quibus ſuum recenter flagitium aggregat geminata malitiâ ſceleroſum; diuinam *legem* ſapienter Iudæis datam, & ab eis paſſim, aut male intellectam inobedientiæ ſtudio, aut peccandi temeritate irreuerenter violatam, illam, illam inquam, tunc vel maximè, *incerta* diuinæ ſapientiæ nominauit.

Quare Moyſis lex incerta & occulta diuinæ ſapientiæ nominatur?

Idem Pſalmographus ſic pangit pulchrorum munerum ſupplex à Deo rogator: *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.* Nonnulli codices, *quia in mandatis tuis credidi.* Non ſemel autem notat Lorinus, quòd nulla per ſe neceſſaria differentia eſt, *credere alicui*, aut *in aliquo*, imò nec *aliquid*, vel *in aliquem.* Sapienter verò obſeruat Auguſtinus dictum fuiſſe à Prophetâ, *credere mandatis*, cùm potiùs dicendum videretur, *obediuiſſe.* Porrò myſteria fide reuelata credimus; legibus autem ac mandatis obedimus. Neque ſat eſt, ſi mandatis credamus, quod de facilè fit; niſi legem ac mandata obſequio impleamus, quod in arduo eſt: lex enim non fide, ſed opere impletur. Quæ eſt hæc mandatorum fides, quam hic commendat Propheta? Eleganter inibi Ambroſius: *In mandatis Dei credere, hoc eſt, in ipſis eſſe, & credere, quia vera mandata ſunt. Niſi autem credideris mandatis Dei, eorum vtique ſcientiam, quæ per mandata Dei docemur, habere non poteris.* Altè quidèm Ambroſius! Scilicet *in mandatis Dei credere eſt credere quia vera mandata ſunt.* Qui ſic illis credit, & illa fide honorat, *ſcientiam* huiuſmodi mandatorum habere dicitur, hoc eſt, præſtantiorem notitiam, quàm ea quæ per ſcientiam ſagaciùs comparatur. *Non diſco, ſed pareo.* Non ſubtilioribus commentariis, & argutis ſophiſmatibus, legis ſenſus alio torquetur, obſequij declinandi ſtudio; ſed quaſi cæcâ fide ageretur, mandatis credit. Sapienter Ariſtoteles agẽs cauſſam *legũ, fidem, quæ dicitur arte carens*, peridoneè inducit. An non velut Chriſtiano cothurno? Arte caret fides: fides de ingenio artificioſa, à fidei generoſitate deſciſcit. Sit ergò fides benè rudis, ne ſit malè ingenioſa & peius artificioſa. Nimia in diſquirendo ſubtilitas, fidem curioſitate faſcinat, & clanculùm infidelitatem ſubornat. *In mandatis tuis credidi. Niſi autem credideris mandatis Dei, eorum vtique ſcientiam habere non poteris. Crede quia vera mandata ſunt:* & ſic habebis veram *legum fidem, quæ dicitur arte carens.*

3. Pſal. 118. v. 66.

Lorinus ibi.

S. Auguſtin.

Scientia mandatorũ, eſt illis cæcâ peritiâ credere.

S. Ambroſ. ibi Serm. 9.

Fides dicitur carere arte, quare?

Ariſt. lib. 1. Rethor. c. 15.

Idem

Digitized by Google

4. Pſal. 118. v. 34.

Idem regius Propheta in hoc eodem Pſal. 118. ſic modulatè occinit: Legem pone mihi, Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, vt cuſtodiam illam in toto corde meo.* Dauidne is eſt, qui ingenij acumen, & ſubtiliorem *intellectum* expetat, vt legem Domini, eiúſque præcepta ſagaciùs *Scrutetur*, & ſcrupuloſiùs exploret? Putat Lorinus hîc Dauidem petere intellectum ad cognoſcendum legis diuinæ vtilitates, præſtantiam, difficultates, ſenſum proprium, idque in eum finem, non vt curioſè intelligatur, ſed vt toto corde cuſtodiatur, atque in vſum obſequio deducatur. Verùm obſtat Hilarius, qui benè obſeruat, ingenium hominis quantumuis ſagaciſſimum, huic indagini non ſufficere. Imò qui nuper dixerat, ſe *credere mandatis*, quo pacto nunc petit *intellectum*, vt mandata ipſa ſcrutetur? Dubiè credit, opinor, qui quod credit, adhuc ſagaciter *ſcrutatur*. S. Hieronymus ibidèm verſ. præcedenti, per legem intelligit Chriſtum, aiens; *Legem pone mihi Domine, id eſt, te ipſum, quia lex Chriſtus eſt.* Nempè Chriſti vitam, virtutes, actiones, velut leges puta, quæ imitatione obſequium extorqueant. Huius autem legis gloſſam, intellectum, ſeu *commentarium, eſſe Sanctorum vitam* & exempla, alibi ethicè tradebamus. Mox præſcripta verba exponens Hieronymus, ſubdit: *Da mihi intellectum*, &c. *id eſt, tua mandata. Intellectum, vt non ſim ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Eccleſia rogat vt intelligat diſcretionem inter bonum & malum, inter vitam & mortem, inter litteram & ſenſum. Vt intelligam, & opere impleam.* Itaque *intellectus*, quem Dauid poſtulat Eccleſiæ nomine, eſt lex ipſa, & Dei *mandata*, iuxta illud, *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Huiuſmodi autem mandata benè intelligit, multóque meliùs quàm qui ipſa ſagaciùs *ſcrutaretur*, ac ſubtiliùs exploraret; qui illis obſequium præſtat, eáque *opere implet.* O bonum practicè *intellectum*, ipſa Dei *mandata*, quæ cùm *opere implentur*, certam eorum notionem indubiè expediunt, & expeditè extricant, multò præſtantiùs quàm ſi ſubtiliori *intellectu*, ſagaciori ingenio, ac ſollerti ſtudio, ea curioſè *ſcrutaretur*! Profectò inertia in exequendis mandatis, aut inobediens contumacia, præceptorum intellectum dedidicit, & eorum notitiam deſueſcit: nam ille acutiori *intellectu mandata ſcrutari* dicitur, qui exprompto obſequio illa *opere implet.* O ambiamus hanc de obſequio notitiam, quâ quiſquis caret, *eſt ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus*, nec *intelligit diſcretionem inter bonum & malum.* Ergò perindè eſt: *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam*, ac ſi diceret: *Da mihi tua mandata, & opere implebo.*

Lorinus.

S. Hilarius. lib. 11. de Trinit. *Chriſtus, lex eſt: huius legis commentarium eſt Sanctorũ vita.*

S. Hierony. ibi. *Dei mandata, intellectus ſunt: eorum obſequium, eſt potior eorum ſcrutatio.*

Pſal. 18. v. 9.

Hic verſ. 5. & 6.

5. Pſalm. 118. v. 105.

Regius Vates ſic occinit Pſalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum* (id eſt, lex tua:) *& lumen ſemitis meis.* Pro τὸ *lumen*, plures codices, *lux* habent. Sed quomodò lex, & lux & lucerna eſt? quibúſnam eſt *lux*, & quibus *lucerna*? S. Ambroſius inibi Serm. 14. *Intelligibilis*, inquit, *pedum greſſus, intelligibilis & lucerna, quia verbum Dei lucerna eſt. Mihi lucerna, Angelis lux. ..... Et fortaſsè ſecundùm legem lucerna eſt verbum Dei, ſecundùm Euangelium lux magna. Iudæis lucerna eſt, & lucerna ſub modio. Lucet lex, ſed non videtur, quia operta eorum doctrina eſt, & contagione vitiorum, & cæcitate perfidiæ.* Congruè quidem intelligibilis accenditur lucerna, cùm intelligibiles ſint greſſus, quos dirigere ac corrigere debet. Sed Dei verbum, quod hominibus *lucerna* eſt ſubluſtris, Angelis perſpicua *lux* eſt. Iudæis verò ob contagionem vitiorum, & perfidiæ cæcitatem, lex Dei lucerna eſt, nec aliter poteſt; ſed *lucerna ſub modio*: exindè quæ in ſe lucerna eſt, illis modio cooperta, dubia *lucerna* eſt: quippè quæ in ſe clara & intelligibilis, obſcuros & inintelligibiles eorum greſſus nec dirigit, neque corrigit. Itaque lex Iudæis *lucerna ſub modio eſt*; & indè eius lux incerta: quare adſpectu ad Iudæos nuper dixit Dauid, *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* ſuprà num. 2.

S. Ambroſ.

Lex Iudæis eſt lucerna ſub modio ob contagionem vitiorum, & cæcitatem perfidiæ.

---

§. CXCIV.

Congruus rerum Ordo, inconfuſa Diſtributio, idoneus earum cenſus eſt.

ORdo eſt, idonea conſequentia ac ſeries rerum præcedentium & ſequentium, quò cauetur vt ſingula & certa & inconfuſa ſint, & vnumquódque in ſuo ſtet gradu, & congruam naturæ ſuæ ſedem occupet: neque enim eſt quicquam honeſti, pulchri, robuſti in confuſo ordine. *Verùm ex confuſis* (ait Ariſtoteles) *vt ſanitate, robore, modeſtiâ adſtruere oportet, & in immobilibus magis honeſtum eſſe: omnia enim hæc Ordo quidam, & quies.* Hinc gnome illa ethico-politica: *Ordinibus haud diſtat virtutum ſanctitas.* Hinc ille quicumque opplorat prouincialium armorum imbecillitatem: *Ordo militum nunc eſt, nullum tenere, heu, ordinem.* Porrò confuſanea rerum inordinatio, dum nomina euariat, bona imbonáve elogia pro arbitrio adulterat. O dictum benè! *A contumeliâ vltio differt ordine.* Vide quàm adulteratæ ſint res, quas inordinata confuſio perturbat, faſcinat, inquietat. Exindè ordinis cenſum dignè æſtimare liceat; quippè qui ſuum cum loco pretium vnicuique tribuit; ne infimiſſima ſummis, mediana vtríſque miſceantur. Ordo autem cùm ſuum cuíque locum aſſignat, ſuam quoque faciem rebus ſingulis ſincere reſtituit, quam inordinatio confuſa abſtulerat. 1.

Ariſtotel. l. 1. Ethic. Eudem. c. 8.

Gruterus. p. 1.

Idem p. 2. *Recti ordinis elogium.*

Idem p. 1.

A contumeliâ vltio differt ordine.

Geneſeos 1. mundialis opificij auſpicium proponitur, & tota rerum ſextiduo creatarum facies in huius ſententiæ tabulâ graphicè depicta: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Cæli ac terræ nomine vniuerſas omninò creaturas compendio per anticipationem cenſeri, nec pauci, nec indocti Commentatores putant, quarum ſpecialis poſteà efformatio ſigillatim traditur. Verùm cùm dicitur, Creauit *Deus*, Hebraicè habetur *Elohim*, quod nomen vulgò Hebraizantes, *Iudicem* exſcribunt, quaſi *Deus Iudex* mundum condiderit. Exindè argutum ethicè litigium eſt, quare dum mundi opificium ſummus rerum omnium Opifex efformauit, tamquam *Deus iudex* proponatur. An non magis 2.

Geneſ. 1. v. 1.

gis

Digitized by Google

Deus Iudex mundum creauit, ne rebus creatis ordo tantiſper defuiſſe putaretur.

gis idoneè tunc Deus appareret ſub nomine Iehoua, quaſi primum ens, quod ceteris largitur, vt ſint? An non Omnipotentis vocabulum tunc foret opportunius, quippè qui tunc creaturas omnes de nihilo condidit? An non potiùs beneficentiæ vocabulo tunc indigitari debuiſſet, cùm diuinioris munificentiæ gazas profert, & hominibus ſumptuosè largitur? Quid nomen *Iudicis* in mundiali fabricâ adumbrat, cùm *Iudicis* tunc elogium otiari prorsùs videatur, re vocabuli vacuum? Pulchellam hanc quæſtionem,

Caietanus.

quo pollebat ingenij acumine Caietanus, & ſubtiliter excitat, & tempeſtiuè ſoluit, ſic ad rem fatus: *In principio creauit Deus* (*Elohim*, id eſt, *Iudex*) *cælum & terram. Quare autem Moyſes in hoc exordio appellauerit Deum* אלהים (*Elohim*, hoc eſt, *Iudicem*) *in promptu cauſſa eſt duplex.* (Intermitto primam alibi emedullatam) *Secunda*, inquit, *vt creatio cælorum, & terræ, & eorum quæ in eis ſunt, intelligatur actio Dei Iudicis ſecundum iuſtitiam diſtributiuam: ne putetur Deum creaſſe res ſecundum eſſe earum tantum, & non ſecundum diuerſos illarum gradus atque Ordines, res ipſas creando diſtribuiſſe. Ad hunc ſiquidèm errorem tollendum, deſcribitur quòd Deus quatenus Iudex creauit omnes res, sicque creando diſtribuit ſingulas ſuauiſſimè, ſuis quaſque locis, gradibus, ac Ordinibus deputando: vt clarè ſonat littera totius huius principij.* Itaque tametſi ſummus Opifex Deus hanc mundi machinam, per ſapientiam diſpoſuerit, per omnipotentiam creauerit, per beneficentiam tribuerit; tamen apud Deum (æquum rerum æſtimatorem) tanti fit, inconfusè concinnus efformandarum creaturarum *Ordo*, qui ſuam vnicuíque ſedem, locum, gradum, ac pretium tribuat; vt omiſſis tunc ceteris magnificè auguſtis, & creationi forſan opportunioribus Dei nominibus, *Iudicis* vocabulum efferendum prætulerit: *In principio creauit Iudex cælum & terram*, Iudicis tunc inductâ tempeſtiuè mentione: *Ne putetur Deum* (vt Deum) *creaſſe res ſecundum eſſe earum tantùm; & non* (vt Iudicem tunc) *diuerſos illarum gradus atque Ordines, res ipſas creando diſtribuiſſe.* Scilicet præproperè feſtinat Deus *Iudex* creare, ne putetur mundi opificium ſecundum rerum eſſentias duntaxat conditum, confuſaneâ inordinatione inconcinnum tantiſper extitiſſe; ſed à Deo *Iudice* ſecundum iuſtitiam diſtributiuam operante, iuxta diuerſas cuiúſque naturas, ſedem, gradum, ac ordinem vnicuique tribuiſſe, ne in ſeipſis pulchra, bona, honeſta, de inordinatâ mixtim confuſione, fœditatem, imbonitatem, & inhoneſtatem præpoſterè mutuarent; & humano cenſu fœdæ, imbonæ, atque inhoneſtæ apparerent.

Pſal.18.v.2. & 3.

3. Moyſi accinit regius Pſaltes, ſic concinnè pangens: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Sufficit, inquit, vel ſola cælorum pulchritudo atque magnitudo, quæ oculis ingeritur, & ſidereâ mutè voce ſuggeritur; ad Opificis magnificentiam gloriosiùs prædicandam. Etenim rata inconfuſè ſucceſſio noctis & Diei, terminos

Ordine potiùs quàm pulchritudine, diuinam gloriam cælum prædicat.

à conditore poſitos demonſtrat, quos hæc inanimata mundi machina tranſilire non eualet. Cùm enim nox atque dies iuxta conditoris legem creſcant atque decreſcant, cúmque à ſe mutuò tempus mutuentur, & rursùs debitum ſibi vltrò citróque reddant; diuinam prouidentiam, tamquam conſultiſſimum ipſorum Præſidem, oculis oſtentant. Verùm neque præſcriptus Dauidis ſermo, neque communis hæc Interpretum expoſitio ſubſcripta, planè euulgat, quid in cælorum fabricâ, & in dierum ac noctium ratâ ſucceſſione, hominibus ſtuporem ingerens, Dei opificis laudes altiùs buccinet, & præclariùs moduletur. Quid hîc in re humani oculi, & attentior mens potiùs admiratur? cælorúmne vaſtam immeratè molem, venuſtam ſplendidè pulchritudinem, perennem nitidè ſplendorem, ratámve in noctium ac dierum ſucceſſione, & in vago ſiderum errore inconfusè conſtantiam? Ceterùm Anonymus ibi in Catenâ Græcorum Patrum, hanc miriſſimam præſtantiam Ordini adſcribit, ſic fatus: *Symmachus autem hæc magis dilucidè tranſtulit: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam; non verbis aut ſermonibus, quorum audiantur voces; ſed in omnem terram exiuit ſonus eorum. Nam neque ſermonem neque vocem emittentes, ſed proprium Ordinem oſtendentes, omnem terram & mare, ad laudis canticum inuitant.* Sileat rata noctis ac diei perennis ſucceſſio; taceat cælorum immenſa vaſtitas venuſtior pulchritudo, pulcher originariè nitor, conſtantia in motu flecti-ſcio adæquè, ac flecti-neſcio; dum huiuſmodi creaturarum aſpectabilis *Ordo*, Dei magnificentiam præclariùs loquitur, & loquaciùs euulgat. Cedit, cedit inquam vltrò hæc ſumptuoſior machina, rato Opificis Ordini; quaſi *Ordo* rerum cenſus ſit, & ex eo potiſſimè omnes creaturæ ad Dei gloriam cenſendæ: *Proprium Ordinem oſtentantes, omnem terram & mare, ad laudis canticum inuitant.*

Symmach. Anonymus. hic in Catenâ Corderij.

4. Canticorum 2. ſic loquitur ad ſodales Sponſa: *Introduxit me in cellam vinariam, Ordinauit in me charitatem.* Hoc vltimum hemiſtichium, in quo tota vis ſententiæ ſita eſt, ita Syrus excribit: *Ordinauit erga me*, vel *contra me charitatem.* Arabicus verò, *Ordinauerunt aduerſùs me tentationem*, ſeu *probationem*. (Alibi forſan enucleabitur quo pacto, *charitas in me*, dicatur, *contra me charitas*, & *tentatio*, ſeu *probatio aduerſus me*: aliàs enim ex Tertulliano expendebamus, quòd *charitas martyres cudit*) S. Ambroſius legit: *Conſtituite in me dilectionem*: Doctores Hebræi: *Inſignem facite*, ſeu *magnificate ſuper me charitatem.* quaſi *Ordinare charitatem*, ſit illam iam *conſtitutam*, *magnificare*, vel *inſignem facere*, ac ſi ab Ordine inſignem magnificentiam charitas fœneretur. Verùm enimuerò Symmachus velut oppoſito ſenſu hunc locum tranſtulit, dum pro τὸ *Ordinauit in me charitatem*, vertit, *Coaceruate ſuper me charitatem.* Profectò *ordinare*, & *coaceruare*, minimè ſibi cohærent, & mutuò inter ſe certant, ſéque viciſſim excludunt. Porrò *coaceruare*, eſt rem granditer aut numeroſè magnam, nouo confusè auctario adaggerare, & in maius ſine ordine incrementare confuſaneâ inordinatè accretione. Cuius nota antitheſis eſt *Ordinare*, ſeu rem certo numero, ſede, gradu concinnè terminare, definiréque. Quid ergò *coaceruationi* cum *Ordine*, cuius exilium eſt, & quem pugnaciter excludit? Putauerim, Symmachum eandem rem aliter alto ſtylo declaraſſe,

Cantic.2. v.4.

Syrus. Arabicus.

Charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio contra me. quare?

Tertullian. S. Ambroſ. Serm.5. in Pſal. 118. Rabbini.

Concinnè ordinata charitas, dicitur coaceruata. quare? Symmachus

&

& exaggeratiùs è diuerſo expreſſiſſe. Nimirùm charitas, ſiue ſanctitas, aut virtutum plenitudo, congruo *Ordine*, ſede, gradu, numero, & æſtimatione diſpoſita; ſic eſt aſpectabilis, ſublimis, augusta, & immetatè præcellens, vt ad ſuam propè immenſam excelsæ præſtantiam declarandam, abeat ad aliena *coacervationis* caſtra, & illius audacius vocabulum aſſumat, quò è diuerſo ſe adornet, & ſuam magnitudinem, bonitatem, ac excellentiam exponat. Ex *coacervatione* innumerabilitatem furaciter vſurpat, quam *Ordini* meliùs reſtituit. Sanè quòd ſub Ordinem cadit, determinatis limitibus, ſe ac perfectionem ſuam metatur, finit, & claudit: aſt tantam ab Ordine præſtantiam mutuatur, ſic velut immensè eius bonitas exuberat de Ordinis ſuffragio, vt, quaſi numerum neſciat, ac præſtantiæ numerabilitatem ipſo Ordine excuſſerit, *coacervationis* nomine arcanè denotetur. Nempè in re congruenter ordinatâ, ſic excellit Ordinis præſtantia, vt, quaſi determinatos rei ordinatæ limites deſueſcens, indeterminatam ſeu immetatam *coacervationis* infinitudinem æmuletur. *Ordinauit* in me charitatem, hoc eſt, ſic *magnificauit*, ſeu *inſignem fecit* Ordine ipſo, vt *coaceruari* dicatur, audaciâ nominis inſigniorem magnificentiam è diuerſo (vt vt poteſt) declarante.

5. Iob 35. v. 10. Cælorum concordiam, & ratum perenniter curſuum ordinem admirans Iob, exclamat: *Vbi eſt Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?* Luna enim & ſtellæ in noctis caligine ordinatè incedentes, hymnos nocturnos Deo modulatè pangunt, & hominibus diuinæ gloriæ prædicandæ materiam abundè ſuggerunt. Idem longè magis faciunt Angeli, ait Olympiodorus ibidèm in Catenâ. Exindè Chaldæus tranſtulit, *Ante cuius conſpectum Angeli excelſi ordinant laudem in nocte.* Scilicet homines & Angeli dum in ſudâ nocte contemplantur ratos ſemper, conſtantérque ſtabiles nitentium ſiderum motus, nullâ vnquam confuſione inordinatos, diuinas laudes glorioſiùs deprædicant; quaſi perpetuam ſemper ſtabilitatem, non tam à ſeipſis, quàm ab eorum ordine fœnerentur. Appoſitè Nazianzenus: *Ordine florente ac dominante eſt vniuerſum hoc, ac pulchritudo certa & ſtabilis.* (quaſi dum *Ordo* floret, rebus *dominetur*, & creaturarum principatum obtineat) *Contrà autem perturbatio & confuſio in aëre, tonitrua, in terrâ motus, in mari naufragia, in vrbibus domibúſque bella & diſſidia, in corporibus morbos, in animis peccata procreauit. Hæc enim omnia non Ordinis, ſed confuſionis & perturbationis nomina ſunt.*

Olympiod. Chaldæus.

Ordo dum floret, dominatur; & ſtabilitatem rebus largitur.

S. Nazianz. Orat. 26.

Inordinationis mala recenſentur.

Benè hìc verſ. 7. dum Moabitis Ruth, alienigena, paupercula, ærumnoſa, exul, vidua, à magni Boozi *pedibus ſe proiecit*, locum ſibi congruum agnoſcens, aſſuméńſque; ad illuſtriſſimorum Regum progeniem, & Euangelij caput meruit ſublimari. Sic magnificantur, qui locum infimum, quem agnoſcunt ſuum, & libenter aſſumunt, & ordinatè occupant!

Hìc verſ. 7.

§. CXCV.

Congruus Ordo ſcit benefacere etiam de malo: Ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas cenſetur.

1. Boëtius de Conſ. Philoſ. l. 4. Proſâ 6. SOla eſt diuina vis, cui mala quoque bona ſint, cùm eis competenter vtendo, alicuius boni elicit effectum. Huius ſuæ gnome moraliſſimæ, rationem reddit peridoneam Seuerinus Boëtius, ſic fatus: *Ordo enim quidam cuncta complectitur, vt quod ab aſſignatâ ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem licet in alium, tamen in ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati.* Congruus enim rerum Ordo cuncta complectens, & ſuum cuique locum tribuens, prouidentiam vindicat, confuſionem aufert, politiam ſtabilit, licentiam temeritatis arcet; & in conſultioris prudentiæ officinâ, ipſa etiam mala in bonum ſapienter recudit.

Ordo præſtat ne quid liceat temeritati.

2. Gen. 1. v. 31. Geneſeos 1 toto ſextiduo mundialis creationis opificio peracto, inducitur Deus creaturarum omnium laudator egregius: *Vidítque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona.* Nimirùm creatura quæque, quæ in ſuo gradu ſpectata, & ſeorſim conſiderata, *bona* duntaxat dicta fuit; cum reliquis omnibus iunctim accepta, & ceteris aſſociata, dum ex ſingulis vniuerſitas creaturarum exiſtit, quaſi à vicinæ bonitatis conſortio præſtantiam fœnerent, iam non tantùm *bona*, ſicut hactenùs; ſed *valdè bona* nobiliter nominantur. Vndè tamen nouam hanc mutuauerint excellentiã recentis præſtantiæ auctario, grande litigium eſt, quod nemo hactenùs compoſuit. Verùm S. Auguſtinus in Enchiridio cap. 11. ita hâc ſuper re ad rem luculenter ſcribit: *Simul verò vniuerſa valdè bona, quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo. In quâ illud etiam quod malum dicitur* (à Manichæis inquam,) *benè ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentiùs commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens cùm ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſqueadeò eſſet omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Longiuſculè, ſed belliſſimè. Nimirùm non deuenuſtatur rerum Vniuerſitas, quæuis Reſpublica, aut Communitas quælibet, ſi in illâ inter plura bona, aliqua etiam mala ſint (quouis malitiæ genere deturpentur;) ſi tamen peritè ſollers Reipublicæ Rector, potentiæ robore, ac bonitatis induſtriâ, congruo Ordine diſponat vniuerſa, & quilibet in ſuo gradu conſiſtat. Emineat probus, litteratus, induſtrius, & ad magna quæque natus: medianam ſedem occupet, mediocri talento præditus: in loco infimo iaceat, idiota, ruſticanus, rudis, illiteratus, agreſtis, virtute orbatus, vitiis fœdus, aut improbitate ſagaciter famoſus. Hi, hi enim, tenuitatis ſuæ benè conſcij, negarioſâ ambitione ſeduli, impudentiùs audent optimorum ſedes nanciſci, & hanc ob cauſſam omnia ſúſque déque mouent, atque confuſaneâ inordinatione perturbant, & Communitatem inſigniter dehoneſtant. Sanè non minùs honeſtatur Communitas

Malum benè ordinatũ, boni præſtãtiam commendat.

S. Auguſtin.

Congruus in Communitate Ordo, ſcit benefacere etiam de malo.

Digitized by Google

munitas cùm ſumma merita ſublimiorem locum occupant; & mediocria locum medianum tenent; ac cùm infima infimiſſimo loco ſordidè (vt par eſt) iacent; quàm cùm immerita ambitio de vanagloriâ dignè vapulat, cùm arrogantia negotioſa retunditur, cùm ſceleroſa improbitas vinculis conſtringitur, carcere ſqualet, & merito ſupplicio ad probitatem eruditur. Æquè benè bonus in ſublimitate fulget; ac mediocris ad munia ingloriè intermittitur; & malus, aut in ſuâ infimitate iacet, aut in pœnali ſcelerum ſupplicio ſordet. qui arcanus quidam Ordinis faſtus eſt. Hic enim dum cuique ſuum diſtribuit locum, Communitatem *valdè bonam* reddit: non quòd Communitas careat malis (quod fieri vix, aut ne vix quidèm poteſt;) ſed quòd Ordinis beneficio ſciat potens ac bonus Rector *benefacere etiam de malo*. Porrò in Communitate debito Ordine ritè compoſitâ, *etiam illud, quod malum dicitur, benè ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentiùs, commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis.* Bonus Ordo, qui dum malos & immeritos in loco ſuo habet, noſcit *benefacere etiam de malo*, & bono alienæ malitiæ vſu, bonorum exaggerare præſtantiam. O nimis verum!

3. Iob 10. v. 22. Iob cap.10. dimitti tantiſper cupit, antè quàm vadam, inquit, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine. Terram miſeriæ, & tenebrarum, *vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat* Pro *nullus ordo*, habetur in Hebræo textu vox numeri pluralis, *nulli ordines*. Quaſi vniuerſatim affirmet, in Inferno *nullus ordo* in re vllâ reperitur, omnia confuſa, & citra ordinem ſunt. Polychronius refert hunc ordinis defectum, ad temporum, dierúmque & noctium ordinem & viciſſitudinem ex illâ regione ſublatam. Sic inibi fatur: *Non eſt Solis ordo, nullus ſiderum ceterorum, vbi nullum licet rerum humanarum ſtatum intueri, nullam, inquam, præclarâ lege atque ordine inſtitutam politiam.* Fauet tranſlatio Lxx. Interpretum: *Vbi non eſt lux, neque eſt videre vitam humanam.* Plerique verò Latini id referunt ad perturbatas & confuſas damnatorum conſcientias, & cogitationes nunquam ſibi conſtantes, quod ingentem eſſe damnatorum cruciatum docet hoc loco Gregorius. Vndecumque autem proueniat, quod in inferno *nullus ordo* reperiatur, notatione digniſſimum eſt, quòd confuſa rerum inordinatio, inter præcipua gehennæ cruciamenta recenſeatur. An etiam è diuerſo beata cæli gloria Ordine cenſeri dicitur? Audiendus eſt hâc de re Photius apud Oecumenium, in illud Pauli 1. Corinth. 6. *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus?* Sic ergo ſcribit Photius: *Si Angelos qui propria mentis prauitate ab Ordine ſuo exciderunt, ſi hos iudicabimus aut arguemus qui corpora habemus; quia illi corporibus carentes ſuam non ſeruauerunt legem; nos autem ſecundùm datas nobis à Deo leges (etiam illis nos impetentibus) conuerſati ſumus,* &c. Aliàs forſan expendemus, quod homo in fluxâ carne viuens, & à dæmonibus impetitus, ore tacito, & linguatis moribus *arguit*, & *condemnat* Angelos, qui carnis expertes, & à nullo inſtigati, legem non ſeruauere ſuam. Nunc autem ad rem obſeruare licet, quòd Angelos è cælo cecidiſſe, amiſiſſéque empyream mox habendam beatitudinis gloriam, perindè eſſe dixerit, ac *ab Ordine ſuo excidiſſe*. forſitan adludens ad præſcriptum Iobi locum, qui in inferni cenſu ponit, quòd *nullus ordo* ſit, ſed confuſa rerum inordinatio, quâ miſcentur, confunduntur, perturbantur. O moraliſſimum ſynonymum: Angelus à cælo in gehennam cecidit, ac *ab Ordine ſuo excidit*! Non ſic cecidit Lucifer, vt ex Hierarchiâ Cherubinorum eius natura eſſe deſineret; neque Archangelus degenerauit in Angelum: peccatum naturalia non mutat, ſed conſcientiam deprauat. Quare Angelos *ab Ordine ſuo excidiſſe*, nihil eſt aliud quam excidiſſe ab empyreo principatu, ex tanto gratiæ faſtigio, è iam iam futuræ ſibi beatæ cæli gloriæ beato cumulo. Vndè ſicut in pœnis inferni inprimis recenſetur *nullus Ordo*; ſic opulentioris gratiæ, & cæleſtis gloriæ cenſus ordine deſignatur.

Gloſſes, left margin: Hebræus. — Polychron. — Lxx. Interp. — S. Gregor. — 1 Cor.6.v.3. — Photius. — *Boni mores ore tacito prauos arguunt, & damnant.*

Gloſs, right margin: *Beata cæli gloria Ordine cenſetur.*

Geneſeos 1. terram dorſo valido vaſtam molem aquarum ſuſtentantem, & ſic infœcundè naufragam, primâ mundi die Deus creauit. 4. Geneſ.1 v.7. Terra autem tunc erat inanis & vacua, inuiſibilis & incompoſitâ. Die autem ſecundâ dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. *Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum.* Litteralem huius loci ſenſum inibi copioſè dedimus: ethicè autem ac myſticè multis ſuper eo velitantur Interpretes. Verùm de priſtinâ illâ aquarum inter ſe, & cum terrâ confuſione, & recenti aquarum diuiſione, & indè aſpectabili Ordine, ſic ad mores Bernardus philoſophatur: *Vſque hodie in ciuibus Babylonis aquarum confuſio, id eſt confuſio cogitationum, terram fecit inanem & vacuam. Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuerſa, nullum ex eâ ſperare eſt fructum ſalutis. Diuidantur ergò aquæ ab aquis, quatenus anima quoque (vt dignum eſt) partem ſibi vendicat ſollicitudinis, ſanè inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis, neceſſitatis terminos non excedant; proindè ſuperiores copioſiùs dilatantur.* Ecce tibi, vbi aquæ ſunt confuſaneâ permixtione inordinatæ, terra redditur inanis & vacua, inuiſibilis & incompoſita, & infœcundè naufraga, atque ſqualidè ſterilis. Igitur vbi ordinis gratia adfuit, & inferiores aquæ coërcentur, & locum ſuum tenere coguntur, ne ambitioſiùs efferantur, tunc ſterilis & inuiſibilis hactenùs terra, frondeo ornatu vernat, floret, fructificat; metallorum theſauris turget opulentè grauida, & multimodâ animantium fœcunditate viuit ad gratiam, apti ordinis ſuffragio abundè fertilis. Aquæ verò *ſuperiores copioſiùs dilatantur*. Nam quæ merito excellũt, dum confuſione cum infimis ſublatâ, ſuperiorem occupant locum ſibi congruum ac debitum, ordinis beneficio feraciùs fructificant, & ad multimodos opulentiùs fructus *copioſiùs dilatantur*. Ex hoc litteræ cortice, moralitatem cum Bernardo enucleare pronum eſt, & cuique peruium. Alibi forſan cum eodem Bernardo expendetur, quomodo aquæ *ſuperiores copioſiùs dilatentur*: nempè virtus amplior ac fœcundior eſt, quàm vitium. quod carnali homini paradoxon videbitur.

Gloſſes, right margin: *Aquæ ante ordinatam diuiſionem, terram ſterilitate deturpabant. quare?* — S.Ber. Serm. 32. ex paruis. — *Virtus copioſiùs dilatatur, quàm vitium.*

Ieremiæ 48. funeſtum Moabitarum excidium 5.
prædicitur:

Digitized by Google

prædicitur : *Date*, inquit, *florem Moab*, *quia florens egredietur* : & ciuitates eius deſertæ erunt, &c. Quaſi dicat : Videte vt Moab floreat opibus & gloriâ : floribus ergò eam redimite, coronámque floridam capiti eius imponite : ſed ſcitote eam cum ſuo flore, & coronis deſolandam. Lxx. Interpretes, *date ſigna Moab*; Vatablus & Pagninus, *date aleam Moab*; Chaldæus, *aufer te coronam à Moab*; Syrus & Arabicus, *date coronam Moab.* Mox exponens Moabitarum ruinam, & exilium, ſubdit : *Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus : & mittam ei Ordinatores*, & ſtratores laguncularum, & ſternent eam, & vaſa eius exhaurient, &c. Pro τὸ *Ordinatores*, Gloſſa in margine habet, *homines qui iuuabunt eam migrare.* Lyranus ex Hebræo, *euacuatores.* Lxx. *ſternentes*, Chaldæus *Deprædatores.* O non bonos Moabi *Ordinatores!* Qui Moabitas hoſtiliter ſternunt, deprædantur, euacuant, & iuuant vt exilio Babylonico ſeruiant, dum hanc infortunatiſſimam ſubeunt *aleam*; tunc dantur illis *flores*, vt feliciter floreant? Cùm ab *Ordinatoribus* illis *aufertur corona*, tunc *dari corona* iubetur? Profundè quidèm, qui ſceleſtiſſimis Moabitis hæc atrociſſima æquè ac digniſſima mala inferunt, *Ordinatores* dicuntur : eos enim conſtituunt, in loco quem dignè merentur. Neque tam floret, quandò florebat nuper opibus ac gloriâ; ac nunc cùm *Ordinatores* eum dignè marceſcere faciunt excidio ac exilio duriſſimo. Quandò *Ordinatores* ab eo *auferunt coronam* immeritam, tunc illi *coronam dare* potiùs dicuntur. Suo enim gradu & loco magis vnuſquiſque decoratur, quàm cùm vltra merita, in faſtigio inordinatè præcellebat.

Lxx. interp. Vatablus. Pagninus. Chaldæus. Syrus. Arabicus. Ierem. 48. v. 12.

Gloſſa. Lyranus. Chaldæus.

Qui Moabitas vaſtant cur dicuntur Ordinatores?

§. CXCVI.

Libidinoſus Dæmoniaco ſimilis eſt, Crucis aduerſarius, quotidie moritur, impœnitentiæ victmatur, & in propriam ſubſtantiam peccat.

1. S. Chryſoſt.

SAnctus Ioannes Chryſoſtomus homil. 58. in Matthæum, ſqualidè obſcœnas libidinis voluptates his verbis eloquenter vituperat : *Quid deliciarum fœditas mali non induit? Sues ex hominibus facit; imò verò etiam multò maiores. Sus enim in luto voluitur, & ſtercore nutritur; hic verò abominabilem magis ſibi menſam conſtruit, iniquas commmixtiones excogitans. Hic nullo certè à Dæmoniaco diſcrimine ſeparatur, imprudens enim, & furioſus pariter eſt. Et Dæmoniacum quidèm miſeramur, hûc verò auerſamur & odimus, quia ſpontè ſibi furorem attrahit, & os, oculos, aures, & cetera ſimpliciter ſenſuum inſtrumenta amariſſimas voluptatis conficit cloacas.* Eheu libido, inteſtinus Dæmon eſt! laſciuus in Dæmoniacum refingitur; neque hanc duram calamitatem blanda commiſeratio delinit.

Libidini deditus furioſo, ac Dæmoniaco comparatur.

2. ad Philip. 3. v. 18. & 19.

Paulus ad Philippenſes 3. ita ſcribit : *Multi enim ambulant* (ſupple : aliter quàm ego) *quos ſæpè dicebam vobis* (*nunc autem & flens dico*) *inimicos crucis Chriſti : quorum finis interitus : quorum Deus venter eſt : & gloria in confuſione* *ipſorum.* Qui ſcilicet ventri per omnia indulgent, qui ventri omninò addicti ſunt, qui ſoli ventri toti ſtudent; illud enim cuique Deus, quod maximè colit, cuique totus ſeruit, & ſe ſuáque omnia impendit. Et propriè tales ſunt, qui omnia ſua ſtudia, cogitationes, & opes ad gulam & ventrem, ventrique appendices voluptates referunt. Sed quid eſt, quòd obſcœna ventris libido, inimicitias agere cum Chriſti Dei cruce perhibetur? Chriſti Dei crucem negat, qui libidini ſeruit? O quot Chriſtianos benè credentes, & malè laſciuos, hoc contra fidem errore notarentur! Sanè effuſior libido Salacem facit, crucis negatorem non facit. Verùm S. Hieronymus hâc ſuper re ita aduersùs Iouinianum philoſophatur, lib. 2. ſic fatus : *Quòd multi acquieſcunt ſententiæ tuæ* (ô Iouiniane) *indicium voluptatis eſt; & pro magnâ ſapientiâ deputas, ſi plures porci poſt te currant, quos gehennæ ſuccidiæ* (fortè *ſuccendio*) *nutrias. Baſilides magiſter luxuriæ, & turpiſſimorum complexuum poſt tot annos in Iouinianum, quaſi in Euphorbum transformatus eſt.* (Lege attentiùs quæ ad rem ſubiicit) *Vexillum crucis, & prædicationis auſteritas Idolorum templa deſtruxerat. E regione luxuria penis, ventris, & gutturis ſubuertere nititur fortitudinem crucis.* Heu! Crucis fortitudo euigoratur, libidinis vigore? Quod luxuriæ adiicitur, adimitur cruci? Si hoſtiliter concupiſcentia Cruci aduerſatur? Quibus Deus venter eſt, Crux robori non eſt? Hem! *Crucis fortitudinem* libido eneruat, euigorat, emedullat? Libidinis æſtu, Chriſtianæ fidei medulla elumbatur? *Vexillum crucis idolorum templa deſtruxit; è regione luxuria ſubuertere nititur fortitudinem crucis.* Profundè ergò Paullus appellat *inimicos crucis Chriſti*, eos, *quorum Deus venter eſt.*

Libido ſubuertere nititur fortitudinem crucis.

S. Hierony.

3. 1. Cor. 15. v. 30. & 31.

Paullus 1. Corinthiorum 15. proponens quanta ſubeat pericula, & labores exantlet pro fidelium ſalute, quò illis ſpem reſurrectionis ingerat, ita ſcribit : *Vt quid & nos periclitamur omni horâ? Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Mox ſubdit ſe Epheſi ad beſtias pugnaſſe, *&c.* Nempe propter beatam gloriam mihi ac vobis obuenturam in cælis, vt ſcilicet eam vobis conciliem, teſtem Deum aduoco, quòd ſic calamitatibus afflictor, ſic perſecutionibus vexor, vt *quotidie moriar*, id eſt, ſubeam frequens ac quotidianum vitæ periculum; quæ eſt ſumma Paullinæ charitatis, & Apoſtolicæ perfectionis meta, ſic ſtrenuè audere in laboribus, in perſecutionibus, in anguſtiis, in vitæ periculis, vt *quotidie mori* dicatur. Hùc forſan è diuerſo alludit S. Maximus Serm. 61. hâc pulchrâ antitheſi: *Luxurioſorum*, inquit, *vita quaſi quotidie moriens effertur* (in hunc ſenſum luxuriam accipere licet) Scilicet quantùm animoſa Paulli charitas piè audet pro ſuâ ac fidelium ſalute, & Chriſti gloriâ, tantundèm luxurioſa ſalaciter libido obſcœnè laſciuiens, pro carnis voluptatibus temerariè audet. Quantùm deliciatur Paullus (Paullus inquam, opulentioris gratiæ manibus factus vir) in laboribus, in ærumnis, in perſecutionibus, in periculis, tantùm (ſine hâc patiendi gratiâ) patitur malè dulcibus concupiſcentiis mancipatus. Paullus *periclitatur omni horâ, quotidie moritur* pro fidelium ſalute, & Chriſti gloriâ, *Luxurioſorum vita quotidie moritur*, vt obſcœno voluptatum

S. Maxim.

Luxurioſorũ vita quotidiè moriens effertur.

Digitized by Google

luptatum ludibrio perfruatur. In *mortibus frequenter* eſt Paullus, in mortibus frequenter eſt laſciuus. Paullus *quotidie moritur*, vt ad beatam vitam cum Suis reſurgat; luxurioſus *quotidiè moritur*, ne vmquam reſurgat ad vitam, ſed æternaturæ morti conſecretur. O! ſic libido cum quotidiana Paulli morte è peruerſo comparatur? Sic crebrò emortua viuaciùs cadauera, libido effingit? ſic viuas mortes ſpirat libido? Heu ſpirantia luxurioſorum cadauera, ad inferni ſepulcrum quotidie properantia! Quare *τὸ effertur* conſultiſſimè additur à Maximo, cùm ait: *Luxurioſorum vita quotidie moriens effertur*, effertur, inquam, pompâ miſerabiliter funebri ad gehennale inferni ſepulcrum. Scilicet tot quotidie viuas exequias videas, quot ſalaciter laſciuientes incurris; *efferuntur* enim à feralibus laſciuiæ miniſtris, libidinum impudicarum lenonibus, in voluptuoſo carnis pheretro. Niſi fortè ipſe ſe libidinoſus viuâ morte perimit, & funeſtè rediuiuo funere tumulat. *Luxurioſorum vita quotidie moriens effertur.* Heu quàm lugubribus funeſtè lacrymis, & mœſto luctu hæc viua luxurioſorum funera proſequi licet!

4. Marci 3. v. 28. & 29. Marci 3. hæc blandis duriora Chriſtus Deus miſcet: *Amen dico vobis*, inquit, *quoniam omnia dimittuntur filijs hominum peccata, & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerint: qui autem blaſphemauerit in Spiritum-ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Non conuenit inter Expoſitores, quænam ſit huiuſmodi blaſphemia in Spiritum-ſanctum, quæ in hoc ſeculo & in futuro remiſſionem ignorat. Octodecim Patrum expoſitiones ſigillatim recenſet Toletus in Lucæ cap. 12. Annot. 17. (Toletus. S. Auguſtin.) Denique Theologi ex variis S. Auguſtini locis colligunt ſex peccata in Spiritum-ſanctum, ſcilicet, præſumptionem, deſperationem, agnitæ veritatis impugnationem, fraternæ charitatis inuidiam, præſertim impœnitentiam, & obſtinationem. Viderint autem homines diuturnâ blandiùs libidine ſalaces, an obdurationi, aut impœnitentiæ vicinentur. Quâ ſuper re ſic ri- (S. Hieron. in 1. Cor. 6.) gidè ſcribit Hieronymus, acerrimus impudicarum libidinum impugnator. *Alia*, inquit *peccata forinſecùs ſunt, quæ poſt factum pœnitudinem habent, & licèt inuitet lucrum, mordet conſcientia. Sola libido etiam in ipſo tempore pœnitendi, præteritos ſtimulos patitur, & titillationem carnis, & incentiua peccati: vt per hæc quæ corrigi cupimus cogitantes, rurſum ſit materia peccandi.* An (*Inueterata libido impœnitentia vicinatur. quare?*) non confine eſt impœnitentiæ vitium, quod aditum pœnitentiæ quodammodò ſæpè præcludit, & antidotum in venenum refingit? Si libidinis pœnitentia, de commiſſi ſceleris neceſſariâ recordatione ad relapſum titillat concupiſcentiam ſpontiuè lubricam; ipſamet pœnitentia impœnitentiæ ſuſpecta aliquandò inuenitur, & iteratæ libidinis rea: indè contrahens ægritudinem, vndè ſanitas ſperabatur. Ergò valdè cautè præteritæ libidinis recordatio, pœnitentiæ commiſſos lapſus ſubminiſtret, ne luxuriæ remedium, in luxuriem ſalaciter degeneret, concupiſcentiæ incentiuo è peruerſo ſtimulatum. O caue à libidine, etiam cùm libidinem deteſtaris! caue à præſtigiis concupiſcentiæ, quæ vel ipſis pœnitentiæ lacrymis ad pœnitenda allicit, & laſciuiæ igniculum redaccendit ardore rediuiuo. Sic impudicarum libidinum ſcintillâ, ſub pœnitentiæ cineribus deliteſcit? Caue à morbo, & à morbi remedio aliquandò caue, ne illud ſcilicet incautè tractans, pœnitentia impœnitentiam procuret.

1. Corint. 6. his verbis Paullus libidinis impietatem acerbè culpat: *Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit?* 5. 1. Cor. 6. v. 15. Vide orationis vim, & aduersùs ſcortationem aculeos. *Vide autem* (ait inibi Oecumenius) (Oecumen.) *quòd non dixerit: Membra Chriſti iungam meretrici, ſed quod horribilius erat, nempè tollere à Chriſto eadem ipſius membra, & efficere vt ſint ſcorti.* (*An libido ſit impia aduerſus Chriſtum?*) Sapienter æquè & grauiter Oecumenius. Sed pergamus Paullo duce: *Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* (1. Cor. 6. v. 18.) Innumeris commentis hunc locum Interpretes fatigant, vt exponant, quomodo non qui reliqua delicta patrat, ſed qui ſcortatur, in corpus ſuum ſpeciatim peccare dicatur. Plures hâc de re dedit interpretationes Seuerianus 57. Volumine, Serm. 3. cap. 19. hanc ipſam dicens eſſe Chryſoſtomi: *Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Quia is*, inquit, *qui ſcortatur, in propriam peccat ſubſtantiam, & ipſam humani corporis formationem, iniuriam exercens in corporis noſtri officinam.* (S. Chryſoſt. Seuer. apud Occum. ibi.) Quod ſi rurſùs quæras, quo pacto libido ſigillatim in propriam hominis *ſubſtantiam peccet*, ſecùs alia delicta, vtputà furtum, ira, vindicta, inuidia, &c. Reſpondet inibi ſubtiliter Oecumenius: *Cautè admodum locutus eſt Apoſtolus. At enim: Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extrà corpus eſt; inuidia verò non fit a nobis, ſed in nos efficitur. Patimur enim, & non agimus inuidiam; paſſióque eſt, & non actio: nunc autem de actione ſermonem fecit Apoſtolus, & nequaquam de paſſione* (Oecumen.) Nempe *omne peccatum*, id eſt, pleraque omnia peccata, quæ ordinariè & communiter faciunt homines, occaſionem extrinſecùs accipiunt; exindè ea *pati* ab Oecumenio dicuntur; at cùm carnis concupiſcentia ab intrinſeco ſit, & natura hominis nudè ſpectata ſit ad libidinem procliuis, *is, qui ſcortatur, in propriam peccat ſubſtantiam, & ipſam corporis formationem, iniuriam exercens in corporis noſtri officinam*, (*Cur libido humani corporis officinā culpare dicitur?*) quaſi à Deo formata ſit iſtiuſmodi deordinatio *ſubſtantia* noſtræ, quæ ſic ad vetitas concupiſcentiæ voluptates prona eſt, quæ non leuis eſt *iniuria corporis* noſtri, & *officina* in quâ *formatum* fuit, & opificis qui ſic eam efformauit; cùm tamen Deus crearit hominem rectum, & hæc concupiſcentiæ deordinatio, non à Deo, ſed ab originariâ præuaricatione procedat. Ecce tibi quàm ſit impiè iniuria in Deum humana libido, quæ *in propriam peccat ſubſtantiam, & ipſam corporis formationem.* Non morabor Hebræos, qui hâc Orpham labe coinquinant; de bonæ Noëmi lenocinio, & Ruthæ criminoſo inhoneſtatis periculo vindicias egimus, dum hîc litteralem ſenſum expoſuimus (Hic verſ. 7.)

§. CXCVII

Digitized by Google

§. CXCVII.

Malè iudicat, qui citò; & ex rei ſuperſicie cenſuram licenter vibrat.

1. Seneca epiſt. 30. Bellè dictum: *Quis queri poteſt in eâ conditione ſe eſſe, in quâ nemo non eſt?* Omnes naſcuntur obnoxij alienis de ſe iudiciis, quorum licentia nemini parcit. Numerare eos noli, qui tibi metum faciunt, ſed cenſere. De vacuo affectu, imò & de pleno calice ſæpè loquuntur. Et vt ambitio, odium, aut inuidia deſit; ſat eſt cognatum iudicio ac linguæ venenum, quod ſine ſuâ pernicie continent, & cum alienâ proferunt. Non citamur ex reatu, & ex ſuſpicione cenſemur. Male de te opinantur & loquuntur homines, ſed mali. Mouerer, ſi de me Marcus Cato, ſi Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta cenſerent. Nunc pluribus diſplicere, laudari eſt. Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt damnat, vbi leuicularum ſuſpicionum ſequeſter, de affectu cenſuram vibrat. Duces ſunt ſcelerum, non correctores, qui ex coniecturarum incerto prædamnãt. Quid præcipitas iudicium? tunc res cenſuram merebitur, cùm conſtiterit de reatu. Malitioſè inſanum eſt, de re ambiguâ certum iudicium ſiniſtram in partem ferre. O ſiſtatur hæc peſtilentiſſima iudiciorum porrigo, quæ pernicioſo contagio latè ſerpit, afflans infamiæ venenum.

Quàm ſit hominibus prona, ſiniſtrè iudicandi prurigo.

2. Leuitici 12. v. 4. Leuitici 12. hæc lex à Deo per Moyſen ſancitur: Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxtà dies ſeparationis menſtruæ. Ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. *Omne Sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis ſuæ.* Ecquid Hebræa matrona peccauit, quæ de ſanctificato coniugio filium peperit, quo populum Dei legitimè auxit? Imò & quod eſt peccatum in partionis dolore, vt propter partum à ſanctis arceatur? Opinor, hæc de partu lex audacium iudiciorum aborſum myſticè procurat. Quâ de re ſic inibi Randulphus apud Tilmannum philoſophatur: *In his legalibus inſtitutis*, inquit, *noſtra miſera conditionis & originis admonemur, qui in peccatis concipimur, tantâ culpâ ipſum comitante, imò quaſi operante conceptum, qua & enixa matri templi intercludat aditum, & cuiuſlibet ſacra rei attactum interdicat. Statim enim mulier eſt in culpâ dum concipit, & qua ſe nondùm intelligit matrem, ſola eam conceptio efficit peccatricem; nam in partu iam non eſt culpa, ſed pœna.* Non diſcutio nunc hoc matris in prolis conceptione peccatum, fortè intemperantiorem matris voluptatem perſtringit. Notanda autem ſunt verba, quæ ſtatim ſubdit ad rem opportuna: *Quid eſt ergò quod non ſtatim vt concipit, ſed poſtquam peperit, prohibetur à templo: qua non pro partu, ſed pro conceptu obnoxia ſit peccato? Ni fallor, docemur quòd non priùs ſit iudicandum de culpâ, quàm appareat; nec ſtatim repellendum eum à nobis qui concepit dolorem, antequam pepererit iniquitatem.* O bona ex typo ad antitypum erudi-

Randulph. Tilmannus.

Quare mulier non poſt conceptum, ſed poſt partum, ſacris arcetur?

P. Didac. Celada in Ruth.

ditio, iudiciorum licentiam benè coërcens! Scilicet quale illud feminæ peccatum ſit, non eſt in acerbo partionis dolore, ſed in conceptionis intemperantiori voluptate; ob quam antequam partu ipſo comprobetur, à ſacris pœnaliſſimè non arcetur. In comperto eſt, quòd femina, quæ vterum gerit, priùs conceperit; & tamen antequam partus conceptum arguat, minimè condemnatur, nec à templo excluditur, nec velut profana, ſacris arcetur, quò *docemur quòd non priùs ſit iudicandum de culpâ, quàm appareat; nec ſtatim repellendum eum à nobis qui concepit dolorem, antequam pepererit iniquitatem.* Sic lex antiqua vmbras anticipat, quibus ſiniſtræ cenſuræ licentiam diſtrictiùs coërceat? Videt homo quouſque habet oculos. Profectò adæquè cæcus eſt, & qui quæ coràm apparent, non videt; & qui, quæ non apparent, videre ſe putat: ad vtrumque enim pariter caligat. O è partu iniquitatis conceptum cenſe: ne ergò præcoqua malitia, è præſumpto conceptu anticipet partum, infelici properantium iudiciorum abortu.

Matthæi 3. Ioannis Baptiſtæ auſterior in eremo vita deſcribitur: Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circà lumbos ſuos: *Eſca autem eius erat locuſta, & mel ſilueſtre.* Vtrumq; cibi genus, quo veſcebatur Propheta, negotium faceſſit Interpretibus, quin & otij negotium futile videri vulgo potuit, tantum Prophetam friuolo locuſtarum aucupio vacare, & negotioſè impendi. Sed hominum cenſuram Ioannes contemptim negligit, vt Prophetam adimpleat. S. Ambroſius lib. 2. in Lucam hâc ſuper re ita appoſitè philoſophatur: *Eſca autem eius erat locuſta. Cibus quoque propheticus*, inquit, *index officij, nunciúſque myſterij eſt. Quid enim tam otioſum ad hominis officium, quàm locuſtas quærere; & quid tam plenum ad Vatis miniſterium? Nam quò magis ad fructum inutiles, ad vſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vaga ſaltu, ore ſtridula ſunt locuſta; eò conuenientiùs his, populi figura gentilis aptatur, qui nullo vſu laboris, nullo operis ſui fructu, ſine grauitate, ſine voce ſonum querela ederet, verbum vita ignoraret. Hic igitur populus cibus eſt Prophetarum.* Quiſquis videret Ioannem tantâ virtutis opinione aſpectabilem, vt Meſſias putaretur, contemplationis otium intermittere, ſæpè feriari à prædicationis, & adminiſtrandæ pœnitentiæ munere, vt otioſo locuſtarum vacaret aucupio, in vaſtâ eremo palabundus; ſi ſpecie tenùs vibraretur cenſura, ne quid grauiùs cenſeretur, in officio parum ſerio, & nimis friuolo occupari videretur. Quid enim tam inſolens magnis viris, quàm in iſtiuſmodi futili negotio intentiùs occupari? Si autem res ipſa intimius inſpiceretur, dum talem quærebat cibum, de myſticâ illius ſignificatione Prophetam implebat. *Cibus quoque propheticus index officij, nunciúſque myſterij eſt.* Indè ſuſpiciendus eſt Ioannes, vndè fore videtur deſpiciendus. Specie futilis otij, grande conuerſionis Gentium negotium adumbrat, & de proximo fauſtè ominatur. Ignorantiæ reus eſt, quiſquis ſiniſtrum de facili iudicium ferre præſumit. Oportet citiùs ſuſpendere, quàm præcipitare cenſuram. Quod etiam in altero Ioannis Baptiſtæ cibo manifeſtè tranſparet.

3. Matt. 3. v. 4.

S. Ambroſ.

Ioannis cibus index officij prophetici, & nuncius myſterij erat. quaret

Hh 2 Matthæi

Digitized by Google

4. Matt.3.v.4. Suidas. Æthiopicus. Galfridus.

Matthæi 3. *Eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre.* Quæres, quódnam & quale hoc mel, quo in eremo Ioannes cibatur? Suidas cenſet eſſe rorem, qui ex fruticibus & arboribus decerptus, Manna dicitur. Codex Æthiopicus habet *Sedena*, quæ vox ſignificat mel quoddam particulare communi ſuauius & ſanius. Quicquid ſit de huiuſce mellis ſuauitate, Mannæ dulcedinem referente; ſaltem verum erat mel ab agreſtibus apibus, quæ in arboribus, & petrarum ſciſſuris mellificant: qui cibus parum videtur cōſentire cum Prophetæ in reliquis auſteritate, quæ tantum hominibus ſtuporem induxit. Galfridus inibi in Allegoriis noui Teſtamenti citatus, ſic locum hunc eleganter exponit: *Veſcebatur locuſtis & melle, eis nimirùm cibariis, quæ ad manum erant: quibus conuenienter inſtruimur, vt his contenti ſimus, quæ faciliùs ad noſtros vſus occurunt. Noluit etenim egredi locum ſolitudinis, vt mutuaret pane dulcedinem mellis; quia malè vnius dulcedinis dilectio fugitur, dum auſteritatis intuitu in grauioris caſus periculo feſtinatur.* Sanè qui videret Ioannem, etſi in reliquis diſtrictioris vitæ auſteritates ſectantem, mellis dulcedine frequenter veſci, ſi iudiciorum licentiæ laxaret habenas, forſan cenſeret, Prophetam hâc in re à ſeipſo degenerare, & melleæ ſuauitatis lenocinio indulſiſſe palato, & gulæ deliciis minimè renunciaſſe. At ſi intimiùs rem inſpexiſſet, planè noſceret, ſatiùs tunc fuiſſe, & magis è re virtutis, obuio & facilè parabili cibo veſci, etſi dulciori & ſalubriori, quàm prætexens auſteritatis ſtudium, è deſerto ad vrbes egredi, ibíque viliores & agreſtiores cibos expetere. Penuriâ mundi Ioannes in eremo laborabat; at omninò ſine cibo vitam ſuſtentare non poterat: negligens ergò inconſultas hominum ſiniſtrè cenſuras de melleæ ſuauitatis blandimento, conſultè mavult è deſerto ad vrbes non egredi, quàm auſteriorem oſtentare vitam, & agreſtiori cibo ſuſtentari. O quàm eſt contemnendus, qui ſic de facili alios licentiâ iudicij contemnit! Malè iudicat, qui citò; ſapiens cenſuram prohibet, aut ſuſpendit, & iudicium morâ comit.

Mauult Ioannes melle veſci, quàm auſteriores cibos extrà eremum in vrbibus quærere.

Hîc verſ. 7. &c.

Noctis obſcuræ tenebris lenocinantibus, ad Boozi lautiùs cœnati lectum vadit Ruth, & ſub eodem ſtragulo vnà cubat, ſpecie tenùs apparet ſalacitas, & legis implendæ exactio eſt. Quare Boozus peritus rei arbiter, factum egregiè dilaudat; ſed diſſimulandum tunc ſeriò iubet, neillud vulgus ex ſpecie licenter culpet.

5. Matth.7. v.22.

Matthæi 7. ſic nos admonet Chriſtus: *Multi dicent mihi in illâ die* (iudicij, inquam:) *Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus?* &c. Et tamen à Chriſto meritò reprobantur: *Probatio quippe ſanctitatis* (ait S. Gregorius) *non eſt ſigna facere, ſed vnumquemque vt ſe diligere: de Deo autem vera cognoſcere, de proximo verò meliora, quàm de ſeipſo ſentire.* O viderint homines, qui in poſtremo Dei iudicio reprobari timent, & ſaluari ambiunt, quàm cenſeantur à cælo reiectanei, & gehennali incendio iam nunc deſtinentur, in quorum audaciori iudicio, & ore garrulo, proximus habetur vilis! Deſtinâ iã raptatur ad gehennam, miſerabilis cæli æternùm exul, qui *de proximo meliora, quàm de ſeipſo* non *ſentit*? Vtinàm hinc licentior & audacior iudiciorum cenſura, ſiniſtram in partem nimis prona ſiſteretur.

S Greg.l.10. Moral. c.8.

Qui de proximo deteriùs quàm de ſe iudicat, reiectaneus habetur.

6. Matth.7. v.1. S. Hierony. ibi.

Cùm vſqueadeò ſit ad malum lubrica iudiciorum licentia, iudicium humanum ſapienter erudit S. Hieronymus, exponens illud Matthæ. 7. *Nolite iudicare, vt non iudicemini*, ita ſcribit: *Si iudicare prohibet; quâ conſequentiâ Paullus in Corinthios iudicat fornicantem; & Petrus Ananiam & Saphyram mendacij arguit? Sed ex conſequentibus, quid prohibuerit, oſtendit, dicens; Quomodò enim iudicaueritis, ſic iudicabitur de vobis. Hîc non prohibuit iudicare, ſed docuit.* O bona de noſtris iudiciis doctrinâ, quam ex Chriſti gymnaſio magnus doctor Hieronymus docet. ſcilicet, qualiter expetis ab aliis iudicari, ſic alios iudica. O quàm eſt homo ſui interpres benignus! Ex teipſo reliquos taxa. Qualis es ergà te, talis eſto ergà alios: nam qualis fueris ergà alios, tales ergà te alij erunt. Chriſtus *hîc non prohibuit iudicare, ſed docuit.* Benè monentem ſequere.

Chriſtus non prohibet iudicare, ſed iudicia erudit.

---

§. CXCVIII.

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt.

1.

IN omni iniuriâ multum intereſt animus inferentis, vtrùm ignoratione aut perturbatione animi, an ſcienter & conſultè fiat. Ignorantiam faciẽtis, facti pœnitentia ſubſequitur. Perturbatio plerumque breuis eſt; ideò leuiora ſunt, quæ repentino motu lædunt, quàm ea, quæ præmeditata inferuntur. Et ſanè duplicatur offenſę dolor, cùm ab eo à quo non merueris venit. Tantò magis iniuria eſt affectior, quantò proximus eſt qui facit, quantò obligatior beneficiis, quæ iniuriis reſtituit. Ceterùm qui palàm hoſtem agit, & hoſtilitatem exercet, leuiùs ferit, & minùs ſauciat; nam præuia cautela ictum deludit, vulnera arcet, & iniuriandum conſultè clypeat: nemo enim eſt tam inerter bonus, qui niſi pro fide ac religione, ſe vulneribus inermem objiciat. At qui veras inimicitias falſatâ amicitiæ ſpecie tectiùs colorat; & dum ſecuritatem beneficiis facit, incautum adoritur, grandioris malitiæ auctario offenſam exaggerat, & ad vltionem impotentiùs proritat. Ab inimico tuta quæque, inſidiarum ſuſpecta ſunt; amici autem perſona, intuta quæque cautelâ ſuſpicionum exarmat. Sanè vltra humanæ virtutis faſtum forſan videbitur, ſic inſidiosè inimicantem non referire, ſed illi libenter veniam donare, imò beneficiis augere.

Affectior ac ſauior eſt iniuria, ſub amicitiæ ſpecie inſidiosè facta.

2. Pſal.34.v.12.

Dauid Pſalmo 34. propè tolerando defeſſus, tandèm ſic querulus Deum alloquitur: *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.* Quaſi dicat: Ego inopinatâ victoriâ Goliathum alienigenarum præſidium, & inimici belli robur, ſuo ipſius gladio peremi, detriumphaui, proculcaui, nec modicam tulit Saül victoriæ partem, incolumi etiam regno felix. Sępè Philiſthinos aduersùs Saulẽ pugnaciſſimos expugnaui, & turpi fugâ inutiles feci, feci vtiles ſuis ſpoliorum diuitiis. Ipſum etiam Saülem per ſpiritualẽ modulationem excantato dęmone,
cuius

Digitized by Google

cuius furore agebatur, ſibi, ac regno reddidi. Ipſe autem cum Suris tot obſequiorum ingratè immemor, me hoſtiliter oppugnare non ceſſat. *Retribuebant mihi mala pro bonis*; indè me vlteriùs benefaciendi *ſterilem* reddiderunt. Expeditus videtur hic ſenſus, & litteræ exponendæ obuius. Verùm S. Cyrillus Alexandrinus aliquid in hâc ſententiâ ſublimiùs excogitauit, & in ipſo Dauide Chriſtum adumbratum recognoſcens, ſic fatur: *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Benè merentem enim conuitiis laceſſebant; exhortantem ad ſalutem, lapidibus impetebant; ſapientiſſimè docentem, iniuriis ac contumeliis afficiebant* (Nota quæ ſubiicit Cyrillus verba pereleganter ad rem:) *atque inſidiabantur, vt etiam ſterilitatem ipſi adferrent.*

S.Cyrill. inibi. in Catenâ Patrum Græcorum.

Inſidioſa hoſtilitas ſub amicitiæ ſpecie plus exaſperat, & ſterilitatem affert.

Nempè tametſi vniuerſatim retribuebant mihi mala pro bonis, & maiora beneficia iniuriis, contumeliis, & offenſis abundè remetiebantur; tamen adhuc procliuis ad illis benefaciendum eram, vberi beneficentiæ fœcunditate; cùm autem ex falſatæ amicitiæ latibulo, & beneuolentiæ obtentu, mihi inſidias clanculùm obtendi animaduertebam, meam beneficentiã vel inimicis beneficia copiosè parturientem, læſurâ ſubdolè inſidiosâ inhibebant, & largioris munificentiæ quodammodò reddebant ſterilem. *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.* Nempè *inſidiabantur, vt etiam ſterilitatem ipſi adferrent.* Id eſt exerta palàm hoſtilitas beneficentiam inuitabat, vt forem peruerſo gratus officio. At cùm amico Iudæ Apoſtoli mei oſculo inſida traditio callidiùs peragitur: cùm *Magiſter* appellor à Scribis & Phariſæis, vt dolo malo deciperar technis ſubdolè proponendis; iſtiuſmodi *inſidioſa* vafrities *ſterilitatem* beneficentiæ ſuadet. Et quod in Chriſto Domino Dauidis antitypo accidit, priùs acciderat in ipſo Dauide eiuſdem Chriſti typo: qui regis Saülis gener eſt factus, auctus regalibus nuptiis, vt Philiſthinorum armis perimeretur, aut ipſe Saül regiâ affinitate incautum perimere poſſet. Itaque huiuſmodi *inſidioſa* hoſtilitas obtentu amicitiæ tectior, ſolitæ etiam erga hoſtes beneficentiæ *ſterilitatem afferebat.* Sic inſidioſæ clam inimicitiæ pacatiorem, ac beneficentiorem animum exaſperant, & ei beneficentiæ bonum aut extenuant, aut auferunt?

3\. Prouerb. 18. v. 17.

3\. Prouerbiorum 18. in amicitiâ cautelam ſic ſapienter Salomon erudit: *Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum.* Sed quo pacto dicitur, quod hunc hominem ex iniuſto confeſſione iuſtum, eius *amicus* accuſat, eiuſque vitam in iudicio ſcrutaretur? Syrus ſic locum vertit: *Iuſtus eſt filius hominis in iudicio: quandò venit ſocius eius probat eum.* Quaſi quilibet homo etſi filius Adam, etſi verè peccator, cùm nemo eſt qui illum in iudicio accuſet, *iuſtus* appareat. Sed adhuc duriuſculè auditur, quod *amicus* eius dicatur, qui iuſtum accuſat. niſi fortè ſermo ſit de eximiè iuſto, qui odientes ſe, & ſibi acerbiùs inimicantes, nouo inimicitiarum titulo, tamquam *amicos* colat, atque amicorum loco beneuolenter habeat. Ceterùm Chaldæus paraphraſtes hunc locum ſic extribit, & excriptione exponit: *Iuſtus eſt primus in iudicio ſuo: & venit ſocius* (*amicus* inquam) *eius, & vincit illum.* Benè & optimè, vt explicetur, quàm perniciosâ clade, & damnosâ ruinâ vir *iuſtus* & immeritò moleſtandus, ſit afflictatus & oppreſſus; eius iniuſtus perſecutor, non dicitur apertus aduerſarius ſeu inimicus, ſed nominatur *amicus*, amicus inquam tectus, & animitùs inimicus. Quis enim niſi putatus amicus poſſet eius *inueſtigare*, aut *ſcrutari* (vt habet Symmachus) facta, amicis confidenter peruia, inimicis ob hoſtilitatem inaceſſa, & indè ignota? Quare moraliſſimè *amicus* appellatur, qui ſic inimicè illius vitam malitiosè exploratam habet, vt ſpecie tenùs veriſimilia fingat ſcelera, quæ in iudicio proferat ad *Iuſti* damnationem. *Venit amicus eius, & inueſtigabit*, aut *ſcrutabitur Iuſtum*, & ſic malè ſcrutatum, & peiùs proditum, amicitiæ hactenùs ſimulatione vafrè malitiosâ, *vincit illum*, profligat, proculcat ineluctabili damno. O caue!

Inimicus Iuſti, eius amicus nominatur.

Syrus.

Chaldæus.

Falſatus amicus dum Iuſtum ſcrutatur, illum vincit.

Symmachus

4\. Ad Rom 12 v. 21.

4\. Ad Romanos 12. ſic ſalubriter illos Paullus erudit: Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* A malo, id eſt, à tuâ impatientiâ illatæ hoſtiliter iniuriæ; nemo enim læditur & vincitur niſi à ſeipſo. Vel *à malo*, ſcilicet ab iniuriâ illatâ. Sed potiùs *vince in bono malum*, hoc eſt malefacta benefactis ſupera, malitiam vince bonitate, tum vt per maleficium alterius beneficentia tua ſit illuſtrior atque auguſtior; tum vt vincas eius improbitatem beneficiis, vt ex improbo probus, ex inimico amicus fiat. Sed his nupertimis amicis nemo prudens tutò ſe credit. Pulchrè Cleobolus: *Amicum tibi beneficio adiunge, vt te impenſiùs amet: inimicum verò ſic tractabis, vt eum tibi aliquandò amicum ſperes. Cautio autem hîc adhibenda erit, vt horum inſidias vitemus.* Amicum putas, quem tua beneficentia ex inimico amicum feciſſe videtur: cautela autem adhibenda eſt, ne ſpecie amicitiæ incautum inuadat. *Horum inſidias vitemus.* Vita hoſtilitatem aperti inimici; ſed potiùs falſati amici *inſidias* præcaue. Auguſtus Cæſar Cinnæ machinanti ſibi necem condonauit vitam, aitque: *Cinna tibi iterum vitam do, priùs hoſti, nunc inſidiatori ac parricidæ.* Quid admirere magis, an beneficè auguſtum Cæſaris animum? an atrociter inſidioſam falſati amici hoſtilitatem: Ergò *vince in bono malum*: ſed à malo beneficiis amicè victo, clancularias inimicè inſidias præcaue.

Ficti amici inſidias caue.

Cleobol. apud Cornel. ibi.

Sueton. in Auguſto.

5\. Ad Epheſ. 4. v. 26.

5\. Paullus ſic etiam monet Epheſios: Loquimini veritatem vnuſquiſque cum *proximo* ſuo: quoniam ſumus inuicem membra. *Iraſcimini, & nolite peccare: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Euſebius in Catenâ Græcorum Patrum in Pſalmum 4. ad litteram vult hæc eſſe verba Dauidis ad inclytos ſuos, vt vertit Hieronymus, ſcilicet ad Ioab, Abiſaï, aliôſque duces & milites indignantes, & parantes ſe ad conflictum cum Abſalone parricidâ. quaſi dicat Dauid: O Ioab, vóſque milites mei, iraſcimini Abſaloni; pugnate contra eum, ſed cauete ne ira veſtra & vindicta modum iuſtæ pugnæ & belli excedat. Teneo ex hac multorum commentatione hîc agi de amicis irâ mutuò exaſperatis, cum monitu de inimicæ hoſtilitatis moderatione, quam præſcribit Paullus aiens: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* quæ ſententia non leue Interpretibus faceſſit negotium. Nam eſto, iram interdiu, ſeu vſque ad Solis occaſum conniueat; cur poſt occaſum Solis, & ſub

Pſal. 4. v. 5. Euſebius. S. Hierony.

Nocturnas inſidioſè inimicitias arcet Paullus, aiens: Sol nõ occidat ſuper iracundiam.

nocte obſcurâ illam prohibet? Iracundâne hoſtilitas eſt noctui nfeſtior, nocentior, criminoſior? S. Chryſoſt. Quare ita? Eleganter Chryſoſtomus lib. 1. de Compunct. cordis, præſcripta Paulli verba ſic premit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nos contrà, ne hoc quidèm contenti ſumus, vt iracundiam vltra Solis terminum producamus; ſed quod eſt deterius, & inſidias inuicem ſtruimus, ſiue verbis, ſiue rebus ſupplantare proximos cupientes, mordentes inuicem, & comedentes: quod vtique aperta inſania eſt.* Nimirùm quaſi quodammodò conniueat diurnæ aduersùs *proximum* iracundiæ; nocturnam ſeu poſt Solis occaſum ſollicitè vetat, tamquam clandeſtinam & inſidioſam; atque de amicâ inimicè ſimulatione prouenientem inſidâ inſidioſè fraude, quæ eò duriùs, quò tectiùs ferit, ſauciat, & cruentat. Itaque mauult vt ira inter proximos & amicos ſit diurna, id eſt aperta & clara hoſtilitas; quàm nocturna & clandeſtina, ac lenocinantibus tenebris, id eſt, ſubſimulatæ amicitiæ, aut diſſimulatæ inimicitiæ latibulo inſidioſè pernicioſior; ſic enim *inſidias ſtruit, & ſupplantare cupit* in nocte, id eſt, ſub amicitiæ ſpecie. Ergò profundè monet Paullus: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*

6.
S. Cyprian. Eloquenter S. Cyprianus de Vnitate Eccleſiæ, rationem impreſſiùs tradit: *Facilior*, inquit, *cautio eſt, vbi manifeſtior formido eſt; & ad certamen animus antè præſtruitur, quandò ſe aduerſarius profitetur. Plus metuendus eſt & cauendus inimicus, cùm latenter obrepit;* *Infeſtior eſt inimicus, quò latentior.* *cùm per pacis imaginem fallens, occultis acceſſibus ſerpit, vndè & nomen ſerpentis accepit. Ea eſt eius ſemper aſtutia, ea eſt circumueniendi hominis cæca & latebroſa fallacia: Sic ab initio ſtatim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens, rudes animas incautâ crudelitate decepit.* Multa in hanc ſententiam lectu & notatu digniſſima ſubdit inibi Cyprianus. Hic verſ. 7. & 8. Plus hîc metuit Boozus, cùm *abſconditè*, & ex inſidiis periculum ſibi extrui ſuſpicatur.

§. CXCIX.

Breuis de abundè expromptis, & ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt.

1.
Plin l. 35. c. 7. ILlud eſt pretioſiſſimum, quod & rariſſimum, quaſi de ſingularitate pretij famam exambiat. Bellè Plinius: *Omnia meliora tunc fuere, cùm minor copia.* Cuius peridoneam rationem tradit Ruritius: Ruritius l. 1. epiſt. 11. *Quia ſæpè*, inquit, *per abundantiam pretioſa vileſcunt, & facit copia quotidiana faſtidium*, *Abundantia ſemetipſam proprio ſuffragio depretiat.* Sanè quicquid obuium non eſt, ſed anxiâ ſollicitudine quæri dignum, optimum videtur; ac ſi non à ſe, ſed de raritatis lenocinio, æſtimationis gratiam fœneret: quare humanus pretij cenſus difficultatis abuſu peragitur. Ita eſt: nam raritas mirè attollit, quod copiæ faſtidium depretiat. Tertull l. de Hab. Mul. c. 7. Exindè ſudata illa Tertulliani verba, omnium ore celebrantur: *Omnia*, inquit, *Auro vincti ſontes onerãtur.* *de raritate & peregrinitate ſolâ gratiam poſſident. Denique intra terminos ſuos patrios non tanti habentur. Semper abundantia contumelioſa in ſemetipsâ eſt. Apud Barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent & diuitiis malos onerant, tantò locupletiores, quantò nocentiores. Aliquandò reuerâ inuentum eſt, quomodò & aurum non ametur.* Ergò ſemper *abundantia contumelioſa in ſemetipsâ eſt.* Aliqui emphaticè corrigunt, *in ſemetipſam:* quaſi omnis copia contrà ſeipſam ſit probroſa, & ipſa ſemet proprio ſuffragio depretiet.

Numerorum 17. ſuper Sacerdotij ambitu exitialis tumultus in Hebræo populo arroganter 2.
exoritur. Num. 17. v. 3 & 5. Core, Dathan & Abiron ambitioſæ factionis principes, inſolenti terræ hiatu ſorbentur: plures alij cæleſti incendio tacti, miſerè decinereſcunt atque in fauillas, & vagum puluerem diſſipantur. Sed adhuc aliud conſpicuum Aaroniani Sacerdotij notamentum, de arentium virgarum inexpectatâ floritione deſumitur. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis Principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque nomen inſcribes virgæ ſuæ. *Nomen Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas ſeorſum familias continebit. .... Quem ex his elegero, germinabit virga eius*, &c. Scilicet quiſque tribûs ſuæ princeps ſcribebat nomen ſuum ſuper virgam ſuam. Erant enim omnes tribuum principes, primogeniti totius populi, & ſingularum tribuum; ideoque præ ceteris, ad eos ius Sacerdotij ſpectare videbatur. Vndè ad omnem de eo litem dirimendam, Principum dumtaxat nomina inſcripta ſunt virgis duodecim; & decimætertiæ inſcriptum eſt nomen Aaronis, qui erat primogenitus in tribu Leui. Ceterùm cùm quilibet tribûs ſuæ princeps ſeu primogenitus ſuam haberet virgam, primogenituræ ſeu principatûs ſui inſigne; peritè hîc quæritur ab Interpretibus; an hæc Aaronis (qui indubiè erat tribûs Leui primogenitus & princeps) virga, quæ floruit, fuerit, illa ipſa virga, quâ ipſe cum fratre ſuo Moyſe, tot in Ægypto & in deſerto miracola patrauit? Quâ ſuper re inibi Cornelius noſter, Sanctis Patribus, & priſcis auctoribus imbutus; ad litteram & ad mores ſic peritè philoſophatur: *Valdè veriſimile eſt, virgam hanc Aaronis & Leui, aliam fuiſſe a virgâ Moſis, quâ ipſe plagas Ægypto induxit, & mare Rubrum diuiſit;* Cornelius. indidem. *idque probatur, quia alioqui impar fuiſſet virgarum ſors, ceterique Principes ſuſpectum habuiſſent Aaronem & Moyſen, ſi ipſe fratri conſignaſſet virgam illam, quæ tot portentorum fuerat operatrix; cùm alij communem baculum, ſiuè ſcipionem pro virgâ ſuâ acciperent: & conſequenter ipſum miraculum florentis virgæ, non Aaroni, ſed ipſi virgæ tribuiſſent.* *Virga miraculis adſueta, ſuſpectum redderet floritionis miraculum.* Res ſanè admiratione, atque expenſione digniſſima. nempe Moſaicæ virgæ exploratiſſimum miraculum velut exauctorati, & dubiæ fidei reddi, quia præfata virga patrandis miraculis adſueta eſt. quaſi in ſiccâ pariter virgâ, ſicut & reliquæ aliarum tribuum, floritio extemporalis, non putetur prodigioſa, ſed velut per connaturales virtutum conſequentias, ad probationis auctoritatem inidonea, quoniam miriſſima quæque hactenùs patrauit. Hem! copia miraculorum ſibi ad fidem faciendam contumelioſa eſt; & abundantia, deuctoramenti ſtipendium? Sic pluralitas, dum raritatem excludit, ſibi adimit auctoritatis ſuffragium? Frequentia vbertim miracula, vlteriori miraculo fidem

Digitized by Google

fidem detrahunt? Sic *ſemper abundantia in ſemetipſâ*, & *in ſemetipſam contumelioſa eſt?* Sic rei cuiuſque cenſus de raritate taxatur? Quod frequens fit, etſi mirisſimum ſit, & frequentiæ obæratum, & vlteriori abundantiæ ſtipendiarium cenſetur. Quare Moſaicæ virgæ miraculum ſuſpectum foret, à non bono abundantiæ ſuffragio, quo res alioqui eximia vileſcit.

3. Prouerb. 9. v. 17.

Prouerb. 9. ſubdolæ fraudulenter voluptatis hæc vox eſt, ad deceptionem artificioſè compoſita: *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.* Reliquæ cum Vulgato tranſlationes eò vergunt, vt palàm evulgent, quòd in omnibus quidèm rebus imperuiæ voluptates, & furtiuæ delectationes, gratiores ſunt raritatis blandimento. Ideò furtiua patentibus ſuauiora ſunt, & furtiuorum maius eſt deſiderium, gratior concupiſcentia; dum raritas ac difficultas cupiditatis lenocinium exaggerant ad placendi gratiam. Pulchrè S. Auguſtinus lib. 3. Confeſſ. cap. 4. & 6. poſt furtiuam pomorum male dulcem prædam, difficultatis blandimento gratiorem, ita eâ de re luculenter ſcribit: *Furtum facere volui, & feci, nullâ compulſus egeſtate, nec penuriâ, ſed faſtidio iuſtitiæ, & ſaginâ iniquitatis.... non ad noſtras epulas, ſed vt fieret à nobis, quòd eò liberet, quò non liceret.* (Obſerua attentiùs quæ ſubjicit Auguſtinus cap. illo 6.) *An libuit facere contrà legem ſaltem fallaciâ, quia potentatu non poteram, vt mancam libertatem captiuus imitarer, faciendo impunè quod non liceret, tenebroſâ omnipotentiæ ſimilitudine?* Profundè quidèm Auguſtinus, quippè cui velut per anotomiam nota erat arcana humanorum affectuum œconomia! Sanè *mancam* appellat libertatem, & claudam potentiam, niſi id quod voluptuoſè libet, contrà legem & rationem impunè liceat. *Captiuam* putabat ingenuam arbitrij libertatem, ſi conſcientiæ vinculis compedita, quodam faſtidio iuſtitiæ, & furtiuæ gratiæ lenocinio, ad prohibita quæque non ſe obnixiùs extenderet, *tenebroſâ* (id eſt, *furtiuâ*, & *abſconditâ*) *omnipotentiæ ſimilitudine.* Nimirùm ſceleroſa impudenter malitia voluptatum immetatè auida, *omnipotentiam* è peruerſo æmulari ſatagit, quò ex imperuiis, & perarduè difficilioribus, gratiorem reddat voluptatem voluptuoſo raritatis abuſu. O! ſic nequitia deliciis ſaginata, conſuetas voluptates faſtidit facilitatis tædio, & ardua quæque velut omnipotenter præſumit? ſic placendi gratia difficultatibus conditur? ſic voluptas de facili obuia, de expromptâ abundantiâ, in ſeipsâ contumelioſa eſt?

S. Auguſtin. *Voluptas tenebroſâ omnipotentiæ æmulatione, ardua quæque præſumit, faciliũ tædio.*

4. Iere. 2. v. 13.

Ieremiæ 2. hæc auditur grauisſima Dei querimonia à lugubri Prophetâ meritò denuncianda: Obſtupeſcite cæli ſuper hoc. (ſic evulgandum Iudæorum ſcelus, à cæli moribus peregrinatur?) Duo mala fecit populus meus: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.*

Arabicus.

Arabicus ſic locum excribit: *Fui illis fons aquæ dulcis & laudabilis.* Itaque Deus non tantùm dicitur fons *aquæ viuæ*, id eſt, inceſſanter perennis, vitalis, ac perpetuò fluentis; ſed fons *aquæ dulcis*, & quæ palato gratè dulceſcit. Vndè ergò eſt hominum nauſea, quæ huius *aquæ dulcis* tædio rimoſas fodiat ciſternas, quæ cœnum potiùs propinent? Sanè hic fons dulci ac perenni aquâ vbertim exundat; ciſternæ diſſipatæ collectitias è tempeſtatibus aquas admittunt, quas confeſtim per rimas dimittunt. Et quidèm ait S. Ephrem: *Qui fontem habent, guttæ non indigent. Lacte non egent, qui gregem paſcunt. Qui panem frangunt, micis opus non habent. Qui mel conficiunt, eos mellis ſaporem explorare non eſt neceſſè. Qui margaritam habent, de obolo acquirendo non laborant.* Quid ergò in cauſſâ eſt, cur repudient homines perennem *aquæ dulcis* fontem, & rimoſas mundi *ciſternas* malint? S. Auguſtinus hæc verba ſic ad rem ethicam tempeſtiuè flectit: *Effodere lacus detritos, qui continere non valent aquas, quis me prohibet ſic intelligendum eſſe, conuerſi ad voluntatem terrenam*, &c. Nempè voluntatis terrenæ guſtus, ſeu palatum, ſic ad voluptates male temperatum eſt, vt nauſeet ad perenniter obuia, & inceſſanter exprompta, quantumuis illa dulcia ſint; atque fiet ad fugitiua, & male permanentia, quodam adſuetæ voluptatis tædio, odium potiùs dixerim, cum Philoſophorum ethicè diſſertiſſimo: *Voluptates* inquit, *ipſas quæ te morantur ac retinent, conſumpſiſti, nulla tibi noua eſt, nulla non iam odioſa ipsâ ſatietate: quis ſit vini, quis mulſi ſapor ſcis, nil intereſt, centum per veſicam tuam an mille amphoræ tranſeant, ſaccus eſt*, &c. Vide nunc adſuetæ voluptatis faſtidium, imò & *odium*: nam expromptis voluptatibus innutrito, & cui nulla *nouitatis* lenocinio blanditur, iam voluptatis ſenſus *conſumptus* eſt, vt *nulla ſit non iam odioſa ipsâ ſatietate.* Quare perenni *fonte aquæ dulcis* repudiato, cognato *voluntatis terrenæ* vitio, *ſibi* homines *fodiunt ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, ſed foràs egerunt, quaſi hominum à nauſeâ repudium anteuertant. Itaque perennem, nec vnquã deficientem *aquæ dulcis fontem* auerſantur, quia nil *noui* propinat: *nulla* enim *voluptas non iam odioſa ipsâ ſatietate* eſt. Sic repetita identidèm voluptas voluptatem *conſumit*, & placendi gratiâ præ tædio fruſtratur!

S. Ephrem Tract. de Diu grat. tom. 1.

S. Aug. lib. 1. Contra Epiſt. Parm. c. 10.

Voluptas ipsâ ſatietate odioſa eſt & placendi gratiam cõſumit.

Seneca epiſt. 78.

5. 2. Reg. 13. v. 15.

2 Regum 13. vulgò notiſſima eſt hiſtoria Ammonis, qui ſororem ſpecioſiſſimam, Thamar nimis adamauit, ſicque *deperiit eam, vt propter amorem eius ægrotaret: quia cùm eſſet virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhoneſtè ageret cum eâ.* Tandem Amnon fraude accitam, præualens viribus Thamarem oppreſſit. *Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt maius eſſet odium quo oderat eam, amore quo anteà dilexerat.* Abulenſis ex peculiari Dei prouidentiâ, iſtiuſmodi amorem in odium verti putat, iuxtâ illud Auguſtini: *Vnicuique ſuâ cupiditas, tempeſtas eſt.* Caietanus verò naturalem rationem huius odij aſſignare adnititur, ſuffragio Ariſtotelis minimè deſtitutus. Opinor, rem tetigit, aliud agens, Oratorum diſſertiſſimus: *Vt in furorem*, inquit, *charitas aliqua conualeſcat, opus eſt difficultatibus: breuis de conceſſis, & ſtatim ſacietati vicinus affectus eſt.* Scilicet Ammonis ergà Thamarem charitas, præ difficultatibus *in furorem conualeſcit*: at cùm de facili copia ſuppetit, & ipſa iam vltrò nuptias expetit, faſtidioſè rejicitur: quoniam *breuis de conceſſis, & ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt.* Ruth verò non voluptuoſè vltronea connubium poſtulat; ſed iure propinquitatis, legitimam ex legitimo

Abulenſ. ibi. S. Aug. de Verb. Dom. ſecundum Matth. ſer. 14. Caietan. Ariſt. l. 4. Probl. 11. & 6. Quintilianus Declam. 14.

Breuis de conceſſis, & ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt.

Hîc verſ. 9. &c.

Digitized by Google

matrimonio prolem ambit. Vnde plus adamatur à Boozo, & matronali ritè laude cumulatiùs ornatur.

---

§. C C.

Voluptatum lenocinium, ferreis vinculis hominem ſtringit; & velut quodam faſcino, medullas exſorbere voluptatum obſtinatè ſuadet.

1\. Seneca epiſt. 39.

QVis hoſtis in quemquam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ ſunt: quorum impotentiæ ob hoc vnum poſſis ignoſcere, quod dum auidiùs pluribus fruuntur, plura fruendo patiuntur. Nec immeritò hic illos captandæ voluptatis furor vexat. Neceſsè eſt etiam in immenſum exeat cupiditas, quæ naturalem modum tranſiliit. Ille enim habet ſuum finem: inania, & ex libidine orta, ſine termino ſunt. *Neceſſaria metitur vtilitas, ſuperuacua quò redìges? Voluptatibus vtique ſe immergunt, quibus in conſuetudinem adductis, carere non poſſunt: & ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò peruenerunt, vt illis, quæ ſuperuacua fuerant, facta ſint neceſſaria. Seruiunt vtique voluptatibus ſuis, non fruuntur. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, vbi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent: & deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt.* O quàm impotenter fertur homo in voluptatem, cui diu aſſueſcit.

Voluptabilia ſuperuacua, vſu voluptatis fiunt velut neceſſaria.

2\. Daniel. 4. v. 20. & 12.

Danielis 4. ita ſcribitur de celebri illo Nabuchodonoſoris ſomno in quo quædam inauſpicatò arcana de ſe vidit, dum quietus erat in domo ſuâ, florens in palatio ſuo, regiis deliciis voluptuoſus, & ambitione arroganter ſuperbus. Vidit Rex (ait Daniel) vigilem & ſanctum deſcendere de cælo, & dicere: Succidite arborem, & diſſipate illam, attamen germen radicum eius in terrâ dimittite, *Et vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli conſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius.* Id ipſum ſuprà verſ. 12. totidèm penè verbis præſcriptum eſt: *Alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis, quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ.* Benè eſt, obbruteſcenti Regi electior pratorum *herba* in cibum deſtinetur, nam brutis vernans floridè *herba* pro deliciis eſt. Quid eſt autem, quòd dum *herba agri* aſſignatur in *pabulum* delicioſi Regis, *vinculo ferreo & æreo in herbis alligatur*? Et quæ nam ſunt hæc *vincula ferrea & ærea*, quibus in herbaceis pratis, vel *herbis* ipſis ad paſtionem alligatur? Lyranus putat hæc *vincula ferrea* eſſe *infirmitatem* inductam ex diuinâ ſententiâ: Albertus Magnus apud Carthuſianum ibi, eſſe *tentationem duriſſimam*: Hugo Cardinalis: *Vinculo ferreo & æreo, id eſt, forti & indiſſolubili, ſicut animal laſciuum.* O bonam ethicè commutationem! Vide hîc Principem deliciis & cupiditatibus obbruteſcentem, tenui herbarum carpendarum voluptatulæ *vinculo ferreo & æreo, id eſt, indiſſolubili alligatum.* Sic bruta ſalaciter *laſciuia*, & herbacei *pabuli* vernans gratia, palati deliciis adridens, hominem *vinculo ferreo & æreo, id eſt, indiſſolubili alligare* dicitur? Tantula voluptas ſic hominem allicit, vt illum tam validè trahat, raptet, deuinciat, ac quaſi *vinculo ferreo* alliget? Hominem diffitetur, & liberum arbitrium quodammodò deſueſcit; & Nabuchodonoſoris æmulus, pecuinos aſſumit mores, quiſquis *tentationis*, aut *infirmitatis*, aut *laſciuiæ* illicio ac vinculo voluptatum herbaceo vitori, & pecuino pabulo ſic impotenter deliciatur. *Mala ſunt* (ait Ambroſius) *voluptatis vincula. Oculos delectat, demulcet aures.* Heu quot Nabuchodonoſores noſtra ætas tulit, qui voluptatibus ſic *vinculo ferreo & æreo*, velut *herbis alligantur, quibus in conſuetudinem adductis, carere non poſſunt: & ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò peruenerunt, vt illis, quæ ſuperuacua fuerant, facta ſint neceſſaria!* O caue à voluptatis præſtigio, quæ homines in pecudes recudit! Sic homines deliciis obbruteſcunt!

Nabuchodonoſoris inſtar, homines vinculo ferreo voluptatum herbis alligantur.

Lyranus.

Albert. Magnus. Carthuſian.

Hugo Car.

S. Ambr. de Abel & Cain c. 5.

Seneca 5.

3\.

Ad Romanos 8. ſic animoſè Paullus tentamenta laceſſit, certus, quòd quantumuis eis validè arietetur, illa ſtrenuè fruſtrabitur: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Sed his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, *neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* &c. Græcè, *Nec vlla creatura alia.* Addit Eſtius; *Vniuerſali clauſulâ quicquid aliud dici poſſet, includit.* Sed forſan curioſiùs ſciſcitatur aliquis an τὸ *nulla alia creatura*, intelligatur, *alia* à ſuprà recenſitis, an à ſeipſo *alia*? Sanè ſi cenſus tentamentorum, quotum vim laceſſit, expendatur, voluptatem, aut propriam concupiſcentiam, id eſt, ſeipſum nuſquam prouocauit ad luctam. An ſeipſum voluptate extimulatum præ reliquis omnibus metuit? Appoſitè Cyprianus: *Qui hoſtem vincit fortior, ſed altero; qui libidinem repreſſit, ſe ipſo fortior fuit.* Profectò nimis eſt arduum, quòd aliquis ſe ipſo maior, potentior ac fortior ſit: & quaſi vnus duo eſſet, ille idem tamquam fortis ac ſtrenuus, ſeipſum velut debilem ac imbecillum ſuperet. Hanc forſan luctam renuit Paullus, nec audet ſe alterum voluptate actum laceſſere. Cum *altero* quopiam non detrectat prouocare certamen; at ipſe ſemetipſum laceſſere metuit veritus ne fortè ipſe ſeipſo voluptatum igniculis acto, fortior non ſit. Vbi nota, quòd qui cum voluptate luctatur, ſecum pugnat, *ſeipſo fortior eſſe* ambit. O! ſic voluptas homini animitùs hæret, medullitùs conuiſceratur, vt in ipſum hominem quodammodò refingatur? Adeò vt qui voluptatem repreſſit, *ſeipſo fortior* appelletur. Boozum hîc ſuſpice, in voluptatis expromptæ ſtadio, *ſeipſo fortiorem.*

Ad Rom. 8. v. 39.

Græcus.

Eſtius ibi.

Qui hoſtem vincit fortior eſt ſed altero; qui voluptatem vincit, ſeipſo fortior eſt.

S. Cypr. de bono patient.

Hic verſ. 8. & 9.

4\. Iob 15. v. 16.

Iob cap. 15. Ecce, inquit, inter ſanctos eius nemo immutabilis; & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius, quantò magis abominabilis, & inutilis homo, *Qui bibit, quaſi aquam, iniquitatem.* Profectò qui bibit, facile tranſmittit potum, non enim neceſsè eſt mandere dentibus; ideò *bibere*, affert peccandi promptitudinem, & facilitatem, ſine morâ, ſine impedimento; inſuper & cum viuidâ ardenter appetentiâ. Polychronius

Polychron. ibi.

Digitized by Google

Qui voluptates ſitit, medullas voluptatum exſorbere præſumit.

nius ſic locum exponit: *Qui bibit, quaſi aquam, iniquitatem. Quod ipſum propter eos dixit, qui ſpontè, certóque iudicio peccant. nullâ re aduerſâ, nullâ neceſſitate coacti; ſed voluptatis tantùm adducti libidine, non ſecùs quàm is, qui ſitiens bibit.* Itaque appetentia deliciarum, & voluptatum concupiſcentia, ſiti comparatur, quâ extimulatus homo ad potum hianter anhelat, impotenti refrigerij libidine. Quod viuidè opinor,

Petr. Dam. expreſſit Petrus Damianus epiſt. 19. ſic fatus: *Eant nunc qui carnis ſuæ delectantur illecebris, medullas abſorbeant voluptatum.* Quid eſt exſorbere voluptatum *medullas* hianti ſiti? Sanè potus in tranſitu delectat, perbreue eſt poculentæ delectationis æuum; præſertim cùm ſitis arida appetitum exacuit, ſtimulat, vrit: tunc enim non tranquillè ac ſenſim potum haurit; ſed hiante hauſtu feſtinanter potionem exorbet. Et tamen in eo celeri tranſitu, quaſi non tam voluptatum potum, quàm ſitim bibant, *medullas voluptatum abſorbere* dicuntur; quaſi moroſè ſcrutentur, & velut in ipſo tranſitu cunctanter explorent quid arrideat appetitui, nequid inguſtatum aliqua fors nauſea dimittat. Quin & quandò bibunt voluptatum aquam cœno turbidam, & obſcœnum voluptatum ludibrium, friuolum, fugitiuum, volaticum; ſic in eo deliciantur, ſic ſe putant voluptatibus adipati, tamquam qui *medullas voluptatum abſorbeant.* O vecordiam! *medullam* in aquâ ſitienter quærit, qui ad voluptatés ſic hiat. Opportuno igitur ſarcaſmo eos irridet, aiens: *Eant nunc qui carnis ſuæ delectantur illecebris, medullas abſorbeant voluptatum.*

5. Prouerb. 5. v. 3. & 4.

Sacer Parœmiaſtes Prouerb. 5. ſic homines cautè erudit: *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps.* Scilicet blanda voluptatis pellacia hîc deſcribitur, quæ ſenſim allectans, tenaciſſimè trahit, mentem occupat, & pectus doloſâ gratiâ implet.

Sic inſoleſcit voluptas, vt adhuc deſipiens, tenaciter hærere ambiat.

S. Ephrem. S. Ephrem præſcripta verba elucidans, in illud, *Attende tibi.* cap. 3. ita ſcribit: *Reſiſte vrenti concupiſcentiæ, vt flammam, quæ numquam extinguitur, effugere queas. Nam ſi nos perturbationes ſuperauerint, non recedent à nobis: quin & magis aduerſùm nos inſoleſcent. Audi eum, qui ait: Mel diſtillat à labiis mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguat fauces ſuas; poſteà vero felle amariorem inuenies, & acutam magis gladio ancipiti.* Sanè mirum eſt, & expenſione digniſſimum, hoc voluptatum ſacramentum, quod voluptas ſic impotenter allicit, vt ſi ſemel locum in pectore occupet, ſic tenaciter hæreat, vt quamuis poſteà in fellis amaritiem degeneret, adhuc placeat, alliciat, trahat, melleo felle ſoporata. Sic voluptas inſoleſcit! Si voluptas *nos ſuperauerit, non recedet à nobis: quin & magis aduerſùm nos inſoleſcet.*

Voluptas eſt Diaboli hamus.

O voluptatum impudentiam *inſolenter* fraudulentam! O cæcam hominum ſocordiam vel falſatis lenociniis malè ancillantem! Lethalem hamū cum dulci eſcâ deglutis, & abſūptâ eſcâ, adūco delectaris hamo?

S. Theodor. Studita Ser. 26.

Quid voluptatem iucundā arbitramur, qui dolor ſit reuera mortiferus? Nā equidèm voluptas hamus eſt Diaboli; & tamen rapimur ad eā quaſi quidā dedititij ſerui. Verba ſunt Theodoti Studitę. Eheu! ſic voluptas fellibus mixta homines trahit, aduncat, harpagat?

Pſalmo 50. flebilis Dauid ſic diuinam miſericordiam ad ſui ſceleris veniam ſollicitat: Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam, &c. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* 6. Pſal. 50. v. 5.

Parùm videtur idonea hæc ratio, quam Propheta allegat ad veniam. Porrò quid magnum fuit, vt admonitus Dei nomine à Nathane opinatiſſimo Vate, *iniquitatem* agnoſceret ſuam? Imò miriſſimum fuit, quòd *iniquitatem* tam enormiter exorbitantem, hactenùs non cognouerit. Agellius eruditus Auctor, huc Dauidis verba peritè flectit, inibi exponens quid Dauid tunc denuò *cognouerit*, dignum, quod ad veniam allegaret: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. Poteſt*, inquit, *Cognoſco, ſic accipi, Aduerti, reſciui: nam eo tempore quo tantum crimen admiſit, impetu quodam, & æſtu concupiſcentiæ raptus animus, quantum mali perpetraret non agnoſcebat, & velut faſcino quodam voluptatis conſopitus erat.* Agellius.

Faſcino voluptatis conſopitur homo, ne ad enorme flagitium attendat.

Hem! ſic vel nuper ſanctiſſimus Dauid, voluptatis *impetu*, & concupiſcentiæ *æſtu* ſopitus, ad raptum alienæ ouiculæ *rapiebatur*? Velut *faſcino quodam voluptatis conſopiebatur*, & libidinum præſtigiis ſic inſaniebat, vt non *aduerteret* ad facinoris inſolentiam? Voluptatis *vinculo ferreo & æreo*, ſic alienæ *ouiculæ alligabatur*, vt ſe vinctum non aduerteret? Sic libidine exæſtuans, in tantâ belliſſimarum vxorum copiâ, *medullas voluptatum abſorbebat*? Sic altè hærens voluptas arroganti obſtinatione *inſoleſcit*? an ſic eſt difficile *ſeipſo fortiorem eſſe*? O caue ab hoc rationis ac virtutis faſcino! Blandè ferit voluptas, ſed duro pertinaciter vulnere. Rimulas obtura ingredienti, ne ingreſſa ſemel, egreſſum ſemper ignoret, errore labyrintheo vaga.

§. CCI.

Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorium ei ſilentium, indulgentiam tribuere videatur.

PRudenter ad Piſonem Galba: *Irrumpet adulatio, blanditiæ, peſſimum veri affectus venenum, ſua cuique vtilitas. & ego, & tu ſimpliciſſimè inter nos hodie loquimur, ceteri lubentiùs cum fortunâ noſtrâ, quàm nobiſcum. Nam ſuadere Principi quòd oporteat, multi laboris, aſſentatio circa Principem quomodocumque ſine affectu peragitur.* 1. Politico-Chriſt. 1. p. c. 18.

Princeps quomodo admonendus, & obiurgandus.

Fateor *multi laboris* eſſe ſuadere Principi quod oporteat, quod ratio, quod æquitas, quod publicum bonum, quod ſperata æternitas poſtulat, cùm Principum perpauci extra ſe nata admittant conſilia. Ea tamen moderatio adhiberi poteſt, ea in dicendo reuerentia, ea in ſuadendo modeſtia, ea etiam in obiurgando temperantia, vt integra ſit veneratio, nec docere videamur velle, ſed ſolius amore Principis duci. Veſtiri proindè tot moderationibus ſententia noſtra poteſt, tot etiam viam præſternentibus, tot in mitigationem ſequentibus, vt & offenſionem vitemus, & ex fide conſulamus. Hem! Seneca in Prouerb.

ſi in clientelam felicis hominis potentiſque perueneris, aut veritas aut amicitia perdenda eſt. Vis noſſe, quo maximè careant magna faſtigia? ſincerâ

Digitized by Google

ſincerâ veritate, conſulto monitore.

2. Exacto iam toto anno à Berſabee adulterio, & infidâ Vriæ cæde, adeſt Dauidi Nathan propheta, Dei nomine commiſſi ſceleris obiurgator acerbus: & quem nemo amicorum, conſiliariorúmque nemo vel leniter delicti admonere auſus eſt, Deum durè obiurgantem, & minis terrentem pati meruit. Statim Dauid ad piè ambitioſum pœnitentiæ ſqualorem feſtinus confugit, & in lacrymarum fluento, ſui ſceleris naufragium inuenire feſtinat. Ampliùs, inquit, laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* Imò nondùm Dauid ſuam *iniquitatem cognouiſſe* videtur; ſiquidèm ait ſoli Deo peccaſſe. An non peccauit in Vriam, illius totum ſalaciter conſtuprando, & immeritam illius cædem inimicorum manu infidè perpetrando? Eſto, ſcelere ſuo Dauid Deum offenderit; at ſoli Deo offenſus non fuit, ſed Vriam etiam valdè ſceleroſus offendit. Diſſimulat ne iniuriam Vriæ fœdè illatam, cùm Dauid ſoli Deo peccaſſe fatetur? Profundè inibi Græci Patres ita ad rem ſcribunt: *Tibi ſoli peccaui. Et non dicit ſe iniuriâ nullâ Vriam affeciſſe. quomodò enim? ..... Quia nullus hominum eum increparat, ſolus verò Deus eum correxerat; Tibi, inquit, ſoli peccaui.* Nimirùm ſic eſt cognata Principibus arrogantia, & impunè delinquendi licentia, vt ferè peccata non reputent, pro quibus non increpantur; & alioquin vix, aut ne vix quidèm increpati ab hominibus patiantur. Grauatè nimis ferunt vrbanam admonitionem, aut modeſtam ciuiliter reprehenſionem; nec in homines peccaſſe cenſent, niſi querelas ſubaudiant, & tragœdias indè excitatas. *Quia nullus hominum Dauidem increparat, ſolus verò Deus eum correxerat; Tibi, inquit, ſoli peccaui.* O benè! ô viderint hæc ingenia Principum, qui illis vel à ſacris Concionibus, vel à ciuilibus conſiliis adſunt! Quod illi taciturnitate inerti diſſimulant, ſibi Reges non imputant; & de illorum diſſimulatione malitiam colorant, qui vel de piâ comptè admonitiunculâ, delicta forſan ſibi imputarent. Quòd ſic hâc moderatione conſulenti aut obiurganti periculum ex fide immineat; hîc animis opus eſt, & infracto pectore, quod nec dignitatum fruſtrationes, nec exilia, nec indignatio, nec mors ipſa terreat. Hic ille locus, in quo dicere vir fortis poteſt: Cadere poſſum, à vero & recto flecti non poſſum. vt muneri meo deſim, non me minæ, non tormenta terrent peritura; terrent æterna. Quicquid delirant Reges, plectuntur regij Concionatores, regij Senatores plectuntur: nequior enim inobiurgata malitia, innocentia reputatur agnato Principum faſtu. *Quia nullus hominum Dauidem increparat, ſolus verò Deus eum correxerat; Tibi inquit, ſoli peccaui.* Hem! nemini peccat, qui à nemine reprehenditur?

Pſal. 50. v. 6.

Græci Patr. in commentar. Corder.

Quia nullus hominum Dauidem reprehenderat, ſed ſolus Deus, ideò ſoli Deo peccaſſe dicit.

3. Præſcripta Dauidis verba, ex verbis ſequentibus adhuc ad præſentem theſim emedullanda ſunt: *Tibi, inquit, ſoli peccaui; & malum coram te feci.* Quid eſt, quòd Dauid Deo dicere auſus ſit, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci;* cùm etiam in homines peccauerit, cùm immeritum Vriam infidè trucidare iuſſerit; & neque adulterium homines prorſùs latuerit? Id poſtquam ſcitè inibi Heſychius euicit, ſubdit ad rem: Sed tibi ſoli peccaui, inquiebat: quoniam ſoli Deo tanquam opifici, & figmenti ſui miſerenti, curæ eſt ne peccemus. (Nota attentiùs quæ ſubtexit verba:) *Fortaſſè etiam illud, Et malum coram te feci, addidit: quoniam reliquis omnibus ei tanquam Regi indulgentibus, & peccatum ſilentio contegentibus, Deus miſit Nathan, & nefarium illud ſcelus reprehendit.* Nimirùm ideò Deus prophetam Nathan mittit ſeuerum nefarij ſceleris vindicem, acerba reprehenſione durum, & durioris ſupplicij minacem; quia reliqui omnes tam aulici palatini, quàm diuinæ legis periti, regij amici & cognati, & regni totius Senatores, legis ac Reipublicæ pio zelo opinatiſſimi, Regis *nefarium ſcelus* multimodè flagitioſum, non modo inerter diſſimulabant, ſed ambitioſo *ſilentio contegebant.* Parùm hoc, niſi adderetur, non modò Regem à nullo increpatum fuiſſe; aut admonitum, neminémque eius peccatum non diſſimulaſſe, & ſilentij lenocinio contexuiſſe, fouiſſéque; ſed *nefarium illud ſcelus reliquos omnes ei tanquam Regi indulſiſſe.* O pernicioſam regij ſceleris *indulgentiam* grauioribus à Deo ſuppliciis dignè luendam! O arrogantem aulicorum licentiam, quæ ambitionis priuilegio, Principum *nefaria ſcelera*, quæ ex munere tenebatur piè ſapienti vrbanitate corripere, non modò *ſilentio contegunt*, inertiâ diſſimulant, ſed illi tanquam Regi ambitioſiùs *indulgentes*, malitiam extenuant, regiæ licentiæ penicillo colorant, & coràm defendunt. Heu timidioris *indulgentia* temerariam impudenter audaciam! Coràm prædicant ingenio ambitionis, quod foris acerbiùs vellicant licentiâ murmurationis. O! nil credendum in os laudanti, niſi vt hoſtem credas hunc in concione aut concilio laudatorem. hoſtilia enim ſunt, præſentem laudare, damnare abſentem: coràm dicta factáque probare; improbare vbi abſis. tanquam ſiquis alterâ manu ſudorem detergat, alterâ vulnus imprimat; alterâ demulceat, veneret alterâ. Sic *nefarium ſcelus*, quod coràm *omnes Dauidi tanquam Regi indulgent* ambitioſâ *indulgentiâ*, omnes foris vellicant, fruſtrà damnant, & petulanter proſcindunt. *Fortaſſè etiam illud, Et malum coram te feci, addidit: quoniam reliquis omnibus ei tanquam Regi indulgentibus, & peccatum ſilentio contegentibus, Deus miſit Nathan, & nefarium illud ſcelus reprehendit.* O nimis verè! Qui blandam vrbanè obiurgationem ab homine audire detrectat, duriſſimam peracerbè audiet Dei ore fulminatam.

Pſal 50. v. 6.

Heſychius in Catenâ.

Nefariis Principum ſceleribus, aulici ſapiẽtes indulgẽtiam ambitioſè exhibent.

1. Regum 24. adhuc Saül immeritum Dauidem crudeliter perſequens, per ardua montium vel feris inuia, illum peruestigat ad necem. Regi 4.
autem ſpeluncam ingreſſo, vt ventrem purgaret, Dauid qui inibi cum ſuis latebat, indulgenter parcit, contentus oram chlamydis ad indulgentiæ teſtimonium præcidiſſe. Porrò Saül exurgens de ſpeluncâ, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem & Dauid poſt eum: & egreſſus de ſpeluncâ, clamauit poſt tergum Saül, dicens: Domine mi rex. Et reſpexit Saül poſt ſe: & inclinans ſe Dauid pronus in terram, adorauit, dixítque ad Saül: *Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersùm te?* Quin potiùs pater mi, vide, & cognoſce oram

1. Reg. 24. v. 10.

chlamydis

clamydis tuæ in manu meâ: quoniam cum præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, uolui extendere manum meam in te: *tu autem inſidiaris animæ meæ vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me & te; manus autem mea non ſit in te.* Vtinam Dauid tam verè, quàm comiter & vrbanè (vt par erat) reprehenſionem Regis contexuerit. Nam tametſi eum adorans, & è genu alloquens, conqueritur de immeritis contra ſe inſidiis ad iniuſtam cædem: tamen neſcio quo pacto verè dicere potuit, aulicos, ac ſatellites Regem ad ipſius necem inſtigare: Quâ ſuper re

S. Chryſoſt. ſic acutè philoſophatur Chryſoſtomus in homil. de Dauid & Saüle: *Audiamus porrò & excuſationem ipſam* (increpationi admixtam:) *Cur audis*

1. Reg. 18. v. 14. &c. *verba populi dicentium tibi, Ecce Dauid quærit animam tuam? & tamen qui hanc conſcripſit hiſtoriam, priùs dixit quòd totus populus eſſet cum Dauid, quodque gratioſus eſſet in oculis ſeruorum Regis, & quòd Principis filius vniuerſúſque exer-*

Cur Dauid aulicis adſcribit Saülis contra ſe hoſtilitatem. *citus animo ſtarent à Dauide. Quo pacto igitur hîc ait, fuiſſe qui deferrent ipſum, ac Saülem in eum prouocarent? cùm non aliorum inſtinctu, ſed ipſe ex propriâ mente malitiam hanc peperiſſet vt bellum gereret cum iuſto.* (Pergit eleganter Chryſoſtomus, & quâ ſolet peritiâ ſuggerendas Principibus objurgationes ad comitatem erudit; ne Princeps non reprehenſus inſoleſcat, & reprehenſus ferociat.) *Quam igitur ob cauſſam crimen tranſtulit in alios, dicens: Cur audis verba populi tui, dicentium, Ecce Dauid quærit animam tuam? Niſi vt illi præbeat occaſionem excuſandi malitiam.* Nimirùm Dauid verè Regem obiurgat, vt indies inſolentem eius inuidentiam ac crudelitatem (vt vt poſſit) coërceat: id autem facit non ſolùm reuerenter ac humiliter eum flexo poplite adorans; ſed etiam obiurgandum verè crimen, obiurgando excuſat; & vnius Regis malitiam in alios ciuiliter transfert, ne Regem nimis vrgere videatur, ſed rimulam excuſationi, & emendationi locum relinquat. O bona obiurgandorum Principum eruditio, ex erudito Dauidis gymnaſio peritè exprompta! Audiat Princeps, quæ ſalubriter audire, & admonentem decet, & ipſi congruit, & populo expedit, ne ſumma poteſtas in tyrannidem ſenſim euadat; ſed de exemplo Dauidis vrbanitate, obſequiis, ac excuſationibus condiatur. Vide hîc quàm comiter ac vrbanè Boozum in Bethlehem principem, & forſan totius Hebræi populi Ducem (ſi nonnul-

Hic v. 15. 9. lis credimus) Rutha iuris ſui admoneat; ne cunctetur, aut omittat implere, quod iure propinquitatis ex lege tenebatur.

5. Lucæ 1. v. 5. S. Chryſol. Serm. 89. Lucæ 1. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis Regis Iudææ, ſacerdos quidã, nomine Zacharias.* Quę Euangeliſtæ verba ſic Chryſol elucidat: *Tempus memorat Regis nefandi, qui ſacrum ſacerdotij violauit morẽ, confudit ordinẽ, ſtatutum ſoluit, abſtulit inſtitutũ. Et hoc accedit ad meritũ Zachariæ, quòd cum*

Aſpectabilis Zachariæ vita Regem vrbanè opprimit. *in omnes penè Herodes auſus ſuæ temeritatis extẽderit, auſus ſit nihil in iſto, virtutibus ſit huius oppreſſus.* O bonũ Regiæ temeritatis increpandæ arbitrium! Sacerdotis Zachariæ aſpectabilis virtus, Herodianæ tyrannidis turbatio fuit, frenum, & opppreſſio fuit. Tacet muto ore Sacerdos, ſed aſpectabilium eximiè morum vocali ſilentio reprehendit Regis ferociam, ſiſtit temeritatem, & Herodem planè inhibet, reprimit, & vrbanè *opprimit.*

§. CCII.

Reprehenſio quæ etiam blandè ac amicè emendationem procurat, à reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur.

VTrumque laudabile eſt (inquit Caſſiodorus) 1. Caſſiod. l. 6. epiſt. 24.
vt bonus populus iudicem benignum faciat, & manſuetus iudex gratiſſimum populum æquabili ratione componat; componit autem dum minis culpas, & admonitione ſupplicia redimit. Omni rei moderatio eſt adhibenda, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat. Sapiens multa remittit, multos parum ſani, ſed ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricolas ſtrenuus Præſul imitabitur, qui non tantùm rectas, benè comatas & proceras arbores excolit, & planè noxias aut ſteriles extirpat; ſed illis quoque quas aliqua deprauauit cauſſa, vel adminicula adhibent, quibus decumbant, aut nimis luxuriantem proceritatem premunt, ſiue tempeſtiuâ putatione vitium remouent. Videbit quod ingenium quâ ratione tractandum ſit: quomodò in rectum detorta flectantur. Et antequam ad triſtiorem Reprehenſor tamquam aduerſarius putatur, & recuſatur.
ſuppliciis curationem accedat, tentare plerumq; oportet, ſi poſſit admonitione ſanare. Si minùs hoc remedio nimis molli proficiat, acriùs reprehendat, & obiurget reum; ſed cum cautelâ. Crudelis enim in tenerâ fronte obiurgatio eſt: quare obiurgationi ſemper aliquid blandi admiſce; ne dum bonum ciuem in officinâ correctionis refingere ſtudes, inimicum excudas. O tempora! ô mores! ſincera hodie admonitio, increpatio, reprehenſio, etiam quæ blandè emendationem procurat, quò ſuppliciis parcat, neſcio quid hoſtilitatis habere cenſetur; & reprehenſor, tamquam aduerſarius putatur, imò recuſatur velut hoſtile emendationis genus

Matthæi 18. ſic fideles admonet Chriſtus (an 2. Matth. 18. v. 19.
præcipiat, aliùs ſcholæ labor eſt) *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* &c. Poſtquam verò ordinem correptionis præſcripſit, confeſtim ſubdit: *Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.* Difficilis eſt horum verborum cum præcedentibus nexus; ideóque variè à variis aſſignatur. quod in Expoſitoribus legere peruium eſt. S. Hieronymus S. Hieron. ibi.
ita exponit hunc locum: *Omnis*, inquit, *ſuperior ſermo ad concordiam nos prouocat: igitur & præmium pollicetur, vt ſollicitiùs feſtinemus ad pacem.* Sed quinam ſunt iſti *duo*, inter quos ſic difficilis eſt *conſenſus*, pax, & concordia, vt ad eam alliciantur opulẽtiſſimo in paucis præmio? *De omni re quamcumque petierint*, fient compotes facili orationis ſuffragio: quaſi tota Dei omnipotentia eorum arbitrio, in *conſenſionis præmium* quodammodò permittatur. Chryſoſtomus S. Chryſ. ibi.
& Euthymius per hoſce *duos* intelligunt Apoſtolos, quaſi tam ampla pollicitatio nemini fieri præter Apoſtolos expediret. Origenes hos *duos* interpretatur virum & vxorem, inter quos perarduum

Digitized by Google

Euthym. arduum eſt concordiam inueniri (de quo aliàs
Quàm ſit difficilis pax inter correptum, & correptorem. velitabamur) Verùm Anaſtaſius Nicænus q. 74.
Anaſt. Nicæ. ita inquirit: *Quomodo eſt intelligendum illud, Si duo ſimul conſenſerint ſuper terram?* Reſpondet: *Ipſe locus hoc indicat: nam verba facit de eo qui arguit, & arguitur.* (id eſt, *corripit & corripitur*) *Nam ſi is qui arguitur, conuenerit cum inſtituto arguentis, de omni peccato cuius petierint remiſſionem, dabitur eis à Deo. Sed ſi non conuenerit qui arguitur, cum eo qui arguit, non datur ei.* Scilicet ſic perſæpè is qui de reatu arguitur ſeu corripitur, correptorem grauatè ferre ſolet; ſicque acerbè ſe correptione & reprehenſione feriri putat, vt tam difficilis inter eos *conſenſus, pax*, & concordia cenſeatur, vt maximi illius præmij illicio concitanda ſit; ne correptionis, & indè emendationis fructus perdatur, & cupita emendatione fruſtretur. Heu ſic beneuola etiam reprehenſio, quæ infligendi ſupplicij mulctam redimere ſatagit, & admonitionis arbitrio emendationem procurat, meritò reprehenſum exacerbare ſolitat? Sic poſt obiurgationem *conſenſus* inter ipſos perarduus reputatur? Blandius ſanè remedium ſic tollitur: nam admonitio & correptio, ſuauiſſimum eſt emendationis arbitrium. Inde forſan hìc Boozus audaciam
Hic verſ. 9. Ruthæ thorum ſuum præmaturè ambientis, minimè reprehendit, ne futuræ vxoris inuidiam inauſpicatò conciliaret.

3. Ezech. 22. v. 18. Ezechiel cap. 22. ita ſcribit: Factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, *Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti æs*, &c. *in medio fornacis, ſcoria argenti facti ſunt.* Quaſi dicat: Iudæi priùs erant puri, candidi, & pretioſi quaſi argentum; ſed illud adulterarunt & miſcuerunt, imò & mutauerunt in *æs*, &c & ſic omnes corrupti ſunt, & quaſi verſi in *ſcoriam*: quare ego vt argentarius coniiciam eos in
Qui grauiter correptionem ſuſtinet, æri, & ſcoria comparatur. quare? *fornacem*, ſi fortè purgentur. Quódnam eſt hoc argentum, quod in *æs* degenerat, & in *ſcoriam* ignobiliter deſciſcit? Et quæ etiam eſt hæc *fornax*, in quâ defæcandi & depurandi coniiciuntur? Eleganter S. Gregorius 3. p. Paſtoralis c. 14.
S. Gregor. *Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos fieri quæſiui; ſed in fornace mihi in æs . . . . verſi ſunt. Æs quippè dum percutitur, ampliùs metallis ceteris ſonitum reddit. Qui igitur poſitus in percuſſione erumpit ad ſonitum murmurationis, in æs verſus eſt in medio fornacis.* Ce-
Petr. Dam. terùm Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 9. de correptione impatienter toleratâ, hæc verba Ezechielis intelligit. Ita ſcribens ad quempiam Abbatem, poſtquam eum duriùs reprehenderat: *Caue*, inquit, *ne quæ dicimus mens tua grauiter ferat, ne ſub correptionis malleo puluefacta diſſiliat: & hoc eſſe, quod reprehenditur, per hoc etiam clarius innoteſcat. Humanam quippè mentem ſuperbia vitream reddit, vt correptionis ictum per impatientiam ferre non poſſit. Vitrum nempe dicitur, quia viſu penetratur: atque ideò ſi robur haberet ſoliditatis, ceteris potuerat eminere metallis; ſed quia citiùs rumpitur, vili pretio taxatur. Ita, qui ad correptionis ictus per impatientiam frangitur, etiam ſi ceteris virtutibus polleat, ſoliditatem virium ſe non habere demonſtrat. Hinc eſt, quòd de ſuperbâ Iſraëliticâ plebe, & impatientiæ morbo laborante, per Propetam Dominus dicit: Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam. Scoria planè metalli cuiuſlibet, ſi malleo tundente feritur, protinùs in puluerem contrita redigitur. Mens ergò tua ne ſe coram Domino in ſcoriam vertat, amici redargutionis ictus æquanimiter ferat.* Pluſculum forſan reſcripſimus, ſed ad thema præſens moraliſſimè opportunum. Pronum autem cuíque eſt ſingulas ſententias enucleatiùs emedullare.

Sacer Parœmiaſtes ſic nos admonet Prou. 1. 4.
Conuertimini ad correptionem meam; & proferam vobis ſpiritum meum. Pro τὸ *correptionem*, Prouerb. 1. v. 23.
Pagninus & Vatablus vertunt, *increpationem*; Pagninus. Vatablus.
Symmachus; *conuertimini ad argumentum*, ſeu Symmach.
probationem meam. quaſi *correptio* ſeu *increpatio* ſit arguta quædam ratio, ſeu *argumentum*, quo *Reprehenſio, argumentū dicitur.*
aliqua veritas ethica comprobatur. Quod ſi non auertimini ab increpatione, & propter increpationem, ſed eam patienter ad emendationem toleratis; *proferam vobis ſpiritum meum*; Hebraicè, *eructabo, emanabo*; Theodotion, *effundam*; Tigurina, *en efflo vobis ſpiritum meum*; Hebræus. Theodotio. Tigurina.
Lxx. *præmittam.* Nimirùm ſi patienter toleretis increpationem meam, etſi acerbè morſicantem; copioſè effundam in vos ſpiritum meum, qui vitia dudùm inolita extirpet. In hunc ſenſum Petrus Damianus præſcripta Salomonis verba interpretatur, adhortans Aſprandum monachum, ne vmquam correptiones grauiter ferat: Lxx. Interp. *Correptionis lima detergit rubiginē, quam de mundi lenocinio contrahimus.*
Quod videlicet huius loci (monaſterij) *tam familiare eſt, vt ſi qui corripitur, fugit, nobiſcum habitare non poſſit. Ad hoc enim homo de ſeculo, magiſterio regularis diſciplinæ ſubmittitur, vt rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, aſpera correptionis lima detergat. Vndè eſt quod Sapientia loquitur in Prouerbiis: Conuertimini ad correptionem meam. Non dixit, Ad blanditias meas. Vndè quibuſdam corripi dedignantibus, ait: Mane conſurgent, & non inuenient me.* Nempè qui correptionem non detrectat, is vitæ ſpirituali idoneus eſt; qui ſecùs faxit, inidoneus cenſetur. Idcircò ſeculo renunciauit, *vt rubiginem, quam de mundo lenocinante contraxerat, aſpera correptionis lima detergat.* Bona lima, quæ morſicatione ſubaſperâ rubiginem dudùm lenocinantis mundi detergit, vitia ſenſim elimat, virtutes ornatiùs comit, & hominem nuper ſqualentem, ad ſanctitatum omnium nitorem reſtituit. *Conuertimini ad correptionem, en efflo vobis ſpiritum meum*, vel *præmittam vobis ſpiritum meum.* Petr. Dam. l. 6. epiſt. 18.

Prouerbiorum 28. ſic Præfectos ad ſubditorum correptionem Salomon admonet: *Qui corripit*, inquit, *hominem, gratiam poſteà inueniet* (Lxx. habent, *gratias*) *apud eum, magis quàm ille qui per linguæ blādimenta decipit.* Aliqui apud Cornelium inibi, ita legunt: *Qui corripit hominem, gratiam poſteà audiet.* Imò is, qui corripitur, correptione ſæpè exaſperatus, & obiecti criminis furore excitus, in probra ac contumelias corripientis proſilire ſolitat: quomodò ergò gratias reprehenſioni ſuccedaneas Salomon pollicetur? Profectò homo ſapiens, etſi initio reprehenſionis dolore tangatur, & indignatione exaſperetur; mox ad ſe rediens, & correptionis fructum agnoſcens, corripienti gratias aget. Quare conſultiſſimè à Salomone additur vocula illa, *poſteà*, aiens: *Qui corripit hominem gratias poſteà audiet.* Quod & aduertit, & appoſitâ citharæ ſimilitudine declarat Iuo Carnotenſis Ser. 26. ita fatus: *Qui citharam pulſat, certè ſingulas chordas* 5. Prouerb. 28. v. 23. Lxx. Interp. Cornelius. *Reprehenſio arguta comparatur citharæ.* Iuo Carnot.

chordas intendendo cùm temperat, ingratum earum ſonum audire ſolet; at poſteà cùm omnes tenſæ & modulatæ ſunt ad harmoniam ſuauiſſimum concentum eidem reddunt. Ita etiam Doctor aut Prælatus; cum ſubditos ſuos vel auditores coercet. & quaſi laxas citharæ chordas ad virtutis & honeſtatis obſeruantiam intendit, abſurda ſolet probra & conuicia ab eiſdem audire: & poſteaquam omnes ad honeſtatem & charitatem modulati ſunt, eiuſdem aures laude & gratiarum actione demulcent, quas prius vituperando violauerant. Scillcet, *Qui corripit hominem, gratias poſteà audiet,* etſi protinùs abſurdis conuitiis laceretur: reuocabiles enim inimicitias reprehenſus agit. Felix ille qui poſſit dicere cum Chryſoſtomo homil, de ferendis reprehenſionibus. *Gratias habeo his qui me arguunt, amici enim ſunt; ſiue iuſtè ſiue iniuſtè arguant, non exprobrare volunt, ſed emendare.* Porrò monere & moneri proprium eſt veræ amicitiæ, & emendationis arbitrium. Inſanus eſt, qui in medicas furit manus, quas poſt ſanitatem grato animo muneribus cumulabit, inuerſo gratus officio.

Iuſtæ & iniuſtæ reprehēſioni gratitudo debetur.
S. Chryſoſt.

§. CCIII.

Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt.

1 VTrùm ſatius ſit modicos habere affectus, an nullos, ſæpè ventilatum eſt, imò, vt ipſi putant, vtrimque victoriatum. Stoici illos pro virilli expellunt, Peripatetici leniùs temperant. Ego autem non video quomodo ſalubris eſſe, aut vtilis poſſit vlla mediocritas morbi, aut tuta quæuis cum periculo vicinia. Serit delinquendi occaſiones, qui illas proximè adoleſcere negligit. Connaturale, imò & procliue eſt proximis tangi, & interdùm affici; quare nemini propinquitas ad vitium permittenda eſt: cuius initium ſæpè eſt verecundum & exorabile, ſed ob hoc latiùs in parùm cautos funditur. Non obtinebis vt deſinat, ſi incipere permiſeris, ſi propè eſſe intrepidus patiaris. Nam etſi imbecillis primò omnis affectus, deindè ipſe ſe vel leuibus occaſiunculis concitat, & vires comparat crebrò extimulatus: faciliùs affecta occaſio excluditur, quàm expellitur. Itaque conſcij nobis imbecillitatis noſtræ, & quàm impotenter noſtri affectus occaſionibus concutiantur, arietantur, & in vetita exurtim prodeant; quantùm poſſumus, illas ſubmouentes, à lubrico recedamus, qui vel in ſicco nutamus, & parùm firmiter veſtigia figimus. Sub labendi periculo, te iam lapſum puta, & poſt ruinam turpiter conculcatum.

A lubrico recedere, qui in ſicco parùm firmiter ſtat.

2 Lucæ 8. exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: *& dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. Secùs viam*, videlicet, in oram agri viæ conterminam, quæ aſſiduè à viatoribus pede teritur & conculcatur; ac proindè ſemini concipiendo non eſt idonea, ſed illud nudum ſeruãs auibus rapiendum exponit. Eſto, aſſentiamus Commentatoribus, apud quos *via*, eſt cor malis cogitationibus peruium, & prauis affectibus tritum; quod virtutis doctrinam ſuis conſuetis cupiditatibus contrariam, non capit, non ſentit, non intelligit; quia tota carnalibus illecebris, & ambitioſis nugis intenta eſt: ſed aliud eſt *via*, & aliud quod *ſecùs viam* eſt. Quid eſt, quod limes aut ora agri, *viæ* contermina, ferè non nobis *viæ* elogiis deturpetur? An quia quod *ſecùs viam* eſt, *viæ* inceſſanter tritæ vicinatur; & indè adſimilibus tentationibus ac cupiditatibus obnoxium reputatur? Appoſitè Lyranus inibi *Aliud cecidit ſecùs viam &c. id eſt, ſuper corda expoſita tentationibus Dæmonum & per conſequens contrita & conculcata ab eis per malum conſenſum & factum.* Heu! ſicut *via* expoſita eſt obuiis viatoribus, illam aſſiduè terentibus, & contemptim eam conculcantibus: ſic agri ora; quæ *ſecùs viam* eſt, de viciniæ contagione, eſt *expoſita tentationibus Dæmonum, & per conſequens contrità & conculcata ab eis per malum conſenſum, & factum.* Viuaciùs, opinior, Abulenſis, in Matthæi cap. 13. q. 12. hunc locum exponit: *Accipitur hic, ſecùs viam, id eſt, in via: licèt enim Secùs ſignificet iuxta; tamen hic non intelligitur iuxtà viam, ſed in via ...... Et poteſt intelligi, Secùs viam, id eſt, iuxtà vt ponatur propriè: & eſt ſenſus, quòd aliqua pars erat inter viam & agrum, quæ nec arabatur; nec via erat, ſed fortè erat limes. Vel poteſt accipi, quòd pars agri circa viam arata erat; & ſemina operta fuerunt; viatores tamen conculcantes partem terræ iuxta viam excuſſerunt ſemina, & ſic aues inuenerunt ea, & comederunt.* O bona ethicè ſynonyma, *via, ſecùs viam*, & viæ *limes*! Sic qui in viæ *limite* eſt, qui *ſecus viam* eſt, ſicut ipſamet *via*, dicitur *expoſitus tentationibus Dæmonum, & conſequenter contritus & conculcatus ab eis per malum conſenſum & factum*? Profectò in re morali malitiâ è periculo taxante; perindè eſt, quod eſt *ſecùs viam*, & viæ *limes*, ac ipſa *via*; & pari modo tentationum conſenſu à frequentibus Diabolis aſſiduè conculcatur. Hem! ſic qui *ſecus viam* eſt, de vicinia periculi, *via* nominatur? Propè eſt, vt via ſit, quidquid *ſecus viam* eſt. Quare perperam ſibi adulantur, qui videntur ſibi a *via* peccati receſſiſſe, & adhuc *ſecùs viam*, vel in viæ *limite* ſunt: nam vt ſubtiliter dixit Anſelmus Laudunenſis: Qui *ſecus viam, hi ſunt qui nec prædicatione compunguntur, nec benè agere incipiunt.* Sanè qui recedẽs à via peccati, *ſecus viam* perſiſtit, nec ab eâ receſſit, *nec benè agere incæpit*: quia à viâ abiit, & in eſt nouo & ſtupendo ethicè genere, & recedit & remanet, aliò migrat, nec indè abit. *Accipitur hic ſecùs viam, id eſt, in via.* O caue ab hoc frequenti ethicè miraculo!

Propè eſt, vt via ſit, qui ſecus viam, aut in via limite eſt.

Lucæ 8. v. 5.

Lyranus.

Abulenſ.

Qui recedens à peccati via, adhuc ſecùs viam eſt benè agere non incæpit.

Anſelmus. Laudun.

3 Si Iudas Thaddæus in ſua epiſtola Canõ. tria veluti hominum genera diſtinguit, quibus doctiſſimorum ac ſanctiſſimorum fidelium opera, opitulandum cenſet. Et primùm quidèm nonnullos arguendos monet, eos videlicet ſignificans, qui alios in obſcœnum Gnoſticorum errorem indure callidè adnituntur: *Et hos quidèm arguite iudicatos*, inquit. De ſecundo autem ac tertio hominum genere (quod Græcis codicibus in idẽ recidit,) nempè de his qui nutantes in aliquo erant ruinæ pe ri culp ita ſcribit: *Illos verò ſaluate, de igne rapientes; aliis autem miſeremini in timore, odientes & eam, quæ*

Græcus. Iudæ v. 23.

carnalis eſt, maculatam tunicam. Quaſi dicat: Illos, qui propè nutant, & quodammodò ancipites ſunt, vt Gnoſticorum libidinibus adſentiant, ſaluos atque incolumes ſeruare, *de igne rapientes*; quo ſignificat vim adhibendam eſſe, vt à libidinis & obſcœnitatis incendio, cui periculoſè appropinquant, arceantur. Nec diſplicet, ſi cum Interpretibus, inferorum incendium intelligas, à quo, qui periculo appropinquat, violenter *rapiendus* dicitur. Sed quid eſt, quòd inibi Apoſtolus, ergà hos, qui emendari cupiebant, recipiendos atque inſtruendos, vltrò beneuolam miſericordiam cum *timore* & *odio* coniungit? Miriſſima quidem miſtura; ſed quæ adhibendam in periculo cautelam ſalubriter oſtendit, & his verbis Oecumenius ediſſerit: *Illos vero ſaluate, de igne rapientes; aliis autem miſeremini in timore, odientes, &c. At,* inquit, *ſi ad curationem ſpectare videantur, ne eos repellite, ſed charitatis veſtra miſericordia aſſumite, & ex igne ipſos premiſſo ſaluos facite. Aſſumite autem ipſos etiam cum timore, proſpicientes videlicet, & cauentes, ne fortè ipſorum admiſſio, ſi negligenter vos geritis, calamitatis vobis in cauſia ſit, ita vt qui iam eſtis ſtabiliti, in eamdem impietatis ipſorum refuſionem ſenſim delabamini; quippè cùm vitium lubricum ſit, atque ad imitationem cuilibet facile obrepat. Admittatis igitur ipſos, inquit, ſed cum timore, id eſt, proſpicientia, & diligenti cautione, & ad miſericordiam, qua ipſos proſequimini, odium quoque accedat, vt flagitioſa ipſorum facta odio habeatis, vt deteſtemini etiam maculatam, id eſt, inquinatam ex carne ipſorum tunicam, vt potè quæ ex contactu carnis ipſorum ſordem, & deteſtationem etiam ipſa contraxerit.* Longiúſque, ſed perbellè Oecumenius. Nimirùm ſiquis forſan nutauerit, & doctrinæ titubatione ad obſcœnos Gnoſticorū errores inclinauerit, *charitatis veſtra miſericordia*, ſibi ac fidei reſtituendos beneuolè aſſumite: beneuolentiæ verò ne valdè indulgeatis; ſed *charitati* ac *miſericordia*, cautelam *timoris* & *odij* ſolerter adhibere, vt *timor* & *odium*, iſtiuſmodi *miſericordia* atque *charitatis* periculum arceat. Adeò vt *deteſtari* expediat obſcœnè maculatam eorum *tunicam*, ne libidinis ſcintillas flabellet, & incautis ſalacitatem afflet. Heu! ſic periculoſa cum olim obſcœnis conuerſatio, illa etiam quæ ipſos emaculare piè ſatagit, vt ergà ipſos *miſericordia* & *charitas* ſit periculoſa niſi *timoris* ac *odij* miſtura cautiùs temperentur?

4 Salomon Prouerbiorum 14. hanc gnomen moraliſſimam proponit: *Innocens credit omni verbo; aſtutus conſiderat greſſus ſuos.* Pro τὸ *innocens*, Symmachus habet, *Paruulus, puer*, quaſi in maiori ætate innocentiam *pueri* moribus repræſentet. Aquila verò, *Delinitus, palpatus*, quaſi innocentiæ inſtinctu facilè ad crudelitatem alliciatur. At *aſtutus conſiderat greſſus ſuos*, ne facile credat omni verbo. Ceterùm Lxx. Interpretes huius loci ſententiam ſubtiliter impedire videntur, dum ſic vertunt: *Simplex credit omni verbo; aſtutus autem vadit in pœnitentiam.* Imò potiùs ſimplex ſeu *innocens* dum credit omni verbo re indiſcuſſā, *vadere in pœnitentiam* videtur cùm in pœnitenda ignoranter incurrit; non ſic *aſtutus*, qui vias ſuas cautè conſiderat, vt alienam malitiam ac fraudem ſolerter declinet. Quo igitur pacto *innocens* credens omni verbo, non potiùs *vadit in pœnitentiam*, quàm *aſtutus*, qui vias ſuas cautè conſiderat? S. Ambroſius lib. 3. de offic. cap. 10. hunc locum exponit adſpectu ad Ioſue, qui cap. 9. inconſultè Gabaonitis impoſtoribus credidit, ita ſcribit: *Et quia*, inquit, *adhuc erat ignarus locorum, atque incolarum inſcius, non cognouit fraudes eorum, ſed citò credidit. Adeò ſancta erat illis temporibus fides, vt fallere aliquis non poſſe crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui ceteros de ſuo affectu æſtimant? Et quia ipſis amica eſt veritas, mentiri neminem putant, fallere quid ſit, ignorant: libenter credunt quod ipſi ſunt, nec poſſunt ſuſpectum habere quod non ſunt. Hinc Salomon ait: Innocens credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, ſed laudanda bonitas.* (Nota attentiùs quæ ſubdit verba) *Hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quod noceat: & ſi circumſcribitur ab aliquo, de omnibus tamen benè iudicat, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur.* Scilicet ſit cognitio nocentiæ, vt ſic loquar, ipſi nocentiæ vicinatur; ſic notitia noxæ, noxæ confinis eſt, vt *hoc ſit innocentem eſſe, ignorare quod noceat*. quaſi innocentia, non tam inculpatis candidè moribus, quàm ignoratione ſeu inſcitia nocendi quodammodo conſtet. Hem! ſic eſt periculoſa, ipſa malitiæ notitia; ſic eſt ſcelerum bibula, ipſa ſceleris cognitio, vt innocentia dicatur, ignorare quod noceat? Quare *innocens* de ignoratione malitiæ, omni verbo inculpatus credit: *aſtutus* autem dum multa prænoſcit, & malitiam alienam ſollicite cauet, ſuam non præcauet, & noxis ſępè lenocinatur. Exindè *aſtutus* (id eſt, multimodæ occurentis malitiæ probè gnarus, cognitæ malitiæ blandimento ſubornatus incautè) *vadit in pœnitentiam*, & pœnitenda ſæpe incurrit. Profectò Rutha *innocens credit omni verbo* Noëmi ſocrus; & paullò comptior & ornatior noctu pergit intrepida ad ruralē Boozi lectum, tamquam ad nuptias ritè ineundas, Hebrææ gentis more. Nec putauit eſſe inhoneſtatis periculum, *qua fidem eſſe in omnibus arbitratur.* Sanè *hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quòd noceat.* Forſan aſtuta, & malitiæ gnata, *vaderet ad pœnitentiā*, quæ malitiæ ignoratione ducta, in abiectæ ſcortationis periculo regium thalamum inuenit. Tales nuptias Boozus quærit, innocēs ipſe vxoriæ innocētiæ riualis. Vnde coniugiū quod cœpit in peregrina Moabitide, in Iſraëlitide matrona, & Iſraëlitici *regni matre* feliciter conſummatur.

Margin notes: Iuſtinian. ibi. — Oecumen. ibi — Cum obſcœnè lapſis charitas & miſericordia, timore & odio miſcenda eſt, ad arcendum periculum — Prouerb. 14. v. 15. — Symmach. — Aquila. — Lxx. Interp. — Innocens de ſe alios æſtimat. — Ioſue 9. — S. Ambroſ. — Innocentem eſſe eſt ignorare quod nocet. — Hic verſ. 9.

§. CCIV.

Ille benè Deum orat, qui ſic confidenter petit, ac ſi petitum beneficium ei ex iuſtitia debeatur.

Ille quicumque cuipiam interroganti, *Quid mundus eſt?* ſcitè reſpondit: *Deus pictus vmbra Diuinitatis; verùm proprius dicam, ænigma Dei.* Signat mundus obſcurè diuinæ liberalitatis veſtigium, non explicat. Omnia elementa, & eorum partus, res omnes animales, exanimeſque; quin & cælum ipſum cum ſiderea dote & benefico multimodè influxu, tributum homini pendit. Hoc nomine triticum à terra, ab aqua 1

Margin note: 1 Mundus beneficentiam Dei adumbrat; cùm Deus pictus nominetur.

aquâ potum, à gregibus eſcas, ab æthere lucem homo exigit: quaſi diues omnium vbertas homini vectigalis naſceretur. Hæc igitur mundialis beneficentia hominibus continuè & opulentè tributaria, Dei liberalitatem adumbrat, non exprimit. Deus eſt bonorum cenſus, in illo ſtagnant omnia bona; adeò vt etiam quicquid præter Deum concupieris, ſtilla ab eo ſit. Totius ille matrix bonitatis, paruulæ ab illo deducuntur per creaturas coloniæ, quas vota noſtra incolunt, quibus nos ille inceſſanter donat. Sic fœcundè Diuinitas beneficia parturit? Sic, cùm ipſe bonorum cenſus ſit, quaſi ex debito reddit, quod ex bonitate largiùs donauit?

2. Geneſ. 32. v. 10.

Geneſeos 32. dum Iacob cum totâ familiâ, populi Dei grauidâ, peregrinatur in patriam, valdè timet fratrem Eſaü, qui cum quadringentis viris armatus, inermi occurrebat fratri. Timor preces exuſcitat: & humanæ opis, ac conſilij inops, ad Deum confugit. Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tuam, & benefaciam tibi: *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tuâ quam expleuiſti ſeruo tuo.* Minor ſum, id eſt, exilior, vilior, indignus ſum, quàm qui vllam tuam gratiam, vel miſericordiam etiam minimam, mihi præſtitam meruerim, aut etiam merear. Quid autem *miſerationum* nomine Iacob intelligat, non ſatis conuenit inter Commentatores.

Caietan. ibi.

Caietanus ſic locum excribit, & exponit: *Minor ſum cunctis gratiis tuis. Dictio enim Hebraica non eſt nomen compaſſionis, ſed beneficij, quod ſine meritis conceditur, quod propriè appellatur gratia.*

S. Chryſoſt. *Miſericordia velut ex iuſtitiâ à Deo debetur?*

Verùm S. Chryſoſtomus inibi aliter præſcripta verba tranſtulit: *Minor ſum cunctis miſerationibus, &c. Iuxtà alia exemplaria habetur: Satis mihi ſit de omni iuſtitiâ, & veritate, quam feciſti puero tuo.* Expenſione digniſſimum eſt, quòd τὸ *miſeratio*, quæ beneficam *compaſſionem* importat, aut liberale Dei *beneficium*, ſiue meram *gratiam*. nomine *iuſtitiæ* ſignificanter denoretur. Hem! Dei *miſeratio* omnipotenter benefica, rectène dicitur res *iuſtitiæ?* Num ex *iuſtitiâ* debet Deus miſericordiam? Profectò negotium *iuſtitiæ* ſinè merito aut debito non peragitur; res autem *gratiæ* neſcit debitum, meritum ignorat; alioqui tranſit in nomen aliud à beneficio alienum. O arcana velut ſynonyma, *miſeratio*, & *iuſtitia!* Sic in Deo immetata eſt miſericordia, vt quodammodò vices reciprocet cum iuſtitiâ? Tantáne eſt humana miſeria, vt quaſi ex iuſtitiâ diuinam miſericordiam exigat? O quàm fidenter ſperat, ac petit, qui tamquam rem ſuam ex iuſtitiâ poſtulat! Ergò quaſi rem noſtram, & velut ex iuſtitiâ debitam, gratiam diuinam, & diuinas miſerationes exigamus. *Minor ſum cunctis miſerationibus tuis*, &c. id eſt: *Satis mihi ſit de omni iuſtitiâ*, &c.

3. 3. Reg. 17. v. 1.

3. Regum 17. Elias videns Iudæorum populum bonis tam è cælo, quàm è ſolo partis immodicè luxuriantem, & Dei ergà ſe beneficentiam in impietatis materiam conuertentem, irâ religionis auxiliatrice aſſumptâ, vocem emiſit, quâ cælo legem ſiccitatis impoſuit, & ſententiam iureiurando affirmans, clauſtra nubibus iniecit: *Viuit Dominus Deus Iſraël .... ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxtà oris mei verba.* O exundans Prophetæ ira, ſiccitatis atque famis plena! O lingua, quæ munificos cæli influxus frenas, & Dei beneficentiam inhibes! Eſto, ô Elia, cælum verbo remoreris, quid Dei compeſcis pietatem? Eſto, vel aduersùm conſeruos edicta extrahas (ait Baſilius,) *quid Domini poteſtatem rapis?* Nubes coërcuiſti, at Creatori vel imperium *committe. Nequaquam: Viuit Dominus ſi erit annis his ros & pluuia niſi iuxtà oris mei verba.* Scilicet, ait Elias, ſeuerus Vates, *Ne prematurũ det* Deus *ab imbrium carentiâ laxamentum, metuo..... Quid agam tandem? Dei charitati iureiurando vim afferam.* Ecce tibi ſeuerior Prophetæ ira, Dei benignitatem ſublimiùs notificat. Nempè Elias veritus diuinæ charitatis ardorem, erga homines velut impotenter beneficum, *iureiurando vim afferre* illi ſatagit, & eâ vi præcurrere feſtinat, ne *ab imbrium carentiâ laxamentum* prematurè tribuat. Quare ſacramento iuriſiurandi, ore Prophetæ nuncupato, beneficij largiendi, à *Domino poteſtatem rapit.* Velut rapienda eſt à Deo benefaciendi poteſtas, vt vel indignis ceſſet benefacere? Vis Deo inferenda eſt, vt benefacere tantillùm intermittat? Satiúſne putat Deus, quòd putetur ore prophetico benefaciendi poteſtas quaſi ſibi rapta, quàm poſſe benefacere, & nolle? Profundè quidèm dicitur à Seluceinſi Baſilio, quòd Elias à *Domino poteſtatem rapuit*, ne videatur ſceleroſè calamitoſis poſſe ignoſcere ac benefacere, & tamen nolle. O! ſic Deus miſeris ac ærumnoſis pietatem quodammodò debet?

Baſil. Seleu. Orat. 11.

Satiúſne Deo eſt, videri non poſſe benefacere quàm nolle?

Cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur.

Geneſeos 2 toto ſextidui opere peracto, dicuntur perfecti cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Addit ſacer Hiſtoricus: Compleuítque 4.
Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: *Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Sanè Ariſtobolus apud Euſebium, *requieuit*, inquit, id eſt, rebus à ſe conditis dedit quietem, hoc eſt ſtabilitatem, permanentiam, perpetuitatem, ordinémque ratum, fixum & immutabilem. Quaſi conceſſa creaturis requies, in Deum regeri dicatur; & hactenùs inquieta creaturarum inordinatio, inquietudinem Deo quodammodò tribuere videatur. Verùm ſi Hebraicam originem conſulas, pro τὸ *requieuit*, ſcribitur, *ceſſauit.* Hinc magnum inter Expoſitores litigium exoritur, quæ nam ſit hæc Dei ab opere ceſſatio, cùm Chriſtus dixerit; Pater Deus vſque modo operatur, & ego operor A quo nam ergò opere tunc Deus ceſſare perhibetur? Clemens Alexandrinus lib. 6. ſtromat. cap. 8. de hàc diuini Opificis quiete ſeu ceſſatione ſic loquitur: *Requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrauit. Non ergò ſicut quidam Dei quietem exiſtimant, ceſſauit Deus facere. Nàm cùm ſit bonus, ſi ceſſarit vnquam benefacere, Deus quoque eſſe ceſſabit, quod nefas quidèm eſt dicere.* Profundè quidèm Alexandrinus Clemens! An ſic eſt Deo proprium & cognatum ſemper *benefacere*, vt ſi beneficentiam intermitteret, Deus eſſe deſineret? Sic ne perpetuæ beneficentiæ elogio nobilitatur Deus, vt perpetuâ beneficentiâ viduatus, diuinitate quoque viduaretur? *Nam cùm ſit bonus, ſi ceſſarit vnquam benefacere, Deus quoque eſſe ceſſabit.* quaſi cum perpetuâ beneficentiâ bonitatem pariter deſueſcat. Sic Deus debet ſibi beneficentiam!

Gen. 2. v. 2.

Euſeb. Cæſ. de Præp. l. 13. c. 6.

An ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſet eſſe Deus?

Clem. Alex.

Iſaias c. 59. Hebræâ gentem his verbis grauiter 5.
reprehendit: Labia veſtra locuta ſunt menda- Iſai. 59. v. 4.

Digitized by Google

cium, & lingua veſtra iniquitatem fatur. *Non eſt qui inuocet iuſtitiam.* Quam ſententiam ſenſuum grauidam, multimodè commentatores exponunt. Primò, non eſt qui iuſtitiã in conſilium aduocet & adhibeat; ſed auaritiam, ambitionem, cupiditatem. Dein Hebræa ſic habent: *Nemo eſt qui vocet in iuſtitiâ.* id eſt, qui alium iuſtè in ius vocet: aut nemo eſt qui clamet ad impios, eóſque iniquè agentes iuſtè arguat. Ad hæc alij vertunt: *Non eſt qui clamet pro iuſtitiâ*, id eſt, qui dum ad Deum orando clamat, bonam ac iuſtam operationem ſuam poſſit auxiliarem adſcire, vt à Deo exaudiatur: quaſi proba innocenter vita, ſit orationis vigor, & velut iuſtitia impetrationis. Verùm Chaldæus Paraphraſtes pro τὸ *non eſt qui inuocet iuſtitiam:* vel *nemo eſt qui vocet in iuſtitiâ*, ſic habet: *Non eſt qui oret in veritate, nec qui iudicet in fide.* Alibi forſan expendetur quid ſit *iudicare in fide.* Nunc tempeſtiuè ad rem præſentem, ille dicitur *orare in veritate*, qui dum orat, Dei *inuocat iuſtitiam.* Altè quidèm! Scilicet quiſquis orat, vt aliquod deprecetur malum, aut bonum impetret, diuinæ miſericordiæ fores pulſat, & piam beneficentiam ſupplicat. Benè eſt: ſed mauult Propheta ſic nos fidenter orare ac ſi beneficium à diuinâ liberalitate impetrandum, illud nobis petentibus ex iuſtitiâ deberetur: quod appellat *orare in veritate.* Scilicet *non eſt qui oret in veritate*, quia dum quis orat vt beneficium impetret, *non eſt qui inuocet iuſtitiam.* O quàm alacri & fidenti animo petit, qui quod debetur ſibi ex iuſtitiâ, à debitore ſuo exigit! Hic, hic inquam, non tam rogator, quàm exactor accedit.

Tranſlationes variæ. — *Chaldæus.* — *Ille dicitur in veritate orare, qui oratione iuſtitiam inuocat?*

6\. Pſalmographus hâc de re ſic nos erudit: *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.* Non ait, Deus orationis beneficus exauditor; nec, Deus miſericordiæ aſſiduus me deprecantem exaudiuit; ſed *Deus iuſtitiæ meæ*, cùm eum adhuc *inuocarem*, iam exaudiuit, quaſi ius meum peterem, cùm Deum votiuis precibus inuocarem. Non refragabor Eugubino, qui cenſet τὸ *iuſtitiæ meæ*, idem eſſe, quòd *miſericordiæ meæ:* ſed emphaticè cùm Dei *miſericordia* aſcitur precibus, *iuſtitiæ* nomine nuncupatur. Pſellus in Catenâ Græcorum Patrum & verbum *inuocarem*, & nomen *iuſtitiæ* ſapienter expendit: *Cùm inuocarem, inquit, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ. Nomen Inuocationis arcanam quamdam vim habet. Quoniam Inuocatio eſt virtutis cuiuſdam præſtantioris, per probos mores occulta quadam attractio adductióque. Siquidèm Gentiles incantationibus atque Inuocationibus quaſdam ad ſe prauorum ſpirituum virtutes attrahebant; quin & ipſis eorum perſonis, cum iiſdem conuerſando, vim inferebant. Nobis verò Chriſti nomen Inuocantibus, illa quidèm abrogata ſunt: ſed proba mens ſufficit ad diuinum fauorem ad ſe attrahendum..... Ego, inquit, Inuocabam. Deus autem quid? Num verbis Inuocatiuis attendit? Nequaquam: ſed exaudiuit Iuſtitiam meam.* Ecce tibi Oratio, quæ ſic fidenter Deum inuocat, quaſi miſericordiam ex iuſtitiâ debeat; de certitudine impetrationis, impias præſtigiatorum *Inuocationes*, ſeu arcanas *incantationes* quodammodò piè æmulatur: nec tam quia miſericordiam tunc orat, ſed quia miſericordiam velut ex iuſtitiâ fiducialiter orat, feliciter exauditur. Benè Ruth, quæ quaſi *turtur* gemendo orat, ſecundùm nominis ſui elogium, etiam *prophetia* eſt; quæ ac ſi ex iuſtitiâ peteret, *prophetat* exauditionem. Sic Ruth Boozi nuptias hîc petit, ac ſi ex lege diuinâ illi deberentur, quas non ſic à Boozo deberi, adſtruebamus: fiducia autem huiuſmodi petitionis, exauditionis felicitatem ſubornauit. De hoc iure, & affinium, obligatione, agimus infrà ad cap. 4. verſ. 4. n. 9.

Pſal. 4. v. 2. — *Eugubinus. ibi.* — *Pſellus ibi.* — *Oratio quæ miſericordiã quaſi ex iuſtitiâ petit, velut incantationes piè æmulatur?* — *Ruth 1. v. 4. Conſule §. §. 3. n. 33. Hic verſ. 9.*

---

§. CCV.

Lex dicitur, hominis eſſentia & fortuna; Dei eſſentia atque oculi anima vita, & Sanctorum Scientia.

1\. Græcorum ſapientum quiſpiam Crœſo percontanti, *Quod eſſet maximum imperium inquit, ποικίλα ξύλα, id eſt, varij ligni, leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inſcribebantur. Porrò vbi ſumma eſt legum auctoritas, ibi eſt minimum tyrannidis.* Vtinàm ſummum imperium penès emortua ligna foret, nec eſſent Magiſtratus *legum tutores*, dum legem tamquam pupillam tractant, & de proprij cerebri, & affectæ voluntatis commentario, iura ad nutum diſpenſant. Hinc legum vilipendium, & diſciplinæ diſpendium. Adeò vt Cato ſenior Iuriſperito dixerit, *leges prorſus videri inutiles, vt quibus boni non egerent, mali nihilo fierent meliores.* Hinc araneorum telis ſapienter comparantur: quia infirmiora animalia, ſi in eas inciderint, tamquam quid debile retinent; valentiora autem impunè pertranſeunt, telâ reſciſſâ: ita legibus humiles & pauperes conſtringuntur, diuites & potentes non alligantur. At lex, legúmque conſtantia, Reipublicæ vinculum eſt, libertatis fundamentum, forma æquitatis, iuſtitiæ vigor, malorum terror, bonorum profectus. Mens, animus, conſilium, ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus ac neruis, ſanguine & membris vti non poteſt.

Eraſm. in Apopht. lib. 6. — *Penes varia ligna eſſe ſummum imperium. quare?* — *Cato apud Eraſm. l. 8. n. 51.* — *Quare leges nonnullis videntur inutiles?*

2\. Prouerbiorũ 2. ita ſcribit Salomon: Dominus dat ſapientiã; & ex ore eius prudentia, & ſcientia. *Cuſtodit rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter.* Pro τὸ *cuſtodiet*, Hebraicè eſt, abſcondet, reponet, ſeruabit quaſi theſaurum. Theſaurus autem duo includit, & rem eſſe pretioſam, & eſſe arcanam atque reconditam. Ceterùm quænám eſt hæc Rectorum *ſalus*, quæ velut theſaurus reponi & cuſtodiri iubetur? Pro *ſalutem*, Hebraicè eſt תושיה *tuſciia*, quod Pagninus, Tigurina, & alij vertunt οὐσίαν, id eſt, *eſſentiam, ſubſiſtentiam.* Quare Rabbi Leui habet, *Seruabit rectis id quod eſt.* Alij vertunt, *Fortunam.* Rabbi Moyſes excribit, *Legem*; alij, *formam, præſcriptum.* Omnes hæ tranſlationes eòdem penè recidunt: Hebræum enim *tuſciia* propriè ſignificat *eſſentiam* ſeu *ſubſiſtentiam*; indè *ſapientiam*; quia hæc eſt quaſi anima & vita eſſentiæ hominis; indè *legem*, quia ſapientia conſiſtit in obſeruatione legis: vel, vt R. Dauid: Lex, inquit, dicitur *tuſciia*, id eſt eſſentia, quia cùm cetera ſint caduca & vana, ſola lex perpetuò durat: indè *ſalutem*, quia hanc dat *ſapientia* & *lex.* Hæc omnia his verbis tempeſtiuè complexus eſt Aben Ezra: *Sapientia*, inquit, *eſſentia appellatio*

Prou. 2. v. 7. — *Hebræus.* — *Hebræus. Pagninus. Tigurina. R. Leui.* — *R. Moyſes.* — *Lex dicitur hominis eſſentia, ſubſiſtentia, & fortuna.* — *R. Dauid.* — *Aben Ezra.*

Digitized by Google

appellationem ſortitur, quòd ſit, atque ad omnem æternitatem duret. Hæc porrò à Deo iuſtis reſeruatur, vt eius ope ſeruent iuſtitiæ tramitem, hoc eſt præcepta diuina. Itaque diuina *lex*, velut *natura* & *eſſentia* hominis, animitùs conuiſceranda eſt, quaſi omnis homo à *lege* habeat, quod homo ſit, & à ceteris animantibus diſcriminetur. Quare homo exlex, vix cenſetur homo, lege, id eſt, hominis charactere viduatus. Dein lex dicitur, hominis *ſubſiſtentia*, quaſi homo legis hypoſtaſi deſtitutus, deciduus ſit, futilis, caducus; nec virtutis fabricam ſuſtentare valeat. Hinc etiam lex appellatur, hominis *fortuna*: fortunata enim eſt Reſpublica optimis legibus ſancta, & earum obſeruatione aſpectabilis. Denique idem Salomon ſibi accinit cap. 3. aiens: *Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis: cuſtodi legem atque conſilium.* Hebraicè habetur: *Cuſtodi eſſentiam meam & cogitationem.* Porrò lex vocatur *eſſentia* vel *ſubſiſtentia.* tum quia eſt æterna ſempérque ſubſiſtit; tum quia ſui obſeruatores facit æternos, immortales & beatos; tum cui legis & virtutis bonum ſolidum & ſtabile eſt, reliqua omnia caduca, friuola, euanida, niſi lege ac virtute tamquam hypoſtaſi ſubſiſtant. Et quidèm cùm Deus ſuis legibus obſequium indicit, non ſine magno ethicè ſacramento ait: *Fili mi cuſtodi eſſentiam meam & cogitationem.*

Lex Dei, eius eſſentia & cogitatio nominatur. Prouerb. 3. v. 21. Hebræus.

3. Pſal. 5. v. 6. Pſalmo 5. ſic regius Vates Deo pangit: Mane adſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. *Neque habitabit iuxtà te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Porrò non male per *malignum* intelligi poteſt impurus. Deus enim à ſe amouet impuros, Cupidinis igne fomoſos, de gehennæ ardore ſemiuſtulatos, quos *malignos* Dauid appellat, ſi Ruffino credimus ad hunc locum ita ſcribenti: *Neque habitabit iuxtà te malignus. Malignus,* inquit, *quaſi malo igne plenus dicitur.* Quare pro eò *neque habitabit*, Græcè ſcribitur, *neque accolet te*; Hebraicè, *non hoſpitabitur*, aut *peregrinabitur*, aut *incolet te*. Aquila, *non habitabit tamquam proſelytus & aduena apud te malignus*, ſeu impurus. Quaſi dicat: Deum non ſolùm non velle iniquitatem, atque iniquè ac impurè malignos, ſed neque eos ad ſuam ſocietatem admittere; quin imò ne ad *peregrini*, *hoſpitis*, inquiliniue breuem vſum, iis Domum aut ciuitatem ſuam patere velle. Addit opportunè Dauid: *Neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Quínam ſunt iſti Dei *oculi*, ante quos *iniuſti* non permanent? Nouiter Pſellus inibi in Catenâ Græcorum Patrum: *Neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Quemadmodum*, inquit, *qui oculis laborant, Solē nequeunt obtueri: ſic vtique & iſti qui ſpiritalem oculum affectum habent, non poterunt ſtare ante oculos tuos.* (Nota verba quæ ſubdit) *Oculi autem Dei ſunt leges, quæ datæ nobis ſunt ad noſtram inſtitutionem.* Alto quidèm ſtilo rem Pſellus ediſſerit! Scilicet nuper Dei leges, dictæ ſunt, hominis *ſubſiſtentia*, & *fortuna*: exindè Dei *eſſentia*, ſeu *cognitiones* Dei; nunc verò *Dei oculi* dicuntur *leges, quæ datæ nobis ſunt ad noſtram inſtitutionem.* quaſi per *leges* homines Deus reſpiciat, aut hominibus proſpiciat Deus. Eſto, ô homo, cæcus ad diuinarum legum obſequium, cæco parendi impetu actus (ſicut ad res fidei agimur:) ſic enim cæcè oculatus parebis; aſpectu tuo orbatus, & illuminatus alieno: ſiquidèm oculis Dei videt, qui Dei legibus obſequenter obedit: *Oculi Dei ſunt leges, quæ datæ nobis ſunt ad noſtram inſtitutionem.* Eſto viſu tuo cæcus, & operoſus alieno. Lex ipſa Dei, ſit tibi & lex, & Dei oculi, quibus Deus te reſpicit, & cælitùs ad obſequium inocularis.

Deus, inhoneſtos nec apud ſe peregrinari vult. Ruffinus. Corder. ibi. Græcus. Hebræus. Aquila.

Leges dicuntur, Dei oculi, quare? Pſellus. *Qui cæcè obedit, lege tamquam Dei oculis inoculatur.*

Geneſ. 12. Dei iuſſu in Chananitidem Abrahamus proficiſcitur: Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, *vniuerſámque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran.* Notum eſt *τὸ facere*, Hebræis idem ſæpè eſſe quòd parare, acquirere, poſſidere, ſiue per emptionem, ſiue per generationem, ſiue alio quouis modo: tametſi propriè quod per generationem fit, aptiùs quis *facere* dicatur. Cùm verò hactenùs neque Abrahamus, neque Lot vllam genuiſſent prolem; adlaborant Hebræi, vt eis etſi non ſecundùm carnem, at ſecundùm ſpiritum, filios attribuant. Quare *facere animas* ſpiritualiter explicant: quia, inquiunt, Abraham viros plurimos, & Sara mulieres multas ab infidelitate ad Dei cultum & obſequium traduxerunt. Vndè pro *τὸ animas quas fecerant in Haran*, Chaldæus Paraphraſtes opportunè excribit & exponit: *Et omnes animas quas legi ſubiecerunt in Haran*; quo diſſertè oſtendit animas ſine Dei legibus emortuas eſſe, lege autem diuinâ animari, & nouo vitæ auſpicio feliciter viueſcere; quod eſt ſingulare diuinæ legis elogium. 4. Gen. 12. v. 5.

Anima velut emortua, diuinâ lege animari dicuntur. Chaldæus.

Pſalmo 131. ſic Deo Propheta occinit: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Quænam eſt hæc *requies*, & hæc *ſanctificationis arca?* Reſpondent inibi Græci Patres: *Alij requiem vocarunt cultum legalem*. quaſi legale obſequium ritè Deo exhibitum, ſit Dei *requies*. Quin etiam & *arcâ ſanctificationis* diuinam legem agnoſcit ibidèm Origenes in Catenâ: *Tu & arca ſanctificationis*, inquit; *Multa illinc ſanctitas tradebatur, & quæ ei erant impoſita litteræ erant & ſanctitatis effectrices & roboris.* Quod explicatiùs ediſſerit Chaldæus Paraphraſtes: *Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca, in quâ lex tua.* Nimirùm *arca ſanctificationis* dicitur, quia in eâ *lex* Dei erat: quippè *ei impoſita litteræ erant & ſanctitatis effectrices & roboris.* Ecce tibi lex diuina dicitur Dei *requies*, *ſanctitatis effectrix*, & velut animæ ſanctificatio; quod eſt magnum legis diuinæ prærogatiuum. 5. Pſalm. 131. v. 8.

Græci Patr. in Commentar. Origenes. *Lex diuina dicitur, Dei requies, & ſanctitatis effectrix.*

Sapientiæ 10. ita ſcribitur: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei: *Et dedit illi ſcientiam Sanctorum.* Quæ ſit hæc *Sanctorum ſcientia*, non conuenit inter Expoſitores, nec iuuat nunc perſtrictim diſquirere. Corderius noſter in Annot. ad Pſalm. 1. verſ. 2. putat eſſe diuinam legem. Porrò obſeruant Hebræi Hebræum verbum תורה *thorah*, id eſt, *legem*, deduci à verbo ירה *iarah*, id eſt, à *docendo*; vt lex ſit princeps & exquiſitum genus doctrinæ & ſcientiæ, Philoſophia pulcherrima, quæ antiſtat humanis doctrinis, cælo cognata ſcientia, *ſcientia Sanctorum*, inquam, id eſt, diuina lex, peramplo *ſcientia Sanctorum* vocabulo conſultiſſimè ſignificata; *ſcientia* enim *Sanctorum* ſanctis lex eſt, quod S. Gregorius Nyſſenus Præfatione in Cantica, his verbis ſubtiliter adnotauit: *Spiritale Legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes: adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura, ſit Lex iis qui ipſam le-* 6. Sapient. 10. v. 10.

Corderius. Hebræi. *Scientia Sanctorum eſt, vniuerſa Scripturam ſibi ſpiritalem putare legem.* S. Nyſſenus.

gunt, non ſolum per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens, & ad cognitionem myſteriorum, & ſinceram vitæ inſtitutionem. O bona *ſcientia Sanctorum*, quæ quicquid ex ſacrâ doctrinâ ſcit, in bonæ voluntatis officinâ, ſibi in legem excudit. Hæc *Sanctorum ſcientia*, præcepta ſibi impoſita non eludit commentis è proprio cerebro ſubtiliter fabricatis ad obſequij fruſtrationem. Hæc *Sanctorum ſcientia*, Sacras hiſtorias, & præclara Heroüm ac Heroïdum geſta, virtutes adſpirantia, tamquam impreſſos legum commentarios cenſet, & de illorum lectione, æmuli imitamenti igniculo ſufflammatur. Hæc *Sanctorum ſcientia*, dum conſilia in Bibliis ſcripta legit, tamquam leges ad obſeruationem quodammodò reputat; & conſilianti, tamquam legiſlatori de obſequio adulatur. Sic *ſcientia Sanctorum* dilatat ſpirituale *legis nomen*. Quare Boozus hâc *ſcientiâ Sanctorum* benè eruditus, etſi defuncti Mahalonis frater non erat, imò nec aliis propinquior, vbi hîc ex Ruthæ ore, legem propinquitatis audiuit, licèt ab illâ exemptus; ſtatim alactis, illi obtemperare feſtinat, ac ſi lege ſtrictiùs ligaretur; quod incertus Chryſoſtomus homil. 1. moraliſſimè obſeruauit.

Hic verſ. 9. & 10. Imperf.

---

§. CCVI.

Maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur.

1. ILla eſt vxor formosè pulchra, quæ neſcit ſe pulchram eſſe, quæ negligit formæ bonum; imò quæ celebre formæ bonum erubeſcit, & rubore abſcondit. Sed vbi nam gentium talis quærenda, aut inuenienda eſt, cuius nomen viri ſciant, formoſum vultum neſciant? Quid prodeſt diligens cuſtodia, cùm vxor ſeruari impudica non poſſit, pudica non debeat? Infida enim cuſtos caſtitatis eſt neceſſitas. Pulchra citò adamatur, fœda facilè concupiſcit. Difficilè cuſtoditur quod plures amant; moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignetur: minore tamen miſeriâ deformis habetur, quàm formoſa ſeruatur. *Nihil tuum eſt* (ait Hieronymus) *in quod totius populi vota ſuſpirant: alius formâ, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate ſollicitat: aliquo modo expugnatur, quod vndique inceſſitur.* Eſto, flos nuptiarum roſa ſit, ſub eius tamen purpurâ multi latent aculei. O caue, ne ſuſpicionum impatientia, coniugij honorem cruentet! Ne ſollicitior fruſtrà cautela non bonos rumuſculos nutriat & incrementet: nemo te tuo ſuffragio deuenuſtet. Adiaphora interpretari licet in bonum: nam hâc in re dextram in partem ſtrenua ſuſpicio eſt, & fortè verior. Vir cautè prudens, vt ſuæ vxoris maritus, ſic & vxoriæ famæ tutor eſt. Diſco nunc è Boozi ſcholâ, qualiter ipſe Rutham futuram vxorem, vltrò ſub idem lecti ſtragulum proiicientem ſe, non impudicitiæ nomine dehoneſtauerit, imò prædicauerit de ſeruandæ legis pio ſtudio: quomodo illam remiſerit in domum, antequam clara diei lux ſuſpicioſam maledicentiæ garrulitatem ſiniſtrè aleret. Vndè quod alij forſan putare poſſent inuerecundiæ facinus, ipſe meliùs ac veriùs matronali pudicitiæ ac religioni adſcripſit, vt futuræ vxoris de pudore vindicias ageret.

Quàm ſit difficilis pulchra vxoris cuſtodia.

S. Hierony. contra Iouin.

Ruth 3. v. 14.

Geneſeos 20. in Gerarâ Palæſtinorum regiâ vrbe, inquilinus habitat Abraham. Dixitque de Sarâ vxore ſuâ: Soror mea eſt. Miſit ergò Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. Confeſtim adeſt Deus ſceleris vindex, & ſeueriſſimis per ſomnium minis Regem concutit, compellitque vt Saram, quam apud ſe habebat in aulâ, Abrahamo reſtitueret. Ergò Abimelech quò interminatum à Deo malum à ſe & à ſuis auertat, poſt accitum Abrahamum, & copiosè muneratum, vt raptæ vxoris maculam largitate dilueret, *Saræ dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt.* Multis alibi ſparſim ethicis commentationibus hunc locum elucidare adnitebamur; & quod nam fuerit hoc *velamen* Saræ donatum, & quare eo velamine Rex Saram tunc donauerit, expoſuimus. Sed adhuc Abulenſis ex Hebræorum cenſu & ſenſu, præſcripta verba ſic exponit: *Hoc erit tibi in velamen oculorum. In Hebræo habetur: Hic erit tibi in velamen oculorum, & refertur ad Abraham, qui erat velamen oculorum, id eſt, quoddam ſcutum, vel defenſio à verecundiâ Saræ.* Scilicet Abrahamus grauatè admodùm tulit pulchræ Saræ vxoris ſuæ chaſtiſſimæ raptum in Regis aulam: & tamen ipſe benè conſcius vxoriæ adhuc in aulâ pudicitiæ, non potuit non validè concuti ſuſpicioſis inconſulti vulgi rumuſculis, qui cognatâ maledicentiæ garrulitate, etiam ex leuiori occaſiunculâ, grauiùs obmurmurandi anſam arripit. Sara etſi inuiolato pudore ſtans coram Rege ac marito, diffamiæ apud vulgus ſuſpecta, virtutis colore genas verecundè tingit. Rex autem huius tragœdiæ auctor, quò huiuſmodi malum procùl arceat, reſtaurandæ famæ immeritò deuenuſtatæ, vxoriæ caſtitatis maritum Abrahamum ſiſtit vindicem; & tamquam verecundiæ clypeum obiicit, qui maledicentiæ tela arceat, deludat, exarmet. *Hic* (id eſt, Abraham maritus) *erit tibi in velamen oculorum, id eſt, quoddam ſcutum, vel defenſio à verecundiâ Saræ.* O benè! Maritus eſt vxoriæ verecundiæ *ſcutum*, quò aduersùs malecogitantiæ ac maledicentiæ in re pudoris vulgaria tela, vxoris verecundia tectiùs clypeatur. Quis mulierem inuerecundiæ accuſet, quam prudens maritus vxoriæ caſtitatis exactor, pudicitiæ vindex, & *verecundiæ ſcutum* defendit? Vxor, cui boni ac prudentis mariti ſuffragium adeſt, in tuto poſuit pudoris famam, & inexpugnabilem verecundiam aut inuenit, aut fecit. *Hic* (nempè Abraham maritus prudentiâ ac probitate opinatiſſimus) *erit quoddam ſcutum, vel defenſio à verecundiâ Saræ.* Hic (nempè Boozus auctoritate, opibus, virtute, ac dignitate magnus) erit quoddam ſcutum, vel defenſio à verecundiâ Ruthæ. Ergò geminatum hoc *ſcutum* inanes vulgi rumuſculos, aduersùs vtriuſque matronæ *verecundiam* armatos, facilè deluſit. 2.

Geneſ. 20. v. 16.

Abulenſ. in Comment. ibi.

Conſultiſſimè maritus obiicitur, tamquam vxori a verecundia ſcutum.

Ieremiæ 3. abalienatam à ſe ſponſam (ſiue Ieroſolymam, ſiue Synagogam, ſiue quamlibet animam) blandis hiſce verbis ad ſe Deus allicere ſatagit: *Ergò ſaltem amodò* (ex nunc à me inuitata & rogata) *voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Cùm hæc femina, eadem 3.

Iere. 3. v. 4.

&

& ſponſa & filia adſpectu ad eundem virum nominetur, & nulla femina poſſit patri ſuo nubere; aliqui Interpretes ſuſpicantur, quòd hic fortè adludit Propheta ad primam mulieris originem ex viro; Eua enim vxor Adæ, cùm ex eius latere formata ſit, videtur mariti ſui velut filia, & (ſi Deo placet) pro ſe

Trimegiſt. Trimegiſtum in Pimandro adducunt. Verùm litteraliſſimè putant communiter interpretes, quòd eademmet perſona, & pater & ſponſus nominetur. Quaſi dicat: Tu ſicut mihi es pater, ita es & ſponſus, cui virgo & iuuencula nupſi, ideóque maximè adamaui: ſponſus enim in parentis locum & curam ſuccedit. Parens enim curam filiæ ſuæ in ſponſum tranſcribit, cùm eam illi deſponſat, & in domum ſuam deducendam

Parap. Chal. tradit. Paraphraſis Chaldaïca ſic locum excribit, & exponit: *Ab hoc tempore vtique orabis coram me (dicens: Dominus meus es tu, redemptor meus, qui à ſeculo es.* Scilicet *Domini* vocabulo patrem appellat, & *redemptoris* nomine ſponſum deſignat. Verùm quo pacto nomen vtriuſq; diuerſiſſimæ appellationis, & res ipſa nominis in eundem reſpectu eiuſdē ſponſæ apprimè quadret, eleganter inbi tradit Theodoretus,

Maritus, vxorij pudoris domus aſyli nominatur.

Theodoret. qui ſic locum effert, & commentatur: *Num inuocaſti me tamquam domum, patrem, & ducem virginitatis tuæ?* Addit ſuæ tranſlationis commentarium: *Non impoſuiſti mihi tales familiaritatis denominationes, quæ tamen olim quandoque Patrem appellabas, quandoque virginitatis virum, interdùm domum aſyli. Sic enim Beatus David: Eſto mihi in Deum protectorem, & in*

Pſal. 30. v. 3. *domum refugij, vt ſaluum me facias.* Nimirùm ſponſus, ſponſæ ſuæ peramans, dum iniuriæ oblitus (quod perrarum eſt in marito vxoriæ caſtitatis exactore) eam ad ſe allicere blandiciis ſatagit; non tantùm Patris amorem ergà illam hactenùs profugam & vagam ſpondet, ſed etiam plenum ſponſi officium, nempè exinceps fore illi etiam non merenti, *domum aſyli.* Profectò ſacrum *aſyli* ius, non ſolùm imputatum, ſed exploratum etiam reatum à pœnis arcet: talem ergò ſe protectorē ergà ſponſam ſponſus ſpondet quò ſponſi vocabulum, & rem vocabuli cumulatiùs adimpleat: nempè ſe fore patrem amore, amore ac protectione ſponſum qui ſuam ſponſam velut *domus aſyli* ſic protegat, vt amiſſi pudoris diffamiam arceat, & beneuolè honeſtet. Profundo ſanè ſtylo maritus vxorij pudoris, ac periclitantis famæ *domus aſyli* nominatur. Quare à Ieremiâ idem non modo *Pater*, ſed etiam ſponſus dicitur, & à Chaldæo *redemptor.* Sic

Hic verſ. 9. & 10. & Rutha hìc verſ. 9. Boozum, futurum ex lege maritum, appellat *propinquum*, vel *redemptorem* (vt habetur in Hebræâ origine) Quam ipſe Boozus nuptiis annuens, confeſtim verſ. 10. *filiam* appellat. quaſi ipſe Boozus ſit Ruthæ pater, quia ex iure maritus & redemptor.

4\. Cant. 7. v. 1. Indè lux affulget clarando loco perobſcuro Cantic. 7. vbi ſic ſponſam ſponſus, vel puellarum chorus alloquitur: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!* Hinc geminum inter Expoſitores litigium: quare cùm iam ſponſa dicatur fortis velut *chorus caſtrorum*, ſiue pugnax quaſi caſtrorum acies ordinata; eius pulchri greſſus, & gloria calceamentorum prædicetur? Dein cur tunc appellatur, *filia Principis*, ſeu *filia Aminadab* (ſic plures excribunt & ſanè Aminadab fuit ſtrenuè fortiſſimus Iudæ Princeps in tranſitu maris rubri) Profectò *Principis* ſeu *Aminadab* nomine, eius ſponſus ſignificatur; & tamen eius *filia* dicitur. Idémne erit pater & ſponſus, & nomine *Aminadab*, ob fortitudinem ſtrenuè pugnacem, ſignificatus? Tempeſtiuè noſter Cornelius inibi: *Filia Principis*, &c. *Hoc ſatis appoſitum eſt, vt filia Aminadab ſit ſponſa Salomonis, qui dictus eſt Aminadab, id eſt, Princeps populi. In Scripturâ enim ſponſus & maritus vocatur pater ſponſæ ſuæ, quia eam vt filiam alit & protegit, iuxta illud Ieremiæ: Voca me: Pater meus, dux virginitatis me tu es.* Obſerua illud, *protegit*, quod ad ſponſum & maritum attinet. Videlicet ille ipſe ſponſus, qui, eò quòd ſponſam diligit & alit, pater dicitur; quia eandem etiam validè *protegit*, ac ſtrenuè defendit, ſponſus dicitur, & fortiſſimus princeps *Aminadab* moraliſſimè nominatur. Quarè ſponſæ *greſſus* hactenùs obliquè diſtortos, & obſcœnè fœdos, iam *pulchri* dicuntur: nam ſtrenuus dux virginitatis ſuæ, & princeps *Aminadab* eius ſponſus, ſic ſponſam ſuam *protegit*, tuetur, & clypeat, vt iam dicatur quaſi caſtrorum acies ordinata? *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Quis audeat caſtrorum choros inuadere? Quis etiam audebit diffamare vxoris pudorem, quem maritus *protegit*, & velut *princeps Aminadab* pugnaciter defendit?

Cur ſponſus dicatur pater ſuæ Sponſæ, & princeps Aminadab?

Cornelius.

Ier. 3. v. 4.

5\. Lucæ 1. v. 27. Lucæ 1. miſſus eſt angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, *ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph..... & nomen virginis Maria.* Benè eſt, vbi deſcribitur Verbi incarnatio in virginali Deiparæ vtero, Maria dicatur *virgo*: nam vltrà naturæ, & ferè gratiæ etiam leges, illibato arcanè pudore, virgo concepit, & virgo peperit Saluatorem: ſed quid opus fuit, vt tunc deſponſata dicatur, & vir eius proprio nomine nuncupetur? Nónne vel mariti vocabulum, virginitatis deuenuſtabit pudorem? Imò & mirè commendat, ac tuetur. Quâ ſuper re ſic philoſophatur Ambroſius, præſcripta Lucæ verba exponens: Benè, inquit, vtrumque poſuit Scriptura, vt deſponſata eſſet, & virgo. Virgo, vt expers virilis conſortij videretur: Deſponſata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamiâ..... *Seruatur itaque Sancta Maria ſicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione virginitas.... Quoniam locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum.* Gratulor Deiparæ ſponſo Ioſepho, quòd per illum ſeruetur Mariæ ſicut pudore integra, ita *inuiolabilis opinione virginitas*: nam cùm maritus ſit vxoriæ pudicitiæ exactor; quam maritus tuetur, inuiolabili opinione clypeatur.

Ioſephi ſuffragio, inuiolabile redditur Mariana virginitatis indicium.

S. Ambr. l. 2. in Lucam in principio.

§. CCVII.

Virginitas multis densè elogiis commendatur.

1\. Sophron. Lucæ 1. v. 26. Sophronius Serm. de Aſſumpt. B. Mariæ ad Paullam & Euſtochium, apud S. Hieronymum, ſic de Virginitate ſcribit: *Benè Angelus ad*

Digitized by Google

Virginitas eſt Angelis cognata.

ad virginem Mariam mittitur : quia ſemper eſt Angelis cognata virginitas. Profectò in carne, præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Vndè in carne Angelicam vitam acquirere, maius eſt meritum, quàm habere. Eſſe enim Angelum, felicitatis eſt; eſſe verò virginem, virtutis: dum hoc obtinere viribus Virgo nititur cum gratiâ, quod habet Angelus ex naturâ. Vtrumque tamen & eſſe Virginem, & Angelum, diuini muneris eſt officium, non humani. Grande quidèm Virginitatis encomium eſt, illius generoſa cum Angelis cognatio. Quomodò autem Virginitas non ſolùm ſit cæleſtis gratia, ſed etiam *officium*, alibi forſan ethicè enucleabitur.

Virginitas, diuini muneris officiũ eſt.

2\. *1. Cor. 7. v. 7.*

Paullus 1. Corinthiorum 7. ab eis interrogatus, cùm de virginibus præceptum Domini non haberet, celebrandis nuptiis rectè adnuit, eáſque ritè informat. Et ſtatim ſubdit: Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium. *Volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum : ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo : alius quidèm ſic, alius verò ſic.* Voculæ *ſic* & *ſic*, varios continentiæ gradus, ex dono Dei conceſſos manifeſtè denotant. Et quidèm Paullus in votis ſibi eſſe, vt *omnes* (collectim au ſeorſim, litigent Interpretes) omnimodæ continentiæ carnem conſecrent, palàm euulgat: non tamen graduum qualitatem ediſſerit, quantúmque inter virginitatem, caſtitatem, & coniugalem continentiam interſit. Quare S. Aldhelmus lib. 1. de Virginit. narrat Angelum triplicem caſtitatem, ſcilicet virginalem, vidualem, & coniugalem, hiſce gradibus diſcriminaſſe, *Vt ſit virginitas aurum, caſtitas argentum, iugalitas* (coniugium) *æramentum. Vt ſit virginitas diuitiæ, caſtitas mediocritas, iugalitas paupertas. Vt ſit virginitas pax, caſtitas redemptio, iugalitas captiuitas. Vt ſit virginitas Sol, caſtitas lucerna, iugalitas tenebræ. Vt ſit virginitas dies, caſtitas aurora, iugalitas nox. Vt ſit virginitas regina, caſtitas domina, iugalitas ancilla. Vt ſit virginitas patria, caſtitas portus, iugalitas pelagus. Vt ſit virginitas homo, caſtitas ſemiuina, iugalitas corpus.* Ecce tibi, quòd Paullus agens de continentiâ vniuerſatim dixerat, *Alius quidèm ſic, alius verò ſic,* Angelus apud Aldhelmum explicatiùs ediſſerit; non vt coniugium deuenuſtet, ſed vt virginitatem (vt par eſt) auguſtiùs ſublimet. Singulas Angeli ſententias encomiis pulchræ virginitatis fœtas, obuium eſt intimiùs enucleare. Illa maximè notanda quâ *Virginitas homo, caſtitas ſemiuina iugalitas corpus*, id eſt, carnales afflans paſſiones nuncupatur.

Multiiuga caſtitatis elogia, cui virginitas prænitet, & longè antiſtat.

S. Aldhelm.

Virginitas dicitur homo, viduitas ſemiuina, iugalitas, corpus nuncupatur.

3\. Sap. 4. v. 1.

Sapientiæ 4. ſic Salomon exclamat, factus virginitatis encomiaſtes: *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.* Quæ eſt hæc *generatio*, quæ virgine continentiâ prænitet? Vereor vt ipſum generationis vocabulum, virginitatis nitorem deuenuſtet. O Virginitatem, & improlem, & fœcundiſſimam, virtutem generatione fertilem! *Pudicitia*, ait Tertullianus, *flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentum ſanctitatis.* Ecce tibi virginitas virtutum fœta; corpore virgo intacta, mente vbertimè ſanctitatum fœcunda. Quod belliſſimè Chryſologus his verbis ediſſerit. *Integritas*, inquit, *eſt cæleſte conſortium : virginitas iuncta Chriſto, copula eſt virtutis* Sic eſt virtutum fœcunda virginitas, vt virtutum *copula* nominetur: exindè (vt tradetur infrà num. 6.) *præiudicium omnis bonæ mentis* appellatur; quaſi omnis bona mens de generoſa virginitatis ſtirpe procedat.

Virginitas fœcunda eſt, & virtutum copula.

Tertull. l. de Pudicit. c. 1.

S. Chryſol. Serm. 146.

4\. Eccli. 24. v. 23. Græca.

Siracides Eccleſiaſtici 24. Sapientiam ſic loquentem inducit: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris* (Græca, *gloriæ, & honeſtatis.* Benè eſt, Sapientiæ fructus ſint *honeſtatis & gloriæ*; ſed quomodò ipſi flores appellantur fructus? Opinor, *honeſtatis* flores, fructus ſimul & flores ſunt; ne *honeſtati* deſit fructuum condita maturitas, & ſimul præcoqua florum gratia. Eleganter dubius Cyrillus lib. 4. Apolog. Moral. cap. 8. roſam ac lilium, tamquam virginitatis ſymbolum, loquentes inducit: *Nobis*, inquiunt, *ex plenâ puritate, & ſuauitate ſubſtantia, flos ipſe fructus eſt. Vndè in nobis flos & fructus minimè diſtinguntur, quoniam redundante puritatis flore, & odorifera ſublimitatis humore, in nobis idipſum factum eſt flos & fructus. Nónne vapor terræ puriſſimus, & ros dulciſſimus cæli, virginitate vernante in margaritam gemmaſcit? Igitur roſa & lilium, & flores fructiferi, & fructus floridi ſunt.* Exin poſt plura virginitatis encomia, hæc attexit: *Fructus eſt dulciſſimus, decor præſtantiſſimus, odor ſuauiſſimus, valor totus. Nimirùm ipſa eſt virtutis clariſſima gemma, ſumma temperantia, perfecta victoria, ſpiritus ſuprà germen* (pulchrum ſanè virginitatis elogium,) *gloria tota. Vt roſa igitur fragrans, & lilium rutilans & ſancta Virginitas, flos & fructus.* Longulus nimis eſſem, ſi Cyrilli ſententias ſingulas ſolitâ expenſione elucidare vellem. Sat eſto illas deſcripſiſſe.

Virginitas, flos & fructus eſt.

Cyrillus.

Virginitatis elogia densè conglobãtur.

Virginitas eſt ſpiritus ſuprà germẽ.

5\. Cant. 1. v. 3.

Canticorum 1. virgo ſponſa ambit ſpirituale cæleſtis ſponſi oſculum: & ſubdit eum alloquens: *Trahe me : poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* τὸ *trahe me* ſignificat imbecillitatem & infirmitatem naturalem ſponſæ, vt potè quæ naturæ viribus ſponſum ſequi nequeat, niſi ab eo trahatur. Incuſat porrò renitentiam cupiditatis cognatæ, quæ ad voluptabilia trahens, reſiſtit caſti ſponſi ſequelæ, ideóque ad eum trahi expetit. Tractus violentiam quamdam innuit, quâ innata cupiditas obnixiùs reluctatur: trahi enim ſolent inuiti. Vult enim caſta & ſancta anima velut inuita ad caſtum ſponſum trahi, quò illum vltrò ſequatur. Sed quid eſt, quòd ſponſa, ſi ita velut inuita, & cupidine reluctante ad cæleſtem ſponſum trahatur; non ait, Poſt te vltrò pergam, imò & curram; ſed, *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum?* Origenes homil. 1. in Cantica, per hunc locum exponit illud Pſalmi 44. *Adducentur Regi Virgines poſt eam.* quaſi ea ſit virginitatis gratia, tantáque eius ad trahendum ad ſe pellacia, vt ſi vna trahatur, plures ſimul ſpontè trahantur, & vltrò currant rumpentes naturæ & cupidinis retinacula. Pulchrè Cyrillus nuper laudatus, ſic tempeſtiuè exclamat: *O virtus magnetica Virginitatis, ad ſe trahens naturam!* Grande quidèm Virginitatis ſacramentum, quo velut euertitur *natura*! Nihil porrò ſic eſt hominibus volupe, & procliue naturæ, quàm deliciis concupiſcentiæ mulceri, & ad luxum molliùs deliniri, & attrahi: at arcana virginitatis vis, dum Angelorum

Virtus magnetica Virginitatis, naturam ad ſe arcanè attrahit.

Origenes. Pſ. 44. v. 15.

S. Cyrillus.

Digitized by Google

gelorum æmulatione cælum in terris fragrat, vſque adeò eſt ineffabili illicio potens, vt ipſam *naturam* alioqui obſcœnis cupiditatibus æſtuantem, ad puritatis ſtudium potentiſſimè trahat, velut magnes attrahit ferrum. *O virtus magnetica Virginitatis, ad ſe trahens naturam!* Quare opportunè ait anima ſancta virginis cõtinentiæ ſtudio ſufflammata: *Trahe me poſt te*: nec ego ſola, ſed plures mecum, *curremus in odorem vnguentorum tuorum*, quæ de virginitatis flore, Angelicam & cæleſtem puritatem ſuauiſſimè ſpirant. Exindè, *Adducentur Regi Virgines poſt eam*: Virginitas enim velut magnes virgines ad ſe attrahit, arcanâ *naturæ* velut metamorphoſi.

6. Matth. 1. v. 19. Matthæi 1. Chriſti, inquit, generatio ſic erat, Cùm eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu-ſancto. *Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere* (Eraſmus, *infamare*; Hebraicè, *tradere ad mortem*; Caietanus, *exemplificare*;) *voluit occultè dimittere eam*, &c. Hinc magna lis inter Expoſitores, à nemine hactenùs compoſita, an tunc Ioſephus videns in dies intumeſcentem Virginis vxoris vterum, & conſcius ſe numquam illi permixtum, ſiniſtrè aliquid mente conceperit de Mariæ pudore. Ioſephum verò nihil impudicum vmquam fuiſſe ſuſpicatum, ſeriò cenſet & adſtruit noſter Salmeron tom. 3. Tract. 30. ſecutus Originem, Baſilium, Theophylactum, Bernardum, Remigium, Richardum Victorin. Gerſonem, Ioannem Echium, Vigerium, & Catharinum. Res ſanè miriſſima, quòd ſponſus Ioſephus, vxoriæ caſtitatis exactor, ſic fuerit de vxoris pudicitiâ certus, quam ſemper continentiſſimam agnouerat, & decorum virginitatis ſpirantem; vt nec vteri tumorem, in dies eſſe grauidam euidenter oculis notificantem, ad ſiniſtras de eius pudore ſuſpiciones computauerit. Sic meracior pudicitia, maturiores ſuſpiciones, & cenſuræ ſiniſteritatem arcet? Appoſitè exclamat Cyrillus: *O ſapphyrus mirablis caſtitatis, omnem fugans & deſtruens famam veneноſam!* Cyrillo adteſtatur Tertullianus: *Pudicitia, honor corporum .... præiudicium omnis bonæ mentis.* Benè pudica virginitas dicitur *honor corporum*, quæ *fugat omnem famam venenoſam* (Heu! venenoſa fama dicitur, ſiniſter de impudicitiâ rumuſculus?) Profectò meracior Mariæ virginitas, quam omnes eius actiones ſpirabant, ſic Ioſephi animum occuparunt, vt vel aduersùs tumentis vteri euidentiam, flecti-neſcio *præiudicio* nil vmquam mali cogitauerit: eſt enim virginitas *omnis bonæ mentis præiudicium.* Hoc ſanè Marianæ puritatis *præiudicium*, omnis cenſuræ ſiniſteritatem præproperè arcebat, ne vel ſuſpicionibus locus pateret. Quin & Boozus tot documenta modeſtiæ ac pudicitiæ in Ruthâ hactenùs obſeruauerat, vt vltroneum ſub eodem ſtragulo ſecum concubitum æqui boníque cenſendum duxerit; confeſtímque illam & egregiè dilaudauerit, & vxorem incunctanter ſponderit.

Eraſmus. Hebræus. Caietanus. Pſalmer. Origenes. S.Baſilius. Theophyl. S.Remigius. Rich. Vict. Gerſon. Echius. Catharin. Viguerius. *Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Maria pudore cogitauit?* Cyrill lib. 4. Apol. Moral c. 8. Tertull. l. de Pudic. c. 1. *Virginitas eſt omnis bonæ mentis præiudiciū.* Hic verſ. 10.

7. 1. Cor. 7. v. 25. Hildebert. Paullus 1. Corinth. 7. *De virginibus*, inquit, *præceptum Domini non habeo: conſilium autem do*, &c. Quæ verba ſic Hildebertus apud Tilmannum elucidat, ſic inibi fatus: *Virginitas curarum eſt ſilentium, pax carnis, vitiorum redemptio, principatus virtutum. Virginitas contenta paruo, ſollicita eſt pro naturâ, non ambitioſa pro matronâ. Damni virginitatis ſicut nulla eſt reformatio, ſic omnis recompenſatio inferior. Impar mercimonium eſt, breuem quæſtum iacturâ comparare perenni. Incomparabili comparatur pretio, quo fur ſollicitetur vt aſportet Dominus vt ſeruet ...... Sub hoc ſponſo fæcunditatem non impedit integritas, nec famulante concupiſcentiâ filij generantur. Beata nimirùm ſponſa, cuius pudor dum concipit, dum deperit, dum generat, non laborat. Beatiſſimus etiam ſponſus, cui niſi cohæreat nulla virgo eſt. Eius prole nihil viuacius cum quâ nulla propagatur mortalitas: eius dote nihil vtilius, in quâ ſufficientiam comitatur æternitas.* Subtilius, an eloquentius?

Multiiuga virginitatis laus.

---

§. CCVIII.

Dira egeſtas ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat.

1. Iob 2. v. 4. Galfridus. GAlfridus ſubtilis ethicè auctor, exponens illud Iobi: *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ ſuâ*, ita ſcribit apud Tilmannum indidèm: Legitur, inquit, de ſancto Ioſeph quòd in manibus adulteræ chlamydem reliquerit, & nudus ſed incontaminatus abſceſſit. Similiter in Euangelio alter adoleſcens reiecit ſindonem, & à perſecutoribus nudus profugit. In vtróque adoleſcentia addit ad meritum, quòd huiuſmodi ætas lubrica eſſe ſoleat & infirma. Beatus verò Bartholomæus ipſam pellem deſeruit, vt animam cuſtodiret. Per eum qui reliquit chlamydem, eos poſſumus intelligere qui æquanimiter ſuſtinent carere ſuperfluis, ſed non ſic huius vitæ neceſſariis. Siquidèm necdum nudus eſt, qui chlamydem deſeruit. Nam qui ſindonem, ſequitur Chriſtum. Ille verò feliciſſimus eſt, qui non modò chlamydem reliquit, ſindonem proiecit: ſed potenter & ipſam corporis pellem amiſit. Nullum enim deinceps aduersùs huiuſmodi hominem locum calumniæ inimicus inuenit, vt ſi dicat: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ ſuâ. *Quid eſt enim pellem pro pelle, niſi chlamydem pro ſindone, ſindonem pro cute: videlicet ſuperflua pro Neceſſariis, vel ipſa etiam Neceſſaria huius vitæ pro eiuſdem conſeruatione relinquere?* Profectò ſuperuacua omittere pro ſpirituali vitâ, illáque benigniùs erogare, frequens eſt inter pios: relinquere autem *huius vitæ Neceſſaria*, niſi eximiè perfectus impunè non ſolet. Sic dira Neceſſitas illicita perſuadet, ad crimen vrget, & ad nefaria inſoleſcit: nil pudet, dummodò viuat.

Geneſ. 39. v. 12. Marci 14. v. 51. *Paucorum eſt, in dirâ neceſſitate innoxiè viuere.*

2. Ioan. 12. v. 6. Ioannis 12. de Lazari reſurrectione vinditias agit Chriſtus Deus, in epulo cum illo diſcumbens. Maria autem piâ ambitione grata, accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu: & domus (quin & tota Eccleſia) impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergò vnus ex Diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum;*

Digitized by Google

Virginitas eſt Angelis cognata.

ad virginem Mariam mittitur: *quia ſemper eſt Angelis cognata virginitas. Profectò in carne, præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Vndè in carne Angelicam vitam acquirere, maius eſt meritum, quàm habere. Eſſe enim Angelum, felicitatis eſt; eſſe verò virginem, virtutis: dum hoc obtinere viribus Virgo nititur cum gratiâ, quod habet Angelus ex naturâ. Vtrumque tamen & eſſe Virginem, & Angelum, diuini muneris eſt officium, non humani.* Grande quidèm Virginitatis encomium eſt, illius generoſa cum Angelis cognatio. Quomodò autem Virginitas non ſolùm ſit cæleſtis gratia, ſed etiam *officium*, alibi forſan ethicè enucleabitur.

Virginitas, diuini muneris officiū eſt.

2. 1. Cor. 7. v. 7. Paullus 1. Corinthiorum 7. ab eis interrogatus, cùm de virginibus præceptum Domini non haberet, celebrandis nuptiis rectè adnuit, eáſque ritè informat. Et ſtatim ſubdit: Hoc autem dico ſecundùm indulgentiam, non ſecundùm imperium. *Volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidèm ſic, alius verò ſic.* Voculæ *ſic* & *ſic*, varios continentiæ gradus, ex dono Dei conceſſos manifeſtè denotant. Et quidèm Paullus in votis ſibi eſſe, vt *omnes* (collectim au ſeorſim, litigent Interpretes) omnimodæ continentiæ carnem conſecrent, palàm euulgat: non tamen graduum qualitatem ediſſerit, quantúmque inter virginitatem, caſtitatem, & coniugalem continentiam interſit. Quare S. Aldhelmus lib. 1. de Virginit. narrat Angelum triplicem caſtitatem, ſcilicet virginalem, vidualem, & coniugalem, hiſce gradibus diſcriminaſſe, *Vt ſit virginitas aurum, caſtitas argentum, iugalitas* (coniugium) *æramentum. Vt ſit virginitas diuitiæ, caſtitas mediocritas, iugalitas paupertas. Vt ſit virginitas pax, caſtitas redemptio, iugalitas captiuitas. Vt ſit virginitas Sol, caſtitas lucerna, iugalitas tenebræ. Vt ſit virginitas dies, caſtitas aurora, iugalitas nox. Vt ſit virginitas regina, caſtitas domina, iugalitas ancilla. Vt ſit virginitas patria, caſtitas portus, iugalitas pelagus. Vt ſit virginitas homo, caſtitas feminina, iugalitas corpus.* Ecce tibi, quòd Paullus agens de continentiâ vniuerſatim dixerat, *Alius quidèm ſic, alius verò ſic,* Angelus apud Aldhelmum explicatiùs ediſſerit; non vt coniugium deuenuſter, ſed vt virginitatem (vt par eſt) auguſtiùs ſublimet. Singulas Angeli ſententias encomiis pulchræ virginitatis fœtas, obuium eſt intimiùs enucleare. Illa maximè notanda quâ *Virginitas homo, caſtitas feminina iugalitas corpus*, id eſt, carnales afflans paſſiones nuncupatur.

Multiiuga caſtitatis elogia, cui virginitas prænitet, & longè antiſtat.
S. Aldhelm.
Virginitas dicitur homo, viduitas feminina, iugalitas, corpus nuncupatur.

3. Sap. 4. v. 1. Sapientiæ 4. ſic Salomon exclamat, factus virginitatis encomiaſtes: *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.* Quæ eſt hæc *generatio*, quæ virgine continentiâ prænitet? Vereor vt ipſum generationis vocabulum, virginitatis nitorem deuenuſtet. O Virginitatem, & improlem, & fœcundiſſimam, virtutem generatione fertilem! *Pudicitia*, ait Tertullianus, *flos morum, honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis, fundamentum ſanctitatis.* Ecce tibi virginitas virtutum fœta; corpore virgo intacta, mente vberrimè ſanctitatum fœcunda. Quod belliſſimè Chryſologus his verbis ediſſerit: *Integritas*, inquit, *eſt cæleſte conſortium: virginitas iuncta Chriſto, copula eſt virtutis.* Sic eſt virtutum fœcunda virginitas, vt virtutum *copula* nominetur: exinde (vt traditur infrà num. 6.) *præiudicium omnis bonæ mentis* appellatur; quaſi omnis bona mens de generoſâ virginitatis ſtirpe procedat.

Virginitas fœcunda eſt, & virtutum copula.
Tertull. l. de Pudicit. c. 1.
S. Chryſol. Serm. 146.

Siracides Eccleſiaſtici 24. Sapientiam ſic loquentem inducit: *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris* (Græca, *gloriæ*, & *honeſtatis*. Benè eſt, Sapientiæ fructus ſint *honeſtatis & gloriæ*; ſed quomodò ipſi flores appellantur fructus? Opinor, *honeſtatis* flores, fructus ſimul & flores ſunt; ne *honeſtati* deſit fructuum condita maturitas, & ſimul præcoqua florum gratia. Eleganter dubius Cyrillus lib. 4. Apolog. Moral. cap. 8. roſam ac lilium, tamquam virginitatis ſymbolum, loquentes inducit: *Nobis*, inquiunt, *ex plenâ puritate, & ſuauitate ſubſtantiæ, flos ipſe fructus eſt. Vndè in nobis flos & fructus minimè diſtinguntur, quoniam redundante puritatis flore, & odorifera ſublimitatis humore, in nobis idipſum factum eſt flos & fructus. Nónne vapor terræ puriſſimus, & ros dulciſſimus cæli, virginitate vernante in margaritam gemmaſcit? Igitur roſa & lilium, & flores fructiferi, & fructus floridi ſunt.* Exin poſt plura virginitatis encomia, hæc attexit: *Fructus eſt dulciſſimus, decor præſtantiſſimus, odor ſuauiſſimus, valor totus. Nimirùm ipſa eſt virtutis clariſſima gemma, ſumma temperantia, perfecta victoria, ſpiritus ſuprà germen* (pulchrum ſanè virginitatis elogium,) *gloria tota. Vt roſa igitur fragrans, & lilium rutilans & ſancta Virginitas, flos & fructus.* Longulus nimis eſſem, ſi Cyrilli ſententias ſingulas ſolitâ expenſione elucidare vellem. Sat eſto illas deſcripſiſſe. 4.

Eccli. 24. v. 23. Græca.
Virginitas, flos & fructus eſt.
Cyrillus.
Virginitatis elogia densè conglobātur.
Virginitas eſt ſpiritus ſuprà germē.

Canticorum 1. virgo ſponſa ambit ſpirituale cæleſtis ſponſi oſculum: & ſubdit eum alloquens: *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* τὸ *trahe me* ſignificat imbecillitatem & infirmitatem naturalem ſponſæ, vt potè quæ naturæ viribus ſponſum ſequi nequeat, niſi ab eo trahatur. Incuſat porrò renitentiam cupiditatis cognatæ, quæ ad voluptabilia trahens, reſiſtit caſti ſponſi ſequelæ, ideóque ad eum trahi expetit. Tractus violentiam quamdam innuit, quâ innata cupiditas obnixiùs reluctatur: trahi enim ſolent inuiti. Vult enim caſta & ſancta anima velut inuita ad caſtum ſponſum trahi, quò illum vltrò ſequatur. Sed quid eſt, quòd ſponſa, ſi ita velut inuita, & cupidine reluctante ad cæleſtem ſponſum trahatur; non ait, Poſt te vltrò pergam, imò & curram; ſed, *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum?* Origenes homil. 1. in Cantica, per hunc locum exponit illud Pſalmi 44. *Adducentur Regi Virgines poſt eam.* quaſi ea ſit virginitatis gratia, tantáque eius ad trahendum ad ſe pellacia, vt ſi vna trahatur, plures ſimul ſponte trahantur, & vltrò currant rumpentes naturæ & cupidinis retinacula. Pulchrè Cyrillus nuper laudatus, ſic tempeſtiuè exclamat: *O virtus magnetica Virginitatis, ad ſe trahens naturam!* Grande quidèm Virginitatis ſacramentum, quo velut euertitur *natura*! Nihil porrò ſic eſt hominibus volupe, & procliue naturæ, quàm deliciis concupiſcentiæ mulceri, & ad luxum molliùs deliniri, & attrahi: at arcana virginitatis vis, dum Angelorum 5. Cant. 1. v. 3.

Virtus magnetica Virginitatis, naturam ad ſe arcanè attrahit.
Origenes. Pſ. 44. v. 15.
S. Cyrillus.

Digitized by Google

gelorum æmulatione cælum in terris fragrat, vſque adeò eſt ineffabili illicio potens, vt ipſam *naturam* alioqui obſcœnis cupiditatibus æſtuantem, ad puritatis ſtudium potentiſſimè trahat, velut magnes attrahit ferrum. *O virtus magnetica Virginitatis, ad ſe trahens naturam!* Quare opportunè ait anima ſancta virginis cōtinentiæ ſtudio ſuſflammata: *Trahe me poſt te:* nec ego ſola, ſed plures mecum, *curremus in odorem vnguentorum tuorum*, quæ de virginitatis flore, Angelicam & cæleſtem puritatem ſuauiſſimè ſpirant. Exindè, *Adducentur Regi Virgines poſt eam*: Virginitas enim velut magnes virgines ad ſe attrahit, arcanâ *natura* velut metamorphoſi.

6. Matth. 1. v. 19. Matthæi 1. Chriſti, inquit, generatio ſic erat, Cùm eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu-ſancto. *Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere* (Eraſmus, *infamare*; Hebraicè, *tradere ad mortem*; Caietanus, *exemplificare*;) *voluit occultè dimittere eam*, &c. Hinc magna lis inter Expoſitores, à nemine hactenùs compoſita, an tunc Ioſephus videns in dies intumeſcentem Virginis vxoris vterum, & conſcius ſe numquam illi permixtum, ſiniſtrè aliquid mente conceperit de Mariæ pudore. Ioſephum verò nihil impudicum vmquam fuiſſe ſuſpicatum, ſeriò cenſet & adſtruit noſter Salmeron tom. 3. Tract. 30. ſecutus Originem, Baſilium, Theophylactum, Bernardum, Remigium, Richardum Victorin. Gerſonem, Ioannem Echium, Vigerium, & Catharinum. Res ſanè miriſſima, quòd ſponſus Ioſephus, vxoriæ caſtitatis exactor, ſic fuerit de vxoris pudicitiâ certus, quam ſemper continentiſſimam agnouerat, & decorum virginitatis ſpirantem; vt nec vteri tumorem, in dies eſſe grauidam euidenter oculis notificantem, ad ſiniſtras de eius pudore ſuſpiciones computauerit. Sic meracior pudicitia, muratiores ſuſpiciones, & cenſuræ ſiniſteritatem arcet? Appoſitè exclamat Cyrillus: *O ſapphyrus mirabilis caſtitatis, omnem fugans & deſtruens famam venenoſam!* Cyrillo adteſtatur Tertullianus: *Pudicitia, honor corporum .... præiudicium omnis bonæ mentis.* Benè pudica virginitas dicitur *honor corporum*, quæ *fugat omnem famam venenoſam* (Heu! venenoſa fama dicitur, ſiniſter de impudicitiâ rumuſculus?) Profectò meracior Mariæ virginitas, quam omnes eius actiones ſpirabant, ſic Ioſephi animum occuparunt, vt vel aduersùs tumentis vteri euidentiam, flecti-neſcio *præiudicio* nil vmquam mali cogitauerit: eſt enim virginitas *omnis bonæ mentis præiudicium.* Hoc ſanè Marianæ puritatis *præiudicium*, omnis cenſuræ ſiniſteritatem præproperè arcebat, ne vel ſuſpicionibus locus pateret. Quin & Boozus tot documenta modeſtiæ ac pudicitiæ in Ruthâ hactenùs obſeruauerat, vt vltroneum ſub eodem ſtragulo ſecum concubitum æqui boníque cenſendum duxerit; confeſtímque illam & egregiè dilaudauerit, & vxorem incunctanter ſponderit.

[Margin: Eraſmus. Hebræus. Caietanus. Pſalmer. Origenes. S. Baſilius. Theophyl. S. Remigius. Rich. Vict. Gerſon. Echius. Catharin. Viguerius. *Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Maria pudore cogitauit.* Cyrill lib. 4. Apol. Moral c. 8. Tertull. l. de Pudic. c 1. *Virginitas eſt omnis bonæ mentis præiudicium.* Hic verſ. 10.]

7. 1. Cor. 7. v. 25. Hildebert. Paullus 1. Corinth. 7. *De virginibus*, inquit, *præceptum Domini non habeo: conſilium autem do*, &c. Quæ verba ſic Hildebertus apud Tilmannum elucidat, ſic inibi fatus: *Virginitas curarum eſt ſilentium, pax carnis, vitiorum redemptio, principatus virtutum. Virginitas contenta paruo, ſollicita eſt pro naturâ, non ambitioſa pro matronâ. Damni virginitatis ſicut nulla eſt reformatio, ſic omnis recompenſatio inferior. Impar mercimonium eſt, breuem quæſtum iacturâ comparare perenni. Incomparabili comparatur pretio, quæ fur ſollicitetur vt aſportet Dominus vt ſeruet ..... Sub hoc ſponſo fœcunditatem non impedit integritas, nec famulante concupiſcentiâ filij generantur. Beata nimirùm ſponſa, cuius pudor dum concipit, dum deperit, dum generat, non laborat. Beatiſſimus etiam ſponſus, cui niſi cohæreat nulla virgo eſt. Eius prole nihil viuacius cum quâ nulla propagatur mortalitas: eius dote nihil vtilius, in quâ ſufficientiam comitatur æternitas.* Subtilius, an eloquentius?

[Margin: *Multiiuga virginitatis laus.*]

---

§. CCVIII.

Dira egeſtas ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat.

GAlfridus ſubtilis ethicè auctor, exponens illud Iobi: *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ ſuâ*, ita ſcribit apud Tilmannum indidèm: Legitur, inquit, de ſancto Ioſeph quòd in manibus adulteræ chlamydem reliquerit, & nudus ſed incontaminatus abſceſſit. Similiter in Euangelio alter adoleſcens reiecit ſindonem, & à perſecutoribus nudus profugit. In vtróque adoleſcentia addit ad meritum, quòd huiuſmodi ætas lubrica eſſe ſoleat & infirma. Beatus verò Bartholomæus ipſam pellem deſeruit, vt animam cuſtodiret. Per eum qui reliquit chlamydem, eos poſſumus intelligere qui æquanimiter ſuſtinent carere ſuperfluis, ſed non ſic huius vitæ neceſſariis. Siquidèm necdum nudus eſt, qui chlamydem deſeruit. Nam qui ſindonem, ſequitur Chriſtum. Ille verò feliciſſimus eſt, qui non modò chlamydem reliquit, ſindonem proiecit: ſed potenter & ipſam corporis pellem amiſit. Nullum enim deinceps aduersùs huiuſmodi hominem locum calumniæ inimicus inuenit, vt ſi dicat: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ ſuâ. *Quid eſt enim pellem pro pelle, niſi chlamydem pro ſindone, ſindonem pro cute: videlicet ſuperflua pro Neceſſariis, vel ipſa etiam Neceſſaria huius vitæ pro eiuſdem conſeruatione relinquere?* Profectò ſuperuacua omittere pro ſpirituali vitâ, illáque benigniùs erogare, frequens eſt inter pios: relinquere autem *huius vitæ Neceſſaria*, niſi eximiè perfectus impunè non ſolet. Sic dira Neceſſitas illicita perſuadet, ad crimen vrget, & ad nefaria inſoleſcit: nil pudet, dummodò viuat.

[Margin: 1. Iob 2. v. 4. Galfridus. Geneſ. 39. v. 12. Marci 14. v. 51. *Paucorum eſt, in dirâ neceſſitate innoxiè viuere.*]

2. Ioan. 12. v. 6. Ioannis 12. de Lazari reſurrectione vindicias agit Chriſtus Deus, in epulo cum illo diſcumbens. Maria autem piâ ambitione grata, accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu: & domus (quin & tota Eccleſia) impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergò vnus ex Diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum;*

Digitized by Google

eum; ſed quia fur erat, & loculos habent, ea quæ
mittebantur, portabat. Sed cur Ieſus omnium
præſcius, Iudæ commiſit loculos, cùm ſciret
eum fore furem? Reſpondet Auguſtinus, quia
S. Aug. ibi. Eccleſia loculos habitura erat, fures admiſit, vt
eius Eccleſia potentes fures dum patitur, tole-
Cornel. ibid. raret. Cornelius inquit, quia Iudas aptior erat
ad res temporales procurandas, quàm ceteri Apo-
ſtoli: furtum verò permiſit, quia indè nata eſt
occaſio proditionis & paſſionis ſuæ, quam ipſe
Theophyl. ambiebat. Theophylactus verò: *Nonnulli aiunt,*
inquit, *ideò creditam Iudæ pecuniarum diſpen-*
ſationem: ceu minorem aliis: nam pecuniis mini-
Loculi Iudæ permittuntur, ne ob Neceſſitatẽ proderet Chriſtum. *ſtrare, minus eſt quàm doctrina.* Nimirùm ad alia
non ita idoneus, ad rerum temporalium procu-
rationem deſtinatur: ne iam Procurator inſole-
ſcat de burſâ plenâ ſibi, communitati querulè
vacuâ. Taceo. Verùm S. Chryſoſtomus littera-
S. Chryſoſt. homil. 64. liſſimè pariter ac moraliſſimè ſuper hâc re ſic
inibi philoſophatur: *Quòd ſiquis inquireret, ait,*
quid tandèm cum fur eſſet, loculi ei pauperum
committebantur? & cur auarum feciſſet diſpenſa-
torem? Illud ſanè dicimus, Deum arcanam in-
telligere rationem. Quod ſiquid a nobis eſt conie-
ctandum, vt omnem tolleret proditionis materiam,
neque enim poterat dicere pecuniarum id cupidita-
te feciſſe; ſufficientes enim loculi eſſe debebant, qui
eius ſatisfacerent cupiditati, ſed ſola malitia,
quam Chriſtus cohibere volebat, &c. Scilicet Chri-
ſtus loculos plenos Iudæ permittit, ne extimu-
latus inuitæ Neceſſitatis maleſuado incommo-
do proditionem moliretur, eámque cauſaretur.
Mitto vberiorem expenſionem huius loci, quem
in auaritiæ odium nuper expendebamus.

3. Matth. 6. v. 34. Matthæi 6. *Nolite*, ait Chriſtus, *ſolliciti eſſe*
in craſtinum (in tempus futurum) *craſtinus enim*
dies ſollicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua,
id eſt, cura, moleſtia, afflictio, anxietas, quâ
neceſſitas craſtina hominem vrget, ſicut modò
Dira neceſſitas plerumq; idem eſt, ac malitia. affligit & angit hodierna. Quiſque dies ſuam
affert de neceſſitate ſollicitudinem, vt quid er-
gò fruſtrà alias ſibi de craſtino aut futuro accer-
S. Auguſtin. ſit? Ceterùm S. Auguſtinus lib. 2. de Serm. Dò-
mini in monte, explicatiùs ad rem tradit quid
hîc nomine *malitia* ſignificetur, ita fatus: *Suf-*
ficit diei malitia ſua. Neceſſitatem vocat mali-
tiam, quam peccando meruimus: pertinet enim
ad mortalitatem, quam peccando meruimus. Pro-
fectò etiam antè mortalitatem, quam incurrimus
in primæui delicti pœnam, data ſunt Adamo
corporis alimenta; nam etiam immortalis cibo
indigebat. Verùm dira Neceſſitas, quâ homo
mundi penuriâ laborat, temporalibus ſubſidiis
deſtitutus, in peccati pœnam infligitur: & quia
à malitiâ eſt, & perſæpè ad malitiam inclinat,
malitiæ nomine ſententioſè denotatur. *Sufficit*
diei malitia ſua. Neceſſitatem vocat malitiam,
quam peccando meruimus. Ac ſi perindè plerum-
que ſit dira *Neceſſitas*, & exerta *malitia*. O pul-
chra ethicè ſynonyma! In hoc ſenſu intellecta
Auguſtini ſententia, non egebat vt àb eodem
mitigaretur lib. 1. Retractationum cap. 19. Eſt
enim vrgens Neceſſitas in malitiæ confinio, &
quàm ſæpè vel nolentibus perſuadet. Heu quo-
ties quod libidinis blandimentum fruſtrà ſug-
geſſit, alimenti & indumenti Neceſſitas extor-
ſit! Magnum ſanè gratiæ miraculum, quòd ætas
Hic verſ. 10. Ruthæ ad libidinem lubrica, in tantâ rerum ege-
ſtate, maluerit ſudato ſpicilegij opere victum
tenuiſſimum quærere, quàm neceſſitatis licentiâ
abuti. Rata hæc virtus, illius encomiaſtem non
inuenit Boozum, ſed fecit.

Regius Vates Pſalm. 10. ſic Dei ergà egenos 4.
beneficentiam elucidat: Dominus, inquit, in Pſal. 10. v. 5.
templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt. Hæc oculorum
Dei in egenum reſpectio, ſingularem quamdam
benigniſſimi Numinis ergà eum curam, & accu- *Dura egeſtas, & orbis terræ, & exercitus nominatur.*
ratam omninò prouidentiam declarat, quâ ege-
ſtate oppreſſum quodammodò in oculis ſuis fer-
re videatur. Hebræus textus ſic locum exscribit: *quaret* Hebræus.
Oculi eius in pauperem abſcondunt ſe, quò innui-
tur quàm intimè ac medullitùs penetret diræ
egeſtatis malum, miſeriarum diues, & ad ma-
litiam exprompṫum: Mitto, quòd aliqui pro *pau-*
pere egeſtuoſo legunt, *Orbem terræ*, forſan per Apud Theodorus.
antiphraſim; quaſi dirâ egeſtate laborans ſit
mundi inops, & velut orbis terrarum exſors. Ce-
terùm pro τὸ *pauperem*, vt ex Genebrardo notat Genebrard.
inibi noſter Corderius (fides auctorem appellet) Corderius.
Hebræâ voce ſignificatur etiam *exercitus*. An vt
pauperem egeſtate oppreſſum, ab ipſâ egeſtate
tueatur? Heu quot hoſtibus dura neceſſitas ob-
noxia eſt! Opinor, *paupertas* perindè eſt ac *exer-*
citus, qui miſerum ac pauperem validè exar-
mat, expugnat, deuaſtat cognatâ inhumaniùs
hoſtilitate.

Prouerbiorum 30. hæc Salomonis vox audi- 5.
tur: Vanitatem & verba mendacij longè fac à Prouerb. 30.
me: *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi,* v. 8.
tribue tantùm victui meo neceſſaria. Ne fortè....
egeſtate compulſus furer, & periurem nomen *Egeſtas obliuionem æternorum inducit.*
Dei mei. En tria non bona egeſtatis elogia, nem-
pè mendacium, furtum, periurium. Audi ma-
litiæ auctarium ex Bedæ commentario: *Mendi-* Beda.
citatem ne dederis mihi, ne inopiâ tranſeuntium
rerum in obliuionem incidam æternorum. Itaque
egeſtas ſic eſt negotioſè occupata in quærendo
victu, quò vt vt viuere poſſit, vt tota intentiùs
rebus temporalibus attenta, cæleſtium ac æter-
norum obliuionem inducat. Appoſitè ad hanc
Salomonis gnomen Hebræus Philo: *Vir bonus* Philo alibi expenſus.
& paucis egens, in mortis ac naturæ immortalis
confinio quodam eſt. Nam indiget quidèm propter
mortale corpus, ſed non multis propter animum
immortalitatis appetentem. De quo alibi vberrim
olim agebamus.

Regius Propheta ſic Pſalmo 24. occinit: Re- 6.
ſpice in me, & miſerere mei; quia vnicus & Pſ. 24. v. 17.
pauper ſum ego. *Tribulationes cordis mei multi-*
plicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Pro τὸ
multiplicatæ, in Pſalterio Romano habetur, *Di-* Pſalt. Rom.
latatæ ſunt, dilatantur enim cùm deſinunt eſſe
anguſtiæ & tribulationes. Quare S. Hieronymus S. Hieron.
ex Hebræo vertit: *Tribulationes cor meum ſur-* Hebræus.
ſum ferri fecerunt. Extollunt nimirùm tribula-
tiones, dum deprimere nos videntur. Verùm
enimverò *tribulationes* hîc propriè accipi opi- *Tribulatio ſurſùm eleuat cor.*
nor, & quidèm acriores & acerbiores; ſiqui-
dèm *neceſſitates* eas appellat, à quibus liberari
Propheta ſatagit. Audiendi ſunt Græci Patres, Græci Patr.
qui in Commentario ſic locum elucidant: *Tri-*
bulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſi-
tatibus meis erue me. Exhauſtus, inquit, ſum
tribulationibus, parce igitur mihi propter multi-
tudinem moleſtiarum. Vel Neceſſitates vocat hu- *Neceſſitati parcendum eſt. quo ſenſu?*
ius vitæ aduerſitates ac calamitates; tribulationes
verò cordis fuerint aduerſa cogitationes pertur-
bantes.

Digitized by Google

bantes. Itaque quò plus exaggeret tribulationum,aduerſitatum, ac calamitatum acerbiorem moleſtiam, eas vocat *Neceſſitates*,à quibus erui hiantiùs expetit,& propter multitudinem moleſtiarum, quas patitur *neceſſitatis* malo,veniam rogat; & vt ei parcat, ſupplicat; quaſi tribulatio quæ à *neceſſitate* eſt, adeò ſit ad delinquendum procliuis,vt ab ea veniam petat, tamquam delictis imbuta, aut malitiæ confinis. *Parce* inquit, *mihi propter multitudinem moleſtiarum.* id eſt, *de neceſſitatibus meis erue me.* Heu! ſic tribulationes & calamitates, quæ *neceſſitati* annexæ ſūt ſunt delictis cognatæ, vt ab eis veniã petat dum liberationem expetit? O quàm humanæ imbecillitati arduum eſt in dira egeſtate innoxium eſſe! Quare ſuprà num.3. ex Auguſtino reſcripſimus: *Neceſſitatem vocat malitiam.* Sic eſt, ſæpè dira neceſſitas malitiæ confinis!

S.Auguſt.

---

§. CCIX.

Acerba reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò, atque ex amore nata, hominem reprehenſum reſtituit, ac redintegrat.

1 SÆpè quis immeritò merentem reprehendit. Heu quoties plus remediis, quàm vitiis laboramus! Sicut vetera carcinomata contactu ſæuiunt magis,ſic dum vitia reprehenſione importuna tanguntur,perniciosè recrudeſcunt. Sine aliquandò noxium, tamquam innoxium ſe haberi reputet,& ſic à vitij langore apud ſe tacitus conualeſcat. *Meliorem illum facies ferendo, vtique peiorem exprobrando. Non eſt quòd frontem eius indures: ſine, ſiquid eſt pudoris reſidui, ſeruet. Sæpè dubiam verecundiam vox conuiciantis clarior rupit. Nemo id eſſe quod etiam videtur, timet: deprehenſus pudor amittitur.* Reprehenſio vnum ex his remediis eſt, quæ interdùm nocent ſpecie medendi. Quiſquis ſubiectorum emendationem ambit, non ſemel obiurgationem diſſimulat, ne in emendationis officina effrontem ac pertuicacem excudat.

Seneca l.7. de Benef.

Sæpè dubiam verecundiã inſulta reprehenſio rūpit.

2 Matthæi 26. cùm Ieſus eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi,& effudit ſuper caput ipſius recumbentis. *Videntes autem Diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc? potuit enim iſtud venumdari multò,& dari pauperibus.* Sciens autem Ieſus,ait illis: *Quid moleſti eſtis huic mulieri?* (Arabicus, *quid reprehenditis mulierem*) *opus enim bonum operata eſt in me,*&c. Conſiderare hic oportet cum Chryſoſtomo, quomodò iam ſublimes animo, & ad eleemoſynam proniores erant Diſcipuli, cùm largitatem in eleemoſynas non impenſam,ſeueriùs reprehendant. Non tamen debebat pro tanto mulier ſtudio reprehendi: quare Magiſter Diſcipulos futuros orbis magiſtros increpat, irreuocabile factum acerbiùs increpantes. *Quid reprehenditis mulierem? Profectò non erat tempus tunc factum mulieris corripiendi,ſed commendandi dumtaxat, atque approbandi. Et quemadmodum ſiquis ipſum* Ieſum *antequam mulier hoc feciſſet interrogaſſet,non admiſiſſet; ſic poſtquam fecit illud,vnum ſolummodò reſpicit,ne increpatione Diſcipulorum ancipiti animo turbetur,ſed hortatu ſuo maiore animo ſuſcepto promptior & melior euadat. Non enim erat amplius increpatio poſt effuſionem olei opportuna.* Nota verba quæ attexit Chryſoſtomus, vt adſtruat quàm opportunè Chriſtus Dominus increparet Diſcipulos, mulieris factum importunè increpantes: *Nam ipſe* Ieſus *ne mulieris promptitudinē extingueret, iſtud fecit, & quæcumque dicit, ad ipſius conſolationem dicit.* Profectò Diſcipuli prætendebant maius, vt putabant, eleemoſynæ bonum; ſed indè imbonum non erat pretioſo vnguento Chriſtum inungere, etſi aliquò pauperum diſpendio: ergò dum excuſando delicto, aut operi colorando rimula patet, reprehendendum non eſt, tametſi non foret ſuadendum, ne acrior, aut importunior reprehenſio, opinatū defectum non emendet, ſed ſtudium virtutis faſcinet, & illius *promptitudinem extinguat.* O malum! virtutis promptitudinem intempeſtiua reprehenſio reſtinguit? Studium pietatis inconſulta increpatio repigrat, hebetat, excutit? O quàm eſt cautè diſpenſanda correptio, ne non tam morbis, quàm morborum remediis ægrotemus! Itaque conſultiſſimè hic Chriſtus Deus Diſcipulos, quos Eccleſiæ Antiſtites inaugurabit, de inidonea reprehenſione reprehendit, ne importuna obiurgatione, pietatis ſtudium, & virtutis *promptitudinem extinguant.* Ad conſultioris ergò prudentiæ normam adaptanda eſt reprehenſio, ne noceat ſpecie medendi. Exindè hic Chriſtus Deus laudibus *conſolatur*, quam Diſcipuli obiurgatione *turbauerant.* Sic etiam nunc Booz inopinatum Ruthæ factum, quod multi tamquam lenocinij ſuſpectum reprehendunt, eximiè dilaudat & miris laudibus extollit.

Matth.26. v.9.& 10.

Arabicus.

S.Chryſoſt. hom. 81. in Matth.

Inidonea reprehenſio, virtutis promptitudinē extinguit.

Hic verſ. 10.

Ioannis 16. his verbis Diſcipulos Chriſtus Deus alloquitur: Ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: ſi enim non abiero, 3
Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. *Et cùm venerit ille* (Spiritus ſanctus, Paraclitus inquam) *arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.* Mundum, id eſt, mundanos omnes Spiritus ſanctus *arguet* hoc eſt, increpabit, obiurgabit, redarguet, vt palam pateat ipſos eſſe ſceleris conuictos, eſto id ipſi infidelitate ſua obſtinati, fateri renuant. Ita Interpretum Proceres. Hinc tamen pulchra oboritur quæſtio aliàs à nobis ventilata, cccur ipſe Chriſtus Deus, qui eſt Dei verbum, & ſapientia Dei, hoc *arguendi* munus non obit? (proprium enim Sapiētiæ officium eſt arguere) Quare *arguendi* munus in Spiritum-ſanctum reiicit? Amor ne præ Sapientia erit magis ad *arguendum* idoneus? Verùm cùm hic τὸ *arguet*, non ſit mera argumentatio & ratiocinatio, ſed redargutio, obiurgatio, increpatio, ea peridoneè Spiritui-ſancto congruit, & iis, qui de Spiritus-ſancti amore ac lenitate vberiùs participant. Qua de re audiendus eſt Chryſoſtomus in illud ad Galatas 6. *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Idcircò autem monet Chryſoſtomus additum eſſe nomen *ſpiritus*, vt ſignificet Apoſtolus redargutionis lenitatem atque manſuetudinem Spiritui maximè congruam eſſe, maximè placere Spiritui, atque

Ioann 16. v.8.

ad Galat. 6. v.1.

Cur Spiritus ſanctus, ac ſpirituales viri, peccantium redargutioni deſtinantur?

Digitized by Google

atque inter ipſius diuina chariſmata numerari: quare *ſpirituales*, & *ſpiritu lenitatis* inſtructos ad ſalubrem redargutionem deſtinat: *Nam qui diuino Spiritu perfunduntur*, inquit, *acerbos ac rigidos eſſe nequaquam decet: Ipſe namque Spiritus amor eſt, & amantes animos occupat: quis igitur acerbitati in eo poteſt eſſe locus, quem tanta vis amoris obſidet?* Ecce tibi cur *Spirituales*, id eſt, *diuinino Spiritu perfuſos*, & *Spiritu lenitatis* imbutos, ad redargutionem: ſeu delicti increpationem Paullus deſtinat: nam Spiritus ſanctus ex proprio charactere amor eſt, & amantes animos occupat; exindè omnem ſermonis acerbitatem longius arcet, ne reprehenſio Spiritu lenitatis viduata, reprehenſionis fructum acerbitate improſperet, faſcinet, infelicitet; atque acerbitatis acore emendandum ad obſtinationem exaſperet, ac pro correctione pertinaciam ne gignatur. Hinc Spiritus-ſanctus *arguendo* mundo præſcribitur; & ab Apoſtolo viri *Spirituales*, qui lapſos inſtruant *in Spiritu lenitatis*, conſultiſſimè deſtinantur.

S. Chryſ. apud Iuſtin. ibi.

Redeat iterùm ex occaſione perſtrictim expoſitus Paulli locus, ad ſuauitatem correptionis erudiendam, adhuc enucleandus: *Fratres*, inquit *etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Præcipit hic Apoſtolus correptionem fraternam, illiúſque modum ſalubriter præſcribit: omnia autem eius verba lenitatem ſpirant. Sapienter admonet Hieronymus, quòd corripiendus & dicitur *homo*, & in delicto *præoccupatus*, quò & delictum extenuet, & ad benignitatem correptionis alliciat: *Vt ex ipſo nomine* (Homo) *humanæ conditionis imbecillitas oſtendatur, dignúſque venia cenſeatur, qui velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem ſeipſum ſine auxilio & adiutorio erigere non poſſit.* Vtinam ſcelerum correptores, hac mente Paulli ac Hieronymi præſtructi, delinquentes corriperent: ſic enim tam longè fierent ab ira, quam compaſſioni ac benignitati vicinantur. Sic ergò *Spirituales*, id eſt, *diuino Spiritu ſuperfuſi*, dum non tam reprehendunt, quàm *inſtruunt*, feliciter emendant. Scitè inibi Chryſoſtomus dum præſcriptũ locum elucidat, beneuolæ correptionis modum præſcribit: *Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Quoniam*, inquit, *increpationis prætextu vlciſcebantur ſuas cupiditates, videbanturque id facere propter delicta corrigenda, cum re vera ſtuderent ſuam dominandi cupiditatem ſtabilire, ait: Fratres, ſi etiam præuentus fuerit. Non dicit, Si fecerit; ſed, Si præuentus fuerit, hoc eſt, ſi obreptus.* (O quàm eſt neceſſaria hæc corripientium admonitio quæ corripientes corripiat! O, ſciant Concionatores, quòd res eſt diuerſiſſima, obmurmurare & detrahere, ac corrigere & reprehendere. Pergit ad rem Chryſoſtomus: *Vos qui Spirituales eſtis, inſtaurate talem* (Vulgatus, *inſtruite*; alij, *redintegrate*, *reſtituite*) *Non dixit, Punite, aut condemnate; ſed, inſtaurate, hoc eſt, corrigite. Ne hic quidem conſtitit; verùm vt oſtenderet eos vehementer mites eſſe oportere erga eos qui ſupplantentur, ita ſubiicit: In ſpiritu manſuetudinis. Non dixit, In manſuetudine; ſed, In Spiritu manſuetudinis, declarans hoc etiam Spiritu placere.* Itaque hæc correptio, quæ *in Spiritu manſuetudinis* & *lenitatis* fit, & potiùs *inſtructio* dicitur, etſi reipſa reprehenſio ſit, & delictorum obiurgatio, hominis, delinquentis & emendandi *reſtitutio inſtauratio*, aut *redintegratio* cõſultiſſimè nominatur: correptum enim peccatorem ſic *inſtaurat*, vt eum ſibi, ac Deo *reſtituat*: illúmque à commiſſo defectu mutilum, diminutum, ac imperfectũ, perfectè *redintegret*. O! ſic correptio, quæ propter *Spiritum lenitatis*, *inſtructio* nominatur, hominis *redintegratio* dicitur? Sic in blandæ correptionis officina homo *redintegratio*! O quàm multa quã paucis; Procliue eſt cuiquã hanc ſententiã penitiùs enucleare.

4 ad Galat. 6. v. 1.

S Hierony.

In Concionatore aliud eſt detrahere, aliud reprehendere.

S. Chryſoſt.

Tranſlationes variæ.

Reprehenſio ex amore facta, reprehenſum reſtituit, & redintegrat.

Adhuc in præſcripto Paulli loco aliquid ſucci ſupereſt emedullandum ad rem præſentem: *Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Spirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis.* Sanè nimis arctati videtur correptio, quæ tanta cum *lenitate*, facienda ſit, vt *inſtructionis*, potiùs quàm obiurgationis modum præferat. Verùm S. Auguſtinus non valdè curat de verborum lenitate, aut acerbitate, dummodò correptio ab amore procedat; præſertim ſi huiuſmodi amor, & ſincera corripientis beneuolentia, corripiendò benè perſpecta ſit. Sic correptoris amor, correptionis acerbitatem mellit, vt ad emendationem ſapiat! Hinc S. Doctor loco in praxi hunc correptionis modum per vtirem præſcribit: *Numquam* inquit, *alieni peccati obiurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquidò nobis coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere*, ſcilicet ſola dilectique nos moueri ad eum corripiendum, additque audacter æquè ac ſapienter: *Dilige, & dic quod voles: nullo modo male dictum erit, quod ſpeciem maledicti ſonuerit*, &c. O! ſic aculeum reprehenſionis, reprehendentis beneuolentia exarmat? *Dilige & dic quod voles.* Ex ore amantis nihil aſperum, acerbum nihil procedit. Amor verborũ amaritiem in mella conuertit. Sanè reprehendentis amor, energia reprehenſionis eſt, & emendationis vinor. *Dilige, & dic quod voles.*

5 ad Galat. 6. v. 1.

Reprehendis, diligat reprehenſum, & dicat quod velit.

S Auguſtin. apud Corn. bi.

§. CCX.

Pater erga filium reum meritò diſſimulat iudicem, ne vel iuſta ſententia feriat hoſtili gladio.

SAnctus Chryſologus qua ſolet ingenij ac eloquij lima expendit Prodigi adoleſcentis feſtinatum reditum ad parentem: *Surgam*, inquit, *& ibo ad patrem meum: Qua ſpe? illa qua pater Eſt. Ego perdidi quod erat filij; ille, quod patris eſt non amiſit. Apud patrem non intercedit extraneus, ſolus eſt in patris pectore ipſe qui interuenit, & exorat affectus. Vrgemur patris viſcera iterùm filium genitura per veniam.* (Addit ad em luculentiùs) *Ibo ad patrem reus, ſed pater viſo filio cooperit mox reatum, diſſimula Iudicem qui magis vult implere genitorem; & ſententiam citò vertit in veniam, qui redire cupit filium, non perire.* Benè *reus* filius it ad *patrem*, & meliùs tunc pater *diſſimulat Iudicem*; ne etiam dum meritum decernit ſupplicium, ſæuire videatur, non

1 Lucæ 15. v. 18. S. Chryſol. Serm. 2.

Pater erga filium reum, merito diſſimulat iudicem. quæret

non punire. Meritò paternus affectus pœnam vertit in veniam: nam pœnam, quam iudex pater vibrat, etſi alioqui mitis ac blanda, de paterno pectore & ore acerbitatem mutuat, & reum filium nimis dehoneſtat, dum patris etiam ſuffragio damnabilem exhibet.

2\. *2. Reg. 18. v. 5.*

2\. Regum 18. Abſalom impiè ſceleſtiſſimus, profligatis naturæ legibus atrociter rebellat in patrem. Poſt Dauidis fugam flebiliter indecoram, & cunctationem arte mercatam, validæ vtrimque acies ad prælium parantur. Stetit ergò Rex iuxta portam: egrediebatúrque populus per turmas ſuas centeni, & milleni. *Et præcepit Rex Ioab, & Abiſaï, & Ethaï, dicens: Seruate mihi puerum Abſalom. Et omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis principibus pro Abſalom.* Diſponitur properè bellum, phalanges diriguntur, pugna paratur. Indè parricida Abſalom exercitum contra patrem inflammat: hinc Dauid vt parcant filio, abeuntes duces exorat. Indè atrox dementia contra genitorem ardeſcit; hinc clementia, vt parricidæ parcatur, ardentiùs expoſcit. Indè furor impiis ſtragibus æſtuat: hinc repetitam milliès veniam pietas ſudat. Indè atrocitas, hinc miſericordia interpellat. Indè crudelitas, hinc bonitas oſtentatur. Abſalom non læſus inſanit; Dauid læditur, & miteſcit. Debellatur ab impietate pietas, nec mouetur: pietas patris nec gladio vincitur, nec terrore mutatur. Obſtupeſcit Chryſoſtomus, cum quo ſimul ſtupet Interpretum chorus, dum ad offenſam patris lenitatem aduertit in tantâ filij inſolentiâ. Audienda eſt huius rei expenſio Chryſoſtomi ingenio digniſſima: *Seruate mihi puerum Abſalom,* &c. *Dauid*, inquit, *humilis ac mitis cedit domo, perſequentem fugit, declinat hoſtem. Relinquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctum afferret, aut peremptio eius reum filium exhiberet.* Nota hæc poſtrema verba plena acuminis, ingenij plena. Dauid *relinquit affectus, ne peremptio eius reum filium exhiberet.* Scilicet tametſi Abſalomi ſcelus tam notum erat, quàm quod notiſſimum; licèt tantam filij impietatem omnium ora dignè vellicabant, & maledictis proſcindebant; etſi nec leuis rimula excuſando parricidio ex aliquâ parte hiaret at paterno cenſu, ac patris iudicio, parricidij reatus hactenùs damnatus non erat. Ergò Dauid, pater & rex vindicem ſiſtit affectum, *ne peremptio eius reum filium exhiberet.* Porrò patris damnatio, tametſi iuſta & ſceleri æqualis, vltra modum ſuperat æquitatem; nam patris damnatio, ſceleris exaggeratio eſt, & damnatæ malitiæ hyperbole. Fœdum enim ineluctabiliter ſtigma inuritur ſceleri, quod pater condemnat, & patris ſuffragio damnatur. Bonus pater qui *diſſimulat iudicem*, ne dum reum filium dignè damnat, nimis damnet, patris ſuffragio parricidium vltra modum exaggerante.

Dauid parcit Abſalomi, ne eius peremptio reum filium oſtendat.

S. Chryſ. homil. de Abſalom, &c.

3\. *1. Reg. 2. v. 13. & 14.*

1\. Regum 2. Filij Heli Pontificis, filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium ſacerdotum, impiâ libidine ſalaces, auarâ furacitate rapaces. Erat ergò peccatum eorum grande nimis coram Domino. Heli autem pater vt audiuit omnia quæ faciebāt filij ſui vniuerſo Iſraëli, dixit eis: *Quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio.* Hanc Pontificis reprehenſionem reprehendens *P. Didac. Celada in Ruth.* Petr. Damianus Opuſculo 17. cap. 2. ſic ad rem philoſophatur: *Nolite filij mei, &c. Porrò quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit: & quos hoſtili ferire gladio debuit, paternæ blanditiæ lenitate palpauit.* Expende hanc poſteriorem ſententiam tempeſtiuè opportunam (priorem enim aliàs expendebamus) Sanè filiorum reprehenſio fuit pacata nimis: debuit enim non blandâ patris beneuolentiâ; ſed auctoritate Pontificis, & Iudicis ſeueritate filios acriùs reprehendere, & acerbiùs caſtigare. Ita quidèm in tantâ ſcelerum inſolentiâ Iudicem potiùs quàm patrem agere debuit, iudicem inquam, ſed non *hoſtem:* ergò iudiciali diſtrictè gladio filios debuit mulctare, non *hoſtili ferire gladio debuit.* Porrò æquitatis limites tranſilit, & iniuſtitiæ reus fit iudex, qui ſontes non tam iudiciali, quàm *hoſtili gladio ferit.* Quid iudiciariæ æquitati cum hoſtilitetis rigore? Quandò iudex in adminiſtrandâ ritè iuſtitiâ, *hoſtiliter ferire* debet? Verùm enimuero iuſta ſententia, quæ vltra æquitatis limites non exorbitat, ſi à patre in filios vibretur, ſic reos filios dehoneſtat, ſic fœdum inurit ſtigma, vt velut confinis hoſtilitati dicatur. *Quos hoſtili ferire gladio debuit.* Profectò iuſta ſententia, & ritè flagitio æqualis, quę ab extraneo iudice pronunciata, iuſtitiæ meretur nomen, ſi à iudice patre pronuncietur, *hoſtilitati* confinis putatur. Quis appellationi, excuſationi, aut defenſioni locus relinquitur ei, qui patris ſuffragio damnatur? Vndè pater, iudex qui iuſtam etiam contra filios ſententiam pronunciat, hâc de cauſsâ eos quodammodò *hoſtili ferire gladio* perhibetur. Quid exaggeratius?

Petr. Dam.

Pater iuſtè damnans filios, eos hoſtili gladio ferire dicitur.

4\. *Ad Rom. 8. v. 32.*

Ad Romanos 8. cap. ita ſcribit Apoſtolus: Quid ergò dicemus ad hæc? &c. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Viuida hæc eſt Dominicæ paſſionis exaggeratio, quòd Deus Pater Filio Deo non pepercerit. Porrò emphaſim habet, quòd ait *proprio filio*, id eſt ei filio quem non habet cum aliis communem (vt ſcitè inibi Eſtius expendit,) quos vel adoptione, vel temporali quâ piâ dignatione filios ſuos appellat in Scripturis: ſed quem *proprium* habet ac naturalem, & verum, vt Ioannes loquitur cap. 5. *Non ſolùm*, inquit, *ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum* (Græce ἴδιον propriū) *dicebat Deum.* Dicitur autem Pater Deus proprio Filio ſuo non pepercisſe, non quòd in eo puniendum aliquid eſſet ex proprio filij reatu, abſit: ſed quatenùs eum licèt filium, & innocentiſſimum, pro noſtris flagitiis ſoluendis in paſſionem peracerbam, ac mortem pœnaliſſimam Pater Deus ſeuerè tradidit. Quod ſic eleganter ad rem ibidèm Oecumenius ediſſerit: *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit. Cum tanta,* inquit, *paſſus ſit, nihil tamen paternæ gloriæ, aut diuinitatis ipſi detractum eſt.* Nempè in ſuâ acerbè probroſiſſimâ paſſione, Chriſti facies ſputis ſaliuatur, ridiculariè illuditur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur. Tandèm inter inſigniter ſontes, tamquam ſceleratorum famoſiſſimus, moritur patibulatus: quæ eſt ſumma cruciamentorum, ac contumeliarum pœnaliſſima. Neque tamen hæc tam paſſus fuit ab Apoſtolo proditore, ab inuidâ Scribarum ac Pontificum rabie, à Pilati iudicis tumultuariâ iniuſtè ſententiâ; quam quia *Pater proprius proprio Filio ſuo non pepercit.* Et cùm nec

Eſtius.

Ioann. 5. v. 18. Græcus.

Oecumen.

Etſi proprio Filio Deus Pater non pepercit, nil tamen illi detractum eſt.

 à Patre

Digitized by Google

à Patre parcitum illi non ſit, *nihil tamen paternæ gloriæ aut diuinitatis ipſi detractum eſt.* Res ſanè miriſſima, quòd Filio, cui proprius Pater non pepercit, ſed huic pœnaliſſimæ paſſioni tradiderit, *nihil gloriæ aut diuinitatis detractum ſit:* & non modo innocens, impollutus, immaculatus, & ſegregatus à peccatoribus; ſed etiam paternæ gloriæ, & eiuſdem ſummæ diuinitatis conſors adhuc putetur, cui nec ipſe Pater pepercit. Pater Deus non diſſimulat iudicem, ſed pro noſtris ſceleribus tamquam reum deſtinat, nec illi *parcit* etſi *proprio Filio ſuo*; & quòd indè nihil gloriæ illi detractum ſit, id Paullus publicat, id buccinat Oecumenius, id politica hominum œconomia ſtupet. Tanta enim eſt Filij Dei gloria, vt licèt ei parcitum non ſit à Patre Deo, adhuc tamen nihil illi detractum ſit.

5. Lucæ 15. prodigus ille adoleſcens peregrè profectus eſt, & in regionem longinquam fugit, ſed accuſatores ſuos, ſed teſtes ſuos non refugit. Tandem ad ſe reuerſus, redit ad patrem, dixítque ei: *Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.* O bonam bonæ pœnitentiæ notam! Se coram patre iudice reum ſiſtit, & ſua ſingulatim ſcelera vocali ſilentio fatetur. Et ſanè myſterio non vacat, quòd dum eum appellat patrem, à ſe filiationis, nomenclaturam excutiat. Pulchrè Chryſologus: *Pater peccaui..... iam non ſum dignus vocari filius tuus. Non dicit: Non ſum dignus eſſe filius tuus, ſed non ſum dignus vocari filius tuus: quia vocari ad gratiam pertinet, eſſe ad naturam.* Nimirùm adeò altè affectus erat ad anteactæ vitæ deteſtationem acerbo pœnitentiæ inſtinctu, vt reus vltrò factus, debitas ſcelerum pœnas votiuè expoſcens, ab eo quem vocat patrem, & ſcit ſimul eſſe iudicem; filij nomen arceat tamquam gratioris veniæ ſuſpectum, & velut mercenarium & alienum tractari expetat. Idcircò non dicit: Non ſum filius tuus; ſed non ſum dignus vocari filius tuus: *quia vocari ad gratiam pertinet, eſſe ad naturam.* Gratiam remouet, quam Pater exhibere ſolitat filio, vt tractetur quaſi extraneus, qui tamquam extraneus deliquit. Aſt qui filij naturam excuſſiſſe non potuit, gratiam à patre auertere non eualuit. Ibo, aiebat, ad patrem reus: ſed pater reo filio viſo diſſimulat iudicem, vt vocabulum patris, de feſtinatâ veniâ meliùs adimpleat, ne punitione reum filium exhiberet, & filij damnatio, quæ cœpit in iuſto iudice, conſummetur in hoſte, vt nuper ex Petro Damiano notabamus. Sic cognatio cognato ore damnata, ſibi contumelioſa eſt! Exindè Boozus Propinquus Ruthæ, cuius in votis erat connubium, tam longè abfuit vt audax ſecum concumbendi facinus vituperaret (quod olim & nunc fecere plures,) quòd illud benedico ore laudarit. Abſit à viro bono non bonus Suorum cenſus.

Lucæ 15. v. 21.

S. Chryſol. Serm. 2.

Filius prodigus coram patre reus, patris ne gratiam refutat? quare?

Hic verſ. 10.

---

§. CCXI.

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus.

1. Euripides.

BEllè pariter ac verè Euripides: *Cùm multa in terra marique fera ſint, omnium maxima mulier fera eſt*; præſertim ſi pulchra ſit. Rara verecundiæ cum emendatiori formâ miſtura eſt: neque venenum quod cum aliorum pernicie fundit, ſine ſuâ continet, dum omnium ſaltem oculis proſtituit formam. Quæ pulchritudinis admirationem prouocare vult, ſciat admirationi amorem coniunctum. Vis pulchram audire, & obuiis ſpectatorum oculis videri? ſimul vis omnium oculis vulnerari, omnes tuis: ipſa venuſtas naufraga, aliorum naufragium diſſimulanter procurat. Tot oculorum lenam dicam caſtam? cùm omnium oculis retegitur, non omnium animis vna mulier vxor facta eſt? aut ego illam credam caſtam, quæ quod in muliere validiſſimè viriles prouocat ignes, omnium ingerit oculis? *Omnes in te ætates periclitantur* (ait Tertullianus:) *indue armaturam pudoris, circunda vallum verecundiæ, murum ſexui tuo ſtrue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos.* O illud nimis verum: Illa eſt pudicè pulchra, quæ neſcit ſe pulchram eſſe, quæ negligit formæ bonum. Nil ſatis tutum eſt, in quod totius populi vota ſuſpirant. Ergò pulchritudine non tam corpus, quàm pudicitia pulchreſcat. Sic erit pulchrè auxiliare periculum.

Mulier maxima fera eſt ſi pulchra ſit.

Tertull. alibi expenſus.

Sapientiæ 4. ſic Sapiens exclamat: *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate,* &c. quaſi nihil ſit præclarius ad elegantiam decoris, & ad nominis firmius immortalitatem, quàm impenſius pudicitiæ ſtudium. Caſtitatis porrò pulchritudo talis eſt ac tanta, vt eam Interpres exclamando indicare voluerit *(O quàm pulchra eſt caſta generatio,)* plenus admiratione, tanquam quodammodò ipſius laudibus imparem ſe cognoſceret. Verùm cùm *pulchra* dicitur *caſta* generatio (ſeu homo omni ætate,) ſollertiùs explorare iuuat, an *pulchritudo* caſtitate pulchreſcat? an *caſtitas* pulchritudine adornetur? Eleganter Nazarius de Conſtantino ita ſcribit: *Nulli matronarum cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit, cùm ſub abſtinentiſſimo Imperatore ſpecies luculenta non incitatrix licentiæ eſſet, ſed pudoris ornatrix.* Ecce tibi bonum pulchritudinis luculenter expoſitum: nempe venuſtas formæ, & gratia pulchritudinis, malè eſt licentiæ incitatrix, & libidinis lenocinium: aſpectabilior autem pulchritudinis laus eſt, quòd ſit feminei *pudoris ornatrix*: nam elegans formæ venuſtas in pulchrâ feminâ, eius caſtitatem, obuia expromptiùs pericula detriumphantem, glorioſiùs adornat: quaſi pulchritudo non tam ſit feminæ, quàm femineæ caſtitatis venuſtas, ornatus, gratia, præluſtri nobilioris pudicitiæ auctario. *O quàm pulchra eſt caſta generatio*: quandoquidèm *ſpecies luculenta non incitatrix licentiæ eſt, ſed pudoris ornatrix.* Exindè nunc pulchella Ruth, gratiarum manibus, & modeſtiæ moribus facta puella, ſub eodem etiam lecti ſtragulo iacens cum Boozo abſtinentiſſimo; eius *forma emendatior, & ſpecies luculenta non incitatrix licentiæ fuit, ſed pudoris ornatrix* Quare miram eius pudicitiam confeſtim. Boozus deprædicat: *Benedicta, inquit, es à Domino filia..... quia non es ſecuta iuuenes ſiue pauperes, ſiue diuites.*

2. Sap. 4. v. 1.

Pulchritudo in Ruthâ non fuit incitatrix licentiæ ſed pudoris ornatrix.

Nazarius in Panegyr.

Hîc verſ. 10.

Matthæi 6. ſic Chriſtus Deus erga ſuos diuinam prouidentiam adſtruit: Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? *Conſiderate lilia agri quomodò creſcunt: non laborant, neque nent. Dico* 3. Matth. 6. v. 28. & 29.

autem

autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloriâ *ſuâ coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.* Græcè *amictus* ſeu *indutus fuit*; Arabicè *veſtitus fuit.* Innuit lilia dum creſcunt & nutriuntur, ſuis inuolucris quaſi veſtibus obuolui. Porrò mira eſt liliorum pulchritudo, fulgor, venuſtas, fragrantia, decor, elegantia, celſitudo, quibus ea Deus condecorauit, de quâ Plinius lib. 21. cap. 5. Quærit Hugo Cardinalis in quo nam excellat liliorum ornatus, floridum Phrygio opere paludamentum Salomonis? *Nec Salomon, inquit, in omni gloriâ ſuâ (alia litterra. In omni regno ſuo) coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis, id eſt, tam pulchrè. Vel quia in Salomone fuerunt veſtes alienæ*; in lilio verò propriæ veſtes, quas natura dedit ei. Salomoni homines miniſtrabant veſtes, iſtis autem Deus. Sic & quod Deus cuique dat; & quod à naturâ ſuâ habet, non aliundè accitum & mutuatum, pulchrius eſt, & venuſtiùs adornat? Verùm diſquirere oportet, quare pulchrior venuſtas liliis adſcribatur? Tempeſtiuè Gloſſa apud Cornelium: *Lilia, ait, ſunt virgines.* Strabus Fuldenſis ibidèm: *Conſiderate lilia agri, id eſt, verè caſtos.* O bellè! *Virgines* enim, ac *verè caſtos*, lilio florum pulcherrimo, apprimè comparat. Oportebat enim vt vel ordinarium caſtitatis ſymbolum, tantâ venuſtatis gratiâ præniteret, vt venuſtior pulchritudo caſtitatem ornaret; in quâ enim re niſi eximiè decorâ potuit caſtitatis tranſparere gratia? *Conſiderate lilia agri, id eſt, verè caſtos: lilia ſunt Virgines.* Non ſimplicem viſionem aduocat ad aſpiciendum; ſed *conſiderationem* expetit, quæ intimiùs quid ſit *lilium* exploret. Homo enim videt quouſque habet oculos; mens autem lilium *conſideratione* medullitùs penetrat; & agnoſcit, quod *lilium* venuſtiore pulchritudine præſtans, *virgines*, ac *verè caſtos* deſignat. Decebat autem *virgines*, & *verè caſtos* venuſtate exaggeratiore adornare: comparatione verò ad Salomonem, lilij decor ſumptuoſiùs exaggeratur. quod his verbis Chryſologus expreſſit: *Lilium Salomonis ſublimat exemplo: quia ipſo Domino teſtante, inter omnes mundi reges Salomon ſingulari gloriâ, ornatu vnico ſpecioſus effulſit: & omnes terræ flores lilium vincit, & precellit in gratiâ. Tantùm diſtat ab vniuerſo germine lilium, quantùm Regem ſpecie, gloriâ cunctos conſtat excellere.* Ecce tibi quanta adornet pulchritudinis gratia vel ſymbolum ipſum caſtitatis, lilium inquam: quò clariùs innoteſcat, quod pulchritudo non eſt libidinis blandimentum, ſed glorioſus caſtitatis ornatus.

Græcus. Arabicus. Plinius. Hugo. *Qui non de ſuo, ſed de alieno ornatur, nõ valde ornatur.* Gloſſa. Cornelius. Strab. Fuld. *Lilium caſtitatis ſymbolum, venuſtiori pulchritudine ornatur.* S. Chryſol. Ser. 164.

4. Danielis 13. Caſtitas Suſannæ adfuit in iudicio, quæ eam defendit & in paradiſo: ibi enim pudori ſuo conſulit, hîc ſaluti: ibi ne macularetur pudicitia, hîc ne innocentia damnaretur. Caſtitas ergò Suſannæ & presbyteros & impudicos conuicit in paradiſo, biſque victrix reos fecit teſtimonij, quos reos fecerat adulterij. Siſtitur in iudicio Suſanna, caſtitatis rea; ideò impudenter adulterij accuſata, quia adulterij damnationem, adulterij recuſatione mercatur. Ergò ſenes illi ſalacitate iuuenes, inueteratâ malitiâ veteratores egregij, Suſannam ad tribunal accerſunt impudicitiæ ream: & venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis. *Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur; erat enim cooperta.* Pulchritudinem abſcondit Suſanna, cùm turpis impudicitiæ accuſata & damnata, caſtitatem ornare non putatur. Amiſſâ enim caſtitatis famâ, vacat pulchritudinis elogium, quia deſiit pudicitiam ornare. Chriſtiana illa femina pudicitiâ nobilis apud Ambroſium, caſtitatem martyrio vindicans, velum, quo tegebatur abiecit, vt martyrium faciens, aſpectabilis pulchritudo caſtitatem illuſtraret: *Illa, inquit, vbi audiuit hanc vocem* (damnationis inquam) *vultum aperuit, ſoli inuelata & intecta martyrio: & volens iniuriæ occurrit, vt ibi martyrij fieret ſacrificium, vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris.* Porrò cùm aſſerens caſtitatem auſpicatur martyrium, faciei velamentum abiicit, vt inuelata & intecta pulchritudo caſtitatem adornet. Parum putauit pudicitiam nobilitare martyrio, niſi eam venuſtate exornaret. Imò pulchram faciem hactenùs velo abſconſam, conſultò reuelat, vt ibi pulchritudine caſtitas exornetur, *vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris.* Nimirùm cùm ante iudices ſiſtitur Suſanna, quaſi impudicitiæ rea, & adulterij geminato teſtimonio conuicta, cùm eſſet pulcherrima, velo abſcondit pulchritudinem, tamquam ſuo egregio munere vacuam, ac ſi ipſum pulchritudinis bonum erubeſcat. At pulchra hæc femina dum martyrio caſtitatem vendicat, faciei velamen vltrò abiicit, vt inuelata & intecta pulchritudo caſtitatem exornet. O illuſtrem illuſtris feminæ pudicitiã, quam martyrium aſſerit, & venuſtas adornat, etiam ibi, *vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris.* Alibi notabamus, femineam pulchritudinem oculis obiectam, eſſe libidinum ſtadium, concupiſcentiæ etiam ſuæ palæſtram, & viuidum *tentamentum pudoris.* Perit ipſa; dum pereunt alij in pulchritudinis inuelatæ decore.

Daniel. 13. v. 31. & 32. *Quæ caſtitatem martyrio aſſerit cur velatam pulchritudinem reuelat?* S. Ambroſ. alibi expenſus.

5. Geneſeos 24. Seruus ille Abrahami in Meſopotamiam miſſus, vt cognatas Iſaaco nuptias quæreret, rem totam Deo iuxtà puteum commendat, & felici exitu à beneficentiâ captat augurium eligendæ puellæ ad generoſum Iſaaci connubium. Necdùm intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel *Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro.* Benè eſt, dicatur *decora nimis*, & *pulcherrima*, ad auctarium eximiæ pulchritudinis, quâ florebat Rebecca: at cur geminatur virginitatis elogium, adſimili vocabulo ſuperuacuè iterato? Quare quæ *virgo* nominatur, etiam *incognita viro* dicitur? Addubitat Auguſtinus, an *τὸ virgo nomen ſit ætatis, non integritatis.* Quaſi illa ſimpliciter dicatur *virgo*, quæ per puellarem ætatem non poteſt mente ac corpore non eſſe virgo. Rupertus putat, quòd *τὸ virgo* pudicam corporis integritatem denotat: *incognita viro, id eſt, abſcondita*; quaſi abſconſio in feminis, ſit virginitatis ſynonymum, cum quâdam emphaſi virginitatẽ exaggerante. Heu nimis obuia oculorum ſtupra! Caietanus verò ſuſpicatur, *Virginis nomine habitum innuptarum virginum ſignificari..... Ab integritatẽ carnis, Et vir non cognouit eam.* Proh! ab habitu, virginitatis cenſus, & nomen virginum eſt? ô quot mendacia hæc cautela præcludit! Verùm etſi cenſeã præſcriptis verbis idem bis repeti Hebræâ phraſi; tamen ethico ſacramento non vacat, quòd quoties dicitur *virgo*, toties dos *pulchritudinis* iteratur, quò purior caſtitas de pulchritudinis elo-

Geneſ. 24. v. 16. S. Auguſt. in Locut. Rupertus. Caietanus. *Pulchritudo etſi virtus non ſit, gratiam tamen caſtitatis nõ excludit.*

gio venuſtetur, decoretur, exornetur, quaſi pulchritudo dum caſtitatem adornat ad gratiam, ad caſtæ virtutis conſortium admittatur.
S. Ambroſ. S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 19. refert quempiam priſcâ philoſophiâ nobilem, qui *formoſitatem* inter virtutes numerat: *quæ difficile, ait, loquendo explicari poſſe, & ideò ſatis eſſe intelligi.* Subdit Ambroſius: *Nos certe in pulchritudine corporis locum virtutis non ponimus, gratiam tamen non excludimus.* Nempè tametſi inter virtutes locum non habeat pulchritudo corporis, non tamen ab eâ excludimus *gratiam*, quâ virtutem caſtitatis adornat. Sic pulchritudo caſtitati ſociatur, miſcetur, conuiſceratur, vt dum caſtitatem exornat, eam caſtitas in ſuum colorem trahat ad gratiam: ſiquidem gratior, auctior, ac venuſtior eſt in pulchro corpore pudicitiæ virtus: quia indè inuenit incrementum, vndè eius iactura timeri poterat. *Nos certè in pulchritudine corporis locum virtutis non ponimus, gratiam tamen* virtutis, caſtitatis inquam, *non excludimus.*

§. CCXII.

Dexteram in partem, ſicut hominibus rara, ſic & ſtrenua ſuſpicio eſt, bonitatis anſam citiùs arripiens.

1. Apud Plut. in qq. Plat. HEracliti vox eſt arroganter temeraria: *Indoles hominis Deus eſt?* Hâc perſuaſſionis, aut dubij ſui euulgatione, & inſolentiam hauſit, & mordacitatem expediuit, atque maledicum garriendi ſtudium aſtutè colorauit. Quaſi ipſe ſolus, & Suorum pauculi, à Philoſophiâ homines euaſerint: & indè, ac ſi Dei lingua forent, latrare quoſuis, ac mordere ipſi impunè licuiſſet:
Indoles hominis, cur Deus ab Heraclito putatur? Verùm inuitiata hominis indoles non Dei inſtinctu, temerariis ſuſpicionibus, & detractionibus maledicis ſtudet; ſed de primæuæ præuaricationis contagio ſenſim ad omnes ſerpente, licenter prurit: adeò vt ſiniſtram in partem ſtrenua putetur ſuſpicio. Verùm ferè omnis res duas, vt minimum habet anſas, quarum altera bonum, malum offert altera. Ne ergò aliorum actiones indè capias cenſu tuo prauè veroſimili, vndè fratrem inuiries, culpes, laceres: ſed vndè piè abſoluas, beneuolo æquitatis cenſu, & humanitatis arbitrio. Ad ſiniſtrum rei ſenſum ſic agitur homo non indole Dei numine actâ, ſed cognatæ prauitatis inſtinctu, vt iam magni beneficij loco ſit, temerarias humanæ cenſuræ ſuſpiciones ſiſtere: & indè alter gratitudini obæratus eſt, vndè gratiam nullam, ſed nullam iniuriam accepit.

2. Matth. 16. v. 14. Matthæi 16. venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? *At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis.* Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? *Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus, filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus*
S. Chryſoſt. homil. 55. in Matthæum. *qui in cælis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Tempeſtiuè addubitat Chryſoſtomus hæc verba exponens, eccur alij, qui hoc eodem elogio Chriſtum laudauerunt, confitentes eum eſſe *Chriſtum*, non ſic viciſſim laudati fuerint ab ipſo, nec vllo beatificationis aut dignitatis officio munerati? *Nathanaël, quoque docebat* (ait Ioan. 1. v. 50 Chryſoſtomus:) *Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſraël; nec ſolum beatificatus non eſt, verùm etiam quaſi non multò inferiora quàm oporteat, cogitaret, ſic à Chriſto erat redargutus*, &c. Sanè expenſione ſagaci, & curioſâ admiratione digniſſimum eſt, quam ob rem Petrum nunc glorioſè laudauerit, & gazis cæleſtibus præcelsè munerauerit; Nathanaelem verò ſimili confeſſione conſpicuum, & illaudatum, & immuneratum dimiſerit. Porrò aut vterque glorioſè beatificandus erat, aut neuter, non alteruter tantùm de adſimili cum altero merito eiuſdem confeſſionis commendandus. *Cur ob adſimilem confeſſionem, nō Nathanaël, ſed Petrus beatificatur?* Intermitto nunc Chryſoſtomi ſolutionem, qui aliò rem flectit. Enimverò ex ipſo Euangelicæ narrationis contextu, opportunam huic theſi ethicam ſolutionē emedullare licet. Sanè Nathanaël miraculum vidit, & præluſtrem miraculorum famam de Chriſto audiuit ab iis, quibus eleuare fidem nefas cenſebat, quibus magnus ille Propheta tot retrò ſeculis expectatiſſimus probabatur, Meſſias inquam, ſeu Chriſtus Deus: neque hactenùs Nathanaël audierat famam vulgi, qui in varias de eo ſententias diuiſus erat. Petrus autem vulgi opiniones multas Chriſti dignitati ac maieſtati parùm idoneas, & valdè improbabiles, & dudùm nouerat, & nuper audierat. Eximiè autem laudabile fuit, & in homine meritò beatificandum, quod dum alij variè ſentiunt, nec valdè laudabilem opinionem combiberunt, attentè ſpectatis & exploratis quæ extrinſecùs apparent, neglectis quæ non ita Chriſtum honeſtant, cenſu ſuo humana quæque tranſcendens, ſic ſublimiter ſenſerit de Chriſto. Quare confeſtim de Chriſti ore Petrus audit: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.* quaſi Petrus in hoc cenſu hominis indolem alienæ laudis auaram dediſcens, vltra hominis faſtigium de aliò ſublimiſſimè ſentiat, & ſublimia ſenſa beneloquo ore palàm euulget. Nimirùm de adſimili Chriſti Dei confeſſione, non Nathanaël beatificatur, ſed Petrus; qui nuper opinationes hominum audiens: *Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis*, (negligens etiam prauas Phariſæorum cenſuras) mente propitiâ ſenſit, & benedico ore palàm proclamauit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Quapropter confeſtim audire meruit: *Beatus es Simon Bar-Iona.... Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, &c. ſecùs Nathanaël harum opinationum neſcius.

Regius Vates ſic primum Pſalmum auſpicatur: 3. Pſal. 1. v. 1. *Tranſlationes variæ.* *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.* Pro τὸ *Beatus vir*, in Hebræo eſt, *Beatitudines illius viri ſunt*; alij excribunt, *Benè incedens, feliciter tendens:* Theodotion, *perfectus*; Chaldæus, *bonus:* Scholion, *irreprehenſibilis.* Sed quis eſt hic *bonus* ac *perfectus* vir, qui, quia *irreprehenſibilis* eſt, *Beatus* appellatur illique *beatitudines* dicuntur? Paraphraſis Græcorum Para. Græc. Patrū apud Corder. ibi. Patrum apud noſtrum Balthaſarum Corderium ibi, ſic ad rem hunc locum exponit: *Beatus vir,*

Digitized by Google

vir, qui non abiit in conſilio impiorum, id eſt, qui impiorum commentorum eſt expers. Multa ſanè pauciſſimis Graeci Patres compendiarunt! Nempè non abire in *conſilio impiorum*, eſt hominem eſſe expertem *commentorum*, quæ alienis factis impij homines adhibere ſolitant; & de propriâ interpretatione audacter temerariâ, hominum, cælitum, quin & Dei ipſius facta, improbo notant calculo, & audacioris cenſuræ *commento* ſiniſtrè interpretantur. O non bona impiorum *commenta*, eò pernicioſiora, quò ſub ſpecie rationis, prudentiæ, ac *conſilij*, ſiniſtrum rerum cenſum colorare præſumunt! Quare expertem eſſe *conſilij* impiorum, perindè eſt ac eſſe exortem *commentorum*, quibus aliorum dicta factáue impius interpretari ſolet, ſtrenuè conſilioſâ (vt putant) in malum cenſurâ. Horum autem *commentorum* prauitas adeò hominibus cognata eſt, ſic ſtudioſè aguntur ad malè cenſendum, & temerariè iudicandum, vt qui tanquam bonus rationis aurigator, hanc prauecogitantiam aut maledicentiam peritè ſiſtit, cohibet, frenat, *perfectus*, *beatus*, ac *irreprehenſibilis* reputetur. quaſi *beatitudines* illi abundè ſint, qui in hoc vitium effrenis non impingit. Adeò eſt hominibus volupe prauam malitioſè cenſuram audacter vibrare in alios, & laude etiam digna temerario cenſu culpare! O rem adiaphoram indè auidè capiamus, vndè bonitati anſam offert!

Irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit.

4\. Matthæi 13. Simile (ait Chriſtus Deus) factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & *ſuperſeminauit zizania in medio tritici*, & abiit. Cùm autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc *apparuerunt & zizania.* Accedentes autem ſerui patrisfamiliàs, dixerunt ei: Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vndè ergò habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? *Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.* Probè ſciebat ſedulus hic paterfamilias, inimicum ſuperſeminaſſe zizania, quæ tritico admixta, herbaceo incremento pariter ſuccreſcebant, adeò perſpicuè vt ſerui eius ſuperſeminationis adhuc neſcij, *apparere zizania* oculis peruiderint, & hero etiam palàm adnunciarint. Quid ergò *apparentium* zizaniorum auulſionem vetat, quam forſan præcipere debuiſſet? Sanè præluſtris eſt Paſchaſij interpretatio, qui ad thema præſens præſcripta verba ethicè ſic flectit: *Aliud,* inquit, *eſt de manifeſtis apertiſque criminibus iudicare, alind de his, quæ adhuc quaſi ſub herbâ latent: nam zizania antequam in culmum veniant, dum in herbâ ſunt, tanta ſimilitudo in eis eſt, vt diſcerni vix, aut nunquam poſſit: & ideò Dominus: Sinite, inquit, vſque ad meſſem; quoniam poteſt fieri quod hodie zizania videtur, cras triticum fiat, & quod ad præſens apparet triticum, in futuro vertatur in lolium* (Nota quæ ſubtexit verba) *dum alind protenditur in ſpecie, & alind miniſtratur in flore.* Quaſi dicat: hactenùs non fructus zizaniorum noxij, ſed in eorum herbâ *flores* protenduntur, *flores* tantùm *apparent*; conſidera in eis herbacium virorem, *florum* nitentium gratiam; & metum noxij fructus

Matth. 13. v. 29. & 30

Paſchaſius. lib. 7. in Matthæum.

In aliorum actionibus aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore.

ſuſpende, aut depone: quod enim in zizaniis noxium eſt, nondùm extat. Forſan zizaniorum *flores* in tritici fructus erudientur; & *flores* tritici deſciſcent in lolium, degeneri prouentu ſpem fallente, *dum alind protenditur in ſpecie, alind miniſtratur in flore.* Ergò aliorum actiones adiaphoras, tanquam *flores* reputa, in quibus hactenùs fructus nullus extat; interim frui liceat eorum gratiâ, ſpera optima quæ finalis iudicij *meſſis* tandem propalabit. O quoties externæ aliorum actiones, quæ *apparent* zizania, electiſſimos tritici fructus copioſè ferunt; & quod in herbâ & flore *apparet* triticum ſpebus floridum, & virtutum fertile, in lolium euanidum tandèm degenerat! Iudicium de *flore* floridum ſit, & fructum expectet: nam *aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore.* O benè!

In hoc cap. 3. Rutha de ſocrûs ſuæ Noëmi conſilio, lota & vncta, Boozi lautiùs cœnati ruralem in areâ lectum clam obſeruat, vt debitas legali iure ſibi nuptias expoſcat: & *venit abſconditè, & diſcooperto pallio,* ſtragulo inquam, *à pedibus eius ſe proiecit.* Hoc Ruthæ factum non pauci culpant. Bonus autem Boozus: *Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti; quia non es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites.* Quod enucleans incertus Chryſoſtomus, ita ſcribit: *Mox vt Boozus verbum eius de lege proximitatis audiuit, nihil horum omnium laſciuia imputauit, ſed vniuerſa religioni adſcripſit.* Eſtne hæc Boozi, an virtutis indoles? *Indoles hominis Deus eſt?* Non verò garruli Heracliti, ſed Boozi modeſtiſſimi indoles à Deo acta nunc eſt. Nimis eſt hominibus procliue de alienâ laſciuiâ non benè iudicare, & vel leuiſſima impudicitiæ indicia, notæ laſciuiæ damnare. Boozus autem tametſi aduertit, pulchram & pauperculam Rutham ſub lecti ſtragulo ſibi vltrò adhæreſcere lenocinantibus tenebris, notamenta libidinis adſcribit religioni: & benè ominante inſoliti facti cenſu, religione emit puellæ pudorem, & opinionem virtutis: & vndè alij Rutham libidinis culpant, ipſe tanquam piam, pudicam, ac religioſam deprædicat: & imbonâ relictâ, ſibi oblatam mauult bonitatis anſam arripere. 5.

Hic verſ. 10.

Imperfect. homil. 1. in Matth.

Boozus libidinis indicia adſcribit religioni.

---

§. CCXIII.

Bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia: adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur.

ASterius Amaſeæ Epiſcopus, Orationem in S. Martyrem Phocam his verbis auſpicatur: *Pulchra eſt ac vtilis, honeſta colentibus Sanctorum memoria. Nedùm enim eos, qui virtutis ac pietatis deſiderio tenentur, ſermone erudit, verùm etiam eorum qui rectè vixerunt actiones locupletes magiſtros producit. Doctrina enim quæ ſermone conſiſtit, inferior imbecilliórque reali operis exhibitione, magiſtra exiſtit: ac quantò viſum auditu certiorem dicimus, tantò liquet actionem ſermone potiorem eſſe.* Sanè bonum virtutis exem- 1.

Aſterius.

Quàm ſit efficacius ad ſua delam, bonum exemplum, quàm doctrina.

plum, locuples probitatis Magiſter eſt, qui morum elegantiâ non garrit auribus, ſed oculis facienda loquitur, eò efficaciùs, quò euidentiùs. Tacitè operatrix eloquentia, eſt doctrinæ vigor, & perſuaſionis emphaſis.

2. ad Rom. 7. v. 23. Græcus. S. Chryſoſt. S. Auguſt.

Ad Romanos 7. ſic Paullus de concupiſcentiâ queritur: *Video aliam legem in membris meis repugnantē* (Græcè *rebellantem*) *legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Ait captiuantem me, non voluntatis conſenſione, vt vult Chryſoſtomus; ſed carnis commotione, & ſubſultu concupiſcentiæ, atque pellaciâ voluptatum maleſuadâ, vt mauult Auguſtinus. Itaque libidinis appetitum, ſeu voluptuoſum blandè titillamentum, lex concupiſcentiæ ſeu membrorum, à Paullo nuncupatur. Erítne alia caſtitatis lex quæ huiuſmodi concupiſcentiæ ſubſultûs compeſcat, & temperantiam quodammodò præcipiens, ad caſtitatem potenter alliciat? Intermitto nunc legem naturalem ac diuinam, quæ dum luxum vetant, libidinis malitiam dumtaxat oſtendunt. Eſtne alia caſtitatis lex, quæ huic membrorum legi validè opponatur, & pudicitiæ ſuffragio illam mitiget atque cōpeſcat? Andreas Cretenſis Orat. in Præcurſoris decollationem, apud Biblioth. Combefis, expendens eius virginalem ſemper puritatem, & pro caſtitate martyrium, his elogiis cum commendat: Ioannes Baptiſta eſt, *Fauſta Gabrielis annunciatio, germen defectâ ætate, genitalis flos ſterilis, aliptes orbis terrarum, Solis ſtella, vox Verbi: per ſe auditor Patris, Baptiſta Filij, ac ſpectator Spiritus-ſancti, ſequeſter gratiæ, coronis prophetiæ, præcurſor veritatis, Virginitatis ornator, Caſtitatis Legiſlator, improborum frenum, dux eorum qui probe vitam agunt.* Pulchrè quidèm qui ſic virginitatem puritate vitæ adornauit; qui caſtitatis ſtrenuus vindex, pro eâ mortem oppetiit; & ſanguinem, quem pudicitia purum ſeruauit, pudicitiæ ſtudium largiùs effudit; pulchrè, inquam, qui tot aſpectabilibus exemplis caſtitatē commendauit, tamquam purioris *gratiæ ſequeſter*, appellatur *Virgitatis ornator, caſtitatis legiſlator, & improborum frenum.* Sic enim impreſsè in eius moribus inſculpta eſt meracioris pudicitiæ lex, vt boni exempli promulgatione alios ad puritatem ſic ſollicitet, alliciat, trahat, vt quaſi nouam caſtitatis legem condiderit, oppoſitam concupiſcentiæ legi, nonus *caſtitatis legiſlator* ſententioſè appelletur, ſpectatorum comitatem potentiùs obligans arcano imitationis blandimento. O ſic crebreſcerent omnium virtutum ac ſanctitatum leges, quò minùs humanis legibus, quæ obnixum ad vetita ſæpè negotiantur, homines grauarentur. Hi, hi inquam, *caſtitatis legeſlatores*, concupiſcentiæ legibus opponendi ſunt, vt pudicitiæ lenocinium oculis ebibamus. An non hîc miramur ſub eodem ſtragulo, & tenebris licentiæ ſtupri lenocinantibus, quòd pudica Ruth caſtitatem Boozo allinit; & Boozus Ruthæ pudicitiam affricat, quaſi latâ pudoris lege?

Ioannis Baptiſta congl. bata elogia.

Andr. Cret. Combefis.

Ioannes Baptiſta dicitur, Caſtitatis Legiſlator, de boni exempli blādimento.

Hîc verſ. 10. & 11.

3. Corderius. Pſal. 50. v. 15.

Pſalmo 50. purpuratus Vates ſic pangit: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & *ſpiritu principali confirma me.* Et ſi alij aliter excribant, tamen *τὸ principalis*, vt in Notis obſeruat Corderius, propriè eſt *deductor, qui præit, ordines ducit, auctor omnium conſiliorum, dux & princeps actionum.* Idcircò quaſi iam inſtructus eſſet hoc ſpiritu *principali*, virtutum deductore, auctore conſiliorum omnium, & actionum principe ac duce; cōfeſtim ſubdit: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Quibus verbis hîc ſe Deo gratum fore promittit, ſi exauditus fuerit, & eiuſmodi ſpiritum principalem ſeu deductorem recuperet: & fructū ſuæ gratitudinis commemorat, nempè ſe docturum iniquos Dei legem, & ſollertem daturum operam, vt impij certiſſimè reſipiſcant, ad Deúmque animitùs conuertantur. Non adducar vt credam, quòd Dauid regali ſolio ac ſceptro ſublimis, aſſumat Concionatoris perſonam, & in Hebræorum Synagogis Dei legem edoceat, vt populariter impios ad meliorem vitæ frugem ſeriò conuertat: numquam enim hoc munus didaſcalicum obiſſe legitur, ſeculari purpuræ inidoneum. Quid ergò eſt, quòd in ſignum gratitudinis Deo promittit: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur?* Quæ eſt hæc tam felix morum ſuadela, quæ ore tacito, ſic certò cōuerſionem ad Deum, & morum reformationem perſuadeat? Litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè Genebrardus: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Pollicetur enim,* inquit, *in beneficij agnitionem ſe daturum operam, vt ſuo exemplo alij ad reſipiſcentiam perducantur.* Huiuſmodi autem reſipiſcentiam ſic certò ſpondet de boni exempli ſuadelâ efficaciſſimâ, vt ſpectatorum conuerſionem ad Deum, non veroſimilibus coniecturis præſumat, vti ſolent Concionatores, qui ore tenùs verba Dei buccinant; ſed exactam morum reformationem, de ſui exempli perſuaſione quodammodò prophetet. Porrò Spiritu ſancto afflatus ait: Spiritu *principali*, ſeu morū deductore, & auctore virtutum, confirma me; & confeſtim tempeſtiuè addit: *Docebo* (*exemplo*) *iniquos vias tuas, & impij ad ſe conuertentur.* quaſi Propheta indubiè ſpondeat reſipiſcentiam ac conuerſionem, tamquam certiſſimam boni ſui exempli ſequelam. Quare dum in hoc Pſalmo prophetat, de futuro prædicit conuerſionem, ac ſi bonum exemplum ſuum illam prophetet. Hem! bonum exemplum, non modò perſuaſio, ſed velut prophetia imitationis eſt?

Bonum exemplum velut prophetia imitationis eſt.

Genebr. ibi.

4. 4. Reg. 2. v. 11. & 12.

4. Regum 2. è terris diſceſſum molitur Elias, qui Eliſeum non latuit, Eliſeum, inquam, germanum Eliæ diſcipulum. Magiſtri virtutibus imitatione expreſſum. Cúmque pergerent, & incedentes ſermocinarentur. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque. Et aſcendit Elias per turbinem in cælum. Eliſeus autem videbat.* (Subiicio pulchrum Galfridi commentarium) *Ipſa viſio erat diuiſio, dum ex ipſius ignis lumine perſpicaciùs agnoſcebat quantum ab his quæ humana ſunt, differant quæ diuina.* Et quomodò ipſa Eliſei *viſio*, quâ ipſe exiſtens in terris, Eliam videbat à ſe diſcedentem, & in cælos euntem, vtriuſque adinuicem *diuiſio* eſſe poterat? *Viſióne* eſt *diuiſio?* an abſentia, & loci diſtantia? Verùm Eliſæus ſic magiſtrum ſuum Eliam, virtutum imitatione expreſſerat, de familiari diu contubernio, vt ipſe Elias Eliſeo impreſſus videretur, & alteruter vterque, aut idem ambo; vt *viſio* Eliæ diſcedentis in cælum, *diuiſio* ab Eliſeo in terris remanente, nuncupetur. Imò & cùm curru igneo, & equis igneis rapitur Elias in cælum, *ipſius ignis lumine perſpicaciùs agnoſcens.* Eliſeus aſcendentis in cælum Eliæ diuiniora

Galfr. apud Tilman. ibi.

Cur Eliſæi viſio dicatur, ab Eliâ diuiſio.

uiniora elogia cælo digna, illa rapaci quâdam æmulatione, in ſe exprimere piè exambiebat, illáque Elias diſcipulo ſuo fauentiùs quodāmodò
S. Chryſoſt. afflabat. Adeò vt poſſimus opinari cum Chryſoſtomo (aliàs expenſo) quòd erat *Elias ſurſum, & Elias deorſum.* Sic Eliſeus ſui magiſtri & inſtitutoris Eliæ virtutes, dotes, ſanctitates auidè hauſit, & de boni exempli arcanâ vi, fideliter expreſſit! Pergit indidèm Galfridus explicatiùs agens de Eliſæi imitamento, quo Eliæ
Cæleſtes etiā Eliæ dotes Eliſeus æmulatur. virtutes arripuit: *Benedictus Dominus, qui maiorum præmia, incitamenta fecit eſſe minorum. Sic Eliæ gloriam fecit Eliſeo proficiendi materiam: dum enim in cælum Elias rapitur, Eliſeo duplicatur ſpiritus: ſemper enim gratiam auget diſcipulorum, virtus patefacta magiſtri; & dum vident quæ æmulentur, ampliora incrementa virtutum & deſiderant, & merentur. Ad hoc Eliam Dominus tollere volens in cælum, prouidit vt cum eo pergeret Eliſeus.* Itaque quaſi parum foret, quòd Eliſæus de imitationis illicio, virtutes quas in Eliâ in terris degente viderat, moribus exprimeret, tanto ignis ac lucis apparatu Elias in cælum rapitur, vidente Eliſeo, vt vel cæleſtes dotes, quas tunc in Magiſtro videbat, hiante deſiderio ambiret arripere, & præcoquâ appetentiâ auidiùs haurire. Sic *dum in cælum Elias rapitur, Eliſeo duplicatur ſpiritus,* arcano (vt vt poterat) imitationis ſacramento. *Semper enim gratiam auget diſcipulorum, virtus patefacta magiſtri; & dum vident quæ æmulentur, ampliora incrementa virtutum & deſiderant, & merentur. Ad hoc Eliam Dominus tollere volens in cælum, prouidit vt cum eo pergeret Eliſeus.*

5. Iſaiæ 6. Vidi, inquit, Dominum ſedentem
Iſaiæ 6.v.3. ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. *Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ eius.* Non litigabo nunc cum Expoſitoribus, an huiuſmodi Seraphini fuerint duo tantùm, quattuórve; an plurimi, vt volunt
Arias Mont. Forerius. Arias & Forerius. Nec alternis modulantur glorioſum Deo triſagium, ne defatigarentur; ſed vt alter alteri locum vrbanè cederet, ne alterutro dumtaxat modulante, alter ingloriè perpe-
Clamat Seraphinus alter ad alterum, vt ad ſimile triſagium, alterū cohortetur. tuò ſileret. Quid autem eſt, quòd dum Seraphini glorioſum hoc triſagium Deo canunt, non ſpeciatim Deo, ſed *alter ad alterum* canere perhibentur? An non è maiori Dei gloriâ foret, vt potiùs clamarent Deo, dicentes *Sanctus, ſanctus, ſanctus;* & non *alter ad alterum?* Oppor-
Tilmannus. tunè ad hanc theſim Tilmannus ibidèm, ſic præſcriptum locum moraliter exponit: *Clamare autem debent Seraphim, alter ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth, vt non modò ſe inuicem cohortentur, ſed in ſe inuicem Dominum glorificent.* Nimirùm Seraphini huiuſmodi glorioſius triſagium vni Deo canunt; ſed vt id auguſtiùs Deo deſtinari dicatur, *clamare alter ad alterum* perhibetur, non tam decantatæ laudis diuinæ clamore, quàm tacitâ *cohortationis* voce, quâ dum alter diuinum triſagium Deo buccinat, ſuo exemplo velut *cohortatione* alterum inceſſanter prouocat, & egregiè incitat ad iſtiuſmodi laudes Deo perenniter decantandas. Quare *alter ad alterum* ſic clamat, non modò laudatoriè ore ad Deum clamat; ſed vocali ad Deum clamore, tamquam bono boni operis exemplo, *ſe inuicem cohortantur, & in ſe inuicem Dominum glorificant;* ſicque diuinas laudes glorioſiùs amplificant.

§. CCXIV.

Homo in gratiæ officinâ, per bonam conſuetudinem, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur.

PRauorum affectuum brutam barbariem, vis conſuetudinis edomare, climare, & expolire eualet. Magnum iſtud beneficium naturæ lapſæ, poſſe corrigi, velle deponi; & ſic emēdari in aſſiduę probitatis officinâ, vt natura in naturā aliam recudi videatur. qui eſt aliquis gratiæ faſtus. *Effrenis indoles te impellit? obſtinata tibi non paret?* 1.
Euſeb. de Arte volunt. lib. 4. c. 14. *Proxeneta naturarum conſuetudo eſt.* *licet commutare; mitiorem, & ad guſtum quærere. Proxeneta naturarū conſuetudo eſt.* Ingenium contumax reiici poteſt; mite, & ad nutum obtemperans ſubſtitui. In quo peccauit natura, emendabit mos: quod illa auarè negauit, hic vltrò largitur. Secunda natura, conſuetudo eſt; aut potiùs natura, conſuetudo prima eſt, ita artificialis natura, aut conſuetudo naturalis. Ita aſſiduus mos aut creat, aut refingit indolem, vt aſpectus fefellerit plures, vſque ad infamiam naturæ, naturæ improbitatem putantes probâ conſuetudine expunctam. O, miremur cum Paullino, *Naturam ceſſiſſe viro.* S. Paullin. Hæc miriſſima metamorphoſis *virum* expetit. Non cedit natura effeminatis; ſed maſculo virtutis robori velut obſtinatè flectineſcio, natura cedit, & in gratiæ officinâ quodammodo refingitur.

1. Regum 10. Saül nuper homo agreſtis, patris aſinas quærens, inquæſitum regnum inuenit de ore Samuëlis. Ne autem incertâ fide ambigat, futuri regni ſignum accipit. Venies, inquit, in collem Dei; & cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, ipſoſque prophetantes. Et inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cum eis, *Et mutaberis in virum alium.* Multa multi ſuper hâc Saülis *in virum alium* cōuerſione, & miriſſimâ metamorphoſi, quam Spiritui Domini adſcribit Propheta. Pro- 2. 1. Reg. 10. v.6.
copius ſic locum exponit: *Mutaberis in virum alium; quia agreſtis erat, & tantùm terram colere nouerat, delecto in Regem, regium animum indidit.* Procop. apud Gloſſ. Scilicet cum electione ad obeundum munus congruum animum Saüli Deus indidit. Aliter Eucherius in huius loci Commentario: *Mutaberis in virum alium: ſic aliam cordis affectionem ſignificat, quam conuertendo fecit Deus.* Eucherius. *Homo conſuetudine in alium velut ſubſtantiatur.* Itaque quam Eucherius vocat *affectionum* mutationem, mutationem *animi* Procopius appellauit. Audio tamen quòd Saül *mutatur in virum alium.* Profundè ad rem Piſides poëta Græcus: *Omnes,* inquit, *nos ſubſtantiare tu velis, & filios gignere Deo quouis die.* Piſides. Euſeb. de Arte volun. l. 4. c. 14. Quæ verba hoc pulchro ad rem gloſſemate, pereruditus Auctor commentatur: *Certè in hoc munere, vt ſequar vim & licentiam Græcam, ſic dixerim, ſubſtantiandi, & eſſendiandi, nos filiſicandòs in meliores, intérque familiam Dei, non excludit Piſides conſuetudinem, ſed honorat cum conſortio gratiæ. Itaque non ſolum*

electionem natura adeptus es, ſed veluti effector tui effectus, & architectus & faber tui fabricatus. Partem ſui muneris partitus eſt ſummus ille rerum Artifex: dedit, quod reficeres: non ſolum ingenium, quandò velis, habere; ſed facere. Si natura non pro voto data; datur ſuprà votum ars naturæ. Maior poteſtas eſt eligendi indolem ſæpè, quàm ſemel. Diſplicuit Socrati indoles laſciuiens; aſſiduâ pertinaciter conſuetudine, ſe velut iterùm *ſubſtantians*, commutauit pro modeſtâ. Ardens quoque ac præruptum ingenium Sanctus Ignatius in mite transfudit, humile, placidum, & conuenienter lentum; iudicio ipſo Medicorum variatâ naturâ: conſultiſſimam electionem fecit: maluit indolem Chriſti mitem; & diuturnæ conſuetudinis vi *mutatur in virum alium affectione, animo.* Velis, & poteris. Sic rudem hactenùs naturam conſuetudo elimat, gratia reformat!

S. Ignatij elogium.

3. Gentium Doctor 1. Corinth. 6. ita ad eos ſcribit: Neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Hæc quidèm fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Ieſu-Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Sed attentiùs nota huius ratiocinationis clauſulam: *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Grande hinc oritur inter Commentatores litigium, quo ſenſu dixerit Apoſtolus, *Omnia mihi licent*, quandoquidèm cui omnia licent, nihil illicitum eſſe poteſt. Vndè Theodoretus τὸ *Omnia mihi licent*, interpretatur de peramplâ liberi arbitrij licentiâ; puta *licet*, hoc eſt, in meâ eſt poteſtate libido, rapacitas, gula, ebrietas, auaritia, & cetera quæ Apoſtolus præmiſerat. Hæc inquam, etſi ita *liceant*, & per deprauatæ naturæ inſtinctum ad ea perpetranda homines acriùs extimulentur, non tamen ſaluti animæ vllatenùs *expediunt*. Vide quàm ſit ampla concupiſcentiæ humanæ licentia. Quis tam amplæ licentiæ clauſtra figet, & appetitum licenter effuſum refrenabit? Verùm Cyprianus per nouam ſpiritualiter vitam, hæc deſueſcere fatetur, ſic eleganter ſcribens: *Sed poſtquam*, inquit, *vnde genitalis auxilio ſuperioris aui labe detersâ, in expiatum pectus ac purum, deſuper ſe lumen infudit; poſtquam cælitus ſpiritu hauſto in nouum me hominem natiuitas ſecunda reparauit; mirum in modum protinùs confirmare ſe dubia, patere clauſa, lucere tenebroſa, facultatem dare quod priùs difficile videbatur; geri poſſe, quod impoſſibile putabatur, vt eſſet cognoſcere terrenum fuiſſe, quod priùs carnaliter natum delictis obnoxium viueret; Dei eſſe cœpiſſe, quod iam Spiritus-ſanctus animaret.* Quare Cyprianus velut tacitè adludens ad præſcriptam Paulli ſententiam, *Omnia mihi licent*, nempè licentiâ arbitrij, malè ad vitia omnia inſtigati, ſubdit ad Donatum: *Ceterùm ſi tu innocentiæ, ſi iuſtitiæ viam teneas, ſi illapsâ firmitate veſtigij tui incedas, ſi in Deum viribus totis, ac toto corde ſuſpenſus, hoc ſis tantùm quod eſſe cœpiſti; tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiæ ſpiritualis augetur.* O bellè tempeſtiua clauſula! Scilicet dixerat Paullus adſpectu ad humana vitia, in quæ per naturalem concupiſcentiam inſtigamur, *Omnia mihi licent*; ne autem diuinæ gratiæ efficacia, inferior licentiâ concupiſcentiæ cenſeatur, ait: *Tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratia ſpiritualis augetur.* O bona licentia, quam gratia ſpiritualis auget, ampliat, incrementat! Vitiorum *licentia* ampliſſima videbatur, *Omnia mihi licent*; ſed amplior eſt *licentia* ad bonum, quæ pro gratiæ incremento immeratè creſcit; cui omnia licent, & omnia expediunt. Luculenter de more Cyprianus.

1. Cor. 6. v. 12.

Theodoret.

Viro iam Spirituali poſſibile eſt, quod priùs impoſſibile videbatur,
S. Cyprian. epiſt. 1.

Tantum homini ad licentiam datur, quantū gratia ſpiritualis augetur quare?

Iacobus cap. 1. de Deo loquens, hæc verba ſubdit: *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Pro τὸ *voluntariè*, S. Hieronymus vertit, *volens*; Oecumenius, *deſtinatâ voluntate.* Verùm S Bernardus Serm. 2. ad Fratres, refert ad voluntatem hominis, non Dei. Quaſi dicat: Deus genuit nos reformando voluntatem noſtram, vt illa ex impiâ fiat pia; ex carnali iuſta & ſancta; ex procliui ad voluptabilia, hianter prona ad omnes ſanctitates: *Nunc demùm*, inquit, *voluntaria generatio voluntarium exhibet ſacrificium: iuxtà illud: Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt. Hæc eſt generatio quærentium Dominum. Quærentium, an habentium dicam? Habentium vtique & quærentium; alioqui non poſſent quærere non habentes. Verbo geniti, Verbum habent. Nam Deus erat Verbum.* Pergit idem Bernardus de hâc hominis ad virtutem generatione: *Formatio hominis, ait, inſtitutio eſt moralis: vita eius, amor Dei. Hunc fides concipit, ſpes parturit, charitas format, & viuificat. Amor enim Dei, vel amor Deus Spiritus-ſanctus amori hominis ſe infundens, afficit eum ſibi. Et amans ſemetipſum de homine Deus, ſecum vnum efficit & Spiritum eius, & amorem eius. Amorem ergò Dei in homine ex gratiâ genitum lactat lectio, meditatio paſcit, oratio confortat & illuminat.* Vndè Serm. 16. in Cantica, concludit: *Genuit nos verbo veritatis, non ſtimulo carnalis cupiditatis excuſſit, quemadmodùm genitor carnis meæ.* Quare appoſitè Iacobus ſubdit: *Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Pro τὸ *initium*, Græcè eſt, *primitiæ*; Vatablus, *vt principatum obtineamus inter creaturas eius*; Oecumenius; *vt ſimus primi & honoratiſſimi*; Beda, *vt ſimus ceteris creaturis meliores.* Itaque qui non iam ex *ſtimulo carnalis cupiditatis* naſcuntur, quaſi ſtimulum carnis excuſſerint, nec eo iam ad vitia, ſed de nouâ hâc per gratiam formatione, Deo ac virtuti generantur, *primi & honoratiſſimi ſunt*, & inter Dei creaturas *principatum obtinent:* in illis enim arcana Dei gratia ſic eſt è diuerſo ad bonum actuoſa, vt in eâ Chriſtus Deus tranſluceat. De his enim *primis & honoratiſſimis*, & qui velut deſueſcentes naturam, gratiæ primatum obtinent, altè dixit Tertullianus: *Licuerit & Chriſto commentari diuinitatem propriam* (non qui rupices & adhuc feros homines multitudine tot numinum demerendorum attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa;) *ſed quoniam expolitos, & ipsâ vrbanitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet. Quærite ergò ſi vera eſt iſta diuinitas Chriſti. Si ea eſt, quâ cognitâ ad bonum quis reformetur.* Ecce tibi, ea gratia, qua vetus homo per Chriſtum in nouum hominem *reformatur*, ſic hominem ad veritatem *inoculat*, ſic virtutis indolem ad omnes ſanctitates generosè *reformat*, vt quaſi *commentarius* foret diuinitatis Chriſti, indè *licuerit Chriſto commentari diuinitatem*

4.

Iacobi 1. v. 18.

S. Hier. l. 1. contrà Iouin. Oecum.

Qui Deum quærit, iam illum habet vt quærat.
S. Bernard.

Pſal. 53. v. 8.

Dei amor hominem format?

Græcus. Vatablus. Oecumen. Beda.

Sic per gratiam reformatur homo, vt dicatur commētarius diuinitatis Chriſti.

Tertullian. Apolog. c. 21.

Digitized by Google

talem rem propriam. Scilicet eam prærogatiuam regerit in Chriſtum, qui *genuit nos verbo veritatis, non ſtimulo carnalis cupiditatis excuſſit, quemadmodum genitor carnis meæ, vt ſimus inter creaturas eius principatum tenentes.*

5. Sanè Ruth gente & patriâ Moabitis, de inceſto dudùm prognata, patriis erroribus innutrita, & impudentiori gentis ſuæ licentiâ educata; ad Deum conuerſa, ſic priſtinos diffitetur errores, & mores antiquos deſueſcit, vt diuinæ *inſpirationis* gratiam vel ipſo nomine præferat: Ruth enim idem eſt ac *inſpiratio.* Quin & adſimilis reformationis in reliquis præſagium fuit; quare nomen Ruth *prophetiam* etiam ſignificat. Hæc, hæc inquam, è Moabitide hoc eſt, à ſcelerum & errorum fæce, ſic per gratiam defæcatur, vt ad virtutis mores deformata, ex Boozi ore tot laudes promeruerit cap. 2. verſ. 11. & 12. & in hoc cap. 3. verſ. 10. & 11. Adeò vt ac ſi Ruth fuerit Chriſti commentarius, in quo ipſe tamquam Soboles eius tranſlucebat, ipſam Iſaiæ ore acciuerit, *Emitte,* aiens, *agnum Domine Dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion.*

Auctor in litter. Com. in c. 1. v. 4.

Hic verſ. 10. & 11. Iſaiæ 16. v. 1.

§. CCXV.

Vel ipſæ paſſiones ad vitia præcipites, aduocandæ ſunt tamquam virtuti auxiliares.

1. Contemptus corporis ſui, certa animi libertas eſt, & hominis aſſertio, ne à ſuâ generoſitate ignobiliter deſciſcat. Maior eſt homo, & ad maiora natus, quàm vt mancipium ſit corporis: quod quidèm non aliter aſpiciendum eſt, quàm vinculum humanæ libertati, ingenuitati, ac probitati circundatum. Ne ergò de corporis contagio rationalis homo rationem dediſcat, & pecuinis paſſionibus degener obbruteſcas. Numquam maleſuada caro impellat ad cognata corpori vitia; ſed potiùs hominis ratio cælitùs afflata, agnata corpori ſtudia, ad virtutem erudiat, & rudis diſcipuli aſſiduus magiſter eius diu duritiam edomet, ne per corpus ad animum tranſire vllum virtutis vulnus ſinat. Imò potiùs exſomnis animi ſollertia, alioqui noxias corporis paſſiones, & eiuſdem cognata ſtudia peritè reformet, & ad virtutis partes è diuerſo transferat, vt indè iam virtuti ſtudeat, vndè vitiis inſolentiùs militabat.

Recta hominis ratio, corporis ſtudia ad virtutem reformet.

2. Regius Pſaltes virum bonum, & virtutis auidè ſtudioſum, arbori comparat fructuum feraci: *Et erit,* inquit, *tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non deſluet.* Hunc huius commendatiſſimæ arboris *fructum,* plures è Commentatoribus putant eſſe vitam cæleſtem ac beatam: alij virtutis egregia opera, quibus nunc iuſtus beatitudinem promeretur. Quæ autem ſint huiuſce pulchræ arboris *folia,* varia varij ſentiunt. Euſebius in Catenâ Græcorum Patrum apud Corderium, ſic indidèm ſcribit: *Porrò folia eius cùm diuerſa ſint à ſpirituali fructu ac vitâ, ſunt ea quæ ad humanam vitam ſpectant, quibus etiam perfectus fructus obtegitur & cuſtoditur; & non defluent, quouſque hæc etiam accuratè ſeruabuntur, ideóque in omnibus à Deo in viam bonam dirigetur.* Itaque *fructus* huius arboris ex mente Euſebij, ſunt *bona opera, & ſpiritualis vita,* quæ iuſtum ad beatam æternitatem enutriunt: *folia* autem quibus hic *perfectus fructus obtegitur & cuſtoditur, ſunt ea quæ ad humanam vitam ſpectant.* Nempè quæ à naturâ ſunt hominibus indita ad humanæ vitæ conſeruationem; quod ſtudium facile in vitium degenerans, noxias paſſiones, prauas appetitiones, & effrenes appetentiæ ſubſultus parturit, vouet, inuitiat, pruriente vitiorum ſeminario, quo ira accenditur, gula extimulatur, ſufflammatur libido, ambitio inſoleſcit; & totus homo in varia mundialium rerum ſtudia negotioſè diſtrahitur, & profundè mergitur certo virtutis, & animæ naufragio. Aſt vir bonus, qui hîc *beatus* dicitur, hoc periculosè paſſionali ſtudio eorum, quæ ad temporalem ac *humanam vitam ſpectant,* ſic ſobriè ac peritè vtitur, inuſitato ac pio quodam paſſionum velut abuſu, vt hiſce paſſionibus, quibus alij communiter vitia fouent & enutriunt, ipſe virtutum *perfectum fructum obtegat & cuſtodiat.* O nouos beatæ ſanctitatis cuſtodes! ô quàm ſecurè latet virtus, quam paſſionum tegumentum & ſpecies obtegit & colorat! ô, hæc *folia,* quæ frondeo virore vernant, & virum perfectum obiiciunt reliquis hominibus ſimilem, perfecto virtutum *fructui* ſollicitus oppande! neque vnquam defluent, ne ſanctitatis *cuſtodes* vnquam deſint. Itaque hæc *folia,* ſeu paſſiones, quas vir perfectus ad virtutem erudit, tam longè abſunt, quò in vitium degenerent, vt ſanctitatis *perfectum fructum obtegant, cuſtodiant,* & ad beatam maturitatem feliciter perducant. Euſebio accinit inibi Gennadius, ſic fatus: *Eius qui beatus prædicatur fructus quidèm dici poſſint opera primaria, vt beneficentia, & ſtudium ſapientiæ; folia verò vitales eius motiones: quæ etiam haudquaquam negligendæ ſunt, neque dignæ vt pereant, quòd cum intentione etiam ad Dei gloriam omnia fiant.* Ecce tibi humanas paſſiones diuinæ gloriæ è diuerſo auxiliatrices; & quod vitiis vulgò ſtudet, beneficio peritæ rectionis, Deo militat.

Pſal. 1. v. 3.

Euſeb. apud Catenam Cord.

Humanæ paſſiones ſunt velut folia, quæ perfectũ virtutis fructum obtegant, & cuſtodiant.

Gennadius. ibi.

3. 1. Regum 24. immeritas Saülis iras fugiens Dauid, in deſerto Engaddi cum ſuis latitat. Saül electâ phalange ſtipatus, illum atrociter peruestigat: ſed ingreſſus in ſpeluncam ventris purgandi cauſsâ, in Dauidis ibi abditi poteſtatem venit. Dauid autem & antiquæ hoſtilitatis, & præſentis periculi ſtimulis agitatus, atque vltrice Suorum ſuaſione, naturaliter excanduit ſubitâ irâ rationi inexpugnabili. *Surrexit ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter.* adeò vt hanc iræ licentiam in præcidendâ Regis chlamyde confeſtim caſtigauerit, ſi fortè commotio exceſſerit reuerentiæ limites. Quâ ſuper re ſic eleganter ad rem Chryſoſtomus philoſophatur: *Vides,* inquit, *quantùm ſit ortum boni ex eo quòd initio commotus fuerit Dauid? Niſi enim ad iram commotus fuiſſet, neque philoſophiam hominis cognouiſſemus, ſed plerique quod accidit, ſtupor potiùs fuiſſet viſus, quàm clementia, neque chlamydis partem amputaſſet. Quòd ſi non amputaſſet, non poterat aliis argumentis inimico fidem facere. Nunc verò quoniam & commotus fuit, & amputauit, ſuæ prouidentiæ certiſſimum præbuit argumentum.* O bonus iracundiæ aurigator,

1. Reg. 24. v. 5.

S. Chryſoſt. homil. de Dauid & Saüle.

Iracunda Dauidis cõmotio, illius clementiam oſtendit, & exaggerat.

Digitized by Google

rigatur, & commotionis rector Dauid! Commotionis obſequio demõſtrauit, quòd iſtiuſmodi ſtupendum erga inimicum obſequium, non fuit ſtupor, ſed pietas è diuerſo laudatior; & indè *clementiæ* exaggeratio; quin & *prouidentiæ* certiſſimum argumentum. Debet ergò Dauid ſuæ ad iracundiam commotioni, benignioris pietatis ſtupendam demonſtrationem, pientioris clementiæ exaggeratius elogium, & certiſſimum prouidentiæ argumentum. Ecce tibi humanas paſſiones, & ſubitos aliquandò ſubſultus, virtuti è peruerſo militare, ſi adſit ratio perita affectuum aurigatrix.

4. Thren. 1. v.13. Threnorum 1. ſic lugubris Propheta tragicè plangit: *De excelſo* (Deus) *miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſùm: poſuit me deſolatam, totâ die mœrore confectam.* Alibi ad incutiendum gehennalis pyræ metum, expendebamus atque excitabamus hunc Dei ignem in oſſibus miſſum, ad populi Dei eruditionem: nunc ad rem præſentem elucidare illud. *Conuertit me retrorſùm.* operæ pretium eſt. Quâ ſuper ſic indidem Paſchaſius philoſophatur (S. Paſchaſ.): *Porrò*, inquit, *anima peccatis obnoxia, dum pro ſuis iniquitatibus à Domino nonnunquam corripitur, ad ſe introrsùs rediens, dum ſalubri dolore compungitur, quaſi de excelſo in ſuis oſſibus, ac ſi medullarum cogitationibus, ignem veniſſe non dubitatur, pro quo diuinitùs attracta caſtigatur, & eruditur diſciplinis diuinis.* (Expende diligentiùs quæ ſubtexit verba) *Et quia ſentit retia doctrinarum Dei coràm pedibus expanſa vadit retrorſum abſtinendo ſe ab illicitis, luxum voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lacrymas conuertit; & tantò fortiùs conſtringendo ſeipſam plangit mœrore luctûs confecta, nolens illam præſentis vitæ noxiam recipere conſolationem, quantò ſceleſtiùs per varia deſideria ſe diutiùs conſiderat oberraſſe.* Nota illam ſententiam: *Luxum voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lachrymas conuertit.* Non ait pœnitentiæ lacrymis oblitterare, delere, ac expungere *luxum voluptatum priſtinum*, & lubricas vitiorum *concupiſcentias*; ſed in miriſſimâ pœnitentiæ officinâ, arcanâ quâdam metamorphoſi, ipſum *voluptatum luxum*, ipſáſque *concupiſcentias* ad voluptabile quoduis procliues, *in lachrymas conuertiſſe.* Quaſi homo ex corde ad Deum conuerſus tantâ *voluptate* pœnitentiæ auſteritatibus incubet, vt aliquâ lacrymarum ambitione piâ, pióque velut *luxu* dolendi, atque quâdam virtutis quaſi *concupiſcentiâ*, vitæ priſtinæ emendationem, exactum mandatorum obſequium, & omnes perfectè ſanctitates è diuerſo exambiat & lubrica vitia, & indè nata crimina non ſolùm emendet, ſed virtutem ac lacrymas mirè conuertat: *luxum voluptatum priſtinum, & concupiſcentias in lachymas conuertit.* Scitè quidèm de more Paſchaſius.

Voluptatum luxus, & priſtina concupiſcentia in lacrymas conuertantur.

5. Matth. 5. v.7. Matthæi 5. hanc perfectæ vitæ beatitudinem quarto loco Chriſtus Deus proponit: *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.* Scilicet quaſi parùm foret omnem iuſtitiam abundè implere, illius famem ac ſitim expetit, vt viuidâ appetentiâ ad illam animitùs hient, ſicut inhiatur eſculentis ac poculentis, dum ieiuna fames, & arida ſitis exurunt. S. Leo. S.Leo Magnus Serm. in feſto omnium Sanct. cap. 5. præſcripta Matthæi verba his verbis elucidat: *Nihil hæc eſuritio corporeum, nihil expetit ſitis iſta terrenum; ſed iuſtitiæ bono deſiderat ſaturari, & in omnium occultorum introducta ſecretum, ipſo Domino optat impleri. Felix mens, quæ hunc concupiſcit cibum, & ad talem æſtuat potum; quem vtique non expeteret, ſi nihil de eius ſuauitate guſtaſſet. Audiens autem dicentem ſibi propheticum ſpiritum: Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, accepit quandam ſupernæ dulcedinis portionem, & in amorem caſtiſſimæ voluptatis exarſit. Vt ſpretis omnibus temporalibus, ad edendam bibendámque iuſtitiam toto accenderetur affectu.* Ecce tibi hominis affectus, qui vltrò ad vitia fertur, delicias ſuſpirat, propè ſceleribus confinis, de arcanâ rerum metamorphoſi ad rem virtutis tranſmutatur. Virtutes *concupiſcit*, ad ſanctitates *æſtuat*, & *in amorem caſtiſſimæ voluptatis exarſit*, aliquâ velut concupiſcentiâ aut libidine *caſtæ voluptatis*, quæ in perfectione reperitur. Leoni concinit inibi Chryſoſtomus, ſic fatus: *Non dixit: Beati qui iuſtitiam ſeruant: ſed Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam; vt non vtique mediocriter, ſed cum omni illam cupiditate teneamus. Quia enim hoc eſt auaritiæ proprium, neque ſic cibum deſideramus ac potum, vt poſſidere latiùs, induique pretioſiùs, concupiſcentiam iſtam quæ habendi amore flagrat, in meliora conuerti.* Nimirùm non modò virtutum deſiderium, ſed etiam *cupiditatem*, vult nos habere Chryſoſtomus: quin & ipſam *concupiſcentiam iubet in meliora conuerti*, quò in amorem *caſtiſſimæ voluptatis* æſtuemus. Sic vel ipſi affectus ac paſſiones ad vitia præcipites, & ſceleribus cognatæ, aduocandæ ſunt tamquam virtuti è peruerſo auxiliares? Vide nunc mihi Moabitidem Rutham Idololatriæ moribus impreſſam, in illiſque enutritam, iam *obſtinato animo* verum Iſraëlis Deum ſequitur, auitæ licentiæ *concupiſcentiam in meliora conuertens.* Adeò vt hîc Boozus illius religionis, pudicitiæ, ac opinatiſſimæ virtutis encomiaſtes exiſtat egregius.

Cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis.

S Chry. homil. 15. in Matth.

Ruth. 1. v.18.

Hîc verſ. 10.& 11.

§. CCXVI.

Anteacta vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra.

1. EQuum empturus ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant; hominem inuolutum æſtimas? Mangones quicquid eſt quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Itaque ementibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt, ſiue crus alligatum, ſiue brachiũ aſpiceres; nudari iuberes, & ipſum tibi corpus oſtendi. Vides illum Scythiæ Sarmatiæque regem inſigni capitis decorum, ſi vis illum æſtimare, totúmq; ſcire qualis ſit, faſciam ſolue, multum enim mali ſub illâ latet. Itaque ſi perpendere quemquam voles, nec temerario cenſu æſtimare, veráne an perſonatâ virtute fulgeat, plures quos leuiter ſpectatos contemnis, ſi deſpoliaueris, ac penitiùs inſpexeris, plurimi forſan facies, nec aliter poteris. Leuiculi ingenij-eſt, de leui grauem vibrare cenſuram. Interdùm non licet palam videri bonos vanægloriæ metu. Adnitere, ſi fortè euales, & quem longâ exploratione diu expertus es bonum, malum pro nutu

Seneca epiſt. 81.

Qui examinat quod empturus eſt, vt aequè æſtimet, ac ſoluat pretium: ſic etiã quod iudicas, examines.

Digitized by Google

nutu cenſeas : id vel ma'ignus vix , aut ne vix quidèm poterit. Anteacta vita inculpatè tranſacta, ſic præſentem commendat, vt ægrè illam culpare poſſimus. Diu exploratus viuendi modus, ad virturis aptatus regulam, boni aliorum iudicij ſequeſter eſt, imò arbiter eſt, qui bonum cenſum ac ſenſum liberè cogit. Nos ipſi bona imbonáue aliorum de nobis iudicia ſæpè excudimus. De noſtris plerúmque moribus æſtimamur.

2. Geneſeos 22. In Gerarâ Palæſtinorum metropoli, inquilinus habitat Abrahamus. *Dixítque de Sarâ vxore ſuâ, Soror mea eſt.* Fama pulchræ ſororis Abrahami, totâ vrbe increbreſcit. Miſit ergò Abimelech rex Geraræ,& tulit eã in palatij gynæceum, Statim adeſt Deus imperioſi raptûs ſeuerus vindex,& duris Regi minis acerbè vibratis, intactam Saram reſtitui iubet anxio marito. Quem accerſitum, regiis pro offenſâ muneribus cumulat. *Sara autem dixit : Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, & quocumque perrexeris : memento te deprehenſam.* Nonnulli ex Græcis Patribus hæc verba paucioribus ſtringunt, & ſic totam claudunt ſententiam : *Ea quæ dedi fratri tuo, tua erunt, in honorem vultus tui ; & omnia verè dic.* Vtrámque huius Verſiculi ſententiam ſic exponit Chryſoſtomus : *Quid eſt, in honorem vultus tui : & omnia verè dic? Pro his quæ per ignorantiam attentaui, te quæ es vxor Iuſti, in domum meam introducendo, pro hoc ſolum quia contumeliæ tibi auctor, mille dedi didrachmas, reſarturus ea quæ à me in te ſunt admiſſa.* Mitto nunc, quòd faciei *velamen*, faciem pulchræ feminæ *honorare* dicatur ; quaſi pulchritudinis abſconſio, ſit eius aſpectabilior honos. (de quo aliàs) Pergit Chryſoſtomus, & alteram ſententiæ partem, ſic ad rem luculenter exponit ; *Verùm omnia alia verè dic. Omnes, inquit, à te diſcant, quòd nihil factum eſt à me iniquum, quia intacta exiuiſti de domo meâ. Doce, inquit, virum tuum quòd innocens ſum à peccato : diſcat à te, quòd à me nihil factum ſit. Quare hæc dicit?* Nimirùm pauculis illis diebus quos in palatio commorata fuerat, perſpectos habuit ſanctos atque pudicos Saræ mores, quos diu exploratos iuſtum Abrahamum habuiſſe compererat. Quare tametſi in re pudoris quem occaſio accuſabat, vxoris teſtimonium eſſe ſolitat ſuſpectum apud maritum, & apud hominum vulgus ſiniſtris rumuſculis facile imbutum ; tamen Abimelechus ſuam à ſtuprô innocentiam, & ipſius Saræ adhuc in aulâ pudicitiam credendam, & ſiniſtras inhoneſtatis ſuſpiciones confeſtim excutiendas, conſultiſſimè Saræ permittit. Quaſi dicat : licet vxor pro occaſione ſuſpecta, non ſit locuples ſeruati pudoris teſtis : tamen quod proprium de ſe teſtimonium in re pudicitiæ plerúmque culpare ſolitat ; anteacta Saræ vita, & inculpati hactenùs mores honeſtare præluſtres, nunc defendent,& proculdubiò fidem inuenient. *Omnes à te diſcant, quia intacta exiuiſti de domo meâ. Doce virum tuum quod innocens ſum à peccato : diſcat à te, quòd à me nihil factum ſit.* Tametſi vulgaris maledicentia ſatyras maledicè aduerſus tuam pudicitiam ex hâc occaſione condat ; tua tamen hactenùs vita pudica, innocens, inculpata, apud maritum, & apud omnes, locupletior erit apologia ; apud quos tuum teſtimonium præteritæ vitæ probitate fultum, de ſuſpecto pudore vindicias aget. Quid exaggeratius?

Geneſ. 20. v. 16. Abſconſio, pulchritudinis, pulchritudinis honor dicitur.

S. Chryſoſt. ibi.

Inculpata hactenùs Saræ vita, aulica inhoneſtatis ſuſpiciones excuſſit.

3. Geneſis 26. ortâ fame, Dei iuſſu in Gerarâ vrbe regiâ Abimelechi, Iſaacus habitat. Qui cùm interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſuâ Rebeccâ, patrem ſuum imitatus, reſpondit : *Soror mea eſt.* timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cúmque pertranſiiſſent dies plurimi, & ibidèm moraretur, *perſpiciens Abimelech rex Palæſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebeccâ vxore ſuâ. Et accerſito eo, ait : Perſpicuum eſt quòd vxor tua ſit : cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe?* Profectò Iſaacus ſeriò affirmauerat Rebeccam eſſe *ſororem* ſuam, cùm autem Abimelechus eum videt cum eâ iocantem, illi non credit, ne eum credat ſceleroſi inceſtus reum. Vndè tam piè benigna Abimelechi perſuaſio, qui illum mendacij ſuſpectum, potiùs quàm inceſtuoſæ libidinis reum putare, ſatiùs iudicauit? Maius malum, quod veroſimiliùs apparebat, non putat credibile, & minus malum, ad quod cenſendum *iocus* ille cogere videbatur, nimis benignus interpres, credibilius putat, & apud ſe perſpicuum eſſe cenſet? Abimelechi regis bonæ indoli, ingenio mali minimè ſuſpicaci, an Iſaaci inculpatæ hactenùs vitæ, hæc benignior barbarici Regis cenſura adſcribenda eſt? Super hoc cenſu, Iſaaci, an Abimelechi bonitati potiùs gratulari licebit? Scitè ad litteram & ad mores Abulenſis : *Perſpicuum eſt, quòd vxor tua ſit,* &c. *Quia Abimelech credebat eſſe Iſaac virum bonum, non potuit ſuſpicari, quòd cum ſorore coïret, ſed potiùs eſſet eius vxor, licet ipſe negaſſet.* Nempe ſe ipſum coarctat Abimelechus ſpectatis Iſaaci cum Rebeccâ *iocis*, & quodammodò cogitur iudicare, aut vxorem eſſe, quam publicauit ſororem, aut impudici inceſtûs reum eſſe. Hoc ipſius Iſaaci ſuffragio perſpicuum videbatur. At anteacta Iſaaci vita, & probitatis fama, contra ipſius etiam teſtimonium benè cenſere coegit : *Quia Abimelech credebat eſſe Iſaac virum bonum, non potuit ſuſpicari, quòd cum ſorore* iocaretur, ſed potiùs quòd eius *vxor* foret, quàm eſſe ſororem palàm euulgarat. Animaduerſione digniſſimum eſt ad thema præſens, illud *Non potuit ſuſpicari*, ſuppoſitâ laudabili opinione, quam de Iſaaci probitate animitùs conceperat. Quaſi dicat : Hominis natura ſubtiliùs ingenioſa eſt ad prauè de alienis rebus cenſendum ; adeò vt per leuis occaſiunculæ rimulas, ad grauius iudicandum, patulum inueniat aditum ; nam ſiniſtram in partem ſtrenua ſuſpicio putatur. At vitæ fama, & inculpatæ probitatis opinio, ſic cohibet prauam iudiciorum licentiam, vt vel Abimelechus homo gentilis, barbaricus, agreſtis, de Iſaaco probitatis opinatiſſimæ viro, quantumuis in ſiniſtram ſuſpicionem naturaliter forſan admitteretur, malè *ſuſpicari non potuerit.* Sanè de noſtris moribus benè aut malè cenſemur : vita noſtra bonam aut malam nobis cenſuram excudit. Quid quereris de temerario aliorum cenſu? quiſque alieni de ſe cenſûs plerúmque arbiter eſt. Opportunè Hieronymus : *Non eſt facile malum de perfectâ ætate credendum ; quam vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis.* Quod in Iſaac Patriarchâ id veriſſimum perſpicuè inuenimus.

Geneſ. 26. v. 8. & 9.

Abimelechus dicitur, non potuiſſe malum de Iſaaco ſuſpicari. quare?

Abulenſ. ibi. in Comm.

S. Hieron. in epiſt. ad Ruſt.

Geneſeos 27.

4. Geneſeos 27. Sextiò adſeuerat Iacob coràm patre Iſaaco, ſe eſſe eius fratrem Eſaü, vt eius benedictionem ſic præriperet. Dixitque Iſaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu ſis filius meus Eſaü, an non. Acceſſit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Iſaac: Vox quidèm, vox Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſaü. *Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant.* Hinc apparet, quàm idoneè Rebecca, & quàm accommodatè ad decipiendum ſenem Iſaac, adornauerit filium ſuum Iacob, vt piloſitatem Eſaü, per hœdorum pelliculas manibus eius appoſitas, repræſentaret. Verùm ſimul etiam intelligitur, fuiſſe Iſaacum non leuiter animo dubio & ambiguo, num qui ſecum loquebatur eſſet Eſaü, an Iacob: tum ob vocem eius quæ non Eſaü, ſed Iacob videbatur: tum ob nimis feſtinatum ex venatione reditum: videbatur enim incredibile, potuiſſe tam breui tempore Eſaü in agros & ſiluas ire, & inibi venando animalia capere, & domum redire, & tam benè coctum ac conditum ipſi afferre. Non tracto nunc cur Deus ſit paſſus decipi Iſaacum circa benedictionem Iacobi; ſed quo pacto ſic facilè ambiguitatem Iſaacus depoſuit, & adductus eſt vt certò putaret, non fuiſſe Iacobum, ſed Eſaü, quem diu cognita vox Iacobum demonſtrabat, & feſtinata venatio negabat Eſaü? Noſter Benedictus Pererius inibi Diſp. 6. hanc quæſtionem eruditè verſat, & ad piloſitatem manuum addit ad rem præſentem opportunè: *Iſaac*, inquit, *benè nouerat ingenium & animum filij ſui Iacob: ſciebat enim ſimplicem eſſe, ac ſincerum, & ab omni fallendi artificio alieniſſimum: quare nihil tale ſibi ab eo metuebat, quale factum ab eo eſt.* Scilicet Iacob *homo ſimplex*, id eſt, ſine fuco, & fallaciis, & neſcius decipiendi habebatur. Quis putaretur dolus, hominis hactenùs ſine dolo? quis cenſeatur dolus ſimplicis? quæ fictio nunquam fallentis, niſi anteactæ vitæ quoad credibilitatem, ſacramentum? Itaque perurgebat ad fallaciæ ſuſpicionem, Iacobææ vocis euidentia, aurium teſtimonio irrefragabilis; feſtinatior è ſiluis aduentus, hœdi tenelli ſapor, coctio conditè præpropera: ſed Iacobi hactenùs ſimplicitas, & candidum ingenium, omnem fraudis ſuſpicionem excuſſit, & aduerſus ſenſuum euidentiam diffitebatur fallaciam. Vel manifeſta ſenſuum atteſtatio, mendacij ſuſpecta eſt in humano rerum cenſu, ne quis à retroactâ vitâ, & cognatis diu moribus degenerare putetur. *Iſaac benè nouerat ingenium & animum filij ſui Iacob: ſciebat enim ſimplicem eſſe, ac ſincerum, & ab omni fallendi artificio alieniſſimum: quare nihil tale ab illo ſibi metuebat, quale factum ab eo eſt.* Sic eſt anteacta vita iudiciorum arbitra!

Geneſ. 27. v.23.

Ex cognatâ Iacobi ſimplicitate Iſaacus deceptus eſt.

Pererius.

5. Vndè in hoc cap. 3. verſ. 10. & 11. cùm comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iiſſétque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit Ruth abſconditè, & diſcooperto pallio, à pedibus eius ſe proiecit. Et ecce nocte iam mediâ expauit homo, viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos, & ait: Quæ es? Illáque reſpondit: Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum ſuper ancillam tuam, quia propinquus es. (Vide autem hominis cenſuram de vltroneo Ruthæ accubitu) *Et ille: Benedicta*, inquit, *es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes pauperes, ſiue diuites. Noli ergò metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Ecce penes anteactam viram Ruthæ, arbitrium cenſuræ fuit. Veteri prouerbio Hiſpanè dicimus: *Cobra buena fama, y hechate adormir.*

Cur Boozus nil inhoneſtum de Ruthâ cenſuerit.

Hic verſ. 10. & 11.

---

§. CCXVII.

Vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. quare?

PVlchrè Saluianus bona opera *teſtes fidei* appellat (etſi Hæreticorum ilia rumpantur) *quia Chriſtianus niſi opera fecerit, fidem ſuam penitùs probare non poſſit..... Quia ſine operibus bonis nihil ſibi per fidei ſupercilium vſurpare debet.* Chriſtiani nominis increſcit nauſea, cùm Chriſtianus bonis operibus vacuus, per faſtuoſum *fidei ſupercilium*, aliis arroganter inſultat, & operum præmia *vſurpare* fruſtrà præſumit. Fides, quæ actuoſo operis boni ſuffragio non facit ſibi fidem, inani nominis priuilegio egregiè ludit. Fides bonorum operum illex eſt, fomes, radix, & fundamentum: & rurſùm bona opera fidem altè fundant. Sic bona opera cum fide, obſequij vices reciprocant! 1.

Saluian. l.4. de Gub.Dei.

Bona opera ſunt fidei teſtes.

Regius Propheta Pſal. 1. ſic occinit: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non deſluet.* Myſticos ſenſus aucupatur Chryſoſtomus in Catenâ Græcorum Patrum, aiens, quòd *huius ligni rami ſunt Apoſtoli; fructus ij qui ſaluantur, folia ſermones, radix baptiſma.* Sanè cùm ſub ligni metaphorâ loquatur Dauid, quid arcani ſenſûs lateat ſub hoc metaphorico allegoriæ nubilo, Commentatores ſagaciùs peruestigant. Eleganter Theodoretus ſic inibi ad rem ſcribit: *Fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non deſluet. Fructus autem ligni eſt recta fides, & folia ſunt mandatorum obſeruatio.* Parùm eſt, quòd *folia* altè proceram, & latè comatam arborem, arboríſque *fructum* frondeo virore numeroſè pendulo, vndequaque adornent, pulchro oculis & auribus ſpectaculo tremularum frondium plurifariàm gratè adulantium, niſi etiam arboris *folia* ad fructuum tutamen & cuſtodiam quoquouersùs oppandantur. Hinc, opinor, taxare licet opulentè glorioſum fidei pretium, cui exactior omnium *mandatorum obſeruatio*, obſequium præſtat, ſeruitium exhibet, & tutamentum offert. *Folia* enim *fructum* adornant, protegunt, clypeant, & tanquam ſatellitium pulchrè armatum, temporum iniurias exarmant: nam in *foliorum* aſylo ſecurus eſt *fructus*. Generoſus hic eſt fidei cenſus. Porrò perſpicuum eſt, quanto in pretio ſit exacta omnium *mandatorum obſeruatio*, quæ cenſetur charitatis ſequela, ſtipendium charitatis, & velut illius ſynonymum (*ſiquis diligit me, mandatum meum ſeruabit*) O qualis quantúſque eſt huius arboris *fructus*, fides inquam, cui actuosè expromptior omnium *mandatorum obſeruatio*, ſollicitè ancillatur,

2. Pſal. 1. v.4.

S. Chryſoſt. in Catenâ allegandâ.

Prophetica arboris radix eſt baptiſma.

Theodoret. ibi apud Caten. Corder.

Obedientia mandatorũ, fidei ſeruit.

Prophetica arboris fructus, eſt fides: folia verò, mandatorum obſeruatio.

Ioann. 14. v. 23.

latur, & alacri incunctanter obſequio, pro ſecurâ fidei cuſtodiâ ſeſe obuiis periculis tamquam ſcutum offert. Heu emortuus marcet fructus, foliorum protectione nudatus!

5. Iſaiæ 28. durus Vates duras prædicit populi ſtrages: Sicut in monte diuiſionum, inquit, ſtabit Dominus: ſicut in valle, quæ eſt in Gabaon, iraſcetur: vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum opus eius ab eo. Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum. Quid nam ſic Deum exaſperauit ad acerbiorem de ſuo populo vindictam duriùs ſumendam? Audiamus quæ ſubdit, & ad quæ percipienda, & audientiam, & attentionem expoſcit: *Numquid*, ait, *totâ die arabit arans, vt ſerat?* &c. Ab hoc loco vſque ad finem capitis texitur continua allegoria ab agricolatione petita, in quâ Deus inducitur tamquam agricola, qui populum ſuum velut agrum ſollerter excolit. At agri cultura non ideò laborioſiùs ac ſumptuoſiùs impenditur, vt ager vernet, floreat, niteat; ſed fructum faciat, & opimis prouentibus cultionem abundè repenſet. Ait ergò Deus: Numquid totâ die, id eſt, ſemper arabit arans; nihilque aliud faciet, quàm vomere terram obnixiùs proſcindere? Fruſtratur arandi labore, qui non arat ad opportunam ſementem, & meſſem vberem. Tempeſtiuè Euthymius fortè adludens ad præſcripta Iſaiæ verba: *Numquid totâ die arabit arans? Arans*, inquit, *Deus Gentes aratro fidei.* Quaſi dicat: Numquid agricola totâ die, id eſt, ſemper arabit arans; nec de vomeris aſſidui ſudore meſſem intendet, ac præſtolabitur? Fruſtrà agricolæ labor arationi totus. Sic ergò *Deus arans Gentes aratro fidei, numquid totâ die arabit arans?* Caſſus eſſet ſudor, & ſuperuacuus labor totâ die, id eſt, ſemper *arare aratro fidei*, niſi operum meſſem, & copioſum virtutũ fructum ager producat, *aratro fidei* ſollerter excultus. Ergò *Deus arans fidei aratro*, fructu aſſiduæ arationis fruſtratus, ſic in ſuum populum excanduit, vt ei ore prophetico dura quæque peracerbè minetur. Fruſtrà *aratrum fidei* laborat, niſi operum meſſis, & virtutum fructus arationis laboribus ac impenſis reſpondeat. Imò ſi homo *aratro fidei* benè cultus, inactuosè otietur, fidei cultione viduabitur. Heu quot vrbes, prouincias, regna, quia fidem operum ſterilem inaniter tenuerunt, fide etiam orbata & videmus, & dolemus! Meſſis operum non deſit, ne deſit *aratrum fidei*.

Iſaiæ 28. v. 24. — Euthym. in Pſal. 28. — *Deus Gentes arat fidei aratro ſperans operum meſſem.*

4. 1. Ioannis 2. ita ſcribit: In hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, Chriſtum Deum inquam, ſi mandata eius obſeruemus. *Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* An non ſaltem aliquis è proceribus Philoſophorum, rationis ductu Deum cognouit? An non etiam plures Catholici Deum verâ fide pernoſcunt? Quo modo ergò qui dicit ſe Deum fide noſcere, ſi bonis operibus vacuus ſit, & in obſequio mandatorum inerter otietur, *mendax* appellatur? An fides bonis operibus otioſè viduata, & quæ ab exercitio virtutum deſes feriatur, vera fides non eſt? Potéſtne fidei diuinæ falſum ſubeſſe, contrà receptiſſimum Theologorum dogma? Audiendus eſt hâc ſuper re Magnus Gregorius homil. 29. in Euangel. hæc verba Ioannis ſic elucidans: *Fortaſſè vnuſquiſque apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi, ſaluus ero. Verùm dicit, ſi fidem operibus tenet.* (quaſi fugientem ab homine fidem opera teneant) *Hinc Ioannes ait: Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Quod cùm ita ſit, fidei noſtræ veritatem in vita noſtra conſideratione debemus agnoſcere. Tunc enim veraciter fideles ſumus, ſi quod verbis promittimus, operibus compleamus.* Nempè qui inactuoſam habet fidem, quod mente & ore affirmat, malis operibus negat: quia fidei noſtræ veritatem in operibus debemus agnoſcere. Benè bonus mihi ſemper Auctor, noſtro æuo magnus, & meliore dignus: *Omnes per fidem credunt vera; ſed oportet credere; quod non videntur omnes facere. Si credis quæ Chriſtus dixit, conſequenter operare.* Nunc recognoſcere licet emphaſim in gnome Ioannis: *Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt.* Mendax planè eſt, quia etſi credat vera, verè non credit, cùm inactuosè & otioſè credat, qui mandata non cuſtodit. deeſt enim huiuſmodi fidei veritas in opere, ad quam vera fides viuidè adigit verà verè credentem. *Si credis quæ Chriſtus dixit, conſequenter operare.* Puta ergò bona opera velut veræ fidei conſequentias, & quaſi illius appendices integritates, quæ ſi deſint, manca eſt fides, clauda, mutila; imò & fidei cadauer ſepulcrali otio tumulatum. Qui ſic inactuoſus credit, vera credit, ſed non verè credit: deſideratur enim in illo practica cognitio, ſeu cognatio, aut nexus fidei cum exacto mandatorum obſequio. Quod ex iam iam dicendis ampliùs clarabitur.

1. Ioann. 2. v. 4. — S.Gregor. — *Qui mandata non cuſtodit, vera credit; ſed non verè credere dicitur, quare?* — Ioan. Euſeb. l. 1. de Adoratione, &c. c. 4.

5. Regius Vates Pſalm. 118. ſic Deum orat: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.* Hæc Dauidis ratio, quam allegat ad impetrationem, valdè à ſcholis peregrinari videtur. Sanè mandatis obſequium, non fides debetur. Myſteria fide credimus, mandatis obſequio obedimus: quare ſicut myſteriis non obedimus, ita nec mandatis credimus. Profectò res adeò diuerſas non permiſceret Propheta, niſi cognatus aliquis nexus foret inter fidem & mandata. Sapienter ibidèm Anonymus apud Catenam Græcorum Patrum, ſic locum elucidant: *Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Ceterùm, inquit, cùm rectè ac iuſtè, ad mandata tua accedens, crediderim, vt ea obſeruarem, præbe mihi ſapientiam, docens me bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam.* Ecce tibi nexum fidei cum mandatis, ob quem *mandatis credere* dicit. nempè qui cùm *ad mandata accedens crediderit, rectè ac iuſtè credit*: qui autem per ſocordiam aut malitiam, ad mandata non accedens, opere vacuus, mente ſpeculatiuâ credit, etſi recta, iuſta, ac vera credat, non tam rectè, iuſtè, ac verè credere dicitur; degenerat enim fides ab actuoſo operum exhibendorum obſequio, & mentitur bona opera, quæ credendo quodammodò pollicetur, & fide adigitur. Itaque tam eſt ſtrictus nexus fidei, & operum quæ mandata exigunt, vt quaſi fides, & in Deum dicentem, & in Deum mandantem ferretur, ſe debito obſequio *credere mandatis* profundè dixerit. Alto ethicè ſtilo Propheta! Vide nunc quàm piè *obſtinato animo* Rutha abiurans auitam idololatriam, ſpondeat veri Dei fidem, & Iſraëliticæ religionis obſeruantiam. Et quod votiuè promiſit, abundè præſtitit, vti hîc Boozus de eâ prædicat.

Pſalm. 118. v. 66. — Anonym. in Catenâ Græc. Patres — *Nexus fidei cum mandatis, vt iuſtè ac rectè credatur.* — Ruth 1. v. 16. & 17. Hîc verſ. 11.

6. Pſal. 110. v. 10. *Homo benè operando, bonum ſibi intellectum excudit.* Idem Pſalmographus ſic ad rem adhuc pangit: Initium ſapientiæ timor Domini *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Opinor, bonus imbonúſue intellectus non eſt in cenſu eorum, quæ homo ſibi fabricare poteſt. Connaſcitur enim nobiſcum, non fit à nobis. Alioqui ecquis non ſibi optimum faceret intellectum, quod eſt potiſſimum hominis elogium? quiſnam nobile hoc prærogatiuum ſibi inuideret? Verùm enimuerò *intellectus* ſapiens cæleſtia ac diuina, quod eſt fidei munus, vnuſquiſque ſibi excudit, non acutè intelligendo, Didymus. ſed actuosè operando. Opportunè ibi Didymus in Catenâ: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Non iis qui ſine factis intelligunt, ſed facien-* Euſebius. *tibus eum.* Luculentiùs indidèm Euſebius: *Atqui intellectus tunc bonus exiſtit, quandò operibus impletur. Idcircò intellectum non ſimpliciter bonum dixit, ſed omnibus facientibus eum.* Itaque bona opera *intellectum implere* dicuntur, quaſi vacuus ſit intellectus operibus viduatus. Dein bona opera non intellectum, ſed bonum intellectum faciunt, ac ſi in operum officinâ *bonus intellectus* (id eſt, non tantùm vera, ſed verè S. Nazianz. credens) excudatur. Accinit Nazianzenus Orat. in plagam grandinis: *Præſtantior eſt ſapientia, quæ factis indicatur, quàm quæ verbis ſplendeſcit. Intellectus enim bonus (inquit) omnibus facientibus eum, non item prædicantibus.* Fruſtrà quis ore prædicat, quod opere negans, & egregiè vituperat.

---

§. CCXVIII.

Boni mores conſummant Concionatorem; de cuius ore cælum, & coronas auditorium expectat.

1. 1. ad Tim. 4. v. 16. S. Bernardus. SAnctus Bernardus adludens ad illam Paulli gnomen, *Attende tibi*, ita ſcribit lib. 2. de Conſideratione ad Eugenium: *Quatuor*, inquit, *tibi conſideranda reor, te, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſuprà te. A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtrà extendaris in alia, te neglecto. Quid tibi prodeſt ſi vniuerſum mundum lucreris, te vnum perdens? Et ſi ſapiens ſis, deeſt tibi ad ſapientiam, ſi tibi non fueris. Quantum verò? vt quidèm ſenſerim ego, totum. Noueris licèt myſteria omnia, noueris lata terræ, alta cæli, profunda maris; ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento, ruinam non ſtructuram faciens. Quicquid extruxeris extrà te, erit inſtar congeſti pulueris, ventis obnoxium*, &c. Ergò attende tibi, vt actiones & mores tuos omnes ſæpiùs luſtres, examines, corrigas: qui enim ſeipſos negligunt, & totos ſe in aliorum curam effundunt, nec ſibi nec ſibi nec aliis proſunt. Viue tibi: nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi. Fruſtrà aliorum emendandorum zelo ſatagis, niſi de tuâ inemendatione tabeſcas. Aliena emendatio, & aliorum profectus, à te ſumat auſpicium. Nemo in ſe de alieno creſcit. Suum cuiuſque eſt, quod quemquam perfectè conſummat. Si tibi perfectus non fueris, totum perfectionis tibi deeſt. *Attende tibi*, vt poſſis aliis proficere.

Si tibi perfectus non es, totum perfectionis tibi deeſt.

2. Ioan. 19. v. 28. Ioan. 19. ita de Chriſto Deo, in crucis patibulo atrociter pendente, ſcribitur: *Sciens Ieſus quia iam omnia conſummata ſunt, vt impleretur Scriptura, dixit: Sitio.* Et poſtquam acetum ſæuâ amaritie peracerbum, carnificum inhumanitas illi propinauit, Ieſus, *dixit conſummatum eſt*, &c. Profectò deerat hoc tormentum propinationis aceti, quomodò igitur *omnia conſummata* eſſe dicuntur, ſi adhuc hoc cruciamentum non ſubierat, nec erant Prophetarum oracula impleta? Quin & poſt aceti deguſtatum poculum, tamquam tormentorum omnium clauſulam, dixit, *Conſummatum eſt*; quo igitur pacto priùs ſciuit, quòd ante illius potationem, *omnia conſummata ſunt?* Vtrumque validè ex alterutro redarguitur. Variè & exegeticas, & paræneticas hoc dubium verſant Interpretes, & nos aliàs ex illo ad mores velitabamur, ſolutionibus forſan non valdè inidoneis. Aliam autem tempeſtiue addit noſter Salmeron, eruditione & Sanctitate opinatiſſimus, ſic fatus: *Sciens Ieſus quia iam omnia conſummata ſunt, ex parte ſuâ, quæ ad obedientiam Patri præſtandam ſpectabant.* Vndè P. Salm. tom. 10. Tract. 44. poſt pauca ſubdit: *Quare omnia ibi vidit conſummata, & breui abſoluenda pauca quæ deerant.* Scilicet veriſſimè tunc dixit, iam *omnia conſummata* fuiſſe, quia etiam tunc omnia quæ *ex parte ſuâ* facienda erant, & quæ ad ipſum & adeunda, & facienda ſpectabant, hactenùs ipſe iam conſummauerat: quòd autem acetum necdùm libaſſet, ab illo operandum non fuit; ſed faciendum ab aliis, à ſe vltrò patiendum. Neque enim manibus pedibúſque cruci affixus, naturaliter ſibi poterat acetum propinare. Quare, quò adimpleretur Scriptura de aceto propinando, dixit, *Sitio*, nempè ſæuos tortores ſui officij admonens. Quaſi dicat, Vt hoc quoque tormentum propinationis aceti patiar, clamo me ſitire. *Hoc minus feciſtis, date quod eſtis*, (ait S. Auguſt. inibi Auguſtinus) veſtrum per me implete munus; ego paratus ſum expromptè pati ea quæ ex parte veſtra ſuperſunt facienda: nam iam *ex parte meâ, quæ obedientiam Patri præſtandam ſpectant, omnia conſummata ſunt*: quando quidèm nihil à me agendum, ſed à vobis patiendum ſupereſt. Ecce tibi tunc Chriſtus dicit, à ſe *omnia conſummata* eſſe, quia omnia quæ ex parte ſuâ erant agenda conſummauit, & animi promptitudinem ad reliquorum ſufferentiam exhibuit. Scilicet abſoluta perfectionis *conſummatio*, etiam in iis, qui ad aliorum ſalutem ex proprio munere incumbunt, ex his quæ ex parte noſtrâ ſunt, taxanda eſt. Non aliena, ſed noſtra opera, noſtram perfectionem conſummant. noſtræ, non alienæ operationis perfectio, perfectionis conſummatæ cenſus eſt. *Attende tibi*, ne ſuperuacuo zelo alienæ virtutis aut perfectionis, tuam nundineris; & ipſe bonis operibus feriatus, ſis alienæ operationis importunus exactor. Tantáne aliorum ſollicitudo te vrit, in tam inerte tui neglectu? *Attende tibi*, vt aliis concione tuâ prodeſſe poſſis. Imple quæ ad te pertinent, quò alios proficuè moueas, vt quæ ad ſe pertinent, abundè impleant.

Omnia conſummauerat Ieſus, quandò ex parte ſuâ nihil faciendum ſupererat?

3. 1. Corinth. 2. ſic Gentium Doctor, & Concionatorum norma & apex peridoneè ſcribit: Ego, cùm veniſſem ad vos, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui,

me

me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum-Chriſtum, & hunc crucifixum. *Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* Quòd ait, *In perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis,* quidam peritè ambigunt, an πειθοῖς λόγοις verborum floſculos, ſermonis ornamenta, & orationis lumina ſignificet; an verò probabilia argumenta, quæ ſubtile ingenij acumen, & argutam diſputandi ſolertiam præferat. Veroſimile autem eſt Apoſtolum agere tam de concinnato lepore, & calamiſtratâ ſermonis elegãtiâ, quàm de argutâ diſputandi ac concludendi ſubtilitate; quandoquidem perſuaſionis energiam in oſtenſionem ſpiritus ac virtutis referat, vt ad cæleſtem vitam homines conuertat. Eleganter Athanaſius homil. de Semente: *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis*, &c. *Si*, inquit, *Eccleſia eſſet auditorium rhetorum, opportuna res eſſet eloquentia; ſed quia certamen de moribus, & de fructificatione propoſitum eſt, & cælum eſt quod expectatur, non lingua requiritur, ſed mores boni.* O! *cælum* eſt, quod ex ore Concionatoris auditorium *expectat*? Cælum, auditorum vnicuique ore ſuo Concionator impertit? Ergò vt id præſtare poſſit Euangelicus concionator, *cælum* moribus ſpiret, *cælum* fragret, cælum *ſapiat*, vt cæli ſpem, ac ſaporem cæli auditoribus afflet. De Concionatoris ore *cælum eſt quod expectatur*, ad quod *non lingua requitur, ſed mores boni.* Non de garrulâ facundè dictione, non de argutâ eloquenter ſubtilitate; ſed de *bonis moribus* è cælo eruditis, ab auditoribus *cælum expectatur.* Si de linguâ Concionatoris auditorium *expectat cælum*, ne ergò ſubtilium nugarum ludibrium, & theatralis facundia, illius *expectationem* fruſtretur.

1. Cor. 2. v. 4.

S. Athanaſ.

Auditorium de ore Concionatoris cælum expectat, quod moribus cæleſtibus impertiat.

4. Prou. 15. v. 7. Hebræus.

Prouerbiorum 15. hanc concionatoribus gnomen proponit Salomon: *Labia ſapientium diſſeminabunt* (Hebraicè *ſpargunt*) *ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit*; alij, *non eſt verum*; alij, *non ſecurum.* Scilicet bonum Concionatorem imbono opponit. Ille qui ſapientiâ, & honeſtâ vitâ, & morum elegantiâ præſtat, latè ſpargit doctrinæ ſemen, quod fœcundè fructificat: qui verò improbis moribus culpatur, & aliud auribus, aliud autem oculis loquitur, opere mentitur, quod ore docet; *quare in labijs eius non eſt verum.* Verùm quod de piis ac ſapientibus concionatoribus ait Vulgatus, *Diſſeminant*, vel *ſpargunt ſcientiam*, ſcientiam inquam, ſanctorum, Hebraicè eſt יזרו *ieZaru*, quod ſignificat *diſſeminare & ſpargere*; & contrarium etiam, *cingere, conſtringere, amplecti, alligare* ſibi, vt inibi Cornelius eruditè adnotauit. Quaſi perindè ſit arctiùs *cingere & conſtringere ſcientiam* ſanctorum, illámque moribus *amplecti*, ac eam proficuè *ſpargere*, & cum vbere prouentu *diſſeminare.* Fruſtrà ſpargit, qui *ſpargendo* non ſe *cingit* atque *conſtringit.* Arctior ſui-ipſius conſtrictio, vberrimæ ſparſionis artificiũ eſt, quo cum Concionatore concio coronatur. Vndè Rabbi Salomon præſcripta verba ſic ſententioſè vertit: *Sapientes ſcientiâ coronabuntur.* זר *zer* enim coronam ſignificat. Scilicet ille dignè & cum magno fructu *diſſeminat & ſpargit ſcientiam*, id eſt, doctrinam Euangelicam, qui eâ ſe arctiùs *cingit* ac *conſtringit*; quâ morum arctâ *conſtrictione*, ſe, atque auditores glorioſiùs *coronat.* Profectò peridoneè cohæret, vt auditorium, quòd nuper de Concionatoris ore *cælum expectabat*, nunc de eiuſdem ore *coronam* accipiat.

Hebræus.

Cornelius.

Concionator qui ſe ſtringit, vt ſemen ſpargat, ſe & auditores coronat.

Rabbi Salomon.

5. Matth. 23. v. 3.

Matthæi 23. Hebræorum Magiſtros Chriſtus Deus obiurgat: Super cathedram Moyſi, inquit, ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite; *Secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim onera grauia*, &c. Quaſi dicat: Benè ore docent, & iubent, ſed male viuunt, tùm quia legem violant, tum quia ſuo exemplo auditores ſcandalizant, & ad violandam pariter legem impellunt. Plus enim credunt homines factis quàm dictis. Hoc Chriſti monitum ſeruent Chriſtiani Principes, Magiſtratus, præſertim Concionatores, ne ſeipſos ſuo ore prædamnent. Quocircà inibi S. Chryſoſtomus: *Duplicem*, inquit, *nequitiam eorum oſtendit, tum quia ſine veniâ exquiſitiſſimè multitudinem viuere volunt, tum quia nimium ſibiipſis indulgentes, magnam aſſumunt licentiam: quorum oppoſita in optimo Principe,* & Concionatore *requiruntur, vt ſcilicet aduerſus ſeipſum nullâ vtatur veniâ, ſed ſeuerum ſe iudicem exhibeat; ergà ſubiectos autem mitior, & ad dandam pronior veniam ſit.* Nempè Prædicator qui dicit, & non facit, qui exquiſitè ſeuerus in alios, indulgentiorem ſibi veniam donat, certiorem ſibi damnationem à Deo negotiatur. Quâ de re ſic dubius Chryſoſtomus altè philoſophatur: *Benè viuendo, & bene docendo populum inſtruis, quomodò debeat viuere: benè autem docendo, & malè viuendo, Deum inſtruis quomodò te debeat condemnare.* Scilicet Concionator qui dicit, & non facit: quorum facta, ſermones, & morum inſtitutiones fruſtrantur: qui alios rigidè ac ſine veniâ inſtruit, ſibi autem nimium indulget; caſsâ illâ inſtitutione, quâ fruſtrà alios *inſtruit*, ad ſuiipſius *condemnationem*, *Deum inſtruere* perhibetur. O! qui alios benè inſtruit, & ipſe malè viuit, *Deum inſtruit quomodò illum debeat condemnare?* Ipſa Euangelica doctrinâ, quâ alios benè inſtituit, diuinæ iuſtitiæ acerbior ſententia eſt, & ſeuerißimæ ſuæ damnationis fulmen? Concionator bonus, ſed malè moratus, ſuorum ſcelerum merito, à Deo iuſtiſſimè damnatur; ſed eius bona doctrina, vitæ probitate deſtituta, *Deum inſtruit quomodò illum debeat condemnare.* Deus non eſt is, qui *inſtructione* egeat; ſed ſeruum nequam de ore ſuo iudicat; & doctrinam eius, ad acerbiorem damnationem recudit in officinâ iudicij. O timeat malè moratus Concionator à ſuâ bonâ doctrinâ, quippè quæ propriæ damnationis ſententiam *inſtruit*, & ignita aduerſùs ſe tela ignoranter fabricat. Ruthæ gratulor, quòd plus bonis moribus, quàm verbis Noëmi, in veri Dei fide inſtituta ſit, & ſic altè fundata, vt eam velut *obſtinato animo* amplexa ſit. Gratulor & ipſi Noëmi, quod non modò oris, ſed vitæ elegantiâ tantam proſelytam fecerit.

S. Chryſoſt.

Imperfect. homil. 43. in Matth.

Qui benè docet, & male viuit, Deum inſtruere dicitur quomodo illum damnet.

Hic verſ. 11.

§. CCXIX.

Voluntas & iudicium potioribus aptanda ſunt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur.

Pertinacia in proprio iudicio culpatur.

1. TVnc eſt conſummata infelicitas, vbi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & deſinit eſſe remedio locus, vbi, quæ fuerant vitia, mores fiunt. Sic quod cœpit in voluptate, aut errore, conſummatur in pertinaciâ; quæ ex irrationabili & inflexili mentis obſtinatione, ſic proprio iudicio aut voluntati tenaciter adhæret, vt debitum rationis ductum, & ſuperiorum obſequium conſtanter refutet. Sanè pertinaciam ſuperbia indurat, quæ cùm ſuo iudicio præſidit, alienum repudiat. Flexuram non recipit, ſemper rigida ad aliorum conſilia, imò & præcepta; quaſi illius iudicium ſit iuſti atque æqui potior regula. Hinc putant nefas eſſe fieri, quicquid facere nolunt, peruerſâ opinione obſtinati; & ex opinione ſuâ de virtute obedientiæ ferunt ſententiam, quâ detrectant obſequium. Planè ſuperbus error eſt reliquorum iudicia contemnere, & ſibi tenaciter præſidere. Profectò non tantùm Superiorum imperio parere, ſed & aliorum rationi rationem ſuam aptare, vbi ratio affulget, bonæ mentis indicium eſt: nam animus noſter ad vera percipienda caligat. An non indè oportet, de aliorum perſpicaciâ oculatiorem eſſe, & de alienâ ſapientiâ rectiùs ſapere? Facilè parabilis prudentia, obſequium eſt. Quid tantum tribuis proprio iudicio, cuius ductu perſæpè errasti?

2. Lucæ 2. duodennis Ieſus Ieroſolymis manet, inſciis parentibus, & in Nazareth redeuntibus feſto peracto. Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum. Et dixit Mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus, & ego dolentes
Lucæ 2. v. 49. quærebamus te. *Et ait ad illos: Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quòd in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Et tamen confeſtim ſubdit Euangeliſta: *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis.* Profectò ſi in cæleſtis Patris ſui negotiis verſari oportebat, ad quæ tractanda remanſerat, eccur in eâ curâ non adhuc perſiſtit? Nec, opinor, ea erat eius Mater, quæ à Patris Dei negotiis pertractandis
S. Auguſtin. eum arcere vellet. Verùm S. Auguſtinus Serm. 3. de Reſurrect. Domin. ſuper his verbis ita ſubtiliter ad rem philoſophatur: *Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?... Et deſcendit cum eis,*&c. *Quis iam,* inquit, *non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quandò ſuum Sapientia ipſa deſeruit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunc cœperat, ex tunc vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum prorſùs dimiſerit. Sed fortè quærendum ab ipſo eſt, quomodò voluntatem, conſiliúmve reliquerit? O Domine, voluntas, de quâ dixiſti, vt non fieret; ſi bona non erat, quomodò tua erat? ſi bona erat, quare derelicta eſt? Sic & conſilium, ſi non bonum, quomodò tuum? ſi bonum, quomodò derelinquendum? Et bona erant, & eius erant, neque minùs tamen relinquenda: ob hoc videlicet vt fierent meliora.* (Penſita attentiùs quam ſubiicit ſententiam) *Neque enim oportebat propria præiudicare communibus.* Itaque Ieſus cœptum Patris negotium, quod propriâ voluntate tractandum inchoauerat, ſtatim relinquit; non quòd bonum non eſſet; ſed quia ad noſtrum exemplum valdè expediebat, vt puer duodennis parentum citiùs voluntatem, quàm ſuam præſtaret. O grande obedientiæ exemplum! Scilicet puer Ieſus ſuâ expertè voluntate cæleſtis Patris negotia tractat: at vbi audiuit Parentum voluntatem eſſe (re etiam à parentibus non ſatis perſpectâ,) vt cum illis in patriam domum redeat, confeſtim conſilium ſuum ipſis accommodat, *& deſcendit cum illis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis:* neque vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum, illud negotium palàm peregit, vt notanter Auguſtinus aduertit. Sic & ſapiens Boozus iuuenculæ Ruthæ hîc dixit: *Quicquid dixeris* Hic verſ. 11.
mihi, faciam tibi, peritè flexilis.

Ieſus voluntatem ſuam relinquere dicitur, vt parentum faciat voluntatem.

3. Ioannis 1. ita ſcribitur: *Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum facta eſt.* Ioann. 1. v. 17.
Nempè dat cauſſam cur per Chriſtum accepimus gratiam pro gratiâ; quia ſcilicet Moyſes, qui apud Iudæos erat ſummus propheta & Legiſlator, legem tantùm dare potuit, quæ doceret & iuberet mandata Dei, ſed gratiam ad illa implenda conferre nequiuit. Chriſto ergò opus fuit, qui gratiam ad legem implendam præſtaret. Vndè Arabicus vertit: *Gratia & veritas necessaria fuerunt per Ieſum-Chriſtum.* Arabicus.
Opponit ergò & anteponit Chriſtum Moyſi, & gratiam ac veritatem factam in Chriſti lege, legi Moſaicæ. S. Ambroſius Serm. 18. in Pſalmum 118. S. Ambroſ.
ſic præſcripta Ioannis verba elucidat: *Quo euidenter oſtenditur omnem veritatem Euangelio contineri: quia lex Dei in ſenſibus hominum, & in cordibus ſcribitur; non in tabulis lapideis. Qui ergò præcepta Dei non habent in cordibus ſuis, non habent legem: ſiue quia inueteratur in Iudæis, renouatur in nobis umbra eſt* (loquitur de antiquâ lege quoad ceremonialia,) *non veritas; vt cum fiat oblatio pro peccatis ſecundùm legem, non fiat remiſſio peccatorum. Impoſſibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorũ peccata mundari. Mendax ergò erat illa remiſſio, donec remiſſionis veritas adueniret. Quid indè manifeſtius quàm Ioannis Euangeliſtæ ſententia, qui ait: Quia lex per Moyſen data eſt; gratia autem & veritas per Ieſum-Chriſtum facta eſt?* Nimirùm lex Hebræa rupibus inſculpta, & in petrinis tabulis deſcripta, horriſonis cæli mugitibus tonat, id eſt, forinſecùs dumtaxat ſonat; neque enim Moyſes poterat illam ſubditorum affectibus imprimere: aſt Euangelica lex, dum *gratiam* afflat eius legiſlator, *veritas* dicitur, adſpectu ad eam, quæ *umbra* nominatur. Vide ergò pulchrum diſcrimen inter legem Euangelicam & Moſaicam, id eſt, inter legem quæ foris dumtaxat ſonat, & legem quæ animitùs per gratiam voluntati hæret, voluntate ſuſcipitur, per voluntatem operatur: *Lex Dei* (per Chriſtum) *in ſenſibus hominum, & in cordibus ſcribitur; non in tabulis lapideis. Qui ergò præcepta Dei non habent in cordibus ſuis, non habent legem: quia inueteratur in Iudæis, renouatur in nobis: umbra eſt, non veritas.* Porrò *gratia & veritas per Ieſum-Chriſtum facta eſt.* Sanè cui lex non eſt in corde,

Lex quæ foris ſonat, veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur.

Digitized by Google

corde, in voluntate, inquam, quæ voluntariè legi faciendæ flectitur, voluntariâ obſequij flexurâ, ferè *non habet legem*; quia illi, ſicut contumacibus Iudæis *inueteratur* lex, quæ per Chriſtum, dum per eius gratiam voluntate excipitur, *renouatur*, iuueneſcit,& ingenuo illius obſequio nouiter viueſcit. Profectò ab inobedientiâ noſtrâ, & reluctante voluntate lex *veteraſcit*, quæ voluntario obſequio *renouatur*, & iuueneſcit,& illius anni recurrantur. O ne ſeneſcat Euangelica gratiæ lex velut antiquata, ſtrenuâ voluntate nouiter arripiatur, ingenuè flexili ad nutum Legiſlatoris obſequio.

4. Geneſ. 22. v. 2.

Geneſeos 22. optatiſſimus adoleſcit Iſaac, & cum eo coniunctum parentum gaudium pariter adoleſcit. Nec indoleſcit flexilis ad Dei vocem Abrahami animus, audiens: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Non alget deuotionis ardor, tot naturæ niuibus quibus parendi voluntas torpere valuit. Eualuit obſequendi propoſitũ,& humanæ voluntatis cum diuinâ commercium. Deus autem libauit vota, alacri voluntate contentus, euentum proſperauit. Audiendus eſt Bernardus apud Tilmannum ibi ſic eleganter fatus: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, &c. Oblatus Iſaac ſanctificatus eſt, non mactatus. Et tu ergò ſi vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi vt offeras Iſaac, tuum quodcumque gaudium immoles Deo (interpretatur enim gaudium ſiue riſus,) fideliter obedi, ne timeas. Nimirùm etſi rem grandem dicit tibi Propheta, facere debes, & obtemperandum ei per omnia, etiam ſi oportuerit ipſum Iſaac ingulari.* Attende ſollertiùs verbis quæ ſubiicit, ad rem peridoneis: *Nunc autem quicquid affectio propria indicet, ſecurus eſto, ſed aries morietur. Non peribit tibi lætitia, ſed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & ſine punctionibus anxietas eſſe non poteſt.* Nempè anxiè pungeris,& animitùs excruciaris, quod voluntatem & iudicium tuum, quo arroganter gloriaris, & lætanter exultas; alterius iudicio ac voluntati ſubdis; crede mihi, non tibi perit voluntatis ac iudicij votum & gaudium,ſed pertinaciæ tuæ ſpinoſitas. *Quicquid affectio propria iudicet, ſecurus eſto, non Iſaac, ſed aries morietur. Non peribit tibi lætitia, ſed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent.* Non tibi perit voluntas tua, iudicium tuum non perit, dum vtrumque alteri ſubiugas, ſed in officinâ parendi, in melius recudis. Sola perit contumaciæ arrogantia, cuius cornua vepribus hærent: vepres puta argutulas apparenter rationes, quibus tuæ voluntati, affectioni, aut iudicio obſtinatiùs hærebas. O bona ſubditis æquè ac Superioribus eruditio, quò ille Superiori, hic rationi atque ſapientioribus pareat, ne in proprij iudicij ſpineto contumaciter hæreat. Heu ſæpè quod in conſtantiâ incipit, in pertinaciâ conſummatur! Neminem vtriuſque confinium fallat: nullum eſt alterutrius cum alterâ participium.

S. Bernard.

Voluntas alteri ſubiiciẽda eſt, ne cõtumacia vepribus hæreat.

5. Marci 16. v. 15.

Marci 16. recumbentibus vndecim Diſcipulis apparuit Ieſus; & exprobrauit incredulitatem eorum, & dixit eis: *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ,&c.* Et mox ſubiicitur: Illi autem profecti prædicauerunt vbique, &c. Quaſi dicat: Non in ſolâ Iudæâ, vti hactenùs feciſtis, ſed in toto orbe quantus eſt. Pulchrè Galfridus in Allegoriis noui Teſtamenti inibi aduocatus: *Euntes in mundum vniuerſum, &c. Conſiderandum quos, & quò miſerit. Pauculos mittebat pauperculos, nec fuit qui diceret cum Moyſe, quòd linguæ eſſet impeditioris. In vniuerſum mundum mutit eos, qui vix vnam nouerant regionem; nec tamen fuit dicere illis cum Abacuc: Babylonem non vidi, & lacum neſcio.* Quis non ſe imparem obeundo muneri iudicaret? Piſcatores in lacubus enutriti, idiotæ,pauperes,imperiti,agreſtes,barbarici,tumẽtiũ Philoſophorum argutias extricent, & Euangelij doctrinâ perſuadeant? Regum factum Euangelio ſubiiciant? Efferas gentes edomabunt? Humanum id excellit faſtigium; & tamen nil cauſantur, ſed ſtrenuè alacres, & iudicio flexiles & obſequio exprompti, munus vltra vires iniunctum abundè præſtiterunt.

Galfridus.

Exhod. 4. v. 10.

Daniel. 14. v. 34.

Apoſtolorum vltrà vires & captum, obſequium commendatur.

---

§. CCXX.

In Principum aulâ, fœminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt.

1. Politico-Chriſt. 1. p. c. 11.

QVid ego nunc dicam de pleriſque Principum aulis? intuere propiùs caſtitatem ab impudicitiâ deiectam non vno loco videbis, modeſtiam à petulantiâ calcatam, pudorem ab inuerecundiâ ſuperatum, temperantiam ab intemperantiâ proſtratam. Iam de aulicis pleriſque mulieribus nihil dico. Studium tamen non paucarum nullo vnquam rubore ſuffundi, ad quemcúmque adſpectum ſtare interritas, ad quæcumque verba colorem tenere: nullum deindè amatorem fugere,nullam ferè in quocumque viro ſolitudinem vereri. Neque diſcrimen inter matronam multarum prolium matrem, & virginem reperias: par verborum licentia: nec, quæ virorum ſunt, minùs virgo nouit, quàm quæ decem prolibus maritum beauit. Pudor nimirùm ſit, ante matrimonia ignorare, quæ matrimonia & filij docuerunt. Morborum verò verecundiſſima, matronarum illa an virorum ſint, quæ medicorum auribus credere ſeuerior caſtitas verecundabatur, puellarum confabulationibus teruntur, vt arbitreris de roſis & violis agi; vt verecundior olim multorum filiorum mater in ſuo ſexu foret, quàm virgo nunc in alieno. Taceo ſilenda, ne nobili contagio aëra toxicare videar.

Aulicarum mulierum mores & ingenium.

2. Geneſeos 20. Abrahamus peregrinatur in Gerarâ, regiâ Palæſtinorum vrbe. Dixitque de Sarâ vxore ſuâ, Soror mea eſt. Miſit ergò Abimèlech rex Geraræ, & tulit eam. Venit ergò Deus ad Abimelech pèr ſomnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierẽ quam tuliſti: habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & iuſtam interficies? Nónne ipſe dixit mihi. Soror mea eſt: & ipſa ait: Frater meus eſt? *Dixitque ad eum Deus: Nunc ergò redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt.* Non morabor hic Interpretes ſuper biblicâ ſignificantiâ nominis *Propheta*: neque an Abrahamus inter Prophetas ſtrictè, an laxè cenſendus ſit? Teneo nunc Prophetam nominari, & inter propriè Prophetas

Geneſ. 20. v. 7.

Prophetas cenſendum eſſe, vix aut ne vix quidèm ambigo (quâ de re olim pluribus indidem agebamus.) Illud autem non leue faceſſit dubium, quorſùm nunc *Propheta* nominetur, qui hactenùs nuſquam Propheta indigitatur? Quid refert, quòd ſit aut non ſit Propheta, vt ſua viro vxor reddatur? Ad Regis aulam adducta fuerat maritata diu Sara, de eius commoratione in palatio vindicias agit Deus, illámque marito ſuo reſtitui, velut exſomni prouidentiâ in ſomniis procurat; quid ergò nunc eius maritus Abraham *propheta* vocabulo à Deo nominatur? Vacátne nunc Prophetæ nomen? an attinet ad mulieris reſtitutionem à Deo intentam? Abulenſis inibi ſic ad thema præſens opportunè præſcriptum locum exponit: *Nunc ergò redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt. Hoc*, inquit, *ponitur, quia fortè Abimelech diceret Deo: Domine ipſe nollet eam accipere, ſed odio habebit, putans quòd ego cognouerim eam: ad hoc reſpondet Deus dicens, quòd non formidet eam dare illi, quia vir eius Propheta eſt, & cognouit per ſpiritum, quòd tu non tetigeris eam: & ideò libenter recipiet.* O bellè! Nimirùm Sara erat femina valdè pulchra; & tamen etſi ſatis perſpecta erat Abrahamo ſuæ Saræ meracior & muratior pudicitia matronalis, & quàm longè abeſſet ab aulæ lenocinio; at quia in Regis aulâ tantillùm commorata fuerat, ſic vulgò putabatur impudicitiæ ſuſpecta de non bonâ palatij fama, vt rejiciendam ab Abrahamo Abimelechus cenſuerit, inhonoro charæ vxoris repudio. Adeò vt tunc opportunè Deus, *Prophetam* eſſe Abrahamum ſuggeſſerit, vt Regi intimaret, ipſum Abrahamum per ſpiritum prophetiæ ſciuiſſe, Saram adhuc in palatio caſtam & pudicam fuiſſe. O! ſpiritus prophetiæ neceſſarius eſt, vt procùl ſiniſtris ſuſpicionibus indubiè ſciatur, pulchram mulierem in aulâ caſtitatem coluiſſe? Sic palatij aura, puritatis famam infuſcat? tot impudicitiæ lenocinia aulam ad impudicitiam ſubornant? *Vir eius Propheta eſt, & cognouit per ſpiritum, quòd tu non tetigeris eam.* Sic eſt aula inhoneſtatis ſuſpecta!

Per ſpiritum prophetia nouit Abraham, Saram in aulâ pudicam fuiſſe. quare?

Abulenſ. inibi in Commentar.

3. Iudith 12. v. 11. &c.

Iudith cap. 12. apud regem Holofernem quattuor omninò dies commorata, regio tractatur apparatu. Qui tandèm dixit ad Vagao eunuchum ſuum. Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi femina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo tranſeat. Proh fœdum ac turpe exiſtimabant Aſſyrij, non eſſe fœdos, & obſcœnè turpes! Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius*, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith reſpondit: Quæ ego ſum, vt contradicam Domino meo? Omne quod erit antè oculos eius bonum & optimum faciam. *Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Dubium non eſt, quin Vagao lenoniæ artis peritiſſimus, concubitum cum Holoferne petierit, etſi rei turpiſſimæ ſpeciem non indecoram obtendat. *Quæ Vagao hortatur, ad illicitas voluptates pertinent*, ait inibi Anſelmus Laudunenſis, Iuditha autem reſpondet: *Quæ ego ſum, vt contradicam Domino meo? Quaſi dicat, non decet vt ego contradicam vllo modo*, vt commentatur Lyranus. Et addit Carthuſianus: *Quicquid autem placuerit illi de præambulis ad dormiendum cum ipſo, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Vide nunc qualiter tractetur caſtitas in regio Holofernis tabernaculo, & Imperatoris aulâ. Titulo *honoris* nominatur ſtuprum; ſic ſcortatio nobilitatur! Vt *honorificetur* ante faciem eius, ait, cùm allicit ad concubitum. Hinc illud Saluiani lib. 7. de Gubern Dei: *Puritatem nos fugimus, illi* (Barbari) *amant: fornicatio apud illos crimen atque diſcrimen eſt, apud nos Decus.* Non hæc mirarer de Perſarum ſalacitate. Miriſſimum autem eſt, Iuditham honeſtiſſimam, & quæ tot aſperitatibus caſtitatem præſtruxerat, non potuiſſe quatriduo in aulâ commorari, quin vltrò adacta ſit lenocinij præſtigio, ſaltem ad ambigua verba, & quæ ſtupro adnuere vrbanè viderentur. *Quicquid placuerit illi de præambulis ad dormiendum cum ipſo, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Adeò vt ipſa Iudith ad Suos redux, hanc ſuſpicionum labem feſtinet eluere: *Viuit Dominus*, inquit, *quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè huc reuertentem; & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoriâ ſuâ, in euaſione meâ, & in liberatione veſtrâ.* Sic eſt tenera feminei pudoris in aulis valetudo, vt ſub diuinâ atteſtatione, ſpecialem Angeli tutelam in ſuâ *euaſione* Iuditha perſuadeat?

In Holofernis aulâ, feminarum luxuria appellatur honor.

Anſel. Laud.

Lyranus.

Carthuſian.

Saluian.

Iudith 13. v. 20.

4.

Marci 6. Herodiadis tripudium inuulgat Euangelij vox & aulicam mulierum illarum publicitus pandit impudicitiam. Herodes rex ſub libidinis iugo tentus, viui videntíſque fratris vxorem ſuam facit, regni poteſtate abuſus in auxilium intemperantiæ. Tandèm aliquandò natalium Herodis tempus inſtabat, ſplendidáque luxurioſi Regis erat menſa, & conuiuium regifici luxus notis inſigne. *Cúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi ſimúlque diſcumbentibus*, &c. Saltatrices olim conuiuiis adhibitas ad luxum, tradunt priſci Scriptores, quòd animum etiam virilem & durum emolliant, & ad libitum flectat ſcita ad modos muſicos ſaltatio. Tale nunc in Regum palatio ſpectaculum ſeu theatrum luxuria importauit. Tempeſtiuè Remigius in cap. 14. Matthæi: *Impudica mulier impudicam filiam nutriuit, non pudorem docens, ſed ſaltationem. Nec minus reprehendendus Herodes, qui paſſus ſit regiam Aulam fieri à muliere theatrum.* O quale impudicitiæ theatrum Aula facta eſt! *Herodias interea* (ait Baſilius) *ſaltationem adornans in conuiuij theatrum inſiliuit. Herodias autem filia oſtentans habitu matris artes, exactum materna libidinis ſimulacrum adſpectu impudenti, fracto corpore, animâ diffluente, iactu in cælum manibus pedes in altum ſubrigebat, habitu ſeminando ſuam turpitudinem publicabat. Hic verò tripudium omnium oculos attrahere, Herodes admirabili ſaltationis dexteritate teneri, ipſum ſe in ſpectaculi præmium ſpondere*, &c. Ecce tibi Principis aula, id eſt, viua morum lex, & iuſtitiæ ſacrarium, facta eſt femineæ ſaltationis ſchola, gymnaſium impudentiæ, ac laſciuiæ theatrum, deſpumandæ libidini peridoneum. In ſaltationis præmium, ipſum ſe Herodes ſpondet, & ſemiputata regni pars in tripudij honorarium proponitur. Intutum regnum eſt, & imminutionem certò minatur,

Marci 6. v. 22. *Herodis aula aulica libidinis theatrum eſt, & laſciuæ ſaltationis gymnaſium.*

Remigius.

Baſil. Seleu. Orat. 18.

natur, vbi iſtiuſmodi ſalaces mores aulam inceſtant. Ergò detruncatum Baptiſtæ caput vt excipiat ſaltatrix in aulâ *puella manus ſubiicit, & congruentem cum libidine mercedem caput, & profecta ab impudentiâ dona offert matri. Ecce tibi mater, inquit, inſtitutionis ſaltatoriæ minerual, cape quod ſaltationis gratiâ donum confertur; aperta tibi deinceps ad libidinem viâ.* O Herodianæ aulæ impudentiam! (Faceſſant ergò hinc Hebræorum traditiones, qui ſeriò autumant, Rutham in regis Moabiticæ palatio natam, enutritam, inſtitutam. Tanta nunc pudicitiæ laus, ab aulicis feminarum moribus egregiè peregrinatur,)

Baſil. ſ.

Hîc verſ. 11.

5. Itaque Herodes ad promiſſum ſaltatrici puellæ obſequium, miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco. *Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.* Ecce Ioannes aulicæ impudicitiæ theatro adeſſe cogitur; ſed vitâ functus: viuus enim ad iſtiuſmodi ſpectaculum adduci non poſſet. Adeſt ergò ad ſceleris teſtimonium teſtis oculatus, ad aulicæ impudentiæ viſum, mortis beneficio cæcus; ne vel mortuus palatinæ intemperantiæ aſpectum pateretur. Eleganter Ambroſius: *Attulit caput eius* (Ioannis Baptiſtæ) *in diſco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. Cerne oculos in ipſâ morte ſceleris tui teſtes, auerſantes conſpectum deliciarum.* Ioannes adhuc mortuus aulæ flagitium videt, & ab aulæ femineis deliciis oculos auertit, ne impudicitiæ theatro adſit, & theatralem in aulâ impudentiam videat? Oculos habet apertos ad oculatum ſceleris teſtimonium, & eoſdem oculos Propheta claudit, non tam mortis neceſſitate, quàm horrore libidinis. Sic iſtiuſmodi aulica impudenter theatra, vel demortui Prophetæ oculos faſcinarent, toxicarent, inceſtarent? Superuacua Prophetæ cautela, aulicam mulierum impudentiam viuidè perſtringit, & palatinos ad neceſſariam cautelam informat. Cum multo felle Saluianus: *Volunt ſibi id fortè Maiores* (nobiliores inquam) *quaſi priuilegium vindicare, vt iure ſuo crimina, vel minora committant.* Aulicarum verò mulierum impudentia, Herodianum palatium aut inuenit, aut facit. Gratulor Chriſtianis Principibus ſollertem aulici gynæcei cuſtodiam, ne luxus palatij priuilegio inſoleſcat. Herodi inquam dicitur: Prophetæ *cerne oculos in ipſâ morte ſceleris tui teſtes, auerſantes conſpectum libidinis.*

Marci 6. v. 27. & 28

S. Ambr. l. 3. de Virgin.

Demortui Præcurſoris oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur.

Saluian.

§. CCXXI.

In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia.

1. QVàm multa non licent ei, cui omnia licent; ideóque non omnia expediunt. Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti ſit quàm clementia, quocumque modo is, & quocumque iure præpoſitus ceteris erit. Eò ſcilicet formoſius id eſſe, magnificentiúſque fatebimur, quò in maiori præſtabitur poteſtate, quam non oportet noxiam eſſe, ſed ad naturæ legem humanitate compoſitam. Natura enim rectionis indiga, ne homines feritate obbruteſcerent, Rectorem ac Principem commenta eſt; ſed humanum, & nuper è reliquis vnum: & qui quod aſpetum ab imperio ſuo ſubditis contingere videt, ſibi quoque euenire potuiſſe reputet; aſſiduíſque bonitatis argumentis probet, non Rempublicam ſuam eſſe, ſed ſe Reipublicæ, vt periculo ſuo redimat alienum; & quod aliis imminet, ſibi imminere poſſe animitùs conſideret: conſors enim eſt humanæ naturæ, etſi ſubiectæ conditionis feliciter exors. In hâc meditatæ aut exercitæ ſubiectionis ſcholâ, Rectorum peritia ad humanitatem eruditur: & qui non communis naturæ, ſed regiminis priuilegio exlex eſt, ſe gerat tamquam legi obæratus, & animaduerſioni pariter obnoxius. Optimum imperandi gymnaſium, aſſidua obſequij meditatio eſt.

Optimũ imperãdi gymnaſium, aſſidua obſequij meditatio eſt.

Numerorum 17. in ſeditione illâ Core, Dathan, & Abiron, poſt miſſum cælitùs incendium, quo quinquaginta ſuprà ducentos è Proceribus perierunt; mox vltrà quatuordecim millia, ſæuiente flammâ Moyſis & Aaronis vltrice, perierunt, miſerè in fauillas redacti. Strage ſeueriùs peractâ, reliquus populus pauidè extimeſcit peracerbas Dei ac Moyſis iras, ne ſuperſtites cum occiſis pariter conuoluat. Tunc locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: *Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis Principibus tribuum, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ.* Scilicet vniuſcuiuſque Principis in quâlibet tribu. Erant enim omnes Principes primogeniti totius populi, & ſingularum tribuum: vndè ad omnem litem dirimendam, Principum nomina inſcripta erant virgis duodecim. *Vnicuique virgæ* (ait Procopius) *mandat inſcribi Principis nomen, totius tribûs cui præeſt, vice.* Sed eſto, cuiuſque Principis nomen, totius tribûs, ac familiarum eius vice ponatur: quare poſt noxiæ gentis excidium, cui ſupplicium ſimile ſceleroſus populus extimeſcit, eiuſdem populi Principes, ſingulas virgas iubentur proferre, & ſuum illis nomen inſcribere? Scio miraculum perſtrui de florente virgâ Aaronis, qui erat tribûs Leuiticæ Princeps, quâ ſuper re litigium exortum fuerat. Sed adhuc ſupereſt dubium, cur Principes virgis ſuis ornati tunc proferri iubentur? An non ſatis ſtabilitum erat Aaronis Sacerdotium poſt hiatum terræ Dathanum & Abironem deglutientis, & poſt tot gregalium ſtrages æthereo incendio ſubitò peractas? Opinor, rem tetigit Cornelius in huius loci Commentario, dum has virgas velut *ſceptra Principum* interpretatur, & ſui principatûs inſigne. Nimirùm dum præceſſerat communis ſupplicij metus, & indifferentis reatûs ſuſpicio & horror; tunc, tunc quidèm populi Summates ſuas proferant *virgas*, quæ erant poteſtatis inſignia, & velut *ſceptra Principum*: quia tunc de pauido nuperrimi ſupplicij metu, & indifferenti ſubiectione, abundè eruditi erant de rectionis peritiâ, in ſubiectionis gymnaſio. De experientiæ malo ſciunt, quàm ſit ſubiectio inquieta, anxia, pauida, dum reatus diſquiritur, dum imminet pœna, dum aliis ſeueriùs infligitur. Ergò his ærumnis nuper edocti Proceres moraliſſimè iubentur proferre *virgas* ſuas ſuis nominibus inſcriptas, & *ſceptra Principum* manu geſtare: ſiquidèm nuper in parendi ſcholâ, & dubij timoris ſubiectione, regiminis peritia

2.

Numer. 17. v. 2.

Procop. apud Gloſſam.

Poſt pauidã ſubiectionẽ. tribuũ Principes virgas geſtant.

Cornelius.

Digitized by Google

erudienda præceſſit. Neſcit imperare, qui ſubdi neſcit.

3. Lucæ 1. v. 32. & 33.

Lucæ 1. adhuc cunctatur Virgo Maria Angelo adnuere, ne virginitatis detrimento diuinam maternitatem redimat, quam potiùs pudoris illibati gratiâ mercatur. Addit ergò Gabriel nouus de cælo rhetor, vt Mariam flectat ad conſenſum: Hic (Ieſus inquam, ex te naſciturus) erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: quare eundem cum Deo naturalem habebis filium. *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quaſi dicat: In filio ex te naſcituro, ô Maria; putà in Ieſu, adimplebitur Iſaiæ, ceterorúmque Prophetarum vaticinium, de regno Dauidis patris eius illi in perpetuum conſignando. Non diſputo nunc an Dauidis regnum ad Chriſtum Dominum deuolutum ſit, per progenitorum legitimos ritè traduces. de quo aliàs vbertim agebamus. Teneo tamen ex Angeli ore, quòd Chriſtus ſedet Rex in ſolio Dauid patris ſui Et quidèm S. Athanaſius homil. de ſemente, copioſè perſequitur ſimilitudinem inter Dauidis ac Chriſti regnum, & poſt multa ſic ad rem fatur: *Porrò Dauid vnctus in Regem, non ſtatim arripuit regnum, ſed ſuſtinuit in longum tempus ſeruire Saüli. Noſter item Seruator rex genitus ante ſecula, nec temporarium regnum poſſidens, ſed ante ſecula, Rex ex Rege Deo genitus, & ipſe quoque ſeruire ſuſtinuit. Non enim rapinam arbitratus eſt, ſe æqualem eſſe Deo, ſed ipſe exinanauit ſeipſum, ſerui formam accipiens, vt abſolueret quod de eo diſpoſitum erat.* Bonus ſanè rex Dauid Iudaici regni aſſertor & columen, & auguſtiùs regnandi idea; qui meruit typicè glorioſum Chriſti Dei regnum, velut antitypum quondã adumbrare. Vngitur à Samuële in Regem, & ritè inauguratus Rex non feſtinat regnum arripere, nec ſtatim coronam ambit, ne præcoquâ ambitione ius principandi infeliciter. Potiùs tunc Dauid conſultè properat Saüli obſequenter deſeruire, quaſi deſtinatio ad regnum, ad ſeruitium foret mancipatio. *Dauid vnctus in Regem, non ſtatim arripuit regnum, ſed ſuſtinuit in longum tempus ſeruire Saüli.* Scilicet in ſcholâ parendi, priùs ediſcit benè regnandi peritiam, & ſubiectionis diuturno ærumnoſiùs magiſterio, perìtè principandi diſciplinam erudit. Quare vbi inauguratur Rex, Saülis obſequium feſtinus expetit, tamquam optimum obeundi regiminis rudimentum. Rudis principatum aſſumeret, ni ſeruitute regimini præluſiſſet. Quod in Chriſto Deo mirere magis, qui *Rex ex Rege Deo genitus* antè ſecula, ſub formâ *ſerui* apparere dignatur, ne de abſolutâ regnãdi peritiâ, illi apud homines quicquam deeſſe videretur, quò Dauidis regis typum, ipſe antitypus perfectus perfectè conſummet. Quod ex iam dicendis claratur.

S. Athanaſ.

Dauid & Chriſtus antè regnum, formam ſeruitutis affectant

4. Lucæ 2. v. 51.

Lucæ 2. Ieſus duodennis à parentibus anxiè quæſitus, & tandèm inter Doctores in templo inuentus, *Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis.* Venit Nazareth vltrò & ſponte ſuâ; & erat *ſubditus*, Græcè *ſubiectus*, obediens, ſcilicet quoad humanam naturam, Mariæ ac Ioſepho ad nutum obſequebatur. Et vbi eſt illud, quod Deiparæ Angelus prænunciauit: *Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis?* Qui ſic *Magnus* futurus eſt, vt *Altiſſimi Filius* verè nominetur; & in patrio Dauidis ſolio *æternum regnaturus* ſit; quare ſe nunc ſic demittit, vt Mariæ ac Ioſepho *ſubiectus* eſſe dicatur? Quid obſequio (à quo exemptus erat) hominibus exhibito, cum regiâ auguſtè indole æternùm regnaturâ? An ſubiectionem auſpicatò præmittit imperio? An arduas parendi difficultates præexperitur, ad felicem æterni imperij dexteritatem? Scitè Clitarchus: *Si magiſtratum* (Principatum) *geris, manſuetus: ſi ſub imperio alterius, magno animo præditus eſto.* Fallitur quiſquis putat magnanimitatem eſſe Principum aut imperantium elogium, & non potiùs parentiũ. Ergò in obſequendi ſcholâ, magnanimitas, & reliquæ imperij dotes, & principandi elogia ediſcenda ſunt. Pulchrè Antonius in Meliſſâ nuper laudatus: *Si parere non didiciſti, imperare ne aggreditor.* Et poſt paucula ſubdit ex Solone: *Impera, Si priùs parere didiceris: nam parere qui didicit, imperandi erit peritus.* Ecce tibi in parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. Ideóne Chriſtus nunc paret, vt imperare æternùm diſcat? *Subditúsne* eſt parentibus, vt in Dauidis ſolio ſublimiſſimè ſedens, æternùm imperare diſcat? Audiendus eſt Doctor Gentium, qui hâc de re ſic ſublimiter philoſophatur, ad Hebræos 5. *Et quidèm cùm eſſet Filius Dei, didicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſſa ſalutis æternæ.* Nihil ſpeculatiuè diſcere nouiter Chriſtus potuit, ab inſtanti Incarnationis omniſcius: at toto vitæ decurſu *obedientiam* experimentali ſcientiâ *didicit*: quare iam declaratus cæli ac terræ Princeps, ſic principatum geſſit, vt *factus fuerit omnibus obtemperantibus ſibi, cauſſa ſalutis æternæ.* Hæc homo Deus. Ergò purus homo in parendi gymnaſio, imperandi ſcientiam ediſcat. *Impera, ſi priùs parere didiceris: parere qui didicit, imperandi erit peritus*

Græcus.

Lucæ 1. v.32. &c.

Magnanimitas, non tam Superioris, quàm ſubditis elogium eſt.

Clitarch. apud Anton. in Mel. l.1. Ser.1.

Anton. T.

Solon.

Parere qui didicit, imperandi erit peritus.

ad Hebræos 5. v.8. & 9.

5. Ruth 2. v.8. & 13.

Rutha cap.2. ſeruili ſpicilegio ſedula, magni beneficij loco habet, audire ex Boozi ore: *Iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere.* Cui illa: *Locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.* Et rurſus cap. 3. Boozo interroganti: *Quæ es? Illa reſpondit: Ego ſum Ruth ancilla tua.* Quæ etiam adeò fuit exprompta Noëmi ſocrûs ſuæ obſequio, vt illi dixerit: *Quicquid præceperis, faciam.* Et quod audacter promiſit, abundè præſtitit. Hæc, hæc inquam, exindè ad magni Boozi connubium ritè ſublimata, *genuit Obed, Obed genuit Iſaï, Iſaï genuit Dauid* regem, è quo generoſus tot potentiſſimorum Regum cenſus. Qui inter omnes matronales auias, & præluſtres Heroïnas, vnicè Ruthæ adſcribitur. Idcircò à priſcis rectò Hebræis, *Mater regni* Rutha nobiliter nuncupatur. Scilicet quæ toties ſe nominauit *ancillam*, & quæ diu obſequij laude opinatiſſima fuit, de ancillari obſequio, *Mater regni* dignè meruit nuncupari. *Si parere non didiciſti, imperare ne aggreditor.* Diu ancilla magnanimiter ſit, ancillari negotioſè operi ſolers, quæ *regni mater*, & tot magnanimorum Regum generoſa parens appellatur; quò in obſequij rudimentis, imperij maieſtas

Ruth 3. v.9. *Ruth de obſequio erudita, Mater regni nominatur.*

Ruth 3. v.5

Ruth 4. v.22.

Hebræi.

Digitized by Google

maieſtas erudiatur. Sic de obſequio ergà Rutham, eruditur etiam Boozus, ſummus forſan totius populi Dux, aiens: *Quicquid dixeris mihi faciam*, &c. Ibidem verſ. 11.

---

§. CCXXII.

Moderata idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium.

1. QVàm magnum eſt, nolle laudari, & eſſe laudabilem. Aliquandò bonum eſt laudari, ſed præſtantiùs ſemper eſt eſſe laudabilem. Glorioſis gratioſiora ſunt præconia, quàm tributa; quia ſtipendium & improbo Tyranno impenditur, ſincera autem laudis prædicatio, non niſi bono Principi, aut eam benemerenti debetur. Optima tamen ſemper eſt illa morum gnome, quæ ſic linguam moderari præcipit: Lauda parcè, vitupera parciùs: ſimiliter enim reprehenſibilis eſt nimia laudatio, & vituperatio immoderata: iſta ſiquidèm de malignitate, illa de adulatione ſuſpecta eſt: teſtimonium veritati, non amicitiæ reddas; & ſic publicatæ neceſſitudinis ſuffragio, ſuffragij tui fidem nundineris. Infortunata eſt rei veritas, quam immodica laudatio commendat. Quantùm adiicis commendationi, credibilitati detrahis: & indè auditorum fidem refutas, vndè credi poterat laudatione præſtructa. Omnis laudatio, aut in laudantem tectiùs reflecti, aut in adulationem degenerare putatur. Ergò parcè lauda, ne laudem laudationis infœcundam effutire videaris.

Quod adiicitur commendationi, credibilitati detrahitur.

2. Ioannis 4. mulier illa Samaritana, quæ aquulam in profundo puteo quærens, Deum ſibi obuium de facili inuenit; vbi Chriſtum eſſe Prophetam; ex eius reſponſis benè nouit, quæſtionem tunc celebrem inter Samaritanos ac Iudæos incunctanter proponit. Patres noſtri, inquit, in monte hoc Garizim adorauerunt, & vos Iudæi dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quandò neque in monte hoc. neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem. *Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt.* Verùm quia his verbis Chriſtus & ipſe Iudæus, & Iudæam gentem ſibi cognatam, Samaritanis præferre videbatur, confeſtim ſubdit: *Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.* Quaſi dicat: Iam inſtat tempus meæ Euangelicæ legis, in quâ veri adoratores Dei, ſcilicet Chriſtiani, ſiue ex Iudæis, ſiuè ex Samaritis, ſiue ex aliis gentibus, ad me conuerſi adorabunt Deum, non in monte hoc, neque in Ieroſolymis dumtaxat, carnalibus animalium ſacrificiis; vti faciunt Iudæi & Samaritæ, ſed vbiuis gentium, in ſpiritu & veritate. Ceterùm vlteriùs ſagaciter perquirunt Commentatores, quare Chriſtus Deus, qui nuper ſuos Iudæos verè Samaritanis prætulit, in loco veræ adorationis; cõfeſtim Samaritanos cognatis ſibi Iudæis exæquet. Eccur hæc additiuncula ſubnectenda tunc fuit, & velut neceſſaria lacinia præſcriptis attexenda? Quâ ſuper re audiendus eſt inibi Euthymius, qui ſic ad thema præſens idoneè philoſophatur: *Vbi Iudæos* Ieſus *Samaritanis præpoſuiſſet, rurſùs nunc Iudæis præponit Chriſtianos; vt ſuſpicione careat prælatio, & non appareat Iudæis gratificari, tamquàm Iudæus.* Luculenter quidèm Euthymius! Nimirùm Chriſtus Deus nuper verè (vt par eſt) prætulerat ſuos Iudæos exteris Samaritis, in loco diuinæ adorationi deſtinato ſacrificialibus victimis: ne autem in hâc veritate contrà Samaritanos Iudæorum de religione æmulos, de veritate ſuſpectus haberetur, tamquam ipſe Iudæus cognatis Iudæis *gratificari* vellet, & de cognationis lenocinio ipſos æmulis ſuis præferre: exindè confeſtim Samaritas in Chriſtianiſmi prærogatiuâ Iudæis adæquat, vt aduerſum Samaritanis ſuffragiũ, & Iudæorum prælationẽ opportunè temperet, & ad credibilitatẽ moderetur. Hem! ſumma Chriſti Dei veritas ſic cautè laudat, *vt ſuſpicione careat prælatio, & non appareat Iudæis gratificari tamquam Iudæus?*

Ioann. 4. v. 23.

Chriſtus præcauet, ne dum cognatos Iudæos Samaritis præfert, cognatis gratificari putetur.

Euthym.

Matthæi 13. dum agitur de die iudicij, vt oſtendatur Iuſtorum claritas, ita ſcribitur: *Tunc Iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno Patris eorum.* Benè eſt, Iuſti fulgeant in cælo ſicut Sol. Verùm poſtmodùm idem Euangeliſta Matthæus agens de Dominicæ transfigurationis gloriis in Tabore, ait: Et transfiguratus eſt ante eos. *Et reſplenduit facies eius ſicut Sol.* Nec putauerim, ſolam Chriſti faciem, ſed totum eius corpus fulſiſſe. Ita S. Ephrem Orat. de Transf. *Etenim*, inquit, *oſtendit Euangeliſta, quòd ex toto eius corpore, eius gloria ſcaturit: & totâ eius carne reſplenduit eius facies, & ex totis eius membris reſplenduerunt radij*, &c. Item: *Chriſtus toto ſuo corpore, tamquam Sol ſuis radiis reſplenduit gloriâ ſua Diuinitatis.* Et incertus Auguſtinus lib. 3. de mirabil. S. Script. cap. 10. *Vt per carnem Diuinitas foris illuxit, ſic & caro illuminata de Diuinitate per veſtimenta radiauit.* Hinc ſi vtrumque Euangeliſtæ locum pariaueris, grande dubium oboritur, quare Chriſtus, qui arcanæ Diuinitatis radios foràs emittebat, *ſicut Sol* fulgere dicitur, quandoquidèm Iuſti etiam in cælo, *ſicut Sol* etiam fulgere perhibētur? An non auguſtiùs ac diuiniùs fulſit Chriſtus, quàm Iuſti ſplendent? Hoc dubium his verbis & ſcitè proponit, & acutè ſoluit Remigius: *Si autem facies Domini reſplenduit ſicut Sol, & Sancti ſicut Sol fulgebunt; numquid erit æqualis claritas Domini & ſeruorum? nequaquam. Sed quia nihil lucidius inuenitur Sole, idcircò ad manifeſtandum exemplum futuræ reſurrectionis, & facies Domini reſplendere, & Iuſti dicuntur fulgere ſicut Sol.* Nempe cùm Iuſtorum in reſurrectione ſplendor exponatur idoneâ comparatione Solis, quo nihil in mundo ſplendidius, hoc vero elogio omnem, etſi rei dignioris comparationem præoccupauit, & radios Diuinitatis præfulgentes in glorioſâ Chriſti transfiguratione, Soli pariter comparauit, neque enim aliud corpus fulgore præſtabilius inuenit. Vndè priori Iuſtorum laudatione, nonnihil poſteriori detrahere videtur; quia non ſuppetit quò laus vltrà audeat. Exindè hæc Dominici fulgoris laus, de Solis comparatione decreſcens, humanæ tunc credibilitati forſan adulatur. Sanè credibilior apparet laus, quæ rem laudatam vix adæquat, ne dum commendatione exaggerat. Quare & Iuſtorum in reſurrectione fulgor, & Chriſti Dei in transfiguratione ſpendor, Solis claritati conſultiſſimè comparatur: nam temperatior laus, credibilitati 3.

Matth. 13. v. 43.

Matth. 17. v. 2.

S. Ephrem.

S. Auguſtin.

Quare Iuſti in cælo, & Chriſtus in Tabore ſicut Sol fulgere dicuntur?

S. Remig in Caten. ad Matth 17.

credibilitati adulantiùs blanditur, quæ ſi tota derepentè præfulgeat, de humanæ tenuitatis aut inuidiæ genio citiùs extenuari ſolitat: idcircò moderata laudatio eſt perſuaſionis arbitrium.

4. Lucæ 17. v.15.

Lucæ 17. decem illi leproſi à longè vocem extollunt, & ſanitatem deprecantur. Quibus dixit Ieſus: Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt. *Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magnâ voce magnificans Deum.* Et nuncupatim notat Euangeliſta, quòd hic erat Samaritanus, id eſt, alienigena, & Hebrææ religionis velut Hæreticus. Hinc meracior & ſumptuoſior Dei laus eliquatur. Audiendus eſt Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel, c. 9. ſic eleganter fatus: *Laudare Deum, commendare eſt votum, & ſoluere. Vndè & Samaritanus ille aliis anteferitur, qui cum leproſis aliis nouem ſecundum præceptum Domini mundatus à leprâ, ſolus regreſſus ad Chriſtum, amplificabat Deum.* Quæ eſt hæc laus, quâ leproſus hic Deum *amplificare* perhibetur? Profectò Samaritano, id eſt, inimico ore laudatur: nam inimicus encomiaſtes, veroſimilior laus eſt. Dein inopinata coràm mundities leproſi, certior eſt panegyris, quæ Chriſti ſanatoris vim omnipotenter beneficam oculis loquitur. Exindè leproſi huius vocalis laudatio his ſuffragiis fulta, indubiam fidem inuenit, & Chriſtum Deum non tantùm commendare, ſed & *amplificare* perhibetur. O, ſic eſt homo alienæ *laudis auarus*? Vel Dei laus his eget ad credibilitatem adminiculis?

S. Ambroſ. *Quare leproſus Dei laudem amplificare dicitur?*

S Ennod. pro Synodo.

5. Iſaiæ 42. v.3.

Iſaias propheta cap. 42. hæc Chriſti Dei elogia antedicit: Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper illum. Non clamabit, neque accipiet perſonam, &c. *In veritate educet iudicium.* Hoc à Prophetâ encomium recitat Chriſtus Matthæi 12. cùm ipſe in beneficiis & miraculis frequens eſſet; & indè Iudæi hanc Iſaiæ panegyrim de ipſo interpretari debuiſſent. Tam longè autem tunc aberant Iudæi, vt huic laudationi fidem inclinarent, vt Chriſtum nuper acerbiùs dehoneſtarint. Sed expenſione digniſſimum eſt, quòd præſcripta Iſaiæ verba tamquam de ſe dicta recitans Chriſtus, *In veritate educet iudicium*, ſic referat: *Donec eyciat ad iudicium victoriam*: quaſi perindè ſit eiuſmodi propheticæ laudationis *veritas*, ac *victoria* in litigioſo iudicio reportata. O bonum à bono Auctore commentarium! Quod Propheta Euangelium, aut Chriſtum laudando *veritatem* dicit, *victoriam* Chriſtus appellat? Otium laudatoriæ veritatis, bellicum negotium eſt? In vulgari maledicentiæ certamine, laudatoria *veritas*, quò veritas appareat, *victoria* dicitur? Sic pugnaciter alienis laudibus homines detrahunt? Quare miraculi adinſtar reputari potuit, quòd vulgari omnium ſuffragio bona Ruth laudari meruit, abſque vllâ maledicæ obtrectationis inuidiâ: *Scit enim* (ait Booz) *omnis populus, qui habitat intrà portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Miriſſimum ſanè eſt homines de alienâ laude vel oculis credidiſſe.

Laudatoria veritas victoriâ conſtat ad fidem faciendam.

Matth. 12. v.20.

Hic verſ. 11.

6. B. Petr. Damianus.

Beatus Petr. Damianus Serm. 14. qui eſt de S. Marco Euangeliſtâ, valdè miratur cur de Petri Magiſtri ſui laudibus ſic parcè ſcripſerit: *Cur Beate Marce*, inquit, *tam egregio, tam inſigni Præceptori tuo* (Petro,) *quem animo deuotus vnicè diligis, ſtilo non parcus? vt & quæ laudibus ſunt efferenda prætereas, & quæ reprehenſioni videantur apta deſcribas?* Duplicem rationem paullò antè in eodem Sermone præſcripſerat: *Hi planè libenter*, inquit, *alios laudibus efferunt, qui laudem ab adulatoribus quærunt: ceterùm qui recuſat accipere, dedignatur offerre.* Alteram rationem præmiſerat: *Quatenùs ſic* Marcus *veritatis hiſtoriam texeret, vt tamen Magiſtri gloriam ſilentio præteriret: ſicque veridici Scriptoris impleret officium, vt perſonæ cuiuſlibet ignorando fauorem, aſſentatoris non incurreret nauum.* Veras amiciſſimi ſui Præceptoris laudes, ſilentio præterit Euangeliſta Marcus, vt *ſic veridici Scriptoris impleret officium*? Profectò ſi encomiaſtes Petri foret, veridicus Scriptor eſſet, vtpotè Euangeliſta; at veridici Scriptoris fidem vix apud vulgus hominum inueniret. Sic eſt mortalium animus alienæ laudis auarus! Sic quod alios præcelsè extollit, incredibile videtur. Heu! quod alienis laudibus cautè detrahitur, fidei conſultiùs adiicitur?

Marcus tacet Petri laudes, vt veridici Scriptoris impleat officium?

§. CCXXIII.

Opportuna laus, teſſera virtutis eſt; & laudabilem inuenit, aut facit.

GAlfridus ſubtilis ethicè Doctor, exponens illud Salomonis: *Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit*; ita ſcribit: *Nox eſt vita iſta mortalis, ignorantia tenebris tetra, & culparum obſcura caligine. In eâ tamen conſurgens amico ſuo voce grandi benedicit, qui in vitâ ſuâ laudare hominem, & non parcè laudare præſumit. Itaque ſimilis eſt maledicenti dum inutiliter vtilem ſomnum excutit, & beatificans in errorem inducit: vel non recipienti miſero moleſtus lucem ingerit, quam ille non diligit; iuxtà illud: Diem hominis non deſideraui, tu ſcis.* Benè eſt, non deſideretur humanæ diei lux, id eſt, laus humana, ne laudatum adulatione faſcinet, & ipſâ laudis luce obtenebret. Sed aliquandò opportuna laus, teſſera virtutis eſt, & laudabilem inuenit, aut facit. Quare à Boozo ſemel & iterùm Rutha eximiè laudatur, quâ non ſuperbiuit arroganter, ſed in ſtrenuè incœpto virtutis itinere alacrem ſtabiliuit. Sæpè enim laudata virtus ad honeſtatem calcar addit.

1. Prouerb. 27. v.14. Galfrid. ibi. apud Tilmann.

Audita laus propria, dies hominis dicitur.

Ierem. 17. v.16.

Ruth 2. v.11. Hic verſ. 11.

Lucæ 2. Puer, inquit, Ieſus creſcebat, & confortabatur plenus ſapientiâ. *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem, in die ſolemni Paſchæ*, &c. Sapienter addubitat Auguſtinus lib. 2. de Conſenſ. cap. 10. Quomodò (ſicut Lucas narrat) ibant parentes Ieſu per omnes annos pueritiæ Chriſti in Ieruſalem, ſi Archelai timore prohibebantur accedere? Fieri, inquit, poterat, vt per diem feſtum inter tam ingentem turbam latenter aſcenderent, mox reuerſuri, vbi tamen aliis diebus habitare metuerent: vt nec ſollemnitate prætermiſsâ eſſent irreligioſi, nec continuâ manſione conſpicui. Eucherius verò homil. de hoc Euang. rationem reddit, quare hoc neglecto periculo, ad templum ſic auidè aſcenderint:

2. Lucæ 2. v.41.

S. Auguſt.

Deipara vadit ad templum, vt ſuas laudes audiat.

Eucherius.

Digitized by Google

aſcenderint: *Mater eius* (Ieſu) *multa ibi in lege & Prophetis cantari audiebat, quæ de ipſâ dici intelligebat, & in ſe iam completa eſſe ſciebat: qualia ſunt: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuël..... & multa alia. Meritò igitur per annos ſingulos illùc veniebant, vbi ſuas laudes ab omni populo prædicari audiebant.* Ecce tibi Filius Deus, & Mater Virgo (quale humilitatis par mundus non vidit,) non laudum ambitione, ſed religionis laude, ſuas audire in templo laudes percupiunt: & ſic neglecto periculo, & longi itineris labore, per tot obſtantia alacres eunt, & redeunt. Tantæ humilitati non obſtrepit audita laus.

3. ad Galat. 2. v. 20. Paullus ad Galatas 2. ita ſcribit: *Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Arcana quidèm metamorphoſis, quâ iam Paulli vita, Chriſtus erat; quaſi Paulli vita non tam vitâ humanâ, quàm Ieſuanâ conſtaret. Ex hâc Apoſtoli gnome colligit Bernardus Serm. 5. in feſto omnium ſanctor. hominem poſſe coràm laudari tutâ commendatione (S Bernardus): *Noſtra interim feſtiuitas,* inquit, *in timore Dei: nam illorum magis in exultatione & laude verſatur: Indè eſt quod ſecurè laudantur homines, qui non ſuâ iam viuunt vitâ, ſed Dei.* (*Tutò laudatur, qui non ſuâ, ſed Dei vitâ viuit.*) Et epiſt. 23. ad Attonem: *Vana quidèm laus & ſeductoria, quâ laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, in quo qui me beatificat, in errorem inducit: ſed non idcircò prædicanda, & multum commendanda non erit illius vita, qui dicere poteſt: Viuo autem iam non ego; viuit verò in me Chriſtus. Cùm ergò laudatur homo, in quo iam viuit, non ipſe, ſed Chriſtus; non in ſuâ laudatur, ſed in Chriſti vitâ; ac per hoc non laudatur contrà ſententiam, quæ prohibet hominem laudari in vitâ ſuâ.* (Eccli. 11. v. 30.) Itaque qui Paulli æmulus, verè dicere audet, *Viuo autem, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus,* tutò laudatur; quia non in ſuâ, ſed in Chriſti vitâ laudatur: *qui non ſuâ iam viuunt vitâ, ſed Dei.*

4. Pſal. 67. v. 35. & 36. Pſalmo 67. ſic Deo occinit regius Vates: *Date gloriam Deo ſuper Iſraël..... Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ.* Quomodò autem Deus, non tantùm in maieſtate ſuâ, ſed etiam in Sanctis ſuis ſit admirabilis, ſic opportunè ad rem præſentem exponit inibi S. Bernardus (S.Bern.epiſt. 23.): *Laudarem vos, inquit, & iure laudarem, ſi non me reuocaret illa ſententia: Neminem laudaueris in vitâ ſuâ. Siquidèm rem laude dignam egiſtis, ſed ei laus adſcribenda eſt, à quo accepiſtis & velle & perficere quod meritò laudaretur. Deum ergò per vos, & in vobis glorificamus, qui tamen ad hoc in vobis voluit glorificari, vt & vos redderet glorioſos.* (*Deus in Sanctis ſuis glorioſus apparet, ne ſolus habeat laudis gloriam.*) (Pende attentiùs verba quæ ſubiicit, expenſione digniſſima) *Qui nimirum cùm ſit mirabilis in maieſtate ſuâ, etiam in Sanctis ſuis glorioſus apparere dignatur, ne ſolus habeat gloriam. Ipſe nempè licèt ſibi ſufficiens ad omnem magnificentiam, quærit tamen gloriam in Sanctis, non vt augeat ſibi, ſed vt ſuis communicet.* Itaque Deus, non auarus gloriæ gloriam ab hominibus expetit, ſed miriſſimè glorioſus in maieſtate ſuâ, glorioſè mirabilis eſt in Sanctis ſuis: nam laudem & gloriam, quam ab hominibus ambit, non ſibi ſoli vſurpat, quaſi hoc elogium hominibus inuideat; ſed eam in homines regerit largior laudis munerator: quia ad hoc in hominibus voluit glorificari, vt homines redderet glorioſos. *Qui nimirùm cùm ſit mirabilis in maieſtate ſuâ, etiam in Sanctis ſuis glorioſus apparere dignatur, ne ſolus habeat gloriam.* Luculenter quidèm de more Bernardus.

Eccleſiaſtici 31. ſic monet Siracides: Beatus diues, qui inuentus eſt ſine maculâ: & qui poſt aurum non abit, nec ſperauit in pecuniâ & theſauris. 5. Eccli. 31. v. 9. *Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ.* Magnum ſanè magni meriti ſtipendium, laudes tutò audire, quas benè operando largiùs promeruit! Pulchrè idem inibi Bernardus: *Scio me, inquit, ex Scripturâ commemoraſſe, non eſſe laudandum hominem in vitâ ſuâ. Verùm quomodò me poſſum cohibere à laude illius, qui poſt aurum abire iam deſiit, & ſperare contempſit in pecunia theſauris? De quali nimirùm Scriptura ſic loquitur: Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ.* S. Bern. 5. (*Opportuna laudatio, rerum laudandarum fertilis eſt.*) Sanè magni præmij loco ponitur, laus dignè promerita, quâ in laudatis laudanda creſcunt laudationis arbitrio. Nazianzenus factus Magni Baſilij encomiaſtes, ita ſcribit in Orat. de eius laudibus: S. Nazianz. *Illos ſimul & voluptate afficiet hic ſermo; & ad virtutis ſtudium extimulabit. Quarum enim rerum laudes noui, earum quoque rerum haud dubiè incrementa explorata habeo. Nec quicquam omninò eſt, quod non hâc ratione augeatur.* Sic eſt rerum laudandarum fertilis opportuna laudatio!

Matthæi 11. Diſcipulis Ioannis miraculorum linguâ Chriſtus reſpondet. 6. Matth. 11. v. 7. & 11. *Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne.* Et poſt multa eius encomia concludit: *Amen dico vobis non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſtâ.* Ne turba putaret, Chriſtum adulari Ioanni, eiúſque gratiam captare, ait S Chryſoſtomus, S. Chryſoſt. ibi. ſi coram eius diſcipulis ipſum laudaſſet, ideò permiſit eos priùs abire, deindè coram populo eum laudauit. Vetat nimirùm adulationem, laudationem aduocat. Eleganter inibi Galfridus apud Tilmannum: Galfridus. *Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſtâ, &c. Quotieſcumque ſe offerebat occaſio ſermonis, laudibus Ioannis delectabatur Dominus immorari.* (*Laudibus Ioannis delectabatur Dominus immorari.*) *Marcus Lucas & Ioannes initia librorum eius præconiis dedicarunt, vt videlicet auctoritas tanti nominis primâ fronte prælati totum deinceps commendabilius redderet Euangelium. Et lucerna in ipſo ingreſſu ac veſtibulo ardens & lucens perduceret ad lucem, quæ lucebat in tenebris, ſed nequibat à tenebris comprehendi. Matthæus verò cùm natiuitas eum Domini tenuit initiis occupatum, mox vt Nazareth puerum nutriendum commendauit, ad Præcurſorem & Baptiſtam conuertit ſtilum, ratus imperfectum fore quicquid de ſponſo diceret, ſi de dimidio ſponſi reticeret amico.* Sat eſto ad pendenda laudum ſtipendia perſtrinxiſſe locum, aliundè enucleatiùs expenſum.

Propheta regius Pſalmum 108. ſic auſpicatur: 7. Pſalm. 108. v. 2. Lorinus. *Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt.* Nimirùm orat Deum Dauid, doloſis hoſtium inſidiis & calumniis circumuentus, ne quas ad ipſum fundit preces reiiciendo, videatur nolle vt ipſe illum laudet: quaſi Deus laudem alicuius loqui cenſeatur, ſeu ori alicuius laudem ſuiipſius dictare, ac libenter laudari ab eo velle, & laudantem audire, quandò vndè laudari poſſit, mate-

riam

Digitized by Google

riam præbet, & laudandi deſiderium afflat. Arcanus ſanè modus laudes ſuas *tacendi*. De quo aliàs. Perplacent autem qui cenſent, *τὸ laudem*, non tam actiuè, quàm paſſiuè accipi. Vndè alij

Hebræus.

excribunt: *Deus à quo eſt quòd lauder, & glorificer*. Adſentit Euſebius in Catenâ Græcorum

Euſebius.

Patr. indidem, ſic fatus: *Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris*, &c. *Qui autem in inſidiis ſuis ad mortem eum vrgebant, omni ſtudio ſatagebant, vt hac ipſa laus eius ſileretur ac taceretur. Sed tu, inquit, ô Pater minimè permittes ſilentio premi laudem meam, quæ ad tuum honorem & gloriam adornatur.* Bona laus homini calamitatibus oppreſſo exhibenda, & ab eo piâ ambitione expetita; non quâ ipſe arroganter turgeat elatione ſuperbiæ; ſed quæ iniurias fruſtretur, & calamitatem mitiget & deludat; & quâ Dei *honor & gloria adornetur*. O quoties opportuna laus homini impenſa, calcar illi ad virtutem addit; vigor ſtandi eſt, qui ruinam arcet, titubantis ſtitio virtutum honor, & indè diuinæ gloriæ ornamentum! *Laudem meam ne tacueris, quæ ad tuum honorem & gloriam adornatur.* Hem! laus homini palam tributa, diuinam aliquandò gloriam adornat? Opinor, laus Boozi, Rutham coràm prædicans, diuinam laudem adornauit.

Laus homini tributa, diuinam gloriam adornat!

---

§. CCXXIV.

Idonea laus, virtutis cupiditatem ingerit; & laudatores facit eiuſdem coronæ participes, arcano laudis ſacramento.

1. Laudabis, ſi potes, omnes, non potes? ne vituperes. Virtutes nullæ ſunt, vitia maxima? vtrumq; preme. Narrant alij? tu aliò ſermonem flecte. inurbanum fors erit maiorum ſermonem, tamquam iniectâ nouaculâ ſecare? tace. Rogaris ſententiam? minue, aut mollioribus aſpera leni: nulli deeſſe lenitas conanti poteſt. Viſa referuntur? tu ad humanam deflecte imbecillitatem, & virtutes alias oppone, ac in maximis etiam viris ſemper fuiſſe quod ignoſcendum eſſet. Quòd ſiquis pergat damnare, tu vide, an non aliquid habeat laudandum qui damnatur; & pro damnandis laudanda ſuggere. Mirum quantùm ſæpè hæ laudes ad excutienda quæ obmurmurabantur vitia, & ſectandas virtutes, quarum vel dubiæ notæ laudabantur, eualeant. Interdùm laudando laudabilem facies. Opinor & hoc ad cumulum diuinæ gratiæ pertinere, quòd interdùm laudata virtus, igniculum pietatis ingerat, & ſui ſtudium accendat. *Audiendo* (ait S. Paullinus) *per ſermonem tuum vera dignis Chriſti ſeruis, atque adeò nobis falſa præconia, quantùm debito conſtringamur, agnoſcimus.* Qui enim laudes ſuas audit, de cõmercio laudationis, eo conſtringitur debito, vt eas laudes aut inueniat veras, aut actuosè veras faciat. *Non laudis cauſsâ rectum ſequi conuenit: ſed ſi laus ſequitur, duplicatur rectè appetẽdi voluntas.* vitium & laus infidam habent concordiam. Porrò vt laudabilitas eſt virtutis ſtipendium, & locuples illius cenſus; ita & laus probitatis ſequela eſt, & illius calcar. ſi tamen

Interdum laus laudabilem facit.

S. Paullinus. epiſt. 1.

Tullius Reth. nou. lib. 3.

Ab extraneis laudari, ſingulare elogium eſt.

non coràm prædicet laudanda, ſed procùl; quippè quæ non adulatio, ſed communis fama expreſſit. Theodahadus rex ſic Caſſiodori calamo Imperatori Iuſtiniano ſcribit: *Commune eſt cunctis in ſuis imperiis prædicari, ſed illud eſt omnimodis ſingulare, in extraneâ gente proprias laudes inuenire. Quia ibi ſunt vera iudicia, vbi neminem comprimit vlla timiditas.* Quod ex iam iam attexendis elucidabitur.

Caſſiod. l. 10. Variar. epiſt. 19.

Matthæi 26. cùm eſſet Ieſus in Bethaniâ in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem Diſcipuli, indignati ſunt dicentes: *Vt quid perditio hæc?* potuit enim iſtud vænundari multò, & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, ait illis: *Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.* nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. *Amen dico vobis, vbicumque fuerit prædicatum hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.* Pro *τὸ Quid moleſti eſtis huic mulieri?* Arabicus habet: *Quid reprehenditis mulierem?* quid illam vituperatis, & illius pietati detrahitis? *Bonum enim opus operata eſt in me. τὸ bonum*, Græcè καλὸν, id eſt, pulchrum, egregium, eximium, & inſigni laude dignum. Pulchrè inibi Chryſoſtomus: *Quemadmodum ſi quis ipſum* Ieſum *antequam mulier hoc feciſſet, interrogaſſet, non admiſiſſet; ſic poſtquam fecit illud, vnum ſolummodò reſpicit, ne increpatione Diſcipulorum ancipiti animo turbetur, ſed hortatu ſuo maiore animo ſuſcepto promptior & melior euadat.* Itaque tametſi factum illud Chriſtus minimè iuberet fieri, nec priùs conſultus, fieri permiſiſſet; tamen Diſcipulorum vituperium cohibet, ne mulieris pietas increpatione turbetur ac nutet. Imò etiam aliquam rationem laudis in opere illo non ſuaſibili quærit, & coràm egregiè laudat, vt ex præconio ſuo mulier *maiore animo ſuſcepto promptior & melior euadat.* Sic animos ad virtutem ingerit tempeſtiua laudatio! Sed deindè ſubtiliter ad rem perueſtigat Chryſoſtomus, quare Saluator illius mulieris factus encomiaſtes, ob illud factum fore vt illius fama toto orbe celebris habeatur, ſpondeat? *Quam ob rem*, inquit, *nihil ſpiritale, ſed perpetuam mulieri memoriam pollicetur? Hâc laude de ſpiritalibus etiam confidere ipſam effecit. Si enim bonum operata eſt opus, proculdubio dignâ opus mercede non fraudabitur.* Scilicet Chriſtus Deus, bonus meritorum ſequeſter, & laudum arbiter; opus etſi priùs non ſuadendum, ſed quæſitâ poſtmodùm ratione, aliquâ ex parte laudandum, & ipſâ coràm laudat, & laudandum toto orbe deprædicat: non autem palàm remuneratione aliquâ ſpirituali illud honorat, illiúſque meritum taxat: nam laus toto orbe celebris, & laudandum ſupponit opus, ſpiritali mercede non fraudandum; & vltrà vberiùs merendi confidentiâ erigit, quæ huiuſmodi perpetuâ laudatione acriùs extimulatur. Vndè Chriſtus Deus huius mulieris perpetuat laudes, & laudabile meritum euulgat, & ſpiritali mercede dignum fatetur. *Hâc laude de ſpiritalibus etiam confidere ipſam effecit.* Sic interdùm propria laus laudabilem facit, & aliorum de ſe opinionem generoſis ſpebus indè cumulare ſatagit!

2.

Matth. 26. v. 13.

Arabicus.

Græcus.

S. Chryſoſt. homil. 81. in Matth.

Aliquandò quis ſuis auditis laudibus promptior & melior euadit.

Interdum propria laus, generoſam benemerendi fiduciam afflat.

Geneſeos 12.

Digitized by Google

3\. Geneſ. 12. v. 3.

Geneſeos 12. magnificis ſpebus è patrio ſolo Deus Abrahamum euocauit. Faciam te, inquit, in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eríſque benedictus. *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Quid eſt, quod *benedicentibus* Abrahamo, largè à ſe benedicendos, & opulentà munerandos felicitate Deus ſpondeat? Sic Deo placet Abrahami laus, vt laudatoribus ſic largè benefaciat? An non ſat magnum imperati exilij foret præmium, quòd Deus illi munificè benedixerit, niſi eius etiam benedictio in Abrahami laudatores exundet: ô magnum benè collocatæ laudis ſacramentum! Luculenter Chryſoſtomus ita ad rem præſenté ſcribit: *Quemadmodum*, inquit, *non modò qui mala faciunt, ſed etiam qui laudant eos, eiuſdem aut grauioris quoque participes erunt ſupplicij: ita qui bonos laudant & admirantur, conſortes erunt coronarum quæ illis deſtinatæ ſunt. Exemplum autem & argumentum in Scripturâ habemus: Dixit autem Dominus ad Abraham: Benedicentes tibi benedicam, & execrantes te execrabor.* Ecce tibi idoneæ laudationis, & vituperationis inidoneæ myſterium. Porrò ſicut qui vituperanda laudant, digni ſunt qui adſimilem aut grauiorem ſubeant pœnam, ac qui commiſit flagitium, quod laudatione commendant, (de quo aliàs vbertim, vbi & hic locus emedullabitur.) Sic qui laudanda commendat, & admiratione dilaudat, tamquam eiuſdem bonitatis laudatione conſors, eaſdem *coronas* ſacramento laudis participat, & vnum vnius meritum, ad plures abſque ſui detrimento, miriſſimè ampliatur. Vndè & bona operatio, & digna eius laudatio, & admiratio cum laude, eâdem coronâ muneratur. *Benedicam tibi, eríſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi*, &c. *Qui bonos laudant, & admirantur, conſortes erunt coronarum, quæ illis deſtinatæ ſunt.*

Qui malum laudat, grauius meretur ſupplicium. S. Chryſoſt. apud Anton. in Meliſſâ, l. 1. Serm. 51.

Qui bonum laudat, illius coronæ particeps fit, laudationis ſacramento.

4\. Pſal. 63. v. 11.

Poſtquam regius Propheta Pſalm. 63. grauiter conqueſtus eſt de hominum contrà ſe maledicentiâ, *quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas*; tandem ſibi gratulatur de benedicentiâ: *Lætabitur*, inquit, *iuſtus in Domino, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.* Seipſum Dauid in tertiâ perſonâ intelligit, vt notant politiores Interpretum, exultímque ſibi adgaudet, quòd ſic maledicorum ora ſint potenter obturata, vt ipſius iuſtitia & virtus palam laudetur. *Laudabuntur omnes recti corde.* A quo nam laudabuntur? Pulchrè Lorinus inibi ex Hebrææ vocis proprietate: *Laudabuntur ipſi à ſe ipſis, laudabunt ipſi ſe*; non ore, ſed opere. Eximia laus eſt, laudabilia agere etſi à nemine laudentur. *O quàm magna res eſt, non laudari, & eſſe laudabilem!* ait Seneca in Prouerb. Certa ac generoſa laus eſt, quam ore tacito, opera buccinant. Videtur autem Hilarius legiſſe, *laudabunt*, pro *laudabuntur*: quaſi perindè ſit, *laudare* alios, & ab aliis *laudari*. Porrò ethica Moſchionis gnome eſt: *Si benè audire cupis, benè loqui diſcas. Coneris benè facere, & ſic benè audiendi fructum acquires.* Ceterùm Vulgatus, *laudabuntur* habet. Nam etſi Hieronymus vertat, *exultabunt*, effectum laudationis expreſſiſſe videtur, quæ eſt alacritas ad vlteriora facinora glorioſiùs patranda. Eleganter Chryſoſtomus nuper laudatus: *Laudabuntur* (exegeticè *exultabunt*) *omnes recti corde. Laus enim*, inquit, *propter egregia facta auget animi cupiditatem ad meliora, in illis qui aliquid benè geſſerunt.* Eximia quidèm laudationis laus! laus ſcilicet opportuna, ad illuſtria virtutis facinora, præ difficultate ſubliniora; *cupiditatem* animitùs ingerit, & ingeſtam mirè auget. Cuius luculentam rationem reddit Nazianzenus Orat. 23. in Heronem Philoſ. *Præcipuum beneficium eſt in rebus honeſtis laudari* (Alij è Græco extribunt: *Prima benè merendi ratio eſt rerum honeſtarum commendatio.*) *Laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem, virtus felicitatem, quæ ſupremum & finis eſt omnium quæ deſiderantur, & quo omnis viri boni motus refertur.* Nempè ad quod omnis viri boni *motus* refertur, idonea tempeſtiuè laudatio *cupiditatem* ingerit, auget, ſufflaminat. Nam, vt egregiè dixit ſuprà Chryſoſtomus; *Multi ſæpè cum virtutes ipſas propter laborem fugiant, gloria tamen gratiâ ſequentis laborem, eas ſuſcipiunt.* Sæpè enim laus ceſpitanti ac torpenti calcar addit ad virtutis facinora.

Lorinus. Hebræus. — Seneca. — S. Hilarius. ibi. — Moſchion. — S. Hierony. — S. Chryſoſt. apud Anton. in Meliſſâ, 5. — *Tempeſtiua verò laus, virtutis cupiditatem ingerit & auget.* — S. Naziant. — S. Chryſoſt. ſuprà.

Magnus vir Booz, probitate ac peritiâ opinatiſſimus, non contentus Rutham coràm eximiè commendaſſe ſuprà cap. 2. verſ. 11. & 12. nunc in hoc cap. 3. verſ. 10. & 11. eius laudes magnificâ commendatione recentat, futuræ vxoris encomiaſtes factus: *Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes pauperes, ſiue diuites. Noli ergò metuere, ſed quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intrà portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Scilicet conſultiſſimè Boozus iterat Ruthæ laudes, vt laudationis in eâ materiam incrementet, iuxtà decantatiſſimam illam Baſilij ſententiam: *Quarum enim rerum laudes, earum quoque incrementa noui.* Baſilio adnuit Clemens Alex. l. 1. Pædag. cap. 1. *Laudata virtus arboris creſcit modo*, quaſi arbitrium propagandæ virtutis, laudatio ſit. Verum illud Antagenis: *Ciuitatis ornamentum eſt, fortitudo virorum: corporis, pulchritudo: animæ, iuſtitia. Iis contraria, dedecori ſunt. Oportet autem virum, & Mulierem, & ſermonem, & factum, & ciuitatem, & rem quamlibet, ſi laude digna ſit, laudando honorare.* Ergò Boozus Ruthæ virtutem laudibus *honorat*, quò adſauens laudabilitati, illius incrementa blandè ſubornat. 5.

Hic verſ. 10. & 11. — *Virtutis laus, illius augendæ arbitrium eſt.* — S. Baſilius. — Clem. Alex. — Antag. apud Antoniū, 5.

§. CCXXV.

Oratio piâ impudentiâ perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus: ſic repetitâ excidere, aſſequi eſt.

1\. TVnc ſcito te omnibus miſeriis ſolutum, & bonis omnibus cumulatum, cùm eò perueneris, vt Deum nihil roges, niſi quod rogare palàm poſſis; niſi ſpe erectus, vota largiùs implere præſumas; niſi adeò inſtanter precando perſeueres, vt vota cumulatiùs adimpleas. *Multi langueſcunt orando* (ait Auguſtinus;) *& in nouitate conuerſionis ſuæ ferventes orant; poſteà languidè,*

S. Auguſt. in Pſal. 65.

Perſeuerantia in precibus, variis elogiis commendatur.

guidè, poſteà frigidè, poſteà negligenter. Vigilat hoſtis, dormis tu? vrget neceſſitas, & languet inſtantia? Deſpiciuntur orationes diffidentes, inutiles, ſeculi curis anxiæ, inanibus votis plenæ, mobilitate leues, & de inconſtantiæ malo, gratiarum fructibus infœcundæ. Quod leuitas diſpergit, inſtantia abundè congregat. Perſeuerantia de impetratione præfidens, & poſt repulſæ verecundiam, adhuc precando inſtans; arrogantia non eſt, ſed fides; non eſt ſuperbia, ſed deuotio. Hæc oratio indefeſsè inſtans, longanimâ ſpe ſubnixa, eſt lacrymarum ſolatium, cura dolentium, ſanitas ægrotantium, periclitantis animæ aſylum, lapſantis naturæ ſupplementum votorum, diuinæ liberalitatis obſes, gratiæ pignus, & opinatiſſimum auertendarum calamitatum ſuffragium. Qui citò languet in precibus, deſperationem erudit, & quamuis pium & expromptum largitorem negare edocet. Precatio repulſæ verecundiam negligens, ſed è peruerſo adhuc audacter præfidens, gratiarum impetrandarum arbitrium eſt, diuinioris munificentiæ ſtipendium, & cæleſtium donorum cenſus opulentior. Qui citò in precibus languet, beneficiorum receptioni ſe ſubtrahit.

2\. Lucæ 11. poſtquam Chriſtus Deus homines orare docuit, impetrandi ſpem hâc ſimilitudine ſubrigit: Quis veſtrum, inquit, habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de viâ ad me, & non habeo quid ponam ante illum: & ille deintùs reſpondens, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi. *Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens eò quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* (Lucæ 11. v. 8.) Scilicet vult Deus nos in oratione eſſe perſeuerantes (quod eſt præſcripti paradigmatis intentum) vſque ad importunitatem, eáque delectatur, optátque nos magno affectu inſtare, pulſare, vrgere; & quaſi cogere Deum ad donandum. Pro τὸ *propter improbitatem*, Arabicus habet, *propter importunitatem*, perindè eſt: ſed Vulgatus rem viuaciùs expreſſit. Verùm Græcè ſcribitur ἀναίδειαν, id eſt, *impudentiam*, vel *inuerecundiam*: etſi alij apud Maldonatum, *propter verecundiam*, tranſtulerint. Audi S. Auguſtinum Serm. 5. de Verbis Domin. cap. 5. *Quid eſt propter improbitatem? quia pulſare non deſtitit: quia & cùm eſſet negatum, ſe non auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit.* Nimirùm ſic poſt repulſam, *inuerecundus* adhuc petendo inſtat, vt negationis *verecundiâ* neglectâ, velut auxiliarem aſſumat *impudentiam.* Cuius tanta vis eſt, & arcana impetrandi energia, vt vel à nolente beneficium extorqueat. *Quare ille qui nolebat dare,* (imò & palàm dixerat: *Non poſſum*) *quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit.* Qui neſcit ſic perſeueranter poſtulare, docet negare. Vndè vſque ad *impudentiam* inſtare, pulſare, & vrgerere debemus. Non debet eſſe delicatè tenera petentis frons, quæ pudore negationis ſuffuſa, piam perſeuerantiæ *impudentiam* erudiat, qui impetrationis vigor eſt, è peruerſo auxiliaris.

Arabicus. Græcus. Maldonat. S. Auguſtin. *Vſque ad piam impudentiam inſtanter perſeuerandum eſt in oratione.*

3\. Pſalm. 21. Dauid (ſiue Chriſtus, Dauidis antitypus) patiendo velut defeſſus, ſic Deum alloquitur: Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? longè à ſalute meâ verba delictorum meorum. Et quia orationis vota, nondùm impetrando impleuerat, adhuc pergit: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi.* (Pſal. 21. v. 3.) Scilicet, etſi totâ die inceſſanter ad te precibus clamauerim, nec me exaudieris poſtulatis adnuendo; non ideò à precando deſiſtam; ſed clamabo per noctem. Neque idcircò inſipientiæ aut ſtultitiæ adſcribendum erit, quòd per diem repulſam paſſus, quaſi negligens negationis verecundiam, per noctem exaudiri præſumam. Tertullianus (Tertullian.) lib. 4. aduersùs Marcionem, cap. 13. *Et nocte, & non in vanitatem mihi.* Doctè inibi aduertit Lorinus, quòd Græcum ἄνοια ſignificat etiam *ſuperbiam.* Hinc forſan Tertullianus Græcè peritus, pro τὸ *ſuperbiâ*, excripſit *vanitatem.* Cæterùm excriptiones iſtæ nimis à Vulgato, & ab explicato Prophetæ ſenſu, diſſidere videntur. Porrò ſtolidæ *inſipientiæ* adſcribi ſolet, quòd aliquis poſt exertam petitionis repulſam, adhuc pudoris neſcius, poſtulando inſter, & velut obſtinatè petendo perſeueret; aliam citiùs repulſam, quàm rem poſtulatam impetraturus. Nam iterata rei petitæ negatio, vlteriorem repulſam infauſtè auguratur, & apud negantis faſtum ſolerter procurat. Igitur noctu iterare preces, interdiu repulſas, *inſipientiæ* tribui poteſt; *ſuperbiæ*, aut *vanitati* adſcribi non poteſt. Qualis enim relinquitur *vanitati*, aut *ſuperbiæ* locus in precum inſtante ac perſeuerante iteratione, poſt humiliter verecũdam rei petitæ repulſam? Quandò ſupplex rogatio ſupplicem fruſtrà rogatorem non dehoneſtat, humiliat, & velut indecoro oſtentui palam exponit? Vndè ergò qui interdiu inexauditus, ſupplicationem noctu iterat, inani faſtu ſuperbiat? Scilicet qui poſt repulſam adhuc orando animoſè inſtat, & obnixiùs rogando perſeuerat, tam longè abeſt, quòd ſpes humiliter abiiciat; vt potiùs de inſtantiâ orationis præfidens, & de perſeuerantiâ rogando indefeſsâ præſumens, cauendum ſit, ne ſuperbiæ faſtu tangatur. Recognoſce Prophetæ verba ethicè profunda: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam*, aut *vanitatem*, aut *ſuperbiam mihi.* Hem! ſic inſtantia orationis aduersùs repulſam orando perſeuerans, piâ quâdam *ſuperbiâ*, de impetratione præſumit?

Lorinus. Græcus. *Iterata oratio poſt repulſam inſtanter perſeuerans, ſuperba dicitur. quare?*

4\. Pſalmo 150. cùm Dauid plura ſigillatim inſtrumenta muſica recenſuiſſet, quaſi omnia ſimul ſubiunxerit, ait: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* (Pſal. 150. v. 6.) Quæ verba ſic exponit Theodorus Heracleotes (Heracleot.) in Commentario: *Poſtquam omnia inſtrumenta commouit, ad omnem deinceps naturam excurrit, omnem ætatem vocans ad modulationem. Alius: Quandò, inquit, Deus omnia in omnibus exiſtet, tunc quoque implebitur hæc ſententia.* Sanè omni ætate, tempore, ac loco Deum laudare, & orationi inceſſanter inſiſtere, eſt cæleſtem vitam æmulari, & nihil non precibus conſequi, indefeſsâ precum perſeuerantiâ. Quid verò Dauid per *ſpiritum* intelligat, Græcus textus (Græcus.) docet, in quo eſt πᾶσα πνοὴ, hoc eſt, *omnis ſpiratio*, vel *anhelitus.* Ne putemus inuitari ab illo tantùm cæleſtes ſpiritus, qui inauditâ carminis ſuauitate Triſagion illi perpetuò decantant; ſed

homines

Digitized by Google

homines in hâc mortali vitâ, dum reſpiratione viuunt, ad inceſſantem orationem prouocari.

S. Maximus

S. Maximus Serm. 14. fortè alludens ad hunc Pſalmi locum, ita ſcribit: *Omnis ſpiratio* vel *anhelitus laudet Dominum. Quemadmodùm*, inquit, *reſpirare numquam eſt intempeſtiuum: ſic neque poſtulare à Domino petitiones myſticas vſque ad extremum ſpiritum.* O immetatam repetitâ oratione perſeuerantiam! Parum eſt quòd omnis *reſpiratio* ſit orationis vehiculum, & orandi menſura (quod aliàs expendebamus;) eſſe etiam debet oratio, non ſolum crebra, & vitalis, ſeu viſceroſa, ſicut *reſpiratio*, quâ vita hominis conſtat; ſed tamquam *anhelitus*, quo homo vitaliter & inceſſanter hiat ad Deum, reſque Dei *vſque ad extremum vitæ.* O ſæpè prolixam rei precibus expetitæ dilationem, anhelantis velut fallentem vota! Neminem fallat diuturnæ repulſæ tædium. Vſque ad extremum ſpiritum, oratione reſpirare conuenit, & anhelare ad rem precibus expetitam, quaſi deprecatione, velut de reſpiratione viuamus. *Omnis reſpiratio laudet Dominum.* Nam *quemadmodùm reſpirare numquam eſt intempeſtiuum: ſic nec poſtulare à Domino petitiones myſticas vſque ad extremum ſpiritum.* O piè pertinacem in precibus perſeuerantiam! Sanè eleganter Maximus.

Oratio ſit quaſi vitalis anhelitus & reſpiratio vſque ad extremum ſpiritum.

5. Ioannis 2. piè ſagaciſſima Deiparæ pietas, vini defectum in nuptiis animaduertit: & ad Filium Deum confeſtim accurrens: Vinum, inquit, non habent. Et dicit ei Ieſus: *Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris: Quodcumque dixerit vobis facite.* Tacet modeſtè Mater, meritóque velut renuenti Filio cedit, vtpotè Filio Dei. Sed quid eſt, quòd Deipara repulſam interpretatur deprecationem, & fidenter miniſtris iubet, vt quod iuſſerit Filius, ſtatim exequantur? Sapienter Chryſoſtomus: *Magna quædam res eſt*, inquit, *& vtilis precatio, ſi mente integrâ fiat, ſi ad gratias Deo agendas inſtituamur, non ſolum cùm aliquid accipimus, ſed & cùm repulſam ferimus. Interdùm enim dat, interdùm etiam non dat, vtrumque vtiliter: vt ſiue accipias, ſiuè non accipias, aliquid tamen receperis in nihil recipiendo: vtque impetraris, ſiue impetres ſiue non impetres in non impetrando: eſt enim interdùm non accipere vtilius, niſi enim vtile nobis eſſet aliquandò non accipere, omninò dediſſet* (Nota attentiùs quæ profundè ſubſcribit:) *vtiliter autem re aliquâ excidere, aſſequi eſt.* O belle! Scilicet ſic certò oratio intentiùs perſeuerans rem impetrat, vt tametſi renutu audiatur, & per repulſam re petitâ excidat, illam tamen adhuc impetrat, & velut abnutu extorquet arcano orationis ſacramento: *Vtiliter autem re aliquâ excidere, aſſequi eſt.* Quare dum Chriſtus Deus expetitum beneficium videtur abnuere, quaſi palàm adnuiſſet, miniſtros ad velut negatæ gratiæ receptionem Deipara fidenter diſponit, fideli diuinæ liberalitatis commento, quo renutum ipſum interpretatur optatiſſimam beneficij acceptionem, ac ſi repulſa vices cùm receptione reciprocet. Exindè Boozus hîc ritè expetitus ad Ruthæ connubium, in quempiam ſe Propinquiorem, obligationem reijcit, quaſi iure exemptus. Non tamen ideò animum deſpondet Rutha; quia animaduertit, quòd ipſo renutu adnuit, & expetiti connubij fiduciam dilatione ingerit: quemadmodùm ſo-

Ioan. 2. v. 4. & 5.

S. Chryſoſt. apud Max. Serm. 14.

Re petitâ excidere, illam aſſequi eſt. quomodò?

Hîc verſ. 12. & 13.

P. Didac. Celada in Ruth.

crus Noëmi rem peritè commentatur infrà verſ. 18. aiens: *Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat*, &c.

---

§. CCXXVI.

Vaga Principum libido, regnorum excidio plerumque mulctatur.

IN principe laudata eſt caſtitas ſemper omnium ore & calamis. immortalem ſanè illa laudem, omnibúſque triumphis nobiliorem tribuit Scipioni: qui puellam exquiſitiſſimæ formæ vltrò oblatam, cum dote remiſit, nec tangere voluit, nec videre tam caſtis oculis, quàm corde & animo. Factum id ab Alexandro, vel hoc ſolo nomine Magno, cùm Darij vxorem ac filias miræ pulchritudinis benignè habuit, ſolatus eſt, vicem indoluit, habuitque vt matrem & ſorores, nec alio loco. Profectò id regnum æterno in gradu facilè ſteterit, vbi in Principe minimum virium libido vendicauerit: nam quò hæc generis humani certiſſima peſtis penetrauerit, ibi iniuria domini naſcitur, infamia flagrat, ſceptra nutant, dum ad Principis exemplum, populorum vires, & militaris ardor pariter ſubneruantur. Funeſtiſſimis exemplis plenæ ſunt omnium gentium Hiſtoriæ, quò magis vitanda Regibus, ſanguine ferè & regnorum excidiis luenda. O fuge quiſquis ſceptra tenes. alieno plerumque ferreo, alieni toti libido purpuratur. Ne fide ſceptris. vt ſubiecti populi pacatè ſileant, nec defectione infidâ tumultuent; non diu Deus hæc Principum ſcelera patitur inulta. hîc punit regnorum excidio, aut æternùm gehennali incendio pœnalior. O! non hîc, & æternùm? ita duplici pœnâ vnum crimen expiatur, ferro, & non morituris æternùm flammis. 1.

Sub inhoneſto Principe regna nutãt ad interitũ.

Hâc epigraphe Pſalmus quinquageſimus prænotatur: *In finem Pſalmus Dauid. cùm venit ad eum Nathan Propheta, quandò intrauit ad Berſabee.* Continet autem Dauidis pro hoc ſcelere expiando lugubrem pœnitentiam, vt conuenit inter Expoſitores, & Pſalmi verba manifeſtè demonſtrant: *Miſerere mei Deus*, inquit, *ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Ampliùs laua me ab iniquitate meâ, & à peccato meo munda me*, &c. Verùm cùm id tam notum ſit, quàm quod notiſſimum, quid eſt quòd poſtquam infuſus lacrymis, & crebris ſingultibus vocem intercludentibus, veniam Rex popoſcerat, poſtmodùm ſubdit: *Benignè fac Domine in bonâ voluntate tuâ Sion* (Sioni inquam,) *vt ædificentur muri Ieruſalem?* Attentâ quidèm expenſione digniſſimum eſt, quorsùm rex Dauid vbi cruenti ſalaciùs adulterij veniam obnixiùs deprecatur, eámque adhuc impetrare ſatagit, tunc, tunc quidèm, quaſi prophetiæ oculis videret turritam *Sionis* arcem iam dirutam, & ſuperbos Ieroſolymæ *muros* ad parietinas redactos ineluctabili ruinâ; arcem, vrbem, muros, benignitatis diuinæ ope reconcinnare feſtinet, & ſollerter reſtaurare negotietur. Quandò rex Dauid adulterum infidè perpetrauit, nónne tunc arxs Sionis, & Ieroſolymæ muri, 2.

Pſalm. 50. v. 20.

Cur Dauid adultery veniam petẽs, murorum readificationem ſimul expoſcit?

muri, & vndique mœnia, inter munitiſſima Regum omnium præſidia meritò cenſebantur? quare ergò Rex ea tunc ſollicitius reſtaurare quaſi diruta ſatagit? Opportunè inibi Græci Patres in Paraphraſi Corderij: *Benignè fac Domine in bonâ voluntate tuâ Sion. Beneplaceat igitur tibi Domine demonſtrare quoque benignitatem tuam in Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem, vt iterùm muri priſtinam ſuam formam recipiant. Deindè deprecans pro ciuitate, dicit cauſſam, ob quam pro illâ deprecetur: Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ*, &c. Nimirùm vbi rex Dauid, quâ vigebat naturali ac ſupernaturali prudentiâ, aduertit malitiam adulterij, quod Regia poteſtas perpetrauit ac cruentauit, non tantùm ſceleris veniam ſibi poſcit, ſed pœnas Regiæ libidinis appendices, tanquam iam duriùs inflictas, auertere ſatagit. Et quaſi in Regiæ libidinis pœnam, oculis aſpexiſſet Hebræum, cui principabatur, populum, malè ab hoſtibus conciſum, dirutam Sionis arcem, mœnia ſolo æquata, murorum ruinam, ac funeſtum Ieroſolymæ ac regni excidium, velut pœnales Regiæ libidinis ſequelas, cùm ſibi precatur veniam, ſic pro regno ac vrbe tunc pariter deprecatur: *Beneplaceat igitur tibi Domine demonſtrare quoque clementiam tuam in Sion, vt ædificentur muri Ieruſalem, & iterùm priſtinam ſuam formam recipiant*, &c. O, principum libido, ſi non timet de turpi, timeat de infauſto.

Græci Patr. in Catenâ.

3. Geneſeos 20. Abrahamus Chaldææ exul peregrinatur in Gerarâ Palæſtinorum metropoli, & regiâ Abimelechi vrbe. Dixitque de Sarâ vxore ſuâ: Soror mea eſt. Ob eximiam formæ venuſtatem, miſit Abimelech rex Geraræ, & tulit eam in gynæceum, vt illam in vxorem acciperet. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnium, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti: habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem & iuſtam interficies? Confeſtim autem rex vocauit Abrahamum, & dixit ei: *Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande?* Profectò tametſi Rex, Saram, quam putabat Abrahæ ſororem, in palatium adduxerit; propterea tamen morte plectendus dicitur cum ſuis, niſi continuò intactam viro ſuo reddat. Ipſe autem Rex nunc querulus cum Abrahamo expoſtulans, inquit, *Induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande*. Eſto, rex Abimelech peccauerit, maritatam Saram tollens in palatium, emendatioris formæ venuſtate allectus, eius tamen regnum, nihil eî in re peccauit, quid ergò & peccati reatui, & pœnaliſſimo regiæ libidinis ſupplicio regnum innoxium, hîc obnoxium efficitur? Peccatum, peccatique pœna ſuum appellet auctorem; Regem inueniat pœna, quem ſpecies inhoneſtæ culpæ patratorem cognoſcit. Regiæ inhoneſtatis pœnas regnum inculpatum luat? Tempeſtiuè indidèm Chryſoſtomus, Regij impudicè ſceleris ad regnum etiam peracerbam mulctam deriuat: *Induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande. Non ſatis erat ſi ego punirer* (ait Rex,) *omne regnum meum ſimul puniendum erat*. (*Peccatum* hîc pro pœnâ peccati accipit Chryſoſtomus, cui cõſentit Abulenſis, & communiter Interpretes) Scilicet impudica Regis ſcelera, poteſtate regiâ perpetrata, non tantùm Regem culpant, & grauioris mulctæ reum faciunt; ſed acerbiſſima etiam ſupplicia in *omne regnum* deriuant. Neſciunt ſubiecti crimen, & criminis debitum ſoluunt. Vnius culpa multos ad pœnam trahit. Libido Principis ferax ſuppliciorum eſt, & pœnarum fœcunda. *Non ſatis erat ſi ego punirer, omne regnum meum ſimul puniendum erat*. Impudicitia Principum, regnorum excidium eſt.

Geneſ. 20. v. 9.

Regis Abimelechi ſpeciem impudicitiæ omne regnũ luat?

S. Chryſoſt.

Abulenſ. in Comment.

Geneſis 34. egreſſa eſt Dina vt inuiſæ regionis mulieres videret. Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, *Princeps terræ illius*, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illâ, vi opprimens virginem. O intutam pulchræ feminæ venuſtatem! O quàm nihil tutum à Principum licentiâ! Cum Dinâ omnis Iacobæa familia pariter conſtupratur. Nuptiarum fœdere inuerecundum colorare ſcelus ſatagit Hemor. Princeps autem Sichem flagitioſus Dinæ violator, ſic Iacobum ac eius filios alloquitur: Inueniam gratiam coram vobis, & quæcumque ſtatueritis, dabo: *Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc vxorem.* Quod dicit Princeps Sichem captus venuſtiſſimæ puellæ inſano amore, *Augete dotem, & munera poſtulate*; clariùs legitur Hebraicè, *Augete ſuper me valdè dotem & munus.* Vndè Chaldaica habet, *Multiplicate nimis ſuper me dotem & munera*: & LXX. Interpretes: *Implete dotem valdè, & dabo* Addebat nimirùm Princeps Sichem ad verba patris; etſi moris ſit, vt tradentes filias nuptui, dotes parent nubentibus; ego tamen modo hanc habeam vxorem, dotem ei locupletem volo conſtituere, & vltra dotem, xenia quoque quæcumque mihi iniunxeritis, & munera libens vobis impertiar. Serò ac malè Princeps Sichem pro impudico venuſtioris puellæ ſtupro opulẽta munera offert, vt illam adornet. Meliùs, opinor, Conſtantinus, de quo illud Nazarij: *Nulli matronarum cui forma emendatior fuerit, boni ſui piguit, cum ſub abſtinentiſſimo Imperatore ſpecies luculenta non incitatrix licentiæ eſſet, ſed pudoris ornatrix.* Bellè quidèm Nazarius. Sub Conſtantino Principe abſtinentiſſimo, nulli matronarum pulchritudinis ſuæ vnquam piguit: ſub Sichem Principe impudentiſſimo, Dinæ venuſtiſſimæ puduit ſuæ formæ. Sub Conſtantino Principe venuſtior feminarum ſpecies non erat incitatrix licentiæ, ſed pudoris ornatrix: ſub Principe Sichem emendatior Dinæ forma fuit incitatrix licentiæ, & impudicitiæ opulenta adornatrix. Quare confeſtim populorum ſtrages, Principis cædes, vrbis excidium, & regni totius ruina denarratur. Conſtantinus imperium ſic auxit; ſic etiam Sichem princeps euertit. 4.

Geneſ. 34. v. 12.

Hebræus.

Chaldæus.

LXX. interp.

Apud Principem. feminea ſpecies non ſit incitatrix licentiæ, ſed pudoris ornatrix.

Nazar. in Panegyr.

Lucæ 12. ſic Diſcipulos futuros Eccleſiæ Antiſtites Chriſtus monet: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*, &c. Quæ verba ſic cum ſuperioribus nectit Cornelius. Dixerat Chriſtus *complacuiſſe Patri dare illis regnum*: nunc vrget vt ad hoc regnum, veluti iam inſtans ſtudioſè ſe comparent, ac præcincti lumbis, viam ad illud omni aliâ curâ abiectâ ineant, & capeſſant. Quaſi dicat: Eſtote parati ad regnum, omnibus virtutibus boniſq; operibus, præſertim caſtitate, præcinctione lumbo- 5.

Lucæ 12. v. 35.

Cornel. ibi.

rum

tum deſignatâ. *Lumbos noſtros adſtringi iubet* (ait
S. Chryſol. Serm. 24. Chryſol.) *baltheo caſtitatis, & totũ carnis noſtræ fluidum ac diſſolutum conſtringi mandat continuâ Zonâ virtutis, vt carne ſuccinctâ*, &c. Itaq; Chriſtus Deus cùm Suos inuitat ad regnum, baltheo caſtitatis illos adſtringit, & velut cõtinentiâ Reges inaugurat. Vndè poſtquam dixerat: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*, poſt paucula ſubdit: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*: & *præcinctione* caſtitatem innuit; *lucis* autem nomine, reliquarum virtutum merita explicatiùs deſignat. Vide quàm ſollerter Chriſtus in Eccleſiæ Antiſtitibus,& futuris, etſi aliter, Regibus caſtitatem requirat. Fortè hùc alludit decantatiſſima illa Hieronymi ſententia: *Quâcumque*, inquit, *virtute polleas, quibuſcumque operibus niteas, ſi cingulo caſtitatis careas, omnia per terram trahes.* Quaſi lucentes virtutum faculæ, quibus Princeps ſplendidè *nitet*, niſi idoneo *caſtitatis cingulo* adornentur, impudicitiæ vitio obſcurentur, & ſordeant, atque terram ſqualidè verrant. *Omnia per terram trahet.* Omnia inquit. politicas etiam virtutes, quibus excultiùs ornatur? Sceptrum quoque ipſum? ipſum etiam regnum *per terram trahet?* ô quot Regum ac regnorum faſtigia multis ſeculis ſublimata, vaga Principum libido, ad *terram traxit*, & ſolo funditùs coæquauit! Sanè hic Boozus à multis Commentatoribus creditur fuiſſe Abeſan, ſtrenuus ille Hebræi populi dux ac Princeps. Quò nemo iam miretur Principem tam ſtrenuè felicem ſic fuiſſe pudicitiæ ſtudioſum, vt ſub eodem ſtragulo,& lenocinantibus ſtupro tenebris, cum pulchrâ puellâ impunè iacuerit.

Princeps inhoneſtus omnia ad terram, & per terrâ trahit.

S. Hierony.

Lyra ibi.

Hìc verſ. 12. & 13.

§. CCXXVII.

Gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia

1. Caſſiodor. AVrelius Caſſiodorus in libri de Amicitiâ Prologo, ſic de eâ eloquenter ſcribit: Tanta eſt, inquit, amicitiæ virtus, quòd eius beneficio abſentes amici ſibi præſentes aſſiſtunt, egentes abundant, valent imbecilles, & quod mirabilius eſt, mortui viuunt. *Amicitia eſt diuitibus pro gloriâ, pauperibus pro cenſu, exulibus pro patriâ, imbecillibus pro virtute, pro medicinâ ægrotis, mortuis pro vitâ.* Amicitia enim quædam vita eſt hominum, ſine quâ nullum eſt vitæ humanæ ſolatium. Amicitia quidam gradus eſt hominibus ad Deum: dilectione enim mediante, homo Deo approximatur, dum ex hominis amico, Dei amicus efficitur. Non eſt amicitia in geſtu, non in oſtentatione, ſed in veritate & fide. Non eſt amicitia vectigalis, ſed liberalis: virtus enim eſt, & non quæſtus: non pecuniâ conciliatur, ſed gratiâ: non litigatione pretiorum, ſed concertatione mutuæ beneuolentiæ gignitur & fouetur. Amicitiæ in terris inchoatio eſt, in cælis conſummata perfectio.

Amicitia conglobata encomia.

2. Apocal. 6. v. 11. Apocalypſis 6. hæc ſymbolica viſio Ioanni obuerſatur: Vidi ſubtùs altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant, & clamabant voce magnâ, dicentes: Vſquequo Domine, non vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terrâ? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: *Et dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi.* Quaſi dicat: Sicut corpora veſtra, ô animæ ſanctæ, veſtro ſanguine purpuratæ, requieſcunt in ſuis ſepulcris ſub altari holocauſtorum, expectantia gloriam reſurrectionis; ita & vos pariter requieſcite in cælo, & modicum expectate eandem reſurrectionem, donec compleatur numerus fratrum veſtrorum, qui in terris militant, militabúntque, vt eorum conſortio, quod ſic auidè expetitis, vberiùs ac beatiùs fruamini. Mirum ſanè eſt, quòd beatæ ſanctorum animæ, ſic deſideranter exambiant conſeruorum ac fratrum ſuorum beatum in empyreâ gloriâ conſortium, ac cæleſti beatitudinis collegio. S. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 4. ſic locum exponit: *Reſpondere eis* (animabus) *eſt, vt collectionem fratrum expectare debeant, eorum mentibus libenter expectandi moras infundere; vt, cùm carnis reſurrectionem appetunt, etiam colligendorum fratrum augmento gratulentur.* O! gloriam corporum illi tandiu differri libenter, imò & gratanter ſuſtinent, vt conſeruorum, ac fratrum ſuorum beato conſortio perfruantur? Vel de hâc ſpe *gratulari* cælitibus licet? Luculentiùs, opinor, rem diſſerit S. Bernardus Ser. 3. in feſto omnium Sanctorum: *Vndè tibi*, inquit, *ô miſera caro, ô fœda & fœtida, vndè tibi hoc? Animæ ſanctæ, quas propriâ Deus inſigniuit imagine, te deſiderant: quas redemit proprio ſanguine, te expectant: & ipſarum ſine te lætitia compleri, perfici gloria, conſummari beatitudo non poteſt.* (Expende attentiùs verba quæ ſubjicit) *Adeò ſiquidèm viget in eis deſiderium hoc naturale, vt necdùm tota earum affectio liberè pergat in Deum, ſed contrahatur quodammodò & rugam faciat, dum inclinantur deſiderio tui. Sine maculâ ergò ſunt, ſed non ſine rugâ.* Quid & luculentiùs, & exaggeratius? Piget, ac pudet pulchras Bernardi ad hanc rem, ſententias enucleare, ne aut per exaggerationum crepidines parùm tutus incedam, aut rudiori ecphraſi ac expenſione, ſententiarum atteram elegantiam.

Quàm auidè cupiant cælites terreſtrium fratrum conſortium

S. Gregor.

S. Bernard. *Num Beatorum affectio tota non pergit in Deum, vt inclinetur ad fratres?*

Apocal. 14. v. 5.

Geneſeos 1. conſummato primæ diei opificio, dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ erant ſuper firmamentum. Vocauítque Deus firmamentum, cælum. *Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida.* Pro *pro in locum vnum*, LXX. Interpretes, ex quibus Tertullianus, *in congregationem* vertunt: eſt enim vna congregatio vnitate continuationis. Nam ex veriore ſententiâ omnium aquarum confluges tandèm Oceano vniuntur. Itaque aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in vnum locum, ſeu congregationem vnam *congregari* perhibentur; non illæ aquæ, quæ ſuprà cælum ſeu firmamentum detinentur. An hæ congregatæ non ſunt, ſed vaſtè diſperſæ? Hanc ſub cæleſtium aquarum congregationem, & ſilentium de ſupercæleſtium aquarum congregatione, ſic Hugo victorinus ad mores torquet: *Aquæ, quæ ſub cælo conſtringendæ ſunt, in locum vnum, quia affectus animæ inferior, niſi certâ lege conſtringatur, non* 3.

Gen. 1. v. 9.

LXX. Interp. Tertullian.

Hugo Vict. l. 1. de Sacr. p. 1. c. 33.

poteſt apparere arida, nec germina producere. Benè eſt, aquæ ſubcæleſtes congregentur in locum vnum, conſtringantur certâ lege, ne mutuò diuidantur diſſidiorum malo, & diſcordiæ diuortio malè effluant, atque abinuicem diuidantur. At ſupercæleſtes aquæ, eccur minimè congregari dicuntur? Addit tempeſtiuè magnus hic Doctor: *Aqua quæ ſuper cælos ſunt, non debuerunt in vnum colligi, & in vnum coarctari; quia charitas amplificanda, & ſemper dilatanda: nam charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum-ſanctum, qui datus eſt nobis.* O bona aquarum ſupercæleſtium *congregatio*, pariter ac *diffuſio*! Itaque neceſſarium non fuit, vt dicerentur congregari, & mutuæ charitatis nexu ſtrictiùs couniri. Parùm id foret, niſi etiam cum huiuſmodi *congregatione*, ad amplioris beneuolentiæ auctarium, & charitatem magis ac magis amplificandam, ſimul etiam *diffundantur*. O arcanum fraternæ charitatis ſacramentum, quod res diuerſiſſimas, nempè *congregationem*, ac ſimul *diffuſionem* amico fœdere copulat & counit. Cæleſtes aquæ in vnum congregatæ etiam ſunt: ſed non debuerunt ſic *colligi* ac *coarctari*, vt mirâ mutuæ charitatis *diffuſione*, in longiſſimè ac infimiſſimè à ſe diſſitos, non *amplificetur, & ſemper dilatetur: nam Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum-ſanctum, qui datus eſt nobis.*

Cur aquæ ſupercæleſtes non dicũtur congregari, ſed diffundi?

Ad Rom. 5. v. 5.

4. Lucæ 16. v. 22.

Lucæ 16 Homo quidam erat diues, qui induebatur purpurâ & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus. *Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* In ſinum Abrahæ portatur mendicus, ex morbis, doloribus, rerum inopiâ, ac penuriâ mundi defunctus, vt hoſpes in limbum, cælúmve ingreſſus, liberaliorem hoſpitem nactus, vel in cæli veſtibulo cælitum charitatem experiatur. Dicitur *ſinus* Abrahæ, quia paternâ beneficentiâ exceptus, quaſi filius patris diuitis, nullius rei iam indigus, ſed omnibus abundans, in *ſinu* patris beneuoli requieſcit. *Non iuxtà Abraham* (ait Chryſoſtomus,) *ſed in ſinu Abrahæ, vt illum palparet, vt illum refocillaret, vt illum quaſi clementiſſimus teneret in ſinu ſuo, & recrearet.* Hanc Abrahami in limbo aut cælo beneuolentiam & beneficentiam, pulchrè his verbis Chryſologus expreſſit, ſic fatus: Non immeritò Abraham ſuâ tunc omnes ſanctos ſuſcepit in requie, & in ipſâ cæleſti beatitudine fungitur diſpenſatoris officio: quia dum ſemper hîc ſuſcepit peregrinos & pauperes, ipſum cum Angelis ſuſcipere Deum, ipſum ſub tentorio ſuo videre hoſpitem meruit, quem ſemper habuit largitorem. *Et reuerâ parùm ſe beatum credidit, ſi in ipſâ ſupernâ gloriâ ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio.* Parum ſe Abrahamus putaret beatum, niſi vel in ipſâ beatâ cæli gloriâ, eximiam beneuolentiam ac beneficentiam largiùs exhiberet? Quod beneficentiæ detraheretur, gloriæ detrahi putat? In partem beatæ gloriæ mutua beneficentia intrare perhibetur? Benefica cælitum charitas, gloriam beatitudinis integrat? *Reuerâ parùm ſe beatum credidit, ſi in ipſâ ſupernâ gloriâ, ab hoſpitalis pio ceſſaret officio.* Et Bernardus nuper laudatus: *Adeò ſiquidem viget in eis* (cælitibus) *deſiderium hoc naturale, vt necdùm tota eorum affectio liberè pergat in Deum, ſed contrahatur quodammodò & rugam faciat, dum inclinantur deſiderio tuo. Sine maculâ ergò ſunt, ſed non ſine rugâ.* Vide quàm conſentiat Bernardo Chryſologus.

S. Chryſoſt. *Abraham parùm ſe beatum crederet, niſi eſſet in cælo beneficus?*

S. Chryſol. Serm. 121.

S. Bernard. 5.

Iob 25. Reſpondens autem Baldad Suhites, 5.
dixit: *Poteſtas & terror apud eum* (Deum) *eſt, qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.* Qui ſunt iſti Dei *Sublimes*, apud quos diuina maieſtas concordiam facit? Sanctius per τὸ *Sublimes*, meteoras impreſſiones, Gentilium notitiæ peruias, intelligit: S. Thomas, *Cælos* mauult, in quorum contemplatione ſeduli erant Gentiles: S. Hieronymus, *Sanctos* interpretatur. Dionyſius Carthuſianus ſic aptè locum commentatur: *Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. In Angelicis quoque ſpiritibus ſummam & indiſſolubilem facit concordiam, implendo eos tantâ ſuæ beatitudinis communione, quòd nec à Deo, nec à ſe inuicem diſcordare vllatenus queant. Inſuper Deus facit concordiam in ſublimibus ſuis, id eſt, conſiderantes ſublimia Dei, videlicet omnipotentiam, ſapientiam, beatitudinem eius, facit in conſiderando & ſentiendo concordes.* Ecce tibi quanta ſit in cælis concordia & mutua omnium inter ſe charitas, in tantâ diuerſorum ordinum varietate; adeò vt in diuerſiſſimâ naturæ ac dignitatis differentiâ, cognato *Sublimioribus* ſupercilio, nemo tumultuet, nemo pacem inquietet, nemo alij quicquam inuideat, nemo inſoleſcat, nemo amico beneuolentiæ fœdere, bonum alterius non reputet ſuum: quaſi quilibet non tantùm ſuâ, ſed omnium etiam gloriâ pariter bearetur. Itaque non modo in ſanctis hominibus, ſed *in Angelicis quoque ſpiritibus ſummam & indiſſolubilem facit concordiam, implendo eos tantâ ſuæ beatitudinis communione, quòd nec à Deo, nec à ſe inuicem diſcordare vllatenùs queant.* O miriſſimè arcana cælitum omnium in beatitudine *communio*! quaſi cuiuſque beatitudo, vna plures ſit; & cuiuſque bonum ſic omnibus commune ſit beatæ *communionis* fœdere, vt vnum plura reputetur. Ac ſi beatorum quiſque parùm ſe beatum crederet, niſi propriæ gloriæ beata gaudia, in alios quoque beatos beneficentiùs exundarent. Quod eſt magnum beneuolentiæ ſacramentum, & beneficentiæ meta.

Iob 25. v. 2.

Sanctius.

S. Thomas.

S. Hierony. Carthuſ.

Num Beati ad beneficã, concordiam in beatitudine communicent?

Rectè *Booz* deſcribitur largè beneficus in Rutham, in viduam Noëmi, in demortuum Elimelech, & ſobolem vitâ functam: & hîc ſollicitiùs ſatagit de concordiâ cum Propinquo illo prædiuite. Porrò *Booz* interpretatur, *præualens. Qui fecit concordiam in ſublimibus ſuis.*

Hic verſ. 12. &c.

§. CCXXVIII.

Qui animosè vult, ſtrenuè poterit; quaſi affecta animoſiùs voluntas ſit poſſibilitatis cenſus.

MAgna pars eſt profectûs, velle proficere. 1.
Huius rei conſcius mihi ſum; volo, & totâ mente volo; te quoque ſic inſtinctum eſſe,

Digitized by Google

eſſe, & alacri ſtrenuè voluntate ad ardua quæque virtutis ferri, maximè vellem. Imò ſi maximè ea velis, iam ardua eſſe deſinunt: ſtrenua enim voluntas flectineſcio acta propoſito, difficultates molit, mitigat, exarmat. Suprà opiuatas difficultates virtus eſt: virtutem autem intelligimus animoſam & excelſam, quam incitat, quicquid infeſtat, quam alacris voluntas ducit per obſtantia tamquam per viam planam, aut gratè dicliuem. Hæc obuiis difficultatibus non remittitur, ſed intenditur: hæc animos generoſæ indoli cognatos aut inuenit, aut facit. Nolle in cauſſâ eſt, & non poſſe prætendimus ignauiæ inſtinctu. Ignaui homines non putant fieri, quicquid putant facere non poſſe: ex infirmitate ſuâ ferunt ſententiam de virtute, quam voluntatis propoſitum ad magna incitat. Quid miraris, ſi vri, vulnerari, occidi, alligari iuuat? aliquandò etiam libet? Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij loco labor eſt, inertem delicatus miſeretur induſtrij, deſidioſo ſtudere torqueri eſt. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli ſumus, dura atque intolerabilia creduntur, quia animoſæ voluntatis vires ignorantur. Quare rei videtur vitium, quod voluntatis ignauia eſt. Velis, & poteris. Valentior fortuna eſt voluntas, & in vtramque partem ipſa res ſuas ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi cauſſa eſt, dum de ſuo ſenſu ac cenſu omnia taxat.

Voluntas, facilitatis, aut difficultatis cenſor eſt.

2. Pſal. 1. v. 2. Regius Propheta ſic pangit Pſalmo 1. Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum uon ſtetit. *Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte.* τὸ *voluntas*, ſignificat curam, ſtudium, ſollicitudinem, diligentiam, & animoſum implendæ legis propoſitū. Quæ verba exponens Theodoretus in Catenâ, ita ſcribit: *Pulchrè dixit, Voluntas eius, propter eos qui ex neceſſitate rectè agunt pœnarum metu, iis beatis nuncupatis, qui motuproprio bonum eligunt.* Itaque non *neceſſitas* ſectandæ virtutis, quæ ex pœnarum metu oritur; ſed *motus proprius*, quo bonum ſpontè eligitur, hic, hic inquam, *beare* perhibetur: plerumque enim male fida eſt obſeruantia, quam incuſſus timor extorquet; quo deficiente, cognatum aſſiduitate vitium, exlex pœnarum reſculpitur. Ceterùm peritè notant Interpretes, quòd non dicit, in voluntate eius lex Domini; ſed è contrario, *In lege Domini voluntas eius.* quaſi valdè diuerſum ſit, legem Domini in voluntate, & voluntatem in lege Domini eſſe. Quod diſcrimen Hugo Victorinus inibi ſubtiliter agnoſcit, & his verbis ediſſerit: *Sed in lege Domini voluntas eius. Multi*, inquit, *habent legem in corde ſed non habent cor in lege. Legem in corde habent, qui cognoſcunt veritatem; cor in lege habent, qui diligunt veritatem. Qui verò legem in corde habent, non cor in lege; hi portant legem, non portantur à lege: onerati ſunt, non adiuti; quia ſcientia, vbi non eſt charitas, grauat, non alleuat.* Hinc ſudato illi loco ex Matthæi 11. lux affulget: Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis (Moſaicæ legis graui ſarcinâ,) & ego reficiam vos. Quo leuamine? *Tollite iugum meum ſuper vos.... & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Profectò lex Moſaica Hebræis pergrauis fuit, & quam nec ipſi, nec eorum patres portare potuerunt; quia lex illa erat in eorum corde; non cor eorum in lege illâ. At Chriſti lex, quam vltrò *tollere* iubemur, ideò *ſuauis* ac *leuis* eſt, quia voluntatem ac cor Chriſtiani habent in lege, non legem in corde, quod lex pondere ſuo degrauat. Exindè Euangelica lex vltrò ſuſcepta, Chriſtianos *alleuat*; è contrario autem Hebræos *grauauit*. Nam *Qui legem in corde habent, non cor in lege: hi portant legem, non portantur à lege; onerati ſunt, non adiuti.* Itaque ei legis iugum *leue* eſt, & *ſuaue* onus, qui ſpontè in legis obſeruationem fertur, nempè qui *in lege Domini voluntatem* habet. Indè Beatus dicitur, *qui legem in corde habet*; eum enim uon *grauat*, ſed *alleuat. In lege Domini voluntas eius.*

Theodoret.

Corder. ibi.

Hugo Vict.

Lex Dei habenda non eſt in corde; ſed cor in lege: quare?

Matth. 11. v. 29. & 30.

3. Pſal. 1. v. 2. Redeat iterùm præſcriptus Pſalmographi locus, ad hanc rem aliter expendendus: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Sanè ardua non eſt lex diuina, etſi ardua quæque iubeat, & vltrà hominis vires; ſi in eam homo *voluntate* feratur: nam voluntas ſpontè acta arduitatem abſcondit, difficultatem mitigat, lenit, exarmat. Elegáter ibidèm Ambroſius: *Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte. Lex enim* inquit: *voluntarios quærit; quia lex Domini irreprehenſibilis, conuertens animas. Nemo enim conuertitur, niſi qui voluntate conuertitur. Voluntarius autem abſcondit, & ſenſum furatur laboris. Ideòque die ac nocte in lege meditatur: in quo non tam continua legendi poſtulatur intētio, quàm ſeruandæ legis affectus. Ille enim planè meditatur, qui ipſi ſibi lex eſt, ſcriptum in corde ſuo opus legis intendens.* Ecce tibi primò, lex *voluntarios quærit* ad obſequium; alioquin ex crebrâ refractariè inobſequelâ, familiari eis qui inuiti illam ſuſcipiunt, reprehenſionem incurrit: nam legis violatio, velut tacita illius reprehenſio eſt: quare *lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt.* Altè quidèm Ambroſius! Dein *Voluntarius abſcondit, & ſenſum furatur laboris.* Bellè dictum! Sic voluntas vltrò rem optans, & eam hianter expetens: illius arduitatem fallit, ſenſum abſcondit, difficultatem exarmat, laborem furatur, & moleſtiam voluntate mellit? Exindè ille, cuius *voluntas in lege* eſt, in illâ *meditatur die ac nocte*, quod vltrà humanæ attentionis faſtum eſt; quia ille cuius *voluntas in lege* eſt, ipſe *ſibi ipſi lex eſt*, Dei legem in corde deſcriptam gerens; quaſi voluntas implendi legem, ſit ſtylus quo in cordis tabulis haud dubiis characteribus lex imprimitur.

S. Ambroſ.

Lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt.

Voluntarius ſenſum laboris furatur.

Voluntarius legis obſeruator, ipſe ſibi lex eſt.

4. Pſal. 111. v. 1. Adhuc Pſalmo 3. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* Indè ſubdit: Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Profectò etſi τὸ *nimis* ponatur pro *valdè*, aut *multùm* vt paſſim Interpretes aduertunt: at vocula *nimis*, non caret epithaſi, ac ſi ſit, inſatiabiliter in mandatis Dei cupere. Richardus Victorinus hunc locum tractans, ait, *In mandatis eius volet nimis. Quid eſt velle nimis, niſi plus velle quàm poſſe?* Forſan non inidoneè, *in mandatis Dei velle nimis*, poteſt explicari de voluntate ſic diuinæ legis obſequendæ auidâ, vt plura tamquam leges reputet, quod attinet ad obſequium, quàm reipsâ ſunt. Audiendus eſt S. Gregorius Nyſſenus, qui Præfa-

Animoſa voluntas vltra vei poſſibilitatem audet.

Richard. Vict.

Voluntas piè affecta, leges quam latiſſimè extendit.

S. Nyſſen.

Digitized by Google

tione in Cantica, ita opportunè ſcribit: *Spiritale legis nomen comprehendit etiam hiſtoricas narrationes: adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura ſit lex iis, qui ipſam legunt, non ſolùm per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens, & ad cognitionem myſteriorum, & ſinceram vitæ inſtitutionem.* Nimirùm ille, cuius *voluntas in lege* Domini eſt, ſic in eius lege *cupit nimis*, vt non tantùm leges, leges Dei eſſe reputet ad obſequium; ſed etiam rem conſilij, quam ex Scripturis diſcit, velut leges exiſtimet, & merè ſuadenti, tamquam legiſlatori obliganti, de obſequio aduletur. Imò virtutes, & præclara Heroüm geſta, quæ in Bibliis deſcripta legit, velut leges ad imitationem cenſet, quas moribus imitatione deſcribat. Denique ſceleroſè turpia hominum flagitia, inſtar legum eadem ſcelera vetantium reputat. Sic, ſic inquam, ille cuius voluntas eſt in lege Domini, *in mandatis eius volet*, vel *cupit nimis*: nimis enim leges ampliat. *Adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata Scriptura ſit lex iis, qui ipſam legunt, non ſolum per præcepta, ſed etiam per hiſtoriam erudiens ad ſinceram vitæ inſtitutionem.* Tantum licet voluntati, quæ animoſum
Hic verſ. 13. propoſitum ardenter arripuit. Sic Boozus hîc quaſi lege obligaretur ad Ruth Moabitidem ducendam, & fidem connubio ſpondet, & nuptias à Propinquo reiectas ſedulò procurat, dum legis vmbram pro lege reputat, & ad illius feſtinat obſequium.

5. Canticorum 2. ſic ſponſa, id eſt; anima ſan-
Cant. 2. v. 4. Rabbini. cta de ſe loquitur: Introduxit me in cellam vinariam, *ordinauit in me charitatem.* Rabbini veteres, *Inſignem facite*, vel *magnificate ſuper me charitatem.* Hæc inſignis ſeu magnifica charitas, quâ eius voluntas animoſè afficitur, militari vocabulo notanter exprimitur. Quare nervoſè præ omnibus noſter
Sanctius. Syrus. Sanctius cum Syro vertit: *Amorem contrà me tamquam exercitum vexillatum* (id eſt, per acies & vexilla ad pugnam ordinatum atque digeſtum) *inſtruxit.* Ceterùm ſponſa ſic à diuino amore victa, omnes vincit difficultates, quæ in ſponſi ſui redamatione poſſent voluntatem retardare; omnémque arduitatem affectâ voluntate detriumphat, cum
Ad Rom. 8. v. 35. &c. Paullo aiens: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque*
Volũtas fert ſinum victoriarum plenum. *fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* Has omnes difficultates ſuperat Paullus, omnes iſtiuſmodi hoſtes vincit, aiens, *In his*
Sophocles. *omnibus ſuperamus.* Eleganter ille quicumque. *O amor inuicte prælio.* Sanè amor in pectoris campo aut ſtadio acerrimè luctatur, inuictus præliatur, & omnes hoſce hoſtes exarmat, vin-
Philoſtratus cit, detriumphat. Luculenter ad rem Philoſtratus in Iconibus. ait amorem ferre. *Sinum plenum victoriarum.* Sic voluntari animoſo propoſito valenter pugnaci, in pectoris receſſu, etiam ante pugnam, victoria tum eſt? Voluntas animoſè ad virtutem affecta, fert *ſinum victoriarum plenum?* Sic affectæ voluntatis armis, vitiorum, ac difficultatum pugnacior hoſtilitas, obnoxia eſt? Si bella animoſæ voluntatis numerem, tot inuenio quot triumphos; congreſſui illius nullus hoſtium, niſi qui laudibus adderetur, occurrit: *Militauit trophæis, qui reſtitit voluntati.* S. Ennod. in Panegyr.
Altè igitur voluntas dicitur ferre *ſinum victoriarum plenum.*

---

§. CCXXIX.

Caro, formidabile periculum, Dæmon in luto deliteſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentia voluntas nominatur. quare?

HOmo ſanè maior eſt, & ad maiora natus, 1.
quàm vt mancipium ſit ſui corporis. Contemptus corporis ſui, certa animi libertas eſt. Ferè ex Senecâ paſſim.
Sapiens itaque vt multum cum meliore, ac diuiniore ſuâ parte verſetur, cum hâc querulâ, fragili, delicatulâ, lutoſâ, infidâ, caducâ, inſidiatrice, tantum, quantum neceſsè eſt verſabitur, ne dum carni indulget, inimicum foueat. Fateor nos gerere corporis noſtri tutelam. Non indulgendum illi, ſeruiendum nego. Multis ſeruiet, qui corpori ſuo ſeruiet: qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert; honeſtum ei vile erit, cui corpus ſuum nimis charum eſt: huius nimius amor nos timoribus inquietat, ſollicitudinibus onerat, contumeliis obiicit, & delictis exponit. Agatur eius cura; ita tamen vt Corporis vituperium.
cùm exigit ratio, cum dignitas, cùm fides cùm innocentia poſcit, contemnatur, edometur, frangatur. Sic nos gerere debemus, vt non tamquam propter corpus viuere debeamus, ſed tamquam non poſſimus ſine corpore. Profectò hoc corruptionis corpus, viris probis plerumque pœna eſt, omnibus vt culpatum illecebra, ſic & honeſti impedimentum. Vis aduerſùs carnem tuam ſtrenuè liber eſſe, propone tibi, quantas aduerſùs te moliatur inſidias, quàm ſit infidum illius contubernium, quàm ſit amicè cum peccatis fœderatum, quàm ſubdolè æternaturæ ruinæ minas iactet; & inteſtino vitiorum æſtu, gehennalis pyræ ſcintillas flabellet. Seriò illi dic: Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te.

Ad Romanos 8. ſic animoſè Paullus loqui- 2.
tur: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tri- ad Rom. 8. v. 38. & 39.
bulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? *Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* Sanè Paullus piâ audaciâ ſtrenuus & alacer potentiſſima quæque laceſſit. Nequid autem quod in ſpeciali recenſitione omiſerit, intermiſiſſe videatur, conſultò addit, *Neque creatura alia*, Græcè, *nec vlla creatura alia.* Nempè, vti Guilielmus Eſtius Græcus. Eſtius.
commentatur, *Vniuerſali clauſulâ quicquid aliud dici poſſet, includit.* An autem *carnem* ſub hâc vniuerſali clauſulâ laceſſat, Origenes non audet affirmare; imò excluſam putat quam nec in catalogo nominat, & quam Apoſtolus valdè formidauit. Quâ de re ſic inibi ſcribit: *Neque vlla* Origenes.
prorſus creatura aduerſante, à charitate Dei ſe poſſe diuelli dicit, neque ex vllo tot aduerſario-

rum

Digitized by Google

Paullus qui reliquis tentationibus non ceſſit, carnē formidat.
1. Cor. 9. v. 27.

rum capere meum..... Et iſte, qui modo cæleſtium virtutum aduerſum ſe ſi commouerentur bella, non timuit, aliquandò vel Carnem ſuam metuit, & ex eà conſurgentes inſidias formidauit, quandò dicebat ſcribens ad Corinthios. Macero corpus meum, & in ſeruitutem ſubijcio, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar; & ideo præ cæteris omnibus Carnis inſidiæ formidandæ ſunt. Indè moraliſſimè ſubdit Chryſoſtomus indidèm: *Si autem Paullus hoc timuit, poſtquam prædicauit, & factus eſt Angelus, & totius orbis terræ defenſionem ſuſcepit, & patrocinium, quid nos dixerimus?* Vide hîc quàm ſit formidanda Caro, quam Paullus dum reliqua recenſet, ſilenter intermittit, nec diſertè laceſſere audet, etiam *poſtquam factus eſt Angelus.* Sic eſt ſubdolè inſidioſa? ſic de carnis fomite, homo ſuipliureis motibus materiatus eſt? Quis non timeat, quam Paullus ſic timidè metuit? O monſtrum de imbecillitate robuſtius! Qui mundi potentiſſima laceſſit, Carnis imbecillitatem formidat.

S. Chryſoſt.

3. 1 Cor. 9. v. 26. & 27.

1. Corinthiorum 9. ſic de ſe Paullus loquitur: *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno non quaſi aërem verberans. Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Benè eſt, Paullus in ieiuniis multis, in vigiliis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate carnem macerat, & aſperitatibus vexat & angit; illîque concedit quæ ad vitam proficiunt, non quæ ad licentiam laxantur; quid autem eſt, quod dū carnem ſic caſtigat & macerat, non ſe *aërem verberare* dixit? Cui vnquam in mentem venerit, quòd Paullus dum corpus ſuum acerbiùs caſtigat, non *aërem verberat?* quémnam in aëre verberare adniteretur? Opportunè S. Baſilius lib. de Virginit. hunc locum ſic exponit: *Caſtigo*, ait, *corpus meum non directè dixit, Caſtigo vitia carnis, ſed indirectè; & ita Dæmonem confœderatum cum ſenſu noſtro, qui in luto carnis deliteſcit, & tentare ſolet, peto, & illi plagas infero.* Baſilio Magno Magnus Gregorius diſertè adnuit lib. 30. Moral. cap. 26. ſic fatus: *Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubjicio. Vndè præmiſerat: Sic pugno non quaſi aërem verberans, quia cùm Carnem reſtringimus, ipſis abſtinentiæ noſtræ ictibus, non aërem, ſed immundos ſpiritus verberamus: & cùm hoc quod eſt intrà nos ſubiicimus, extrà poſitis aduerſariis pugnos damus.* Itaque Caro à ſpiritu, quo animatur, infidè deſciſcens, amicum cum Dæmonibus *fœdus* init; ſicque illis cordis pandit ianuas, vt *immundi ſpiritus* ferè Carni concarnentur; ſicque *Dæmon confœderatus cum ſenſu noſtro, in luto Carnis deliteſcit*, vt pœnitentiæ atque aſperitatis noſtræ *ictibus, non aërem, ſed immundos ſpiritus verberemus.* O humanam Diabolicè carnem! Sic *immundi ſpiritus luto carnis* deliciantur, vt fœderis commercio illi propè conuiſcerentur? Sanè Caro eſt velut alter ipſe Dæmon, vel cognatus ſeu inteſtinus Diabolus, vel Diabolicæ hoſtilitatis emphaſis, ſeu blandè atrocior tentandi energia, ad omnes animarum ſtrages ſubdolè armata. In cœno carnis Diabolus latet, vt ius hominum ad cælum fruſtretur. Eſto carnis, id eſt Diabolorum verbo, vt Chriſtianam militiam ſtrenuè impleas.

S. Baſilius.

Immundi ſpiritus luto carnis conuiſcerantur?
S. Gregor.

4. ad Rom. 7. v. 18. & 23.

Idem Gentium Doctor ad Romanos 7. ſic aduersùs carnem ſcribit: *Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne meâ, bonum.* Et verſ. 23. rationem reddit: *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Lex carnis ſeu membrorum, dicitur concupiſcentiæ fomes, viuidè ad peccatum pelliciens, & velut imperet ad illud perpetrandum impellens; & quidèm magnâ auctoritate, quæ auctoritatem Legiſlatorum æmulari poſſit: quare: *Video aliam legem in membris meis.* Tertullianus lib. de Reſurrectione Carnis, de hoc carnis reatu vindicias agere adnititur: *Apoſtolum quoque*, inquit, *ne de vno ſtylo noris, quo carnem plerumque compungit. Nam etſi neget habitare boni quicquam in Carne ſuâ: etſi affirmet eos qui in carne ſunt, Deo placere non poſſe, quia concupiſcat aduersùs ſpiritum: & ſiqua alia ita ponit, vt Carnis non tamen ſubſtantia, ſed actus inhonoretur: dicemus quidèm alibi nihil propriè carni exprobrari oportere, niſi in animæ ſuggillationem, quæ carnem miniſterio ſibi ſubigit.* Ita quidèm. Sed hæc animæ ſuggillatio, in Carnem reuerberat contumeliam, & contumelioſiùs illam culpat; quippè quæ tantâ polleat auctoritate, vt ſuo peccati fomite, tamquam *lege* prauitatis conditâ, repugnet Legiſlatrici menti, & hominem *in lege peccati captiuet*, & ad propudioſam ſubiectionem violenter adigat, carnalium oblectamentorum præſtigiis ſeductum. Itaque etſi *anima ſuggilletur, quæ carnem miniſterio ſibi ſubigit*; criminoſiùs indè ſuggilletur & culpetur caro, quæ velut imperium menti ademerit, & ſeruitute imperiali adegerit ad ſeruile voluptabilium obſequium. O carnem malè Legiſlatricem, quæ cognata ſibi ſcelera, tamquam *leges* ſancit, quò mentis legem ſibi obſequentiùs, atque adulantiùs ſubiiciat!

Tertull. de Reſurr. carn. cap. 11.
Suggillatur Caro, quòd mentem imperiali ſubiectione ſubigat velut legiſlatrix.

Et ad Galatas 5. *Dico autem*, inquit; *Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum. Spiritus autem aduersùs carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur.* Caro enim carnalia quæque concupiſcit; ſpiritus ſpiritualia deſiderat. Hoc acre bellum vel potiùs duellum in animâ gerit hinc Caro, indè Spiritus: vtriuſque ducis aciem & milites diſponit, & inuicem opponit Apoſtolus longo cenſu. Vide (ſi placet) hoc bellum bellè deſcriptum in Prudentio in Pſychomachiâ, in Auguſtino 8. Confeſſ. cap. 11. in Caſſiano Collat. 4. cap. 11. Abbas autem Pimenius de carnis per concupiſcentiam bello, ita ſcribit: *Concupiſcentia, putà voluntas mala, eſt Dæmon nos impugnans.* Scilicet Paullus *carni deſideria* attribuit: exindè carnis concupiſcentia, *voluntas mala* à Pimenio nominatur; qui ſequitur modū loquendi Euangeliſtæ Ioannis, aientis, *Neque ex voluntate carnis:* quò denotari videtur, quàm ſit carnis concupiſcentia *voluntati* proxima, (de quo aliàs vbertim agebamus) Addit Pimenius, quòd hæc *voluntas mala*, id eſt *concupiſcentia*, eſt etiam *Dæmon nos impugnans.* Quod in hoc §. n. 3. ex Baſilio & Gregorio expendebamus.

5. ad Galat. 5. v. 16. & 17.
Carnis concupiſcentia, cur dicitur voluntas?
Prudent.
S. Auguſt.
Caſſian.
Pimen. in Vitis Patr. l. 7. c. 25.
Ioan. 1. v. 13.

In hoc cap. 3. Booz benè pranſus, & largiùs potatus, it cubitum iuxta manipulorum aceruos. Tunc Ruth latenter acceſſit, & diſcooperto ruralis lecti ſtragulo, ad illius pedes ſe proiecit, ritè connubium petitura. Intempeſtâ nocte expergefactus Booz, ad nouitatem rei inexpectatæ expaueſcit atque expalleſcit. Miriſſimum autem fuit, quod pulchellâ muliere in eodem lecto ſecum 6.

cum

Digitized by Google

cum cubante, & nuptias expetente, plus negotij faceſſerit Boozo incuſſus repente metus, quàm concupiſcentia carnis, ad exprompram libidinem inceſſanter, extimulans:
Hic verſ. 13. *Quieſce*, inquit, *hâc nocte, & facto mane*, &c. *ego te abſque vllâ dubitatione ſuſcipiam, viuit Dominus, dormi vſque mane.*
Senum temperantia, intemperantia imbecillitas eſt. Sanè Boozus parùm videtur ab inteſtinâ carnis hoſtilitate timuiſſe, cùm frigidum ſibi pollicetur ſomnum, propè libidinis faces. An de ſenectute continentiam præſumit? Non
S. Baſilius. tutò, opinor. Nam, vt ex Baſilio ait S. Maximus
S. Maximus. Serm. 2. *Senectutis temperantia, non temperantia, ſed intemperantiæ imbecillitas eſt.* O nimis verè! Non in quo quis nihil poteſt, ſed in quo cùm poſſit, poteſtate ad vitium non abutitur, cum admiratione laudatur. Non indè admiremur Boozi laudes, & temperantiæ elogium; nec de minori vitio magnas eius virtutes prædicemus. Neque enim intemperantiæ imbecillitatem, ſed continentiæ robur, & carnem rationi ſubactam admirari licet in Boozo; & in Ruthâ præſertim, quæ à libidine ieiuna, ſaturem Boozum ad nuptias prouocat, miriſſimâ carnis continentiâ in tanto intemperantiæ periculo. Sic aurigante ratione, licentiæ carnis lupatum iniecerat, & illius ſubſultus edomuerat!

---

§. CCXXX.

Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat.

1\. Ariſtoteles. BEllè pariter ac verè Ariſtoteles lib. 7. Politicorum cap. 7. inquit: *Non ſunt magnanimi homines naturâ infeſti, niſi contra iniuriantes.* (Non bona quidèm ab hoſtilitate magnanimitas) *Hoc autem magis contra notos familiaréſque patiuntur, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc*
Fratrum ira inter ſe ſe, ſunt acerbiſſima quare? *non ſine ratione contingit. à quibus enim deberi ſibi beneficium expectant, ab eiſdem non ſolùm priuari beneficio, ſed inſuper lædi ſe putant. Vndè in prouerbio dicitur: Fratrum contentiones & ira ſunt acerbiſſima, & qui ſe nimiùm amant, hi ſe nimiùm oderunt ..... Quapropter Archilochus rectè cùm amicos incuſſaret, ad animum loquitur, inquiens: Non tu quidèm ab amicis lanceis trans-*
Idem paullò ante præſcripta verba. *fixus es?* Sanè magnus amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat, perniciosâ magnanimitate furioſus; indè infeſtior, vndè credi
Prouerb. 18. v. 19. poterat peramantior. Prouerbiorum 18. *Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma; & iudicia quaſi vectes vrbium.* Pro τὸ *qui adiuuatur,*
Hebræus. Aquila. Hebraicè eſt נִפְשָׁע *nipſca*, hoc eſt, *præuaricans, deficiens, rebellans.* Aquila *rebellans* excribit,
Tigurina. Chaldæus. Vatablus. Tigurina *perfidè deſerens*, Chaldæus *qui deficit.* Vatablus ſic ex Hebræo textu locum exponit: *Frater rebellans (contra fratrem) magis quàm ciuitas fortis, & lites (fratrum ſunt) velut vectes palatij. Quaſi dicat: Rebellio fratris durior eſt quàm ciuitas quæ rebellat contra Principem, & lites fratrum ſunt vt vectes, quibus clauduntur fores palatij. Ac ſi dicat: Nihil grauius ſimultatibus & diſſidiis fratrum.* Verè. (Quâ autem ratione conciliandus ſit Hebræus textus cum Vulgato, valdè Interpretes adlaborant)

2\. 2 Reg. 15. v. 14. 2. Regum 15. Abſalom inops mentis, pietatis, ac conſilij, feſtinatâ coniuratione patrem Dauidem inuadere properat, vt ambitum immaturè regnum Patris ſanguine quantociùs poſſideret. *Et ait Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Ieruſalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom: feſtinate egredi ne fortè veniens occupet nos, & impellat ſuper nos ruinam.* Nimirùm ſceleſtiſſimus filius Abſalom, non tantùm ſceptri cognatâ ambitione, ſed etiam patri infenſus ob inultam Thamaris violationem *Exaſperatus Abſalom cupit parricidium antè implere, quàm gerat.*
& ſuum propter cædem Amnonis exilium; furiis agitatur immaniter exaſperatus adeò vt ad necem patris exardeſcat. Cupit facinus conceptum inſtanter implere, deſiderat ſcelus diſpoſitum inſtantiſſimè perpetrare. Pergit Chryſoſtomus expendens quàm inſano ardore exaſperatus filius, ad fundendum paternum ſanguinem feſtinus aduolet, cogitationis calcare extimulatus: *Feſtinate egredi, ne fortè veniens occupet nos,* &c. dicebat Dauid: nam Abſalomo *properanti* S. Chryſ. homil. de Abſalom perſequête Dauid.
ad nefas, tarda ſunt cuncta: feſtinantem ad facinus, videntur remorari diſpoſita. Cupit parricidium antè implere, quàm gerat: feſtinat patrem antè intercipere, quàm occidat. Sitit ſanguinem patris, cruorem appetit genitoris. Timet differe vel modicum; ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata langueſcat. Ecce tibi cognati ſanguinis exaſperati impatientiam. Quaſi parùm foret, paternum ſanguinem hianter *ſitire*; præcauet, ne rabidæ ſitis ardor tepeſcat, & furia dilatione langueſcat. Imò & (quod magis deteſtere) *cupit parricidium antè implere, quàm gerat.* O veſanè impotentes exaſperati ſanguinis iras! Parricidij perpetrandi rabida fames, parricidiũ prodigioſè anteuertit, & præcoquâ ambitioſiùs rabie, priùs quàm gerat parricidium, complere parricidium exambit. Sic furit exaſperatus ſanguis?

Tandem diſponitur bellum, acies dirigitur, 3.
pugna paratur: cognati exercitus in ſemet armantur, & parricida Abſalom ſuos bellatores aduersùs patrem inflammat. Vincitur Abſalom, & in eo rabioſa impietas profligatur. Fugit celer victrices patris acies: ſed adeſt arbor in campo ramorum telis armata, quæ nec patrem vt illi parcatur, audiuit, nec audebit particidæ parcere. Dauidi prælij exitum dubiè præſtolanti adeſt bonus victoriæ nuncius; ſed vbi Abſalomi peremptì nunciũ auditur, *Contriſtatus Rex, aſcen-* 2. Reg. 18. v. 33.
dit cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic loquebatur vadens: Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom? Dum hæc verba de offenſi patris ore audit Chryſoſtomus ſuper iniuriâ illatâ ab offenſore filio, ſic peridoneè Philoſophatur:
Igitur redeunt cuncti de bello, parricidâ auctore S. Chryſ. T.
belli proſtrato, cuius ſanguine ſcelus diluitur, cuius ſupplicio immanis crudelitas ſepelitur. Gaudent omnes, cuncti lætantur: ſolus Dauid plangit filium, parricidæ lamentatur interitũ. Quid plangis glorioſe pater, quid lamentaris, quaſi Abſalom, quod auſus eſt, comprobaris? Quid fles ſceleſtum, quaſi eum parricidium perpetrare volueris? Frangis gloriam victoris exercitus, ſi fletur *Dauid in Abſalomum mitis patrem negat aut diſſimulat.*
hoſtis interitus, nec lætitia eſſe poterit in victoriâ, ſi parricidæ plangitur pœna. (Nota verba quæ altè ſubiicit) *Ille tuus non fuit filius, qui ſic violauit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui ius patris violauit.* Nimirùm Chryſoſtomus (cui humani affectus velut per anotomiam perſpecti erant) animaduertens Dauidem verum

Abſalomi

Abſalomi patrem, tot iniuriis ab impiè parricidâ filio laceſſitum, nec tamen indè exaſperatum ad vltionem, ſed tenerâ compaſſione flebilem, ſatius putauit interim negare patrem, quem offenſæ cognationis enormior iniuria, ad cruentam non exaſperauit vltionem. *Ille*, ait, *tuus non erat filius*. quaſi Dauid in tantâ ferociendi cauſsâ, dum non ſæuit, ſed miteſcit in adeò cognati ſanguinis iniuriâ, & nefario Abſalomi parricidio, dum exhibet tunc flebilem mititatem, & tenerè affectam compaſſionem, interim neget, aut diſſimulet patrem. Hem! ſic offenſus ſanguis exaſperari, imò & efferari ſolitat?

4. 1. Reg. 2. v. 23. & 24. 1. Regum 2. Heli ſummus Hebræorum Pontifex nouit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli, & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ excubabant ad oſtium tabernaculi, & alia iſtiuſmodi ſcelera, plena auaritiæ, & impietatis plena, & dixit eis: *Quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio.* Hæc Pontificis reprehenſio iure ab Interpretibus reprehenditur; atque indè tot vltrices ſeueriſſimè pœnas meritò ſubit. Quâ ſuper re ſic ad rem præſentem ſcribit Petr. Damianus (Petr. Dam. Opuſc. 17. c. 2.) *Heli*, ait, *quia filiorum peccata cognouit, ſed eos inuectione, quâ digni erant, acerrimâ non corripuit, eiſdem filiis à Philiſthiim in bello peremptis, ipſe quoque de ſellâ retrorſùm cecidit, fractiſque ceruicibus expirauit.... Et quidèm redarguit, & quidèm corripuit: ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate & auctoritate Pontificis. Quare, inquit, facitis res huiuſmodi, quas ego audio, peſſimas ab omni populo? Nolite filij mei, non eſt enim bona fama, quam audio* (Attentiùs nota quæ ſubtexit verba) *Porrò quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit: & quos hoſtili ferire gladio debuit, paterna blanditia lenitate palpauit.* Scilicet Heli, & Dei Pontifex, & nequam filiorum pater erat: at quia in Dei, ac ſui offenſâ, patris nomen non exaſperauit eius furorem, nec *hoſtili gladio* vltionem flagitij exaggerauit; ſed potiùs paterni amoris blandiùs memor, offenſum patrem diſſimulauit; eoſque tunc cognouit affectu filios, non inimicè cognatos ad furoris auctarium pœnaliſſimo cadit ſupplicio mulctatus. (*Offenſus pater ferit hoſtili gladio.*) *Porrò quos inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit, quos hoſtili ferire gladio debuit.* Æquum enim erat, vt ſe tunc exhiberet tamquam patrem non patrem: id eſt, tamquam patrem offenſum, ad vindictæ exaggerationem; tamquam non patrem, ob paterni affectûs exilium. Quare atrociter punitur, quia ſe fatetur affectu patrem, quandò ex naturali patris affectu iuſtè exaſperato, aſperiorem vltionem exaggerare debuit *hoſtili gladio*.

5. Cant. 1. v. 5. Canticorum 1. ſic cæleſtis ſponſi ſponſa loquitur: Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, &c. Origenes: *Filij matris meæ dimicauerunt in me*. Hebræus, *irati ſunt*, vel *excanduerunt in me*. Alij, *contenderunt*, alij, *rixati ſunt contra me*. Lxx. Interpretes, *Filij matris meæ pugnauerunt in me*, in ablatiuo. (Origenes. Hebræus. Lxx. interp.) Nempè ad hoſtilitatis exaggerationem dicitur inimicitia fraterna. Sed quia ſponſa pacatiſſimo erat ingenio, & indole mitiſſimâ, ad hoſtilitatem ipſa inſenſilis, *in* ipſâ velut palæſtrâ, non *contra* ipſam fratres ſuos iracundè pugnaces queritur. quæ eſt manſuetudinis hyperbole. Hanc Lxx. interpretum expoſitionem, *Filij matris meæ pugnauerunt in me*, in ablatiuo, ſic intelligit Nyſſenus, vt per *filios matris* accipiat Dæmones. Aptiùs, opinor, Ambroſius lib. de Iſaac & animâ cap. 4. per filios matris ſuæ in ſeipsâ pugnantes, concupiſcentias ſeu paſſiones intelligit, quæ contra rationem ac mentem pertinaciter luctantur, ſic fatus: *Filij matris meæ pugnauerunt in me. Hoc eſt*, inquit, *impugnauerunt me corporis paſſiones, carnis illecebra, decolorauerunt me; ideò Sol iuſtitiæ mihi non refulſit.* (*Paſſionum hoſtilitas, fraternæ hoſtilitati comparatur.* S. Nyſſen. ibi. S. Ambroſ.) Ecce tibi, ſancta ſponſa, vt viuaciùs exprimat quàm ſit obſtinatè pugnax concupiſcentiæ lucta, fraternis eam ſimultatibus comparauit. *Caro concupiſcit aduersùs ſpiritum: ſpiritus autem aduersùs carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur.* (Ad Galat. 5. v. 17.) Ergò quò cæleſtis ſponſa impreſſiùs exaggeret quàm ſit hæc lucta pugnaciter pertinax, & diuturnè obſtinatior, illam fraternæ hoſtilitati accommodatè patiat, aiens: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me. hoc eſt; impugnauerunt me corporis paſſiones.*

Vide ergò hîc quàm cautè agat Boozus, pacis ac fraternæ charitatis peramans, ne vel occaſiunculam offenſionis Propinquo illi vllatenùs exhibeat. (Hîc verſ. 13.) Quare optatiſſimas cum Ruthâ nuptias procraſtinare mauult, quàm vel leuiter cognatum exaſpere ſanguinem. Quod cap. ſequenti peragit conſultiſſimâ prudenter cunctatione; ne poſteritatis amore cognatum ſanguinem exaſperet, & cum domo inimicitias ædificet implacabiles.

---

§. CCXXXI.

Homo (qui Magnus ſomnus dicitur) piè contendat, per imaginationes etiam in ſomno, ad decentiam virtutis attendere.

SOmnus eſt otium animi, qui dum ſomno otiatur, nugatur inſomniis. At vir eximiè bonus, & virtutis impensè ſtudioſus, etiam in otio ſomni, & de vagâ inſomnij licentiâ, velut de ſapientiæ gymnaſio virtutes erudit, quaſi peritus ſomniorum rector *Ea maximè ſomniamus* (ait Ariſtoteles) *quæ agimus, aut acturi ſumus, aut volumus: de his enim maximè cogitationes, imaginationéſque obueniunt. Et qui inſtructi virtutibus ſunt, meliora ſomnia vident, quòd etiam vigilantes meliora animaduertunt.* (Ariſt. Probl. Sect. 30.) Quaſi vir ſapiens, & ſtudio virtutum ſedulus, ſit velut ſomnij arbiter, inobſequentis imaginationis aurigator, & bonorum phantaſmatum ſequeſter egregius: (*Vir bonus eſt velut ſomniorum arbiter.*) ſiquidèm hic, hic inquam, ſomniat quæ *agit*, & quæ *vult*: ac ſi præuiæ eius rectioni vagus ſemper ſomnius obſequenter obtemperet, & de longinquo ad nutum pareat. quæ eſt obſequij meta. 1.

1. Corinth. 10. Gentium doctor fideles ad omnem ſanctitatem erudiens, non ſolùm opera ex ſe bona ad ſublimiorem virtutis ſcopum intentione dirigere, & animales exanimaléſque actiones, quæ ex ſe adiaphoræ ſeu indifferentes, & ſæpè inobſequentes ſunt, ad Dei gloriam faciendas, ſtudioſè edocet: *Siuè ergò manducatis*, inquit, 2. 1. Cor. 19. v. 31.

Digitized by Google

S. Baſil. in Breuior. regulâ 196.

Perfectus vir etiam in ſomno, per imaginationes ad decentiã attendit?

inquit, *ſiuè bibitis, ſiuè aliud aliquid facitis: omnia in gloriam Dei facite.* S. Baſilius exponens præſcripta Paulli verba, ſub *τὸ ſiue aliud quid facitis*, plures hominis recenſens actiones, vigiliam etiam, ac ſomnum amplectitur: *Accumbens menſæ ora; eſitans panem largitori gratiam rependito: bibens vinum, memento eius qui illud tibi dedit ad lætitiam, & infirmitatum ſolamen.* Et poſt alia recenſita, addit: *In ſomno, & vigilia Deo gratias age, qui hæc omnia ad tuum commodum creauit, & ordinauit, & Creatorem agnoſcas, ames, & laudes.* Non miraret in eſu, potu, ac vigiliâ, Deum ex Paulli præſcripto laudandum, tunc enim homo rationis compos eſt: at ſomnus exlex eſt, & rationis exors, quo ergò pacto ad virtutem erudiendus eſt? Origenes in Catenâ Græcorum Patrum in Pſalmum 1. hunc Paulli locum verſans, ita ad rem præſentem excibit: *Siuè enim comedat, ſiuè bibat, ſiuè aliud quid faciat, talis omnia ad gloriã Dei facit: ita vt etiam ſomni tempore ad decentiam attendat, & contendat per imaginationes quæ in ipſo ſunt.* Nimirùm vir bonus, & virtutis eximiè ſtudioſus, etiam dum vigil eſt, exſomni ſollertiâ ad futurum ſomnum diligens & attentus inuigilat, ne in irrationali ſomno, petulantes concupiſcentiæ ſubſultus, fœdæ imaginationes, & vaga phantaſmata virtutem inquietent. Satagit enim in præuiâ vigiliâ præmaturè ſollers, ea velle, agere, amare, cupere, tractare, quæ ſomnus rationis inops, piè verſet, ac ſanctè brutis phantaſmatibus pertractet: *ita vt etiam ſomni tempore ad decentiam attendat, & contendat, per imaginationes quæ in ipſo ſunt.* Sic etiam de ſomni ſcholâ, ſomnia, imaginationes, & phantaſmata ad virtutem erudiuntur, ad decentiam attendunt, & contendunt ad ſanctitatem; quod anticipata vigiliæ diligentia plerumque eualet, auido virtutum ſtudio, & vitiorum horrore; qui non bona ſomniorum phantaſmata cohibet, frenat, excantat. O bonus ſomniorum aurigator Xauerius, qui vel in ſomno ſtrenuus puritatis athleta, impuris petulanter phantaſmatibus vſque ad ſanguinem reſtitit, & impuri hoſtis ſomnolentas clanculùm inſidias, victoriali virtute detriumphauit; dum qui non audebat vigilem adoriri, inſidiari dormienti fruſtrà auſus eſt! Succiſa eſt clancularia libidinis præſumptio, poſtquam eam contigit, de ſomni inſidiis, & phantaſmatum fallaciâ non iuuari: tam mundi pectoris ſacrarium, nec exlex ſomnij petulãtia potuit profanare: vel dormientis Xauerij congreſſibus nullus hoſtium, niſi qui laudibus adderetur, occurrit: militauit eius trophæis, qui eius etiam in ſomnis innocentiam oppugnare tẽtauit: quippe qui *etiam ſomni tempore ad decentiam attendit, & contendit, per imaginationes quæ in ipſo ſunt.* O præeuntem Xauerium ſequere! Qualis erat in Martio campo, qui talis erat marcido ſtrato?

Origenes apud Caten. Corderij.

S. Xauerij vel in ſomno puritas.

3. Geneſeos 28. paratum ab Eſaü parricidium Iacobus exilio voluntario declinauit; eóque facto & ſibi ſalutem quæſiuit, & fratri innocentiam donauit. Cúmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & *ſupponens capiti ſuo dormiuit in eodem loco. Viditque in ſomnis ſcalam*, &c. Longo itinere laſſus nullâ interpoſitâ morâ, ſolutus eſt ſomno. *(O quàm benè dormit, qui non ſentit quàm malè dormit!)* In prædurâ humo, lapide capiti ſuppoſito Iacobus dormit: ſed ô quali ſomno! Eleganter Ambroſius præfata verba elucidans, ita ſcribit: *Meritò itaque cum diuina vbique comitata eſt gratia, vt & cùm dormiret beata vita munus acquireret. Videbat enim futurorum myſteria, & diuina audiebat oracula. Bonus in ſomno operarius.* Iacobúſne in ſomno actuosè operatur? an potiùs tunc corpore & animo otiatur? Somnus, opinor, requies eſt corporis, & quietum animi ſilentium. At Iacob *bonus in ſomno operarius, cum dormiret beata vita munus acquirit.* O quàm eſt operosè actuoſa hæc Iacobæi ſomni quies, quæ beatæ quietis, & empyriæ vitæ munus dormiendo negotiatur! Corpore Iacobus dormit, ad mundialia cæcus, ad cæleſtia oculatiſſimus, ſic præmonſtrans abſolutiſſimam ſomni ideam. *In itinere* (ait S. Gregorius) *dormire, eſt in hoc ſeculo a rerum præſentium amore quieſcere, & in dierum labentium curſu, ab appetitu viſibilium mentis oculos claudere.* Itaque Iacob in huius vitæ itinere, & dierum labentium curſu altè dormiens, claudit oculos ab appetitu viſibilium, & à rerum mundialium tumultu tranquillè quieſcit: ſed tanquam *bonus in ſomno operarius*, etiam cùm quietè *dormiret, cæleſtis vitæ munus acquirit.* O quàm eſt actuoſus ille ſomnus, & quàm feſtinanter in itinere properat, qui adhuc in terris cælum tangit, & in hoc vitæ exilio, cæleſtis beatè patriæ munus in ſomno acquirit!

Geneſ. 28. v. 11. & 12.
Publ. Mim.

S. Ambr. l. 2. de Iacob & vitâ bea. c. 1.

Quare dicitur Iacob, Bonus in ſomno operarius?

S. Gregor. lib. 5. Mor. cap. 22.

4. Rem ſanè obſeruatu arduam Teſſalonicenſibus Paullus indicit, *Semper gaudete*, inquit, *Sine intermiſſione orate.* Obnixiùs ſudat Interpretum induſtria, vt exponat quo pacto quilibet ſic aſſiduè debeat precibus impendi, vt *ſine intermiſſione* poſſit ſemper orare. Sanè, vt S. Ephrem docet: *Oratio eſt temperantiæ cuſtodia, iracundiæ frenum, animi elati depreſſio, odij medicina, legum iuriſque conſtitutio, regni potentia, trophæum atque vexillum belli, tutela pacis, virginitatis ſigillum, fides nuptiarum, viatorum præſidium, Dormientium cuſtos*, &c. Benè eſt, oratio dicatur, præuius *dormientium cuſtos*: at dum quis dormit, orationi tunc inidoneus cenſetur. Ecquis enim precarium orandi munus, vagis incertiſque ſomni phantaſmatibus committat? Verùm Origenes exponens illud Pſalmi. 1. vbi de viro beato dicitur: *Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte*, præſcripta Apoſtoli verba, cum his Pſalmi verbis committit, & ſic ad thema præſens difficultatem extricat: *In lege eius meditabitur die ac nocte*; quod perindè eſt, ac *ſine intermiſſione orare. Quomodò enim* (ait Origenes) *Dormiens aliquis orare poſſit, & humanum aliquod officium præſtans, vel ſuum corpus curans? Verùm ad hoc reſpondemus: Quòd vir perfectus clamauerit ad Deum, ipſúmque roget optima quæque concedi poſtulans, dum omnia facit ſecundum rationem, ita vt omnis eius actio ſit ratio.* Quarè ab Origene edoctus Hieronymus, bellè dixit: *Et ſanctis etiam ipſe ſomnus eſt oratio.* Ecce tibi quo pacto vir perfectus *ſine intermiſſione oret, & in lege Domini meditetur die ac nocte*: ſiquidèm *dormiens aliquis orare poteſt: nam dum omnia facit ſecundum rationem, ita vt omnis eius actio ſit oratio, etiam ipſe ſomnus oratio eſt.* Sic vel ipſe irrationalis ſomnus rationis ac arbitrij frenos excutiens, præuiâ bonæ vitæ, ac rectæ intentionis

1. ad Theſſ. 5. v. 16. & 17.

S. Ephrem. Tract. de Orat.

Orationis cõglobata epitheta.

Pſal. 1. v. 2.

Sanctis etiã ipſe ſomnus oratio eſt quare?

Origen. in Cat. Græc. Patr. ad Pſal. 1. v. 2. apud Cord.

Omnis Iuſti acquiſitio qui oratio dici poteſt?

S. Hierony. de Cuſt. Virg.

ſedulitate,

Digitized by Google

ſedulitate, & ad virtutem erudiri, & ad orationis elogium acceptari poteſt? Vaga in ſomnis imaginatio ſine rectore tunc effrenis, & inconſiderata phantaſmatum licentia petulanter audax, præuiæ rationis ac intentionis rectæ patitur lupatum? O arcanas ſomni preces! Alibi forſan latiùs expendetur, quare omnis Iuſti actio, quia ſecundum rationem fit, *Oratio* nuncupetur. quaſi recta hominis ratio, tanquam precum officina, orationem è diuerſo excudat.

5. Regius Propheta Pſalm. 143. ſic pangit: *Homo vanitati ſimilis factus eſt.* Latiùs alibi à Dauide vocatur homo, *Vniuerſa vanitas.* Quem locum ſic nonnulli ex Hebræâ & Græcâ origine excribunt: *Duntaxat vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* eritque ſenſus, quòd præter hominem nihil eſt in quo vanitatis omnia reperiantur ſigna, nullus homo qui non omnis vanitatis habeat aliquam portionem, vt noſter inibi exponit Lorinus. Exindè homo vniuerſæ vanitati ſimilis dicitur, ac rebus inaniſſimis & euanidis comparatur, vt putà fumo, vapori, vmbræ, ſomnio. Appoſitè à Philone Iudæo in libro de Ioſeph, homo appellatur, *Magnus ſomnus*, quia communi, id eſt, paruo ſomno aſſimilatur. Ecce tibi, totus homo dicitur prolixus ac *magnus ſomnus*; ita vt ſomnus cum homine, & homo cum ſomno vices reciprocet. Scilicet qualis homo fuerit, talis cenſetur & ſomnus: ſomnus enim cenſus hominis eſt: nam *qui inſtructi virtutibus ſunt, meliora ſomnia* habent, vt nuper ex Ariſtotele notabamus.

[Pſal. 143. v. 4. Pſal. 38. v. 6. — Homo eſt magnus ſomnus. — Lorinus. — Philo. — Ariſtoteles]

6. In hoc cap. 3. de ſocrûs Noëmi conſilio, lotior, vnctior, & ornatior Rutha obſeruat vbi cubet Boozus abundanter cœnatus, & hilariter potatus: & venit abſconditè, & diſcooperto ruralis lecti ſtragulo, à pedibus eius ſe proiecit. Paullò poſt Boozus horrore expergefactus, de ineundo poſterâ die legitimo connubio pacatè agit. Et ſic tandèm Rutham alloquitur: *Dormi vſque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius, vſque ad noctis abſceſſum. Surrexit itaque antequam homines ſe cognoſcerent mutuò*, &c. Grande quidèm continentiæ facinus, quòd vir in eodem lecto cubans cum puellâ comptiori, pacato pudicè ſomno noctem, tranſegerit. O vtriúſque ſomnum, obſcœno laſciuientium phantaſmatum ludibrio immunem! Ad hoc piè inſolentis pudicitiæ miraculum, vaga ſomniorum licentia in aſſiduo virtutis gymnaſio erudita eſt. Porrò (ait S. Ephrem) *ſicut ſpongia humidis admota ſubiectam humiditatem haurit, participátque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, ſi ad carnales homines acceſſerit.* Pergit propiùs ad rem Cyprianus de Singular. Cleric. ſic fatus: *Difficilè quis venenum bibet, & viuet, verendum Dormienti in ripâ, ne cadat: in hâc parte expedit plus benè timere, quàm malè fidere.* Benè primò *timuit* Boozus, dum *nocte iam mediâ expauit, & conturbatus eſt, viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos.* Benè etiam *confidit* de vtriúſque ſomno, in ſobriæ & caſtæ continentiæ ſcholâ diu ad omnem probitatem erudito. Singularis Boozi ac Ruthæ laus eſt, quòd ſub eodem ſtragulo, velut in ripâ *dormientes*, ſecurè dormiant; nec alterius ſexûs vicinia, vel ſomni phantaſmata ad libidinem inquietet. Hoc prælustriſſimum virtutis facinus, ſuſpiciendum potiùs quàm imitandum eſt.

[Hic verſ. 14. — Mulier viro proxima, ſpongiæ comparatur. quare! — Ephrem Tract. de mala conu. vitanda. — S. Cyprian.]

P. Didac. Celada in Ruth.

§. CCXXXII.

Silentium, licèt ſit verbi mors, eſt etiam illius natiuitas, reſurrectio, nutrimentum, & cultus.

1. SPintharus Epaminondam laudibus vehens, *Quamquam*, inquit, *plura ſciret, & pauciora loqueretur, vtrúmque tamen æquè illi ac facile in promptu erat. Hinc naturam tradunt cuilibet geminas prabuiſſe aures, & linguam vnicam: quòd plura expediat hominem audire, quam loqui.* Magnæ ſapientiæ eſt tempeſtiuum ſilentium, & omni certè ſermone præſtantius. Quod enim ſilentio retentum eſt, effertur perfacile: quod autem edideris, nullo modo reuocari poteſt. Lycurgus interroganti, *Quamobrem Lacedæmonij breuiloquium vſurparent? Quoniam ſilentio finitimum, reſpondit.* Porrò optimum eloquium eſt ſilentio cognatum. Sanè perdifficile hominibus eſt, tenere ſemper vocis ac ſilentij temperamentum. Tamen & in hoc incumbe, vt libentiùs audias, quàm loquaris: tacere enim qui neſcit, neſcit loqui. O quoties in flumine orationis, nec gutta mentis eſt! erudiendus ergò eſt ſermo in ſilentij gymnaſio.

[Plutach. lib. de Offic. audito. — Breuiloquium eſt taceati finitimum. — Stob ſer. 33. — Tacere qui neſcit, neſcit loqui.]

2. Lucæ 1. Zachariæ incenſum ritè offerenti in templo, apparet Angelus, & optatiſſimam prædicit ſobolem mox futuram. Ipſe ætate prouectus, de annosâ & ſterili vxore filium ſuſcipere ambigit. Angelus peridoneum offert ſignum: *Et ecce*, inquit, *eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant.* Poſtmodùm autem Ioannem *concepit Eliſabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque.* Zacharias de reipsâ ambigit, & ſignum petit: Iſidorus autem Peluſiota de ipſo ſigno potiùs dubitat: *Quid autem*, inquit, *quòd à ſilentio & ſterilitate, ac ſenectute vox procreata ſit?* Pergit indidèm Chryſologus: *Pater tacet ex pœnâ, ex verecundiâ mater celat. O quanto ſilentio vox naſcitur? O quantâ taciturnitate tuba ſeculis inclamatura generatur?* Pulchra vox Ioannes, generoſos ſermonis natales agnoſcit. Prodit enim à *ſenectute* conſilioſè canâ, vt inconſultæ iuuentutis garrulitatem recuſet. Minor ætas audiendo, quàm loquendo idonea eſt. Naſcitur ex *ſterilitate*, quâ fœcunditas multiloquij ſterileſcit: breuiloquium enim ſilentio finitimum eſt. *Procreatur à ſilentio vox*, vt illius ſit imago, illúdque impreſſiùs repræſentet, tamquam germana ſoboles. Silentij lineamenta vox è diuerſo referat, velut filius parentem, quem obuiis obtutibus ſpectatorum repræſentet. Vox, & ſermo è ſilentio erumpant, ſilentij arreptionibus nobiles. *Pater tacet ex pœnâ ex verecundiâ mater celat. O quanto ſilentio vox naſcitur!*

[Lucæ 1. v. 20. & 24. — S. Iſid. Peluſ. l. 1. epiſt. 131. — Chryſol. ſer. 42. — Ioannes, qui eſt vox, naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio.]

3. Lucæ 1. Zachariæ de promiſsâ Ioannis natiuitate ſignum expoſcenti, reſpondet Gabriel: *Ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque ad diem, quo hæc fiant.* Nempè os ambigentis pœnali taciturnitate mulctatur. Tandem Ioannes naſcitur ex anu infœcundâ, &. ſene ac incredulo patre. Qui ſciſcitatus de filij nomine, poſtulans pugillarem ſcripſit: Ioannes eſt nomen eius. *Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius &*

[Lucæ 1. v. 64.]

 loquebatur

loquebatur benedicens Deum. Tacet Zacharias, & mortuo ſimilis,loqui non poteſt; ſed cum loquelâ reuixit, & velut de taciturnitatis ſepulcro rediuiuus, vitalem vocem reſumit; quæ è ſilentio erudita, Dei laudes modulatè pangit. Quâ ſuper re ſic philoſophatur Chryſoſtomus Encom. de natali Præcurſoris: *O res admirabiles, quid dicit Zacharias? primam vocem poſt reſurrectionem exclamauit: Benedictus Dominus. Quid ergo? mortuus eſt: Zacharias, quòd ſurrexit? non mortuus eſt: ſed quiddam mortis inſtar ſuſtinuit. Tamquam enim ſepulcrum tenuit ſilentium: & faſciis alligatus fuit, hoc eſt, lingua vinculis. Hanc ergò primam exclamauit vocem poſt figuratam reſurrectionem. Ergò nos quoque hanc vocem conſequentes, bonum Deum noſtrum benedicentes,* &c. Ecce tibi, non modo ſilentium, mors verbi dicitur, quod taciturnitate tumulatur; ſed qui ſilet, *quiddam mortis inſtar ſuſtinere* perhibetur; vt verbum poſt ſilentium erumpens, viuidum, animatum, ac vitale publicetur, de taciturnitatis morte rediuiuum, & reſurgens de ſilentij ſepulchro; quò ſermonem de miraculo *reſurrectionis* admiremur,& de prodigio vitæ nouiter ſpirantis honoremus. Scilicet emortua ſunt verba, quæ præuium ſilentium non vegetat ad energiam, non viuificat ad vigorem, non animat ad perſuadendi gratiam. Itaque Zacharias ad vocem Angeli *mutus,quoddam mortis inſtar ſuſtinuit: tamquam enim ſepulchrum tenuit ſilentium; & faſciis alligatus fuit, hoc eſt, lingua vinculis.* Pronum eſt cuique alia aliorsùm mente concipere in verbis ſenſuum grauidis.

Qui mutus eſt, mortuus dicitur.

S Chryſoſt.

Verbum ex ſilentio quaſi ex tumulo reſurgere perhibetur.

4\. Lucæ 1. v. 29. & 30.

Lucæ 1. Angelus Gabriel à Deo miſſus, vt tractaret cum Virgine diuinæ corporationis ſacramentum, ſic eam reuerenter ſalutat: Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. *Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum.* Benè eſt, Mariæ humilitas turbetur prædicatione, pudicitia apparenti viri aſpectu erubeſcat, & virtutis tincturâ virgineus pudor coloretur ad gratiam. Quid autem in cauſsâ eſt, quòd de re altiùs cogitans, ſe ſolam aduocat in tantæ rei deliberandæ conſilium? An non ſatiùs foret, rei compendio vti, & præſentem Dei Angelum ſciſcitari? Quare mente cogitabundâ angitur, quæ totam verbo ambiguitatem deponere potuiſſet? Ipſa mente vocalis multa cogitat, & ori nec verbulum permittit? Eccur tam altè ſilet? Magnum Marianæ taciturnitatis arcanum, his verbis Petrus Damianus elucidat: *Illa*, inquit, *virginitas perfecta eſt, quæ reliquis virtutibus cingitur, quæ verâ mentis humilitate conditur. Quæ non ſolùm illibatam ſe ſeruat in carne, ſed etiam pudicam cuſtodit in ore. Vndè & Beata Virgo Maria, audito Angelicæ legationis myſterio, ſolitum modeſti ſilentij rigorem tenuit; etſi ipſa enim intra ſe diſcutere non poſſet, qualis eſſet illa ſalutatio, verbis tamen inquirere ſuperfluum deputauit. Sed mox tacendo audire meruit, quod interrogando inquirere non præſumpſit. Ait enim Angelus Dei: Ne timeas Maria.* Scilicet Virgo Maria audito Angelicæ legationis myſterio, multa mente cogitat, quæ ipſa intrà ſe diſcutere non eualuit, & tamen *ſolitum modeſti ſilentij rigorem tenuit,* & pudicum, os altâ taciturnitate ſignauit, vt ex ſilentio prodiret verbum. O quale verbum! *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* (Et tunc, tunc quidèm, *Verbum caro factum eſt.*) Nempè tanta, tamque arcana Deiparæ taciturnitas generosè præſtruebat, quàm auguſtè generoſum verbum indè appararetur, cælo terráque plaudente *Modeſti ſilentij rigorem tenuit*, vt tandèm loqueretur verbum, quo diuinus miteſceret rigor. Tantum ſilentio licet!

Petr. Damian. homil. in Natiu. B. Mar. Virg.

Ex Maria taciturnita te quale verbum prodit

Ezechielis 3. de iuſſu Dei Propheta ad tranſmigrationem venit, & manſit ibi ſeptem diebus, *mærens* in medio eorum. *Cùm autem pertranſiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis..... audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me.* Quid eſt,quòd Propheta priùs quàm verbum Dei prædicandum excipiat, *mærens* ſeptem diebus ſedet? Quæ eſt iſta mœſtitudo ad loquendum præuia? S. Gregorius inibi homil. 11. ſic locum tempeſtiuè exponit: *In eo quòd ſeptem diebus mærens ſedit, & poſt diem ſeptimum verba Dominicæ iuſſionis accepit, vt loqui debuiſſet; apertè indicat quia eiſdem diebus mærens tacuerat. Miſſus autem ad prædicandum fuerat, & tamen ſeptem diebus ſedens tacebat. Quid eſt hoc quod nobis propheta ſanctus in hoc ſilentio innuit, niſi quia ille loqui veraciter nouit, qui priùs benè tacere didicerit.* (Obſerua quæ ſubtexit verba.) *Quaſi enim quoddam nutrimentum verbi, eſt cenſura ſilentij. Et rectè per excreſcentem quoque gratiam ſermonem accipit, qui ordinatè antè per humilitatem tacet.* Profectò velut acerbus & crudus eſt ſermo quem præuia taciturnitas non condit: macilentum, exile,& garrulè delicatũ eſt verbum, quod ſilentium non vegetat, nutrit, adipat; ex ſilentio enim verbum excreſcentem accipit gratiam, & ad miriſſimum incrementum è diuerſo eruditur. *Quaſi enim quoddam nutrimentum verbi, eſt cenſura ſilentij*; per quod ſermo ad gratiam excreſcit. Quare hic conſultiſſimè Boozus *cenſuram ſilentij* Ruthæ indicit, quo legis verbum, impletionis incrementum feliciter accipiat.

5\. Ezech. 3. v. 16. & 17.

S. Gregor.

Quaſi quoddam nutrimentum verbi, eſt cenſura ſilentij.

Hic verſ. 14.

Iſaias propheta cap. 32. poſtquam multa in capitis auſpicio, de linguâ ante dixerat; ſic appoſitè ad rem ſcribit: *Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium.* Multimodè *τὸ ſilentium* ab Interpretibus exponitur. Hector Pintus *ſilentium* interpretatur taciturnitatem à querelis & litibus. S. Hieronymus exponit *fidei breuitatem*, quæ multis legibus ceremoniiſque Iudæorum opponitur (de quo aliàs vbertim.) Verùm Arabicus Antiochenus pro *τὸ cultus iuſtitiæ*, qui *ſilentio* adſcribitur, conſultò habet, *opus veritatis*, quaſi ex *ſilentio opus veritatis*, qui ſit *iuſtitiæ cultus*, exoriatur. Porrò ex *ſilentio opus veritatis*, qui eleganti *cultu* iuſtitiam & virtutes adornet, certiſſimè naſcitur. Pulchrè S. Bernardus epiſt. 89. hunc Iſaiæ locum ſic moraliter elucidat: *Cultus iuſtitiæ ſilentium. Ad hunc iuſtitiæ cultum, ad hanc omnium virtutum matrem & cuſtodem te, & quicumque tui ſimiles proficere cupiunt in virtutibus, inuito & prouoco: & ſi non verbo doctrinæ, certè mei ſilentij exemplo, vt vel ſilentio doceam te ſilere.* Ecce tibi vocaliter linguatas, & eloquenter cultas ſilentij voces, quæ ſilentio ſilere docent, & cultam doctrinæ eruditionem taciturnitate ad ſuadelam præcurrunt.

6\. Iſaiæ. 32. v. 17.

Hector Pin.

S. Hierony.

Arabicus Antiochen.

Silentium à querelis, cultus iuſtitiæ dicitur.

S. Bernar.

Digitized by Google

[S. Auguſt. *Cultus docenda veritatis, ſilentium eſt.*]

præcurrunt. Anagogicè verò S. Auguſtinus lib. Meditat. cap. 22. ita locum exponit: *Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. O vita*, inquit, *quam præparauit Deus his qui diligunt eum! vita vitalis, vita beata, vita ſecura, vita tranquilla..... vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima.* O benè! Scilicet *cultus iuſtitiæ* ſeu *veritatis, ſilentium eſt*: nam in vocali ſilentio beatæ vitæ, *vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima* repetitur. O quàm eſt elegans veritatis cultus, qui eſt beatum ſilentium, *totius elegantiæ ac dignitatis pleniſſimum.* Hinc altè Propheta auſpicatò prædicit: *Et erit cultus veritatis ſilentium.*

---

§. CCXXXIII.

Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat.

[Ferè ex Euſeb. de Art. Vol. l. 3 c. 35.]

[*De affectuũ tincturâ, benè aut malè coloratur opinio; hac linguam imbuis,*]

1. GEneroſæ veritatis natales ſunt à ratione, cælo, Deo, qui prima ſtirps eius cenſetur. Opinionis verò, quæ ſimia quædam eſt veritatis, vacuus illius vultus, & ſæpè mera laruą; à ſenſu ab affectu, & fæce iſtâ rerum origo ducitur. Ideò illa nobiliter generoſa, patriam proſapiámque ſuam refert: iſta vilis, nutans, varia, incerta, & de facili ſequax, ſuos quoque clientes ſecum verſat. Vna eſt veritas ſui ſimilis ſemper; opinio multiplex, & ſui diuerſa, de affectu probat contraria, falſa amore laudat, vera adulterat, & ad nutum colorat. Ianuam ſimplicem veritatis habemus, mentem; multas opinionis valuas, omnes ſenſus, phantaſiam, cupiditatem, paſſiones. Adeò vt non ſolùm ex opinionibus paſſiones moueantur, vt cenſuit Proclus de Stoïcorum gymnaſio; ſed ex paſſionibus opiniones naſcantur. [Proclus] Sic in affectibus ludimus, & opinionibus ſpontè ſeruire cogimus. Hinc quod leuiculâ ſuſpicione coniectamus ex re ad vtrumque incertâ, & ſæpè ad bonum propenſiore, in odij officinâ excuduntur temeraria iudicia, detractiones errore vagas, certo alienæ famæ præiudicio: & ſub incertâ affectatæ opinionis baſe, alienum dedecus altè fundamus. O, ne eat opinio noſtra malè duce affectu, qui ad aliorum probra inconſultè linguam ventilet!

[Iob. 11. v. 4.]

2. Iob cap. 11. Sophar Naamathites hoſtiliter amicus, ſic Iobum ambitioſæ arrogantiæ arguit: *Dixiſti enim: Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo.* Poſtquam præfatus Sophar, quid ſentiret de Iobo, effudiſſet audaciùs, diſputationem maledicè aggreditur. Et primùm arrogantiæ illum peracerbè accuſat, quòd nihil locutus ſe impurè dixerit, & in oculis Domini iuſtus apparuerit. Quæ accuſatio grauis eſt, & quia ambitioſum prodit ſpiritum, aliorum offendit, & auertit animos, & accuſatores potiùs acuit, quàm patronos aduocat auxiliares. Sed non conſtat an verum fuerit hoc crimen, quod obiicitur Iobo, vel confictum à Sophar, vt maledicentiæ materiam idoneam appararet. Chryſoſtomus inibi in Catenâ putat hoc à Sophar planè confictum, cùm Iobus priùs contrarium fuerit apertè profeſſus: *Atqui*, inquit, *ille ipſe dixit: In veritate ſcio, quia non eſt mortalis mundus coràm Domino. Vide quemadmodum ei obiectent pugnantia.* S. Gregorius indidèm non modo confictum publicat mendacium, ſed etiam maledicè mentiendi cauſſam prodit, & ethicè vellicat: *Qui beati Iob*, inquit, *dictorum meminit, quam falsò hoc voci illius impingatur, agnoſcit. Quomodo enim hoc dicere potuit, qui ait: Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me? Sed habet hoc prauorum malitia, vt cùm vera in ſe flere mala renuit, fingat aliena.* Vide hîc pertinacis malitiæ malitioſum dicaciſſimè ingenium, in obſtinationis ſuæ defenſionem, à ſe conficta aliorum flagitia aduocat in patrocinium, vt de communione ſcelerum ſua ſcelera diluat: quò maledicæ peruerſitatis artificio, ſuam malitiam cui pertinaciter adhæret, aut extenuare, aut colorare, aut fortè excuſſiſſe fruſtrà præſumit. Sed

[*Quare improbus quiſque in bonis fingit ſcelera, quæ maledicè ventilet?*] [S. Chryſ.] [S. Gregorius]

3. videtur veroſimilius quod Hieronymus putat, & innuit S. Thomas, & pluribus oſtendunt Pineda & Sanctius, ſcilicet hæc non omninò eſſe commentum Sophar, ſed ex quibuſdam Iobi ſermonibus hæc perperam texuiſſe, & accuſatorum more hæc maledicè amplificaſſe, interpretationéque parum beneuolâ, & nimis malitiosâ, eò rem adduxiſſe, vt talia cenſeretur locutus Iobus, qualia ei nunc falsò obiiciuntur, & ob quæ eius bona fama malè proſcinditur. Sic autem Hieronymus: *Dixiſti enim, purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo*, &c. *Non ita dixit, quòd purus eſſet, & mundus, id eſt, quòd cogitationibus, & verbis ante Deum immaculatus exiſteret: ſed dixit: Nihil impium feci.* Pulchram clauſulam verbis Hieronymi Beda adiicit: *Ergò calumniatoris hæc verba ſunt, non veritatem & iuſtitiam proſequentis.* Scilicet Iobus nuper dixerat, nihil ſe impium geſſiſſe, & alia huiuſmodi verba, quæ ſceleroſam flagitiosè malitiam à ſe remouerent. Vndè ingenium malitiæ eandem rem in id ipſum prauo commento interpretans, & exaggeratiùs de ſuo amplificans, ſe velut coràm Deo *purum*, & *immaculatum* arroganter iactaſſe maledicò garrit. Minùs opinor, maledicentia noceret, ſi aperto ſæuiret mendacio, quàm ſi leuis occaſiuncula malè de affectu colorata, maledicentiam exprimeret. O! nec ſanctus Iob, probitatis idea, has exaggeratioris cenſuræ occaſiunculas inculpatis moribus præcidere valuit? O non bonos malitiæ commentarios, maleloquentiæ expromptos! *Ergò calumniatoris hæc verba ſunt, non veritatem & iuſtitiam proſequentis.*

[S. Thomas, Pineda, Sanctius] [*Pernicioſius ex aliquâ occaſiunculâ, maledicentia commentarios exaggerat.*] [S. Hierony.] [Beda]

[Matth. 1. v. 25.]

4. Matthæi 1. Ioſeph Deiparæ Virginis virgo ſponſus, dum eam intumeſcente vtero grauidam cernit, ſuæ virginitatis benè ſcius, non benè forſan de ſponſæ virginitate ſuſpicatur. Cui Angelus in ſomnis, diuinæ corporationis ſacramentum pandit, in Virginis ſponſæ vtero peractum. Quâ reuelatione exactiùs deſcriptâ, confeſtim de Ioſepho addit Euangeliſta: *Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.* Hinc Marianæ virginitatis hæreticè hoſtes, perpetuam eius virginitatem impudenter oppugnant, Biblici idiomatis arroganter ignari. Doctores autem catholici curiosè perquirunt, quarè hîc Euangeliſta velut ambiguè, nec ſatis diſertè loquitur de Mariæ exinceps virginitate perpetuâ, ne hæreticæ maledicentiæ anſam per-

mitteret? Verùm ſi hanc maledicentiæ anſam præcluderet, aliis forſan ſiniſtris de eâ ſuſpicionibus rimulas panderet. Quod ſubtiliter Ambroſius adnotauit: *Et non cognoſcebat eam donec peperit*, &c. *Qui cauſſam agit*, inquit, *ſatis putat quod cauſſa eſt dicere, redundantia non requirit. Satis enim eſt ei, vt cauſſam ſuſceptam ſtatuat, incidentem differat. Et ideò* Euangeliſta *qui Incarnationis incorruptũ ſuſceperat probare myſterium non putauit vberiùs proſequendum virginitatis Mariæ teſtimoniũ* (nota quam reddit rationem:) *ne defenſor magis Virginis, quàm aſſertor myſterij crederetur.* Scilicet veri hiſtorici munus tunc erat, referre fideliter, quod hactenùs de Marianâ virginitate ex Angeli reuelatione didicerat: myſterio autem tunc peracto ſatis erat, Deiparæ in conceptu virginitatem narrare. Ergò Euãgeliſta dicit quod ſatis eſt, *Et non cognoſcebat eam*; redundantia differt. Porrò ea eſt hominum malitia, & maledicentiæ petulantior licentia, vt ſi immaturè feſtinaret aſſerere, etiam exinceps perſeueraſſe virginem, *defenſor magis Virginis, quàm aſſertor myſterij crederetur.* Vide quàm agat cautè Matthæus, anteuertens ſiniſtrarum ſuſpicionum technas, & facile parabilem maledicentiam iugulans, ne Virginis panegyrim, aut anticipatam defenſionem ſcribere potiùs putetur, quàm ſinceram myſterij narrationem texere. Sic vel leuem hanc rimulam præproperè obturare Euangeliſta ſatagit? Obturauit & Boozus hîc. Nam cùm Ruth dormiiſſet ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum; ipſa *ſurrexit antequàm homines ſe cognoſcerent mutuò. Et dixit Booz: Caue ne quis nouerit quòd huc veneris*; ne libidinem citiùs, quàm legem implere, à maledicis forſan putaretur.

S. Ambroſ. l.2. in Lucã.

Præcauet Matthæus, ne defenſor magis Virginis, quàm aſſertor myſterij crederetur. quare?

Hic verſ. 14

5. Eccleſiaſtæ 10. ſic nos admonet Salomon: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minùs habet qui occultè detrahit.* Quaſi detractor ſerpentinâ linguâ mordeat, lethali vulnere famam venenans. Verùm in Hebrææ origine pro eo *qui detrahit*, non ſine emphaſi ad rem opportunâ, habetur, *Dominus linguæ.* ſcilicet qui tanquam *Dominus* ad nutum loquitur, & de maleſuadis ſui cerebri aut affectionis ſuſpicionibus aut coniecturis garrit de alienis defectibus maledicentiæ priuilegio, cui lingua promptum præbet obſequium. Hic ergò inconſultus detractoris morſus, ſerpentis venenato morſui comparatur. Itaque cùm ſerpentis lingua ſit triſulca non vnam, ſed multas plagas homini morſu ſuo infligit. Vndè S. Bernardus ita ſcribit: *Lingua maledica illius percutiens conſcientiam, & huius vulnerans charitatem, ſecum pariter vtrumque perimit. Numquid non vipera eſt lingua iſta? ferociſſima planè, nimirùm quæ tam lethaliter tres inficiat flatu vno. Numquid non lancea eſt iſta lingua? Profectò & acutiſſima quæ tres penetrat ictu vno.* (Attentiùs aduerte ad ea, quæ exaggeratiùs ſubdit: *Nec verò eiuſmodi linguam, ipſo etiam mucrone quo Dominicum latus confixum eſt, crudeliorem dicere verearis: fodit enim hæc quoque Chriſti corpus & membrum de membro, nec iam exanime fodit, ſed facit exanime fodiendo. Ipſis quoque nocentior eſt ſpinis, quas illi tam ſublimi capiti furor militaris impoſuit; ſeu etiam clauis ferreis, quos ſanctiſſimus manibus illis & pedibus cõſummatio Iudaicæ iniquitatis infixit. Niſi enim huius, quod nunc pungitur & transfoditur, corporis ſui vitam illius vitæ corporis prætuliſſet, nunquam illud pro iſto mortis iniuriæ, crucis ignominiæ tradidiſſet.* Vide hîc quàm ſit impiè ſceleroſus detractor, qui de alienis defectibus ſic licenter ſuſpicatur, de eiſque garrit, vt *Dominus linguæ* nuncupetur.

Eccle. 10. v. 11.

Hebræus

Dominus linguæ cur ſceleroſior dicitur, quàm Chriſti carnifices?

S. Bernar. Ser. de tripli. cuſtodiâ. &c.

Matthæi 1. Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu 6.
Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu-ſancto. Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in eâ natum eſt, de Spiritu ſanctò eſt.* Rem hanc exactè verſans Chryſoſtomus, cùm ipſe ſeriò putet Ioſephum de puriſſimâ ſponsâ, in re pudoris ſiniſtre cogitaſſe; acutè pariter ac moraliſſimè addubitat, quare ſiniſtris ſuſpicionibus obſequens, meruerit tamen ab Angelo penitiùs erudiri. Sic ergò Chryſoſtomus fatur: *Vterus quidèm fœtu intumuerat, & virginalis integritas manſerat. Seminatorem fidei fide conceperat, Dominum in ſuum corpus aſſumpſerat, non eius corpus violari permiſerat. Meritò tamen tamquam homini venit in ſuſpicionem. Aliundè eſſe credebat, quod de ſe non eſſe ſciebat, & ipſum alium de adulterio ſuſpicabatur.* (Expende attentiùs quæ luculenter ſubtexit) *Quare dignus fuit ab Angelo corrigi, quia non vlla erat maleuola ſuſpicio. Maleuolæ ſuſpiciones ſunt calumniantium; beneuolæ ſuſpiciones ſunt Gubernantium. Licuit cuidam de filio male ſuſpicari, ſed filio non licet calumniari. Vtique ſuſpicaris malum, ſed optas inuenire bonum. Qui beneuolè ſuſpicatur, vinci cupit. Tunc enim benè lætatur, quandò falſum inuentum fuerit, quod malè ſuſpicabatur. Talis erat Ioſeph circa coniugẽ ſuam*, &c. O ex hâc Chryſoſtomi ſcholâ diſcant boni Gubernatores *beneuolè* tamquam parentes, de ſubditis ſiniſtrè ſuſpicari. Suſpicio non bona Gubernatoribus cognata eſt; ſed maleuola ſuſpicio, quæ obnixiùs contendit re ipsâ inuenire defectum, quem ſiniſtrâ ſuſpicione coniectauit, non Gubernatorem, ſed Calumniatorem excudit. Nam bonus Gubernator, æquitatis amans, ſuam ſuſpicionẽ fruſtrari non metuit; ſed *tunc benè lætatur, quandò falſum inuentum fuerit, quod malè ſuſpicabatur.* Benè monentem ſequi ne pudeat, Eſto cautus Gubernator, non maleuole ſuſpicax calumniator.

Matth 1. v. 20.

S. Chryſ. homil. de Suſannâ.

Beneuola ſuſpicio gubernatorem, maleuola calumniatorem excudit.

§. CCXXXIV.

Siniſtræ ſuſpicionis maligna temerariè licentia, egregiè vapulat.

HOc habet omnis affectus, vt in quod ipſe 1.
inſanit, in idem putet ceteros inſanire. Faciliùs vitia vniuſcuiúſque, quàm virtutes intendimus: nec quid boni quiſque geſſerit, ſed quid mali egerit, perſcrutamur ſuſpicione non bonâ, vitia potiùs quàm virtutes augurante. Siniſtram in partem ſtrenua putatur ſuſpicio, & veroſimilior coniectura; & vitium quod rebus ac perſonis audacter adſcribimus, noſtrum ſæpè eſt. Facile coniectura in cenſuram degenerat.

Siniſtræ ſuſpicionis maligna licẽtia proditur.

Saltem

Digitized by Google

Saltem non bonis ſuſpicionibus obnoxius, imbonus nobis eſt: quod autem apud nos bonum non eſt, confine malitiæ eſt, aut de illâ ſuſpectum. Heu quot honorum ſtupra, & bonæ famæ adulteria, licentia ſuſpicionum perpetrauit! adeò vt feliciſſimus ſit cenſendus quiſquis peſtem hanc malitioſam innocenter declinarit. Gratulor Boozo, quòd niſi maritalem ritè concubitum Rutha non præſumpſerit: & Ruthæ gratulor, quòd nihil de eâ ſiniſtrum Boozus cogitarit; indè mutuatâ pudicitiæ famâ, vndè credi poterat deturpata. *Benedicta, inquit, es à Domino filiâ, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuuenes ſiue pauperes, ſiue diuites. Noli ergò metuere,* &c. Quid exinceps puella metuat, quæ malignam ſuſpicionum licentiam iam non metuit. Et tamen cautè in domum ſuam redire conſultiùs iubetur, ne maledicentiæ garrulitas culpet, quod præſcriptum connubij ius populariter honeſtauit: *Caue* (dixit Ruthæ Boozus) *ne quis nouerit quòd huc veneris.* Nulla innocentiæ cautela ſatis eſt. Tantum ſuſpicionibus licet!

Hic verſ. 14.

2.

Geneſ. 15. v. 15.

Geneſeos 15. poſt celebrem illam Abrahami viſionem, in quâ ſuæ poſteritatis ærumnas, & deindè immetatam gloriam proſpexit, hæc ipſe audit: *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bonâ.* Pulchra mors, & ſepulcralis gloria Abrahamo poſt venerabile ſenium promittitur. Verùm Richardus de S. Victore apud Tilmannum indidèm, ethicè ſubtilem in his verbis tropologiam prodit, ſic fatus: *Tu ibis ad patres tuos. Quid eſt ad patres ſuos ire, niſi eodem virtutum tramite quo alij in vita viâ præceſſere ad intima quietis tranquillitatem agilitate bonorum operum properare? Ergò ad pacem properabat, qui in pace iturus erat.* Benè eſt, bona opera *agilitatem* præbeant, ne corporis grauedo curſum retardet ad cæleſtem patriam, quò omnes tendimus. Quid autem eſt, ad pacem properare, qui in pace iturus eſt? Opinor, hanc *pacem*, & voluptabilium blandimenta, & maledicorum ſuſpiciones interturbant. Pergit Richardus attentiùs excipiendus: *Sepultus in ſenectute bona*, inquit, *Prius homo moritur, & poſtmodùm ſepelitur. Mortuus quidem deſinit videre, ſed non ſtatim videri. Sepultus verò deſinit videre ſimul & videri. Qui vult ergò huic mundo mortuum eſſe, oportet illum oculos illos claudere, quos in primis Parentibus legimus apertos fuiſſe, & oblectamenta ſenſuum nec attendere, nec aduertere. Sed & tunc qui eiuſmodi eſt, quaſi poſt mortem ſepulturam inuenit, quandò per ſapientiæ ſtudium, æternitatiſque deſiderium in talem ſtatum proficit, qualem carnalis quilibet non dicam ſcire, ſed nec ſuſpicari poſſit.* Profundè quidèm Richardus! Scilicet, vt quis ethicè mortuus ſit in *pace*, non ſufficit quòd mortuus ſit, nec iam videat voluptabilia ad blandimentum, nec maledicentiæ aut malecogitantiæ rumuſculos audiat ad irritamentum; nam *mortuus* etſi videre non poſſit, videri tamen poteſt. Sed adhuc neceſſarium eſt, vt & *ſepultus* etiam ſit, ne quilibet *Carnalis*, qui carnis malitiæ ductu de aliis cenſuram vibrat, eum videre, eum ſcire, de eo ſiniſtrum quippiam *ſuſpicari* poſſit. Heu nimis temerariam *ſuſpicionum* humanarum audaciam, à quâ nec in ethicæ quidèm mortis aſylo, nemo ſatis tutus eſt; quia licèt ſic mundo *mortuus*, adhuc tamen poteſt *videri*, etſi *videre* non poſſit. Quare ad declinandam hanc coniecturarum malignitatem, ſepulturâ opus eſt, vt lapis ſepulcralis dum alienos oculos arcet, *ſuſpicionum* licentiam vetet. Tantáne cautelâ ſuſpicionum ſiniſtra temeritas præcludenda eſt?

Richardus

Bona opera agilem reddunt hominem in viâ ad cælum.

Poſt mortem neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſtritatem præcludat.

3.

Geneſ. 3. v. 1.

Geneſis 3. in felici primæuæ innocentiæ ſtatu, paradiſeis deliciis impunè Protoparentes fruebantur: *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Hinc pulchella oboritur quæſtio inter Expoſitores, cur Diabolorum aſtutiſſimus in ſerpentem illapſus ſit, formámque eius mutuauerit, ſerpentináque linguâ, deceptionis verba modulatus ſit? Annon ſerpentis ſibilus, de fraude atque veneno ſuſpectus erat? Vel indè mulier cognatos ſerpenti dolos præcauere debuiſſet, nec ſerpenti tutò ſe credere. Sed cæca ambitionis audacia, prudens ſuſpicionum arbitrium excluſit. Quâ ſuper re Hugo de S. Victore ſic ad rem philoſophatur: *Sed & ſerpens erat callidior*, &c. *Venit*, inquit, *ad hominem in ſerpente callidus hoſtis, quia fortaſſis ſi permiſſus fuiſſet, in formâ columbæ venire maluiſſet: ſed hoc vas ſibi Spiritus-ſanctus reſeruauit: quia profectò dignum non erat, vt ſpiritus malignus formam odioſam faceret, in quâ poſtmodùm eidem Spiritus-ſanctus apparere debuiſſet.* O bona boni Spiritûs cautela! Sic præproperè ſiniſtras doli ſuſpiciones à candidâ columbâ remouet, ne apud homines ſuſpectum malignitatis ſit, cuius ſpeciem Spiritus-ſanctus aliquandò aſſumet? Hem! humanæ ſuſpicionis temeritas ſuſpectum haberet Spiritum-ſanctum, ſi columbæ ſimplex candor, miniſteriale ſeductionis munus, de alieno ſemel induiſſet? O quàm de facili ſuſpicionum temeritas in cælum audet! nec Spiritui-ſancto parcet, ne maledicentiæ parcat. Vel hanc leuiculam coniecturarum rimulam obturaſſe oportebat, vt ſua fides & honor Spiritui-ſancto inſuſpectus ſeruaretur.

In ſerpentis, non in columbæ formâ, Dæmon Euã ſeducit. quare?

Hugo Vict. apud Tilmannum ibidèm.

4.

Actor. 1. v. 11.

Actorum 1. Diſcipuli ſæpe dudùm admoniti à Chriſto Deo, de glorioſo ſuo ad Patrem Deum aſcenſu; tandem videntibus illis in cælum eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Nubes in glorioſâ aſceſione ſuſcipit Chriſtum, quem in Taboris gloriâ nubes fulgenter obumbrarat, quò vtrobique adſimilis gloria oſtentaretur. Cúmque intuerétur in cælum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxtà illos in veſtibus albis, *Qui & dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodùm vidiſtis eum euntem in cælum.* Profectò conſentaneum valdè erat amori Diſcipulorum ergà Chriſtum Deum, vt illum à ſe tandèm diſcedentem, intentis oculis aſpicerent, nec ab eo oculos deflecterent; & quem in cruce viderant contumelioſè deformatum, tantâ coruſcantem gloriâ intentiùs ſuſpiceret. Vndè ergò Angelicæ reprehenſioni locus? Diſcipulorum ne aſpectum reprehédunt Angeli? an eiuſmodi obiurgatione admirabundi illius aſpectûs velut appendices ſuſpiciones præcauet, & anticipatâ monitione præcludunt? Tempeſtiuè indidèm Oecumenius: *Ne turbentur Diſcipuli*, inquit, *& veluti pereunte Præceptore, ac diffluente illi corpore, ſpe deſtituerentur in poſterum quâ expectandus erat, & pro-*

Oecumen.

Digitized by Google

pterea alius aliò diſpergeretur metu ac timore : ob hanc cauſſam aduenerunt viri, & aſcenſum in cælū ipſis manifeſtantes, & corporis permanentiam ac ſalutē, his verbis quibus dicunt : Hic Ieſus rurſum veniet. Nimirùm anticipata per Angelos Dei prouidentia, humanas retorquet ſuſpiciones, & præproperâ reprehenſione cautiùs præcludit, ne Chriſti *corpus diffluxiſſe* putetur, dum in Aſcenſionis triūpho cum tantâ gloriâ aſcendit in cælum. Quod tam propè adfuit vt ſuſpicarentur Diſcipuli, vt opportuna præproperè reprehenſio iſtiuſmodi ſuſpiciones præcluſerit. Ecquis putaret hanc cogitationem in Diſcipulorum mentem venire potuiſſe? Et tamen Angeli omiſſo glorioſæ Transfigurationis exemplo, probant etiam non *defluxiſſe* Chriſti *corpus:* quia in eodē corpore *hic Ieſus rurſùm veniet.* Hæc Oecumenij mens valdè prodit inconſultam ſæpè humanarū ſuſpicionum licentiam, quæ ex tantulâ occaſione ſic licenter ſiniſtram in partem diuagatur: adeo vt peridoneè præmittantur Angeli, qui huiuſmodi ſuſpiciones reprehenſione præcludant. Quo exemplo piorum etiam hominum exprompta inanium coniecturarum licentia eruditur, & temerariè errandi periculo frenatur. O! quis niſi inconſultè temerarius leuiculis coniecturis præfidat?

Angeli in Aſcenſione, diſcipulorū ſuſpiciones reprehenſione præcludunt.

5. Geneſeos 6. ad eluenda tot hominum ſcelera, generale mundi diluuium iam iam ingruit. Videns enim Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terrâ. *Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecùs, Delebo, inquit hominem, quem creaui,* &c. In Bibliis correctioribus expunctum eſt illud, *Præcauens in futurum*; ſed ita extribunt exēplaria nonnulla ex antiquioribus Bibliis. Hugo Carenſis ita exponit illā ſententiam, *Tactus dolore cordis intrinſecùs*, ſcilicet ob peccata hominum: *Iudæi*, inquit *fecerunt eum dolere extrinſecùs crucifigendo; non intrinſecùs, peccando.* Quaſi qui peccant, Deum faciant *intrinſecùs dolere*; præciſè autem qui crucifixerunt, *extrinſecùs* eum *dolere* fecerint: quæ eſt pulchra malitiæ peccatorum exaggeratio, more humano ſecundum Biblicam phraſim. Sed quid eſt, *Præcauens in futurū*? Eſtne hæc cautela Dei? an hominū cautela? Deuſne is eſt, qui ab hominibus præcaueat? an hominem decet à Deo præcauere? ô cautelam meritò expunctam! Verùm Hugo de S. Victore ſic locum ſubtiliter exponit: *Tactus dolore cordis intrinſecùs. Dolore cordis tangi dicitur; ibi enim dolor fuit, vbi amor: amat enim vniuerſa quæ fecit; ſed amor hominis intùs in corde creatori fuit.* O, qui corde amat, dolebit & corde! Sed de hoc aliàs. Pergit ad rem Hugo: *Præcauens in futurum, Delebo, inquit,* &c. *Cautela Dei non eſt Præſidentis circumſpectio, ſed correctio ſubiectorū: nam malo faciendo tam cauet qui terret, ne fiat; quàm qui timet, ne faciat.* Itaque Hugo Victorinus à Dei præſidentiâ, ſuſpicionum cautelam reiicit, ne cautela forſan exerta malitiam ad delinquendū erudiat. Quin & ſuſpicioſā cautelam ab hominibus remouet adſpectu ad Deum, & in ſeuerioris ſupplicij horrorem eam conſultiſſimè detorquet; ne hominis ſuſpicioſa cautela de Deo ſit, ſed de pœnaliſſimo ſupplicio, Dei minis iuſtiſſimè vibrato, quod minaciter peccatoribus inſidiatur. *Cautela Dei non eſt Præſidentis circumſpectio.*

Geneſ. 6. v. 6.

Qui peccat, intrinſecùs Deū dolere facit; qui crucifigit, extrinſecùs.

Hugo Carenſ.

Qui corde amat, dolebit & corde.

Hugo Vic. apud Tilmann. ibi.

Dei cautela non eſt ſuſpicioſa Præſidentis circumſpectio.

§. CCXXXV.

Beneficentia largiùs & expromptiùs, omnibus opem eroget.

Moraliſſima Senecæ vox eſt: *Mali cauſſa eſt, quæ requirit miſericordiam.* Sed vir 1.
miſericors in pietatis officinâ, ex malâ alterius cauſsâ bonam ſuam facit; dum hianter bibulâ, & inceſſanter beneficâ compaſſione, alterius miſeriam in propriam felicitatem recudit. Eſt autem miſericordia vicina miſeriæ, habet enim aliquid, felicitérque trahit ex eâ de compaſſionis commercio: exindè ſe ſuis generosè ſpoliat, ne deſit alienis: & partem felicitatis ſuæ communicat cum miſero, ne integram aut illi miſeriam, aut ſibi felicitatem eſſe patiatur. Idoneus ſanè naturæ ac fortunæ interpres, dum non tam ſe ſuorum dominum, quam diſpenſatorem exiſtimat. Vltrà ſe cupiditas porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit, quia non vndè venerit, reſpicit, nec quò tendat. Importunum malum eſt immiſericors auaritia, nullius cauſſam agit, contrà omnes ſibi fauet. Imò dum nullius cauſſam temporaliter agit, ſuam æternùm perdit. Nullus eſt tam plenus cenſus, qui hianti auaritiæ ſatis ſit; nullus tam anguſtus, quem bonus interpres pietas non extendat. Parum eſt miſeris beneficia dediſſe, fouenda ſunt; niſi illa adiuueris, perdidiſti. Puta reditûs quos ſemper pendis ex opulentæ fortunæ cenſu. Pende alacriter hoc principale tributum, exprompto animo pende, vt ex tributo lucratiuam vſuram feceris.

Seneca in Prouerb.

Miſericordia miſeriis exhibenda.

Lucæ 6. dum nouam de cælo allatam politiam 2.
Chriſtus Deus hominibus euulgat, hanc veterem morum gnomen interſerit: *Prout vultis faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.* Grandis ſanè pietatis menſura! quantùm quiſque ſibi expetit, tantùm aliis erogare. Luculenter Ambroſius lib. 5. in Lucam præſcripta verba ſic elucidat: *Dicendo, Prout vultis vt faciant vobis homines, facite & illis ſimiliter, viciſſitudo ipſa cumulatior eſt, quandò votis actus æquatur: neſcit enim virtus menſuram gratiæ, nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod ſumpſerit, ne inferior ſit beneficio, licet æquetur officio. Non enim cumulo tantùm, ſed ordine, & tempore beneficia penſantur, cùm in beneficio pari prior ſit, qui prior cœpit. Beneficus enim eſt, qui gratiā cœperit; debitor, qui retulerit.* Altè quidèm Ambroſius! Nimirùm vota cuiuſque ergà ſe (quæ ſanè immetata ſunt, & exprompta) cupit Chriſtus, vt noſtræ beneficentiæ actus ergà alios exæquet, vt quantùm ſibi cupit, aliis præſtet. Profectò dum vtitur homo ſuæ neceſſitatis malo, quid boni ſibi non anxiè vouet? Nimis audent deſideria egeſtate ſtimulata, quò minùs facultas ſuppetit. Facile eſt cupere, difficile inuenire quod cupias. Ergò propria auxiliaris opis cupido, fit noſtræ ergà alios beneficentiæ indifferentis menſura. Noſtris ergà nos *votis actus æquetur: neſcit enim virtus menſuram gratiæ.* Quin & quaſi iam quod nobis optamus, ab indigente ac miſero acceperimus, expetit Ambroſius, vt vicem non ſolum rependamus, ſed cumulemus.

Lucæ 6. v. 31.

S. Ambroſ.

Miſericordia virtus neſcit menſurā gratiæ, quomodo?

mulemus. quod eſt gratitudinis negotium. Adeò vt ſuccurrere debeamus egeno, non modò gratiæ vicem ab eo expectantes; ſed quaſi acceptam iam gratiam rependere velimus, & de gratitudinis elogio vberiùs cumulare. O inopinata ergà pauperes ac miſeros felicium diuitum gratitudo! Hâc nunc Boozus contendere cum pauperculâ Ruthâ videtur, ac ſi illius egeſtati tot dona ac ſubſidia deberet: & quaſi adhuc ſoluendo non eſſet tantum beneficentiæ debitum, ſeipſum tandem illi donauit, dum ad coniugium admiſit.

Ergà pauperes, ac miſeros grati ſimus. — Hic verſ. 15.

5. Lucæ 6. ad Chriſtianæ beneficentiæ redundantiam, hanc largitatis gnomen Chriſtus ſuggerit: *Omni autem petenti te, tribue.* Quaſi dicat: Non tantùm indigenti pane, ſed egenti auxilio, doctrinâ vel conſilio tuo illud ipſum libens impende. Quæ verba elucidans S. Auguſtinus lib. 1. de Serm. Domi. in monte cap. 40. ita ſcribit: Ita, inquit, omni petenti te dabis, quamuis non ſemper id quod petit, dabis; ſed aliquandò melius aliquid dabis, cùm peccantem iniuſtè, correxeris. Quòd autem ait: *Qui vult a te mutuari, ne auerſatus fueris, ad animum referendum eſt. Hilarem enim datorem diligit Deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiam ſi non ipſe ſoluturus eſt. Cum enim miſericordibus Deus plura reſtituat, omnis qui beneficium præſtat, fœneratur.* Moraliſſimè omni petenti dandum aſſerit Auguſtinus ex Chriſti Dei ſententiâ. Nequis autem ad donandum auarè pigreſcat, ad beneficentiam omnibus exhibendam ſtimulat lucroſi fœneris commercio, *cùm miſericordibus Deus plura reſtituat.* Nota attentiùs verbum *reſtituat*, quòd non caſu excidit ex Auguſtini ore aut calamo. Scilicet Deus, etſi omnium ad nutum Dominus, cùm beneficentiam liberaliter exhibitam abundè cumulat opulento beneficiorum auctario, non tam donare aut reddere ex liberalitate, quàm *reſtituere* perhibetur; pulchrâ liberalitatis emphaſi, quæ in ſtrictioris iuſtitiæ debitum tranſire videtur. *Ergò omni petenti te, tribue* alacriter, incunctanter, indifferenter, *cùm miſericordibus Deus plura reſtituat.* O bona arcanè beneficentia, quæ Deum facit debitorem!

Lucæ 6. v. 30. — S. Auguſt. — 2. Cor. 9. — *Miſericordibus Deus plura reſtituit.*

4. Redeat iterùm eadem Chriſtianæ miſericordiæ ſententia, quò eius vis ac difficultas pernoſcatur. S. Baſilius in Regulis breuioribus, interrog. 201. Cui, inquit, delatum diſpenſandi munus ſit eorum, quæ dedicata Domino ſunt, numquid is neceſſè habeat illud ſeruare: *Omni petenti te, tribue?* Reſpondet: *Illud: Omni petenti te, tribue, locum obtinet velut tentationis, quemadmodum contextûs ſeries eorum quæ dicta ſunt, declarat: & præceptum hoc datum eſt propter improbos.* Scilicet hoc velut effuſioris & indifferentis beneficentiæ præceptum, cùm latum ſit propter homines durè inhumanos, & immiſericorditer improbos, *locum obtinet velut tentationis.* Proh! miſericordia improbis quaſi tentatio eſt? ô quàm multa non multis Baſilius ſignificat!

S. Baſil. — Lucæ 6. v. 30. — *Beneficentia improbis velut tentatio eſt.*

5. Matthæi 5. hanc Chriſti vocem miſericordia lætanter audit, & gratanter exercet: *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Animaduerte quantâ cum diſcretione Dominus miſericordiâ vtatur: ſiquidèm neque citrà iudicij diſcretionem clemens eſt, neque inclementer iudicat: cùm empyream gloriam, aut infernalem gehennam, clementiæ aut inclementiæ ſuffragio arcanè diſpenſet: quaſi nec alias virtutes dextri, nec alias offenſiones habeant ſiniſtri, beneficentiæ dexteritate electi, aut immiſericordiæ ſiniſteritate reprobandi. Pulchrè S. Leo Serm. 1. de Collectis: *In illo magno ſummóque iudicio tanti æſtimabitur, vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, vt pro plenitudine omnium virtutum, & pro ſummâ omnium commiſſorum, & per vnum bonum iſti introducantur in regnum, & per vnum malum illi mittantur in ignem æternum. Nemo igitur de vllis ſibi bona vita meritis blandiatur ſi illi defuerint opera charitatis. Nec de ſui corporis qualitate ſecurus ſit, qui nulla eleemoſynarum purificatione mundatur. Eleemoſyna enim peccata delent, mortem perimunt, & pœnã perpetui ignis extinguunt.* Multa S. Leo his verbis adaggerat & exaggerat largioris miſericordiæ elogia. Illud præſertim, quòd ſicut immiſericordia eſt delictorũ omnium *ſumma*; ita & miſericordia, *omnium virtutum plenitudo* dicatur: quaſi indifferens largiter pietas, non ſolùm in iugiter exercendâ benignitate verſetur, ſed in reliquis virtutibus conſummandis laudem ponat, illáſque quodammodò integret, & conſummatè perficiat.

Matth. 5. v. 7. — S. Leo — *Miſericordia, ſumma ac plenitudo virtutum dicitur.*

Matthæi 18. quod Chriſtus Deus verbo de indifferenti benignitate docuerat, operis ſponſione confirmat: *Vbi*, inquit, *ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Hoc eſt, ibi aſſiſto, cooperor & dirigo eorum deſideria & vota, illáque cumulatiùs adimpleo beneficâ vberiùs largitate, omnibus abundè exprompta. Pulchrè inibi apud Tilmannum Galfridus: *Ibi ſum in medio eorum. Amat medium mediator Dei & hominum, qui in medio duorum animalium cognitus, in medio Doctorum inuentus eſt; medius ſtetit ad baptiſmum, medius pependit in cruce, reſurgens quoque ſtetit in medio diſcipulorum. Medius autem ad iudicium veniens ſegregare agnos ab hœdis, interim medius diſcernens bonos à malis: magis autem medius vtrimque vocans peccatores ad pœnitentiam, iuſtos ad perſeuerantiam.* Addit tempeſtiuè Galfridus: *Prorsùs ipſe in medio eſt, omnibus ſeſe offerens, omnes attrahens, & ſeipſum impertiens vniuerſis.* Puta Chriſtum Deum velut hominum centrum, in medio poſitum, vi largiter beneficâ *omnes attrahens, omnibus ſeſe offerens, & ſeipſum impertiens vniuerſis.* Bonus ſanè beneficentiæ magiſter, qui non tantùm ſua omnibus abundè offert, ſed in medio poſitus, ſeipſum largiùs vniuerſis impertit.

6. — Matth. 18. v. 20. — Galfridus — *Chriſtus largitatis magiſter, eſt in medio, quaſi hominum centrum.*

Matthæi 8. Ecce leproſus veniens, adorabat Ieſum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare. *Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.* Leproſum beneuolentiæ cauſâ tangit Chriſtus, vt ſuum in eum oſtenderet affectum. *Extendit manum, qui miſericordia tendit affectum*, ait ibidèm Anſelmus Laudunenſis, & beneficæ affectionis ſummam leproſi tactu meliùs edoceret. Eleganter Iſaac apud Tilmannum ibi: *Tetigit eum, &c. Diuina Sapientia medicina pariter & Doctrina, quæ ſolo verbo potuit curare leproſum, maluit tactu; vt tu non quàm faciliùs, ſed quàm affectuoſiùs poſſis, beneficium impendas, opus pietatis adimpleas, nihil aborrens, ſed illum per*

7. — Matth. 8. v. 3. — Anſelm. — Iſaac — *Beneficentia quam affectuosè obeunda.*

quem facis attendens. Parùm ſcilicet foret ore beneficum eſſe, manu etiam, quam affectuoſior pietas extendat, oportet beneficentiam exhibere re; ne tantùm lingua aut manus, ſed manuum

Xauerij laus.

rectrix affectio benignitatem exerceat. Hinc Xauerius noſter ſqualidi pauperis purulentum vlcus, ad cuius aſpectum nauſeabat, auido ore hianter lambit, ambitioſâ pietatis auaritiâ prælustris. *Neſcit enim* miſericordiæ *virtus menſuram gratia,* vt nuper ex Ambroſio adnotabamus.

---

§. CCXXXVI.

Dum eleemoſyna vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium quod deerat.

1\. IOannes Baptiſta ad omnē pietatem Hebræos adhortans, ſic loquitur de Chriſto: Cuius

Matth. 3. v. 12.

ventilabrum in manu ſuâ: & permūdabit aream ſuam: *& congregabit triticum in horreum ſuum,* paleas autem cōburet igni inextinguibili. Quæ verba ſic elucidat & exponit Cæſarius Dialogo 4. Ventilabrum, inquit, mihi videtur incorruptum Dei iudicium, vnumquemlibet quaſi per legem Dei ad congruentem ſibi ſecundùm geſta vitæ, locum ſecernens. Aream autem intelligo vniuerſorum populorum in terrarum orbe Eccleſiam, & ex mortuis vniuerſorum hominum reſurrectionem; in quâ eos quidèm, qui ſunt inſtar paleæ, & inſtabiles, quouis vento peccati iactari, & infrugiferi fuerunt, inſtar ventilabri decretum diuinum in ignem eleuat ad æternum incendium. *Qui verò velut triticum nutritores proximorum fuerunt, & rectè virtutem perfecerunt, illos in horreum comportat conueniens.*

In cæleſte horreum congregātur, qui velut triticum fuerunt nutritores pauperum.

Cæſarius

Scilicet triticum congregandum in cæleſte horreum, ſunt, qui beneficentiæ ergà egenos ita ſe impendunt, vt non tantùm illis tribuant nutrimentum, ſed ſe etiam velut triticum, in pauperum erogent alimoniam; ne quid in ipſis ſit quod miſericordiam non ſapiat, quod officio miſerandi vacet, quod pauperibus non impendatur, piâ velut Euchariſtici Sacramenti æmulatione. *Congregabit triticum in horreum ſuum,* eos ſcilicet *qui velut triticum nutritores proximorum fuerunt.* Itaque eleemoſyna hominem palearem (vt ſic loquar) reformat in triticum, in cæleſte Dei horreum congregādum. O grande ſui lucrum de facili obueniens!

2\. Lucæ 7. diſcumbente Ieſu in domo Phariſæi, ecce illa meretrix totâ ciuitate famoſa, irrupit

Lucæ 7. v. 38.

in alienam domum, quò non erat inuitata ab hoſpite, ſed ab inuitato vocata; non linguâ, ſed gratiâ. Illa nuper frōtoſa ad libidinis remedium frontoſior: *Stans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.*

S. Auguſt.

S. Auguſtinus in Pſalmum 140. hunc locum allegoricè ad piam ergà pauperes beneficentiam flectit, dum per Domini *pedes*, prædicatores intelligit; & per *capillos*, ſuperflua interpretatur, ſic fatus: Pedes Chriſti qui ſunt,

Iſaiæ 52. v. 7.

Matth. 10. v. 42.

inquit, niſi per quos peragrauit totum mundum? Quàm ſpecioſi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona! Pedes ergò Domini quanti ſuſceperunt, vt ſuſcipiendo iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti acciperent. *Et quicumque potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Qui ergò tali humanitate pedes Domini ſuſcipit, quid impendit, niſi quæ habebat in domo ſuperflua? Meritò quia capilli quaſi ſuperflui ſunt; indè illa pedes Domini detergebat.*

Miſericordia in pauperes, ex ſuperfluis neceſſaria facit.

Nota quæ ſubiicit verba, plena moralitatis, acuminis plena: *Superflua tua neceſſaria fiunt tibi, ſi indè fueris obſecutus pedibus Domini.* Nempe in piâ miſericordiæ officinâ, *ſuperflua* tua tibi in *neceſſaria* refinguntur O argutum pietatis ingenium, & magnum miſericordiæ ſacramentum! Superuacaneum tibi videtur id, quo non indiges, quod niſi pauperibus piè erogaueris, deerit tibi quod ad vitam temporariam & æternam neceſſarium eſt. Da illud expromptè tamquam tibi *ſuperfluum*, quò illud in tibi & pauperi *neceſſarium* recudas. Profectò deerit tibi neceſſarium, niſi dederis ſuperfluum; quia ex ſuperfluo fit neceſſarium. *Superflua tua neceſſaria fiunt tibi, ſi indè fueris obſecutus pedibus Domini.* Quod fuit opinatiſſimum huius feminæ peccatricis arbitrium, dum pedes Domini *capillis capitis ſui tergebat,* quæſtuoſo pietatis obſequio.

Lucæ 8. mulier illa, & fide nobilis, & duodenni ſanguinis fluxu notiſſima: acceſſit retrò, 3.

Lucæ 8. v. 46.

& tetigit fimbriam veſtimenti Ieſu, quem ſecuta eſt cruentæ fluxionis ſtitio mirabilis. Saluator interrogat, quis nam eum clàm tetigerit? Negantibus cunctis, *Dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exiiſſe.* Hæc benefica virtus, & pia ſanitatis operatrix, à Chriſto dimanare ſentitur, ſed arcanâ ethicè emanatione. Qua de re audiendus eſt S. Fulgentius lib. 2. ad Traſi. cap. 15. Cùm quædam mulier, inquit, in profluuio ſanguinis eſſet conſtituta, facultatibus viribúſque conſumptis, omnia quæ habuit propter infirmitatem finiret, & ſolam infirmitatem finire non poſſet; atque à cæleſti medico gratis curari deſiderans, occultè fimbriam tangens, fideli raptu, ſanitatis ſibi furatur effectum: ille credulitatis conſcius, & ſalutis, ait: *Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exiiſſe. Quid igitur hæc virtus, quæ de Domino exiuit? numquid exeundo diſceſſit? an ad ſanandam ſic exiens potuit peruenire, vt à Saluatore localiter non poſſet exire? Quòd ſi localiter ab eo, qui virtus dicitur, virtus exiuit, dicatur qualiter virtus à virtute diſceſſit?*

S. Fulgent.

Quod pauperi piè datur, donatione ſic exit, vt non diſcedat.

Ecce tibi pulchrum beneficentiæ hieroglyphicum, & magnum pietatis myſterium. Sic pium donum à te exit, vt à te non recedat, cùm in pauperem effluit. Exit, nec elabitur: à te fluit, nec diſcedit à te. Tibi ſuperfluum, à te exiens, non tantùm egenis, in quos effluxit, ſed etiam tibi, à quo exiit, fit neceſſarium. Sin aliter putatur, *Dicatur qualiter virtus à virtute diſceſſit?* Imò virtus virtute cumulatur; quod piè datur, donādo creſcit lucroſo pietatis auctario, dum ſuperfluum recuditur in neceſſarium. Hoc eleemoſynæ ſacramentū hîc in Boozo apparet manifeſtè: nam Rutham toties piè munerans, ſeipſum pariter Hic verſ. 15.
munerauit: ſic exierunt dona in Rutham, vt in futurâ coniuge ſibi remanerent.

Ioannis 2. in Canâ Galilææ adeſt nuptiis 4.
Chriſtus, & eius mater ſimul adeſt. A quâ rogatus, vt vini defectum omnipotenter ſuppleret, miraculum

Digitized by Google

miraculum potiùs diſtulit, quàm negauit. Nam menſæ miniſtris dixit Ieſus: implete hydrias aquâ. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte architriclino. *Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factam*, &c. Pulchrum beneficè miraculum, quo & ignominiæ verecundiam redemit, & inuitatoris indigentiæ ſuccurrit. Opinor, aqua nobiliter à ſe degenerans, in generoſum vinum beneficè tranſit; ſicut *ſuperflua* dando, tranſeunt in *neceſſaria*, ſtupendâ piè metamorphoſi. Subtiliter æquè ac moraliter Ambroſius Serm. 21. ita ſcribit: Plerique, ait, hactenùs à Domino mirabilia facta eſſe commemorant; vt rogatus ad nuptias, aquæ ſubſtantiam in vini ſpeciem commutaret: *ac liquorem fontium in meliorem vſum ſui benedictione transferret, miniſtros hauſiſſe aquam de puteis, vinum in hydriis inueniſſe: atque viliore diſpendio perdidiſſe, quod impleuerant; reperiſſe, quod deerat*. O benè! Scilicet ſponſi paupertas minùs vini apparauerat; vrget vini neceſſitas, & verecunda egeſtatis nota ex vini defectu. Exuberant aquis hydriæ, liquor fontium oculis apparet: ſed opportuna Chriſti pietas, ſuperfluam conuiuio aquam, in vinum epulo neceſſariam permutat. Hydriæ aquis inutilibus plenæ, inopinatum vinum eructant: & miniſtri *vtiliori diſpendio perdunt, quod impleuerant; reperiunt, quod deerat*. Quod eſt mitiſſime quæſtuoſum beneficæ pietatis arbitrium, inopinatè frequens: & dum ſuperflua *vtiliori diſpendio perdere* videntur, ea in pauperes erogando, indè neceſſaria fiunt, & *reperiunt quod deerat*. Aqua quæ tibi ad donandum ſuperfluit, pauperibus donata, tibi tranſit in vinum, quod beatè inebriat: donas quod ſuperfluit, & quod tibi deerat, abundè reperiſti.

Ioann. 2. v. 9.

S. Ambroſ.

Dum eleemoſyna vtili diſpendio ſuperflua perdit, reperit quod deerat.

5. Numeror. 28. dixit Dominus ad Moyſen. Præcipe filiis Iſraël, & dices ad eos: *Oblationem meam, & panes, & incenſum odoris ſuauiſſimi offerre per tempora ſua*. Per τὸ *oblationem, panes, & incenſum*, intelligit, non panes propoſitionis, nec thymiama, ſed tantùm victimas Deo oblatas & incenſas. Hæ enim ſunt panis, id eſt, cibus Dei, vt ex Hebræo textu Cornelius adnotauit. Alibi autem ethicè forſan expendetur, quare victima quælibet appelletur panis. Sed quare Deus dicit, *oblationem meam*, quod potiùs hominis eſſe videtur? Appoſitè Stephanus Cantuarienſis apud Tilmannum, in cap 27. Numer. *Benè, inquit, competit hæc littera propoſito. Non enim poſſumus Deum placare, niſi de iis quæ nobis dedit. Vndè Chriſtus dicit: Da mihi ex eo quod tibi dedi. Habuiſti largitorem, fac me debitorem. Vndè: Venite emite abſque argento, & abſque vllâ commutatione. Ibi enim non eſt commutatio, vbi datur ſuum, & redditur ſuum*. Quid eleemoſynarum beneficentiæ accommodatius? Superfluum videtur dari; ſed neceſſarium eſt, quòd detur, vel potiùs reddatur.

Numer. 28. v. 2.

Qualibet oblatio cur dicatur panis?

Cornelius

Quod Deo in paupere damus, Deo reddimus.

Steph. Cant.

Iſaiæ 55. v. 1.

6. Leuitici 13. ſic iubet Legiſlator: *Vir, de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus eſt: & ſi à fronte ceciderint pili, recaluaſter & mundus eſt*. Hanc Dei legem ſic appoſitè Radulphus exponit: *Capilli, inquit, ſuperfluunt corpori, vndè & meritò terrenam ſubſtantiam deſignant. Quæ dum ad vſus neceſſitatis ſuperfluit, etiam abſciſſa non ſentit. Horum itaque capillorum iure laudatur imminutio, cùm ex abundantiâ præſenti nonnulla nobis ſubtrahimus, & Chriſti pedibus, Sanctis ſcilicet, qui membra eius ſunt & adhuc in terrâ verſantur, ea miniſtramus.... Si quis verò perfectus eſſe cupiens, vendat omnia quæ habet, & det pauperibus, hic aciem vultûs ſui ad videnda quæ Dei ſunt, terrenarum facultatum obumbratione nudauit*. O bona effluentium capillorum imminutio, quibus ſuperfluentibus, membra Chriſti quæ in terris ſunt, comptiùs adornantur! Quin & ipſâ eorum iacturâ, *obumbrationis* impedimentum arcetur, quo liberior ad cæleſtia pateat obtutus. Profectò ſuperuacuæ nobis facultates, neceſſitatibus egenorum liberaliùs impenſæ, optimum collyrium eſt, quo oculi noſtri ad videnda cæleſtia perſpicaciùs clarantur. Et nota inſenſilem capillorum iacturam (*etiam abſciſſa non ſentit*) alibi forſan expendendam, quò de facili eleemoſyna largior erogetur.

Leuit. 13. v. 40. & 41. Radulph. apud Tilmann. ibi.

Effluentium capillorum iactura, obūbrationē arcet ad vidēdum cæleſtia. quare et

Eleemoſynæ ſine ſenſu erogandæ, ſicut capilli effluunt.

---

§. CCXXXVII.

Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur.

PLus gaude datis beneficiis, quàm acceptis: illa enim gloriæ, hæc neceſſitati videntur eſſe ſubiecta. Tametſi qui etiam neceſſitati ſubiectus eſt, à gloriâ dandi immunis non eſt. Caueat autem ne donum maius ſit facultate donantis: ſequetur enim prodigam largitionem, aut alienorum rapina, aut largitionis pœnitentia; & per beneficentiam beneficentia deſtruetur. Omnes ſobriæ beneficentiæ obærati naſcimur: nec paupertas quemquam excuſat, ne parum ſaltem donet. Si cum eâ exceptione facultates acciperentur, ne vlli donandæ eſſent, ſed propriis vſibus, & properantibus frequenter neceſſitatibus noſtris duntaxat adſeruandæ, ſapiens eas accipere nollet: fraudaret enim illas fructu ſuo. *Valdè malè diligit is* (ait Auguſtinus) *qui benè audit, & malè operatur. Si potes dare da: ſi non potes, affabilem te fac, coronat. Deus intus bonitatem, vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat, Non habeo: charitas de ſacculo non erogatur.* Omitte immiſericordiæ excuſationes: tibi non petit, quod accepiſti, vt aliis dones. Tibi nunc particula ſufficit, ne comparte erogandâ, proximorum indigentiam defraudes. Coronabit Deus parum donandi bonitatem, vbi non inuenit plus largiendi facultatem. Qui pauculum quod à Deo accepit, cum proximo indigente partitur, de ſacculo ſuo non erogat, ſed de ſibi commiſſo Dei cenſu diſtribuit. Non tibi ſoli inuigilat Dei prouidentia; ſed per te tamquam ſequeſtrum, aliis prouidet. O, ne ſit tua illiberalitas diuinæ erga omnes prouidentiæ inuidioſa! 1.

Coronat Deus parum donandi bonitatem, vbi non inuenit plus largiendi facultatem.

S. Auguſt. in Pſal. 103.

2.

3. Regum 17. Eliæ ore clauſum cælum conſuetos imbres terris negat; arua ſiccitate exſucca ſterileſcunt, inſoleſcit fames, & Torrens Carith paullatim exaruit, inani alueo inutilis. Factus eſt ergò ſermo Domini ad Eliam, dicens: *Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim mulieri viduæ vt paſcat te.* Surrexit, & abiit: cúmq; veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna,

3. Reg. 17. v. 9.

&

Digitized by Google

& vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paullulùm aquæ in vaſe, vt bibam. Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens: Affer mihi, obſecro, & bucellam panis in manu tuâ. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydriâ: en colligo duo ligna vt ingrediar, & faciam illum mihi & filio meo, & comedamus, & moriamur. *Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipſe, & illa, & domus eius.* Grandius ſanè litigium eſt inter Cõmentatores, quódnam ſit hoc *præceptum* de Eliâ paſcendo, viduæ impoſitũ? nullibi enim vlla illius mentio reperitur. Quodnam ergò eſt hoc *præceptum*, ſagaciſſimis peritè Interpretibus inuiſum, & viduæ obediturae prorſùs ignotum? Imò & viduæ inopia, iſtiuſmodi ſuſtentationis præbendæ exlex fuit; quippè quæ ſui, ſuique filij vel tenuiter alendi impar erat, inopiæ malo coacta. Mitto nunc aliorum commentationes alibi copioſè expenſas, vt Hugonis Cardinalis verba citiùs excribam. Sic ergò inibi ſcribit Hugo ab Interlineari Gloſsâ edoctus: *Præcepi enim mulieri viduæ vt paſcat te. Præcepi, id eſt, dedi ei vndè te paſcat.* O recenter nouum, & piè inſolens beneficentiæ *præceptum*, de diuinæ bonitatis adytis munificè erutum! Dum Deus vel pauperi dat, vndè pauperem vtcúmque alat, alimoniã pauperi præbere diſtrictiùs præcipitur? Aliqualem beneficentiæ exhibẽdæ facultatem præbere, beneficentiæ miſericorditer præbendæ *præceptum* nuncupatur? ô arcanum præceptionis genus, hominibus hactenùs ignotum! Sic vel modicæ donandi facultati eſt confinis largiendi præceptio, vt *dare* ipſum, *præcipere* nuncupetur? Sic largiendi facultas, donandi obligationi vicinatur, vt ipſa facultas, *præceptum* nominetur? ô ſynonyma hucúſque ignorata! *Præcepi mulieri viduæ vt paſcat te, id eſt, dedi ei vndè te paſcat.* Iſtiuſmodi vel modica facultas, in viduâ pauperculâ *præceptum* dicitur; in diuite ſumptuoſiùs opulento largiùs benefaciendi poteſtas hoc miſericordiæ *præcepto* exempta putatur, poteſtatis opulentæ præſumpto arroganter priuilegio. Cuius præſumptæ exemptionis Diues gazis abundans reus erit, cùm in tremendâ illâ poſtremi iudicij die, violati huius *præcepti* accuſatus, æternaturis gehennæ flammis ob immiſericordiam condemnabitur. Tenuis vidua tenuis facultatulæ *præcepto* obſtringitur; & ab eo locuples diuitum cenſus immunis erit? O vide hîc, & attentè recognoſce opulentum æternæ damnationis cenſum.

Donatio vndè miſericorditer egenis præbeat præceptum largiendi nominatur.

Hugo Card. Anſel. Laud. in Gloſsâ interl.

3. Matthæi 25. poſtremi iudicij ſpeciẽ Chriſtus proponit, & electorum ac reproborum cauſſam aperit, ac decidit: Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere,* &c. E diuerſo etiam dicet reprobis: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum,* &c. Saluianus lib. 4. ad Eccleſ. Cathol. elucidans hunc locum, ex eo reſpondet auaræ garrulitati eorum, qui diuitiis affluentes, immiſericordiam colorant, quia Deus qui opulentiam dedit, minimè eget vt ei retribuatur. Sic fatur Saluianus: *Sed Deus, inquis, non eget retributione. Non eget enim iuxtà potentiam ſuam, non eget ſecundùm maieſtatem ſuam; ſed eget ſecundùm legem ſuam: & in ſeipſo quidèm non eget, ſed in multis eget: non quærit in ſe munificentiam, ſed in ſuis quærit. Et ideò non eget quidèm iuxtà omnipotentiam, ſed eget iuxtà miſericordiam; non eget deitate pro ſemetipſo, ſed eget pietate pro nobis. Quid enim dicit ad pios & largos diſpenſatores Deus? Venite benedicti, poſſidete regnum Patris mei: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare,* &c. Ecce tibi cui debitò obæratus, quiſque à Deo diuitias accipiat: non quaſi Dominus, earum medullas exſorbens, ſed tamquam fidelis *diſpenſator* eas Chriſto Deo in pauperibus reſtituens. Hâc *retributione* Chriſtus eget, qui eâ lege eas quibuſdam largiùs dedit. *Non enim eget Deus iuxtà potentiam ſuam, ſed eget iuxta præceptionem ſuam: non eget ſecundùm maieſtatem ſuam, ſed eget ſecundùm legem ſuam: & in ſeipſo quidèm non eget, ſed in multis eget.* Porrò omnipotentia & maieſtas Dei, nullâ re ſibi indigent: diuina autem pietas & beneficentiâ, hâc *lege* quoſdam diuitant, aliis egenè depauperatis, vt quod in illis exundat, in hoſce effluat. Sic dicit: *Præcepi vt paſceres te, id eſt, Dedi vndè te paſcat.* Hoc præcepto à ſe Deus indigentiam arcet; non in ſe, ſed in Suis: non in potentiâ & maieſtate; ſed in noſtrâ egeſtate. Addit: *Solus cum eſurientibus eſurit* Chriſtus, *ſolus cum ſitientibus ſitit. Et ideò quantùm ad pietatem illius, pluſquam ceteri eget: omnis enim egeſtuoſus pro ſe tantùm & in ſe eget: ſolus tantummodò Chriſtus eſt, qui in omnium pauperum vniuerſitate mendicet.*

Matth. 25. v. 42.

Saluian.

Chriſtus eâ lege diuitias donat, vt in pauperibus illi reſtituantur.

Chriſtus in omnibus pauperibus mendicare dicitur.

Saluian. 5.

Pſalmo 111. ſic regius Vates pangit: In memoriâ æternâ erit Iuſtus, &c. *Diſperſit, dedit pauperibus; iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Heracleota in Commentario huius loci, ſic eum elucidat: *Diſperſit, dedit pauperibus; iuſtitia eius, &c. Magnam oſtendit mandati huius vim; quapropter etiam à principio adhortans ab eleemoſynâ exorſus eſt, & mercede quæ illam ſequetur in medio propoſitâ, in eamdem rurſus deſiit, oſtendens Deum magnam habere curam humanitatis.* Benè eſt, magnam ſe habere curam pietatis ergà pauperes Deus oſtendat; ſed cur *dare pauperibus* appellatur *mandatùm*? Imò & *iuſtitia* confeſtim dicitur. Petr. Damianus epiſt. 1. ad Fratres qui indicta ſibi mandata erant tranſgreſſi, hæc Pſalmographi verba ſic eleganter ad rem exponit: *Ad hoc vnus ceteris ditior eſt, vt non ſolum commiſſa poſſideat, ſed vt non habentibus erogat; & non tam piè quàm iuſtè, miniſter ipſe non Dominus, quæ ſunt aliena diſpenſet. Vndè Propheta cùm diceret: Diſperſit, dedit pauperibus: non addidit, Munera eius; ſed, Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Quem putas diuitiarum Dominum, Diſpenſator eſt: aliena diſpenſat ex Domini *mandato*, qui non habentibus erogat. *Dare pauperibus* dicitur; ſed verè reddit, ac reſtituit quod illis debet. *Dare pauperibus* dicitur; ſed quod pauperibus datur, non appellantur *munera*, ſed *iuſtitia* nuncupatur: quaſi qui pauperibus donat, ex iuſtitiâ reddat, vt debitum ſoluat. Vbi dixit: *Dedit pauperibus: non addit, Munera: ſed, Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Inſuper quemadmodum Petrus Damianus in præſcriptis Pſalmi verbis expandit τὸ *dedit*, ſic S. Chryſoſtomus enucleat τὸ *diſperſit*, ſic ad

4.

Pſal. 111 v. 9.
Heracleota

Qui dat liberaliter pauperibus, iuſtitiam exercere dicitur.

Petr. Dami.

Pecunia diuerſum tabernaculum à iuſtitiâ habet.

S. Chryſoſt.

Digitized by Google

ſic ad rem fatus homil. 2. in epiſt. 2. ad Corinthios: *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Diſperge pecuniam, vt congreges iuſtitiam: neque enim illa cum pecuniis adeſſe vult. Non habitant ſimul pecuniarum cupiditas & iuſtitia, ſed tabernacula ſeparata habent.* Eleganter quidem Chryſoſtomus.

5. Regius Propheta ſic pſalmodiam auſpicatur: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorũ,&c.
Pſal.1.v.3. *Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Frugifera arbos in terrâ pinguioris glebæ altiùs radicata, irriguæ vdore fertilis, fructum ſuum *dare* dicitur *in tempore ſuo.* Eccur fœcũda arbor dicitur *fructum dare,* potiùs quàm *fructum ferre,* quod forſan de arbore accommodatiùs diceretur? Ecquod etiam eſt hoc *tempus ſuum*, in quo abundè fructificat? luculenter inibi
Gennad. Gennadius in Catenâ Græcorum Patrum (alibi aliorsùm enucleatus:) *Fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Non eſt dictum, quòd fructum ſuum ferat in tempore ſuo, ſed, quòd fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* (Nota quæ ad rem tempeſtiuè ſubſcribit) *Tempus autem eius dandi, eſt ſuſcipientis opportunitas; quantùm enim ex parte ipſius, ſemper parata eſt dare fructum ſuum.* Nimirùm cùm tempus dandi fructum ſuum, ſit egeſtas opportunè ſuſcipientis; conſultiſſimè non dicitur *ferre*, ſed *dare*: nam *ferre*, apud ſe habere eſt; *dare* autem, eſt aliis beneficè largiri, & tempeſtiuè benefacere. Igitur profundo ſtilo hæc rationalis arbor, in ſymbolum perfecti ac benefici hominis propoſita, potiùs *dare fructum* dicitur, quàm *ferre fructum*: quò ſignificetur, quòd numquam apud ſe fructum retinet, nec ſuas opes ſibi fert; ſed eas quantocyùs aliis abundè præbet; quaſi ferre fructum, perindè ſit, ac fructum dare; & habere in ſe & apud ſe, lex quædam donandi ſit, quæ ad ſtatim donandum feſtinare iubet. Quare non dicit *ferre fructum*, ſed potiùs *dare fructum in tempore ſuo. Tempus autem eius dandi eſt ſuſcipientis opportunitas.* Toties vltrò fructum ſuum de fructibus ſuis dat hîc Boozus, quoties Ruthæ ſuſcipientis opportunitas, egeſtatis voce ſubſidium expetit. Non contentus eam ſæpè muneraſſe, nunc largius apparet donum, ne ſemper indigenti, aliquandò non doner. *Præcepi vt paſceret te, id eſt, dedi vndè te paſcat*

Beneficior arbos, non dicitur ferre fructum, ſed dare. quare?

Hic verſ.15.

§. CCXXXVIII.

Malè acutum ingratitudinis ingenium, ipſa beneficia in offenſas præbitoris recudit.

1. SÆpè quereris, & querulus ſæpiùs expoſtulas, incidiſſe te in hominem ingratum: ſi hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia; ita ne apud alium pereant, apud te turpiùs peribunt. Sanè ingratitudo aliena præbitoris liberalitatem non extenuat, ſed mirè auget, dum è peruerſo auxiliatur. Vis noſſe, quid ſit quod obliuionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum. cogitamus non quid impetratum, ſed quid petendum ſit: neſcimus æſtimare res, de quibus non cum famâ noſtrâ, ſed cum rerum naturâ, & rectâ ratione deliberandum eſt. Ergò nec nos tædeat, nec pudeat alienam in nos aliquandò indigos beneficentiam gratitudine fateri; ingrati eſſe vitemus, non alienâ cauſſâ, ſed noſtrâ. Venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſuâ continent: non ita vitium ingratitudinis continetur. Animitùs torquet ſe ingratus & macerat: oditque accepta; & quia redditurus eſt, & extenuat: iniurias verò indè dilatat atque auget. Quarè eò productus eſt ingratorum hominum furor, vt periculoſiſſima res ſit, beneficia in aliquem magna conferre; nam quia putat turpe non reddere, non vult eſſe cui reddat: & accepta largiùs beneficia, in largitoris perniciem periculosè ſubarmat. Habe quod accepiſti, non repeto, non exigo: tutum putatur profuiſſe, ſed profuiſſe ingrato intutum eſt. Nam quidam quò plus debent, magis oderunt: leue æs alienum debitorem facit; graue, inimicum: & malè acuto ingratitudinis ingenio, ipſa beneficia accepta, in offenſas peruerſè recudit.

Ferè ex Senecâ ſparſim.

Ingratitudo multimodè culpatur.

Lucæ 8. corporatum Dei verbum, Dei ac Deiparæ generoſa vnicè ſoboles, velut indecorè operoſum agricolationis officium minimè dignatur, quò probitatis fructum in hominibus demetat, & in empyrea cæli horrea vberiùs recondat. *Exijt*, inquit, *qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* Quaſi vndè exierit, immemor; quò venerit, vt homines fructificent, commemorat: & quia homines ad eum pergere cunctantur, ipſe ad eos beneficentiæ greſſibus maturè feſtinat. Sed *dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.* Magna ſanè Chriſti dignatio, & ſumptuoſior largitas, & beneficè opulenta; ne dicam, velut prodiga; quòd *ſemen ſuum*, id eſt, doctrinam Euangelicam, & virtutum gratiam, quæ cælum fragrat, terræ ſterili, & propè viam ſqualidè conculcatæ crediderit. Non admiraret diſpendium ſeminis, benefici agricolæ labore, & ſpe fructuum deluſo, & ingratè nimis fruſtrato: nam interdùm accidit, vt ager impensè cultus, benefico agricolæ ſterili prouentu, & ſæpè nullo reſpondeat. Miriſſimum autem eſt, quòd iſtiuſmodi ager arationis beneficio impenſe excultus, non ſolum ingratus fructum non referat; ſed granum ad ſementem electiſſimum, ex quo vberes prouentus ſperari poſſent, in volucrum furtiuas eſcas maligniùs impendat. Quæ nam ſint iſtæ *volucres cæli*, opportunè tradit Strabus Fuldenſis in Gloſsâ: *Volucres cæli*, inquit, *comederunt illud. A volucribus cæli rapitur. Dæmones dicuntur volucres cæli, ſeu quia cæleſtis ſpiritualiſque naturæ, ſeu quia per aëra volitant.* Accinit Cyrillus in Catenâ, dum *volucres cæli*, exponit *Spiritus immundos.* Sanè attentâ expenſione digniſſimum eſt, quòd hæc terra, operosè priùs exculta, & Diuini ſeminis beneficio opulentata generosè, non tantũmodò exſpectatos ac debitos fructus auariſſimè & ingratiſſimè neget, præmiſſæ cultionis, & operoſæ ſementis fruſtrato labore, caſſâ gratitudinis ſpe: ſed etiam electionis grani locuples beneficium, à Diuino ſatore ſibi impenſum, in aduerſariorum *Dæmonum* eſculentas delicias peruerſâ ingratitudine malignè conuertat. Tolerabile foret, tanto támque operoſo beneficio excultum humani cordis agrum, prouentu debito minimè reſpondiſſe; niſi

2.

Lucæ,8.v.5.

Electum diuini Satoris granum, malè vertitur in aduerſarij Dæmonis cibum.

Strab.Fuld. id Gloſsâ, in Matth.13.

S.Cyrillus. in Caten. S.Th.in Matth.13.

Digitized by Google

niſi ex electioribus granis ſibi munificè largitis, *Spiritibus immundis*, & aduerſariis Satori *Dæmonibus* conuiuium inſtrueret, menſam pararet, & in delicioſas dapes *comedendas* apponeret. Non ait Lucas, cui Matthæus conſentit, *Et volucres cæli rapuerunt illud* (vt nonnulli inidoneè commentantur,) ſed, *Volucres*, id eſt, *Dæmones*, aut *Spiritus immundi comederunt illud.* quò innoteſcat hominum ingratitudo, & quàm ſit peruerſo officio malè grata: quippè ipſa beneficia largiùs accepta, in beneficum armat præbitorem, & in aduerſarij ſubſidium, cenſum, ac delicias prauè conuertit. O caue, ne ingratitudo contra largitorem etiam peruersè inſida, ex ipſis beneficiis aduerſùs benefactorem arma excudat

3. in peruerſitatis officinâ! Heu quoties generoſam nobilitatem, cenſum locupletem, valetudinem recuperatam, &c aduerſùs Deum tot donorum præbitorem munificum, hoſtili ingratitudine armamus, peruerſo gratiarum abuſu, gehennalibus pœnis dignè luendo! Alibi forſan enucleabitur, quo pacto hoc *ſemen*, quod exponitur verbum Dei, vel doctrina Euangelica aut Chriſtianarum virtutum eruditio, dicatur *volucrum cæli*, id eſt, *Dæmonum*, aut *Spirituum immundorum* electus cibus: ait enim, *Volucres cæli comederunt illud.* Dæmones, an Hæretici Biblicam verbi Dei doctrinam *comedunt?* Sanè vt malè *comedunt*, ſic peiùs digerunt; & in nociuum errorum alimentum, & brutam carnaliter fidem infidè deprauant. Ecquis rurò Biblicas margaritas ante porcos, *comedendas* projiciat? Verbum Dei non exponunt, ſed *conculcan.* Hæretici.

Dæmones ac Hæretici malè comedunt, & peius digerunt verbi Dei granum electiſſimum.

4. Geneſeos 16. Sara ſterilitate diu improles, ancillam Ægyptiam nomine Agar, Abrahamo marito in coniugium dedit, quo ancillarem conditionem exuit, principis Abrahami vxor facta inopinato Saræ beneficio. Agar verò ſeruilem conditionem principali connubio deſciuit; ſeruile autem ingenium de genio ingratitudinis mutuauit. Porrò Agar generoſis ſuperba nuptiis, & fœcunditate tumens, deſpexit dominam ſuam. *Dixitque Saraï ad Abram: Iniquè agis contrà me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quod conceperit, deſpectui me habet.* An non Agar conditione ancilla, vili ſeruitio diu addicta, Saræ debebat libertatem, & generoſum cum Abrahamo coniugium? Ita quidèm. ſed Agar ingratitudinis ſeruili vitio, ingenuam libertatem à Sarâ acceptam, in *contemptûs* petulantis licentiam refinxit: & principale connubium conciliatrice Sarâ contractum, in Dominæ *contemptum* recudit degenere ingratitudine, quæ beneficia contrà benefactorem ignobiliter armat. Appoſitè Chryſoſtomus hùc fortè alludens apud Antonium in Meliſsâ lib. 2. Serm. 58. ita ad rem ſcribit: *Multos hominum videre licet, beneficiis acceptis, mancipiorum ritu, de ſe benemeritos contemnere, & aduersùs illos ſupercilia contrahere* Sanè barbarica ingratitudo, agreſte vitium eſt, homine ingenuo indignum, dignum quidèm Agare ſeruiliter ancillâ; quæ etiam in principatu ſeruiles retinens mores, ingenuitatem à Sara acceptam, *mancipiorum ritu*, in *contemptum* conuertit; indè impudenter licentior, vndè credi poterat obligatior. Quare ſeruilem conditionem, quâ Agarem beneficè Sara exuit nobili beneficio, ignobilis ingratitudo reſculpſit, dum beneficentiam contemptu rependit. O, ingratitudo ſeruili cenſu taxanda eſt! *Multos hominum videre licet, beneficijs acceptis, mancipiorum ritu, de ſe benemeritos contemnere.* &c.

Geneſ. 16. v. 5.

Ingratitudo ſeruilem conditionem inuenit, aut facit.

S. Chryſoſt.

Eſther cap. 16. rationem reddit rex Aſſuerus, 5.
cur in Amanum & Amanitas nunc demùm ſententiâ mutatâ, atrociùs deſæuiat? *Multi*, inquit, *bonitate Principum, & honore qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: & non ſolùm ſubiectos Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias.* Scilicet Aſſuerus intolerabile, atque odioſum, agreſte & barbaricum proponit genus hominum, qui cùm à Principum liberalitate multis ſint ornati beneficiis, & ampliſſimis honoribus cumulati, eorum acceptorum abuſu, impudenti ingratitudine ſic inſoleſcunt, & arroganter efferuntur, vt etiam eos à quibus ornati, aucti ac ſublimati ſunt, & excitati ex puluere, hoſtilitate inſectentur; & acceptis beneficiis potentes, acceptam indè potentiam, aduerſus beneficos largitores impotenter obarment. Quare largior beneficentia non benè collocata, robuſtiores vires ingratis ſuppeditat. Opportunè Patriarcha Photius ita ſcribit: *Qui largiuntur indignis quæ dignis conferre debebant, tria committunt abſurda: nam & ipſi iacturam faciunt, & in bonos contumelioſi ſunt, & malos roborant materiâ vitiorum ſuppeditatâ*, aduersùs largitores inquam. Vndè idem Antonius in Meliſsâ, poſt relata hæc Photij verba, ſubdit ex Plutarcho: *Serpentem alere, & malo benefacere, idem eſt.* Itaque dum Aſſuerus largiùs Amano ingratiſſimo benefecit, primò gratiam beneficiorum ſumptuoſiùs perdidit propudioſâ *iacturâ.* Dein ergà bonos ac dignos *contumelioſus* extitit, quos malorum prælatione culpauit: nam malorum prælatio, bonorum dehoneſtatio eſt, virtutis iniuria, & inſigne reprobationis argumentum. Denique ingratorum vitioſam malitiam aduerſus ſe *roborat*, & hoſtiliter armat, dum pernicioſam illi materiam ſuppeditat: nam *malo benefacere, & ſerpentem alere, idem eſt.* O nimis verè!

Eſther. 16. v. 2. & 3.

Photius apud Anton. in Mel. l. 1. Ser. 29.

Qui malo benefacit ſerpentem alit.

Plutarch.

Siracides Eccleſiaſtici 33. ſic ſalubriter admonet: Filio, & mulieri, & fratri, *& amico, non* 6.
des poteſtatem ſuper te in vitâ tuâ: & non dederis alij poſſeſſionem tuam: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis, pro illis, inquam, repetendis & repoſcendis, quæ tua ſunt, & aliquam ex eis vtilitatem crebrò tribuiſti. Nam crebra beneficia amico impenſa, ſic vlteriora beneficia inceſſanter expoſcunt, vt præbitor ex liberalitate debitum conflet, atque adſimili beneficentiæ obærâtus ſit. Sicut ſeruitus (exponit inibi Cornelius) in agris, v. g. viâ & ſemitâ tranſeundi per agrum ſemel inducta, exteri & tolli vix queit: ſic qui alicui crebrò beneficia largitur, illa poſteà reſtringere ægrè poterit. Iuxta illam Comici gnomen: *Ætate & vſu beneficium fit debitum.* Quare Symmachus in relatione habitâ nomine Senatus ad Imperatorem: *Semel honori Vrbis delata, compendia deſinunt eſſe tribuentium: & quod à principio beneficium fuit, vſu atque ætate fit debitum.* Adteſtatur Theodoricus rex apud Caſſiodorum: *Quare*, ait, *illuſtris magnitudo tua à Mediolanenſibus agris nos aduos eſſe cognoſcat, illa ſibi veſtris temporibus fuiſſe ſubtracta; quæ mos priſcus indulſerat, cùm*

præſtante

Eccl. 33. v. 20.

Quod à principio beneficium fuit, vſu & ætate fit debitum.

Cornel.

Symmach. apud Cornel. ibi.

Caſſiod. l. 3. epiſt. 39.

Digitized by Google

Liberalitas ſibi quodam modo ingrata eſt quare?

præſtante tempore munificentia ſit pro lege. Proindè ſi nullo mendacio adſerta vitiantur, ſublimitatem veſtram ſequi conuenit vetuſtatem, quæ ſuo quodam priuilegio, velut debita, quæ donantur, expoſcit. Ecce tibi cognato quodam beneficia accipientis vitio, quod cœpit in liberalitate, conſummatur in tributo; & repetitum crebrò beneficium præbitorem reddidit vectigalem,

Hic verſ. 17.

cenſui tributariæ liberalitatis obnoxium. Qualem hîc Boozum videre licet. Sic eſt liberalitas ſibi quodammodò ingrata, de beneficiorum præſcriptione!

---

§. CCXXXIX.

Deipara Incarnationis adſenſit deſiderio; res deſiderata obedit deſiderantis auribus, quæ deſiderium perſpiciunt.

1.

SPem humanam agitat deſiderij ardor, præcipitat cupiditas. Placido ſemper gradu à deſiderio ad expectationem imus, decliui progreſſu deſiderantes labimur in ſpem. Affectus iſti mutuò cognati, ſpes & deſiderium, iniuſtè diuidunt hominis vitam: maximam partem vſurpant, cum iniuriâ præſentium, quæ negligimus, dum futura prouidemus: cum iniuriâ etiam futurorum, ad quæ inerter attendimus, dum præſentibus ſumptuoſius occupamur Numquam viuit, vt viuat, qui deſideriorum ambitione vitam diſtrahit, qui in ſolido vota non collocat. Sanè deſideria animâ extundunt è corde. Egregiè Theocritus dixit: *Animam cõcupiſcentis cupitum eſſe.* Non eſt integer, qui multa deſiderat: tot ſui deſunt fruſta, quot diſtrahunt deſideria. Conſummari commiſſuris vult, qui ad ſuam felicitatem plura deſiderat. Abſurdè & ſordidè committentur pretioſo animo viles & abiectæ res. Si tibi aliquid deeſſe putas, ſi aliquid cauum in ſinu cordis reperiſti, imple cæleſtium amore, Numine imple, his votis pretioſè te refice. Totus eſt, & integer, & ſuus, & diues eſt, qui nullâ mundialium rerum ambitione diuiditur, qui ſuperuacuis non mutilatur deſideriis, qui nullâ mundi poſſidetur cupiditate, qui nec voto eget, nec angitur deſideriis, ſecum contentus, & parcæ naturæ liberaliſſimis donis, atque votis cæleſtium plenis; quæ hominem non diuidunt, ſed integrant, reficiunt, conſummant. O quàm è cælo ſapit, qui deſideria ſua rectè collocare didicit! totus ſibi erit, totus virtuti, & Deo totus.

Ferè ex Ruſ. l. 5. de Atte volunt.
Theocritus.
Anima deſiderantis, res deſiderata eſſe dicitur.

2.

Lucæ 1. ſuper diuinæ corporationis negotio, legatus è cælo Gabriel mittitur ad Virginem: quæ ſublimiſſimæ rei modum, de quo ambigebat, Angelicis verbis edocta, tandem annuit: *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Ancilla per naturam, mater per gratiam, ait, *Fiat mihi*, vel, *Sit mihi iuxtà verbum tuum*, vt Æthiopicus & Perſicus excribit. Quaſi dicat, ait Theophylactus: *Tabula ſum pictoria, pingat pictor quod voluerit, faciátque Deus quod voluerit.* Verùm in hoc Virginis conſenſu, quo ſponte annuit diuinæ incarnationi in ſuo virginali vtero peragendæ, potiores virtutes piâ ambitione certãt, quænam

Lucæ 1. v. 38.
Æthiopic. Perſicus. Theophyl.
Deipara eſt pictoria Dei tabula.

proximè in ore ac affectu Deiparæ, diuini Verbi Incarnationem peregerit; nempè quam illarum vltimò exhibuit Maria, quod expectans Deus, confeſtim Incarnationis ſacramentum in eius vtero puriſſimo operatus eſt. Pulchra ſanè virtutum æmulatio. Auguſtinus Serm. 17. de Sanctis, Marianæ obedientiæ videtur ſuffragari, illique in hoc certamine palmam ferre. Nam illud, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum, ſunt verba conſentientis, & aſſenſum præſtantis diuinæ voluntati; hunc autem conſenſum Angelus expectabat, & hîc ſolum requirebatur*, vt noſter Toletus ibidèm adnotauit. At S. Bernardus humilitati id videtur adſcribere, verbis præ ſententiæ celebritate ſudatiſſimis: *Virginitate placuit, humilitate concepit.* Et Serm. in illud Apoc. 12. *Signum magnum* ita Scribit: *Facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam.* Ambroſius & Euthymius *fidem* in elogij partem admittunt. quaſi dicat: *Credo quod dicis: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Ad hæc Bernardus Ser. 4. ſuper *Miſſus eſt*, ita ſcribit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Nihil obſtat*, inquit, *intelligi, Fiat eſſe verbum orantis. Nemo quippè orat, niſi qui credit & ſperat.* Quibus verbis hanc prærogatiuam Orationi attribuit; ſed ſpem non excludit. Addit Bernardus: *Fiat mihi de Verbo, ſecundùm verbum tuum. Verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne meâ, ſecundùm verbum tuum: fiat Obſecro mihi verbum, non prolatum quod tranſeat, ſed conceptum vt maneat, carne videlicet indutò, non aëre, Fiat mihi non tantum audibile auribus, ſed viſibile oculis, palpabile manibus, geſtabile humeris.... Fiat non imaginariè ſomniatum, ſed ſilenter inſpiratum, perſonaliter incarnatum, corporaliter inuiſceratum.*

S. Auguſt.
Toletus ibi. Annot. 112.
Mariana orationi Incarnatio Verbi tribuitur.
S.Bernard.
S. Ambroſ.
Euthymius.
S. Bernard.

Quod eſt grande *orationis & obſecrationis* encomium alibi notatum. Verùm idem inibi Bernardus hoc Deiparæ elogium deſideriis adſcribit, ſic inibi fatus: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Fiat deſiderij ſignum, non dubitantis indicium. Et per hoc quod dicit, Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, magis intelligenda eſt affectum exprimere deſiderantis.* Bernardo accinit Athanaſius Serm. de Deiparâ: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, id eſt, Vtinam fieret quod dicis. Et Ambroſius ad eum Lucæ locum, aſſerit illud verbum, *Fiat mihi*, eſſe voti & deſiderij. Euthymius, quaſi diceret Maria: Credo quod dicis, & deſidero ac opto, vt mihi fiat. Ecce tibi, ea virtus, quam proximè Maria exhibuit ad optatiſſimum Incarnationis Myſterium, *votum* illius, illiúſque *deſiderium* nuncupatur, quo generosè nobilitatur auguſta *deſideriorum* præſtãtia; quippè quæ vltima diſpoſitio ex parte Virginis cenſetur, & quæ proximè diuinæ corporationi vicinatur. Nempè deſideratus cunctis gentibus, Mariæ *deſiderio* adſit deſiderantibus; & cæli ac terræ vota, votum Marianum adimpleat, peragat, conſummet. *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, magis intelligenda eſt affectum exprimere deſiderantis.* Hæc ethicè. Litteraliſſimum loci ſenſum inibi quondam dedimus.

Maria deſiderio adſcribitur Verbi in eius v'erò Incarnatio.
S.Bernard.
S Athanaſ.
S.Ambroſ.
Euthymius.

3.

Prouerbiorum 2. ſic nos erudit Salomon ad veræ ſapientiæ deſiderium: Fili mi, inquit, *ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penès te* (Syrus, *in corde tuo*) *vt audiat ſapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoſcendam*

Prouerb. 2. v. 1. & 2.
Syrus.

dam prudentiam. Senſus in vulgato profundus eſt, ſed impeditior: quem Lxx. Interpretes ſic expediunt. *Si ſuſcipiens eloquium mandati mei abſconderis penes te, obediet ſapientiæ auris tua.* Hunc locum cum Cornelio Ianſenio Cornelius noſter de auido comparandæ ſapientiæ deſiderio exponit, ſic aiens: *Si ſuſceperis ſermones meos,* &c. Serium enim, inquit, deſiderium requiri ad comparandam ſapientiam, docet in ſequentibus. Vox enim *abſconderis* ſignificat ſapientiam eſſe rem pretioſam, & ſummè deſiderandam, & in arcâ, non argenti, ſed mentis, ſtudioſè recondendum, iuxtà illud Pſal. 118. *In corde meo abſcondi eloquia tua.* Hactenùs ille. Itaque auidum rei deſiderium, rem deſideratam tanto in pretio habet, vt perindè ſit, Res deſiderata, ac in mente abſcondita. Tantam ſcilicet cautelam adhibet, ne rei deſideratæ optatam poſſeſſionem fruſtretur, & illius notitia inſidias aliorum ſollicitet. Sic eſt deſiderium in corde tectiùs abſcondendum, tamquam theſaurus in primis opulentus! Ceterùm quod Lxx. Interpretes vertunt: *Obediet ſapientiæ auris tua*, id eſt, Si ita auidè Sapientiam deſideres, *auris tua obediet Sapientiæ* (quaſi deſiderium ſit obedientiæ matrix, & ſequela;) alij Codices excribunt: *Obediet ſapientia auri tuæ.* Quid eſt, quòd cæleſtis Sapientia auidè deſiderata, obediat auribus eam deſiderantis? An non potiùs ori, quàm auribus obſequium exhibetur? Imò obſequium, aurium miniſterium eſt, non aurem imperium. Quis vmquam auribus imperat, & obedientiam præceptione aurium extorquet? & tamen ſeriò dicitur de Sapientiam deſiderante, quòd *obediet Sapientia auri eius.* O arcanam aurium iuſſionem, ex deſiderij lenocinio exortam! Nempè impenſè rem deſideranti, tarda eſt quælibet iuſſio, quæ ad rem exequendam perurgeat. Aures ipſæ ſic expromptæ ſunt ad rem deſideratam negotioſè exequendam, & obtinendam, vt ipſæ ſibimet & imperium præſtare, & exhibere obſequium videantur. Quin & res impenſiùs deſiderata ſic ad ſe deſiderantem feſtinat, vt actuoſam feſtinantiam non tam videatur imperare deſiderantis auribus, quàm eius auribus ad obſequium hiantibus, obſequentiùs obedire. Hinc alto ſtylo dicitur, quòd deſiderata cæleſtis *Sapientia obediet auri eius*, qui eam ardentiùs deſiderat. (An verò hæc tranſlatio ſit rei ethicæ, quàm litterali accommodatior, alibi perſtrinximus; vbi genuinum huius loci ſenſum expreſſimus.)

Lxx. interp. — Ianſenius. Cornelius. — *Deſiderium in corde tectiùs abſcondendum eſt.* — Pſal. 118. v. 11. — Græci Codices. — *Res deſiderata auribus deſiderantis parere dicitur.*

4. Regius Vates Pſal. 9. ſic occinit: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* O quàm eſt multorum indigus, qui pauper eſt! Quid non pauperi deeſt? Nil non paupertati de mendicitatibus victitanti, in votis eſt. Ergò Deus gratiam orationis beneficè anteuertit, & deſideriis audientiam, imò quodammodò obedientiam præſtat, deſideriorum blandimento mirè delinitus, ad gratiæ exuberantiam. Pro *τὸ præparationem cordis*, Caſſiodorus habet, *concupiſcentiam cordis*; Symmachus, Theodoreto teſte, *propoſitum*: vel vt mauult Corderius, *inchoatum propoſitum.* Vndè Græci Patres in Paraphraſi, vtrúmque huius verſiculi hemiſtichium nectunt, & ſic exponunt: *Noſti (ô Domine) exactè cuius rei cupidi ſint pauperes, & quale habeant propoſitum.* Quaſi rei optatæ *inchoatum propoſitum*, ad *deſiderij* admittatur elogium, ſírque rei deſideratæ *concupiſcentia.* Nimirùm quâ pellaciâ obiectum voluptuoſum appetitum attrahit ad ſui concupiſcentiam vbertim exaciandam; non abſimili lenocinio ad bona Iuſtorum deſideria votis explenda, Dei beneficentia moueatur. *O mirum* (exclamat Nazianzenus) *beneficentiæ celeritatem! appetitionem ipſam Deus ingentis pretij loco habet: ſitit ſitiri, bibere cupientibus* (en deſiderium ſeu concupiſcentiam) *potum præbet, cum ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit.* Sic delinitur Deus deſideriorum lenocinio, aut concupiſcentiâ? Sitit donare, quod deſideriis homo ſitit? Itaque deſcribitur Deus cupidiſſimè ad cor hominis aures admouens, oculos dirigens, & mente attentiùs intendens, ſi fortè vel tenuiſſimus ſit animi motus, qui vel *deſiderium*, vel *inchoatum propoſitum* boni adiſpiſcendi reſonet, vel appareat, cui cumulatiùs adnuat. Quare pro *τὸ audiuit auris tua*, attendentem ſenſum permutat Pſalterium Ambroſianum, & profundâ permutatione, ſic vertit: *Præparationes* (*inchoatum propoſitum*, ſeu *deſiderium*) *cordis eorum inſpexit auris tua*, quaſi non modò Dei *aures* deſideria hominum *audiant*, ſed ea eædem *aures* oculatiùs *inſpiciant.* O Dei aures arcanè oculatas ad videnda pauperum deſideria! Sic pauperum deſideria, aures (officio ſuo minimè neglecto) in oculos recuduntur, ne aliquis ſenſus, ergà implenda egenorum deſiderantium vota, otiari videatur. Bonus hîc Boozus, meritò inter progenitores Dei, ipſiúſque typos numeratus, qui paupérculæ Ruthæ deſideria, ore, oculis, ingenio, manu ſedulus implet; nec labori negotioſo, nec propudioſo decori parcit, ne illius vota fruſtretur.

Pſal. 9. v. 38. Hebr. v. 17. — Caſſiodor. Symmach. Theodoret. Corderius. Græci Patr. — *Peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet.* — S. Nazianz. Orat. 40. — *Deſiderium inchoatum audit Deus imò & auribus perſpicit.* Pſalterium. Ambroſian. — Hîc verſ. 18.

§. CCXL.

Iudex cùm diu reatum diſcutit, & moroſè examinat; innocentem ſæpè reum diutiùs prodit, diffamat, inuitiat.

1. ALiquandò caſtigatio neceſſaria eſt; ſed hæc ſincera cum ratione: non enim nocet, ſed medetur ſpecie nocendi. Iudicis æqua ratio id iudicari vult, quod æquum eſt ipſa concitatior in iudicando ira, id æquum videri vult, quod præcipiti etiam deliberatione iudicauit. Verum ſemper illud: *In iudicando criminoſa eſt celeritas*: nam ad pœnitentiam properat, citò qui iudicat. Nollem tamen, ſi fieri poſſet, moroſos iudices, qui tarditate reatum protelant, & ſæpè reum quem non inueniunt, faciunt. Legem nocens veretur, iudicij diuturnitatem innocens. Propè eſt vt libenter damnet, qui ſerò. Propè eſt vt non æquè damnet, qui diuturniorem reum dilatione fecit. Qui tardè abſoluit, ſerâ publicatione innocentiæ, dubium reatum ampliauit; & dum illum diu diſcutit, diutiùs prodit. Qui quaſi per anotomiam delicta explorat, lanius eſt, non medicus. Miſera curatio eſt, quæ vt penitiùs morbum pernoſcat, medelam differt, & diutiùs

Publ. Syrus. — *Moroſus iudex, dum delicta diu diſcutit, reatum ampliat, & exaggerat.*

Digitized by Google

diutiùs ſanitati inuidet. Numquam innocens putabitur, de quo diu quæritur, an innocens ſit. Obuiæ maledicentiæ objicitur, ſuſpicionibus exponitur; & cuíque in illum, quod lubet, licet. Quid hoc ſupplicio ſeuerius?

2. Iſaiæ 66. v. 24.

Iſaiæ 66. in miſeros damnatos hanc acerbiorem ſententiam Deus vibrat: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſque ad ſacietatem viſionis omni carni.* Peridoneè dicitur, quòd gehennæ vermis non moritur, & illius ignis non extinguitur; nam vt veriſſimè inquit Gregorius: *Anima mortaliter eſt immortalis, & immortalis mortalis: ita enim immortalis eſt, vt mori poſſit. Nam beatè viuere, ſiuè per vitium, ſiuè per ſupplicium perdit. Eſſentialiter autem viuere, neque per vitium, neque per ſupplicium perdit.* Sed quid eſt, quòd vermibus immortaliter corrodentibus, & igne perpetuò inextinguibili apud inferos cruciabuntur damnati, *vſque ad ſacietatem viſionis omni carni?* An quia reliqui videbunt eorum reatum, & æternùm acerbiſſimam enormioris reatûs pœnam? An quia adhuc ſub iudice lis eſt? Pro τὸ *vſque ad ſacietatem viſionis, Chaldæus vertit: Et erunt impij iudicati in gehennam, donec dicant ſuper eos Iuſti, Vidimus ſatis.* Et quandò iuſti ſatis videbunt damnatorum reatum, & inflictam eis à ſeueriſſimo Iudice gehennalem pœnam? Quid adhuc cauſſam damnatorum inceſſanter videri opus eſt? an vlteriùs ad iudicium exploratur? Perbellè Emiſenus homil. 1. ad Monachos: *Illa enim*, inquit, *non caſualis, ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere.* Eheu! adhuc in inferno gehennalis pœna culpam *inquirit?* An non tunc iudicium diuinum eſt abſolutum, & vltimò terminatum? quid *impij iudicati* proſtituuntur ſpectandi *vſque ad ſatietatem viſionis omni carni?* Quid adhuc *pœnalis exuſtio culpam iubetur inquirere?* Nimirùm infernalis gehennæ incendium non vtcumque miſeros damnatos exurere dicitur, ob ſcelera impœnitenter pattata; ſed ad tormenti exaggerationem, quaſi adhuc ſub Iudice lis eſſet, & iudicialis inquiſitio fieret de reatu, *culpam inquirere* perhibetur. O! ſic eſt apud homines pœnaliſſimè acerbum, de eorum reatu inquiri, vt gehennalis pyræ inextinguibilis flamma, dum damnatorum culpas atrociùs caſtigat, adhuc *culpas inquirere* dicatur? Quid ad rem præſentem exaggeratius?

S. Greg. l. 4. Moral. c. 7.

Gehenna mors immortalis.

Chaldæus.

Emiſen.

Cur gehennæ ignis culpas dicatur inquirere?

3. Pſal. 9. v. 34. Hebr. v. 13.

Regius Vates Pſal. 9. cauſſam quærit nequioris malitiæ impiorum: *Propter quid*, ait, *irritauit impius Deum? Dixit enim in corde ſuo: Non requiret.* In Commentario Hieronymi additur: *Dixit enim in corde ſuo: Non requiret Deus.* Hebraicè *Elohim, iudex.* Nimirùm peccator Dei timorem excuſſiſſe dicitur, quia *Dei iudicis* examen non fore, nec illius cauſſam diſcutiendam, ſibi perſuadet; & indè in ſceleroſiſſima flagitia impotenter ruit. Audiendus eſt hâc de re Heſychius in Catenâ: *Interrogat, quod nam valdè impij hominis, peccatum potiſſimum auerſetur. Deindè inductam ipſe interrogationem ſoluit: Dixit enim in corde ſuo: Non requiret. Conniciatur, inquit, Deum, vt qui res noſtras ſine examine eſſe permittat. Quæ perſuaſio deceptis exitio eſſe reperitur* dum ſeriò ſibi impius perſuadet, ſua ſcelera ab examine fore exempta; tunc, tunc quidèm Deum ſceleribus irritare negligit. Quaſi non tam impium coërceat ſupplicij metus, quàm examinis horror. Qui tam acerbè exitialis eſt, vt confeſtim ſubdat Propheta: *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Quid eſt, quòd poſtquam conteritur brachium peccatoris, id eſt, eius potentia & robur; ſi mox diligenti examine quæratur illius peccatum, minimè reperietur? Perítne, aut eſſe deſinit peccatum impiorum, dum ſollerti inquiſitione peruestigatur? imò incrementatur egregiè licentiâ ſuſpicionum, & mendaciorum priuilegio. Quid ergò; peccatum, an peccator poſt inquiſitionem non inuenitur? Theodorus Antiochenus ſic locum exponit: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Si fiat accurata veſtigatio malitiæ impij, vſque adeò magnam deprehenſum iri, vt nec ferre quidèm quæſtionem poſſit.* quaſi in ipſa ſcelerum diſcuſſione ſceleratus pereat, præuento carnificis officio, ipsâ carnificinâ diſcuſſionis. Adeò enim eſt pœnalis diſcuſſionis moleſtia, vt acerbiorem pœnam morte anteuertat. Quod Græci Patres in huius loci Paraphraſi diſſertè tradiderunt: *Erit autem hoc, ſi tantùm illius peccatum volueris inquirere. Si enim hoc fiat, repentè inanis erit, & ad extremam vſque perniciem redigetur. Hoc enim ſignificauit, cùm dixit: Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. propter ipſum peccatum. Et hoc explanatiùs Symmachus dixit: Inquiretur impietas eius, vt non inueniatur ipſe.*

S. Hierony.

Hebræus.

Heſychius.

Dum rei examinatur reatus, reus perit præ examinis moleſtiâ.

Pſal. 9. v. 36. Hebr. v. 15.

Theod. Antioch. apud Lorinum ibi.

Græci Patr.

Symmach.

4. Pſal. 9. v. 36. Hebr. v. 15.

Redeat iterùm ſemel expenſus Pſalmographi locus, aliter ad rem enucleandus: *Contere*, inquit, *brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Et quomodò peccatum, quod tam ſolerter inquiritur, non inuenitur? An diligens eius inquiſitio, illius inuentionem impedit? An ſic peccator peccati inquiſitione deprauatur inuitiatúrque, vt illius emendationem faſcinet, dum ſceleris inquiſitionem cenſet, infamem delicti proditionem? Altè indidèm Hieronymus: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Hoc eſt ad emendationem non eſt dignus venire. Et aliter: Non inuenietur, vt habeat peccatum, ſed ſit ſicut Deus qui peccatum non habet, quantùm apud ipſum.* Nempè impius dum aduertit, ſe ſcelerum inquiſitione dehoneſtari; ſic adnititur accuſationis excuſationibus ſagaciſſimè excutere, & ſuos cohoneſtare mores, vt poſſit cum Deo de innocentiâ certare, impudenti diuinæ ſanctitatis æmulatione. Vel potiùs (quod in primis cenſet Hieronymus,) ſic impius inhonorâ ſuæ impietatis diſcuſſione irritatur, deprauatur, inuitiatur inolitæ malitiæ inſtinctu, vt ipsâ inquiſitione velut faſcinatus, reddatur indignus, vt *veniat ad emendationem.* Videlicet delictum excutitur, vt diſcuſſio emendationem negotietur; quam ſæpè ſic impedire ſolet, vt eum ab emendatione alienet, exiſtimato diſcuſſi ſceleris dehoneſtamento. Sic dum frontem obdurat diſcuſſionis infamia, impudentem obſtinationem ſceleroſiùs procurat; & ſolenne emendationis arbitrium, è peruerſo emendationem refutat. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Hoc eſt, ad emendationem non eſt dignus venire.* Redditur enim emendationis indignus, & correctioni inidoneus, qui ſceleris inquiſitione ſic impotenter irritatur.

S. Hierony.

Sceleris inquiſitio, ſæpè ſceleris emendationem faſcinat.

5\. Iobus cap. 10. calamitoſæ vitæ tædio, funeſtè querulus, ſic Deum alloquitur: *Indica mihi cur me ita iudices?* Ecquid eſſe potuit querelis dignum in hoc Dei iudicio? Numquid, ait, bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus mannum tuarum? Quænam ſunt hæ *calumniæ*, quas Iobus ab inimiciſſimè amicis ſuſtinere queritur? Interrogatione interrogationi reſpondet: Nũquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis? *Numquid ſicut dies hominis dies tui ..... vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?* Valdè hîc ſudat Commentatorum ſolertia, in exponendo, quid ſit *dies hominis*: & quam ob rem *dies hominis* hîc inducatur, cùm Iobus queritur, quare *ita iudicetur?* & cur iuſtus humanarum cauſſarum iudex, ſic ſuam *iniquitatem quærat, & peccatum ſcrutetur?* Noſter Sanctius, *diem hominis*, interpretatur hominis iudicium. Quo loquendi modo vtitur Paullus 1. Corinth. 4. *Mihi autem*, inquit, *pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die, id eſt, à quolibet alio humano iudicio*, vt pereruditus Doctor commentatur, ſecutus S. Hieronymum ad Algaſiam quæſt. 10. quod etiam indicant Ambroſius, & Chryſoſtomus. Itaque profundè Iobus, dum Diuinus iudex eius *quærit iniquitatem; & peccatum ſcrutatur*, ait ſe *humano iudicio*, id eſt, *die hominis* iudicari. Profectò conſultiſſimè rectum iudicium appellatur *dies*, qui vmbras diſquiſitionis, & ſcrutationis moroſæ tenebras, velut famæ caliginem, & obſcuram permoleſtè noctem, fulgorum claritate abigat & diſpellat. Nempè cùm poſt ambiguam tenebroſè inquiſitionem, in ſententiâ dieſcit veritas, & obtenebrata rei ſama claratur, fugit nox, cum ſuâ totâ ſuſpicionum & accuſationum ſupellectile, & frementium obſcurè belluarum catervâ ſemper lucifugâ. Quare dum Iudex de Iobi *quærit* iniquitate, & eius peccatum ſcrupuloſè *ſcrutatur* ad punitionem, quaſi in obſcuri reatûs nocte verſaretur, claram cæleſti Iudicis ſententiam expetit, quam conſultiſſimè *diem* appellat. Ac ſi præproperè dicat cum Apoſtolo: *Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, id eſt, à quolibet alio humano iudicio.* Eheu noctem puta culparum diſquiſitionem: O quàm hîc feſtinat Boozi induſtria, vt Ruthæ cauſſam in tribunali abſoluat, ne obuiæ maledicorum licentiæ nimium liceat in eius famam: ne Propinquus ille, illius refutet nuptias, cauſſando Moabitidem, paupertate ignobilem, ſpicilegio vilem, de Lot incæſtu notham, de cognatâ perdiu idololatriâ Hebræis contemnendam. Quod benè ominata eſt Noëmi, aiens: *Neque enim ceſſabit homo, niſi compleat quod locutus eſt.* Quod autem hæc piè coniectauit, ille abundè præſtitit.

Iob 10. v. 5. & 6.
1. Cor. 4. v. 3.
Sanctius.
S. Hierony.
S. Ambroſ.
S. Chryſoſt.
Iudicium, ſeu ſententia poſt delicti inquiſitionẽ, cur dies appellatur?
Hîc verſ. 18.

---

§. CCXLI.

Voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra velis, & poteris.

1\. IN oculos nunc mihi manus intentabit ille, qui omnium animum æſtimat ex ſuo; homines enim non putant fieri, quicquid ipſi facere non poſſunt, ex infirmitate ſuâ de virtute ferentes ſententiam. Quid mireris, ſi alligari, vulnerari, vri, occidi iuuat? aliquandò etiam libet? Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicij loco labor eſt, delicatus miſeretur induſtrij, deſidioſo ſtudere torqueri eſt, & molliculo torqueri luctuoſum atque funeſtum. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilli ſumus, dura ac intoleranda credimus, & ſæpè toleratu impoſſibilia. Non ſunt iſta adeò naturæ humanæ difficilia, ſed nos fluidi & enerues ſumus. Magno animo de rebus magnis iudicandum eſt, alioqui videbitur rerum vitium eſſe, quod noſtrum eſt. Velis, & poteris reluctari arduis, quæ vltra humanæ tolerantiæ faſtum poſita eſſe videntur. Da mihi hominem animitùs volentem vegeto propoſito, omnia rerum aduerſarum onera rigidâ ceruice ſuſtollet (quaſi vltrà doloris iniuriam poſitus ſit: alioqui voluntate languente, aduerſitate mordetur, vritur, triſtatur, & dolet. Volentem mirare ibi extolli, vbi omnes deprimuntur; ibi ſtare, vbi omnes iacent; ibi deliciari, vbi reliqui cruciantur. Voluntatem autem intelligo animoſam & excelſam, quam incitat, quicquid infeſtat. Potior pars roboris eſt, animoſè velle totum robur exerere. Valentius robur eſt volontas, & in vtràmque partem ipſa res ſuas potenter ducit, beatæque ac miſeræ vitæ ſibi arbitra eſt: & cognato voluntariæ affectionis præſtigio, res cunctas armat, exarmátue.

Ferè ex Senecâ epiſt. 71.
Voluntas eſt facilium, ac difficilium arbitra.

Matthæi 20. acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit Quid vis? Ait illi Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus.* Sanè (vt inibi notat interlinearis Gloſſa) *Imperitis leuius videtur, quod periti timuiſſent.* Teneo tamen vel in Apoſtolatûs rudimento, Iacobum & Ioannem timendam mortem minimè timuiſſe. Et quidèm videntur hi Apoſtoli intellexiſſe ſignificationem *calicis*; ſcilicet per illum intelligi paſſionem; & tamen vti ambitioſè petierunt primatum, ita temere reſpondent, ſe calicem hunc *poſſe* bibere; cùm reuerà id necdùm poſſent; ſed poſteà potuerint per gratiam Chriſti receptam à Spiritu-ſancto in Pentecoſte. Ita cum Chryſoſtomo Euthymius & Theophylactus. Verùm dubius Chryſoſtomus cenſet, quòd quemadmodùm paullò antè, quod neſciebant, poſtulauerant: ita nunc quod non intelligebant, promiſiſſe. *Malo ego* (ait inibi Maldonatus) *credere, nec temerè, nec inſcienter; ſed amanter, & verè repondiſſe, ſe paratos eſſe, vt pro Chriſto morerentur*, vt *poſteà exitus docuit.* Itaque *τὸ poſſumus*, perindè eſt, ac, peramanter volumus. O belle! Nimirùm facinus adeò audax, quod Interpretum proceres, vel *inſcitiæ*, vel *temeritati* adſcribunt, voluntati potiùs & amori tribuendum eſt. Hem! ſic quod volumus & amamus, exequi *poſſumus*, etſi eius executio, aut ignoratæ difficultati rei exequendæ, aut audaci temeritati adnitentis adſcribendum dicatur? Nec *inſcitum*: nec, *temerarium* videri debet præ rei difficultate, quodammodò humanum faſtigium ſuperante, quod amanter volumus, quod ardenter amamus: tantum enim robur exerta voluntas hominibus ingerit, vt qui

2\.
Matth. 20. v. 22.
Gloſſa ibi.
S. Chryſoſt.
Euthymius.
Theophyl.
Imperfectus
Maldonat. ibi.
Apoſtoli poſſe ſe dicunt, quæ obnixè volunt.

Digitized by Google

ardua quæque, & quæ putari poſſent temeraria aut impoſſibilia, exequi intentat, dum ea obnixiùs vult, eadem iam *poſſe* dicatur. Quare idem cenſetur, *Poteſtis bibere calicem*, ac vultis. Ferè enim ea omnia poſſumus, quæ exequi obnixè volumus. Velis, & poteris.

3. Matthæi 19. adhortans Chriſtus ad virginitatem, quæ de bono carnis Deo adulatur; *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum iſtud*, ſed quibus datum eſt. Sunt eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum. *Qui poteſt capere, capiat.* Hìc conſilium Euangelicum virginitatis aut cælibatûs à Chriſto promulgatum eſt, & omnibus propoſitum, imò conſultum, ſed non præceptum. Impudenter autem Hæretici, luxuriæ riuales, & continentiæ hoſtes, contentioſè hærent in verbis illis, *Qui poteſt*, quaſi nemo, aut ferè nemo ſit, qui poſſit ſe ab vxore continere. Alioqui quid eſt, *Non omnes capiunt verbum iſtud*; & illud, *Qui poteſt capere, capiat?* ac ſi ita ſit arduum, & propè impoſſibile continentiæ votum, vt vltrà poſſibilitatis metam poſitum ſit. Verùm enimuerò peritè ex Hieronymo & Chryſoſtomo obſeruat Cornelius, quòd huiuſmodi verba, *Qui poteſt capere, capiat*, ſignificant cælibatum à Chriſto conſuli, ideóque eumdem eſſe in noſtro arbitrio & poteſtate, ſi gratiam Dei inuocare, illíque ſtrenuè cooperari velimus. Quare *τὸ qui poteſt*, dumtaxat ſignificat cælibatum eſſe rem arduam. Quaſi dicat: *Qui vult ſibi vim inferre, qui vult libidini generoſè reſiſtere, qui vult ad arduum continentiæ culmen conſcendere, ille eandem amplectatur, capiat, & & capeſſat.* Exindè ex Latiniſſimorum vſu concludit, *τὸ qui poteſt*, perindè eſſe, ac, *qui velit*; quaſi *velle* ac *poſſe*, ſynonyma ſint. Quod eloquenter æquè ac luculenter inibi Chryſoſtomus his ediſſerit: *Non omnes capiunt verbum iſtud..... Qui poteſt capere, capiat. Ideò*, ait, *non omnes capere Poſſunt, quia non omnes Volunt: palma propoſita eſt; qui concupiſcit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, ſi omnes timerent periculum.* Scilicet difficile ac perarduum virginitatis votum, aut cælibatûs propoſitum, *non omnes capere poſſunt, quia non omnes volunt:* quia qui non *vult*, non *poſſe* dicitur, & ſtrenuè *poſſe*, qui ex Dei gratiâ obnixiùs *vult*. O nimis verè! Velis, & poteris.

Matth. 19. v. 12.

Virginitatē ſeruare non poſſe, idem ne eſt, ac nolle?

S. Hierony.
S. Chryſoſt.

Cornel. ibi

S. Chryſoſt.

4. Lucæ 11. Euangelicus ille importunè amicus dū adeſt amicus hoſpes intēpeſtâ nocte, & vacuū aduertit panarium; confeſtim pergit ad amicum, panes rogaturus: quos etſi obnixiùs expetit, repulſam patitur. Nam ille deintùs reſpondit: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, *Non poſſum ſurgere, & dare tibi.* Excuſſat ſe non *poſſe* ſurgere, & dare panes, ne filios expergefaciat, totámque familiam turbet. Scilicet mauult bonum patrem familiâs agere, quàm amicum bonum. Et quidèm *τὸ non poſſum*, non leue faceſſit Interpretibus negotium. Porrò illud, *non poſſum*, forſan inidoneè poſitum, alicui videri poſſet; neque in Deum conuenire: numquam enim Deus inuitus, &, vt ſe faſtidio liberet ob importunas audiendi preces, petita concedit. Et vniuerſatim nulli accommodari poſſe videtur *τὸ non poſſum*: nam ſtatim petentis importunitate victus, petitis adnuit, & muneris præbitione fatetur, ſe poſſe, quod nuper ſe *non poſſe* facere fatebatur. Niſi fortè vltrà potentiæ vires, & poſſibilitatis metas, liberalitas, & largiendi velut libido ſe poſſit extendere. Hugo Cardinalis dum audit, *non poſſum*, valdè poſſibilitatem reſtringit, aiens: *Non poſſum ſurgere, & dare tibi, id eſt, non debeo.* Sordidè miſera poſſibilitas eſt, quæ in re pietatis numquam ſe vltrà id quod *debet*, extendit. Scitè Auguſtinus Serm. 5. de Verb. Domini. cap. 5. *Non poſſum ſurgere, & dare.* &c. *Ille*, inquit, *qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille petendo non defecit.* Nimirùm *qui nolebat dare*, moraliſſimè dixit, *Non poſſum dare.* quaſi dandi poſſibilitas, cum voluntate dandi vices reciprocet. Sanè quod nolumus facere, facere non poſſe dicimus; ac ſi perindè ſit Biblicâ phraſi, rei poſſibilitas, & ipſius rei faciendæ alacris & exprompta voluntas, quodammodò vltrà vires actuoſè factiua. Raro quod obnixe quiſque vult, & viuidè expetit, exequi non eualet. Sæpè non poſſe, nolle eſt. Velis, & poteris. Quod in Boozi negotioſâ ſolertiâ hîc videre licet.

Lucæ 11. v. 7.

Pater familias ſuam familiam amicu præfert.

Hugo Card.

S. Auguſt.

Qui non vult dare, rectè dicit, ſe dare non poſſe.

Hìc verſ. 18.

5. Canticorum 7. ita de Sponsâ ſcribitur: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Porrò (vt peritè notant Expoſitores) chori caſtrorum ſunt choreæ, tripudia, & ſaltationes militum deuicto hoſte triumphantium. *Sulamitis* ergò (id eſt pacifica) ſtipata armatis militum Phalangibus, cum iis videtur ouaſſe, & ſaltaſſe bellicam armorum ſaltationem (quale olim in more poſitum fuiſſe, obuium eſt hîc apud Commentatores.) Præſcripta verba ſic Aquila excribit: *Quid quaſi ſpectaculum intuebimini in Pacificâ?* Sanè tamquam miriſſimum ſpectaculum intueri licet in Pacificâ, prælium, ouationem, triumphum. Præſertim cùm res diuerſiſſima confeſtim ſubjiciatur, nempè calceamentorum, ac greſſuum venuſtas: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceanmentis, filia Principis!* Quæ verba ſponſi ad ſponſam, eſſe, cenſent S. Gregorius, Caſſiodorus, Philo, Aponius, Honorius, Anſelmus, Alcuinus, Haymo, & alij plures. Et quidèm obſeruatione digniſſimum eſt, quòd poſtquam ſactæ Sponſæ, nempè Virginis Deiparæ ouatio ſeu triumphus præmittitur, ſtatim pedum in calceamentis pulchritudo, ſeu grèſſuum gloria commendetur. Imò (quod forſan mirere magis) dum Sponſa cap. 6. perſequitur laudes ſponſi, à capite incipit; & dum Sponſus Sponſam laudat, eius laudes à pedibus auſpicatur. Audiendus eſt hâc ſuper re Cornelius inibi: *Cap. 6. Sponſa laudans ſponſum orditur à capite, finit in pedibus: hîc ex aduerſo ſponſus laudans Sponſam orditur à pedibus, finit in capite. Ratio diſparitatis eſt, quòd ſponſus deorsùm è celo in terram deſcenderit, vt ſponſam ſibi copularet; Sponſa verò è terrâ in calum per ſponſum euocata, surſùm aſcendat.* Laus ergò ſponſi eſt in deſcenſu; laus ſponſæ in aſcenſu: Laus ſponſi in dignatione quamprimum euocandi ſponſam; laus ſponſæ in dignatione gratiæ & gloriæ, ad quam pulchris ſemper greſſibus, & numquam deuiantibus ab auſpicio ſuæ Conceptionis, detriumphato Serpente, eius calcaneo hoſtiliter inſidiante, à ſuo ſponſo euocata perrexit. Nequis autem putet, Deiparæ primum greſſum in calceamentis, pulchrum non fuiſſe, ſed diſtortum

Ante omnes greſſus, victrix & triumphalis dicitur Deipara. quare?
Aquila

Cant. 7. v. 1.
S. Gregor.
Caſſiodor.
Philo
Aponius
Honorius
S. Anſelmus
Alcuinus
Haymo

Cornelius

Cur ſponſus ſponſi pedes ac greſſus primùm cōmendet?

Cur Maria dicitur filia ſponsè dantis?

de præuaricationis primææ errore; audiat, triumphale tripudium anteire explicandorum greſſuum auſpicium. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis.* Conſultò autem addit, *Filia Principis*, nequis exiſtimet, Deum in Virgine præſeruandâ, non contendiſſe totius omnipotentiæ vires. Porrò pro τὸ *filia Principis*, Syrus habet, *filia preparati*, ſcholiaſtes Vaticanus, *filia liberalis*. Parùm hoc, Aquila ad rem præſentem opportunè excribit, *Filia ſpontè dantis*, Ambroſius, *Filia voluntatis*, vel *beneplaciti*. Quibus verbis (iuxtà hactenùs dicta) exaggeratur diuinæ potentiæ robur. Nam ei, qui omnia quæcumque voluit, fecit in cœlo & in terrâ, fruſtrà dicetur: Velis, & poteris. Peridoneè ergò ante omnes greſſus Deiparæ victoria celebratur.

Syrus Schol. Vat. Aquila S.Ambr. in Pſal. 118.

SYNOPSIS CAP. IV.

Ad portam vrbis vbi ſedebant ad iudicia Senatores, quò frequens populi multitudo confluebat iudicij cauſſâ, propinquum ſuum, cui cum Elimelecho & Mahalone propior cognatio, Boozus aduocat. Cui câ lege redimendum ſibi tradit Elimelechi agrum, ſi tamen Rutham à Mahalone relictam viduam velit in vxorem accipere. Abnuentem cognatum cogit, vt iuri cedat ſuo, idque vſitato diſcalceationis more roboret. Hinc iam Boozus hereditatem cognati Elemilechi & Mahalonis ſibi vendicat; ſimúlque Rutham Moabitidem vxorem ducit: ex quâ ſuſcepit filium, cui Obed nomen. Quapropter feſtiua ad Noëmi vicinarum mulierum gratulatio increbuit. Demùm Obedis vſque ad Dauid regem breuis genealogia texitur.

CAPVT QVARTVM.

1. ASCENDIT ergò Booz ad portam, & ſedit ibi. Cúmque vidiſſet propinquum præterire, de quo priùs ſermo habitus eſt, dixit ad eum: Declina paulliſper, & ſede hîc: vocans eum nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. 2. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hîc. 3. Quibus ſedentibus, locutus eſt ad propinquum: Partem agri fratris noſtri Elimelech vendet Noëmi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide. 4. Quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure propinquitatis: eme, & poſſide. Sin autem diſplicet tibi, hoc ipſum indica mihi, vt ſciam quid facere debeam: nullus enim eſt propinquus, excepto te, qui prior es: & me, qui ſecundus ſum. At ille reſpondit: Ego agrum emam. 5. Cui dixit Booz: Quandò emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomen propinqui tui in hereditate ſuâ. 6. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. 7. Hic autem erat mos antiquitùs in Iſraël inter propinquos, vt ſi quandò alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſraël. 8. Dixit ergò propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. 9. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo: Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noëmi. 10. Et Ruth Moabitidem vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hereditate ſuâ, ne vocabulum eius de familiâ ſuâ, ac fratribus, ac populo deleatur. Vos, inquam, huius rei teſtes eſtis. 11. Reſpondit omnis populus, qui erat in portâ, & maiores natu: Nos teſtes ſumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſraël: vt ſit in exemplum virtutis in Ephratâ, & habeat celebre nomen in Bethlehem. 12. Fiátque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ, de ſemine quod tibi

Digitized by Google

tibi dederit Dominus ex hâc puellâ. 13. Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxo-
rem: ingreſſúſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.
14. Dixerúntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus vt
deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſraël: 15. Et habeas qui
conſoletur animam tuam, & nutriat ſenectutem. De nuru enim tuâ natus eſt, quæ
te diligit: & multò tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. 16. Suſceptúmq;
Noëmi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. 17. Vi-
cinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noëmi; vo-
cauerunt nomen eius Obed: hic eſt pater Iſaï, patris Dauid. 18. Hæ ſunt genera-
tiones Phares, Phares genuit Eſron. 19. Eſron genuit Aram, Aram genuit Ami-
nadab. 20. Aminadab genuit Nahaſſon, Nahaſſon genuit Salmon. 21. Salmon
genuit Booz, Booz genuit Obed. 22. Obed genuit Iſaï, Iſaï genuit Dauid.

---

§. CCXLII.

Commentarius Litteralis.

Verſ. 1. Aſcendit ergò Booz ad portam.

1. POſtquam Boozus hordeaceo munere Rutham benè onuſtam præmiſit, & rurales famulos operi accinctos vidit, & monita quæ res agenda exigebat operarum præpoſito dedit, ante meridiem ſe in vrbem contulit, & ibi ad eius portam iudicij cauſſâ ſedit.

Ruth. 3. v. 3. *Area Boozi erat infra vrbem Bethlehem*

Benè ex vrbe Rutha *Deſcendit in aream*, ſuprà cap. 3. v. 3. & nunc ex eâdem areâ ad eandem vrbem Boozus *aſcendit*. Conſule tamen quæ adnotabamus ad illud cap. 3. v. 3. Aſcendit ergò Boozus ad *portam*, quia in vrbis *portâ* forenſes cauſſæ, iudicia, & contractus coràm ingredientium & egredientium frequenti multitudine, tum maximè coram iudicibus celebrabantur. Ibi enim debebat peragi ceſſionis contractus, vt authenticus, firmus, actatus foret.

Firmadorũ contractuum ſolennitas apud Hebraos.

Porrò ſicut apud diuerſas nationes adhibentur diuerſæ contractuũ ſolemnitates ad eorum firmamentum, vt putà Notariorum vel Iudicum præſentia, vel inſtrumenti confecti ſubſcriptio, aut ſigilli impreſſio, ſiue iſtiuſmodi alia.

Geneſ. 23. *Porta iudiciorum vna.* Prouerb. 22. Pſal. 68. Iob 29. Ierem. 1. Thren. 5. 3. Reg. 22. 1. Paral. 18. Deuter. 21.

Ita apud Paleſtinos etiam Abrahami tempore is vigebat mos, Geneſeos 23. v. 10. & 11. &c. In *portis* autem iudicia apud Hebræos exerceri conſtat ex hoc loco, & Deuter. 25. v. 9. Prouerb. 22. v. 22. & Pſal. 68. v. 13. Iob 29. v. 7. Ieremiæ 1. v. 15. & cap. 39. v. 3. & Thren. 5. v. 14. & 3. Reg. 22. v. 10. & 1. Paral. 18. v. 9. Prætereà in confeſſo eſt, vnam duntaxat vrbis portam ad hoc deputatam in vnaquaque vrbe. Quare Deuteron. 21. verſ. 19. porta Iudicij nominatur: & vbi de huiuſmodi iudiciis ſermo eſt, porta in numero ſingulari appellatur.

Deuter. 16.

Neque obſtat, quod præcipitur Deuter. 16. v. 18. *Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis*, &c. Senſus enim loci eſt, in quâlibet vrbe conſtituendam aliquam portam, vbi iudicia exerceantur.

Sanctius. 2. Eſdræ. 3. Chaldæus.

Conſule eâ de re Sanctium ad cap. 3. lib. 2. Eſdræ, ad illud v. 30. *Contra portam iudicialem* Chaldæus paraphraſtes ſic locum excribit, & exponit: *Et Booz aſcendit ad portam domus iudicij, qui locus Sanhedrin.* Sanè ad vrbis portam in domo quâdam, aut aulâ ad id deſtinatâ, iudicia exercebantur. Hùc Boozus ex areâ aſcendit, vt Ruthæ cauſſam ageret.

Lyranus. Rio. Carthuſian. Abulenſis. Serarius. Bonfrerius.

Et ſedit ibi.] Boozum ſediſſe velut iudicem cenſent Lyranus, & Martinus del Rio Adag. 171. Carthuſianus ſuſpicatur. Abulenſis qu. 4. Serarius qu. 1. Bonfrerius hîc, ideò ſediſſe autumant, quia de re aliquâ ibi tractantibus ſedere tunc moris erat. 2.

Boozus in hâc cauſſâ Iudex non fuit, licet ſedere dicatur.

Nam & propinquus alter in hoc verſ. 1. ſedere etiam dicitur, & Seniores alij in teſtimonium aduocati. verſ. 2. Neque in eâ quam gerebat cauſſâ iudex eſſe poterat Boozus. Itaque ex hoc loco non colligitur Iudicem tunc egiſſe. An autem tunc iure dicundo Bethlehemiticæ vrbeculæ præeſſet, diuinaſſet, opinor, quiſquis ſeriò affirmaſſet, negaſſétve.

Ioſephus. Serarius. Bonfrerius.

[Cúmq; vidiſſet propinquum præterire.] Adnitente Boozo ac Ruthâ hunc propinquum eſſe euocatum, diſertè ſcribit Ioſephus lib. 5. Antiq. c. 11. quod veroſimile nonnullis apparet. Niſi fortè, vt putant Serarius, & Bonfrerius, ſciuerit Boozus eum ad meſſores aut operas eâ portâ egreſſurum, ingreſſurúmue; quod aptiùs quadrat in textum, qui habet propinquum illàc *præteriiſſe*, & aliò pergere; non euocatum adfuiſſe, quod longè diuerſum eſt.

Hebræus. Vatablus.

Declina paulliſper, & ſede hîc: vocans eum nomine ſuo.] *τὸ vocans eum nomine ſuo*, in Hebræo non habetur, cuius loco extat פלני אלמני *peloni* (vel *pheloni*) *almoni*. Vatablus in notis ſenſum extricans, ita ſcribit: *Hebraicè Peloni Almoni voces, quæ nihil ſignificant apud Hebræos: tantùm vice alicuius proprij nominis ponuntur, quod tacetur, quaſi dicas corrupto ſermone, Tu talis ſede.* 3.

S. Hieron. Matth. 26.

Ita Vatablus edoctus à Hieronymo, qui voces *peloni* & almoni exponit in Matthæi 26. v. 18. *Ite in ciuitatem ad quendam*; ſic inibi ille: *Morem veteris teſtamenti noua Scriptura conſeruat. Frequenter legimus: Dixit ille illi, & in hoc loco, & illo, quod Hebraicè dicitur peloni almoni; & tamen perſonarum locorúmque non ponitur nomen.*

Quid apud Hebræos ſignificet Peloni *ſeu* Pheloni, *Hiſpanè* Fulano.

In confeſſo eſt verba illa *Pheloni Almoni*, Boozum non dixiſſe cognato, quod diſertè habet Vulgatus, dum ait: *Vocans eum nomine ſuo*: neque enim Boozus ignorabat propinqui ſui nomen, neque adeò erat ruſticanè inurbanus, vt cùm eius ſciret nomen, in tanto conſeſſu dixerit: Accede huc *tu talis, tu quidam*, quod nimis inciuile foret. Itaque loco nominis proprij, quod Boozus expreſſit, ſacer Hiſtoricus dum rem denarrat, noluit propinqui illius nomen exprimere, ſed illius loco voces illas apponere, quæ inter ſcribendum aut narrandum loco nominis proprij apponi ſolitant abſque vllo veritatis præiudicio. Igitur id factum eſt à Samuele, ſiue quia illius propinqui nomen ignorauit (quod

affirmari impunè poteſt) ſiue quia illud nomen ſcire nihil intererat, ſiuè vt illius famæ conſuleret, ſiuè vt inobſeruantiam ſui nominis ignoratione mulctaret. Eruditè notant noſter Martinus del Rio Adag. 172. Serarius q. 2. Sanctius, Saà, Mariana, Cornelius, & Menochius hîc, ab Hebræo *Pheloni* deriuatum eſſe Hiſpanum *Fulano* perexiguâ litterarum variatione, & ſignificatione prorsùs eâdem. Indè Pagninus vertit, *Tu talis, & talis*, Vatablus, *Tu talis*, Arias Montanus ſubobſcurè, *Quidam ſingularis*. Quod Latini dicunt, *Quidam*, vel, *Neſcio quis*, & Græci adſimili loquendi formulâ [illegible]. Iuriſconſulti, *Caius*, *Titius*, *Sempronius*. Et nos ſæpè inter ſcribendum litteram N. loco nominis ſubſtituimus. Itaque Boozus cognati ſui nomen diſertè expreſſit, & illud ſacer Hiſtoricus omiſit, ſubſtituens nomen Hebræum *Pheloni*, Hiſpanè *Fulano*: id autem totum ſapientiſſimè vulgatus interpretatus eſt, & ſententiam rei veritati, & Latinis auribus adtemperauit: nam iſtiuſmodi voces ſubſtitui ſolent in narrationibus

Rio. Serarius. Sanctius. Saà. Mariana. Cornelius. Menochius. Pagninus. Vatablus. Montanus.

4. pro nomine proprio, quod aut ignoramus, aut quâcumque ex cauſſâ publicare vel exprimere nolumus. Et ſanè Hieronymus (vt obſeruarunt Serarius & Bonfrerius) in nuper præſcriptis verbis, ad Matthæi 26. v. 18. indicat eaſdem voces *Peloni* & *Almoni*, inibi Hebraicè ſcribi, pro quo Græcus interpres habet [illegible], Latinus, *ad quendam*. Hæc autem vocum ſubſtitutio non tantùm in Scripturis habet locum, cùm de hominis proprio nomine ſubticendo agitur, ſed etiam cùm ſermo eſt de loco, quem ſacer Scriptor noluit nominare, etſi ille cuius referuntur verba, locorum nomen diſertè expreſſerit.

Serarius. Bonfrer. Hebræus. Græcus.

Peloni *de hominibus & locis dicitur.*

Scribitur 1. Reg. 21. v. 3. *Nam & pueris condixi in illum & illum locum*, Hebraicè pro *illum & illum* habetur *Peloni* & *Almoni*. Quod nominatim militibus dixerat Dauid, noluit Pontifici renunciare, & locá ſic referendo texit. Et 4. Reg. 6. verſ. 8. *In loco illo & ponamus inſidias*. Vbi Scriptura voces illas nihil certum ſignificantes ſubſtituit; nec tamen dubium eſt regem Syriæ certa loca nomine, vel ſigno ſigillatim deſignaſſe. Danielis autem cap. 8. v. 13. vbi vulgatus: *Et dixit vnus Angelus alteri neſcio cui*, ibi eſt Hebraicè pro *neſcio cui*, per contractionem *Nephalmoni*. De hâc prouerbiali formâ, *Peloni & Almoni*, conſule noſtrum Martinum del Rio Adag 172. Sanctium ad Danielis cap. 8. v. 13. Serarium q. 2. & Villalpandum Ezech. 40. lib. 3. pag 186. & Bonfrerium hîc. Vnde conſtat Vulgatum fuiſſe aſſecutum ſacri textus mentem: & parùm idoneè Lxx. Interpretes tranſtuliſſe, *Declinans ſede hîc aſcondite*. Chaldæus Paraphraſtes, *Sede hîc, vir cuius humiles via eius*; vel, *cuius occulta via eius*. Quinquarboreus, *Vir, qui abſconditor eſt via ſua*. Alij, *deſertor via ſua*.

1. Reg. 21. Hebræus. 4. Reg. 6. Daniel. 8. Rio. Sanctius. Serarius. Villalpand. Bonfrer. Lxx. Interp. Chaldæus. Quinquar.

Verſ. 2. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hîc.

5. Intendebat Boozus ritè loqui ad cognatum ſuum ſuper negotio nuper cum Ruthâ pacto, & ideò hos viros vocat non quaſi iudices, ſed tanquam teſtes, quod infrà verſ. 9 expreſſit, aiens: *Teſtes vos eſtis hodie*. Vocat de maioribus natu & ſenioribus, quia maioris erat auctoritatis illorum teſtimonium, præſentia, ſuffragium. Sed quare decem aduocat teſtes? an quia res connubialis tractanda, ne clanculùm fieret, hunc teſtium numerum exigebat? An fortè ad legitimam iuris ſui ceſſionem, hic erat ſolennis teſtium numerus? An quilibet tunc contractus, qui non ſcripturâ authenticâ, ſed verborum tenùs peragebatur, tot requirebat teſtes? An potius tot aduocare teſtes maluit, & plures pauciorésue potuiſſet? Dein *ſedere* eos iubet. quia non tantùm Iudices in iudicio ſedebant, ſed & teſtes, ac litigatores: nam & ipſe Boozus hîc verſ. 1. non vt in propriâ cauſſâ eſſet iudex, ſed vt cum ſuo propinquo litigaret, *ſedet* ad vrbis portam.

Infrà v. 9.

Cur in cauſſâ cõnubiali decem teſtes Boozus aduocat?

Verſ. 3. Partem agri fratris noſtri Elimelech vendet Noemi.

Hebræorum more *frater* hîc dicitur quilibet 6.
cognatus aut propinquus, quod valdè frequens eſt in Bibliis. [Partem agri, &c.] Per hæc verba non putauerim intelligendam partem ſeu portionem alicuius agri, aut agrum aliquem Elimelechi; ſed omnes quotquot habebat agros, plures poſſidebat, quod Biblicâ phraſi *pars* ſignificat. Exiſtimat hîc Mariana, totum cuiuſque ciuis agrum, poſſeſſionem, ſeu prædium, *partem agri* dici, quoniam inter ciues agri diuidebantur per partes. Cæterùm cuiuſcumque poſſeſſio, ſiue anguſta, ſiue perampla foret, nominatim dicebatur *pars*, vel, *ſors*, vel, *funes* ſeu *funiculus*, vel *hereditas*, vel *calix*. Scilicet tota cuiuſque poſſeſſio dicitur *pars*, quia tota paterna poſſeſſio in partes diuiſa inter filios diſtribuebatur: exindè tota filij poſſeſſio, *pars* dicitur adſpectu ad paternam ſubſtantiam. Pſal. 15. v. 5. *Dominus pars hereditatis mea, & calicis mei*: & aliàs perſæpè. Lucæ 10. v. 42. *Maria optimam partem elegit*, optimam inquam hereditatem, quæ tota illius poſſeſſio eſt. Dicitur *ſors*, quia in partes diſtributa, cuique fratrum ſorte obueniebat. Ad Coloſſenſes 1. v. 12. *Dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum*. Dicitur *funis*, ſeu *funiculus*; ſiquidèm funibus ſeu funiculis menſurari ſolebant agri, qui ex hereditatis diuiſione obueniebant: & ideò dicebantur funiculi in præclaram partem cadere, quandò pars hereditatis optima filiis contingebat. Pſal. 15. v. 6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris, enim hereditas mea præclara eſt mihi*. Perindè enim eſt, *funes*, *pars*, *hereditas*. Denique *calicis* nomine hereditas deſignatur. Pſal. 15. v. 5. *Dominus pars hereditatis mea, & calicis mei, tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi*. & Pſal. 10. v. 7. *Ignis & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum*. Dicitur autem hereditas *calix* (vt ſcitè inibi notat Bellarminus) quia ſicut calix in menſâ, ſaltem in cœnâ paſchali diuidebatur inter conuiuas, iuxta illud Lucæ 22. v. 17. *Accipite, & diuidite inter vos*; ita hereditas diuiditur inter filios eiuſdem patris. Itaque *pars agri fratris noſtri Elimelech*, idem eſt, ac *ager*, *pars*, ſeu *hereditas* Elimelechi fratris, id eſt, cognati noſtri. Nec quemquam moueat, quod dicitur *pars agri*, non *pars*, aut *ager*, eſt enim modus loquendi Hebræis familiaris. Sic enim dicitur Pſal. illo 15. *Dominus pars hereditatis mea, & calicis meis*. id eſt, Dominus eſt *pars*, mea, *hereditas* mea, & *calix* meus. Et ad Coloſſ. 1.

Mariana.

Tota cuiuſque hereditas dicitur pars, ſors, funiculus, calix. quare?

Pſal. 15. v. 5. Lucæ 10. v. 42. Ad Coloſſ. 1. v. 12. Pſal. 15. v. 6. Pſal. 15. v. 5. Pſal. 10. v. 7. Bellarm. Lucæ 22. v. 17. Pſal. 15. v. 5. Ad Coloſ. 1. v. 12.

In

Pſal. 10. v. 7.

In partem ſortis Sanctorum. id eſt, in *partem*, ſeu *ſortem*, ſeu hereditatem Sanctorum. Et Pſal. 10. *Pars calicis eorum*, hoc eſt, *pars*, ſeu *calix*, ſeu hereditas eorum. Sanè hic Boozus non agri portionem, ſed omnem Elimelechi agrum proponebat venalem, quandoquidèm & Rutham offerebat accipiendam in vxorem à cognato propinquiori, vt ſemen marito defuncto ſuſcitaretur, quæ non agri partem, ſed totam ac integram mariti hereditatem deferebat, à ſuſcipiendâ prole poſſidendam. Exindè conſtat, quòd *pars agri*, non eſt, agri portio, ſed tota Elimelechi hereditas, quæ *pars* Biblicâ phraſi nominatur.

Bibl. Gotic. Abulenſis. Lyranus. Græcus. Bibl. regia. Dionyſius. Hugo. Mariana. Pagninus. Lxx. interp. Chaldæus. Hebræus.

7. Vendet Noëmi.] Biblia Gottica apud Marianam, Abulenſis dum ſacrum textum tranſcribit, Lyranus Græcus textus apud Vatablum, Biblia regia, & alij pro τὸ *vendet*, habent, *vendit*. Verùm in antiquis Bibliis (& ad marginem in quibuſdam recentionibus) eſt, *vendidit*. Ita Abulenſis quæſt. 5. & 7. Lyranus, Dionyſius Richel, Hugo Cardinalis, Mariana, Pagninus, Lxx. interpretes ἀπέδοτο in aoriſto medio *vendidit*, Chaldæus apud Marianam, & apud Serariũ alij, *vendidit*, *alienauit*. ita etiam Hebræus textus, quin & Chaldæus paraphraſtes: quaſi Noëmi olim vendiderit agri partem, quam nunc Boozus propinquiori cognato cognationis iure redimendam proponit. Ita Abulenſis quæſt. 7. & 17. Mariana hic, Lyranus, Dionyſius. Ceterùm perſpicuum eſt, Hebræa & Chaldæa iſtiuſmodi præterita *vendidit*, pro præſenti aut futuro, *vendit*, *vendet* perſæpè vſurpare. Dein hæc agri pars emenda proponitur verſ. 5. *de manu mulieris*, Noëmi inquam: quòd ſi iam agrum olim vendiderat Noëmi, demanu alterius poſſeſſoris, non de manu huius mulieris redimendus erat. Adhæc Boozus offerret nunc ſuo propinquo, quod ipſe abſque monitore facere poterat, vt habetur Leuitici 25. v. 25. *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius poteſt redimere quod ille vendiderat*, Imò caſſa erat & inutilis agri venditio, quæ propinquioribus defuncti ſuo ordine oblata non erat. Itaque aut præteritum *vendidit* ſumitur pro futuro *vendet* quod contextui videtur valdè congruere. Vel τὸ *vendidit* accipitur pro vendere decreuit, ſeu venum expoſuit. Nempè aliquandò in Scripturâ verba realia ſumuntur pro mentalibus. nempè *vendidit* pro vendere decreuit. Ieremiæ 1. v. 10. *Conſtitui te ſuper Gentes .... vt euellas & deſtruas*: id eſt, vt prædices euulſionem, & deſtructionem, &c. Ad Rom. 2. v. 4. *Ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* hoc eſt adducere decreuit, vel cognouit. Leuitici 13. v. 6. &c. *mundabit*, *& contaminabit*, ſignificat mundum vel contaminatum pronunciabit. Verùm Vulgati excriptio, & verior, & textui conformior, & ab interpretibus receptior.

Abulenſis. Mariana. Lyranus. Carthuſian. — Infrà verſ. 5. *Noëmi agrũ Elimelechi haſtenùs non vendiderat.* — Leuit. 25. — Ierem. 1. — ad Rom. 2. — Leuit. 13.

Lyranus. Abulenſ. — *Quare Noëmi, & nõ potius Rutha, inducatur venditrix agri Elimelechi.*

8. Petes quomodò Noëmi inducitur venditrix agri, cuius poſſeſſio ad illam non ſpectabat, ſed ad Rutham. Nam, vt contra Lyranum notat Abulenſis quæſt. 6. & 22. & 23. & 25. Viduis ſolita erat relinqui pars agrorum mariti vſque ad ſuam mortem; ſed iis duntaxat viduis, quæ improle marito relictæ erant, & maritorum vitâ functorum fratribus aut cognatis nubendo, poterant adhuc & volebant ad excitandum nomen illorum filios gignere, & eorum ſemen excitare: cuiuſmodi tunc erat Ruth iuuencula, non vetula Noëmi. Inducitur autem Noëmi, cuius prudentiæ totum negotium Rutha crediderat. Et in eo rerum articulo conſultiſſimè Boozus ſilet Ruthæ nomen, ne propinquus ille quicquam tunc ſubolfaceret de coniugio. Quod autem hæ mulieres haberent ius ad vendendum agrum mariti defuncti, diſertè traditur verſ. 5. in Hebræo, Græco, & Chaldæo textu, vbi propinquo denunciat Boozus: *In die quâ acquiſieris agrum de manu Nohemi, & à Ruth Moabitide.* Et quidèm niſi hæ mulieres haberent ius ad vendendum agrum, etiam citra connubium, inopiæ leuandæ cauſsâ, Boozus qui propinquo eiuſmodi venditionem propoſuit, à ſenioribus illis irrideretur tanquam iuris ignarus: nec cognatus ille meram venditionem acceptaret, extra coniugium. Sanè in confeſſo eſt, Rutham Mahalonis viduam, quæ illiberis relicta eſt, pro vitæ ſuſtentatione vti poſſeſſionibus defuncti mariti: ſeruat enim hereditatem proli futuræ, ſi fortè marito ſemen ſuſcitet ex aliquo propinquo. Quod ſi ſemen illi ſuſcitare aut non poſſit, aut nolit, pro vitæ ſuſtentatione agrorum vſumfructum accipit ad inopiam leuandam, quem vſumfructum vendere etiam poteſt. Hinc veroſimile eſt, Noëmi etiam ex hereditate filiorum iam morte functorum hereditate deberi aliquem vſumfructum ad vitæ etiam ſuſtentationẽ, quam ſperatus nepos ſicut futuræ naturali matri, ſic & legali auiæ præmaturè donet. Alioqui inidoneè verſ. 3. & 5. Noëmi induceretur agri venditrix coram populi ſenioribus. Quod, licet obſcurè tradere videtur Lyranus, Quod autem apud Ioſephum lib. 5. cap. 11. inducitur Boozus propinquo dicens: *Abimelechi (Elimelichi* inquam) *& filiorum eius ſortem poſſides*, intelligendum eſt, iure & proprietate ad illum pertinere; nam vſusfructus penes viduam improlem erat, hunc pro toto vitæ tempore vendere poterant. Quod ſi fortè alicui ex propinquis nuberent, filius filiáue ex eiuſmodi nuptiis nata accipiebat legalis patris hereditatem; ſi verò filios non haberet, ius hereditatis ad propinquiorem illum deuoluebatur. Petes, ecquis toto illo decennio peregrinationis in Moabitide agrum illum Elimelechi poſſederit? Putat Bonfrerius tempore ſterilitatis inaratum, incultum, ac neglectum fuiſſe. Forſan alicui elocatus erat, qui quotannis ex eius fructibus annuum cenſum exolueret. Ita Abulenſis, Lyranus, Feuardentius, Cornelius, & quæſt. 3. Serarius qui ibidem ex Abulenſi addit, conſultò Boozum dixiſſe de venditrice agri Noëmi, *Quæ reuerſa eſt de regione Moabitide*, vt eius poſt decennij peregrinationem, & inibi orbitatem monſtraretur inopia; & indè agri vendendi neceſſitas lege permiſſa.

Infrà v. 5. Hebræus. Græcus. Chaldæus. — Ioſephus. — Bonfrerius. — Abulenſ. Lyranus. Feuardent. Cornelius. Serarius.

Verſ. 4. Quod audire te volui, & tibi dicere, &c.

Bonfrerius. Serarius. — Lyranus. Serarius. Bonfrerius.

Huius verſiculi ſententiam Hebraicè ſubobſcuram, Vulgatus interpres egregiè clarauit. Hebræa ſcitè extricant Bonfrerius & Serarius. [Nullus enim eſt propinquus, excepto te, qui prior es; & me, qui ſecundus ſum.] Non putatur veroſimile in familiâ Phares nullos alios ſuperſtites præter Boozum, & eius cognatum. Benè igitur Lyra, Serarius, & Bonfrerius locum exponunt: *Nullus eſt propinquus*, 9.

quam, excepto te, qui prior es; & me, qui ſecundus ſum; nemo inquam eſt, qui nos in hâc re præcat; quia nullus eſt, cui id ius competat, niſi nobis vltrò iuri noſtro cedentibus.

Hebræus.

Quod Hebræa explicatiùs tradunt: *Non eſt præter te ad redimendum: & ego poſt te.* Ceterùm ad quem conſanguinitatis gradum ſe extendat huiuſmodi ius agrum redimendi, aliis deficientibus, planè non conſtat.

Conſanguinei remoti, ſi propinquior non adeſſet, habebant ius ad defuncti hereditatē.

Veroſimile tamen eſt porrigi ad omnes, qui ex eâdem familiâ cenſebantur, maioris propinquitatis ordine ſeruato: quod deducitur ex ratione legis, quâ intendebatur vt hereditates in familiis permanerēt. Vndè ad quemuis ſuperſtitem in eâ familiâ, quantumuis eſſet in gradu conſanguinitatis remotiſſimo, hoc ius deuoluebatur, ſi alius deerat magis propinquus, aut minùs remotus. Idem protractâ ratiocinatione non abſimili, de vidua propinqui improlis redimendâ, hoc eſt in vxorem ducendâ ad ſemen defuncto propinquo ſuſcitandum, veroſimile videtur.

Deuter. 25.

Porrò Deuteronomij 25. v. 5. &c. vxor defuncti illiberis tenetur nubere fratri mariti ſui, vt ſuſcitetur illi ſemen, & nomen in familiâ ſuâ. Quòd ſi frater fratriæ nuptias refutet, ſubiacet infamiſſimæ illi pœnæ diſcalceationis, ac conſputationis in facie. Per *fratrem* autem non intelligimus vterinum duntaxat, vt monuimus ſuprà; ſed ex eodem parente fratrem, qui fratris nomen ac hereditatem in familiâ vendicet.

Strictè, non laxè frater obligatur Deuteronomij lege.

Neque nomine *fratris* intelligitur laxè *frater*, id eſt, propinquus in proximo conſanguinitatis gradu, aut etiam in remotiori; ſed intelligitur propriè & ſtrictè *frater*, de eodem patre legitimè ac naturaliter ſuſceptus. Porrò huius præcepti violator ſubiacet pœnæ diſcalceationis & conſputationis, cui etiam coram iudicibus non ſubiacuit hic Elimelichi ac Boozi propinquus, Ruthæ viduæ refutans connubium, hîc verſ. 6. ergò neque illâ Deuteronomij lege tenebatur, alioqui pœnæ impoſitæ violatoribus legis illius ſubiaceret. quâ de re agemus infrà n. 11.

Infrà verſ. 6.

& 12. & 13. Itaque propinquiori conſanguineo competebat ius ad hereditatem, quam capiebat poſt viduæ mortem, aut ſi fortè illa vidua alteri familiæ alterius nupſiſſet. Ad illum autem ſpectabat hoc ius ad hereditatem defuncti interim redimendam, ſi venalis proponeretur, niſi ipſe emptioni vltrà cederet. Si verò oblatas huiuſmodi viduæ nuptias recuſaret, ſimul adeundæ aut redimendæ hereditatis ius ſuum cedebat in alium poſt ſe propinquiorem, qui viduam illam ducere vellet, & ſemen defuncto propinquo ſuſcitare. Itaque quiuis propinquus, qui germanus *frater* non eſſet, non ſubiacebat probroſæ diſcalceationis pœnæ, ſiquidèm legem illam propinquos non obligantem, minimè violabat. Verùm quia ſuper hoc Boozi ac Propinqui facto, ac iure, multa mouent Interpretes, præſertim

Abulenſ.

Abulenſis, ea pauculis aſſertionibus & præſtrictim examinare ac digerere, & explicatiùs tradere oportet

10. Etſi *fratris* nomen in ſacris Bibliis laxè accipi

Deuter. 25.

ſolet, pro cognato, eâ tamen lege Deuteronomij 25. verſ. 5. &c. de *fratre* propriè & ſtrictè accipi debet. Quare germanus *frater* eodem patre progenitus eâ lege tantùm obſtringitur, & legis pœnam violatione ſubit. Id conſtat ex dictis num. præcedenti.

Abulenſis. Caietanus.

Ita Abulenſis hîc quæſt. 71. & 72. & in Deuteronomij cap. 25. Caietanus,

Lorinus. Cornelius. Salianus. Sanctius. Bonfrerius. Serarius.

Lorinus & Cornelius inibi, alij paſſim Interpretes, & Salianus ann. m. 2810. num. 51. Vndè inidoneè opinor, Sanctius in Ruthæ cap. 3. n. 18. cenſet (Sanctio videntur ferè adſentire Bonfrer. hîc, Serarius quæſt. 7. n. 5. & alij n. 24. referenti)

Deuteronomij legem propinquos etiam obligare, ſentit aliquis.

fratris nomine intelligi non tātùm *fratrem* propriè acceptum, ſed etiā laxè & impropriè, nempe cognatos ordine ſuo: quoniam *fratris* nomen cognatos etiā ſignificat; & quia cognatos etiam hâc Deuteronomij lege obligari, conſtat ex conſuetudine, qui eſt optimus legum interpres: iſtiuſmodi autem conſuetudo ex hâc hiſtoriâ conſtat. Hæc Sanctius.

Primum aſſertum: hæc Sanctij opinio, & loci interpretatio admittenda non eſt. Porrò ver- 11.

Deuter. 25.

ba illa Deuteron. 25. v. 5. *Vxor defuncti non nubet alteri; ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabis ſemen fratris ſui*, ſic ad verbum Caietanus

Caietanus.

vertit: *Leuir accipiet eam ſibi in vxorem, & leuirabit eam.* Ergò leuiri duntaxat, non alterius cognati officium erat, fratriam ducere, & ex eâ fratri defuncto ſemen ſuſcitare.

Mariana.

Et Mariana ad verbum etiam ex Hebræo: *Leuir eius ingredietur ad eam, & accipiet eam ſibi in vxorem, & maritabis eam.*

Deuteronomij lex, strictè fratres duntaxat obligabat.

Ecce tibi lex non agit de cognato, qui laxè *frater* appellatur, ſed propriè de *fratre*, qui *leuir* nuncupatur adſpectu ad fratriam, quam maritare debet. Propinquus autem non appellatur *leuir*: nec vidua defuncti propinqui poteſt fratria nominari. Dein hæc lex valdè odioſa, & ardua obſeruatu eſt, & probroſiſſimum ſupplicium violatoribus indicit: ergò reſtringenda eſt ad propriè *fratres*, qui defunctos fratres amare, & eorum familiam ab interitu vindicare magis tenentur non ad cognatos amplianda. Præthereà huius legis violator, qui nolebat ducere *fratris* defuncti vxorem, ſubibat pœnam illam probroſæ diſcalceationis & in facie conſputationis; hanc autem pœnam non ſubiuit hic propinquus, Ruthæ connubium impunè refutans: ergò præfatam Deuteronomij legem minimè violauit: nam legis violationi annexa erat huiuſmodi pœna.

Sanctius.

Quare neſcio vndè probet Sanctius, ex conſuetudine, (qui eſt optimus legum interpres) cōſtare hanc Deuteronomij legem, laxè *fratres*, id eſt cognatos obligare: hic enim propinquus cedens iuri ſuo capiendæ hereditatis, Ruthæ nuptias impunè reiecit infrà verſ. 6.

Infrà v. 6.

Secundum aſſertum ſit contra Bonfrerium, 12.

Bonfrer.

qui hîc, & ad illum Deuteronomij locum cenſet, *fratrum* nomine non tantùm propriè *fratres* intelligi, ſed etiā cognatos, etſi non omnes, ſed propinquiores.

Fratrum nomine hîc non intelliguntur, propinquiores ſanguine.

Sed vellem, vt nobis Bonfrerius edicat, ad quem conſanguinitatis gradum præſcripta lex amplianda ſit, quod, opinor, niſi ex proprio cerebro non taxabit: neque enim in Scripturâ ſacrâ id reperitur, neque extat vndè colligi poſſit. Sanè hîc verſ. 3. Boozus Elimelechum appellat *fratrem* ſuum, & Propinqui illius, & tamen Propinquus ille impunè refutauit nuptias: ergò aut in prædictâ lege, *fratris* nomine intelligendi ſunt propriè *fratres* eodem patre geniti, aut cognati etiam omnes, qui laxiori vocabulo *fratres* nominantur: non hi omnes vt ipſe Bonfrerius concedit; ergò propriè *fratres*

Hîc verſ. 3.

duntaxat, vt num. præcedenti contra Sanctium adſtruebamus: ibi enim dicta contra Bonfrerium etiam militant.

Tertium

Digitized by Google

13\. *Serarius.* Tertium aſſertum ſit aduerſus Serarium hîc quæſt. 7. num. 5. qui putat propriè *fratres* ſubire hanc legis pœnam ſi fratriæ nuptias refutent; cognatos autem aut nullam ſubire pœnam, aut certè minorem eâ, quam fulminat Deuteronomij lex. Profectò ſi nullam pœnam ſubit, qui fratriæ refutat connubium, manifeſtè colligitur legem illam non violaſſe: violatori enim probroſæ diſcalceationis ac conſputationis pœna imponitur: ergò legis violator non cenſetur, qui minimè ſubiacet pœnæ, legis violatoribus impoſitæ, Minori autem pœnâ propinquos multari, è proprio etiam cerebro adſtruit: cùm hæc minor pœna nullibi ſtatuta, exercita nullibi inueniatur. Porrò in illo Deuteronomij loco probroſiſſima illa pœna ſtatuitur, in hoc cap. 4. tantùm fit mentio diſcalceationis non illius pœnaliſſimæ, ſed vulgaris & ordinariæ, quæ in contractibus ad ceſſionis teſtimonium apud Hebræos adhiberi ſolebat. Quâ de re agemus infrà ad verſ. 7. Plura qui volet de hâc fratrum obligatione, ſeminis defuncto fratri ſuſcitandi conſulat hîc Abulenſem, & expoſitores Deuter. cap. 25. & Matthæi. 22.

Qui nolit propinquo excitare ſemen, nulli pœna ſubiacet.

Hîc verſ. 7. Abulenſis Deuteron. 25. Matth. 22.

14\. Quartum aſſertum ſit, ſanguine propinquiorem habere ius ad defuncti propinqui hereditatem, cùm agri ac poſſeſſiones ſemper in tribubus & familiis permanere deberent. Vndè apud Ioſephum inducitur Boozus ſic Propinquum illum alloquens: Abimelechi, *Elimelechi* inquam, *& filiorum eius ſortem poſſides*, id eſt, ius habes ad poſſidendum. Nam tametſi pauper inopiâ coactus, & ſimiliter vidua vſumfructum agri vendere poſſit, tamen propinquior habebat ius oblato æquali pretio illum redimendi. Quod ſi nollet viduam ducere, nec ſemen defuncto propinquo ſuſcitare, cadebat iure ſuo, & alter propinquus ducens viduam illam adibat defuncti poſſeſſionem quam viduæ primogenitus, aut filia, ſi deeſſent filij, poſſeſſuri erant. Hæc doctrina manifeſtè traditur in hoc cap. 4 eámque magno conſenſu expoſitores recipiunt.

Ioſephus.

Propinquiſſimus habebat ius ad defuncti hereditatem redimendã.

15\. Quintum aſſertum, quod ex ſuprà dictis manifeſtè colligitur, ſit: propinqui defuncti vidua non tenebatur propinquiorem rogare, vt illam duceret: nec propinquior etiam rogatus illã ducere tenebatur: illa enim Deuter. lex fratriam & leuirum tantùm obligabat. Quare Boozus cap. 3. v. 10. pietatem Ruthæ laudauit, quia ſcilicet ſenis viri nuptias, ad quas non obligabatur, expetiuit, vt marito defuncto ſemen ſuſcitaret. Et hîc v. 6. ille Boozo propinquior, Ruthæ connubium impunè refutauit. Itaque quilibet propinquus excepto *fratre*, nec lege, nec ſub legis, pœnâ ad eiuſmodi nuptias tenebatur: tenebatur autem ex aliquâ charitate ac pietate erga ſuam familiam, ne cognati ſine ſobole decedentis nomen deleretur, minueretúrque eius familia. Studere autem ſuæ familiæ propagationi pium, honeſtum, ac laudabile cenſebatur, & conſuetudine ſancitum, non lege vllâ imperatum. Id autem negligere nec pium, nec honeſtum habebatur. Quare plerique interpretes putant, huius Propinqui nomen hâc de cauſsâ à ſacro ſcriptore dignè reticeri.

Hîc c. 3. v. 10.

Vidua non tenebatur propinquum rogare: nec propinquus tenebatur illã ducere.

16\. *Abulenſ. Serarius. Geneſ. 38.* Benè notant Abulenſis quæſt. 31. & Serarius quæſt. 7. iſtiuſmodi legem ſeu conſuetudinem de ſuſcitando defunctis fratribus ſemine, fuiſſe quidèm iam olim in Chananæorum & Iſraëlitarum moribus, vt conſtat ex Iudâ & Thamare, Geneſeos 38. poſteà tamen apud ſolos Hebræos viguiſſe, cùm neque apud Aſſyrios, Perſas, Græcos, aut Romanos, aliáſve nationes vlla illius inueniatur vllibi mentio.

Lex de ſuſcitando fratribus ſemine, apud Palæſtinos olim vigebat.

At ille reſpondit: Ego agrum emam.] Cùm hic homo eſſet totius familiæ propinquiſſimus, indè ius habebat ad Elimelechi ac filiorum hereditatem, & ad æquali pretio redimendum agrum, cuius vſusfructus vidua egeſtate oppreſſa vendere poterat pro toto vitæ ſuæ tempore. Huiuſmodi autem agri emptio aut redemptio valdè vtilis & expetenda erat propinquiori cognato, qui poſt viduæ mortem poſſeſſurus erat iure ſuo agrum illum, ne ſi ab alio temporalis vſusfructus illius emeretur, aut ager malignè cultus horreret, aut aliundè deterior euaderet. Ergò meræ agrorum emptioni adnuit hic Propinquus ſui commodi merè ſtudioſus. Verùm cùm infra verſ. 6. audit non merè agrum redimendum proponi, ſed etiam viduam cognati defuncti vxorem ab ipſo ducendam, vt propinquo ſemen excitet; quò hoc onus excutiat, emptionis iuri vltrò cedit, refutans hereditatem, quæ cum noui coniugij onere venit. 17.

Agrum emere tam modum erat Propinquo, viduam ducere one[...]ſum.

Verſ. 5. Cui dixit Booz. Quandò emeris agrum de manu mulieris, &c

In Hebræo ac Græco codice huius agri venditrix non dicitur generaliter *mulier*, ſed diſertè habetur Noëmi, & additur Rutha: *In die*, inquit, *quo emeris agrum illum è manu Noëmi, & è manu Ruth Moabitidis.* Verùm quo pacto ad haſce mulieres pertineat maritorum hereditas, quæ ad propinquos in ſingulis familiis pertinebat, diximus ſuprà num. 8. [Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomen propinqui tui in hereditate ſuâ.] Quam ſi ducere nolueris, nec defuncto cognato ſemen & nomen ſuſcitare, cadis iure redemptionis, & poſſeſſionis bonorum defuncti. Rationem reddit Salianus: nam is qui vult ſuſcitare ſemen defuncto, licèt poſterior cognatione, debet præferri alteri propinquiori, qui vult tantùm redimere bona: nam ille hæc bona conſeruat in familiâ, illi qui naſcetur; iſte autem bonorum duntaxat redemptor diſſipat à familiâ, quam perire patitur. [Vt ſuſcites nomen propinqui.] Id eſt, vt ſemen ſuſcites, vel filium, qui filius Mahalonis nominetur, eiúſque hereditatem legalis filij nomine ſeu titulo poſſideat; non quòd ipſo legalis patris nomine, hoc eſt, Mahalon nominandus ſit. Itaq; perindè cēſetur, ſemen defuncto fratri aut cognato ſuſcitare, & ſuſcitare illi nomen: nã dum filius & heres defuncto ſuſcitabatur, ſimul ſuſcitabatur & nomen, ſiquidèm is dicebatur filius & heres defuncti, nempè Obed Mahalonis: & indè Mahalonis nomen legali æſtimatione in legali filio ab interitu vindicabatur. Obuia hæc ſunt, & à nemine non notata paſſim in Bibliis. 18.

Hebræus. Græcus.

Salianus ſæpè allegatus

Quid ſit ſuſcitare fratri, aut propinquo ſemen.

Verſ. 6. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo.

Volupe fuit huic Propinquo Elimelechi ac filiorum hereditatem redimere; ſecùs verò Rutham accipere in vxorem: quare ius ſuum capiendæ 19.

piendæ hereditatis, cum iſtiuſmodi connubij onere, vltrò cedit Boozio. Cauſſam reddit, Ne poſteritatem familiæ ſuæ his nuptiis deleat. Iacobus Salianus ann. m. 2810. n. 46. ex Abulenſi hîc quæſt. 66. tanquam multipliciter iniuſtam ac ineptam hanc repulſæ cauſſam arguit. Verùm cùm ipſe Salianus nuper nobiſcum cenſuerit legem illam Deuteronomij 25. v. 5. *fratres* duntaxat, non propinquos obligare, fruſtrà hic Propinquus iniuſtitiæ damnatur. Nimirùm non valdè pius erga ſuam familiam extitit, cum ſuo incõmodo noluit mercari propinqui ſeminis redemptionem; impius autem & iniuſtus non fuit, omittens id, ad quod faciendum nullâ lege ſtrictè obligabatur: præſertim cùm videret Boozum in eodem iure ſuccedentem, ad huiuſmodi nuptias, & excitationem cognati ſeminis procliuem. Vndè putauerim iſtiuſmodi connubij refutatione nec leuiter deliquiſſe, etſi Bonfrerius obnixè ex aduerſo ſtet.

Salianus. Abulenſis.

Deuter. 25. *Malè iniuſtitiæ damnatur Boozi propinquus.*

Bonfrer.

20\. Maior difficultas eſt in reddendâ ratione, cur ſi Rutham ducat, dixerit ſe familiam ſuam delere; quam potiùs hoc Ruthæ iuuenculæ connubio propagaret. Sanè non ferrem grauatè ſiquis huius Propinqui parùm pij rationem tanquam inidoneam tueri negligeret. Illam tamen ſic tuentur Salianus ac Bonfrerius, quaſi hoc reſponſo innuatur illum hactenùs liberis caruiſſe: ſi enim iam habebat liberos, nullam haberet probitatem iſta excuſatio. Itaque hic Propinquus tunc improles, timebat ne dando operam gignendis liberis nomine defuncti, non poſſet ipſe ſibi gignere filios: ſicque (vt aiunt) propriis agris ſitientibus, alienos ipſe rigaret. Præcauebat enim ne eius primogenitus, Mahalonis potiùs filius legali æſtimatione cenſeretur; & eo vitâ functo alius filius illi ſufficiendus eſſet; & ſic forſan eius familia filiabus cenſeretur. Quare ſi Rutham duceret, ſuæ poſteritati ac hereditati minùs cautum fore verebatur. Sic non vacat energiâ hæc ratio, quam Vulgatus effert. Dein Abulenſis quæſt. 64. putat, quòd tametſi aliquos liberos hactenùs ſuſcepiſſet, deleretur aliquo modò eius poſteritas, quatenùs non ſibi, ſed fratri gigneret: nam ſaltem filiorũ ſuorum aliquis eſſet, quaſi vel nunquam natus, vel mortuus fuiſſet: atque adeò ex parte eius poſteritas deleretur.

Salianus. Bonfrer. *Quomodo hic Propinquus ſi Rutham ducat, delebit ſuam familiam.*

Abulenſis.

21\. Ceterùm Hebræus textus, & LXX. Interpretes aliam rationem reddunt, dum ſic locum excribunt: *Non potero vindicare mihi* (Rutham inquam,) *ne fortè corrumpam hereditatem meam.* Chaldæus paraphraſtes habet etiam, *corrumpam hereditatem meam.* Nempè ſi improles tunc erat, corrumpit hereditatem ſuam, cùm illam periculo exponit, vt deueniat ad filiũ, qui alterius nomen potiùs accipiat, & non tam naturalem patrem, quàm legalẽ repræſentet. Vel ſi liberos habebat ille Propinquus, timet, ne ſi poſt primogenitum alios ex Ruthâ genuerit, cùm ipſius ſint filij, ipſiq; adſcribantur, ipſiúſque hereditatem adirent ſimul cum filiis, quos ex aliâ, aliiſue vxoribus genuerat, illi dudùm procreati, pauperes relinquerentur: ſiquidèm minùs paternæ hereditatis in plures partes diuiſæ, ſinguli adirent. Demùm Chaldæus paraphraſtes aliò rationẽ flectit: *Non poſſum*, inquit, *mihi vindicare ob cauſſam ſeu colorem hunc: quia vxor mihi eſt, ad quam aſſumere aliam mihi non facultas: ne fortè oriatur in domo meâ iurgium, & corrumpam hereditatem meam. Vindica tu tibi poſſeſſionem meam, quia tibi vxor nulla, & ego non potero mihi vindicare.* Ita Paraphraſtes conſentiens traditioni Rabbinorum, qui aiunt ſub aduentum Noëmi in Bethlehem, Boozi vxorem fuiſſe defunctam. Id autem Serarius & Salianus inaniſſimis Rabbinorum fabellis meritò adnumerant: quippe quod non tam facile probare, quàm dicere poſſunt. An autem tunc Boozus vxorem, aut liberos habuerit, planè non conſtat, cùm eâ de re altè ſileat Scriptura, neque ex eâ, aut probato ſcriptore aſſerendi aut negandi indicium ſuppetat vllum.

Hebræus. LXX. interp.

Chaldæus.

Si Rutham ducat, timet ſuam corrumpere hereditatem. quare?

Ratio Chaldæi examinatur.

Serarius. Salianus.

Verſ. 7. Hic autem erat mos antiquitùs in Iſraël inter propinquos, vt ſi quandò alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo, &c.

22\. Cùm dicitur, *Hic erat mos antiquitùs in Iſraël,* innui videtur ætate Samuëlis, qui hanc Ruthæ hiſtoriam deſcripſit, hunc antiquum morem in vſu iam non fuiſſe. Aſt voces, quæ apud Hebræos excluſiuæ videntur, excluſionis energiam ſemper non habent, ſicut vocula *donec*, & ſimilia, vt paſſim notant Interpretes. Et ſanè præſcripta verba ſic excribit Pagninus: *Hoc autem erat antè in Iſraël ſuper propinquitate, & ſuper permutatione ad confirmandum omnem rem: ſoluebat vir calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo, & hoc erat teſtimonium in Iſraël.* Similiter Vatablus in notis: *Hoc autem erat antè in Iſraël.* Adſentit Mariana: *Et hoc antè in Iſraël ſuper redemptione, & ſuper permutatione, ad ſtabiliendum omne verbum.* Serarius ferè ad verbum ex Hebræo: *Et hoc olim erat in Iſraël in vindiciis, ſeu redemptione, ac permutatione ad firmandum omne verbum,* &c. LXX. interpretes pro *antiquitùs* habent, *anteà.* & in Bibliis regiis, *priùs.* Chaldæus paraphraſtes: *Et in hâc conſuetudine in Iſraël, in tempore quo ponderantes, aut ferentes, aut redimentes, aut permutantes vnus cum ſocio ſuo, excalceauit vir vaginam ſuam,* &c. Quæ excriptiones non cogunt aſſerere hunc morem tunc vſurpari deſiiſſe. Tametſi cùm ſuper hâc re nihil diuinâ lege cautum ſit, ſed tantùm auitâ conſuetudine receptum, hæc conſueta contractuum auctoritas facile potuit aliâ ſuperinductâ conſuetudine abrogari. Deſiit autem iam apud Iudæos hæc excalceatio ad firmandos contractus, & pro eâ *lintei ſymbolum* vſurpare cœperunt. ita vt quæ ab Hebræis dicitur *emptio ſudar* ſeu ſudarij, dici poſſit *emptio linteata*, vt ex Eliâ Germano in Thisbi tradit hîc Serarius quæſt. 9. num. 6. Apud nos hæc ceſſio, clauium traditione fieri ſolitat: clauium enim traditio eſt facultas rei obſerandæ aut reſerandæ ad nutum.

Excalceatio olim apud Hebræos firmabat omnem contractum.

Pagninus.

Vatablus. Mariana.

Serarius.

LXX. interp. Bibl. regia

Chaldæus.

Quid ſit emptio linteata apud Hebræos.

Elias Germ. Serarius.

23\. Scitè notat Sanctius hîc num. 11. quod breuiculè notauerant Lorinus in Deuter. 25. verſ. 9. & Bonfrerius hîc, peridoneè pedis diſcalceatione innui ceſſionem iuris ſui ad hereditatem, ſeu rem quamlibet capiendam. Porrò ille tunc hereditatis cuiúſque generis adiiſſe poſſeſſionem, & illius acquiſiiſſe dominium cenſebatur,

Sanctius. Lorinus. Bonfrer.

qui

Digitized by Google

qui hereditatem calcaſſet pedibus; aut, quod perindè eſt, pedem in hereditate poſuiſſet. Vndè apud Latinos pedem in fundo ponere, idem eſt ac fundum adire. Quare Iuriſcõſulti dicunt poſſeſſionem, quaſi pedum ſeſſionem. Ergò perquam commodè fit, vt is qui ius poſſidendi cedit alteri, calceum, qui pro pede congruè ſupponitur, ſibi detrahat, ac ſi pedem ſuum ad rem poſſidendam illi vltrò tradat: Non putauerim hanc firmandorum contractuum excalceationem adhiberi ſolitam niſi in magni pretij ceſſione ſeu commutatione: nam ſiquis in foro aliquid ad illius diei victum emeret, ſolenni hâc diſcalceationis cæremoniâ vti, veroſimile non eſt.

Cur calcei traditione innuatur iuris ſui ceſſio.

24. *Ioſephus. Rio.*

Flauius Ioſephus lib. 5. Antiq. cap. 11. quem immeritò ſequitur, & obnixiùs tuetur noſter Martinus del Rio tom. 1. Adag. 173. non rectè confundit hanc excalceationem cum illâ quæ habetur Deuteronomij 25. verſ. 9. & 10. nempè ſi leuir fratriam viduam & illiberem, coram iudicibus recuſauerit in vxorem ducere, vt fratri defuncto ſemen excitet: *Accedet* (ait ſacer Scriptor) *mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius, ſpuétque in faciem illius, & dicet: Sic fiat homini, qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſrael, Domus diſcalceati.* Ioſephus autem ſic de Propinqui Ruthæ nuptias recuſantis diſcalceatione ſcribit: *Id Boozus apud ſenatum conteſtatus iuſſit mulierem accedere ad illum, & iuxta legem calceum ei detractum in faciem incutere.* Lyranus, Dionyſius Richel hîc, & Hugo Cardinalis in cap. 25. Deuteronomij, ferè ſecutus Comeſtorem, in eo Ioſepho conſentiunt, quod putent, hunc Boozi & Elimelechi Propinquum obligari ad Ruthæ nuptias ex lege illâ Deuteronomij 25. verſ. 5. & ad legis violatæ pœnam. Diſſentiunt tamen quia cenſent, quòd ſi vidua non per ſe ipſam, ſed per propinquum aliquem, Leuiri, aut propinquioris cognati nuptias petat, nuptias refutantem non obligari legis pœnâ, nempè probroſâ diſcalceatione, & in faciem conſputatione: & ideò hunc Propinquum Ruthæ nuptias reiicientem, præſcriptam in Deuteronomio pœnam non ſubiiſſe. Hæc verò opinatio ex dictis, & dicendis confutatur.

Deuter. 25.
Qui putent hunc Propinquum ſubiiſſe pœnam legis Deuteronomij.
Lyranus. Dionyſius. Hugo Card. Comeſtor.

25. *Exho 3. v. 5.*

Profectò præter diſcalceationem, quæ exhibetur religionis, & diuini cultûs cauſsâ Exhodi 3. verſ. 5. à Moyſe ad rubum accedente, & à Ioſue eam Angelo expetente, Ioſue 5. verſ. 16. duplex eſt diſcalceatio: altera merè ciuilis ad firmandos contractus præſertim ceſſionis, qualis in hoc cap. 4. verſ. 7. proponitur. Altera pœnalis & contumelioſa, quam lex diuina fulminat Deuteronomij 25. verſ. 9. aduerſus eum, qui germani *fratris* improlis viduam recuſat in vxorem accipere. Ita Abulenſis hîc quæſt. 72. Serarius quæſt. 9. Salianus ann. m. 2810. n. 51. Mariana, Bonfrerius, Cornelius, Tirinus, & indicat Gordonus hîc. Et Sanctius num. 13. ſub finem, forſan parùm ſibi conſentiens; quippè qui nuper docuerat, legem illam Deuteronomij 25. ſimul obligare germanos *fratres*, ac ſanguine propinquiores: quo igitur pacto eximit hunc Boozo propinquiorem ab illâ excalceatione pœnaliſſimâ & probroſiſſimâ, & ciuilem tantùm diſcalceationem hic agnoſcit, quæ aliundè non conſtat niſi ex hoc loco? Nec, opinor, valdè ſibi cohæret Lorinus in Deuteronomij 25. qui cùm in commentario verſ. 5. doceat hanc pœnaliſſimam Deuteronomij legem, germanos *fratres* duntaxat obligare; ad verſ. 9. agnoſcit duas haſce excalceationes, & addit cum Ioſepho & Martino del Rio, hunc Boozi Propinquum nunc ſubiiſſe probroſiſſimam illam pœnam in Deuteronomio fulminatam. Porrò ſi hæc huius Propinqui excalceatio hîc verſ. 7. eſt illa pœnaliſſima Deuteronomij, vndè adſtruitur alia ciuilis diſcalceatio in contractibus exhibenda?

Ioſue 5. v. 16.
Hic verſ. 7.
Deut. 25. v. 9
Abulenſ. Serarius. Salianus. Mariana. Bonfrerius. Cornelius. Tirinus. Gordonus. Sanctius.
Diſcalceatio duplex, altera pœnalis, altera merè ciuilis.
Lorinus. Ioſephus. Rio.

26. *Deuter. 25.*

Sanè illa excalceatio pœnalis ac contumelioſa, quæ habetur Deuteronomij 25. verſ. 9. multipliciter differt à diſcalceatione ciuili & contractuum firmatoriâ, quæ deſcribitur in hoc Ruthæ cap. 4. verſ. 7. Diſcrimina tradit Abulenſis q. 72. & ex eo Serarius, Salianus, Bonfrerius, & Lorinus ſuprà allegati. 1. Illa diſcalceatio fiebat in pœnam fratris nolentis ex fratriâ germano fratri defuncto ſemen ſuſcitare: hæc in omnibus contractibus ſolennis erat, vt ex reliquis etiam tranſlationibus ſuprà num. 22. tradidimus. 2. In illâ mulier ipſa ſoluebat calceum viri fraternam poſteritatis excitationem recuſantis; in hâc adhibitâ ad contractuum confirmationem, vir ipſe ſeipſum calceo exuebat. 3. Illa diſcalceationis pœna in opprobrium & contumeliam fiebat; non iſta. 4. Illa ex legis præſcripto; hæc ex conſuetudine fiebat. 5. Illâ inter ſolos defuncti alicuius germanos *fratres* locum habuit; iſta inter cognatos, & etiam inter omnes, qui contractum firmare vellent. 6. In illâ detractus calceus nulli dabatur; in hâc dabatur alteri contrahentium. 7. Ante illam nulla præibat petitio, vt quis calceum exueret, ſed inuito etiam detrahebatur calceus; ſecùs in hâc diſcalceatione. 8. In illâ detrahebatur calceus coram iudicibus; in hâc coram idoneis quibuſque teſtibus. 9. Illi calcei detractioni iungebatur conſputatio in facie; huic alteri nulla. 10. In illâ ſubiungebatur refutatæ mulieris acclamatio, Sic fiet viro, qui non vult ædificare domum fratris ſui; in hâc verò clamor nullus. 11. In illâ excalceatione perpetua inurebatur contumelia, vt eius domus exinceps vocaretur domus diſcalceati; nullum verò poſteriori erat dedecus, contumelia nulla. 12. Illa excalceatio fiebat duntaxat cùm frater nollet defuncto fratri ſemen ſuſcitare; hæc verò cùm quiuis cuilibet ius aliquod ſuum cederet. Multiplex hoc vtriuſque diſcalceationis diſcrimen perſpicuè conſtabit legenti caput illud 25. Deuteronomij à verſ. 5. & Ruthæ hoc cap. 4. à verſ. 7.

Hic verſ. 7. Abulenſis. Serarius. Salianus. Bonfrerius. Lorinus.
Vtriuſque diſcalceationis multiplex diſcrimen.

27. *Rio. Ioſephus. Deuter. 25.*

Verùm noſter Martinus del Rio tom. 1. Adagio illo 173. ſub finem, adhuc cum Ioſepho contendit, hunc Boozi Propinquum in hoc cap. 4. verſ. 7. & 8. ſubiiſſe pœnam violatæ legis Deuteronomij 25. verſ. 5. &c. Sed ſi vtriúſque capitis verba explorentur, liquidò conſtabunt hæc duodecim diſcrimina, quæ ex Commentatoribus nuper conſtituimus. Dein ſi hic Boozi Propinquus in hoc c. 4. verſ. 7. ſubit pœnam legis Deuter. 25. verſ. 9. vndè nam aſtruere poteſt pœnam ciuilis diſcalceationis, quæ ad contractuum firmitatem duntaxat, non in violatæ legis diuinæ pœnam adhibetur? Hanc autem ciuilem Iudæorum cæremoniam ipſe fatetur, nec aliundè quàm ex

Ex hoc loco duntaxat, ciuilis diſcalceatio adſtruitur.

Digitized by Google

ex hoc Ruthæ loco adſtruere eualet. Aut coràm
producat ex quo loco hanc ciuilem firmandorum
contractuum cerimoniam hauſerit.
28. Arguit autem Rio pro ſuâ & Ioſephi opina-
Rio. tione, vt adſtruat legem illam Deuteronomij
Ioſephus. cognatos æquè ac germanos *fratres* obſtringere;
& eiuſmodi legis violatæ pœnam ſubiiſſe hunc
Boozi cognatum, Ruthæ nuptias refutantem
hîc verſ.6 7. & 8. Non videtur, inquit, diſtin-
guendum inter germanos defuncti fratres, &
Satisfit argumentis Martini del Rio. alios cognatos: quia de aliis cognatis ſeorſim
non habetur lex Moſaica; & tamen ex lege Mo-
ſaicâ hic cognatus à Boozo vrgebatur hic: ergò
vel producenda eſt lex Moyſis de cognatis tan-
tùm, vel fatendum eſt Hebræo more *fratrum*
nomine cognatos etiam intelligi. Verùm enim-
verò ſi *fratrum* nomine cognati etiam intelli-
guntur, quomodò nunc hic Boozi propinquus
non ſubit violatæ legis Moſaicæ deſcriptam
probroſè pœnam? Itaque fatemur ingenuè nul-
lâ Moyſis lege cogi propinquos ad huiuſmodi
Leuit. 27. viduæ nuptias, quas impunè hic Boozi Propin-
quus refutauit: aſt cùm improlis defuncti here-
ditas ad ſanguine propinquiores ſpectet Moſai-
câ lege, quæ habetur Leuitici 27. à verſ. 4. vſque
ad 11. vt hereditas in familiis permaneat, nec
Ex quâ lege conuenitur hic Boozi propinquus. ad alias tranſeat tribus aut familias, hinc pru-
denter antiquâ conſuetudine apud Hebræos ſan-
citum erat, vt qui propinquitatis iure aditurus,
aut redempturus erat hereditatem propinqui de-
functi illiberis, illam non adiret, niſi requiſi-
tus à relictâ defuncti propinqui viduâ, illam du-
ceret ad ſemen ac nomen defuncto propinquo
excitandum in familiâ ac hereditate ſuâ, quò
meliùs fini legis conſulebatur. Itaque iniuſtum
erat propinquiori viduam illam ducere; at ſi re-
Hic v.5.&c. quiſitus à viduâ, hæreditatem adire volebat,
illam ſimul ducere tenebatur; aut alteri propin-
quo ius ſuum arctioris propinquitatis cedere.
Quod planè conſtat ex hoc cap. 4. verſ. 5. & 6.
& 7. & 8. Boozus enim Elimelechi ac filiorum re-
dimendam hereditatem offert Propinquiori. Hic
hereditatis redemptio acceptauit: ſed vbi pri-
mùm audiuit, viduam Rutham ſimul ducendam
in vxorem; impunè illi licuit ius ſuum Boozo
cedere. Ergò requiſitus etiam, non tenebatur
Deuter. 25. viduam illam ducere; ſed illam requiſitus du-
cere, ſi adire, vel redimere propinqui defuncti
hereditatem vellet. Nimirùm id valdè conſen-
taneum eſt fini legis latæ illo Deuteronomij 25.
cap. verſ. 5. &c. vbi ſeminis excitatione con-
Nobis non aduerſantur Auguſtinus, & Ambroſius. ſultum eſt familiis, ne earum nomina depereant,
aut multorum hereditatibus ad paucula deuo-
lutis, familiæ imminuantur. Et quia lex valdè
oneroſa erat, germanos tantùm *fratres*, quorum
maior viciſſim beneuolentia eſt, obligabat; ſe-
cùs reliquos cognatos, quorum tepidior eſt
S. Auguſt. amor. Vndè hi viduam cognati defuncti duce-
bant non iuris diuini obligatione, ſed quâdam
pietate, & beneuolentiâ erga propriam fami-
liam, propagatâ proborum diuturnâ conſuetu-
S. Ambroſ. dine. Auguſt. autem q.q. 46. in Deuter. vniuer-
ſatim loquitur, neque enim ibi hanc quæſtionem
diſſertè tractat. Neque etiam nobis aduerſatur
Ambroſius, qui myſticè potiùs loquitur lib. 3.
Ioſephus. de Fide cap. 5. Omitto Flaui Ioſephi hâc in re
auctoritatem, hîc enim nec pili eam facio, cùm
Rabbinicum commentum pro Scripturâ ſacrâ
contra Scripturam venditet. Fateor, plures bo-
nos, pios, ac eruditos auctores cenſuiſſe ideò
à Samuële nomen huius propinqui in pœnam
omiſſum: omiſſum eſt autem non quia impius
extitit, & Moſaicæ legis violator, ſed quia pa-
rùm pius erga defuncti cognati viduam, & er-
ga cognati nomen ab interitu in ſuâ ipſius fami-
liâ vindicandum.

Ceterùm pro τὸ *ſoluebat homo calceamentum* 29.
ſuum, Chaldæus paraphraſtes excribit, & expo- *Chaldæus.*
nit, *excalceauit vir vaginam ſuam*: & Quinquar- *Quinquarb.*
boreus in Notis in Ruth, pro *calceamento* ſub-
ſtituit *chirothecam*. Franciſcus Feuardentius fol. *Feuardent.*
285. Comment. in Ruth cenſet in cauſſis matri-
monij calceum ſolui, in ceteris chirothecam.
Sed benè notat Martinus del Rio Adagio illo *Rio.*
273. hoc recentiorum Iudæorum commentum
eſſe. Sanè Hebræa vox נעל *nahal* indubiè *cal-*
ceamentum ſignificat; ita enim vertit hîc Hiero- *S. Hierony.*
nymus, L x x. interpretes, Ioſephus Pagninus, *Lxx. interp.* *Ioſephus.*
Vatablus, Tigurina, Mercerus, Forſterus, & *Pagninus.*
alij omnes cum Rabbinis. Adeò vt aſſerat Bon- *Vatablus.*
frerius non poſſe ſine temeritate alibi in Scri- *Tigurina.*
pturâ pluribus locis hanc vocem aliter, quàm *Mercerus.*
pro calceamento accipi, vt Exhodi 3. v. 5. Deu- *Forſterus.*
teronomij 25. v. 9. Conſule hîc laudatum Bon- *Bonfrer.* *Exhod. 3.*
frerium, qui hanc rem eruditò pertractat. Chal- *Deuter. 25.*
dæus paraphraſtes habet *excalceauit vaginam*, *Chaldæus.*
quaſi calceus ſit pedum vagina. indè *excalceauit*, *Calceus non Chirotheca extrahebatur.*
inquit, non tulit, quo pedum inuolucrum ſeu
vaginam denotaret. Scio adnotatum à noſtro
Pinedâ in Iob cap. 1. verſ. 1. num. 36. quòd fuit *Pineda.*
antiqua ſolenniſque apud Hiſpanos bellica ce-
rimonia, vt qui alterum laceſſeret ad ſingulare
certamen, hoſti præſenti, & hoſtiliter appella-
to, in multorum oculis chirothecam proiiceret,
illúmque depoſceret ad pugnam. Adducitque
illud Rab. Himmanuël, apud Pagninum in ra- *Rab. Hym.*
dice *nah l*, qui ita ſcribit in Pſalm. 60. *Mos* *Pagninus.*
erat Regum, cùm aliquam obſidebant vrbem for-
tem, vt chirothecam proiiceret Rex intra vrbem,
ſignificans nunquam ſe ab eâ receſſurum, niſi vr-
be captâ.

Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſ- 30.
raël.] *Teſtimonium* (ait Bonfrerius) hoc eſt ſi- *Bonfrerius.*
gnum, argumentum, ſymbolum. ritus ſolennis.
Imò etiam huiuſmodi excalciatio non tantùm
erat ſymbolum ceſſionis, ſed etiam adhibebatur
in authenticum *teſtimonium* ad ceſſionem illam *Excalciatio*
ritu ſolenni, & publico ſeniorum teſtimonio *in ſignum,*
firmandam. Quare poſt excalceationem verſ. 9. *& teſtimonium adhibebatur.*
ſubdit: *At ille* (Boozus inquam) *maioribus*
natu, & vniuerſo populo: Teſtes vos, inquit, eſtis *Hic verſ. 9.*
hodie, &c. Ergò excalciatio non modo in *ſignum*,
ſed etiam in ceſſionis *teſtimonium* adhibebatur:
teſtimonium enim quod modo exhibet publi-
cus notarius, tunc illa publica excalciatio exhi-
bebat.

***Verſ.* 8. Dixit ergò propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo.**

Cùm hic Propinquus iuri ſuo ceſſiſſet, ceſſio- 31.
nis illius petit Boozus ſolenne firmamentum,
ac publicum teſtimonium, ſcilicet vt calceamen-
tum ſibi detraheret. Propinquus autem quia in *Propinquus*
eiuſmodi excalceatione nullum videbat dedecus *Boozo calceũ*
aut ignominiam hærere, ſtatim ſe coràm excal- *tradit.*
ceauit, & calceum detractum Boozo porrexit.
Calceum

Digitized by Google

Calceum autem dedit, quaſi pedem dediſſet, vt hereditatis, cui ceſſerat, poſſeſſionem Boozus caperet: poſſeſſio enim eſt velut pedum ſeſſio. Quod autem hic Boozi propinquus detractum ſibi calceum Boozo, cui ius ſuum ceſſerat, porrexerit, diſſertè tradunt Lxx. interpretes: *Et ſoluit calceamentum ſuum, & dedit ei*, quaſi cum calceo tribuerit ius poſſidendi, cui ritè cedebat, & tradebat Boozo. Notandum autem hîc eſt, quòd vbi Vulgatus habet: *Dixit propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum*, in Hebræo, Chaldæo, & Lxx. interpretibus habetur: *Dixit propinquus, ſeu redemptor ad Booz*, quod videtur oppoſitum reddere ſenſum Hinc Abenezra, cui annuit Druſius lib. 1. quæſt. 46. cenſent Boozum ſuum hîc exuiſſe calceum, & velut pretij alicuius ſymbolum pro ceſſione, eum propinquo dediſſe. Malè porrò in Hebræo, Lxx. & Chaldæo non habetur illud: *Tolle calceamentum tuum*, ſed quaſi adhuc Boozo loqueretur Propinquus, aiens: *Acquire, poſſide, compara tibi*, quæ verba ſignificant iteratam iuris ſui ceſſionem à Propinquo. Verùm noluit Vulgatus id rurſùs repetere, quod in præcedentibus perſpicuè expreſſum erat; maluit autem exprimere, quod ſubobſcurè indicatum & factum erat, nempè ſolennem iuris ceſſionem diſcalceatione illâ peractam Boozo annuente, & illam expoſcente. Et ſanè ſuprà verſ. 7. manifeſtè indicatur, quòd ille qui iuri ſuo cedebat, calceum ipſe exuebat ſuum. Ita Mariana, & Bonfrerius.

Lxx. interp. Hebræus. Chaldæus. Lxx. interp. Abenezra. Druſius. *Propinquus, an Boozus calceum ſibi detrahit?* Mariana. Bonfrerius.

Verſ. 9. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo: Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noëmi.

32. Hinc conſtat hos populi ſeniores, ſeu maiores natu, non fuiſſe aduocatos à Boozo quaſi iudices, ſed tanquam teſtes, quod ſuprà num. 2. adnotabamus, *τὸ quòd poſſederim*, intelligendum eſt, ſicut in verſ. ſequenti, & *Ruth Moabitidem vxorem Mahalon in coniugium ſumpſerim*; non quia tunc hereditatem poſſederit, & Rutham duxerit; ſed quia peractis iam omnibus, quæ ſecundum leges, & auitos populi mores præmittenda erant, ritè ac legitimè iam *poſſidere*, ac *ſumere* aggrediatur.

Hi ſeniores non erant iudices, ſed teſtes. Poſſidere dicitur, quod poſſidere aggreditur.

33. Poſſederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon.] Demortui Elimelechi Chelion & Mahalon eius filij & heredes fuerunt. Alterutro horum fratrum defuncto, alter lege Moſaicâ tenebatur defuncti fratris improlis vxorem ducere: huiuſmodi autem connubij nulla mentio, forſan & nullum connubium, propter breue temporis interuallum inter vtriúſque obitum; aut quia vxores Moabitides id non exigebant. Cúmque diſcedente Orphâ, ſemen Chelioni non poſſet excitari, vtriúſque fratris hereditas ad ſemen à Ruthâ excitandum Mahaloni deuoluebatur. Cedente autem hoc Propinquo & hereditati & connubio, iure hereditatis Boozus potitur quouſque è Ruthâ viduâ filium ſuſceperit, quo enato iam hereditatis ius penes illum non eſt, ſed penes filium è Ruthâ procreatum. Vndè poſt Obedis natiuitatem deſiit Boozus eſſe hereditatis Mahalonis dominus, & tantùm curator ſeu adminiſtrator euaſit. Quare dum nunc cedente propinquo nuptias cum Ruthâ init, ritè ait, ſe iam *poſſidere* omnia, quæ fuerunt Elimelech, Chelion, & Mahalon. [Tradente Noëmi.] In Hebræo, & Græco habetur, *De manu Noemi*, hoc eſt, ipſâ Noëmi cum nuru Ruthâ ius ſuum reſignante. Cùm ſemper Noëmi inducatur tanquam venditrix vſusfructus hereditatis mariti ac filiorum, veroſimile videtur ipſam aliquod ius habuiſſe pro vitæ ſuſtentatione dum viueret, vt mariti ac filiorum hereditas, quæ ſpectabat ad expectatum nepotem, aleret auiam vt vt poterat.

Boozus fuit hereditatis Dominus vſque ad Obedis natiuitatem: poſteà adminiſtrator. Hebræus. Græcus.

Verſ. 10. Et Ruth Moabitidem vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſerim.

Ex hoc loco ogganit Beza in lib. de repudiis, & has Boozi cum Ruthâ nuptias culpat tanquam prohibitas Deuteronomij 23. verſ. 3. vbi ſcribitur: *Ammonites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Domini*. Reſpondent communiter interpretes ex Abulenſi, eiuſmodi legem ad feminas non pertinere, ſed ad viros; nam viri tantùm erant capaces officiorum, dignitatum, ac priuilegiorum Hebrææ gentis: filij autem viri Iſraëlitæ, & feminæ Moabitidis, Iſraëlita cenſebatur: quippè cùm filij patris genus, non matris ſequantur. Aliter reſpondet Auguſtinus in Deuter. quæſt. 35. ſolorum virorum, inquit, culpa fuerat, ob quam pœna iſta Moabitis inflicta erat, vt colligitur ex Numer. 22. ergò non innoxias feminas, ſed viros ſcelèratè ſontes iſtiuſmodi pœna tangit. Prior autem ratio veroſimilior apparet, & pluribus meritò adridet. Tantùm exigebatur, vt extera mulier Iudæo nuptura Iudaicam religionẽ profiteretur, quod abundè Rutha præſtiterat. 34.

Beza. Deuter. 23. *Boozus ritè potuit ducere Rutham Moabitidẽ.* Abulenſ. S. Auguſt. Numer. 22.

Vt ſuſcitem nomen defuncti in hereditate ſuâ.] Quid ſit ſuſcitare defuncti nomen ſuprà expoſitum eſt num. 18. Sed dices, id Boozus non præſtitit: mens enim legis de ſuſcitando ſemine aut nomine, erat vt natus primogenitus filius ex viduâ fratris aut cognati, in genealogiâ recenſendâ, & morali hominum æſtimatione non patris naturalis, ſed patris legalis filius diceretur, non ſecùs ac ſi ab ipsò genitus eſſet, vt hâc ratione eius nomen ab interitu vindicaretur. At Obed paſſim in genealogiis non Mahalonis, ſed Boozi filius deſcribitur, vt infrà in hoc cap. 4. verſ. 21. & 1. Paralip. 2. verſ. 12. Matth. 1. verſ. 3. Lucæ 3. verſ. 32. Reſpondeo defuncti patris nomen ſuſcitare non fuiſſe, vt patris legalis nomen filio imponeretur, vt in confeſſo eſt apud Commentatores; ſed quod filij nomine patris legalis hereditatem acciperet, & illius locum habens in familiâ, *Obed Mahalonis* nuncuparetur, quod infrà verſ. 14. indicatur. Scriptores autem ſacri, qui eius genealogiam texuerunt, patrem naturalem, Boozum inquam, deſcribere maluerunt; nam deſcribentes genealogiam Dauidis regis, & Chriſti Dei ſatius cenſuerunt Boozum deſcribere, quippè qui potentiâ, opibus virtute, ac dignitate longè Mahaloni præcellebat. Quis enim ambigat genealogiarum poſt multa tempora ſcriptores, poſſe per patres naturales genealogiam texere, vt oſtendant congenitam alicuius nobilitatem? 35.

An Boozus verè cognato Mahaloni excitauerit nomen? Hic verſ. 21. 1. Paralip. 2. Matth. 1. Lucæ 3. Hic verſ. 14. *Duplex genealogia, & naturalis, & legalis.*

Haud dubium eſt, quin in Hebræorum genealogiis & legalis, & naturalis pater deſcriptus fuerit: hunc vt potè præſtantiorem ſacri Hiſtoriographi maluerunt [Ne vocabulum eius.] Nuper in hoc eodem verſ. *nomen* dixit, eadem
Hebræus. Græcus. vox eſt Hebraicè, & Græcè pro quâ tunc *nomen*, nunc *vocabulum* excripſit, eadem vtriúſque ſignificantia. Itaque Boozus Rutham ducit, vt Mahaloni cognato *ſemen* excitet, excitet *nomen*, ſeu *vocabulum* excitet in familiâ ſuâ.

Verſ. 11. Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſraël.

36. Solitant non amici & cognati tantùm, ſed etiam frequentes alij nouis ſponſis ac coniugibus gratulari; eáque apprecari beneuolè, quæ eſſe ſolent in coniugum votis, nempè fœcundam ſobolem, cuius cauſsâ inſtitutæ ſunt nuptiæ.
Cur Rutham exoptant Racheli, ac Liæ ſimilẽ? Omnis autem gratulabundus populus ſua vota ſignificat comparatione illuſtriſſimarum Heroïdum, dum ſimilem fœcunditatem, ac numeroſam poſteritatem Ruthæ exoptant Sed cur *Rachelem* & *Liam*, potiùs quàm Saram ac Rebeccam nominant? Reſpondent communiter Interpretes, à Sarâ & Rebeccâ non tantùm Iſraëlitas, ſed Idumæos etiam prognatos: ergò Bethlehemitæ populi ſui auctarium, potiùs quàm alieni incrementum hîc votiuâ gratulatione exoptant. Sed cur Rachel & Lia, & non etiam Bala & Zelpha, nempè matres quattuor Patriarcharum Iſraëlitici populi nominantur? Sanè Bala & Zelpha ancillæ erant, & concubinæ ſeu proletariæ vxores; quare cum principibus ac primariis vxoribus non erant nominandæ, nec ingenua Ruth princeps Boozi vxor illis comparanda. Quin & Rachel & Lia duntaxat totum Iſraëlis populum fundaſſe dicuntur, nam quattuor illos Iſraëliticæ gentis Patriarchas, quos Bala & Zelpha naturaliter pepererũt. Rachel & Lia ambitione numeroſioris ſobolis adoptarunt: & indè ad portionem paternæ hereditatis cum reliquis fratribus admiſſi ſunt: alioqui concubinarum filij exortes erant paternæ hereditatis, vt liquidò conſtat in Iſmaële, cui munera largitus eſt Abraham, nec fuit heres cum Iſaaco vxoris liberæ filio.

37. Petes, quare Rachel nominetur ante Liam, è quâ Bethlehemitæ per Iudam & Phares prognati ſunt? An quia Rachel Iacobo charior, & quam vnam ducere intendit? An honoris cauſsâ priùs vrbaniſſimè nominant, eam quæ ipſis erat minùs coniuncta? An tanti faciebant Rachelis ſepulcrum, quod apud ipſos Bethlehemitas erat?
Cur à Bethlehemitis prius Rachel, quàm ſua Lia nominatur? Verùm enimverò non erat moris Hebræorum præſtantioribus primum nominationis locum dare, ſed iis de quibus ſtatim agendum eſt, & quibus competunt geſta mox denarranda aut exponenda. Sic Matthæi 1. verſ. 1. iunior Dauid
Matth. 1. ante Abrahamum cenſetur, quoniam de Abrahamo ſubtexendus erat ſermo. Sic Eſther 1. v. 14.
Eſther 1. Mamuchan ſatraparum potentiſſimus, vltimo loco ob eandem cauſſam recenſetur. Hæc nota ſunt Biblicè peritis, & in ſacrâ Scripturâ paſſim obuia. Indè crediderim, Bethlehemitas ſuæ Liæ nunc de fœcunditate adulari, quaſi ipſa ad Iſraëlis populum conflandum potiorem & numeroſiorem poſuerit portionem, nempè ſex naturales filios, & ex eodem Iacobo duos, adoptione ſuos. Quare aiunt, *Sicut Rachel & Lia, quæ ædificauerunt domum Iſraël.* quaſi prælustris ædificatio domus Iſraël, Liæ potiùs quàm Racheli adſcribenda ſit, ſicut reuerâ eſt. Huic autem gloriæ, quæ in ſuâ Liâ præminet, eius Bethlehemitica ſoboles hîc minimè detrahit, ſed tacitè adulatur.

Quæ ædificauerunt domum Iſraël.] Obuium eſt, *τὸ ædificare domum*, Hebræâ phraſi ſignificare filios gignere, quod paſſim Interpretes adnotant, & liquidò conſtat ex hoc loco, & Exhodi 1. verſ. 21. & Deuteronomij 25. verſ. 9. & 1. Reg. 2. verſ. 35. & 2. Reg. 7. verſ. 17. & 3. Reg. 11. verſ. 38. Mauult hic Bonfrerius, quòd *τὸ Iſrael* ſit datiui caſus, nempè *ædificauerunt domum Iſraeli.* Fateor in prædictis locis Exhodi & Regum eſſe datiui caſum; ſed in loco Deuteronomij eſt caſus genitiui; in hoc autem verſ. vter caſus ſit non conſtat, & alteruter eundem reddit ſenſum. Perindè enim eſt, ædificare domum Iſraëli, ac ædificare domum Iſraëlis. 38.
Exhod. 1. Deuter. 25. 1. Reg. 2. 2. Reg 7. 3. Reg. 11. Bonfrer.

Vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem.] Hæc in Vulgato perſpicuè referuntur ad Rutham: ſed ad Boozum videntur referri in Hebræo & Chaldæo, & apud Tigurinos, & Lxx. Interpretes dum in ſecundâ perſonâ ponuntur in Bibliis regiis. Qui in codice Romano ac Baſilienſi in tertiâ perſonâ pluralis numeri ſententiam efferunt, nempè *Et fecerunt virtutem in Ephratâ*, quaſi referatur ad Rachelem & Liam. Putauerim autem cum Bonfrerio, in Hebræo eſſe enallagem perſonæ, vt ſecunda poſita ſit pro tertiâ, quod percallens Hieronymus in tertiâ edidit; id videtur etiam ſenſiſſe Pagninus, qui ex Hebræo, non *fac virtutem*, ſed *faciat*, excripſit. Niſi malis (quod huiuſmodi fauſtis acclamationibus fieri ſolitat) eſſe tranſitum à tertiâ perſonâ ad ſecundam, etſi ad eandem Rutham conſtanter referatur. Ephrata autem & Bethlehem eſſe duo vnius vrbis nomina ſuprà monuimus. §. 3. n. 24. 39.
Hebræus. Chaldæus. Tigurin. Lxx. interp. Bibl. reg. Bonfrer. S. Hierony. Pagninus.

Verſ. 12. Fiatque domus tua ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ.

Hi Bethlehemitæ gratulabundi, Phares potiùs, quàm cuiuſlibet reliquorum meminerunt, quia Phares Bethlehemitarum progenitor fuit; & licèt ex inceſtuoſo concubitu natus nulla tamen ſiue ex Iudâ, ſiue ex quâlibet aliâ tribu nobilior, numeroſior, illuſtrior, quàm familia Phares extitit; quæ vbique principatum geſſit: è quâ etiam poſtmodùm Dauid, Salomon, & reliqui exinceps Reges, è quâ tandèm Rex regum Chriſtus Deus extitit. 40.
Familia Phares, & numeroſior, & illuſtrior.

Verſ. 13. Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingreſſúſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.

In noſtrâ opinione, quâ tres fuiſſe Boozos adſtruebamus § 3. num. 5. &c. cùm hoc matrimoniale fœdus initur, Boozus circiter ſeptuageſimum agebat annum, quæ ætas apta eſt generationi 41.

Digitized by Google

Ariſtoteles.

tioni iuxta Ariſtotelem lib. 7. de Hiſtor. animal. cap. 6. Ergò quæſtioni locus non eſt an in eâ ætate naturaliter Obedum gignere potuerit. Viderint, qui vnum Boozum conſtituentes, nunc nonaginta quinque annos natum volunt, & multò magis qui ei annos ducentos, imò & trecentos ei tribuunt. An in eâ capulari ætate Noëmi ac Rutha expectare poſſent filios, qui à depontano ſene filijs defunctis ſuſcitarentur? An ille iam nimiâ ſenectute exhauſtus & effœtus, non modo nuptias cum puellâ non recuſaret, ſed ad ſuſcitãdum cognatis defunctis ſemen ambiret? An in eâ ætate nuptias concilianti gratularetur populus, & non potiùs ſemen tanquam fatuum derideret. Nec aduerſariis fauet, hîc dici de Ruthâ, quòd *dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret*. In his enim verbis nulla innuitur de miraculo ſuſpicio. Iacob enim Geneſeos 33. verſ. 5. *Paruuli ſunt*, inquit, *quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.* & cap. 48. verſ. 9. *Filij mei* (ait Ioſeph) *quos donauit mihi Deus in hoc loco.* & tamen neque Iacobus, neque Ioſephus filios de miraculo ſuſceperunt. Significatur ergò in hoc loco Rutham participem factam fuiſſe diuinæ prouidentiæ, quæ filios cuique diſpenſat.

Boozi ætas generationi non idonea: quia tres Boozi ſuprà poſiti.

Geneſ. 33.
Geneſ. 48.

Verſ. 15. De nuru enim tuâ natus eſt, quæ te diligit.

Lyranus. Abulenſis. Carthuſian.

42. Non benè Lyranus, Abulenſis, Carthuſianus, & alij inemendati codices legunt, *qui te diligit*, quaſi referatur non ad Rutham, quæ diligebat ſocrum Noëmi, ſed ad puerum Obedum recèns natum, parùm tunc, opinor, amori idoneum in illâ infantili ætatulâ. Profectò licet ex ſe Hebræum relatiuum אשר *aſcher* ſit ambiguum, & verti poſſit *qui*, vel *quæ*; verbum tamen adiunctum eſt feminini generis, & idcircò ad Rutham referri debet. Nota, quòd Hebræus textus, & LXX. interpretes habent in præterito, *quæ te dilexit*. Hieronymus autem per verbum de præſenti expoſuit priſtinum diu amorem, qui nunc perſeuerabat. [Multò tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes Filios.] Septenarius numerus pro indefinito ponitur, vt aliàs perſæpè, quod Chaldæus paraphraſtes diſſertè expreſſit. Nimirùm Rutha, quæ ſuſceptâ ſobole, ſic adhuc diligit ſocrum Noëmi, melior illi eſt ad ſolamen, ad ſuſtentationem, & ferendam opem, quàm ſeptem, id eſt, plures filij. quod per auxeſim dictũ putat Abulenſis quæſt. 82. Animo non abſimili dixit Elcana vxori ſuæ Annæ: *Numquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filij?* 1. Reg. 1. v. 9.

Hebræus. Lxx. interp.
Chaldæus.
Abulenſis.
1. Reg. 1.

Verſ. 16. Suſceptúmque Noëmi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

Quomodo Noëmi nutricis fungebatur officio?

43. Non quidèm vt aridis vberibus lactare poſſet infantulum, hoc enim matris erat; ſed vt reliqua ſedulæ nutricis munera peramanter obiret. Legalem nepotem vlnis geſtabat, amplectebatur, nutriebat, fouebátque haud ſegniori ſtudio ac ſi à filio Mahalone ſatus foret. Vide hîc quanti olim Iudæi æſtimauerint, ſuam ſuorúmque memoriam licèt in alieno filio conſeruare.

Verſ. 17. Vocauerunt nomen eius Obed.

Quinam vocauerunt? Sacer Hiſtoricus innuit id factum à vicinis mulieribus exultanter gratulantibus: *Vicinæ autem*, inquit, *mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus eſt filius Noëmi, vocauerunt nomen eius Obed.* Sic Lucæ 1. verſ. 58. & 59. vicini ac cognati Eliſabethæ filium vocare Zachariam prætendunt. At ferè matres filiis in Scriptura imponunt nomina. Quod vel ex hoc loco conſtat, vbi Zachariæ nomen quod vicini ſuggerunt, Eliſabeth mater conſtanter refutat: *Nequaquam*, inquit. *ſed vocabitur Ioannes.* Litem componunt Interpretes ex Ioſepho, qui ita hâc ſuper re ſcribit: *Hunc Noëmi nutricans Obedem, de conſilio mulierum nominauit, ſibi in ſenectute conſtituta inſeruiturum.* Itaque Obedis nomen ſuggerunt vicinæ & cognatę mulieres, & quia votis peridoneum, Noëmi ac Rutha vltrò amplectuntur. Alludit Ioſephus ad nominis ſignificantiam: Obed enim Hebraicè idem eſt, quod *ſeruiens, ſuſtentans, ſubleuans*, vt tradit Pagninus tanquam augurantes, hunc filium auiæ ac matri forè leuamen, eíſque in ſenectâ & ſolatio & ſuſtentatione adfuturum. Quare verſ. 15 de eo dixerant: *Qui conſoletur animam tuam & enutriat ſenectutem.* Notat Cornelius, quòd ſic apud Romanos vocatus eſt *Scipio*, eò quòd ipſe iunior parenti ſeni & cæcutienti inſtar ſcipionis, cui incedens incumberet, ſubſeruiret. *Obed* enim Hebraicè idem eſt quod Latinè *ſcipio* ſeu ſuſtentaculum. Quocirca Tobiæ mater cap. 5. v. 23. filium ſuum appellat *baculum ſenectutis*. Obſeruat ex Chaldęo Feuardentius, quòd *Obed* idem eſt ac *colens*, ſcilicet Deum, ac parentes. Bonfrerius idem eſſe ſcribit, ac *miniſtrans*, quòd matri & auiæ anteà ſolatio & rebus neceſſariis deſtitutis, omnem vitæ commoditatem naſcendo ſubminiſtraſſet, ac ſubminiſtraturus eſſet. [Hic eſt pater Iſaï patris Dauid,] qui non primo, ſed ſeptimo loco ab eo progenitus eſt, 1. Paralip. 2. verſ. 13. Ecce ex hâc pauperculâ, exterâ, & obſcurâ mulierculâ, tot tantóſque auguſtiſſimos Reges, & ipſum Regem regum Chriſtum Deum prognatos. Quare ab Hebræis in Iuchaſin. fol. 10. *Emah malcuth*, id eſt, *mater regni*, Iudaici inquam, nominatur. 44.

Lucæ 1.
Matres nomina filiis imponunt.
Ioſephus.
Significatio multiplex nominis Obed.
Pagninus.
Hîc verſ. 15.
Cornelius.
Obed inſtar Scipionis.
Tobiæ 5.
Chaldæus. Feuardent.
Bonfrer.
1. Paralip. 2.
Ruth ab Hebræis, Mater regni nominatur.

Verſ. 19. Efron autem genuit Aram.

In Hebræo textu *Ram* habetur tum hîc, tum 45.
1. Paralip. 2. vbi & in Vulgato etiam *Ram*. Lxx. autem & hîc, & ibi *Aram* vocant, quemadmodùm & Matthæi 1. Lucæ 3. Verùm huiuſmodi Hebræorum nominum contractiones aut decurtationes per apocopem, in ſacris Bibliis fieri ſolitant, vt multis oſtendimus in Eſther cap. 2. ad verſ. 5. *Iemini* enim ponitur pro Beniamin: *Salem* pro Ieruſalem: *Ioachim* pro Heliachim: ſic & *Ram* pro *Aram*.

1. Paral. 2. Lxx. interp.
Ram ponitur pro Arã. quare?

Verſ. 21. Salmon genuit Booz.

Arias Montanus in Apparatu Bibl. reg. Tract. 46.
de nomin. Hebraicis ſeriò cenſet *Salmon* idem eſſe quod *Salomon*. Verùm hæc duo nomina in multis Hebraicè differre, perſpicuum eſt, vt hîc Serarius & Cornelius eruditè adnotarunt. [Booz genuit Obed.] Inter Boozum Salmonis & Rahab Ierichuntinæ filium, & hunc Boozum Ruthæ maritum interponendas eſſe duas generationes, multis ſupra adſtruebamus §. 3. num. 5. &c.

Montanus.
Serarius. Cornelius.

Digitized by Google

Verſ. 22. Obed genuit Iſaï.

47. Iſaiæ 11. Matth. 1. 1 Paral. 2. *Iſaï fuit trinomius.*

De Iſaï Dauidis patre obſeruandum eſt, fuiſſe trinominem: vocatur enim hîc *Iſaï. Ieſſe,* Iſaiæ 11. & Matthæi 1. *Naas* etiam vocatur 1. Paralip. cap. 2. vbi Saruia ſoror Dauidis, & mater Ioab, dicitur filia *Naas.* [Iſaï genuit Dauid.] Hic putatur ſacri Hiſtoriographi ſcopus in hâc hiſtoriâ ſcribendâ, nempè Dauidis genealogiam deſcribere, & explicatiùs tradere, libris Regum præmittendam. Aliqui antiqui codices habent: *Iſaï genuit Dauid regem*, quod ex Matthæo acceptum, importunè huc interſerunt.

Finem facio, ne breuiſſimum Ruthæ librum exponens, cuiquam prolixus videar. Parco multis in litterâ clarandâ, vt pluribus ethicè expatiari de more liceat: & è breuiculo volumine, ſed myſteriorum grauido, abundè ad omnem pietatem mores erudire.

---

§. CCXLIII.

Varietas ſic eſt hominibus grata, vt rebus dulcem placendi gratiam fœneret.

1. Euſeb. de Arte Volũt. l. 1. c. 66. & 67. *Immutabilis eſt ipſa rerũ mutabilitas.*

N*Oſtra mors mortalia nobis omnia nobiſcũ fecit.* Monet nos ſapienter ſapientiſſimus Eccleſiaſtes cæleſtia mundi mẽbra inceſſanter gyrare, & in circulos ſuos perpetuò reuerti, vt mũdialium rerum inconſtantiã ſummam, ideſt, cõſtantem inconſtantiã oculis obiiciant Nihil in rebus eſt firmum, niſi infirmitas: nec maior infirmitas poteſt eſſe, quàm quæ firmiter infirma eſt. In circulo commoto duo dumtaxat ſunt immota, quieta, ſtantia; nempè punctum medium, & motus ipſe. In omni partium mutatione, maximè immutabilis eſt ipſa mutabilitas, quâ mutantur omnia. *Natura rerum talis eſt fluentium, ſcena ſoror, conſanguineáque inſomnij: omnis procella nempè, typhi præterit*, dixit Georgius Piſides. Verùm (quod mirere magis) hâc fortunæ varietate, & rerum viciſſitudine, ſic gratè delectantur mortales, vt tollatur placendi gratia, ſi euariationem ſuſtuleris. Sic faſtidimus obtenta, & hiamus ad obtinenda! quaſi mutatio ſit gratiæ lenocinium. O mortalium incõſtantiam de felicitate ludẽtem! Hinc forſan Boozus puellæ peregrinæ ac Moabitidis inſolitas Hebræis nuptias, ſic auidè expetit, & hîc negotioſè procurat.

Georg. Piſid.

Hic verſ. 1.

2. Eccle. 2. v. 1.

Eccleſiaſtæ 2. ſic nos ſapienter Salomon erudit: *Dixi ego in corde meo: Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque eſſet vanitas.* Multis alibi ethicè velitabar, vt euinceretur, quam ob rem mundi bona, mundiales deliciæ, & humanæ voluptates, *vanitatis* nomine denotẽtur? An quia parùm ſolidæ? non enim ſatiant. An quia fugaces? præteruolant veloci pennâ. An quia falſatæ? in ſpe adridet, quod in manu ridicularium eſt. Hæc, & alia voluptatis elogia alibi proſcripſimus. Audiendus eſt nunc Bernardus aliàs aliorsùm expenſus, Serm. de primordiis, mediis, & nouiſſimis, tacitè ad hunc locum adludens: *Comedere appetis,* inquit, *quia fames te cruciat. Vtrumque labor eſt, ſed quia fames grauior magis, comedere neſcis eſſe laborem. Denique poſtquam fames depulſa fuerit, vide ſi non grauius ducis comedere quàm eſurire. Sic ſe habent vniuerſa ſub Sole, vt nihil ſit in eis verè iucundum, ſed ab vno ſemper tranſire velit homo ad aliud, ſoláque Viciſſitudine releuatur vtrumque, ac ſi proſiliat ab aquâ in ignem, & indè rurſus in aquam reſiliat, vt potè qui neutrum ferre poſſit. O benè!* Ecce tibi cur mundanæ deliciæ, ac voluptates dicantur vanæ, & voluptatis inopes; nempè quia cùm in ſe moleſtæ ſint, *ſolâ Viciſſitudine releuantur*, quaſi gratiam placendi de mutabilitatis lenocinio fœnerentur; deſinátque eſſe gratum, quod non reficit varietas. Scilicet homo de cognatæ mortalitatis vitio, rerum inconſtantiâ reficitur, omniáque cenſet fatuè inſulſa, & acerbè moleſta, niſi ea condiat viciſſitudinis fraus. quaſi pellacia voluptatum, de alieno ſapiat, dum ſolâ varietate delectat, & de inconſtantiæ mendicitatibus opulentè delectare præſumat. Vide quàm eſt voluptas voluptatis inops; & quàm ſit grata hominibus varietas, quæ gratiam placendi, ipſi voluptati mutuatur.

S. Bernard. *Varietas gratiã placendi voluptati fœnerat.*

Pergit adhuc idem ſapientiſſimus Eccleſiaſtes cap. 3. ſic fatus: *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquam addere, aut auferre, quæ fecit Deus, vt timeatur.* Chaldæus Paraphraſtes: *Vt timeant filij hominis à facie eius.* Ceterùm cùm paſſim Interpretes Hieronymo duce, per hæc *opera*, quæ fecit Deus, intelligant opera creationis; mirum videbitur, opera mundialis opificij, timorem potiùs, quàm beneuolentiam & gratitudinem ingerere. Nam tot creaturas cæleſtes ac terrenas, animales & exanimales, carentes vitâ, aut vitâ præditas, ad hominis ſeruitium, annonam, & vſum Deus beneficè condidit. Sanè largior beneficentia, amorem, & gratitudinem, citiùs quàm metum negotiatur. Vndè ergò hæc mitiſſima Dei opera, *vt timeant filij hominis à facie Dei*, condita eſſe perhibentur? Quid minax, quid pœnale his operibus ſubeſt? Imò quid non munificum, & beneficum? Quid ergò hîc metum ingerat, & timorem incutiat, vt hic diuinorum operum finis à ſapientiſſimo Eccleſiaſte præfigatur? Verùm enimverò luculenter noſter Pineda hanc timoris moleſtiam & angorem, incuti non putat ab operibus Dei, ſed ab eorum conſtantiâ, & ratâ immutabilitate, quæ nunc proponitur: *Omnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerant in perpetuum; non poſſumus eis quicquam addere, aut auferre.* Sic ergò ad rem opportunè ſapientiſſimus Pineda inibi fatur: *Quæ fecit Deus, vt timeatur. Alij referunt ad affectionum cordis humani Viciſſitudinem; à quâ longiſſimè abeſt ſempiterna illa Diuina natura firmitas & æternitas, apud quam non eſt tranſmutatio, nec Viciſſitudinis obumbratio. Humana itaque opera non perſeuerant in perpetuum; ſemper aliquid vel addimus, vel detrahimus; mutamus, vel mutamur in horas; vetera faſtidimus, noua ſemper ſectamur; at æternâ & immutabili Lege cuncta moderatur Deus.* Vide hîc quo pacto ſeſe Deus pauidè metuendus hominibus exhibeat: nempè cùm illius natura viciſſitudinis neſcia, lege immutabili præbeat hominibus mundialia bona toto ſextiduo edita, quæ *perſeuerent in perpetuum, nec poſſimus eis quicquam addere, nec auferre.* Hoc hoc inquam, nimis pœnale & acerbum eſt hominibus, qui rebus

3. Eccl. 3. v. 14.

Chaldæus.

S. Hier. ibi.

Beneficium creationis opus, à perpetuitate perſeuerans timendum dicitur.

Pineda.

Iacobi 1. v. 17.

Digitized by Google

rebus vtendis *ſemper aliquid vel addimus, vel detrahimus; mutamus, & mutamur ad horas; vetera faſtidimus, noua ſemper ſectamur;* Deum alioqui hâc ipſâ in re ſummè munificum & beneficum, valdè formidabilem ac metuendum reddit. Sic rerum conſtantia, & inuariabilis earum lex, eſt mortalibus minax, pergrauis, acerba, pœnalis? Sic mundialia bona, quæ varietas non condit ad gratiam placendi, timorem ingenerat? Digna quidèm Eccleſiaſte gnome: *Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, vt timeatur.* Quid exaggeratius quàm rem amoris, in pauidum metum ex conſtantiâ refinxiſſe?

4. Eccle. 1. v. 5. & 6.

Redeat idem Eccleſiaſtes cap. 1. ſic fatus: *Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* Pro τὸ *ad locum ſuum reuertitur*, Hebraicè eſt שואף *ſcoeph*, id eſt, anhelat, anhelus tendit, inhiat, ardenter percurrit. Lxx. *trahit*; Arabicus, *trahitur*; Aquila, *ſpirat*: Sol enim tantâ velocitate rapitur ab ortu ad occaſum, vt anhelare, & feſſus anhelo ſpiritu ad occaſum, quaſi ad centrum optatiſſimum ferri videatur: & ſic anhelans, vt quodammodò attrahens ventum, ſeu aërem præ eundi auiditate. Certè oriente Sole frigidior quàm antè ſentitur aura, vt Lorinus noſter aduertit. Chaldæus Paraphraſtes velut poëticè vertit: *In nocte reſpicit, & vadit per viam abyſſi, & oritur cras ab eodem loco, in quo heri ortus eſt.* Verùm ethicè ſciſcitabitur quis, eccur Sol ſplendidè oriens de præclarâ auroræ vuluâ, ſic properanter anhelet ad funeſtum ſui occaſûs, ſeu mortis ſepulcrum? Reſpondet S. Zeno Veronenſis Serm. de Reſurr. *Sol quotidie naſcitur, eâdemque die quâ naſcitur, moritur; nec tamen inſtantis finis ſorte terretur, ſuos vt repigret curſus, vt horas ac momenta producat, vt ſaltem paullò diutiùs diei ſui demoretur in vitâ; ſed fidelis ſemper, ſemper intrepidus ad ſepulcrum noctis cognata contendit, ſciens in ipſo ſe habere quod viuat: denique adimitur ei ortus, ſi ei auferatur occaſus.* Aliam non minùs elegantem rationem Ennodius inſinuat, vt Sol velut ortum fugiens, ad occaſum auidiùs properet, nempè ſuauiùs placendi ſtudium: *Dulcior*, inquit, *lux eſt, quæ aliquandò deſinit, quàm ſi iugiter permaneret.* Nimirùm Sol tametſi ſplendidiſſimum ſit mundi aſtrum, *cæli oculus, temporum rector, ſiderum dux, vita dator, animantium pater*, vt ait Nazianzenus; & *expreſſa diuinæ bonitatis imago*, vt ait Dionyſius; & oriens ſit gratus, gratiórque plenâ lampade fulgens in meridie: at eius occaſus nouam illi fœnerat placendi gratiam, dum tædium arcens, de varietatis lenocinio placet. *Dulcior eſt lux quæ aliquandò deſinit, quàm ſi iugiter permaneret.* Sic nauſeamus ad conſueta, licèt expetita, læta, neceſſaria, optima! Sic de funeſtæ atque obſcuræ abſentiæ ingratiâ, dulcior gratia mutuatur. Placet Sol oriens, ſed perplacet occidens, dum cõtinui ſpectaculi nauſeam remouens, ortu iterato plus placet. *Dulcior eſt lux quæ, aliquandò deſinit, quàm ſi iugiter permaneret.*

Hebræus. Lxx. interp. Arabicus. Aquila. Lorinus. Chaldæus. *Cur Sol ad occaſum properat?* S. Zeno. *Dulcior eſt lux, quæ aliquando deſinit, quàm ſi iugiter permaneret. quare?* S. Ennod. in Bened. cerei. *Solis encomium.* S. Naz. Orat. 2. de Theol. S. Dion. c. 4. de diu. nom.

5. Eccle. 1. v. 4. Arabicus.

Pergit idem inibi verſ. 4. ita ad rem ſcribens: *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat.* Arabicus ſic locum vertit: *Generatio* (putà res mundiales perpetuâ varietate mutabiles) *decedit, & generatio venit: & terra in æternum eſt*, vel *eſt æterna*, vt habet Symmachus. Aliqui cenſent terram hic induci, vt quaſi teſtis, imò quaſi pædagogus ac magiſter homine ſtabilior, conſtantior, ac ſapientior, redarguat hominum varietatem, & rerum inconſtantiam. Itaque terra eſt velut ſtadium mouentium, & mundialium varietatum. *Terra autem in æternum ſtat*, id eſt, permanet, conſiſtit; nec circa cæli orbes rotatur vt ſidera, neque nouâ generatione præterit, ac redit. Pulchrè Nazianzenus Orat. 4. *Terra eſt quaſi hypoſtaſis generationum ſibi ſuccedentium*, quia his mutationibus ſubſtat, eáſque fouet & ſuſtentat. quare de mutationis lenocinio ad gratiam hominum compoſito, meritò arguitur. Vndè terra à Plinio ſimilis dicitur arbori, *cùm ſemper retineat comam, eadem tamen folia non durant, ſed ſubnaſcentibus aliis areſcunt vetera.* Eloquentiùs, opinor, Tertullianus lib. de Pallio cap. 2. *Sic & terram*, inquit, *ſi recenſeas, temporatim veſtiri amantem, propè ſis eandem negare memor viridem, cùm conſpicis flauam, mox & viſurus canam. Ceterùm quoque eius ornatus quid? non aliud ex alio mutat, & montium ſcapula decurrendo, & fontium vena ebullando, & fluminum via obumbrando?* Ecce tibi terra ipſa, quæ *in æternum ſtare* dicitur, mutationum *hypoſtaſis eſt*, inconſtantiæ ſymbolum, & mutationum lenocinium, quò plus hominibus varietatibus placeat conſtanti ornatuum ſuorum inconſtantiâ. O! nihil homines reficit, quod non condit hominibus cognata varietas.

Symmach. *Terra dicitur mutationum hypoſtaſis.* S. Nazianz. Plin. l. 16. c. 20. & 21. Tertullian.

§. CCXLIV.

Proponatur delictum in iudicio, cum citati delinquentis commentario.

IVdex bonus erit nemo, niſi qui de ſe alterum iudicare cognouerit. futurum de ſe iudicium ſuo præproperè iudicio quiſque fingit. Sanè ad pœnitentiam properat, citò qui iudicat, & etiam qui ſerò nimis: hic ſuſpendio præexcruciat litigantes, & ad immanes ſumptuum expenſas moroſus prædamnat: ille præcipitato iudicio concitatis affectibus ſe peruium exhibet, & innocentis forſan rei defenſionem nimiâ celeritate præfocans, indefenſum damnat: quod eſt crudelitatis negotium, & iniuſtitiæ meta. Heu nonnullos iudices, non tantùm præ inſcitiâ oculorum; ſed ob difficilem audientiam, aurium etiam cæcos! Latum oſtium quod natura defenſioni pandit, non benè, opinor, præcluditur, feſtinato iuſtitiæ abortu, iniuſtitiæ vbertim fœcundo. Conniueat defendi, quem inuiſâ cauſâ prædamnare non optat. Cùm vel nocens inauditus & indefenſus damnatur, Iudex prædamnatur, qui ſæpè verè nocentem, tanquam innocentem condemnat. Hinc illæ iuſtiſſimæ Tertulliani querelæ de Romanis Præfectis in Chriſtianorum cauſâ: *Quid hic deperit legibus in ſuo regno dominantibus ſi audiatur? An hoc magis gloriabitur poteſtas earum, quò etiam inauditam damnabunt veritatem? Ceterùm inauditam ſi damnent, præter inuidiam iniquitatis, etiam ſu-*

1\. Seneca in Prouerb. *Qui in ſe. fenſum eſt nocentem damnat, innocentem damnat.* Tertull. Apolog. c. 1.

ſpicionem merebuntur alicuius conſcientiæ, nolentes audire quod auditum damnare non poſſint. Hãc itaque primam cauſſam apud vos colocamus iniquitatis, odij erga nomen Chriſtianum. Quam iniquitatem idem titulus onerat & reuincit, qui videtur excuſare, ignorantia ſcilicet. quid enim iniquius quàm vt oderint (condemnauerint) *homines quod ignorant, etiam ſi res mereatur odium? Tunc enim meretur, cum cognoſcitur an mereatur. Vacante autem meriti notitiâ, vndè odij iuſtitia defenditur? quæ non de euentu, ſed de conſcientiâ probanda eſt. Cùm ergo propterea oderint homines, quia ignorant quale ſit quod oderunt, cur non liceat eiuſmodi illud eſſe quod non debeant odiſſe?* Pluſculum, ſed belliſſimum.

2. Daniel cap. 7. Aſpiciebam inquit, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: thronus eius flammæ ignis. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei: *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Iudicium, id eſt Iudex, vel iudices; ſeu potiùs Deus iudex, & tota Angelorum officialium corona & ordo. Tria *librorum* genera in Dei iudicio agnoſcunt Interpretes: vnus liber Dæmonum accuſantium; alter Angelorum defendentium; tertius liber vitæ, in quo Deus iudex profert quodammodò ſententiam. vt omittam hominum conſcientias, *quæ ſcripta ſunt non atramento*, ſed *flagitiorum inquinamento*, ait Ambroſius. Dogmaticè *libris* hiſce apertis ſignificatur, Iudicis quietè ſedentis eſſe iura, cauſſæque acta euoluere, accuſatores Dæmones audire, patronos ac defenſores Angelos auſcultari, ne parti faciat iniuriam. Quin & accuſatrix vel defenſatrix cuiuſque conſcientia pandetur, & legetur in hoc iudicio, ne quid putetur Iudicis ſollertiam latere. Nam *ignorantia Iudicis plerumque eſt calamitas innocentis*. Vide hic quòd & audiatur in iudicio Diabolus accuſator, & eius libellus legatur; legitur etiam & liber defenſoris Angeli, & propriæ conſcientiæ teſtimonium legitur, ne aliquid quod tueri cauſſam rei deſiderari poſſit. Quod belliſſimè expreſſit Origenes præſcriptum Danielis locum ſic exponens: *Noui quippè quia cùm in iudicio ille ordo conſederit, de quo prophetauit Daniel, & libri fuerint aperti, omnes mei conatus, omnes meæ expoſitiones proferentur in medium, ſiue in iuſtificationem, ſiue in condemnationem meam.* Itaque in illo rectiſſimo iudicio, & iudiciorum ideâ, vbi legetur accuſantium Diabolorum *liber*; *liber* etiam legetur defendentium Angelorum. Parum hoc: ſed quia proferentur omnia facta, omnia dicta, cogitationes ac *conatus*; *omnes* etiam *meæ expoſitiones proferentur in medium*, ne nudum delictum ſine delinquentis *expoſitione* aut commentario proponatur. O quàm longè à diuino iudicio abeſt, vt incitatus & inauditus reus condemnetur; ſiquidèm non modo defendentium Angelorum aderit beneuola patrocinij induſtria, ſed etiam proprij delicti *expoſitio*, quæ obiectum crimen alleuet, extenuet, diminuat, aut veroſimiliter excuſet, vel excutiat. S. Ephrem lib. de verâ Pœnit. cap. 4. addit *expoſitionem* aut accuſantium Dæmonum, aut excuſantium Angelorum in hiſce Danielis libris conſcriptam: *Vnuſquiſque*, inquit, *cernet ante faciem ſuam expoſita opera ſua, ſiue bona illa, ſiue mala præmiſit*. Itaque non proponatur in iudicio nudum delictum; ſed cum delinquentis *expoſitione*, & patroni commentario. O, ex hâc propheticâ ſcholâ Iudices erudiantur!

Daniel. 7. v. 10.
Conſcientia ſcripta eſt non atramento, ſed inquinamento.
S. Ambr. in Pſal. 1.
Ignorantia Iudicis, eſt calamitas innocentis.
S. Aug. l. 19. de Ciu. c. 6.
Orig. homil. 2. in Ezech.
Proponatur delictum in iudicio, cum delinquentis cõmentario.
S. Ephrem.

1. Regum 24. cum electâ ſatellitum manu Saül Dauidem immeritò ad cædem perſequitur. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti. eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul vt purgaret ventrem: porrò Dauid, & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Surrexit ergô Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. Porrò Saül exurgens de ſpeluncâ, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem & Dauid poſt eum: & egreſſus de ſpeluncâ clamauit poſt tergum Saül, dicens: Domine mi rex. Et reſpexit Saül poſt ſe: & inclinans ſe Dauid pronus in terram, adorauit, dixitque ad Saül: *Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malũ aduerſùm te.* Quæ verba expendens Chryſoſtomus homil. de Dauid & Saüle, elegans ad rem proponit dubium, & opportunam dubij ſolutionem: *Audiamus porrò & accuſationem ipſam: Cur audis verba populi dicentium tibi: Ecce David quærit animam tuam? Et tamen qui hanc conſcripſit hiſtoriam, priùs dixit quòd totus populus eſſet cum David, quòdque gratioſus eſſet in oculis ſeruorum Regis, & quòd Principis filius, vniuerſúſque exercitus animo ſtarent à Dauide. Quo pacto igitur hîc ait fuiſſe qui deferrent ipſum, ac Saülem in eum prouocarent? cum non aliorum inſtinctu, ſed ipſe ex propriâ mente malitiam hanc peperiſſet, vt bellũ gereret cum iuſto.* (Nota verba quæ ſubdit, & quæ Dauidem populi inauguratum Principem, & Principũ ideam præproperè oſtendunt:) *Quam igitur ob cauſſam crimen tranſtulit in alios: Cur audis verba populi tui, dicentium: Ecce David quærit animam tuam? niſi vt illi præbeat occaſionem excutiendi malitiam. Hoc nimirùm parentes ſæpenumerò faciunt erga filios*, &c. Scilicet Dauid futurus Rex, cùm Saülem deponendum à regno accuſat de noto ſcelere palam commiſſo; tam longè abeſt, vt illum inauditum damnaret, vt ipſum Saülem coram ipſo Saüle ſiſtat, & populi ſuſurrones, & aulicorum inuidentiam prætexat, quæ illum ad cædẽ ſtimularint. *Quam ob cauſſam crimen tranſtulit in alios, niſi vt illi præbeat occaſionem excutiendi malitiam?* Itaque defenſioni locum exhibet, defenſionem ſuggerit, rimulas ad defenſionem pandit futurus meritò Rex, iam factus Iudicum idea, & iudiciorum norma, dum tot ſcelerum rei Saülis *expoſitionem* ſeu commentarium aut inuenit, aut facit. 3.

1. Reg. 24. v. 10.
S. Chryſoſt.
David inauguratus Rex, reo Saüli occaſionem excutiendi reatũ offert.

In Paſſionis proceſſu coram Pilato præſide Sacerdotes & Scribæ accuſabant Ieſum, dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram: *& prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.* Introiuit ergò iterùm in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: *Tu es Rex Iudæorum? .... Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri vtique mei decertarent, vt non traderer Iudæis.* Itaque reus ambiti regni Chriſtus coràm Præſide Romano ſiſtitur, Iudęorũ Senatu facinus accuſante; palàm interrogatur de infido reatu, an Rex eſſet, & Regis nomen affectarit? Locus defenſioni datur, quâ reatum vniuerſatim diluit, potuiſſet euidentiùs obiectum ſibi crimen excuſſiſſe, quod factis olim ſatis excuſſerat, concedendâ defenſione obiiciendi flagitij calumniam præcurrente, quâ illam 4.

Luc. 23. v. 6.
Ioann. 18. v. 9. & 12.

Digitized by Google

illam præmaturè diluit. Quâ ſuper re ſic inibi philoſophatur Chryſoſtomus: Chriſtus, inquit, *fatetur ſe Regem eſſe, ſed cæleſtem. Quod alibi clarius ad eundem Pilatum reſpondens, dicebat: Quia regnum meum non eſt de hoc mundo. Verùm ne aut huic* (Pilato præſidi inquam,) *aut illis* (Iudæis Pontificibus) *excuſatio harum rerum relinquatur, apertiſſimam affert rationem, dicens: Si de hoc mundo eſſet regnum meum, decertaſſent vtique miniſtri mei ne traderer.* (Aduerte attentiùs ad verba quæ ſubdit ad rem tempeſtiuus) *Hinc patet hâc de cauſſâ & ipſum tributa detuliſſe, & aliis deferre iuſſiſſe, vt nullum hæc ſuſpicio locum haberet: quandò etiam Regem conſtituere ipſum voluerunt, confeſtim fugit.* Vide quàm ſit reo conſentanea defenſio & quàm eâ non ſit exarmandus reus; vt vel Chriſtus Deus anticipatâ ſcientiâ hanc accuſationem prænoſcens, defenſionem præproperè anteuerterit, vt idonea conderetur obiecti criminis *expoſitio*, & ambiti regni commentarius. Porrò qui nunc de ambito regno accuſatur, & tributa ipſe pendit Cæſari, & pendenda ſuggeſſit; & renunciatus Rex, vel Regis nomen feſtinus fugit: quo obiectum crimen benè commentatur aiens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo,*&c. *Hinc patet hâc de cauſsâ & ipſum tributa detuliſſe, & alijs deferre iuſſiſſe, vt nullum hæc ſuſpicio locum haberet.* O! quis inaudito reo auferat obiecti criminis commentarios ad illius defenſionem, quos vel ipſe Chriſtus etiam ante accuſationem anticipatâ defenſione præmiſit?

§ Chryſ. homil 87. in Matth.

Chriſtus ambiti regni accuſationi, defenſionem ante præmiſit.

5. Prouerb. 18. *Iuſtus, prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum.* Hebræus, *Iuſtus eſt primus in lite ſua* (Symmachus, *in iudicio ſuo*) quaſi qui non ſolùm adeſt in iudicio ſeu lite ſuâ, ſed *primus* adeſt; & obiiciendi ſceleris *expoſitionem* ſeu commentarium præſens ſuggerit, *iuſtus* ſit, ſiuè hactenùs *iuſtus* appareat. Cornelius Ianſenius inibi præmittens hanc ex Hebræo textu tranſlationem: *Iuſtus, primus in lite ſuâ, venit proximus eius, & inueſtigauit eum*; ſic locum exponit: *Qui primus eſt in lite ſuâ, hic eſt iuſtus, hoc eſt, qui primus loquitur in lite & controuerſiâ quam habet cum alio, is iuſſibi vendicat, & iuſtus eſſe videtur.* (Tantum licet rei adſtantis defenſioni, & obiecti criminis *expoſitioni*!) *Sed expectandum eſt, quouſque veniat proximus eius qui eſt in cauſsâ ipſius aduerſarius, ex cuius inquiſitione conſtabit tandem qualis ille fuerit. Itaque docet hæc ſententia non temerè in quoquam iudicandum, niſi vtraque parte auditâ, iuxta illud: Audi alteram partem.* O! ſic qui in iudicio adeſt, & obiectum ſibi crimen ore proprio commentatur, *iuſtus* dicitur? Sic etiam in lite aduerſarius, dum adeſt, victorem etiam vincit? Peritè ergò hîc Boozus ſatagit in propriâ cauſsâ, iudicio adeſſe, & de iure ſuo coràm loqui: quo factum eſt, vt rem perplexam citiùs extricaret, iudices iuris ſui admonens, & aduerſarium ad ceſſionem cupitæ hereditatis cogens.

Prouerb. 18. v. 17. Hebræus. Symmach. *Qui iudicio adeſt, & obiectum crimen commentatur, iuſtus dicitur.* Ianſenius.

Hîc verſ. 1. &c.

§. CCXLV.

Excelſa Seniorum ſeu Conſultorum dignitas & auctoritas, tutelæ ac decori Principibus & Gubernatoribus adſit.

TAnti refert Principem amicos delegiſſe probos, ſanguinis, virtutis, ac ætatis ſuffragio populariter commendatos, vt ſcribere auſus ſit Lampridius: *Notum illud, Meliorem eſſe Rempublicam, & propè tutiorem, in quâ Princeps malus eſt, eâ in quâ ſunt amici Principis mali. ſiquidèm vnus malus poteſt à pluribus bonis corrigi; multi autem mali non poſſunt ab vno, quamuis bono, vllâ ratione ſuperari.* Fortunatus nimis Princeps eſt talibus amicis cinctus: non poteſt ruinam vereri imperium tam validis fulcris innixum. In vulgi pelago naufragium ſic non facit conſilioſa opinio Principis, de plebis commodo aut incommodo varia, de affectu relatoris incerta, de euentuum infelicitate damnabilis: neque enim probitas fortunæ, virtutibus inædificatur; ſæpe benè conſulta, male cedunt; videt homo quouſq; habet oculos. Petitia naucleri fertur naufraga; & cymba patrono deſtituta, proſpero errore portum pro ſcopulis ſortitur. Sic eſt incerta humanæ prouidentiæ alea, quæ in humanis periculoſè ludit. Profectò aduerſam ad omnes caſus opinionem, opinatiſſimi Principum amici validè clypeant; magnúmque Rectori auctoramentum eſt, Seniorum ſuffragium, qui eſt potior auctoritatis cenſus, & arcanum æſtimandi regiminis ſacramentum. Orbitas ab hoc politiæ præſidio, dignitatis titubatio eſt, & deauctoramenti obſes. 1.

Lamprid.

Seniorũ approbatio, eſt tutela auctoritatu in Principe, ac Rectore.

Exhodi 17. Hebræus populus per inuia deſerti redux in Palæſtinam pergit. Deſunt aquæ in Raphidim, vbi caſtrametati ſunt. Tanta hominum ac iumentorum multitudo præ ſiti hianter exæſtuat, nec vlla vicinæ ſcaturiginis ſpes moleſtiam fallit. Sitiuit ergò ibi populus præ aquæ penuriâ, & audacter iurgatus, murmurauit contrà Moyſen, dicens: Cur feciſti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens *Quid faciam populo huic! adhuc paululùm, & lapidabit me.* O contumelioſam populi aduerſùs Principem irreuerenter audaciam! Sic atrociter ac probroſè contrà Moyſen agitur? ſic vniuerſi populi Antiſtes tractabitur? Sed attentiùs aduerte quod nam Moſaicæ dignitatis dehoneſtatæ remedium Deus adhibeat, quò debitam Moyſi reuerentiam extorqueat à populo barbaricè inurbano: *Et ait Dominus ad Moyſen: Antecede populum, & ſume tecum de Senioribus Iſraël: & virgam quâ percuſſiſti fluuium, tolle in manu tuâ, & vade* &c. Quorsùm hîc Seniores populi ſecum comites ſumere iubetur Moyſes, Moyſes inquam, virgam pro ſceptro deferens tot miraculorum patratricem? Populus iurgiis querulus ſitit; teſtis aduocetur aquarum è petrâ ſcaturientium, vt ſacietate miraculum approbet: quare ergò tunc populi Seniores ad itum aduocantur? Appoſitè inibi Caietanus: *Antecede populum, & ſume tecum de Senioribus Iſraël. Iuxta Hebræum habetur: Tranſi coràm* 2.

Exhod. 17. v. 5.

Caietanus.

coràm populo, &c. *Dixerat Moyſes. Adhuc paullulùm & lapidabunt me; reſpondet Deus: Ne timeas, tranſi per medium populi: hoc enim ſonat Hebraica dictio, Tranſi faciebus populi, hoc eſt, inter facies hinc & indè populi, adiunctis tecum Senioribus.* Opinor, rem explicatiùs indidèm Lipomanus ediſſerit: *Antecede populum*, inquit: *populum enim praire debet fidelis Dux, & non pramittere: nihil ſine conſenſu & fauore Seniorum tentare, ſi modò velis proficere cum fructu, & perficere feliciter cœpta.* Scilicet inconſultus populus, ſitis aridæ impatiens, furore percitus, irreuerenter cum principe Moyſe nuper egerat: ne ergò ad patrationem etiam miraculi, miraculorum virgâ, velut ſceptro dumtaxat auctoratus coràm prodeat, ne adſimili contumeliâ contemptim tractetur. Quare *adiunctis ſecum Senioribus*, non ſolum coràm iam apparere impunè poteſt; ſed etiam *tranſire in faciebus populi, hoc eſt, inter facies hinc & indè populi.* Tantam enim auctoritatem Rectori conciliat *Seniorum* conſortium, conſenſus, ſuffragium, vt nuper dehoneſtamenta contumelioſa, in reuerentiam conuertat; metum, in fiduciam refingat; & irreuerentiam atrociter minacem, in ſuſpiciendam auctoritatem, & ſecuritatem tutiſſimam mirè reformet. Quare Moyſes qui nuper ſolus querelis deuenuſtatur, probris feritur, & penè obruitur lapidibus; dum *Seniorum* conſortium illi coràm ſuffragatur, iam reuerentiæ eſt, & *faciebus populi* reuerenter ſuſpicitur. Ergò Princeps & Rector auſpicatò gubernaturus, *nihil ſine conſenſu & fauore Seniorum tentare debet ſi modò velit proficere, & perficere feliciter cœpta.* Itaque Præfectis Seniorum conſenſus & fauor, & valenter tutamento, & reuerenter ornamento eſt. Benè hîc Boozus (forſan totius populi Dux ſaltem primarius ciuitatis vir) nil publicè ſine præſentiâ & conſenſu *Seniorum* intentat: indèque magno populi plauſu negotium peragitur.

Lipomanus.

Seniorū conſenſus & fauor, ornamētum & reuerentiam Rectori conciliant.

Hic verſ. 2.

3. Numerorum 22. Rex Moab valdè expaueſcit ad tranſitum Hebræi populi per regni ſui terminos. Et inito fœdere cum Madianitis ſimili periculo anxiis, nuncios mittunt ad Balaam ariolum, vt eum è Meſopotamiâ aduocent, quò Iſraëli maledicat. *Perrexerúntque Seniores Moab, & maiores natu Madian* (Hebraicè *Seniores*,) *habentes diuinationis pretium in manibus.* Qui venerunt ad Balaam, & Regis verba magnâ auctoritate nunciauerunt. Et quoniā communis erat cauſſa Moabitis & Madianitis, Seniorum delectus ex vtróque populo factus eſt. *Aduerte autem* (ait inibi Oleaſter (*quòd in Hebræo non eſt, Pretium, ſed, Diuinationes in manu eorum: & crediderim hos Seniores etiam fuiſſe diuinos, & ſecum detuliſſe inſtrumenta diuinandi.* Bona Regibus eruditio, è Moabitarum ſcholâ! Scilicet ad diuinum Balaamum, non aulici Principes indifferenter mittuntur; ſed illi, illi inquam qui cum munere obeundo cognatam habent eruditionem, qui aliquâ diuinandi peritiâ inſtituti ſunt: apta Scilicet muniis ingenia. Non eligitur nobilitas, non Regis gratia, non obſequia, aliâ in re ſtrenuè præſtita; ſed negotij obeundi peritia. Sed Vulgatus habet, *Habentes diuinationis pretium in manibus.* Pergit idem in Annot. morali: *Vtinàm ſic homines ſoluerent beneficia, ſicut maleficia: quantò meliùs ſoluitur patronus iniuſtæ cauſſæ, quàm iuſtæ.* Ceterùm (redeamus ad rem, à quâ tantiſper deflexerimus) cùm Balaam renueret ad Regem venire; *Ille multo plures & nobiliores quam antè miſerat, miſit. Qui cum veniſſent ad Balaā, dixerunt: Sic dicit Balac: Ne cuncteris venire ad me: paratus ſum honorare te: & quicquid volueris dabo tibi.* Ecce tibi dum res totius regni agitur, *Seniores* mittuntur à Rege, qui illius auctoritatem & munificentiam fundent; & quicquid petat Balaam, largiùs integrâ fide ſpondeant. Quare etiam vt Dei maieſtas apud homines auguſtiùs publicetur, Apocalypſis 4 & 7. &c. *Viginti quatuor Seniores* inducuntur, in quibus, vt putat Alcazar, manifeſta ſit alluſio ad viginti quatuor principes familiarum ſacerdotalium, qui 1. Paralip. appellantur *Principes ſanctuarij, & principes Dei*: de quibus dicitur in Pſalmis, *In cathedrâ Seniorum laudent eum.* Addit nuper laudatus Alcazar: Ac vt de Hiſpanâ quoque phraſi aliquid adiiciam, quamuis probabile ſit Hiſpanum nomen *Señor* deriuari à Gothico *Sior*, quod Dominum ſignificat, vt docet B. Auguſtinus; veroſimiliùs fortaſsè eſt, à *Seniore* deriuatum. Vide hîc quanta, quamque præcelſa ſit Seniorum auctoritas, quibus rei Moabiticæ ſummam, & immetatæ promiſſionis fidem, Rex Moabita rum credit: quique apud Deum, *Principes ſanctuarij, & Principes Dei* auguſtiùs nominantur. Hem! in re Dei, tanta eſt *Seniorum* dignitas & auctoritas, vt *Dei Principes* nominentur? quid ſublimius? quid auguſtius?

Opulentiùs ſoluuntur maleficia, quàm beneficia.

4\.
Num. 22. v. 15. & 16.
Seniorum quanta auctoritas apud regē Moab, & apud Deum.

Apocalypſ. Alcaz in c. 4 v. 4. Comment. 1.
1 Paral. 24. v. 5.
Pſalm. 106. v. 32.

S. Auguſt.

Seniores dicuntur Principes Dei.

Num. 22. v. 7.
Hebræus
Cur à Rege ad diuinatorē diuinatores Principes mittuntur?
Oleaſter.

Apocalypſis 4. in præcelſo throno Deus ſedet, *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor: & ſuper thronos vigintiquattuor Seniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Quamuis enim infinitum excellat Diuina Sapientia beatas illas Mentes, Angelos videlicet *Seniorum* nomine denotatos, tamen videtur concilium celebrare, & hos *Seniores* tamquam conſiliarios adhibere ad rectam vniuerſitatis gubernationem. Sed vide quâ honoris celſitudine iſtiuſmodi *Seniores* ſeu conſiliarij ſublimentur. Itaque (vt acutè notauit Pineda noſter) ſapientiſſimus ipſe Deus, qui nullius conſilio eget, at formam optimi Principis præbens, *Glorificatur* (vt ait Dauid) *in conſilio Sanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt..... Et veritas tua in circuitu tuo.* Nimirùm huiuſmodi *Seniores* in Dei *circuitu* ſuper thronos ſedent, regiis coronis præluſtres, quorum conſilio Deus *glorificari* perhibetur: adeò vt cùm hi *Seniores* conſilio præſtantes, in *circuitu* Dei ſunt, vt illi aſſiſtant (vt interpretatur Pineda) ad Deum dicat Dauid, *Et veritas tua in circuitu tuo.* O! quid tam ſublimiter generoſum, quàm quod huiuſmodi *Seniorum* conceſſu, Dei *veritas* in circuitu eius eſſe dicatur, quaſi illi, Dei *veritas*, ſapientia, fidelitas, & *glorificatio* nominentur?

5\.
Apocal. 4. v. 4.

Cùm Seniores Deum circundant, Dei veritas in circuitu eius eſſe dicitur

Pined in Iob c. 19. v. 19. num. 3.
Pſal. 88. v. 8. & 9.

Salomon Prouerbiorum 11. ita ſcribit: *Vbi non eſt Gubernator, populus corruet: ſalus autem, vbi multa conſilia.* Gubernator, id eſt, Rex, Princeps, qui gubernaculum in Republicâ tenet, velut nauclerus in naui. Itaque prius hemiſtichium ſic vertit Caietanus, *Vbi non ſunt ingenia, populus corruet.* quaſi idem ſit, in Republicâ non eſſe *Gubernatorem*, Regem, ſeu Principem; ac eum ſic eſſe imperitum, inactuoſum, deſidem, inertem,

6\.
Prouerb. 11. v. 14.

Caietanus.

Gubernator qui non habet ingenia, Gubernator non eſt.

inertem, eneruem, vt *ingeniis* careat: ac ſi habere *ingenia*, eáque obnixiùs intenta ad regni negotia, ſit ſubſtantiâ Principis: deficientibus autem *ingeniis*, ſolum Principis vocabulum, re vacuum, illi relictum ſit. Idcircò perindè eſt, *Vbi non eſt Gubernator*, ac, Vbi non ſunt Gubernatoris *ingenia*. Ergò vbi non eſt Gubernator, vel Gubernatori deſunt ingenia; *populus corruet, vt folia*, addunt LXX. Rectè autem numeroſus populus, qui non habet Gubernatorem, *foliis* comparatur. Nam vt ſcitè dixit S. Dorotheus: *Quibus non eſt gubernatio, decidunt vt folia. Folium à principio ſemper virens, ſemper germinans, ſemper delectabile eſt: non multò poſt areſcit & languet, & cadens conteritur & conculcatur.* Veniamus ad huius ſententiæ antitheſim: *Salus autem*, inquit, *vbi multa conſilia.* Quanta verò ſit conſultorum ſiue Seniorum auctoritas & vtilitas, appoſitè tradit Romanæ hiſtoriæ Princeps: *Ego ita comperi, omnia regna, ciuitates, nationes vſque eò proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt. Vbicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere, paullò poſt imminuta opes, deindè ademptum imperium, poſtremò ſeruitus impoſita eſt.* Ergò eſt *ſalus*, vbi optima & *multa conſilia.* Dignitas autem conſultorum, ſiue Seniorum, publicat Ariſtoteles: *Conſiliari*, inquit, *eorum, quæ inter homines, diuiniſſimum.* Et Plato: *Quiddam ſacrum profectò conſultatio eſt.* Quæ Philoſophorum loca, alibi enucleauimus.

LXX interp.

S.Dor. apud Cornel. ibi.

Numeroſus populus ſine ingenioſo Rege, eſt velut folia.

Saluſt. ad Cæſarem.

Conſultores vel Senatores ſunt velut quiddam ſacrum.

Ariſt. Rhet. ad Alexan. Plato alibi expenſus.

§. CCXLVI.

Valdè periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit.

1. NObilis poſſeſſio ſapientia eſt, quæ diſtributa ſuſcipit incrementum; & auarum dedignata poſſeſſorem, citò niſi publicetur, elabitur. Ceterùm omnis doctor in diſtributione ſapientiæ peccans, turpior eſt, ob hoc quòd in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur. Candidatos conſilio ſuo perite extrahit, & indefenſos tuetur reos, & de pace bellóque multa præſciuit, quæ tempeſtiuè Principum auribus ſuggerit, atque in ſenatu digerit:& in hoc gaudet ſe aliquid didiciſſe, vt doceat. Sed viderit, ne palatij faſtus eum faſcinet cognatæ ambitionis præſtigio. Captanda Principum gratia, & eorum ingratia plus æquo timenda, vt ambiti honoris, ſic & debitæ conſtantiæ titubatio eſt. Seuera eſt vera ſapientia, rigida, flectineſcia; quippè quæ vno veritatis gradu ſtat erecta; ne ergò mobilis palatij aura rectam ſapientiam flectat, ac coruet, eámque ad Potentium nutum flexilem reddat; & recti peritia ſit malè peritum iniuſtitiæ acumen, dum meritò deſtruenda, iuris peritiâ adſtruit ambitionis ingenio.

Ne mobilis palatij aura, rectam Sapientum peritiam reddat ad quiduis flexilem.

2. Regius Propheta Pſalmum 1. his verbis auſpicatur: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.... & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit.* Sed in lege Domini voluntas eius.... Et erit tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non deflüet. Et omnia quæcúmque faciet ſemper proſperabuntur. *Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Quemadmodùm Iuſto beatitatem, proſperitatem, ac firmitatem, & in recto iudicio conſtantiam tribuerat: ſic impio, cui nuper & iniquum *conſilium*, & *cathedram peſtilentiæ* tribuerat, inanitatem & inſtabilitatem nunc tribuit. Puluis enim obſequenter ſequitur ventorum circumlationem, neque proprium habet firmamentum, ſed vagè quoquouerſùm iactatur. Quænam eſt hæc iactatio impiorum, qui nuper eſſe in *conſilio*, & in *cathedrâ peſtilentiæ*, velut ſapientiæ Doctores *ſediſſe* dicuntur? Appoſitè Theodoretus indidèm apud Catenam Græcorum Patrum: *Illud autem*, inquit; *Sed tamquam puluis, ex ſimilitudine declarat impiorum inſtabilitatem. Nam quandò tentatio flauerit; aguntur tamquam puluis terræ, hinc indè diſperſi* (Attentiùs penſita quæ ſubduntur ad rem verba, Theodoreti ingenio digna,) *& ad placitum Dynaſtarum ſententiam mutantes.* Auctoratiſſima videbatur iſtiuſmodi Doctorum ſapientia, quæ *conſilij* & *cathedræ* nomine indigitatur. Aſt *conſilium impiorum* eſt, & *cathedra peſtilentiæ*: nam hi Doctores dicuntur eſſe *tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ*, ob leuem inconſtantiam, & facilem mutabilitatem; ſiquidèm ſuæ ſapientiæ, veritati, & Reipublicæ bono infidi, *ad placitum Dynaſtarum ſententiam mutant.* O Sapientes malè acutos, & ambitioſè peritos, qui non de veræ ſapientiæ adytis, & veritatis ſacrario; ſed de placito Dynaſtarum ſententiam excudunt, flexili ad eorum nutum ſuffragio! His, his inquam, ſacra Theologia, & ſanctior Iuriſprudentia, venalis eſt, quâ Dynaſtarum cauponantur fauorem, & gratiam Principum, quorum oculi hoc puluere identidèm excæcantur. Dignitatem candidata ambitio, & degener vtilitatum vſura, ſapientiæ conſtantiam quatefacit, ſubruit, labefactat; & peritiæ abuſu pernicioſum Reipublicæ mendacium fucato veritatis colore pingunt; & vilis lucelli ſpebus ſapientiam adulterant, veritatem conſtuprant, & Principum nutibus ſententiam nundinantur. In horum linguâ infortunata eſt veritas, felix error, ſapientia adulterata, venale ſuffragium. *Conſilium impiorum eſt, & cathedra peſtilentiæ*, quæ ad merum *placitum Dynaſtarum ſententiam* diſpenſat: hæc tabes iuſtitiæ eſt, veritatis ſtuprum, conſtantiæ titubatio, & nutantis Reipublicæ macies. O pereant huius *cathedræ peſtilentiæ* Doctores, quibus error æquè ac veritas, problema eſt ad vtrumuis flexile!

Pſal. 1. v. 4.

E cathedrâ peſtilentiæ docetur, ad placitum Dynaſtarum ſententiam flectere.

Theodot. in Cate. Græc. Patrũ apud Corderium.

3. 2. Regum 12. poſt fœdum cum Berſabee adulterium, Vriæ ſanguine fœdiùs cruentatum, totò anno præſtitit rex Dauid, quin vel cognato conſcientiæ corroſu viſcera morſicante, vel Sapientum amicorum vrbano admonitu, geminati ſceleris conſcientia inquietaretur ad pœnitentiam. O pacatè tranquilla Principum ſcelera. Tandem Nathan Propheta Dei inſtinctu inuocatus adeſt Regi, perpetrati flagitij durus obiurgator; ſub idoneâque ouiculæ parabolâ, & ſcelus prodit, & ſceleris ſupplicium intimat. *Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque tranſtulit*

2. Reg. 12. v. 13. & 14.

Digitized by Google

ſtulit peccatum tuum: non morieris. Verumtamen, quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini,&c. Magnum ſanè animum Nathanus induit, vt tam fœda flagitia Regi exprobraret impunè; quod in Principum curiâ aut aulâ inſolens eſt, quin ipſius Principis & aulicorum odia, aut contumelias incurrat. Id eleganter ad rem Didymus expendit, eâ de re ſic fatus: *Sed neque Dauid in peccato diutius perſeuerauit. Nam cùm tantus Rex ab idiotâ reprehenſus fuiſſet, nihil indignatus, ſemet ipſe accuſauit, ita vt Propheta diceret: Et Dominus tranſtulit peccatum tuum.* τὸ *Idiota* etiam apud Latiniſſimos, hominem ſignificat illiteratum, rudem, indoctum, agreſtem, quo elogio moraliſſimè nominatur cùm Regem obiurgat, & illi ſeueriores minas Dei nomine vibrat. Scilicet Nathan à Deo edoctus, & prophetiæ ſpiritu cælitùs afflatus, vltra omnem ſapientiam humanam ſcius, Regem obiurgat, illique improſpera minitatur: & licet vrbanè & ſapienter loquebatur; tunc, tunc quidèm, *idiota* audit, illiteratus, rudis, indoctus, & agreſtis dicitur, ab aulicis ac curialibus, opinor; in domumque ſuam ab eis remittitur: nam liberiori ad Regem ſermone habito, confeſtim ſubiungitur: *Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam.* Non inuitatur vt maneat in curiâ, non cenſetur inter curiales ſapientes, non accitur ad conſultiorem ſenatum: ſed, tametſi à Rege patienter auditus, iam exinceps *idiota* dicitur, & in illiteratorum numero recenſetur quaſi ex Regis obiurgatione, & improſpero verè nuncio, ſapientiam dedidicerit, & *idiota* derepentè euaſerit dignus qui in domum ſuam reuertatur. O nimis vere! O pereant, qui non de veriori, ſed de gratiori Regibus ſuffragio, ſapientiam taxant, & peritiæ aut imperitiæ cenſuram librant!

Didymus in Catenâ in Pſal. 50.

Regis obiurgator, improſpera enuncians, idiota nominatur. quare?

2. Reg. 12. v. 15.

4\. Danielis 4. rex ille magnus Nabuchodonoſor vidit in ſomno proceram illam arborem patulis diffuſam ramis, ſuccidi iuſſam, in futurorum præſagium. Accito Danieli cuncta ex ordine Rex denarrat. Audito autem ſomnio Daniel, cui nomen Baltaſſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare quaſi vnâ horâ: & cogitationes eius conturbabant eum. Reſpondens autem rex ait: Baltaſſar, ſomnium, & interpretatio eius non conturbent te. *Reſpondit Baltaſſar, & dixit: Domine mi, ſomnium his, qui te oderunt, & interpretatio eius hoſtibus tuis. Arborem quam vidiſti ſublimem.* &c. Omnibus in confeſſo eſt, quòd Daniel à Rege accitus, vt ſomnium inuiſè arcanum petitè clararet, id exertè præſtitiſſe, & abſconſum ſomnij ſacramentum ſapienter extricaſſe, atque veritatem, etſi Regi peracerbam, ipſi palàm renunciaſſe, quod perrarò in aulâ fit. Ceterùm licèt ſatis vrbanè (vt par erat) ſuam, vel potiùs Dei ſententiam intimarit (neque enim acerbior veritas Principibus intimanda, renunciauit comitati,) tamen non leue negotium Interpretibus faceſſit, quæ Daniel interſerit, etiam cùm veritatè Regi ſapienter enunciat. Ait enim: *Somnium his, qui te oderunt, & interpretatio eius hoſtibus tuis.* Quâ ſuper re ſic ad rem addubitat Dionyſius Carthuſianus: *Sed mirum videtur quòd Propheta tam ſanctus, pœnam Regi diuino iudicio iuſtiſſimè infligendam, optat ab eo auferri, eiúſque hoſtibus imprimi: quorum nonnulli Rege hoc ſuperbiſſimo meliores fuerunt. Et reſpondendum, quòd Daniel id optauit, partim ex pietate, partim ex Zelo iuſtitiæ. Regi enim piè condoluit propter humanitatem eius ad ſe.* O quàm eſt periculoſum coram Regibus etiam verè & vrbanè philoſophari! Sanctiſſimus, ſapientiſſimus & vrbaniſſimus erat Daniel, ipſiſſimam veritatem Regi intimat è cœlo edoctus; & tamen dum acerbam veritatem vrbanioris beneuolentiæ melle condit, vt eius amaritiem temperet; ſic Regi *piè condoluit propter humanitatem eius ad ſe*, ſic veram interpretationem velut fucatis blanditiis colorat, vt *mirum videatur quòd Propheta tam ſanctus, pœnam Regi diuino iudicio iuſtiſſimè infligendam, optet ab eo auferri, eiuſque hoſtibus imprimi: quorum nonnulli Rege hoc ſuperbiſſimo meliores erant.* Non ſum adeò rigidus cenſor, vt damnē hanc Danielis ciuilitatē, ad Regem potentiſſimum, & erga ſe perhumaniter beneuolum, & auguſtè munificum. Sed videtint curiales Principū Sapientes, quàm ſit ſcrupuloſa res coràm Regibus philoſophari; adeò vt Daniel ſapientiâ & ſanctitate prælustris, etiā dum vera dicit, ſi minùs reprehēſionem, ſaltē nimis ciuilitatis ſcrupulum incurrerit. Tanti Regis auguſtior maieſtas, beneficentior erga Danielem humanitas, aulica ciuiliter vrbanitas hæc verba (quæ *admirationem* ſcrupuloſè mouent) potenter extorſerunt.

Dan. 4. v. 16.

Carthuſ. ibi.

Daniel etiā dum vera Regi enunciat, ſcrupulum Sapientum non effugit.

Daniel. 4. Ego, inquit Nabuchodonoſor, quietus eram in domo meâ, & florens in palatio meo: 5.
ſomnium vidi, quod perterruit me: & cogitationes meæ ſuper ſtrato meo, & viſiones capitis meæ conturbauerunt me. Et per me propoſitum eſt *decretum*, vt introducerentur in conſpectu meo *cuncti ſapientes Babylonis*, & vt ſolutionem ſomnij indicarent mihi. *Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices, & ſomnium enarraui in conſpectu eorum: & ſolutionem eius non indicauerunt mihi. donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel,* &c. Miriſſimum ſanè eſt, quòd cùm ex *decreto* Regis ad ſomnij interpretationem adſciri debuiſſent, *cuncti ſapientes Babylonis*, omiſſus fuerit Daniel, qui hîc dicitur *Præfectus ariolorum*; & ſuprà cap. 2. primum ipſius Regis ſomnium de illâ prodigioſâ ſtatuâ mirè interpretatus eſt; quam ob rem Rex eum conſtituit *Præfectum magiſtratuum ſuper omnes ſapientes Babylonis.* Indè (ait Dionyſius Richel) *quæritur, cur Rex ſciens Danielem omnibus ſapientiorem Chaldæis, eum primò omnium non vocauit.* Ex Regis edicto cuncti ſapientes Babylonis aduocandi erant, & qui primus omnium aduocari debuiſſet, ſolus omittitur? Pergit Dionyſius dubij ſolutionem reddere: *Ad quod quidam reſpondent, quòd Miniſtri Regis primò induxerunt Chaldæos Magiſtros, vt ipſi ampliùs honorarentur à Rege.* O benè & ad litteram, & ad mores! Nempè tegni Sattapæ, & primarij Regis *Miniſtri* obnixiùs arcere ſtudent à Regis conſilijs Danielem è cælo edoctum, pium ac veridicum conſiliarium, & omnium ſuffragio approbatiſſimum: & ipſi Chaldæi *Miniſtri Chaldæos introduxere Magiſtros*, qui introductoribus debeant à Rege in conſilium acciri, auctoritatem apud Regem habere, eſſe Regis faciales, & ipſius gratiam de conſilioſæ peritiæ elogio nanciſci. Non *inducunt* ſapientiorem in ſe Danielem, ſed ipſis obſequentiores Chaldæos: non quærunt in conſultore peritiam, ſed in ſuffragio obſequium.

Daniel. 4. v. 4. & 5.

Regis Miniſtri, cur emiſſo Daniele, Chaldæos aducant ad ſapientem ſomnij interpretationem.

Dan. 2. v. 48.

Carthuſian. in Dan. c. 4.

obſequium. quapropter *Miniſtri Regis* omiſſo Daniele, *primò induxerunt Chaldæos Magiſtros.* Vide nunc quos aduocet ad conſilium Boozus, (qui putatur Abeſan totius Iſraëlitici populi Iudex) nempe *decem viros de ſenioribus ciuitatis,* peritiâ præditos, non gratiâ ſubornatos, & ſuffragio flexiles.

Hîc verſ. 2.

§. CCXLVII.

Princeps imperitus, peritiſſima etiam Conſultorum ſuffragia infatuat.

1. Diu delibera, citò facito. Nil curare, eſt inſanum eſſe: nihil poſſe, hoc eſt mortuum viuere: nihil conſulere, eſt velle vltrò errare. Sepulta eſt apud te prudentia omnis, cùm tu te ſolum conſulis, te ſolùm animitùs audis: quin & dum adſcitos conſiliarios ita audis, vt obedias. Pauci ſunt, qui conſilio ſe ſuáque diſponunt; ceteri eorum more, qui fluminibus innatant, non eunt, ſed à conſiliariis feruntur. Nemo quamuis paratos habet colores, ſimilitudinem reddet, niſi iam conſtet, quid velit pingere. Scire debet quid petat ille, qui ſagittam vult mittere; & tunc dirigere ac moderari manu telum. Errant conſilia noſtra, quia non habent quò dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus ſuus ventus eſt: neceſſe eſt multùm in rebus noſtris caſus poſſit, quia deliberamus caſu; quia ex conſuetudine potiùs quàm veritatis eligendæ ſtudio conſiliarios adſcimus; quia illos audiſſe, ſolenne eſt, & præmiſſa erroris excuſatio, ſi fortè res è voto non ſuccedat: quia illos audiſſe, illis obediſſe eſt. Ad aurium margines percolanda ſunt conſultorum ſuffragia, & rationum momenta ſagaciùs libranda, vt conſultationis ſcopum faciliùs & feliciùs collimes. Qui ſapienter conſulit, ſapientes conſiliarios vel inuenit, vel facit: dum ad rectæ rationis libram ſuffragia trutinat. Quid refert ad ſequelam, perita audire conſilia, ſi ipſe inſipienter imperitus eſt? eius enim imperitia infatuat conſilia aliàs peritiſſima, dum fatua peritioribus præfert. Quare imperitus Princeps vel conſultiſſimum Senatum, eiúſque perita ſuffragia egregiè infatuat, fatuo conſiliorum abuſu. O caue hunc regiminis ſcopulum, quiſquis prudentiam amas.

Princeps imperitus peritiſſima etiā conſultorum ſuffragia infatuat.

2. 2. Regum 15. Dauidi fugienti ſuperbè impias Abſalomi iras, nunciatum eſt, quòd etiam conſilioſiſſimus Achitophel eſſet in coniuratione cum Abſalom, *dixitque Dauid: Infatua, quæſo, Domine conſilium Achitophel.* Hanc Dauidis orationem ſic à peccato vindicat Abulenſis: *Dauid,* inquit, *non petiuit vt Achitophel eſſet fatuus, ita quòd Achitophel ſemper maneret priuatus prudentiâ; ſed quòd infatuaretur conſilium eius, id eſt, quòd Deus non permitteret eum inuenire conſilium bonum, ſed fatuum.* Verùm ſacri textûs ductu ſolerter perueſtigemus, an reipsâ infatuatum fuerit conſilium huius peritiſſimi conſultoris: & indè Dauid quod ſupplex à Deo petierat, feliciter impetrauit. Pergit itaque ſacer Hiſtoricus infrà cap. 17. & conſultiſſimum Achitophelis conſilium refert; ſed neglectum quidèm ob Chuſaï Arachitæ conſilium, ſpecie tenùs ſalubre, ſed reipsâ inidoneum, & Abſalomo exitiale, *Dixitque Abſalom, & omnes viri Iſraël: Melius eſt conſilium Chuſaï Arachitæ conſilio Achitophel: Domini autem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalom malum.* Cùm ergò Dominus audierit Dauidis preces de *infatuando* prudentiſſimi Achitophelis conſilio; non leue ſupereſt litigium, quomodò illud Deus infatuaſſe dicatur; ſiquidèm conſultiſſimum ſuffragium tulit, & ſapientiſſimum conſilium dedit; cui ſi Abſalom obſequeretur, rem feliciter euiciſſet. Multa hîc mouent Interpretes, vt hunc nodum extricent. Rem, opinor, tetigit noſter Sanctius, quâ pollebat Bibliorum peritiâ: *Cùm audiſſet,* inquit, *Dauid in eâ coniuratione Achitophelem eſſe principem, orat Dominum, vt illius conſilium, quod quaſi oraculum aliquod exiſtimabatur, infatuet; id eſt, faciat, vt videatur vanum, & inutile; aut, quod idem penè eſt, nullum habeat vtilem euentum.* Litteraliſſimè pariter ac moraliſſimè Sanctius. Scilicet conſultiſſimum, prudentiſſimum, ac ſapientiſſimum erat Achitophelis conſilium, & rei peragendæ idoneè vtiliſſimum (quippè *quod quaſi oraculum aliquod* exiſtimabatur;) verùm quia inſipiens ac imperitus erat Princeps, apud quem Achitophelis peridoneum conſilium, *vanum & inutile viſum* eſt: idcircò eius ſapiens conſilium dicitur *fatuum,* & ipſe in ferendo ſuffragio *infatuatus* perhibetur. Imperitus enim Princeps, qui de cognatâ inſipientiâ neſcit ſagaciter expendere ac trutinare expetita Sapientium conſilia, eadem conſilia etſi peritiſſima, de ſuâ inerti imperitiâ *infatuare* dicitur: quaſi ſuam ſic regerat in conſiliarios fatuitatem. Sic Deus prudentiſſimum tunc Achitophelis conſilium *infatuat, id eſt, facit, vt* Principi *videatur vanum, & inutile.*

2. Reg. 15. v. 31. Abul. hîc q. 34.

2. Reg. 17. v. 14.

Fatuum dicitur prudentiſſimum conſilium, quod inerti Principi vanum & inutile videtur.

Sanct. in 2. Reg. 15. v. 31. n. 38.

3. Siracides cap. 10. ſic Gubernatorum politiam, de ſapientiæ arcanis auſpicatò informat: *Iudex* (Princeps inquam) *ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.* Pro τὸ *iudicabit,* Græcè ſcribitur, *erudiet*: Rabanus legit, *vindicabit.* Itaque Princeps ſeu Rex conſultiſſimè dicitur *Iudex*; nam potiſſimum Principis munus eſt iudicium, quod per ſe, aut per ſuos miniſtros exercet. Attentiùs autem nota, quam iudiciariæ politiæ gnomen ſubſcribat: *Secundùm Iudicem populi,* (Principem aut Regem,) *ſic & miniſtri eius.* Tantúmne ſemper adulationi, imitationíve liceat? Imò non ſemel videmus ſub malo Principe bonos Miniſtros: & contrà ſub Principe bono malos iuſtitiæ & conſilij Miniſtros. Sic vnius Principis aut malitia, aut inſipientia, omnes omninò Miniſtros & Conſiliarios deprauet & infatuet? Eſto, eorum veracitas aut peritia aliquandò ambitionis aut adulationis ingenio perſtringatur: at non ſemper ſic abducuntur ab æquo & iuſto, vt illud negligant, & bono publico ſuis conſiliis perniciem ſtruant prauo & inſipienti ſuffragio. Quid ergò eſt, quòd ſic vniuerſatim dicitur: Sicut Princeps populi, *ſic & Miniſtri eius?* quaſi à Principis prudentiâ, Miniſtri ac Conſiliarij ſapiant; & ab eiuſdem inertiâ, imperitiâ, ac inſipientiâ, omnes pariter ſtulteſcant. Appoſitè Antonius in Meliſſâ lib. 2. Serm. 1. ita ſcribit: *Opulentia rationis expers poteſtatem nacta, etiam eos qui ſapere videntur, ſtultos reddit: nam fortunatum eſſe præter dignitatem, deſipiendi præter* (forſan propter)

Græcus. Rabanus.

Eccli. 10. v. 2.

Princeps inſipiēs, ſapientes conſultores reddit ſtultos.

Antonius. in Meliſſ.

pter) *dignitatem occaſio eſt.* Vide nunc quàm verè pariter ac profundè Siracides dixerit, quòd ſicut Princeps populi, *ſic & Miniſtri* ac Conſiliarij eius. Nam ſi Princeps ſit vecors, inſipiens, *& rationis expers, etiam eos qui ſapere videntur, ſtultos reddit.* Nam cùm ipſe Princeps ſit inſipiens, ſapiens Miniſtrorum conſilium, Principis abuſu deſipit: & de Principis ſtultitiâ conſilioſum ſuffragium planè ſtulteſcit. Quia aut illud inuitus audit, aut malignè intelligit mentis ſiniſteritate & iudicij inopiâ, aut palam refutat tamquam rei gerendæ inidoneum, & inſipientibus aliorum ſententiis ipſe inſipiens obſequenter obedit; & de ſuæ mentis tincturâ conſultationem atque deliberationem colorat, ſuæque ſtultitiæ penicillo quod mauult ipſe depingit. Idcircò *Secundum Principem populi, ſic & Miniſtri eius:* quia Princeps *rationis expers, etiam eos qui ſapere videntur, ſtultos reddit.* Sicut peritiſſimum Achitophelis conſilium, *fatuum* dicitur de principis Abſalomi ſtultitiâ: nam deſipiendi propter Dignitatem occaſio eſt.

4. Prouerb. 28. v. 16. Vatablus. Hebræus.

Salomon Prouerbiorum 28. ſic ſapienter admonet: *Dux indigens prudentiâ, multos opprimet per calumniam.* Vatablus vertit, *Princeps carens prudentiâ,* Hebræus textus: *Dux* (Princeps) *carens intelligentijs, multus oppreſſionibus.* Profectò licèt Princeps ſit parùm prudens, & peritiâ careat ad regendos populos; tamen adhibere poteſt conſiliarios ſagaciter intelligentes, & in re politicâ peritè verſatos, qui ipſi præſtò ſint in conſiliis, quibus tamquam *intelligentiis* vtatur in rerum deliberatione. An quia ipſe prudentiâ caret, indigebit etiam intelligentiâ Miniſtrorum; indéque in ſubditorum *oppreſſionibus multus* erit; Sanè Princeps vnus plures eſt ad Reipublicæ euerſionem; quia licèt ipſe ſolus *careat prudentiâ*; inde conſiliariis ac Miniſtris intelligentibus (quos appellat Principis *intelligentias*) *indiget.* Nam, vt nuper adſtruebamus, Princeps *rationis expers, etiam eos qui ſapere videntur, ſtultos reddit.* Sic imperitia Principis Miniſtros infatuat? Bonus ac peritus Princeps Booz, qui hic *decem viros de ſenioribus ciuitatis* eligit, tamquam rei arbitros; & eorum peritiam ſic diſſimulanter ipſe direxit, vt negotium quod ritè incœpit, feliciter abſoluerit.

Rex carens prudentiâ, caret etiam intelligentiis miniſtrorũ.

Hic verſ. 2.

5. Pſal. 2. v. 10. Aquila. Lorinus.

Regius Vates Pſalmo 2. ſic mundi Principes admonet: *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.* Intelligite, id eſt, *Sapite,* prudenter agite. Cum Lorino ex Aquilâ diceres minùs Latinè, *ſcientificamini,* Quæ eſt hæc Regum ſapientia? Addit: *Erudimini qui iudicatis terram.* An hic monet Principes; vt denuò ſtudio ſapientiæ inuigilent, & in omnem litteraturam nouiter incumbant? Opinor, hoc ſtudium Principibus nec iuuat, nec vacat. Quare Petrus Bleſenſis Serm. 39. monet, *erudimini,* non ſignificare vt fiant eruditi, ſed vt iam ſint, videlicet extrà ruditatem mentis & corporis, hoc eſt, extrà ignorantiam, & rerum tractandarum inertiam & ſocordiam. Vndè ſubdit: *Apprehendite diſciplinam.* Cyprianus lib. 1. epiſt. 2. *Continete diſciplinam.* Quaſi dicat: Ne patiamini diſciplinam populis regendis neceſſariam, ex animis veſtris elabi; eam ergò *continete.* ne fortè ſimul elabatur regnum, aut ſaltem regia dignitas per ſocordiam intermittatur. Profectò ſingularis eſt expoſitio Origenis in Catenâ Græcorum Patr. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Reges,* inquit, *vocat, ſuadens vt reuerterentur ad dignitatem quam habuerant.* Hem! tam ſunt inertes deſides aliqui Principes, tam ſunt abalienati à regio munere obeundo, vt quaſi operoſum regnandi officium intermiſerint, neceſſaria illis admonitio ſit, vt ad practicam *intelligentiam* redeant, & de re politicâ practicè *erudiantur, ſuadens vt reuertantur ad dignitatem quam habebant.* quaſi dignitatem regiam non habuerint, toto tempore, quo voluptatibus toti, & deliciis regiis mancipati, ſuis Miniſtris ac Conſiliariis eam permiſerunt. Quæ regni adminiſtratio, Principum oculis ac examine viduata, Miniſtros ac Conſiliarios, furaces, iniquos, & inſipientes, aut inuenit, aut facit. Vndè Ptolomæus Philadelphus ſeptuaginta S. Scripturæ Interpretibus, vti refert Ariſtæas, ſingulis ſingulas quæſtiones politicas proponens, hanc ei qui ordine erat quinquageſimus quartus, propoſuit: *Quid regnum conſeruet?* Ad quem ille: *Cura, & meditatio, ne quid à rerum Præpoſitis malè agatur committatúrque in plebem, quemadmodùm facis, cùm tibi Deus præſtantem intellectum præbeat.* Itaque *cura* aduersùs Præfectos, & *meditatio* ſuper Conſiliariorum ſententiis, regiæ politiæ ſumma eſt, & regiminis compendium: alioqui *infatuantur* Miniſtri, & regnum euertunt.

Petr. Bleſ.

S. Cyprian. *Intelligentia Regibus ſuadetur, vt reuertãtur ad dignitatem quam habebant.* Origenes.

Cura ſuper Præfectu, regiæ politiæ ſumma eſt.

Ariſtæas.

§. CCXLVIII.

Puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere.

NOn ſentire mala ſua, non eſt hominis; & non ferre non eſt viri: Cuiuis doloris remedium eſt patientia. Feras, non culpes, quod ferre neceſſe eſt, quod muliebribus querimoniis nec auertitur, nec lenitur. Feras quod lædit, vt quod prodeſt, feras; vt timenda non anticipes, ſed ſtrenuâ alacritate fruſtreris. Serò animus ad periculorum patientiam poſt pericula inſtruitur. Quicquid temporalium bonorum eſt, cui dominus inſcriberis, apud te eſt, tuum non eſt. Nil firmum infirmo. Nihil fragili æternum inuictúmque eſt: tam neceſſe eſt perire, quàm perdere: & hoc ipſum, ſi intelligimus, ſolatium eſt, æquo animo perdere quod perdendum eſt. Ingratus eſt, qui cùm amiſerit, pro accepto nil debet. Debet habere gratias, quia accepit, quia boni illius aliquandò vſum habuit: debet etiam pro abuſu veniam poſcere. Ad hanc legem animus noſter aptandus eſt, hanc ſequamur, huic pareat, vt quæcumque cælitùs fiunt, expedire putet vt velit obortis querelis obiurgare fortunam. Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum, quo auctore cuncta eueniunt, ſine murmuratione comitari. Expromptior querela, puerorum ac mulierecularum vitium eſt, has leuiculum malum non leuiter inquietat: & infirma & imbecilla quæque, ac ſi de indolentiâ præſcribi poſſit, nimis de quouis dolore exaſperantur, & tragœdias excitant implacabiles. Ille puſillus eſt & degener, qui præ impatientiâ querulus, emendare mauult Dei prouidentiam, quàm ſe ad patientiam componere. Vir ſapiens omnia ſua

1. Ferè ex Senecâ ſparſim.

Ingratus eſt, qui cùm bona amiſerit, pro accepto nil debet.

ſua, ſéque ipſum inter precaria numerat, viuitque vt commodatus ſibi, & repoſcentibus æquo animo reddirurus.

2. Matthæi 28. veſpere ſabbati, quæ luceſcit in primâ ſabbati, venit Maria Magdalenè, & altera Maria videre ſepulchrum. Domino autem glorioſè è tumulo reſurgente, *Ecce terramotus factus eſt magnus.* Adeſt Angelus Domini, Dominicæ reſurrectionis aſſertor; & cuſtodum terror, eiuſdem ſuffragium offert. Cur reſurgente Chriſto terra terræmotu concutitur? Plures rationes litteraliſſimè Commentatores addenſant. Profectò terra, quæ in Chriſti morte præ horrore contremuit, in eius reſurrectione præ gaudio quaſi ſubſiliit, ac reſurgenti congratulata applauſit. Aliam rationem adſimiliter tropologicam reddit Bernardus allegatus in Allegoriis noui Teſtamenti ibidèm, ſic luculenter fatus: *Et ecce terramotus factus eſt magnus. Iam enim deſinebat, quod de terrâ erat, in terram redire, & tendebat in cælum.* O quàm multa pauciſſimis! Non valdè mirarer, quòd Terra, licèt exanimale & inſenſile elementum, vaſtis ſepulcrorum hiatibus, & immani ſaxorum concuſſione, funeſtam ſui Conditoris mortem demonſtrarit; miriſſimum autem nunc videri poſſet, quòd in lætiſſimâ ſui Opificis reſurrectione, horrendo terræmotu velut impatienter inquietetur. Quid adæquè lætum terris vnquam accidit? Pro feſtâ exultatione tremit, & horrendum mugit? Ita quidèm, ait Bernardus; quia cùm in mundi primordio, homo præuaricationis reus, è Dei ore audiuit, *Puluis es, & in puluerem reuerteris*; quod Terræ priuilegium hactenùs illi inuiolabiliter ſeruatum, tunc violatum videt, inopinato terræmotu horrendè remugit, & querulum violati priuilegij ſenſum exhibet. Nimirùm homo è terrâ conditus, immortalitatem peccato perdidit, damnatus vt in matricem pulverem reuerteretur: cùm autem terra tandem ſentit, quòd Chriſti iam ſepulti cadauer, in terram non conuertitur, ſed reſumptâ animâ, è ſepulcro glorioſum exurgit, exemptum tributo, quod omnes illi homines hactenùs pendebant, anxiè dolet ſe ſuo priuilegio viduari, & querulo terræ motu, & horribili impatienter concuſſione, dolorem expreſſit ſuum. *Et ecce terramotus factus eſt magnus. Iam enim deſinebat quod de terrâ erat, in terram redire, & tendebat in cælum.* Proh! ſic viliſſima, infimiſſima, & alioqui patientiſſima terra, vel contrà Conditorem ſuum præſcribere ſatagit, & grauatè ſuſtinet ſemel priuilegio viduari ſuo? Hoc tributum reliqui homines meritiſſimè pendunt: homo Deus, qui etſi Adæ filius, in Adam non peccauit, huic tributo obæratus non naſcitur. Non attendit ad hæc viliſſima terra, quò vilior, eò ambitioſior, & indè impatientior; ſed cæco impatientiæ impetu, inſanè conqueritur multiplicis hiatûs ore, & concuſſione inopinatâ remugit, quò terra terrenorum hominum mater, humanos affectus egregiè proſtituit, dum in ſe legendos expreſſit. Sic de facili, imò & de iniuſto exaſperamur! A terrâ eſt, terram redolet, terram ſapit huiuimodi inconſulta puſillorum paſſio, quæ terrenos hominum affectûs immeritò inquietat.

Matth. 28. v.1. — *S. Bernard.* — *Terramotu queritur terra, quòd Christus reſurgens, in terram non reuertitur?* — *Gen 3. v. 19.*

3. Actorum 26. opinatiſſimus pro re Chriſtianâ rethor Paullus elegantiſſimam habet orationem ad Feſtum Proconſulem, & regem Agrippam. Hæc loquente eo, & rationem reddente, *Feſtus magnâ voce dixit: Inſanis Paulle, multæ te litteræ ad inſaniam conuertunt.* Dixit hoc Feſtus, tum ob altitudinèm myſteriorum, putà paſſionis Chriſti filij Dei, & reſurrectionis, quæ ipſe, vtpotè homo Gentilis, non capiebat, & delira cenſebat: tum ob ardorem & impetum dicendi in Paullo, qui tantus erat, vt videretur eſſe emotæ mentis. Verùm Oecumenius Græcorum Patrum ſapientiâ imbutus, aliter opportunè ad rem præſentem philoſophatur: *Quoniam ad Regem,* inquit, *ſemper verba dirigebat, commotus eſt aliquantum Feſtus, & libertatem iminitus, ex animi perturbatione & irâ: Inſanis, inquit, Paulle.* Nimitùm Paullus, nouus de cælo rethor, & pro Euangelio orator eximius, dum Euangelicâ libertate Chriſti Dei myſteria euulgat, ſermonem intentiùs ad Regem dirigens; ita Feſtus commouetur, vt cum Paullo Euangelium dehoneſtari inſano ſchomate; & eius orationem præcidens rem Chriſtianam interturbarit. Venia danda erat, quòd ad Agrippam Regem Iudæum, ſacræ litteraturæ gnarum, potiùs quàm ad ſe, hominem Gentilem, ſermonem Paullus dirigeret; & tamen ob leuiculas ambitionis, & ambitioſæ ciuilitatis nugas; ipſe citiùs inſanæ iracundiæ ac ſuperbiæ reus, inurbanè inſanum appellat Paullum, ſapientiæ metam, & prudentiæ verticem. O quantula res ſic hominē pupugit, vt rem Chriſtianam conturbarit! At ſimiliter expurius Aman leuiculè exacerbatur, ob friuolas irreligioſæ ciuilitatis nugas. Sic etiam Naaman Syrus lepræ curationem recuſabat, quia ei ſalus non reſtituebatur ad nutum, ac ſi foret teddendæ ſanitatis arbiter. Et 1. Machab. 6. rex Antiochus decidit in lectum, & incidit in languorem præ triſtitiâ, & miſerè mortuus eſt, *Quia non factum ei ſicut cogitabat.*

Actor. 26. v. 24. — *Ob nugas ciuilitatis, Paullus dehoneſtatur, & res Chriſtiana turbatur.* — *Oecumen. ibi.* — *Eſth. 3. v. 5.* — *4 Reg. 5. v. 11.* — *1. Mach. 6. v. 8.*

4. Ioannis 4. Iudæos ab auitâ nobilitate & religione ignominioſè iam degeneres, declinans Ieſus, reliquit Iudæam, & abiit in Galilæam. *Oportebat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergò in ciuitatem Samariæ.* &c. Eccur tam accuratè notat Euangeliſta, Ieſum non ex propoſito perrexiſſe in Samariam, ſed in tranſitu illàc prætеriiſſe? Quorsùm adeò exacta intentionis notitiâ? Reſpondet Theophilactus inibi: *Oportebat autem eum tranſire per Samariam. Velut obiter, & non deſtinato itinere Samaritanos adibat. Vide enim quòd non dixit: Oportebat ipſum abire in Samariam; ſed: Tranſire per Samariam. Volebat enim occaſionem omnem calumniæ Iudæis excindere, vt dicere non poſſent, quòd relictis eis conceſſerit ad Gentes.* Adſimilia ſuccinctiùs Euthymius ſcribit. Vide quàm exactè præciderit Chriſtus calumniæ occaſiones: & ſimul ex quantulâ re Iudæi, qui iam erant in ſummæ vilitatis confinio, illi ſuccenſebant, & immortales querulè tragœdias excitabant. *Vide quòd non dixit: Oportebat ipſum abire in Samariam; ſed: Tranſire per Samariam.* O quàm de facili implacabilis ira ſufflammatur! Nota hîc quàm pacatè ac vrbanè agat cum Propinquo illo Boozus, ne ob leuiculam cauſſam ipſi ſuccenſeat; edoctus de alterius propinqui, Elimelechi, inquam, iracundiâ, ob quam inconſultè exulauit, ſi Hebræis credimus, vt notabamus ad cap. 1. Verſ. 1.

Ioan. 4. v 4. — *Theophyl.* — *Quare Chriſtus, tranſire per Samariam, non ire in Samariam dicitur?* — *Euthymius.* — *Hic verſ. 3.*

Digitized by Google

5. Matthæi 27. in Paſſione ſuâ miriſſima æquanimis patientiæ documenta Chriſtus exhibuit. Et qui in hominis figurâ propoſuerat latere, nihil de impatientiâ hominis imitatus eſt. Deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus ſpinosè coronatur, inter criminoſiùs ſontes patibulatus pendet in cruce. Sine voce, ſine querelâ patitur: adeò vt patientiam Chriſti eſſe naturam effectam, & præſtantiam ingenitæ cuiuſdam proprietatis, forſan credi poſſet. Et tamen inſana Iudæorum petulantia ſic illi inſultat:

Matth. 27. v. 42.

Si Rex Iſraël eſt (Meſſias, inquam, & Chriſtus Deus,) *deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* O fatuas Iudæorum voces, & barbaricam ſtultè perſuaſionem! nempè ſi tormentorum impatiens excutiat probroſa patibuli cruciamenta, tamquam Deum ſuſpiciemus.

Tertull lib. de Patient. cap. 3.

Imò *hinc vel maximè Phariſæi Dominum cognoſcere debuiſtis: patientiam huiuſcemodi nemo hominum perpetraret*, validè arguit Tertullianus. Quaſi in tot probroſis iniuſtè cruciamentis, animus tranquillè pacatus, imperturbatuſque. ac magnanimâ æquanimitate flecti-neſcius, faſtum humani captûs excellat, & diuinitatis notamenta palàm exhibeant.

Chriſti patientia, impatibilis diuinitatis argumentum eſt.

De humanâ puſillanimitate querelæ gemunt, iracundia tumet, minæ ſcintillant, vindicta æſtuat: tanta verò in tantis cruciatibus tranquillitas, auguſtior tolerantiæ pompa eſt, & ſumptuoſior occultæ diuinitatis apparatus.

Baſil Seleu. Orat. 39.

Hoc Deo honorificentiùs, hoc modo magis impatibilis demõſtratur, quòd & patibili celatus ſit corpore, & quòd impatibilitatem Diuinitatis oſtendat. Scilicet Chriſtus ſic peracerba, ſic probroſa, ſic tranquillè patiendo humanam puſillanimitatem dediſcens, hominem Deum ſe palàm oſtendit. Impatibilis enim eſt diuinitas: ſic autem tranquillè pati, ac ſi impatibilis foret, hominem Deum probat, & eſſe Chriſtum oſtendit. Ergò *hinc vel maximè Phariſæi Deum cognoſcere debuerunt: patientiam enim huiuſcemodi nemo hominum perpetraret.* Indè Tertullianus inibi concludit: Talia tantáque patientiæ documenta, quorum magnitudo penès nationes quidèm detractio fidei eſt, penès nos verò ratio & ſtructio, ſatis apertè non ſermonibus modò in præcipiendo, ſed etiam paſſionibus Domini ſuſtinendo probant his, quibus credere datum eſt, *Patientiam eſſe Dei naturam effectam, & præſtantiam ingenitæ cuiuſdam proprietatis.*

Patientia in naturam vertatur.

S. Ambr. l. 1. Offic. c. 21.

Itaque illa eſt perfectiſſima patientia, quæ quodammodò verſa eſt in naturam. *Primum igitur eſt* (ait Ambroſius,) *ſi fieri poteſt, vt morum tranquillitas vſu quodam affectioni propoſito in naturam vertatur.*

---

§. CCXLIX.

Contentioſus litigator ad infernum properat, concupiſcentiam æmulatur, & Diabolorum ſupplementum eſt.

1.

Cant. 3. v. 2. S. Ambroſ.

SAnctus Ambroſius lib. 3. de Virginibus exponens illa ſponſæ verba *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni*; ita eleganter ſcribit: *Non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus enim pax eſt; in foro lites: Chriſtus iuſtitia eſt; in foro iniquitas. Chriſtus fides eſt; in foro fraus atque perfidia. Chriſtus operator eſt; in foro inane otium. Chriſtus charitas eſt; in foro obtrectatio. Chriſtus in Eccleſiâ eſt, in foro idola. In Eccleſiâ vidua iuſtificatur, in foro circumuenitur: fugiamus ergò forum; fugiamus plateas. Non enim iniuria tantummodò eſt non inuenire, quem quæras; ſed etiam plerumque vbi non oportet, quæſiſſe, vulnus eſt.*

Rara ſine noxâ lis eſt.

Credamus Ambroſio à tribunalibus ad infulas ſublimato, credamus experientiæ, quæ tot noxas litibus intextas prodit. Quò præniteat Boozi virtus, qui ſic innoxiè cum Propinquo litem abſoluit.

Hic verſ. 3.

2. Matthæi 5. in excelſo monte Chriſtus Deus aperiens os ſuum Chriſtianam edocet diſciplinam: *Beati*, inquit, *pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

Matt. 5. v. 3. & 4.

Congruè pauperibus ſpiritu ſubiunguntur mites, quia pauperes & humiles ſolent eſſe mites; ſicut vice verſâ diuites & ſuperbi ſolent eſſe immites & rixoſi: vicinæ ergò & cognatæ virtutes ſunt, paupertas & manſuetudo. Vtriuſque virtutis nexum pulchrè ac tempeſtiuè elucidat Iſaac apud Tilmannum ibi:

Iſaac.

Beati pauperes, &c. *Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Non hanc, aut illam magnam terræ partem; ſed terram. Quis vmquam ſuo ſudore & bellis hoc potuit? Quid opus eſt diu quærere laborando, quod perdere citò neceſſe eſt? Cælum pauperibus, terra mitibus, quid relictum contentioſis? Quid ampliùs volunt, qui volunt diuites fieri, quibus non ſufficit cælum & terra? quid eis fiet?.... Pauperi beatitudo cæli, miti beatitudo terræ debetur; quid ergò miſeris contentioſis reſtat, niſi miſeria infernalis?*

Cælum pauperibus, mitibus terra promittitur; quid contentioſis reſtat, niſi infernū?

Vide hîc inopinatum contentionum, & mutuis rixis litigantium finem, quò cæco ambitionis auaritiæ impetu contentioſi feſtinant. Dei ore cælum pauperibus promiſſum eſt, terra mitibus promittitur, contentioſis quid fiet? quid ſupereſt? quid litibus, contentionibus, ac rixis exambiunt? Quò tanta Iudicibus obſequia & munera? quò tanta aduocatis ac notariis ſtipendia? quò tot facultatum ſuarum diſpendia? quò domeſticæ quietis iactura? quò tot rixas ac tumultus ſumptuoſiùs mercantur? *Pauperi beatitudo cæli, miti beatitudo terræ debetur; quid ergò miſeris contentioſis reſtat, niſi miſeria infernalis?* O ſumma infelicitas cariùs empta! Imò prima beatitudo ſi intimiùs penetretur, litium occaſiones abſcidit: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

Matt. 5. v. 3.

Quæ Chriſti Dei verba nuper laudatus Iſaac, ſic inibi elucidat:

Iſaac 5.

Beati pauperes. Sapienter omninò id primo loco ponit, quod omnes deſiderant; à quo tamen ferè omnes exorbitant. Cur litigat, pugnat, negotiatur, vexat, vexatur, denique infelix eſt, niſi vt ſit beatus homo?

Male quis litigat, quò beatus fiat.

Id enim tam longè eſt, vt homo contentioſus litibus conſequatur, vt nil *contentioſis reſtet, niſi miſeria infernalis.*

3. Pergit Chriſtus Dominus in eodem Montis ſermone: *Et ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.*

Matth. 5. v. 40.

Quaſi dicat, ait noſter Cornelius:

Cornelius.

Vnam veſtem auferenti, noli in iudicio pro veſte cum Litigatore contendere ſed potiùs vt Litem euadas, dimitte ei veſtem quamlibet, adeóque ſi ipſe pallium poſcat, dimitte ei & tunicam; & ſi

poſcat

Digitized by Google

poſcat tunicam, adde ei & pallium. O! ſic longè à tribunalibus, ſic procul à iudicijs, ſic à litibus extraneos, Chriſtus Chriſtianos voluit?

S. Aug. apud Haye noſtrũ c.49. Not. 3. ad Epheſ. 5. v.16.

Appoſitè Auguſtinus præfata Chriſti verba ita exponit: *In hâc autem vitâ iubet nos Apoſtolus redimere tempus, quoniam dies mali ſunt. Et quid eſt redimere tempus, niſi cum opus eſt detrimento temporalium commodorum ad æterna quærenda & capeſſenda, ſpatia temporis comparare? Vndè & Dominus præcepit dicens: Siquis voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium; vt ſcilicet amiſsâ re temporali, impendas ad quietem, quod eras impenſurus ad Litem.*

Cedamus litibus, vt redimamus tempus ad quietem.

An Auguſtini æuum, ſicut & noſtrum, litium longæuitate vexabatur? O Iudicum cunctationes! ô moras officialium! ô diuturnam impunè furacitatem! Cede, licèt iuſtiſſimo ritè litigio, vt *redimas tempus*, ne totum vitæ tempus lis vna ſenſim abſumat, & omnia vitæ ſpatia ſuffuretur. Litis ceſſione ſpontaneâ *redime tempus*, vt *impendas ad quietem, quod eras impenſurus ad litem.* Sanè captiuum eſt tempus, quod liti impenditur; auaritiæ, ambitioni, & Diabolo ſeruit: ergò redime illud tecum, quoniam *dies mali ſunt*, quos litigiis erogas. O quàm inquietant vitam dies litibus male impenſi!

4. Geneſeos 6. valdè propagatur præuaricatoris Adami ſoboles, & cum eâ luxurians impunè prauitas pariter excreuit. Ergò exundans hominum malitia eluuione eluenda erat: *Dixitque* (Gen.6. v.3.)
Deus: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Non conuenit inter Expoſitores, quid ſignificet τὸ *ſpiritus meus*: nam alij ad Dei ſpiritum, ipſum Deum, inquam; alij ad ſpiritum, ſenſum referunt. Scilicet non permanebo ego cum homine concupiſcentiis dedititiſſima: vel, non permanebit ſpiritus meus, id eſt anima in homine, quia caro eſt, & libidine ſalaciſſima ferè in carnem deſciuit, degenere affectuum carnalium obſequio. Pro τὸ *permanebit*, Pagninus ex Hebræo vertit, *euaginauit*, alij, *elongauit*; Hieronymus in Quæſt. Hebrai. excribit, *non indicauit ſpiritus meus.* Oleaſter in Adnotat. ad litter. ita ſcribit: *Alij verò putant verbi radicem eſſe (dun) quod eſt iudicare, litigare.... Et potius meo iudicio ſignificat Litigare, quàm iudicare.* Ait itaque Deus: Cùm homo *caro* ſit, id eſt, carnalibus, concupiſcentiis inolitus, abſtinere à litibus cum eo oportet. Quare exinceps nolo, vt *ſpiritus meus* cum eo *litiget*, id eſt, ego non ampliùs cum eo *litigabo*. Vel potiùs, Nolo, vt *ſpiritus meus*, id eſt, ſuperior animæ portio, qui hominis ſpiritus appellatur (ſic caro dicitur à Paullo concupiſcere aduerſùs ſpiritum; & vice versâ, ſpiritus aduerſùs carnem) *litiget* cum carne, id eſt cum brutalibus hominis concupiſcentiis: vndè præſtat diluuio homines abolere. Idcircò ait: *Non litigabit ſpiritus meus cum homine, quia caro eſt.* Opinor, non potuit dilucidiùs exponi moleſtior, pertinacior, & criminoſior pugna carnis aduerſùs ſpiritum, quàm ſi *litigij* nomine notaretur. Nimirùm, vis noſſe quid ſit lis inter homines? vide pugnam, quâ caro aduerſùs ſpiritum inſoleſcit; & conflictum, qui eſt inter ſpiritum & carnem, vt illam cohibeat, & à quâ ſæpiùs vincitur, ſubiugatur, detriumphatur, & in hâc pugnâ, *litigij* ſimulacrum videbis. Quid exag-

Pagninus.
S. Hierony.
Oleaſter.

Pugna carnis contra ſpiritum, eſt idoneum litium ſimulacrum.

P. Didac. Celada in Ruth.

geratiùs dici aduerſùs lites potuit? Heu! tantùm litibus prauè licet? O quàm multa, lingua ſancta moralitatum grauida, quàm paucis expreſſit!

Siracides Eccleſiaſtici 28. ſic ſalubriter monet: *Abſtine te à lite*, inquit, *& minues peccata: homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.* Per *litem* aliqui accipiunt forenſem, quâ actor litigat cum reo coram iudice in tribunali. Hæ enim lites forenſes multarum fraudum, odiorum, detractionum, aliorúmque criminum cauſſam ſubminiſtrant. Alij τὸ *litem* pro litigio ſeu contentione vſurpant. Et quidèm litigatores, ac contentioſi, vitiorum affinitate laborant. Ad hunc Eccleſiaſtici locum adludere videtur Laurentius Iuſtinianus lib. de Diſciplinâ & con. mona. cap.13. ſic fatus vt declinentur innumera peccata, quæ ex litibus, & contentionibus enaſci ſolitant: *Contentio eſt*, inquit, *ignita Diaboli ſagitta ad perdendas animas. O quanta iurgia, quanta odia ex contentioſis oriũtur ſermonibus! O quoties veritas occultatur, & falſum pro vero defenditur! Peſſimum námque malum eſt contentioni vacare, per quam amicitiarum compago diſſoluitur, & amicorum dulce vinculum diſſipatur: Qui contentioſus exiſtit, antiqui hoſtis in ſe immiſſiones admittit, Diaboli miniſterium operatur, dirumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorem nutrit, denigrat honeſtatem, ſapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obnubilat, gratiæ lumen repellit, fraternam dilectionem frangit, & ipſam cæleſtem in ſe occidit charitatem.* Multa contentioſi litigij non bona elogia hîc Iuſtinianus addenſat; illud præſertim, quòd litigator contentioſus, *Diaboli miniſterium operari*, ſeu obire dicitur; quaſi ipſe ſit Diabolorum ſupplementum, & infernale criminum incentiuum: & ipſum litigium ſit iurgiorum conceptaculum, peccatorum ſeminarium, iniuſtitiæ conflatorium, & exprompta criminum officina.

5.
Eccli. 28. v. 10. & 11.

Contentioſi multis culpantur.

B. Laur. Iuſt.

Litigator contentioſus Diaboli miniſterium obire dicitur.

Animosè Dauid in has voces fiduciæ plenas erumpit: *Non timebo millia populi circumdantis me.* Græcè pluribus hic locus excribitur: *Non timebo à decem millibus populi in circuitu imminentibus mihi.* Alij in Catenâ Danielis Barbari excribunt, *Pariter contrà me inſidias ſtruentis.* Vbi non tantùm tot millium aperta hoſtiliter vis; ſed fraus etiam inſidioſa denotatur: nequid non timendum Dauidi immineat. Verùm Chaldæus Paraphraſtes diſſertè exponit, quænam ſint hæc millia aduerſariorum, quæ & aperto Marte, & ex inſidiis illum inuadunt. Sic enim locum excribit, & excriptione exponit: *Non timebo à lite.* Quaſi lis contentioſiùs intenta, non minùs hominem pium ac iuſtum oppugnet, ac profliget, quàm agmen multis bellatorum millibus armatum, & ex inſidiis incautum inuadens, vt vi ac dolo eum malè concidat. O vna in foro *lis*, pro *decem millibus* hoſtium computatur! Heu quot officialium phalangas vna in foro lis potenter obarmat; quot ſtrages edit, quot facultates diripit! Vnum eſt ab hoc malo aſylum, nempè vota & preces ad Deum, qui auertat peſtem hanc malitioſam, quæ ſenſim vitam toxicat, & cenſum atterit.

6.
Pſal. 3. v.7.
Græcus.
Barbarus.

Vna lis pro millibus hoſtium computatur.

Chaldæus.

Eruditè notat Cornelius ad illud Iacobi 5.

Digitized by Google

Iacob. 5. v. 1. Cornelius. *Litis ſignificatio.*

Vndè bella & lites in vobis? quod Hebræum nomen ריב *rib*, id eſt, *lis*, deriuatur à verbo, quod ſignificat, *ſuperbiuit*, vel *multiplicauit*. Ex ſuperbiâ enim & cupiditate excellendi ac multiplicandi opes & honores oriuntur omnes lites.

---

§ CCL.

Sublimiorum potentia ſic in flagitiorum vicinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam.

1. Pacatus.

SApienter Pacatus in Panegyri ad Theodoſium: *Tu*, inquit, *amicitiæ nomen antè priuatum, non ſolùm intrà aulam vocaſti, ſed indutam purpurâ, auro, gemmíque redimitam ſolio recepiſti. Réque, non verbis aſſeruiſti, Principis mentem tantò in ſuos benigniorem eſſe debere, quantò ſit fortuna præſtantior, cùm fide & facultate paribus agas, & familiaribus tuis Imperator tribuas, quod priuatus optares.* Sapienter quidèm humana Poteſtas quò eſt ſublimior, eò *benigniorem* eſſe debere præſcribitur. Ideóque ſumma olim putabatur felicitas Gentium, in quibus non poterat potentior eſſe, niſi melior, niſi benignior, niſi humanior, ne cognato Poteſtatis genio in inhumanitatem degeneraret. Potentium fortitudo arcebat, non augebat pericula; beneficentia fouebat ornabátque ſubiectos. *Nemo quantùm poſſet aduersùs eos experiebatur, per quos cœperat poſſe.* Profectò nullum clementia ex omnibus magis quàm Principem, aut potentiorem decet. Ita enim virtutes magnis vitis decori gloriæque ſunt, ſi illis ſalutaris potentia eſt. Nam peſtifera vis eſt, valere ad nocendum. O, hæc ſalubris politiæ gnome, altè in Potentiorum pectora deſcendat!

Benignitas eſt magnum Potentium elogium.

Seneca epiſt. 91. *Peſtifera vis eſt, valere ad nocendū.*

2. 3. Regum 21. Achab etſi rex minimè bonus, mœſtiſſimè angitur, quia Naboth conſtanter renuit ei patrum ſuorum vineam concedere; at non audet contra ius ac fas violentam exercere potentiam, vt cupitam ab eo vineam iniuſtè extorqueat. Regina autem Iezabel eius vxor, cognato potentiæ abuſu, ſcripſit litteras ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius. Litterarum autem hæc erat ſententia: Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi, *& ſubmittite duos viros filios Belial contrà eum, & falſum teſtimonium dicant: Benedixit Deum & regem: & ducite eum, & lapidate, ſicque moriatur.* Vide quàm fuerit exprompta audacior malitia, dum poteſtate eualet ad nocēdum. Hildebertus Turonenſis ep. 25. Comitiſſam quandam egregiè laudat ob principatum clementer adminiſtratum: *Deſers*, inquit, *femina, dum colis in pulchritudine caſtitatem: Comitiſſam reprimis, dum ſeruas in poteſtate clementiam.* O! poteſtatem reprimit, qui ſeruat in poteſtate clementiam? Sic eſt poteſtati volupe in inclementiam efferari? Sic eſt potentiæ cognata inhumanitas, vt Comitem aut Comitiſſam *reprimere*, poteſtatem cohibere, & potentiam frenare, dicatur quiſquis *ſeruat in poteſtate clementiam?* Sic impotenter efferatur Iezabel ad Nabothi cædem? Efferaretur etiam hæc princeps femina niſi inſolitæ clementiæ habenis, in principatu poteſtatē ſtrenuè *reprimeret*, & immitem poteſtatis potentiam in ſe ipſa cohiberet.

3. Reg. 21. v. 10.

Hildebert.

Poteſtas ad inclementiā inclinat.

De opinatiſſimo Salomonis gymnaſio, ſumma Regum potentia ſic frenatur, & ad beneficentiam erudítur: *Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruit eam.* Pro τὸ *vir auarus*, Chaldæus habet, *vir impius*; Lxx. Interpretes, *vir iniquus*; alij ex Hebræo, *vir eleuationum*, ſeu *elationum*, id eſt, qui impiè & iniquè effertur elationis tumore, & potentiâ ad iniquitatem abutitur; vndè communiter ab Interpretibus pro Tyranno accipitur. Qui notanter aduertunt, quòd quem nuper ab æquitate commendatum appellauit *Regem*, vbi iniquo poteſtatis abuſu, impium, immitem, & violentum nominat, quaſi per violentiam à regno depoſitum; non iam regem, ſed *virum* appellat. quaſi impia & iniqua potentia, Regis nomen expungat, & in quoduis aliud vocabulum tranſeat, dum à potentiæ æquitate degenerat. Huius rationem conſultiſſime reddit quiſpiā Sapientum apud Cornelium inibi *Rex iuſtus terram; vir iniquus deſtruit eam. Nam Potentia ſine bonitate, mera tyrannis eſt ſine ſapientiâ pernicies, non regnum. Primùm igitur des operam, vt quandoquidèm Potentiam fortuna dedit, quammaximam ſapientiæ vim tibi compares, vt vnus omnium optimè quid expetendum, quidve fugiendum ſit perſpicias.* (Addit tempeſtiuè) *Denique vt quammaximè prodeſſe ſtudeas omnibus: nam id eſt bonitatis. Poteſtas autem ad hoc potiſſimùm tibi ſeruiat, vt, quantùm cupis prodeſſe, tantumdèm & poſſis, imò plus velis quàm poſſis. Porrò nocere hoc minùs velis, quò magis potes.* Porrò non regia, ſed ſeruilis ac peſtifera vis eſt, potentia ad nocendum. Regium ſanè & auguſtum eſt, quòd quis tantumdem prodeſſe poſſit, quantùm generosè velit. Imò in hoc vno pia voluntas ſceptra ſuperet, quòd plus voluntas audeat velle prodeſſe, quàm potentia obnixiùs eualeat. E contrario, *nocere hoc minùs velit, quò magis poteſt*, vt clementia ſeruetur in Poteſtate, quæ plerumque eſt inclementiæ confinis.

3. Prouerb. 29. v. 4. Chaldæus. Lxx. interp. Hebræus.

Rex immitis, iam non rex ſed vir appellatur.

Sapiēs quiſpiam apud Cornel. ibi.

Potēns, hoc minùs nocere velit, quò magis poteſt.

Iudith 1. Arphaxade Medorum rege profligato, inſoleſcit Nabuchodonoſor tamquam potens in potentiâ exercitus ſui, & in triumphali quadrigarum ſuarum gloriâ. Tūc victoriali faſtu miſit legatos ad potiores totius Orientis prouincias, vt vltrò ſe illi dederent: qui omnes vno animo contradixerunt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerunt. Quorsùm ſpontè alieni imperij iugum ſubirent? *Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex aduersùs omnem terram illam, iurauit regionibus his.* Idcircò ſuæ militiæ principem Holofernem, innumeris copiis armatum mittit, vt ab his regionibus ſe *defendat*. Quid eſt, quòd ſe *defendere* dicit, qui à nemine oppugnatur? Nabuchodonoſor tot reges laceſſit, & immeritum illis bellum inferre ſatagit, & *defenſionem* prætendit? O ſuperbum malitiæ titulum! imò indignationem potentiæ ſequelam! lædi ſe dicit, vt potentiæ iracundiam in illos atrociùs effundat: læſuram ſimulat, vt ambitionis & furoris rabiem diſſimulet. Eleganter Philoſophorum moraliſſimus æquè ac diſertiſſimus, quippè qui Potentium prauos affectus quaſi per anotomiam perſpectos habebat, ſic ad rem 4.

Iudith 1. v. 11.

Digitized by Google

Seneca epiſt. 47.

rem fatur: *Verberibus* (vltione inquam) *multa amouentur, non quicquid nos offendit & lædit. Sed ad rabiem cogunt venire deliciæ, vt quicquid non ex voluntate reſpondit, iram prouocet. Regum nobis induimus animos. Nam illi quoque obliti, & virium ſuarum, & imbecillitatis alienæ, ſic exardeſcunt ſic ſæuiunt, quaſi iniuriam acceperint, à cuius rei periculo illos fortunæ ſuæ magnitudo tutiſſimos præſtat. Nec hoc ignorant, ſed occaſionem nocendi captant, quærendo acceperunt iniuriam, vt facerent.* O robuſtè ſubdolam humanæ Potentiæ malignitatem! Rex Nabuchodonoſor *defenſionem* prætexit, vt potentiæ furorem coloret. Robuſtiori potentiâ poſt victoriam auctus, dum furere ambit aduerſùs innoxios populos, ſe læſum eſſe *defenſionis* vocabulo publicat, vt *ſic exardeſcat, ſic ſæuiat, quaſi iniuriam acceperit. Nec*, quòd iniuriam non acceperint, Potentiores *ignorant; ſed occaſionem nocendi captant; quærendo acceperunt iniuriam vt facerent.* Quare *potentem reprimit, qui ſeruat in poteſtate clementiam.* O nimis verè!

Potentes ſe lædi dicunt, vt occaſionē nocendi captent.

5. Sapientiæ 6. atroces Potentibus minæ fulgurant: *Horrendè*, inquit, *& citò apparebit: quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet.* Vatablus vertit: *quoniam iudicium rigidiſſimum in Proceres exercebitur.* quaſi in Proceres iam ingruant ſtrages. *Exiguo enim conceditur miſericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur.* Benè eſt, concedatur miſericordua *exiguo*, id eſt, pauperi, inualido, plebeio, priuato; hunc enim dira ſæpè neceſſitas adigit ad peccarum: vel certè hic peccato ſuo minùs alios lædit, vel rariùs; ideóque veniâ dignus videtur. Vndè *exiguo* opponit *Potentes*, id eſt, Reges, Principes, Dynaſtas, Magiſtratus, qui cognato potentiæ faſtu abutuntur, vt alios opprimant. At ſic Potentes erunt miſericordiæ exortes, vt quaſi *potentia* ſit eorum reatus, nullâ eorum præmiſſâ culpâ, culpæque diſcuſſione, aut iudicio, potenter torquendos fore dicatur? *Potentes potenter tormenta patientur.* Sic acerbiores pœnæ ſunt potentiæ appendices? Vbi eſt ſuſpecti aut obiecti criminis ſolennis inquiſitio? vbi iudicium ritè peractum? ecquis atrocium tormentorum reatus? Hanc vnam ob cauſſam, quia potens eſt, potenter tormenta patietur? Occurrit Syrus ſic locum vertens: *Potentes potenter interrogabuntur*; Arabicus, *De Potentibus autem inueſtigabitur ſcrutatione potenti.* Græcus autem ſenſum ampliat, ad rem tempeſtiuè: *Potentes autem validè examinabuntur, iudicabuntur, punientur.* Notat autem peritè Cornelius inibi ad verſ.4. quod Græcum verbum pro quo Vulgatus habet, *Tormenta patientur*, ſignificat *examinare, ſcrutari, inquirere, ventilare, diſcutere, iudicare, punire, cruciare, tormenta infligere.* Quare ſic Potentia criminibus vicinatur, ſic reatus tranſparet in Potentiâ, vt propè idem ſit, Potentis cauſſam *examinare*, ac *iudicare*, illique *tormenta infligere.* Sic eſt Potentia criminum plerumque rea? (Quod de Elimelecho Noëmi marito, Hebræorum traditiones paſſim euulgant: vt ſit magno Boozo de ſingularitate gratulandum, quòd in tantâ opum ac Præfecturæ potentiâ, æquitatem ritè coluerit)

Vatablus. Sapient. 6. v. 7. *Reatus ſeu pœna dignitas, ferè in potentiâ tranſparet.* *Reatum diſcuti, damnari, & puniri eſt.* Syrus. Arabicus. Græcus. Cornelius. Hic verſ. 4.

6. Præſcriptus Sapientiæ locus, ex Pſalmo 2. elucidari poteſt, ad rem præſentem non inidoneè: *Et nunc*, inquit, *Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.* Seriò hortatur mundi Proceres, & potentiâ magnos, vt *intelligant.* Quidnam intelligere debent? Scilicet quàm ſint lubrica culmina; quàm ſit reatui vicina potentia. Vndè ſubdit τὸ *erudimini*; quod verbum S. Cyprianus lib. 3. Teſtimonior. ad Quirinum, num. 112. vertit, *emendamini*; Hebræus textus habet, *caſtigamini.* O vtinàm Potentes de ſcholâ Dauidis ac Salomonis, nunc intelligant, quòd ſic eſt potentia plerumque criminoſa, & ſceleribus confinis, vt Potentum *eruditio* ſit *emendatio, & caſtigatio*: quaſi ipſa mera potentia de velut cognato potentiæ reatu, ſit *eruditionis*, id eſt, *emendationis*, & *caſtigationis* indigna. O quàm ſunt periculis & flagitiis obnoxia Dignitatum magna faſtigia! *Qui nititur* (ait S. Gregorius) *ad altiora conſcendere, quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo deſcendat?* Idcircò Sancti Patres Dignitatum faſtigia velut pertinaciter refutabant. Viderint qui impotenter ambiunt, an ſint ſcelerum riuales.

Pſal. 2. v. 10. *Potentes erudiri, perindè eſt ac emendari, & caſtigari.* S. Cyprian. Hebræus. S. Greg. l. 7. epiſt. 110.

§. CCLI.

In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt.

SÆpè ſatiùs fuit offenſam diſſimulare, quàm vlciſci. Potentiorum autem iniuriæ, non patienter tantùm, ſed hilari vultu ferendæ ſunt: facient iterùm, ſi ſe feciſſe crediderint. *Hoc habent peſſimum animi magnâ fortunâ inſolentes; quos læſerunt, & oderunt.* Ille ingens animus, & verus æſtimator ſui, non vindicat iniuriam, ne cùm inimicum vltione vincit, ſe à ſordido vindictæ apperitu victum palàm profiteatur. Malè quiſque ſui doloris vindex eſt, nec benè vltio vlciſcendum crimen imitatur. Pulchrè Seneca: *Non enim vt in beneficiis honeſtum eſt merita meritis repenſare, ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe eſt, hîc vincere. Inhumanum verbum eſt, & quidèm pro iuſto receptum, vltio & à contumeliâ non multùm differt niſi ordine.* Magni animi eſt iniurias deſpicere. Vltionis contumelioſiſſimum genus eſt, non eſſe viſum dignum ex quo peteretur vltio. Multi leues iniurias altiùs ſibi demiſere dum vindicant. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit, quos deſpectu ipſo detriumphat, & maiori victoriæ faſtu negligit. 1.

Potentes, quos læſerūt, & oderunt. Seneca l. 2. de irâ c. 33. Suprà c. 32. *Vltio à contumeliâ non differt niſi ordine.*

Paullus ad Romanos 12. ſic hâc ſuper re eos erudit: *Noli vinci à malo; ſed vince in bono malum.* Nempe malitiam lædentis, eiúſque malefacta benefactis ſupera, nequitiam vince bonitate, tum vt per maleficium alterius beneficentia tua ſit illuſtrior, & auguſtior; tum vt vincas eius improbitatem beneficiis, vt ex improbo probus, ex imbono bonus, ex hoſte amicus fiat. Ergò inimicum non talione, ſed patientiâ vincere, Chriſtiana virtus eſt, & Euangelij faſtus. Eloquenter S. Chryſoſtomus de hoc nouo victoriæ genere, ita inibi diſſerit: *Noli vinci à malo; ſed vince in bono malum. In Olympicis*, ait, *certaminibus diabolo conſecratis lex eſt, malefaciendo vincere: in ſtadio Chriſti omninò lex eſt contraria: hîc enim non eum qui percutit, ſed qui percutitur, coronari decretum eſt, Illud demùm eſt* 2.

ad Rom. 12. v. 21. *In Chriſti ſtadio, ab inimicis vinci, victoria eſt.* S. Chryſ. ibi. in Morali.

Digitized by Google

diuinæ virtutis, illud cæleſte ſtadium, illud Angelorum theatrum. Si manſuetudinem exhiberemus, eſſemus omnibus inſuperabiles, nec vlla ad nos iniuria perueniret. Roga inimicum, an non doleat, an non cenſeat ſe victum cùm rides, cum contemnis eius iniurias? Viderit qui talionem atrociùs machinatur, an in *Chriſti ſtadio*, quod eſt Angelorum theatrum; an in Olympio certamine Diabolis conſecrato pugnet? Iniuriarum vltor, Chriſti militiam dediſcit, impudens Euangelij deſertor. In *Chriſti ſtadio*, noua bella elegit Deus, & vinci victoria eſt. Inuulnerabilem ſe exhibet, qui iniuriis appetitus, iniurias diſſimulat, negligit, ridet: & iniuriantem vincit, dum magnanimo neglectu, & inconcuſsâ patientiâ, eum plus fatigat ac vrit, dum illatæ iniuriæ ſperato fructu, id eſt, dolore ac impatientiâ, eum fruſtratur.

3. Matth. 27. v. 14.

Matthæi 27. Ieſus autem ſtetit ante Præſidem. Chriſtus Deus inquam, tamquam omnium ſcelerum reus, coram Pilato iudice. Et cùm accuſaretur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſùm te dicunt teſtimonia; *Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Sanè melior eſt cauſſa, quæ non defenditur, & probatur; plenior iuſtitia eſt, quæ non verbis adſtruitur, ſed veritate fulcitur. Taceat lingua neceſſè eſt, vbi ipſa æquitas ſibi adeſt. Taceat lingua in bono negotio, quia malas cauſſas tueri conſueuit. Nolo ſic defendi iuſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari. Quod vincit Chriſtus non defenſionis fuit, ſed virtutis. Scit enim Saluator qui eſt ſumma ſapientia, quomodò tacendo vinceret, quomodò non reſpondendo, & velut cedendo ſuperaret.

S. Max. homil. de acuſ. & iudic. Dominic. *Chriſtus in ſe vinci maluit, vt victor eſſet in cunctis.*

Pergit S. Maximus: *Quæ enim res illum compelleret ad loquendum, cùm ſilentium ſatis ſufficeret ad vincendũ? Sed fortaſſe metus eum cogeret ne ſalutem perderet, niſi quòd ipſa erat tota cauſſa victoriæ. Suam enim ſalutem perdidit, vt ſalutem omnium lucraretur.* (Nota attẽtiùs quæ ſubiicit verba) *in ſe vinci maluit, vt victor eſſet in cunctis.* Tacet quaſi cedens, vt iudicio vincatur, cuius vinci, omnium victoria eſt, qui eſt nouus aliquis Chriſtianæ victoriæ faſtus, è diuerſo opinatiſſimus. Os ſuum mutâ taciturnitate ſignat, ne cauſſam ſuam defenſione clypeet, quia vitam perdere, *ipſa erat tota cauſſa victoria.* Cùm ab inimicis vincitur, tunc generoſiùs vincit, & cùm illis velut cedit ore muto, ſatis illi, ac nobis victoriatum eſt. *In ſe vinci maluit, vt victor eſſet in cunctis.*

4. Paullus Eccleſiæ magiſter, doctor Gentium, & Chriſtianæ philoſophiæ didaſcalus peregregius, valentiſſimos quoſque hoſtes his verbis ad certamen laceſſit, victoriæ ſecurus: *Quis*, inquit, *nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Eſto, Paullus fuerit, in tribulatione hilaris, in anguſtiâ dilatatus, in carceribus liber, fame refectus, nuditate veſtitus, periculo ſecurus. At ferociente atrociùs *perſecutione*, tandem carnificis *gladio* ceſſit, & obtruncatus occubuit. Quid eſt ceſſit? dum cedit, vincit; dum vincitur, triumphat, è diuerſo inexpugnabilis. S. Gregorius Nazianzenus ſic de philoſophiâ, id eſt, de conſummatâ virtute loquitur: *Nihil inexpugnabilius philoſophiâ, nihil tranquillius: omnia priùs cedunt, quàm philoſophus. Duo ſunt inuicta, Deus & Angelus; & tertium philoſophia. Eſt enim philoſophus, non materialis in materiâ, in corpore incircumſcriptus, in terrâ cæleſtis, in affectibus imperturbatus* (Pende diligentiùs quæ ſubtexit ad rem,) *vbique inferior præterquam animi magnitudine, & cedendo vincens illos, qui ſe vincere putant.* O! quis eum vincat, qui *cedendo vincit* illos, qui ſe *vincere* putant? qui vbique, & omnibus *inferior* eſſe ſatagit, præterquam animi magnitudine, & patiendi conſtantiâ; Hic, hic inquam, Paulli æmulatione beatâ, in tribulatione exultat, in anguſtiâ dilatatur, fame adipatur, potatur ſiti, nuditate veſtitur, perſecutione felix, ſub inimico gladio vincit inexpugnabilis. O! quis æſtimet Chriſtianam virtutem, cuius vinci victoria eſt? quæ cedendo trophæa erigit, palmam reportat, & inimicos ſumptuoſiùs detriumphat? Cedit hîc Boozus in Bethlehemitico iudicio, & conſeſſu Seniorum, optatiſſimo Ruthæ connubio, & Elimelechi agris, in auarè agreſtem illum Propinquum: ſed Boozus argutâ ceſſione, ab hoc iniuſtè refutatâ; Rutham, id eſt, matrem regni præripit in vxorem, ex cuius ſobole regnũ Iſraëlis in ſuâ familia æternùm perpetuauit. Ab eâ enim Dauid, & ab eâ tandèm Chriſtus, Rex regum, mũdi victor, & inferni detriũphator. Itaque Boozus ſubmiſſæ ceſſionis arbitrio victoriale ſceptrum inuenit.

Chriſtiana philoſophia cedẽdo vincit eos, qui illam vincere putant. S. Naz. apud Ant. in Mel. p. 1. c. 50. Hîc verſ. 4.

5. Pſal. 50. v. 6.

Regius Pſaltes ſic altè Deo pangit: Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci: *Vt* (id eſt, *vtinam*) *iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Alij mutatis punctis prius hemiſtichium ex Hebræo legunt, *Vt iuſtificeris, non loqueris tu.* Ac ſi idem ſit, in iudicio iuſtificeris *in ſermonibus tuis*, ac dum *non loqueris tu*, quaſi mutum ſilentium ſit ſermo eloquenter linguatus ad defenſionem. Illud autem, *Vincas cùm iudicaris*, etſi apud Latinos ambiguum ſit, à multis paſſiuè accipitur. Sic apud Treuetum legimus: *Et vincas cùm iudicatus fueris.* Quod nam eſt hoc iudicium, in quo cùm ipſe Deus iudicatur, & in tribunali reus litigat de cauſſæ victoriâ, elingui taciturnitatis facundiâ vincit? Imò qui in iudicio tacet, garrulo accuſatori cedere, illique adnuere videtur. S. Maximus homil. 1. de accuſato & condemnato Domino, expendens illius ſilentium apud Pilatum, ſic ad rem ſcribit: *Feſtinet loqui, qui timet vinci. Chriſtus autem cùm condemnatur, & ſuperat; cùm iudicatur, & vincit, ſicut ait Propheta: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Quid ergò opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipſum iudicium, erat plena victoria? Vincit enim cùm iudicatur Chriſtus, quia ſic innocens approbatur.* Porrò præſes Pilatus damnationi præmittit, Innocens ego ſum à ſanguine *Iuſti* huius. Ergò ambiat ſermone defendi, qui metuit in lite ſuperari; non qui ſcit Chriſtianæ philoſophiæ arcanam politiam; benè eruditus, quòd qui iniuſtè condemnatur, condemnatione ſuperat, & cùm iudicatur, vincit, Chriſtianâ victoriâ è peruerſo auxiliari. *Quid ergò opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipſum iudicium* (condẽnatio inquã, Biblicâ phraſi) *erat plena victoria?* Sic Chriſtianus, qui verè Chriſtianus eſt, implens Chriſtiani vocabulũ, de Chriſti imitamento, inexpugnabilis eſt, dum in iudicio ſe taciturnitate defendit, cedendo vincit; quia ſic vinci, plena victoria eſt.

Hebræus. Treuetus. *Chriſtus cùm in iudicio damnatur, plenâ victoriam reportat.* S. Maxim.

1. Reg. 24.

Digitized by Google

6\. 1. Regum 24. Saül adhuc ſpirans minarum, electâ militum manu ſtipatus, immeritum Dauidem, à quo multa obſequenter beneficia acceperat, atrociter perſequitur. Dauid autem latitans in ſpelæo, in quod Saül fuerat imprudenter ingreſſus, illi animitùs parcit; & contentus oram chlamydis in teſtimonium præcidiſſe, ab efferatâ ſuorum militum rabie illum ſeruat incolumem; ei vitam tribuens, qui illi mortem inhumanè cruentam moliebatur. Dauidi autem manu oſtentanti præciſam chlamydis oram, ad inopinaræ veniæ teſtimonium, dixit Saül: *Iuſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala.* Et confeſtim quaſi ſe exregem animadvertiſſet, & principem Ionatham exauctoratum à regni ſucceſſione, futurum regnum indubiè prædicit Dauidi, tamquam è diuerſo feliciter victori: quippè qui tot offenſas tot beneficiis cumularit. Sapienter, & velut Chriſtiano cothurno dixit ille quicumque: *Quia ſpecioſiùs aliquandò iniuria beneficiis vincuntur, quàm mutui odij pertinaciâ penſantur.* Ecce tibi multimodas iniurias à Saüle acceptas, Dauid non penſat mutui odij inimicâ pertinaciâ; ſed amicâ beneficentiâ inimicæ vitæ ſeruatrice, *iniurias beneficiis vincit.* Quare rex Saül ſic victorem Dauidem, quaſi tunc inauguratum in Regem honorat, & prece ſupplici obſequenter rogat. Itaque tunc regis Saülis vita & dignitas, magno in pretio habita eſt à Dauide, qui illum tunc vel maximè *Chriſtum Domini* nuncupauit; quem auguſtum Regis Iſraëlis titulum, Saül in Dauidem conſultiſſimè regeſſit: *Cæſari cum ſtatuas Pompeij deiectas erigi iuſſiſſet, Cicero dixit: Pompeij ſtatuis reſtituendis tuas defixiſti: laudatio enim inimici, laudandi maiorē quàm laudato conciliat laudem.* Suas potiùs ſtatuas Cæſar defigit, cùm inimiciſſimi Pompeij ſtatuas erigi iuſſit. Sic etiam Dauid cùm Saüli inimico veniam ac vitam tribuit, cùm illum auguſto titulo *Chriſti Domini* tunc appellat, illum, illummet inquam, ſibi fauſtè ominatur, & feliciter vendicat. Adeò vt ipſe rex Saül, etſi regni ambitione obſtinatiſſimus, beneficio tunc Dauidi regnum prænunciarit. Sic eſt auguſtum *iniurias beneficijs vincere?* Sic qui inimico cedit, generosè vincit?

1\. Reg. 24. v. 18.

Valer. Max. lib 4. c. 2.

Quàm ſit auguſtum iniurias beneficiis vincere.

Plutarch. l. de Vtil. ex hoſtibus capiendâ.

---

§. CCLII.

Mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio.

1\. OMnia quibus vulgus inhiat, vltrò citróque fluunt. Nihil dat fortuna mancipio. Quid dare poteſt ei, qui libertate caret, niſi libertatem dederit, quâ id quod dedit, vendicet ſibi? Hæc quoque fortuita tunc delectant, cùm illa ratio temperauit ac miſcuit: hæc eſt etiam quæ extrema commendet, quorum auidus vſus ingratus eſt. Solebat Attalus hâc imagine vti: *Vidiſti aliquandò canem miſſa à Domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit, protinus integrum deuorat, & ſemper ad ſpem futuri hiat. Idem euenit nobis. quicquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vllâ voluptate demittimus, ſtatim ad rapinam alterius erecti & attenti:* Hoc ſapienti non euenit: plenus eſt, etiam ſiquid quæſitum aut inquæſitum obuenit, ſecurè excipit, ac reponit; paratus reddere quod recepit: nam fortuna quicquid poteſt dare, poteſt & auferre. O auara quorundam auiditas atq; opum, aut voluptabilium, aut honorum, qua magis hiat, dum plus deuorat, quaſi ipſam mundialium bonorum ſitim biberit! O quàm ſunt ieiuna illa bona, ad cuius poſſeſſionem nauſeamus, & nouas eorum ſpes hianter captamus! quaſi mundialia bona de abſentiâ blandiantur de præſentiâ verò depretiationem mutuent & faſtidium moueant. 2.

Senec. epiſt. 72.

Bonorum mundialiū auida eſt, & ieiuna poſſeſſio.

Exhodi 8. ſqualidâ ranarum plagâ Pharao moleſtè afflictatus, Moyſen & Aaronem feſtinus accerſit, qui faſtidioſam calamitatem precibus auertant. Dixítque Moyſes ad Pharonem: Cōſtitue mihi tempus quandò deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te. &c. *Qui reſpondit: Cras. At ille: Iuxtà, inquit, verbum tuum faciam.* Quare Pharao ranarum exterminium diſtulit in craſtinum, cùm maximâ neceſſitate inſtanter vrgeretur? An quia minùs putauit moleſtum, vltrò iam toto illo die plagas pati, quàm alieno fauore liberari? An ſibi acerbiſſimum fore cenſuit, infeſtum hoſtem ſibi beneficum experiri? Eleganter Ambroſius aliorsùm quondam expenſus, hanc reddit rationem: *Conſtitne mihi quando pro te orem, vt exterminet Dominus ranas, cùm debuerit in tantâ poſitus neceſſitate rogare, vt iam oraret, nec differret, reſpondit, Craſtinâ die. Otioſus & negligens; mora pœnam, Ægypti ſoluturus excidio* Addit tempeſtiuè Ambroſius: *Itaque Pharao vbi impetrabat, immemor fiebat gratiæ; & exaltatus mente carnis ſuæ, obliuiſcebatur Deum.* Quid eſt, quòd dum optatiſſimum bonum impetrat, gratiæ fit barbaricè immemor? Scilicet bonum quod non adeptum maximi æſtimat, ardenter cupit, & obnixiùs exambit; vbi primum illius fit compos, obliuione depretiat, & cunctatione abiectiùs contemnit. *Itaque Pharao vbi impetrabat, immemor fiebat gratiæ;* & moralitatum grauido contemptu, optatiſſimi boni poſſeſſionē dedicat. O! quod dum abſens erat, & obtentu perarduum, ſic auidè expetabatur; in expetitæ poſſeſſionis auſpicio, tam reiectaneo faſtidio differtur, & ingratâ obliuione quodammodò repudiatur? O quàm ieiuna ſunt bona, quæ de poſſeſſione tædium, de abſentiâ verò placendi gratiam fœnerantur! 3.

Exhod. 8. v. 10.

S. Ambr. de Cain & Abel. c. 9.

Pharao cupitam gratiam, dum obtinet, contemptim differt.

Purpuratus Vates Pſalmo 139. mores impiorum deſcribens, ſic pangit: *Caput circuitûs eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.* Græci Patres in Paraphraſi, *τὸ caput circuitus*, exponunt, *caput conuerſationis*, quaſi malorum conuerſatio, inſtitutum, ſeu viuendi aut conuerſandi modus ſit *circuitus* & rotatio quædam, quæ perpetuo deſideriorum nexu metam numquam tenet. Circumeunt, non ſtant, in gyrum erroris ſemper eunt, vbi iter eſt ſine fine. Eloquenter huiuſmodi impiorum circuitum expoſuit Caſſiodorus Tract. de Amicitiâ, eorúmque cæcam inſipientiam exprimit, qui inanium rerum, & falſatâ voluptatum ſpe correpti, inueniendæ felicitatis ac voluptatis deſiderio, ab vnâ re ad aliam perpetuo circuitu indeſinenter tranſeunt. *Iterùm,*

Pſal. 139. v. 10.

Græci Patr.

Caſſiod. apud Corder. ibi.

Iterum, inquit *mens eluſa, quæ ſibi felicitatis imaginem in re præſagiebat inutili, dum poſt rei deſideratæ obtentum maiori ſe ſentit indigentiâ laborare, peroptata incipit faſtidire, & denuò in*

Ad felicitati ſeu voluptatis faſtidia inceſſanter hiamus.

alterius rei ſuccenditur appetitus; non tamen, ſatiandi, ſed alterius falſa felicitatis imagine autore fallenda. Hic eſt circuitus impiorum: hæc eſt vituperatio multorum commorantium in circuitu: hæc eſt mola Samſonis, quam deciſis virtutum crinibus, & effoſſis prudentiæ oculis circumuoluit ſequens cupiditatum circuitũ. Etenim relicto compendio charitatis, Caput, inquit, circuitûs eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. Perbellè Caſſiodorus deſcribit huiuſmodi *circuitum* impiorum, id eſt, hians fruſtrà deſiderium à tædio opinatæ voluptatis obtentæ, ad nouas inaniter felicitatis ac voluptatis ſpes ſimiliter fruſtrandas; quod eſt *caput circuitus impiorum*, & inueniendæ felicitatis phantaſia ſemper fallens, etſi deluſa ſemper. O tandem pudeat apparenter dulcem fellis ſitim ſemper bibere! Male hias ad quæ ſemper nauſcas.

4. Pſal. 81. v. 11. Græci Patr. S. Auguſt.

Pſalmo 81. de impiis dicitur: *Facti ſunt velut ſtercus terræ*: quia, vt inibi Græci Patres exponunt in Paraphraſi: *Inſtar ſtercoris cum terrâ commixti fuerunt.* Subtiliùs, opinor, S. Auguſtinus ad eum Pſalmi locum: *Facti ſunt velut ſtercus terræ; de quibus nihil propagatum eſt, niſi terrena fœcunditas.*

Impij ſunt velut ſtercus terrenorum fœcundum.

Stercus enim terræ commixtum, non modo in terram it, ſed etiam terram impinguat, adipat, fœcundat ad vberem terrenorum fructum, ad quem hiat. Subdit Propheta de his quos fœcundo terræ ſtercori comparauerat præ fœcundis terrenorũ deſideriis: *Deus meus pone illos vt rotam.*

Pſal. 81. v. 14. Heracleo.

Quæ verba ſic exponit Heracleota in Commentario: *Id eſt, irroga ipſis ſupplicium quod ipſos non deſerat, ſed in orbem reuoluatur in ſemetipſum circà ipſos.* Belliſſimè

S. Auguſtin.

S. Auguſtinus huiuſmodi rotationis ſupplicium ita exponit: *Pone illos vt rotam: quòd rota ex his quæ retrò ſunt extollitur; ex his quæ ante ſunt, deiicitur.*

Voluptas ſicut rota, quæ retrò ſunt attollit; quæ antè ſunt, deiicit.

Ecce tibi rota ſeu circuitus impiorum, & grande acerbiùs eorum ſupplicium, non tantum in operoſo negotio calamitatum, ſed etiam in ſuccedaneo voluptatum otio. *Irroga ipſis ſupplicium, quod in orbem reuoluatur in ſemetipſum circà ipſos*; ſicut rota, quæ ex his quæ retrò ſunt extollitur, & ex his quæ antè ſunt deiicitur, ſed ad nouam iterùm ſublimitatem ſimiliter deiiciendam. Sic felicitas aut voluptas nuper expetita, ſpe dulcis, experimento nulla; animum *extollit* ad nouas deliciarum ſpes, quas adſimilis experientia voluptatis ieiunas, inanes ac futiles eſſe comprobans, mentem deiicit; ſed quas deluſa ſemper ſpes, iterùm atque iterùm attollit fruſtrato nexu, & falſato gyro. *Rota ex his quæ retrò ſunt attollitur; ex his quæ antè ſunt, deiicitur.* Quare ad quæ experimento nauſeamus ſemper, iterùm inceſſanter hiamus, quæ eſt rota ſeu circuitus impiorum, qui perpetim ad ſpem voluptatum ſuſpirant.

5. 3. Reg. 21. v. 2.

3. Regum 21. vinea erat Naboth Iezraelitæ, iuxtà palatium Achab regis Samariæ. Locutus eſt ergò Achab, dicens: ad Naboth *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.... dabóque tibi pro eâ vineam meliorem.* O diues neſcis quàm pauper ſis! quantò plus habueris, plus requiris. Inflammatur poſſeſſione cupiditas, non reſtinguitur. Quaſi quoſdam gradus habet deliciarum, gloriæ, atque opum cupido: quò plus aſcenderit eò, ad altiora feſtinat. Ille regni opibus, topiariiſque deliciis affluebat, & tamen ceſpitem pauperis flagitabat, ad pomarij voluptates. Pauper nihil de poſſeſſionibus diuitis concupiuit. Pulchrè Ambroſius paupertine exundantem Regis cupiditatem expendit S. Ambroſ.

lib. de Naboth capit. 2. ſic fatus: *Da mihi vineam tuam; dabóque tibi pro eâ vineam meliorem. Da mihi hæc quàm, abiecta, quam vilia. Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium..... Dabóque tibi pro eâ vineam meliorem. Diues quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit: quod alienum eſt, quaſi pretioſum concupiſcit.*

Achab nauſeat ad meliora, ad deteriora non poſſeſſa hiat.

Topiarias horti delicias, & agrorum auarè dilatationem expetens, ad poſſeſſionem ſuam, etſi meliorem nauſeat; ad alienam & non poſſeſſam ambitioſè hiat. Quantò plus poſſeſſione habet, plus ſpebus requirit. Faſtidit experta, & ad inexperta, licet iudicio ſuo viliora, hianter ſuſpirat. Heu mundialia bona, fallacia, mentita, ieiuna! ſpe fulget, quod poſſeſſione ſordet? Quod melius eſt, faſtidio tibi poſſeſſum eſt, & deteriora non poſſeſſa hianti voto exambis? Vide hîc hunc Boozi Hîc verſ. 4.

Propinquum, prædiis opulentum, quàm auidè Ruthæ agellum expetat.

Matthæi 11. Ioannis diſcipulis abeuntibus, 6.

quò abeſſet adulationis ſuſpicio, cœpit Ieſus Matth. 11.

dicere ad turbas de Ioanne: *Quid exiſtis in* v. 7.

deſertum videre? arundinem vento agitatam? Non otioſè hîc ſancti Ioannis perſona laudatur, qui mundi amore poſthabato, illius contemnendi formam expreſſit. *Deſerto* mundus comparatur infœcundè ſterilis. *Arundinis* nomine deſignantur homines ſecularis gloriæ ac voluptatis inaniter amatores, quos mundialium deliciarum, ac humanæ felicitatis aura mobilis inquietat.

Hominis felicitatis amantes cur arundini comparantur.

Pergit tempeſtiuè Ambroſius: S. Ambr. l. 5. in Lucam, ad c. 7.

Iure arundini comparandos, in quibus ſolida iuſtitiæ nullus eſt fructus, qui forenſibus criniti phaleris, nodis obſiti, vacuo oris ſtrepitu ſonori, nullâ ſui vtilitate, frequenti etiam offenſione, intùs inania, foris ſpecioſa ſectantur. Arundines ſumus, nullâ validioris naturæ radice fundati.... Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducáque delectant. Ecce tibi mundialium rerum ingenium, & tamen homines hæc eadem *intùs inania, foris ſpecioſa ſectantur.* Bracteata eſt felicitas, forenſibus crinita phaleris, etſi nodis obſita, adhuc populariter expetibilis, & vulgò hianter expetita. *Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducáque delectant*, etiam aduersùs fruſtrationem experientiæ pertinaces ſumus ad ea auidius ſectanda: nec toties deluſæ ſpei aut manui credimus.

Proh inaniter friuola mundi ſtudia!

§. CCLIII.

§. CCLIII.

Diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ, auarè diteſcere ſatagit.

1\. SI vis te diuitem facere, non cenſui aut pecuniæ adiiciendum, ſed cupiditatibus dettahendum eſt. Sed male arbitraris te dum viuis vnqnam poſſe omnibus abundare. O diues, neſcis quàm pauper ſis, quàm inops ribi ipſi videaris, qui te diuitem dicis? Quantò plus habueris, plus requiris: & quicquid acquiſieris, tamen tibi adhuc indiges. Sufflammatur lucro auaritia, non reſtinguitur: & receńs acquiſita, acquirendorum cupiditatem euentilanr. Quaſi gradus quoſdam cupiditas habet: quò plures aſcenderit, eò ad altiora feſtinat; nec vlli parcit, ne vlreriori acquiſitioni vllo modo parcat. Tolerabiliùs quiſque cùm minùs habet, censùs contemplatione mediocria requiret: acceſſione parrimonij opulentus, acceſſit quoque cupiditatis augmentum. Non vult eſſe degener votis, pauper in deſideriis; quæ vt abundè impleat, pauperes quoque ſordidè, depauperat, quò de aliorum etiam inopiâ vberiùs abundet. Sic eſt degener opulenta auaritia, vt nil tam vile vilis paupertas habeat, quod in exiguitatis ſuæ aſylo, à diuitis cupiditate, aut rapacitate tutum ſit. Guttulam quâ ſuam riget ſitim, de alieno quærit, qui de propriis pleno cantharo bibere potuiſſet. Reculis pauperum inſidiatur, vt incertæ, & forſan futuræ inopiæ inſidias, egeſtatis minaces, de alieno redimat; & infami ſqualidè rapacitate, non egendi ſecuriratem mercari præſumit.

Inextlebilis auaritia, quò plus habet, plus habere cupit.

2\. 3.Reg 21. v. 2.

3\. Regum 21. ſic refert ſacer Hiſtoricus: Vinea erat Naboth Iezraëlitæ, qui erat in Iezraël, iuxtà palarium Achab regis Samariæ. *Locutus eſt ergò Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & propè domum meam; dabóque tibi pro eâ vineam meliorem.* Naboth hic fuit vir probus, nec cenſu diues, quod ex ſequentibus, & Interpretum commentariis conſtat. Naboth autem Hebraicè idem eſt quod *prophetia fructus*; ait ex Hieronymo Pagninus. Quaſi nomine *prophetaret*, quàm ſit acerbus pauperratis *fructus* ſub Principe potenter auaro. Vineam eius, quia palatio vicinam concupit Rex: inexplebilis enim eſt auara diuitum cupiditas, quippè quæ nec agellis pauperum parcat. Quâ ſuper re ſic ad rem præſentem philoſophatur Ambroſius in lib. de Nabuthe Iezraëlitâ, cap. 2. Duo intolerabilia, inquit, ſimul iungit Achab, vt ambitioſam ſpem diuitis augeat, & non deponat mendicitatis affectum. Deniq; docet nos Scriptura diuina quàm miſerè egeat, mendicet abiectè. Rex Achab in Iſraël erat, & pauper Nabuthe. *Ille regni opibus affluebat, & tamen ceſpitem pauperis flagitabat:* pauper nihil de poſſeſſionibus concupiuit diuitis. *Rex ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus.... Ideóque diues cupidus in inuidiâ poſſeſſionis, & paupertatis querelâ eſt. Da mihi.* Hæc quàm abiecta, quàm vilia? Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium. In ipsâ autem deiectione quanta impudentia? *Da mihi, inquit, vineam tuam. Confitetur alienam, vt poſcat indebitam. Et dabo, inquit, tibi pro eâ aliam. Diues quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit, quod alienum eſt quaſi pretioſum concupiſcit.* Ecce tibi ſordidè rapacem Diuitum genium, cui ſic eſt volupe aliena concupiſcere, rapere, arpagare; quaſi res aliena, quantumuis vilis, ac exigui pretij ſit opulentæ cupidinis illicium, & iucundius furacis auaritiæ blandimentum. Quare Rex regiis diuitiis abundè affluens, ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus; quàm inuaſurus, *confitetur alienam, vt poſcat indebitam.*, quaſi reculis alienæ paupertatis, auara opulentia gratiùs paſcatur. Exindè nunc prædiues Achab, *quod ſuum quaſi vile faſtidit, quod alienum eſt quaſi pretioſum concupiſcit.* Sic diues ad proprias diuitias faſtidioſè nauſeat, & ad ceſpitem inopis hianter ſuſpirat? Scilicet parùm ſe putauit locupletem, niſi etiam agellum poſſideret alienum, qui totam pauperum ſubſtantiolam ſuis poſſeſſionibus exambit occupare: & indè ſatagit de inopum mendicitatibus ſuum opulentiùs exaggerare cenſum.

Hebræus. S. Hierony. Pagninus

S Ambroſ.

Diues quod ſuũ eſt quaſi vile faſtidit, quod pauperu eſt, velut pretioſum concupiſcit.

Pergit Hiſtoriographus ſacer, & illius argutè ſequax Ambroſij commentatius: *Locutus eſt*, inquit, *Achab ad N..both, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.* Fortè Regi deerant olera, quibus veſceretur, cuius palato terra, aër, flumina, maria exquiſitas delicias, de peregrinitate ac pretio ſapidiores, abundè ſuppeditabant. Quæ eſt hæc tam agreſtis olerum appetentia? Sic ob herbaceas palati voluptates Rex angitur. Sanè quò vilior eſt agreſtis olerum appetitus, eò nobiliùs ethicè ſacramentum innuitur. Ergò cum ſacro textu ſic pergit Ambroſius: *Et erit mihi, inquit, in hortum olerum. Hæc erat igitur omnis inſania, hic omnis furor, vt ſpatium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergò ipſi cupitis quaſi vtile poſſidere, ſed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum ſpoliis, quàm de veſtris emolumentis eſt. Iniuriam veſtram putatis ſi quid pauper habeat quod dignum poſſeſſione diuitis æſtimetur. Damnum veſtrum creditis quicquid alienum eſt. Quid vos delectant naturæ diſpendia?* Moroſus ero ſi Ambroſij ſententias ſingulas, plenas acuminis, ingenij plenas, & ad thema præſens argutè opportunas, adſuetâ elucidatione dotarem. Feſtinemus ad ſequentia, eodem Doctore facem præferente. 3. 3 Reg. 21. v. 1.

Diues magis de pauperum ſpoliis, quàm de ſuis emolumentis ſollicitus eſt.

S. Ambr. 1. c. 3.

Venit ergò Achab in domum ſuam indignãs, & frendens ſuper verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth, dicens: Non dabo tibi hereditatem patrum meorum. *Et proiecit ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Tragicas ſanè querelas excitat Achab, peracerbè ferens piam prædioli repulſam. Quare præ impatientiâ auarè frendens, proiectúſque in lectum, & aſpectum prohibet, & pane ſuo abſtinet. Vtrumque ad rem præſentem ſubtiliter expendit Ambroſius: *His auditis*, inquit, *turbatus eſt ſpiritus auari Regis: & dormiuit in lecto ſuo, & velauit faciem ſuam. Lugent diuites ſi non potuerint aliena diripere, ſi ſuis pauper non ceſſerit facultatibus, vim mœroris tegere non poſſunt. Dormire deſiderant, velant faciem ſuam, ne quicquam in orbe terrarum alienum videant,* 4.

3. Reg. 21. v. 4.

Diues velat faciem, ne quid non ſuum vel in paupere videat.

S. Ambroſ. 1. cap. 3.

Iterum, inquit *mens eluſa, quæ ſibi felicitatis imaginem in re præſagiebat inutili, dum poſt rei deſideratæ euentum maiori ſe ſentit indigentiâ laborare, peoptata incipit faſtidire, & denuò in alterius re ſuccenditur appetitu; non tamen, ſatianda, ſed alterius falſa felicitatis imaginatione fallenda. Hic eſt circuitus impiorum: hæc eſt vituperatio multorum commorantium in circuitu: hæc eſt mola Samſonis, quam deciſis virtutem crinibus, & effoſſis prudentiæ oculis circumuoluit ſequens cupiditatum circuitũ. Etenim relicto compendio charitatis, Caput, inquit, circuitùs eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.* Perbellè Caſſiodorus deſcribit huiuſmodi *circuitum* impiorum, id eſt, hians fruſtrà deſiderium à tædio opinatæ voluptatis obtentæ, ad nouas inaniter felicitatis ac voluptatis ſpes ſimiliter fruſtrandas; quod eſt *caput circuitus impiorum*, & inueniendæ felicitatis phantaſia ſemper fallens, etſi deluſa ſemper. O tandèm pudeat apparenter dulcem fellis ſitim ſemper bibere! Male hias ad quæ ſemper nauſeas.

Ad felicitati ſeu voluptatis faſtidia inceſſanter hiamus.

4. Pſalmo 82. de impiis dicitur: *Facti ſunt velut ſtercus terræ*: quia, vt inibi Græci Patres exponunt in Paraphraſi: *Inſtar ſtercoris cum terrâ commixti fuerunt*. Subtiliùs, opinor, S. Auguſtinus ad eum Pſalmi locum: *Facti ſunt velut ſtercus terræ; de quibus nihil propagatum eſt, niſi terrena fœcunditas.* Stercus enim terræ commixtum, non modo in terram it, ſed etiam terram impinguat, adipat, fœcundat ad vberem terrenorum fructum, ad quem hiat. Subdit Propheta de his quos fœcundo terræ ſtercori comparauerat præ fœcundis terrenorũ deſideriis: *Deus meus pone illos vt rotam.* Quæ verba ſic exponit Heracleota in Commentario: *Id eſt, irroga ipſis ſupplicium quod ipſos non deſerat, ſed in orbem reuoluatur in ſemetipſum circà ipſos.* Belliſſimè S. Auguſtinus huiuſmodi rotationis ſupplicium ita exponit: *Pone illos vt rotam: quòd rota ex his quæ retrò ſunt extollitur; ex his quæ ante ſunt, deiicitur.* Ecce tibi rota ſeu circuitus impiorum, & grande acerbiùs eorum ſupplicium, non tantum in operoſo negotio calamitatum, ſed etiam in ſuccedaneo voluptatum otio. *Irroga ipſis ſupplicium, quod in orbem reuoluatur in ſemetipſum circà ipſos*; ſicut rota, quæ ex his quæ retrò ſunt extollitur, & ex his quæ antè ſunt deiicitur, ſed ad nouam iterùm ſublimitatem similiter deiiciendam. Sic felicitas aut voluptas nuper expetita, ſpe dulcis, experimento nulla; animum *extollit* ad nouas deliciarum ſpes, quas adſimilis experientia voluptatis ieiunas, inanes ac futiles eſſe comprobans, mentem deiicit; ſed quas deluſa ſemper ſpes, iterùm atque iterùm attollit fruſtrato nexu, & falſato gyro. *Rota ex his quæ retrò ſunt attollitur; ex his quæ antè ſunt, deiicitur.* Quare ad quæ experimento nauſeamus ſemper, iterùm inceſſanter hiamus, quæ eſt rota ſeu circuitus impiorum, qui perpetim ad ſpem voluptatum ſuſpirant.

Pſal. 82. v.11.
Græci Patr.
S. Auguſt.

Impij ſunt velut ſtercus terrenorum fœcundum.

Pſal. 82. v. 14.

Heracleo.

S. Auguſtin.

Voluptas ſicut rota, quæ retrò ſunt attollit; quæ antè ſunt, deiicit.

5. 3. Regum 21. vinea erat Naboth Iezraelitæ, iuxtà palatium Achab regis Samariæ. Locutus eſt ergò Achab, dicens ad Naboth: *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.... dabóque tibi pro eâ vineam meliorem.* O diues neſcis quàm pauper ſis! quantò plus habueris, plus requiris. Inflammatur poſſeſſione cupiditas, non reſtinguitur. Quaſi quoſdam gradus habet deliciarum, gloriæ, atque opum cupido: quò plus aſcenderit eò, ad altiora feſtinat. Ille regni opibus, topiariiſque deliciis affluebat, & tamen ceſpitem pauperis flagitabat, ad pomarij voluptates. Pauper nihil de poſſeſſionibus diuitis concupiuit. Pulchrè Ambroſius paupertinè exundantem Regis cupiditatem expendit lib. de Naboth capit. 2. ſic fatus: *Da mihi vineam tuam; dabóque tibi pro eâ vineam meliorem. Da mihi hæc quàm, abiecta, quàm vilia. Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium..... Dabóque tibi pro eâ vineam meliorem. Diues quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit: quod alienum eſt, quaſi pretioſum concupiſcit.* Topiarias horti delicias, & agrorum auarè dilatationem expetens, ad poſſeſſionem ſuam, etſi meliorem nauſeat; ad alienam & non poſſeſſam ambitioſè hiat. Quantò plus poſſeſſione habet, plus ſpebus requirit. Faſtidit experta, & ad inexperta, licet iudicio ſuo viliora, hianter ſuſpirat. Heu mundialia bona, fallacia, mentita, ieiuna! ſpe fulget, quod poſſeſſione ſordet? Quod melius eſt, faſtidio tibi poſſeſſum eſt, & deteriora non poſſeſſa hianti voto exambis? Vide hîc hunc Boozi Propinquum, prædiis opulentum, quàm auidè Ruthæ agellum expetat.

3. Reg. 21. v. 2.

S. Ambroſ.

Achab nauſeat ad meliora, ad deteriora non poſſeſſa hiat.

Hîc verſ.4.

Matthæi 11. Ioannis diſcipulis abeuntibus, quò abeſſet adulationis ſuſpicio, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne: *Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* Non otioſè hîc ſancti Ioannis perſona laudatur, qui mundi amore poſthabato, illius contemnendi formam expreſſit. *Deſerto* mundus comparatur infœcundè ſterilis. *Arundinis* nomine deſignantur homines ſecularis gloriæ ac voluptatis inaniter amatores, quos mundialium deliciarum, ac humanæ felicitatis aura mobilis inquietat. Pergit tempeſtiuè Ambroſius: *Iure arundini comparandos, in quibus ſolida iuſtitiæ nullus eſt fructus, qui forenſibus criniti phaleris, nodis obſiti, vacuo oris ſtrepitu ſonori, nullâ ſui vtilitate, frequenti etiam offenſione, intùs inania, foris ſpecioſa ſectantur. Arundines ſumus, nullâ validioris naturæ radice fundati.... Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducàque delectant.* Ecce tibi mundialium rerum ingenium, & tamen homines hæc eadem *intùs inania, foris ſpecioſa ſectantur.* Bracteata eſt felicitas, forenſibus crinita phaleris, etſi nodis obſita, adhuc populariter expetibilis, & vulgò hianter expetita. *Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducàque delectant*, etiam aduersùs fruſtrationem experientiæ pertinaces ſumus ad ea auidius ſectanda: nec toties deluſæ ſpei aut manui credimus. Proh inaniter friuola mundi ſtudia!

6.
Matth. 11. v. 7.

Homines felicitatis amantes, cur arundini comparantur.

S. Ambr. l. 5. in Lucam, ad c. 7.

§. CCLIII.

Digitized by Google

§. CCLIII.

Diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ, auarè diteſcere ſatagit.

1. SI vis te diuitem facere, non cenſui aut pecuniæ adiiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Sed male arbitraris te dum viuis vmquam poſſe omnibus abundare. O diues, neſcis quàm pauper ſis, quàm inops tibi ipſi videaris, qui te diuitem dicis? Quantò plus habueris, plus requiris: & quicquid acquiſieris, tamen tibi adhuc indiges. Sufflammatur lucro auaritia, non reſtinguitur: & recens acquiſita, acquirendorum cupiditatem euentilant. Quaſi gradus quoſdam cupiditas habet: quò plures aſcenderit, eò ad altiora feſtinat; nec vlli parcit, ne vlteriori acquiſitioni vllo modo parcat. Tolerabiliùs quiſque cùm minùs habet, censùs contemplatione mediocria requiret: acceſſione patrimonij opulentus, acceſſit quoque cupiditatis augmentum. Non vult eſſe degener votis, pauper in deſideriis; quæ vt abundè impleat, pauperes quoque ſordidè, depauperat, quò de aliorum etiam inopiâ vberiùs abundet. Sic eſt degener opulenta auaritia, vt nil tam vile vilis paupertas habeat, quod in exiguitatis ſuæ aſylo, à diuitis cupiditate, aut rapacitate tutum ſit. Guttulam quâ ſuam tiget ſitim, de alieno quærit, qui de propriis pleno cantharo bibere potuiſſet. Reculis pauperum inſidiatur, vt incertæ, & forſan futuræ inopiæ inſidias, egeſtatis minaces, de alieno redimat; & infami ſqualidè rapacitate, non egendi ſecuritatem mercari præſumit.

Inexplebilis auaritia, quò plus habet, plus habere cupit.

2. 3. Regum 21. ſic refert ſacer Hiſtoricus: Vinea erat Naboth Iezraëlitæ, qui erat in Iezraël, iuxtà palatium Achab regis Samariæ. *Locutus eſt ergò Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & propè domum meam; dabóque tibi pro eâ vineam meliorem.* Naboth hic fuit vir probus, nec cenſu diues, quod ex ſequentibus, & Interpretum commentariis conſtat. Naboth autem Hebraicè idem eſt quod *prophetiæ fructus*; ait ex Hieronymo Pagninus. Quaſi nomine *prophetaret*, quàm ſit acerbus paupertatis *fructus* ſub Principe potenter auaro. Vineam eius, quia palatio vicinam concupit Rex: inexplebilis enim eſt auara diuitum cupiditas, quippè quæ nec agellis pauperum parcat. Quâ ſuper re ſic ad rem præſentem philoſophatur Ambroſius in lib. de Nabuthe Iezraëlitâ, cap. 2. Duo intolerabilia, inquit, ſimul iungit Achab, vt ambitioſam ſpem diuitis augeat, & non deponat mendicitatis affectum. Deniq; docet nos Scriptura diuina quàm miſerè egeat, mendicet abiectè. Rex Achab in Iſraël erat, & pauper Nabuthe. *Ille regni opibus affluebat, & tamen ceſpitem pauperis flagitabat:* pauper nihil de poſſeſſionibus concupiuit diuitis. *Rex ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus.... Ideòque diues cupidus in inuidiâ poſſeſſionis, & paupertatis querelâ eſt. Da mihi.* Hæc quàm abiecta, quàm vilia? Non habent enim humilitatis affectum, ſed cupiditatis incendium. In ipsâ autem deiectione quanta impudentia? *Da mihi, inquit, vineam tuam. Confitetur alienam, vt poſcat indebitam. Et dabo, inquit, tibi pro eâ aliam. Diues quod ſuum eſt quaſi vile faſtidit, quod alienum eſt quaſi pretioſum concupiſcit.* Ecce tibi ſordidè rapacem Diuitum genium, cui ſic eſt volupe aliena concupiſcere, rapere, arpagare; quaſi res aliena, quantumuis vilis, ac exigui pretij ſit opulentæ cupidinis illicium, & iucundius furacis auaritiæ blandimentum. Quare Rex regiis diuitiis abundè affluens, ſibi egere viſus eſt, quia vineam habebat pauper vicinus; quàm inuaſurus, *confitetur alienam, vt poſcat indebitam*, quaſi reculis alienæ paupertatis, auara opulentia gratiùs paſcatur. Exindè nunc prædiues Achab, *quod ſuum quaſi vile faſtidit, quod alienum eſt quaſi pretioſum concupiſcit.* Sic diues ad proprias diuitias faſtidioſè nauſeat, & ad ceſpitem inopis hianter ſuſpirat? Scilicet parùm ſe putauit locupletem, niſi etiam agellum poſſideret alienum, qui totam pauperum ſubſtantiolam ſuis poſſeſſionibus exambit occupare: & indè ſatagit de inopum mendicitatibus ſuum opulentiùs exaggerare cenſum.

3.Reg. 21. v. 2.

Hebræus. S. Hierony. Pagninus

S. Ambroſ.

Diues quod ſuũ eſt quaſi vile faſtidit, quod pauperis eſt, velut pretioſum concupiſcit.

Pergit Hiſtoriographus ſacer, & illius argutè ſequax Ambroſij commentarius: *Locutus eſt*, inquit, *Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.* Fortè Regi deerant olera, quibus veſceretur, cuius palato terra, aër, flumina, maria exquiſitas delicias, de peregrinitate ac pretio ſapidiores, abundè ſuppeditabant. Quæ eſt hæc tam agreſtis olerum appetentia? Sic ob herbaceas palati voluptates Rex angitur. Sanè quò vilior eſt agreſtis olerum appetitus, eò nobiliùs ethicè ſacramentum innuitur. Ergò cum ſacro textu ſic pergit Ambroſius: *Et erit mihi, inquit, in hortum olerum. Hæc erat igitur omnis inſania, hic omnis furor, vt ſpacium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergò ipſi cupitis quaſi vtile poſſidere, ſed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum ſpoliis, quàm de veſtris emolumentis eſt. Iniuriam veſtram putatis ſiquid pauper habeat quod dignum poſſeſſione diuitis æſtimetur. Damnum veſtrum creditis quicquid alienum eſt. Quid vos delectant naturæ diſpendia?* Moroſus ero ſi Ambroſij ſententias ſingulas, plenas acuminis, ingenij plenas, & ad thema præſens argutè opportunas, adſuetâ elucidatione dotarem. Feſtinemus ad ſequentia, eodem Doctore facem præferente.

3. 3. Reg. 21. v. 2.

Diues magis de pauperum ſpoliis, quàm de ſuis emolumentis ſollicitus eſt.

S. Ambr. 2. c. 3.

Venit ergò Achab in domum ſuam indignãs, & frendens ſuper verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth, dicens: Non dabo tibi hereditatem patrum meorum. *Et proiecit ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Tragicas ſanè querelas excitat Achab, peracerbè ferens piam prædioli repulſam. Quare præ impatientiâ auarè frendens, proiectúſque in lectum, & aſpectum prohibet, & pane ſuo abſtinet. Vtrumque ad rem præſentem ſubtiliter expendit Ambroſius: *His auditis*, inquit, *turbatus eſt ſpiritus auari Regis: & dormiuit in lecto ſuo, & velauit faciem ſuam. Lugent diuites ſi non potuerint aliena diripere, ſi ſuis pauper non ceſſerit facultatibus, vim mœroris tegere non poſſunt. Dormire deſiderant, velant faciem ſuam, ne quicquam in orbe terrarum alienum videant,* 4.

3. Reg. 21. v. 4.

Diues velat faciem, ne quid non ſuum vel in paupere videat.

S. Ambroſ. 3. cap. 3.

videant, ne quicquam in hoc mundo non eſſe ſuum nouerint, ne audiant vicinum iuxtà ſe aliquid poſſidere, ne audiant pauperem ſibi contradicentem. Vides quàm impotenter diuites reculis pauperum inhient? Pergit hic magnus Doctor ſequentem Scriptoris ſacri ſententiam ſic dilucidè emedullandus: *Et non manducauit, inquit, panem ſuum, quoniam quærebat alienum. Etenim diuites magis alienum panem, quàm ſuum manducant, qui raptu viuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum.... Diuites eripitis quidèm pauperibus vniuerſa, aufertis omnia, nihil relinquitis: pœnam tamen pauperum vos diuites ſuſtinetis. Quantorum vitas in illo infoditis auro?* Quid aut opportunius, aut eloquentius?

Diues panē ſuum non manducat, quia quærit alienum. S. Ambroſ. 5. c. 4.

5. Regius Pſaltes ſic opportunè pangit: *Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius, ſaluauit eum.* Quæ ſunt huiuſmodi *tribulationes omnes*, quæ pauperi imminent, & minis territant? Illas Propheta ſtatim proponit, illarúmque medelam ſubiicit: *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.* Benè notant inibi Græci Patres nexum huius ſententiæ cum præcedenti: *Cùm dixiſſet*, aiunt, *Non eſt inopia timentibus eum, id quod maius erat, ſubiunxit, Diuites eguerunt.* Nempè ad Deum clamat pauper, *omnibus tribulationibus* imbecillè obnoxius; ſed illi *non erit inopia*, tametſi *diuites eguerunt, & eſurierunt*. Quæ eſt hæc egeſtas aut eſuries diuitum, à quâ *inopiam*, & *omnes tribulationes*, pauperes ſic pauidè timent? Pro τὸ *diuites*, Hebraicè eſt, *leones*, vt S. Hieronymus vertit, & plures alij Hieronymum ſecuti (de quo latè Lorinus & Corderius) Quare Agellius ſic tempeſtiuè hunc locum commentatur: *Diuites autem hoc loco non quicumque intelligendi ſunt, ſed qui ex prædâ, & rapinis pauperum diuites fiunt; ideò in Hebræo eſt: Leones eguerunt, & eſurierunt.* Leo veraciſſimè eſuriens, fera eſt atrociter truculenta, diducto ferociter rictu, & rugitu pauido rapinis minaciter hians. Profectò velut leones efferatè famelici, ſunt diuites benè pranſi, meliùs cœnati, & abundè diuitiis affluentes: qui ſic hiant ad prædam ex rapinis deuorandam, vt *omnes tribulationes* indè pauperibus minitentur. Heu! diuites ſunt *leones, qui ex prædâ & rapinis pauperum diuites fiunt.* Sic diuites velut leones, ad prædam pauperum hianter eſuriunt. Vnicum ab hoc malo remedium ſunt vota & preces. *Iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus ſaluauit eum:* ſiquidèm velut leones, in pauperes quaſi in prædam eſurierunt. Quid truculentius? quid atrocius?

Pſal. 33. v. 11.

Græci Patr. ibi in Comment.

Hebræus. S. Hierony. Lorinus. Corderius. Agellius. *Diuites velut leones, in pauperes quaſi in prædam eſuriūt.*

6. Prou. 22. v. 22. & 23. Prouerbiorum 22. Salomon hanc morum gnomen diuitibus ſcitè ſuggerit: *Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenū in portâ. Quia iudicabit Dominus cauſſam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.* Hebræa ſic habent: *Non diripias tenuem, quia tenuis eſt.* Chaldæus Paraph. *Ne deprædaris pauperem.* Quaſi dicat: Nolite ô potentes, *pauperem* opprimere, diripere, deprædari, depauperare, *quia pauper eſt, quia tenuis eſt.* τὸ *quia pauper eſt*, Cornelius refert ad *violentiam*, ſeu *direptionem*, ſiue *deprædationem*. Vndè *quia pauper eſt*, idem erit, ac quia inops, miſer, impotens, qui ſe à diuitum vi defendere non eualet: at tu noli inopum paupertate abuti, neque ei inſultando eum ampliùs depauperare auariſſimè ambias. Hiſpanè ſic forſan viuaciùs exprimitur: *El rico no atropelle, ni deſpoge al pobre por ſerlo.* quaſi potenter opulento volupe ſit, & gratiſſimum, reculis ſuis pauperem ſpoliare, etſi ex iſtiuſmodi prædâ nihil illi commodi obueniat. Sic eſt procliuis opulentia ad pauperum direptionem, etiam ſi abſit vtilitatis pretium. Vel aliter: *Ne deprædaris pauperem, quia pauper eſt:* & ideò nihil compendij opibus tuis indè adiicietur. Scilicet fruſtrà auarè ſatagis pauperem deprædari, & prædam de illius ſubſtantiolà agere: vel hinc ſiſtenda eſt diuitum auaritia deſpoliandorum pauperum, quia rerum inopes, animam dumtaxat in confiſcato habent. Calla erit auari- Iob 22. v. 6.
tia diuitum, quæ *nudos ſpoliare veſtibus* molitur: portò inueſtis in ſuæ nuditatis aſylo, à prædonum direptione tutus eſt. Ergò *ne deprædaris pauperem, quia pauper eſt. Non diripias tenuem, quia tenuis eſt.* Huiuſmodi pauperū tragœdiam funeſtè opplorat Chryſoſtomus: *Quotidiè videmus*, ait, *lædi quamplurimos & affligi; & opprimi cum omni iniuriâ humiles, & pauperiores à ditioribus inuadi; & ſicut non eſt poſſibile numerare fluctus maris, ita neque hi, qui affliguntur, & iniuriam patiuntur, poſſunt numero comprehendi: quibus neque leges ſubueniunt, neque iudicum metus, neque vlla vis alia hanc perniciem poteſt cohibere. Ipſi enim iudices, qui ad hæc reprimenda conſtituti ſunt, grauiores ſæpè tempeſtates aduersùs imbelles ſuſcitare ſolent.* Similem autem tempeſtatem Boozi frugalis auctoritas, in iudicio, ſeu *portâ* ciuitatis, nunc pacatè ſedauit: nec permiſit, vt Propinquus ille auarè diues, agellum, qui ad pauperculam Rutham, affinitatis iure vtcumque pertinebat, à non grati connubij onere exemptus, ſibi impunè vindicaret.

Cornel. ibi. *Non eſt diripiendus pauper, quia pauper eſt.*

Hebræus. Chaldæus.

S. Chryſ. homiliâ. *Quòd nemo læditur, niſi à ſeipſo.*

Hic verſ. 4. & 5.

§. CCLIV.

Pœnitentia cum Incarnatione confinium habet, dilecto dicitur, verecundiam ſanctificat, & Sancta ſanctorum appellatur.

1. SAnctus Bernardus Serm. 1. de Circuncisione Domini, ſic argutè pariter ac opportunè de S. Bernard.
eâ ſcribit: Ad quid tibi, inquit, circumciſio neceſſaria, qui peccatum non commiſiſti, nec contraxiſti? Quòd ipſe non feceris, ætas manifeſtat; quòd non contraxeris, multò *certius probat Patris diuinitas, integritas Matris.* Eſt enim tibi Pater ab æterno, ſed Deus eſt, in quem peccatum non cadit. *Eſt & Mater ex tempore, ſed virgo; nec parere potuit incorruptio corruptelam.* Super hæc omnia circumciditur puer, agnus ſine maculâ. *Nec veſtigium quidèm vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Non ſic impij, non ſic; non ſic agit peruerſitas elationis humanæ. Erubeſcimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur.* Quem nemo poteſt arguere de peccato, ipſe peccati remedium, & verecundum pariter & auſterum, ſine vllâ neceſſitate ſuſcepit. Nec repulit cultrum lapideum, in quo ſolo vetus illa, quæ raderetur, rubigo non fuit. *Nos è contrà*

Erubeſcimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus gloriamur.

inuere

Digitized by Google

inuerecundi ad obſcœnitatem culpæ, erubeſcimus agere pœnitentiam, quod extremæ dementiæ eſt, male proni in vulnera, peiùs in remedia verecundi. Ne nauſeet ad pœnitentis antidotum, qui ad peccati venenum hiat, huius §. ſudat labor.

2. Matt 3. v. 2. Matthæi 3. ita ſcribitur: In diebus illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, & dicens: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* Bona quidèm pœnitentia, quæ primam prædicantis Baptiſtæ vocem dedicauit. Ceterùm cùm Ioannes Chriſti inauguratus Præcurſor venerit, quare citiùs pœnitentiam, quàm Chriſtum enunciat? Annon eius prædicationem, incarnati Verbi myſterium Iudæis euulgandum, potiùs conſecraret, & de ipſo teſtimonium perhiberet, quod erat primum Præcurſoris negotium? Cur à pœnitentiâ ſumit exordium, vt Dei Incarnationem enunciet? Tempeſtiue Victor Antiochenus in Marci cap. 1. *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquat enim regnum cælorum, in deſerto prædicabat, ad vnum hoc myſterium* (*Incarnationis Dei*) *ſpectabat. Nec enim aliud ille regnum celorū annunciabat, quàm Verbum caro factum eſt, hoc eſt, Chriſtum.* Itaque Ioannes Chriſti Præcurſor, prælucens, vt teſtimonium perhiberet de lumine, dum *Pœnitentiam* prædicat, quia appropinquauit regnum cælorum, *ad hoc vnum myſterium Incarnationis Dei ſpectabat.* quaſi *pœnitentiam agere* ſit appropinquare, vel adeſſe Incarnationis Sacramentum. Tanta enim eſt cognatio veræ pœnitentiæ cum appropinquante Incarnationis myſterio, vt huic prælucens, pœnitentiam prædicet. Porrò pœnitentia gratiæ vires indè mutuat: & toties Chriſtus Deus velut concipitur & paritur in peccatore, quoties ritè pœnitentia peragitur. De quo aliàs vbertim agebamus. Conſule dicenda infrà n. 6.

Pœnitentia cum Incarnatione confinium.

Vict. Antio. apud Haye noſtrū, c. 15. Not. 5. fides Auctorem appellet.

3. Hæc propinquitas Incarnationis cum Pœnitentia, adumbratur Matthæi 8. Cùm deſcendiſſet, inquit, Ieſus de monte, ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me
Matt. 8. v 3. mundare. *Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.* Quorsùm Chriſtus leproſum manu tangit? Eſto, contagionem non timeat; cur leproſum ex lege non arcet? Opinor, hoc leproſi attactu, pœnitentiæ Chriſtus adulatur. Quod indicat his verbis Chryſoſtomus homil. in illud Apoſtoli. *Cùm autem ſubiecta fuerint*, &c. ſic fatus: *Vide quantum diſcrimen inter veterem legem, nouámque gratiam, etiam ex omni parte. Moyſes cùm ex monte deſcendiſſet, primam legem tulit, & mandauit vt caſtris excederent leproſi; Chriſtus verò monte deſcendens, leproſum protinùs mundat: & ille quidèm morbidos eliminat, hic verò curam illius agit.* Ecce hîc adumbratum Incarnationis & Euangelij cum mundiori & expromptiori pœnitentiâ confinium. Quem Moyſes tamquam fœdè leproſum, procùl eliminat, Chriſtus, & Chriſti miniſter manu tangit, & ore ſanat immunis ab immundo lepræ contagio.
Origenes. Eleganter Origenes homil. 5. in Diuerſos: *Extendens manum tetigit eum*, inquit: *Non ſperno legem, ſed curo vulnus: nec deſtruo mandatum, ſed fugo atque mundo lepram. Idéoque cùm extendo manum, mox effugit: nec contaminatio mea virtuti proximare, vel reſiſtere mea potentia poterit. Dico ergò, Volo, mundare: & me manum ad tangendum extendente, effugit illicò lepra: & inuenta eſt manus Domini, non lepram, ſed mundum tetigiſſe corpus.* Planè eleganter de more Origenes.

S Chryſoſt. *Moyſes leproſum eliminat, Chriſtus tangit, & ore ſanat, in pœnitentia ſymbolū.*

4. Lucæ 7. tempeſtiuâ debitoris parabolâ Magdalenam Chriſtus tuetur à Phariſæi importunâ Lucæ 7. v. 47.
calumniâ, & addit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Ambiguum eſt apud Commentatores, quid nomine *dilectionis* Saluator intelligat. Theophylactus inibi ſic locum Theophyl.
exponit: *Dilexit multum, hoc eſt, magnam præ ſe tulit fidem.* Agnoſco fidem, quæ dilectioni præeat; quæ vices dilectionis obeat, ignoro quantumuis illa magna ſit. Sapienter Auguſtinus in S. Auguſt.
Pſalmum 140. *Dilexit multum: quare? quia confeſſa eſt, quia fleuit, quia non declinatum eſt cor eius in verba maligna, ad excuſandas excuſationes in peccatis, non combinata eſt cum electis eorum, id eſt, defendentibus ſe.* Profundè Auguſtinus animoſam peccatorum confeſſionem, quæ delicta ambiguitate non celat, aut ſubtilitate excuſat; ſed fletu diluit, & doloris auſteritate radit, multam *dilectionem* appellat. O bonum moraliſſimè ſynonymum! Multùm diligit, qui multa peccata ritè confitetur. Multùm diligit Rutha, quæ Moabitidem eſſe, & Moabiti- Hîc verſ. 5.
cis innutritam moribus non erubeſcit, dum ad Dei populum generosè accitur, pulchro pœnitentium typo.

Dilectio dicitur confeſſionis ſynonymum quo ſenſu?

5. Ecclì. 3. v. 14. Siracides Eccleſiaſtici 3. ita ſcitè nos erudit: *Ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentiâ accedet tibi bona gratia.* Quæ eſt hæc verecundia, quam gratia præit, & quam ſequitur gratia? Pulchrè Galfridus hanc verecundiam refert ad pœnitentium confeſſionem, ſic locum exponens: *Quoties confundi hominem ſuper peccatis ſuis, & inſolito quodam videris timore rigeſcere, diuinam illi coruſcationem non dubites* Galfr. apud Tilman ibi.
adfuiſſe: ſiquidèm horreri non poſſunt vitia, niſi cognita. Quia verò ſola in nobis remunerat ſua munera Deus, pro verecundiâ rursùs accedet gratia melior. Præit verecundiam gratia, veritatis videlicet viſitatio gratis immiſſa, vt ſibi imputet homo vndè erubeſcat. Quomodò autem de gratiâ deſperare homo debebit, quam & priùs quàm verecundetur accepit? & miro Dei munere quò verecundia grauior, eò gratia certior. Subdit Galfridus: *Eſt verecundia adducens gratiam, & quæ magis adducere gratiam credenda eſt, quàm quæ ex præeunte oritur gratiâ, meritò ſuæ reſpondet origini, & pro eâ accedit gratia quam præcedit. Sic enim verè gratia, quæ pro verecundiâ redditur; quia ex gratiâ etiam verecundia oritur.* Hactenùs ſparſim ille, agens de bonâ pœnitentium verecundiâ: Mala peccatorum verecundia, peccata diſſimulat, tegit, excuſat: bona autem facit, *vt ſibi imputet homo vndè erubeſcat*: quare hanc verecundiam præit gratia; & verecundiam ex peccatorum confeſſione ſequitur gratia, quæ *ſuæ reſpondet origini.* quaſi origo gratiæ, quæ verecundiam confeſſionis conſequitur, originem trahat ex gratiâ, quæ verecundiam præceſſit, & ex quâ ortum ducit verecundia. Eſt ergò idonea in confeſſione verecundia (quæ impudentiam eliminat) & gratiæ ſequela, & origo gratiæ, gratiis exundans.

Verecundiā confeſſionis præit gratia; & gratia ſubſequitur origini reſpondens.

6. Leuitici 6. v. 25. Leuitici 6. locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere Aaron & filiis eius: *Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato: In loco vbi offertur holocau-*

Digitized by Google

ſtum, immolabitur coram Domino. Sanctum ſanctorum eſt. Benè inibi notat Iſychius, quòd voluit ſignificare Deus, hoſtiam pro peccato, id eſt, pœnitentiam (quâ peccator ſe totum, ſuamque vitam & ſanguinem Deo offert,) ſacrificium eſſe ſanctiſſimum, ſibique gratiſſimum inſtar holocauſti: Sed quid eſt, quod dicitur, *Sanctum ſanctorum eſt?* Appoſitè inibi Radulphus apud Tilmannum: *Hæc eſt lex hoſtiæ pro peccato*, &c. *Hæc dignitas pœnitentiæ ſatis deſcribitur. Sanctum ſanctorum eſt.... Peccatorum pœnitentia ideò Sancta ſanctorum dicitur; quia nonnumquam poſt multiplices lapſus reſipiſcentes, & iuſtitiæ ſectatores feruentiſſimi, & ipſius iniquitatis, cui ſuccubuerunt, expugnatores validiſſimi inueniuntur.* Item idem Radulphus ſuprà in cap. 4. *Vt ſcilicet*, inquit, *peccatores, ſi dignos pœnitentiæ fructus attulerint, eundem cum iis qui perfectionis iter ab initio gradiuntur, meriti gradum adepturos eſſe confidant.* Pergit idem Auctor in Exhodi cap. 27. *Portabit Aaron iniquitates eorum*, inquit: *Neque ſanguis Chriſti expiat omnes, neque fides ſola ſufficit, vt inter eos quos expiat numeremur, niſi ſanguis Chriſti vtilitatem congrua pœnitentiæ ſatisfactione meremur.* Ecce tibi geminatam cauſſam, cur pœnitentia, *Sancta ſanctorum* nominatur; & quia innocentiam ac primam ſanctitatem quodammodò reſculpit: & quia Chriſti ſanguis expiationem operatur: vnde Sancta ſanctorum appellari meretur. Alij alias cauſſas ſagaciùs perquirant.

Iſychius.
Radulph.
Cur pœnitentia dicitur, Sancta ſanctorum?

7. Ioannis 5. his Chriſti Dei verbis paralyticus ſanatur: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Multa alibi ſparſim ſuper hâc Chriſti iuſſione. S. Gregorius homil. 12. in Ezechielem, animæ ſanitatem, quæ per pœnitentiam fit, hîc deſcribi autumat: *Tolle grabatum tuum*, inquit; *Quia cùm mente mortui in vitiis iacemus, in carnis delectatione quieſcimus, infirmi portamur in lecto. Cùm verò ſanati fuerimus mente, vt iam pulſantibus carnis vitiis reſiſtamus, neceſsè eſt, vt tentationum contumelias de noſtrâ carne toleremus. Ægro itaque ad ſalutem redacto præcipitur: Tolle grabatum tuum, id eſt. porta lectum, in quo portatus es; quia neceſsè eſt, vt ſanatus quiſque portet contumeliam carnis, in quâ priùs iacebat ægrotus. Quid eſt ergò dicere: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, niſi porta tentationes carnis, in quibus hactenus iacuiſti, ac reuertere ad conſcientiam tuam, vt videas quæ feciſti?* O, ex Gregorij gymnaſio, poſt pœnitentiam ediſcamus cautelam, ne turpiùs relabamur!

Ioan. 5. v. 8.
S. Gregor.
Poſt pœnitentiam portatur grabatum, in quo ægri iacuimus.

§. CCLV.

Princeps ac Superior variis notitiis inſtructus eſto, & ſtrenui vir ingenij.

1. QVi Principem erudit, eum & ſubditos quoſque inſtruere certum eſt. Sanè ex prauâ probâque Rectorum inſtitutione, plurimorum damna, commoda, interitus, ſalúſque pendet. Litterarum ſtudia reliquis exercitationibus miſceat. nulla illi dies, Cæſaris, Auguſti, Antonini, Traiani, Adriani exemplo, ſine lectione, ſcriptione abeat. Validiſſimi hi magiſtri ſunt, & muti loquentibus potentiores. ex his diecula ſæpè vnâ diſcet quæ periti quique Rectores per multa diu exercitamenta conſecuti ſunt plenâ ætate Studio elimet ingenium, quæ eſt potiſſima regiminis ſupellex. Porrò hebes rudíſque Gubernatorum pietas, voto ſolers, re ignaua atque eneruis eſt Prudentia enim oculatiſſima eſt, & variis notitiis vndique collectis, de rebus agendis prouidè diſponit. Multa præcauet anticipatâ prouidentiâ, oritura alia felici aborſu præcludit, pluribus medetur moroſæ cunctationis arbitrio, & nonnulla prouidâ notitiæ inſinuatione, aut vetat ne malum affricent, aut in bonum è diuerſo flectit. Itaque varia, & multiplex Gubernatoris notitia, gubernationis aurigatrix eſt, incertæ prouidentiæ noſtræ ſupplementum, & peritiæ ſubſiſtentia, quâ iuſticium ſtat, & quàm minimum fieri poteſt caſui permittitur. Multa præuidentur, vt vnum è votis ſuccedat. Tantæ molis eſt regiminis peritia!

Multiiugâ rerum notitia, peritiam Rectoris adornet.

Exhodi 18. Iethro Moyſi genero occurrit in eremo, illíque alterâ die ſedenti ad dirimendas populi cauſſas, peritè adeſt: & ad litium expeditionem, conſilium ſuggerit ſalutare. Prouide, inquit: de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos qui iudicent poulum. Quibus auditis, Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. *Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi.* Licèt Moyſes hâc ſuper re feciſſe dicatur *omnia* quæ illi Iethro ſuggeſſit, viros *ſtrenuos* dicit electos; nec addit an fuerint potentes, timentes Deũ, veritatis amantes, & auaritię frugaliter oſores. Aut quia hæc elogia quæri poſſunt, inueniri certò non poſſunt: pendent enim ex coniecturarum ſagacitate, aut humanæ relationis incerto. Vndè *omnia* feciſſe dicitur, qui quantum potuit, fecit Vel forſan *ſtrenuitatis* vocabulũ omnes Iudici dotes idoneas cõpendio exprimit. Solertiùs autem perueſtigare oportet quid per *viros ſtrenuos*, ſignificetur, quo vno nomine omnis Iudicum ac Magiſtratuũ peritia adtitulatur. Chaldæus Paraphraſtes, vertit, *viros virtutis*; & Vulgatus nuper verſ. 21. habet, *viros potentes*: quaſi *potentia* Magiſtratuum, ex *virtutis* armario depromenda ſit, ad ſubditos in officio potenter continendos. Scitè inibi notat Lipomanus, quòd Lxx. Interpretes addunt, quò explicent has Iudicum dotes καὶ γραμματοεισαγωγεῖς, quæ vox Græcis ſignificat, *Vel Scribas legis doctores, vel eos qui litteras ſcribunt, fortè notarios, actuarios, ſeu qui à ſecretis Principibus ſemper adeſſe ſolent, aut curſores publicos qui ſcriptas litteras perferunt, ſignificat.* Vide hîc quàm vulgari exiſtimationi ſuperuacuam notitiarum ſupellectilem, ad Iudicum *ſtrenuitatem* requirat. *Scriba* eſſe debet, ne vel præ nimio ſenio, manuum titubatione, ſcriptioni inidoneus ſit, & per alios litteras ſcribens, res ſecreto digniſſimæ palàm euulgentur. Ergò Superior eligendus ſit is, *qui litteras ſcribat.* Sit etiam ſecretorum conſcius, & fidus eorum cuſtos: ſed vel indè notitias hauriat, quas ſenſim ac diſſimulanter ore tacito regimini ſpargat. Quin & ad notitiarũ vndecumque colligendarum exaggerationem, addit *curſores publicos qui ſcriptas litteras perferunt*: hi enim quicquid noui accidit in aliquâ prouinciâ, ad aliam atque aliam defert, quod diſtantia 2.

Exhod. 18. v. 25.
Qui quantum in ſe eſt, fecit, omnia feciſſe dicitur.
Chaldæus.
Vulgatus.
Lxx Interp.
Lipomanus.
Superior variis notitiis ſit inſtructus, & ſtrenui vir ingenij.

locorum

locorum occultabat. Quaſi Superior non tantùm rei indubiè veræ, aut ſecreto tegendæ, ſed etiam incertiſſimarum rerum, quæ latè ac dubiè fama ſpargit in obuias aures, notitias habere expediat; ne ſcilicet incertus rumor illi pro veritate propinetur. Ne verò his notitiis abutatur eligendus Superior, *ſtrenuus* eſſe debet, id eſt, *legis doctor.* Parùm hoc, niſi etiam ſit *vir virtutis*; imò & acutè ingenioſus, vt ſcitè notauit inibi Caietanus.

Caietanus.

Qui vbi Vulgatus habet, *Electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël*, opportunè vertit: *Et elegit Moyſes viros ingenij de cuncto Iſraël.* Neque enim regundæ Eccleſiæ politia renunciauit ingenio. Rudis & parùm docta Rectorum politia, luſca eſt, & male oculata plerumque hallucinatur. Non tantùm *vir virtutis* dumtaxat, ſed & *vir ſtrenuus, legis doctor*, & notitiis ſecretis, imò & incertis peritè inſtructus; ſed etiam magni *ingenij vir*; ne incerta pro certis habeat, & paſſim ſic offendat, erret, impingat. Sit *legis doctor*, & *ingenij vir*, vt ritè ac ſagaciter cuncta diſponat ingenioſæ mentis ſolerti acumine. Præpoſiti hebete ac rudi ingenio, etſi pietate præſtent, capitones ſunt, & rem non capiunt. Ergò Superior ſaltem ſufficiente *virtute* ornatus ſit; ſit autem ſemper *ſtrenui vir ingenij.*

3.
Pſal. 2. v. 10.

Regius Vates Pſalmo. 2. mundi Principes ſalubriter admonet: *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.* Intelligite, id eſt, ſapite, prudenter agite, practicè intelligite. quò inter plura quæ ambiguè dubia paſſim occurrunt, cum perſpicaciâ ac prudentiâ diiudicare ac diſcernere poſſint.

Aquila. Origenes. Lorinus.

Pro τὸ *intelligite*, Aquila vertit ἐπιστημώθητε, quod Origenes ait habere maiorem vim. Diceres inquit Lorinus, minùs Latinè, *Scientificamini*, ac denotare ſcientiam ſuſcipere, quæ neminem deceat magis quàm Reges.

Petr. Bleſeſ.

Alibi notabamus ex Petro Bleſenſi Serm. 39. per τὸ *erudimini*, non ſignificari vt Reges denuò fiant *eruditi* (nam ineruditus Rex, non tam Rex, quàm velut priuatus homo eſt, (ſed vt iam ſint extrà ruditatem; & tamquam *intelligentes* & *eruditi*, Regis nomen, & rem nominis, congruâ eruditione, & neceſſariis intelligentiis adimpleant; quo regiam dignitatem ruditate quodammodò intermiſſam, eruditione reſumant; & dum peritè *ſcientificantur*, denuò reſtaurent.

Princeps qui non ſcientificatur, nudũ principatus nomen gerere videtur.

Origen. ibi. in Catenâ Græc. Patr.

Quod alibi aliorsùm laudatus Origenes his verbis luculenter ediſſerit: *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Et Reges*, inquit, *vocat, ſuadens vt reuerterentur ad dignitatem quam habuerant* Itaque Reges, Principes, Gubernatores ad *intelligentiam*, & *eruditionem* beneuolè inuitat, & vt peritè *ſcientificentur* ſeriò admonet, *ſuadens vt reuertantur ad dignitatem quam habuerãt.* Quaſi Princeps aut Superior, dum rudis ac inſipiens eſt, nec idoneis obeundo muneri notitiis ac intelligẽtiis *ſciantificatus*, interim cùm inerter deſipit, dignitatem intermittat, & nudum Præfecturæ vocabulum, re muneris vacuum portet. Eiuſmodi autem dignitatem inſipienti inertiâ interruptam, per *intelligentiam* & *eruditionem* reſtauret. Sanè inſipientia, ruditas, & ignoratio, Exreges inuenit, aut interim Exreges facit; ac ſi peritia ſit Regum & Præfectorum ſubſiſtentia, vel potiùs Dignitatum hypoſtaſis.

Ruth 2. v. 1. Hebræi.
Feuardent. Chaldæus.

Idcircò hic Boozus Ruthæ maritus, qui *vir potens & magnarum opum* dicitur, ab Hebræis putatur totius Hebræi populi Princeps, nempe Iudex Abeſam è Bethlehem: & Feuardent. è Chaldæo Paraphraſte cenſet fuiſſe *Legiſperitum*; ne ſcilicet ineruditio Dignitati obeſſet. (Quâ de re in litterali Commentario agebamus, ad c. 2. verſ. 1.) Talem autem ſe in iudicio exhibet.

Hic verſ. 3. &c.

4.
Prouerb. 16. v. 10.

Regum ſapientiſſimus Salomon, Prouerb. 16. hâc ſuper re ita loquitur: *Diuinatio in labijs Regis, in iudicio non errabit os eius.* Porrò hæc ſententia maximè locum habet in rebus & ſententiis obſcuris, dubiis & perplexis, ſiue eæ ſint facti, ſiue iuris: quædam enim Iuris decreta adeò obſcura ſunt, vt videantur eſſe ænigmata, quæ quaſi diuinando interpretari debet Rex, etiam aduocato Sapientum conſilio.

Co. de Legib.

Vndè lib. 10. Cod. de Legib. ait Imperator: *Quis legum ænigmata ſoluere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is cui ſoli legiſlatorem eſſe conceſſum eſt?* Sint hæc vera; ex quibus liquidò conſtat, quàm oculata peritia in Principibus ad populorum gubernationem requiratur. At τὸ *Diuinatio*, plura ad intelligẽntiam exigit, neque ſic plenè exſaciatur.

Vatablus.

Vatablus ſic locum vertit, & explicat: *Velut diuinatio eſt ſuper labia Regis, id eſt, diuina quadam loqui debet.*

Lyranus.

Lyranus inibi, *Diuinatio, id eſt, diuina electio.* Idem Lyranus apud Cornelium ibidèm, *Diuinatio, id eſt, diuinarum rerum lectio, ſit in oculis & labiis Regis.*

Theodot. Chaldæus. Symmach.

Ceterùm pro τὸ *non errabit*, Theodotion habet, *non præuaricabitur os eius*; Chaldæus, *non mentietur*; Symmachus, *non faciet iniuriam.* Quaſi dicat: Rex eâ ſapientiâ ac peritiâ excellere debet, iis rerum agendarum notitiis inoculari, vt eius reſponſa & ſententiæ videantur eſſe oracula, & *videatur ipſe eſſe fatidicus & fata decernens*, inquit Aben Ezra, Iſidorus Clarius, & alij.

In labiis Regis ſit velut diuinatio, quæ fata decernat.

Aben Ezra. Iſidor. Clar.

Quod ſi tantiſper à iure per inſcitiam aut imperitiam aberret, tunc, tunc quidèm, *mentiri* dicitur: falſatâ enim ſupremæ dignitatis fide, mentitur ſapientiam, prudentiam, peritiam, & negotiorum notitias, quas Regis nomen ſpondet: & indè à Regis munere ac dignitate *præuaricatur.* Imò & ſubditis *iniuriam facit.* Eſt enim populorum *iniuria*, Principem illis imperitum præeſſe: & indè contemptui ac dedecori eſt.

Anton. in Meliſſ. Iſocrates.

Nam, vt ex Iſocrate ait Antonius in Meliſſâ lib. 2. Serm. 1. O Rex, *Grauis ac metuendus fac videare, nihil eorum quæ ſunt inexploratum relinquendo.* Huic attentiori humanitùs ſapientiæ diuina non deerit, quæ illum ad gubernandum illuſtret.

Regis mens ſit inſtar ſpeculi, quod diuinis ſplendoribus niteat.

Agapetus.

Quocircà Agapetus Diaconus in Admonitor. Iuſtinianum Imperatorem ita admonet num. 9. *Sollicitam Imperatoris animam ſpeculi in modũ abſtergi oportet, vt diuinis ſplendoribus ſemper coruſcet, rerùmque diſtincta iudicia indè condiſcat.* Parum eſt Principibus, Regibus, Imperatoribus humanâ eruditione pollere, & rerum notitiis vndique conquiſitis plurifariam erudiri; niſi etiam gubernandi peritiam è cæli ſcholâ *condiſcant*, quo eorum iudicium & ſententia ſit velut *diuinatio*, ſeu oraculum, & quaſi *fata decernat.* Sit ergò Principis mens, velut ſpeculum, quod diuinæ ſapientiæ ſplendores reuerberent, & cælitùs illuſtrent, vt *velut diuinatio ſit ſuper labia Regis, & diuina quadam loquatur.* Nã Principis inſipientia, regij muneris *præuaricatio* eſt, *mendacium* eſt, & ſubiectis populis illata *iniuria.* Ergò *Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram*: Nam vt ſcitè Clitarchus: *Regem prudentem diadema non efficit, mens enim eſt quæ imperat.*

Clitar. apud Anton. 2.

Digitized by Google

§. CCLVI.

Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt.

Ferè ex Senecâ ſparſim.

Boni Superioris idea.

1. VItia tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis facilè ignoſcit. Bonis nocet, qui malis parcit. Clemenria videtur & venia, & diſſimulata ſæuitia eſt: nam iniquitas impunitate inſoleſcit, & bonos aut vexat, aur iniquos facit, de pronæ malitiæ afflatu. Nemo prudens punit quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. Res enim optima eſt, non extirpare ſceleratos, ſed ſcelera. Aude peccanti mala ſua oſtendere; vitia eius ſi non exciderìs, inhibebis. Non deſinent, ſed intermittent? Fortaſsè autem deſinent, ſi correctionis metu intermittendi conſuetudinem fecerint. Semper leniora remedia tentanda ſunt, & corrigendorum explorandum ingenium. Nobilis equus vmbrâ virgæ regitur, ignauus nec calcaribus concitari poteſt. Clementiam ſibi præſagit & parat ſollers clementia. Quantum potes, te ipſum coargue, inquire in te, accuſatoris plurimùm partibus fungere, deindè iudicis, nouiſſimè deprecatoris; aliquandò etiam te reum oſtende tibi, & quam piam obiurgationem aut pœnam tuorum ſcelerum ſanatricem audire voles, adſimilem aliis taxa. In te reliquos inſpice, & de tuâ ergà te veniâ, clementiam ediſces, nobile Superiorum elogium.

2. Exhodi 32. dum Moyſes dictante Deo, leges Hebræo populo deſcribit, interim barbaricus ingratè populus, vitulum conſtruit in Numen, & feſto plauſu diuinos illi honores è genu exhibet. Cumque Moyſes deſcendens è monte appropinquaſſet ad caſtra vidit vitulum & choros: *Iratúſque valdè, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Fecit hoc Moyſes incitatus acriori ſanctè zelo aduersùs publicam impietatem, abſurdum ratus ſi legem Dei populo ebriè inſano, & impudenter idololatræ, legémque nefariè per ſuum Idolum infringenti, proponeret. O grandis Legiſlatoris iracundia, populum exlegem facere! Imò ineffabilis arcanè benignitas, rigoris & iracundiæ diſtrictioris obtentu. Sanè in hâc legalium tabularum iracundiâ confractione, quæ ſtrages truculenter ſpondet, latentis veniæ tabula legitur, & Moyſis benignitas haud dubiè tranſparet. Quod S. Bruno ſapienter adnotauit, ita fatus: *Proiecit de manu tabulas, & confregit eas, &c. Populus peccat, & tabulæ franguntur. Populus peccat, & lex deſtruitur. Vt quid hac? Si enim Moyſes tabulas non fregiſſet, populo non pepercíſſet. Et quid proderat quòd orãdo Deum placauerat, ſi ipſe eos ex legis imperio occidiſſet? Lex enim dicit: Qui immolat Diis, occidetur, præter quàm Domino ſoli. Noluit igitur cum tabulis, noluit cum rigore legis ad populum delinquentem venire: ſed tabulas fregit, legem euacuauit, & populo delinquenti pepercit .... Et Moyſes pro fractis tabulis nuſquam à Domino reprehenditur.* Profectò grandis videtur contrà Deum irreuerentia, tabulas legis Dei digito conſcriptæ, per iracundiam fregiſſe, & iracundæ in populum vltionis indicium deſumitur. Aſt quod irreuerentiam & ſtrages ſpecie tenùs ad terrorem prætendit, miſericordiam ſpirat, & benignitatem afflat, & piiſſimam veniam diſſimulanter indulget. Nam cùm tabulas iracundus frangit, *legem euacuat, & populo delinquenti pepercit*: nam ſi adeſſet lex illa lapideis tabulis deſcripta, ex legis ineluctabili præſcripto, ad vnum omnes trucidari debuiſſent, ne latæ legis venia legem pernicioſiùs frangeret, quàm Moyſis anticipata iracundia. O bona Legiſlatoris ira, benignitate medullitùs imbuta! Pietate præcoquâ legem impromulgatam fractione abrogat, ne funditùs delinquentes eroget: & ſic diſtrictiore pietate Iudicem meliùs adimplet, violationem, ac violationis pœnas indulgentiùs anteuertens: quod ingenioſum veniæ arbitrium Deus impunitate commendauit.

Exhod. 32. v. 19.

S. Bruno apud Tilm. ibi.

Moyſes fractione legem euacuat, vt delinquenti populo parcat.

Numerorum 10. Moyſes cognatum ſuum Hobab reuertentem in Madianitidem, ſeriò rogat vt in Terram promiſſionis ſecum per deſertum pergat: Veni, inquit, nobiſcum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraëli. Cui ille reſpondit: Non vadam tecum, ſed reuertar in terram meam, in quâ natus ſum. *Et ille: Noli, inquit, nos relinquere: tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris Ductor noſter.* Pro τὸ *Ductor*, Hebraicè eſt, *Eris nobis in oculos*, id eſt, nobis dux, vt oſtendas vbi ſint fontes, vbi paſcua pro pecoribus noſtris, vbi ligna, &c. Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quódque Interpretum ingenia incitat, quare Moyſes, inquam, in eremo illâ verſatiſſimus; & qui præterea habebat Deum caſtrorum *Ductorem*, obnixiùs roget Hobab hominem Gentilem, vt ſecum tamquam populi *oculus* proficiſcatur, illúmque Hebrææ gentis *Ductorem* inauguret? An ipſe Moyſes ſe putat ducatui imparem? An Dei *Ductorem* recuſat? an humanam induſtriam promiſſæ cæliiùs prouidentiæ fœderat, vt ipſe princeps Deductor diuinis humaníſque ſubſidiis ad deductionem inſtruatur? Benè ſollicitus Ductor humana etiam præſidia non negligit. Aliter de hâc re ad rem præſentem opportunè S. Bruno philoſophatur, dum hæc ipſa verba ſic expendit: *Quid eſt*, inquit, *quòd Moyſes Gentilem hominem Ductorem exercitûs ponere vult, cuius ipſe Dominus Ductor erat? Sciendum autem quòd homo vanus ac ſuperbus niſi quibuſdam laudibus & blanditiis ſuæ ſalutis conſiliis non acquieſceret. Vndè & nobis regula datur: Potentes homines & ſuperbos etiam adulationibus ad iuſtitiam & veritatem conuertere.* Vide ingenioſè argutam Moyſis pietatem. Potentem, opulentum, & agreſtem Hobab Madianitam non increpat de barbaricâ idololatriâ, & de ſceleroſis culpis illius appendicibus; ſed quò hominem arroganter ſuperbum cognatæ fidei commiſſum, ad melioris vitæ frugem pertrahat, blanditiis inuitat, & ſuperbo *Ductoris* populi Dei vocabulo allicit, quaſi ſui ac Dei ducatûs partem offerat. Indigentiam induſtriæ illius inſinuat, & *Ductoris* vocabulo honorat: & ſub ambitioſâ honorum prærogatiuâ, & Præfecturæ ſpecie veniam offert, & auitæ gentiliter religionis repudium negotiatur. Niſi fortè hominem adhuc Gentilem velut populi *Ductorem* nominet & quodammodò inauguret, vt ſiquos ex Ægypto aut Madianitide, Hebræi populi gregales, & adhuc gentiles, obſequentiùs *ductet*, dum eos ipſe Moyſes ſenſim ad veri Dei notitiam, & religionem tot miraculis imbuit: quæ foret benigniſſima 3.

Num. 10. v. 31.

Hebræus.

Cur Moyſes Hobab Gentilem, velut Hebræi populi Ductorē inaugurat?

S. Bruno apud Tilm. ibi.
Idem ferè Rabanus & Rupertus.

Num Moyſes quærit Ductorem gregalium adhuc Gentium?

Digitized by Google

nigniſſima Moſaici regiminis induſtria: *Noli, inquit, nos relinquere. . . . Eris Ductor noſter.*

4. Exhodi 4. adhuc eductionem ex Ægypti ſeruitute, & Hebræi populi principatu conſtanter Moyſes recuſat. Cuius animum flectere nititur Deus miraculo, quod commiſſam ſibi poteſtatem erudiat. Dixit ergò ad Moyſen Deus: *Quid eſt quod tenes in manu tuâ? Reſpondit: Virga. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.* In hoc breui verborum tractu, multa densè occurrunt, quæ Superiores ad manſuetudinem & lenitatem erudiant, quæ perfunctoriâ expenſione perſtringam potiùs, quàm prolixiùs & ſumptuoſiùs ornabo. Tilmannus ex S. Brunone indidèm: *Proiecit virgam, & verſa eſt in colubrum. Illis*, inquit, *vertitur in Draconem, qui leniter correcti, emendare ſe nolunt.* Nempè ei, qui leni admonitioni non obtemperat, nec *virga*, id eſt, poteſtati mitiùs corrigenti non obſequitur; deſinit eſſe *virga*, & mitis directio, leniſque correctio, & in venenatum refingitur *draconem*, qui ſtrages ſibilat, dum acerbiores pœnas repetit de lenitate contemptâ. Ipſe ſibi reus pœnalioris ſupplicij auctor eſt, qui abuſu lenitatis, eam refractariè dehoneſtat; dum potiorem regiminis partem reddit inutilem, vndè promeritam ſuæ contumaciæ acerbitatem ipſe ſibi aſciſcit, & *virgam* beneuolam, in venenatum *draconem* recudit. *Illis* virga *vertitur in draconem, qui leniter correcti, emendare ſe nolunt.* Inſuper Moyſen interrogat Deus: *Quid eſt quod tenes in manu tuâ? Reſpondit: Virga. Dixitque Dominus: Proiice eam in terram.* Quæ verba ſic inibi Stephanus elucidat: *Vult quidèm Dominus quòd Prælatus conſideret, quantum ſibi commiſſum ſit: & excogitet quod cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Virga eſt poteſtas iudicandi. Virgam in terram proiicere, eſt poteſtatem iudiciariam ad terrena deflectere.* Nimirùm probè ſciebat Moyſes, quòd Virgam in manu geſtabat, & nihilominùs iubetur à Deo, vt vlteriùs conſideret, & intimiùs recogitando penetret, quid illa virga ſeu poteſtas ſit. Et quaſi id non ſufficeret, vlteriùs iubet, vt eam proiiciat, & à ſe alienatam videat in alio, & *ad terrena deflecti*; nec rationem ſequi, ſed terrenos affectûs; & tunc videbit ipſam *Virgam* ſeu poteſtatem in *draconem* conuerſam, ita vt illum pauidè fugiat tamquam venenatum ſerpentem. Itaque moraliſſimè admonetur Superior, quòd attentiùs recogitet & penetret quid teneat in manu ſuâ: nam illa ipſa Virga quæ in manu ſuâ illi videtur Virga ſeu poteſtas, dum ipſiſſimam illam Virgam ſeu poteſtatem in alio iam videt, non *Virgam*, ſeu *draconem* cenſet; adeò vt ab illo pauidè fugiat. O bonam clementiæ eruditionem! Illa ipſa tua Virga, quâ alios admones & caſtigas, ſi è manu tuâ excidat, & in alio ſit, illam tamquam ſæuum draconem perhorreſcis, & inſanæ crudelitatis arguis. Ergò à te ſubiecto poteſtati alterius, mitiorem poteſtatis vſum addiſce. *Vult quidèm Dominus quòd Prælatus conſideret, quantum ſibi commiſſum ſit. Virgam in terram proiicere, eſt poteſtatem iudiciariam ad terrena deflectere.*

Exhod. 4. v. 2. & 3.

S. Bruno.

Qui leniter correcti emendare ſe nolunt, virgam vertunt in draconem.

Stephanus.

Poteſtas quæ in te, tibi videtur virga, in alio tibi videtur draco.

5. Denique iuſſus Moyſes Virgam ſeu poteſtatem in terram proiicere, confeſtim verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. *Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, verſáque eſt in virgam.* Quæ verba ſic inibi nuper laudatus Stephanus tropologicè exponit: *Cauda, eſt finis poteſtatis, quam ipſe debet tenere, vt memor ſit quòd ipſe qui iudex eſt aliorum, à Deo in fine iudicabitur. Et ita per conſiderationem finis, coluber redibit ad virgam, id eſt, poteſtas in directionem.* Salubris ſanè Stephani admonitio: nam potente potentior eſt alius; & aliquandò erit reus miſericordiæ indigus, qui à ſuo iudicio miſericordiam abiecit. Sed liceat aliò flectere ſententiam. *Apprehende caudam eius, verſáque eſt in virgam. Cauda eſt finis poteſtatis . . . . & ita per conſiderationem finis, coluber redibit ad virgam, id eſt, poteſtas in directionem.* Scilicet cana ſenum prudentia, quæ perdiu gubernandi munera obiuit, experta rigorum ſcopulos, & quòd nimia ſeueritas contumaces inuenit, aut facit; benignior eſſe ſolitat in fine, quam in regiminis principio, & rudi gubernationis tyrocinio, ab ipsâ experientiâ veniam edocta, *Apprehende caudam eius. Cauda eſt finis poteſtatis, & ita per conſiderationem finis, coluber redibit ad virgam, id eſt, poteſtas in directione.* O quàm ſe mitem ac pium exhibet Boozus, opinatus Hebræi populi Iudex, & in cauſsâ Ruthæ, & in litigio cum Propinquo auariùs agreſte!

Exho. 4. v. 4.

Stephanus.

Poteſtas per caudam apprehenſa, ex Dracone fit virga, quare?

Hîc verſ. 5.

---

§. CCLVII.

Immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt ſe cupiditatibus abſoluant.

ALto ſtilo ille quicumque: *Malæ naturæ numquam doctore indigent.* Nimirùm quia nimis indigent, & fruſtrà vel obnixiùs impenſus labor ſudat in edomando pertinaci ingenio. Quicquid à natura vltrò erumpit de procliuitate ſpontiuâ, æquale eſt omnibus, & ſtatim: tardum autem eſt, & varium, & ſæpè fruſtrà quod doctor ſuggerit, quod inſtitutor agit, quod leges erudiunt. Sanè legum multitudo, prauæ Subiectorum naturæ nota, & ſimul pædagogia eſt. Hoc legum probrum opulenta felicitas deludit, quæ exlegem eſſe inſolenter præſumit: quare tenuem ſubditorum fortunam leges premunt. Omnes autem legum vincula excutere procurant, tamquam ſtigmata ſeruitutis, & humanæ ingenuitatis contumeliam. Videtit peritus Legiſlator ne non faciat legum obſeruatores, ſed exoſos earumdem oppugnatores refingar. Grauatè ſemper homines excipiunt, quo libertas (id eſt, præcipua hominis portio) lædi putatur. Quoties nouas leges condere omittis, toties dediſſe te puta præproperam delictorum veniam. 1.

Publ. Syrus in Senecæ Prouerb.

Legum multitudo, inſolentium pædagogia eſt.

Exodi 15. ſicco veſtigio Mare rubrum traiicit. Hebræus populus; & de Ægyptiorum naufragio, hactenùs naufraga eorum libertas, ſoſpes portum appellit. Verùm cum auſpicio libertatis, in vaſtâ diu eremo, præ ſiti aridâ hianter exæſtuat: & amaram loci aquam querulus faſtidiens inopinato typici ligni blandimento, dulciſſimam bibit. Moyſes enim audito populi æſtuantis clamore, clamauit ad Dominum, qui 2.

Exhod. 15. v. 25.

oſtendit ei lignum: *quod cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt, ibi conſtituit ei* (Moyſes populo) *præcepta atque iudicia, & ibi tentauit eum.* Quas tunc leges populo ſanxerit Moyſes, Scriptura tacet, hallucinantur Rabbini, Catholici Interpretes veroſimili coniecturâ tradunt.

Caietanus.

Audiendus eſt inibi Caietanus, qui ſic locum exponit: *Ibi conſtituit ei præcepta atque iudicia. Senſus eſt quòd Deus vim ſui præcepti atque iudicij appoſuit præceptis paternis, ſolitiſque iudiciis in populo Iſraël, vt præſupponamus multa præcepta paterna ab Abraham, Iſaac, & Iacob, tum moralia tum ceremonialia fuiſſe in Iſraëlitis multáſque inter ſe habuiſſe regulas iudiciorum ſecundùm quas permittebat Pharao à propriis iudicibus Iſraëlitas iudicari. Et hic ſenſus quadrat contextui: nam nullum exprimitur præceptũ cuiuſcumque generis in ſpecie: ſed vis tantummodò diuina in præceptis omnibus reuerenda ponitur cum præmio. Quocircà hæc tria, Et poſuit præceptum, & iudicium, & ibi tentauit ipſum, verba ſunt Moyſis exponentis vim diuinorum verborum.*

Obſeruata etiã legis inculcatio, tentatio nominatur quare?

Res ſanè attentâ expenſione digniſſima, ſcilicet hîc Deus nullum imponit nouum præceptum, ſed auitum retrò Maiorum ritum paternâ reuerentiâ, ac longâ diu conſuetudine ſanctum perenni hactenùs obſeruatione, denuò ſtabilit, & diſſertè mandat. Imò & eorundem rituum obſeruationi præmia munifica ſpondet; ipſóſque ritus, iudicia, ac ceremonias diuinâ auctoritate nobilitat: nihil tunc addens, detrahens, aut demutans, ne vllâ in præceptionibus nouitate offendantur. Et tamen hanc eorumdem ſuorum rituum obfirmationem, vt ipſimet populo euulget, priùs illum votiuâ aquarum largitate vberiùs munerat, & amaro populo optatiſſimam dulcedinem infundit. Quin & adhuc iſtiuſmodi legum vmbris ſic terretur, vt tentari dicatur. *Ibi conſtituit ei præcepta atque iudicia, & ibi tentauit eum.* Opinor, ſi tunc Moyſes antiquos gentis ritus à Maioribus ritè acceptos, & religioſè euſque obſeruatos, vel latum vnguem immutaret, grauatè admodùm ferrent: taceo ſi legum feciſſet auctarium. At quia eoſdem ritus denuò ſtabilit, & altiùs infigit; etſi priùs Hebræos vbertate aquarum gratè obdulcauerit, & magnifica obſeruatoribus præmia ſponderit, *tentationis* periculum propinare dicitur. Quaſi vel obſeruatæ diu legis renouatio, *tentationis* vocabulum (quale in Deum, aut legiſlatorem poteſt cadere) mereatur.

3. Iſaias cap. 32. in typo Ezechiæ optimi regis deſcribit regnum Chriſti (ad hunc enim de more auolat, eiúſque felicem Rempublicam, putà Eccleſiam ritè inſtitutam, & optimè cõſtitutam:) Et habitabit, inquit, in ſolitudine iudicium, & iuſtitia in Charmel ſedebit. *Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ, & ſecuritas vſque in ſempiternum.* Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulentâ.

Iſaiæ 32. v. 17.

Vndè tam felix in Eccleſiâ (quod Synagogæ negatur) iuſtitiæ æquitas, vbertas, proſperitas, vt vel *in ſolitudine iudicium habitet?* Vndè tanta ab iniuſtitiâ *ſecuritas*, & tranquillæ *pacis pulchritudo*? Audi Prophetam: *Et erit cultus iuſtitiæ ſilentium.* Multi ſunt Interpretes, vt exponant quódnam ſit hoc *ſilentium*, quod non fuit in Synagogâ; erit tamen in Eccleſiâ, *cultus iuſtitiæ*; vel vt excribit Arabicus Alexandrinus: *Actus iuſtitiæ ſilentium, & ſpes in ſeculum ſeculorum.*

Arabicus. Alexandrin.

S. Hieronymus in Commentario ſic exponit præſcripta Iſaiæ verba: *Et erit cultus iuſtitiæ ſilentium, vt non multiloquio Iudæorum, ſed breuitate fidei adorent Dominum.* Multiloquium Iudæorum appellat multiplices leges Iudæis ſcriptas, & per Moyſen prouulgatas. Quod *multiloquium* opponit *breuitati fidei*, quâ Eccleſia amputatis legalibus Synagogæ laciniis, Deo ſeruit, Chriſtum adorat, & tamquam nouum gratiæ Legiſlatorem colit, compendio politiæ prælustrem.

S. Hierony. *Cultus iuſtitiæ eſt ſilentium à multis legibus condendis.*

Altè Euangelicarum legum compendioſa paucitas, appellatur *breuitas fidei*, nam velut cæco fidei obſequio in paucarum legum obſeruationem agimus; multas autem leges nimis oculato humanæ ratiocinationis abuſu, quaſi inutiles aut pernicioſas expungimus, ſiue ad illorum obſeruantiam nauſeamus. Itaque ex mente Hieronymi, *Cultus iuſtitiæ*, & illius per obſeruationem ornatus, eſt *ſilentium* à nouis legibus condendis; ne multitudo legum, obſequium auertat, & eas inobſequelâ deuenuſtet, dum violationem ſubornat. *Cultus iuſtitiæ ſilentium, vt non multiloquio Iudæorum, ſed breuitate fidei*, hoc eſt, paucarum legum compendio, Euangelica politia adornetur, qui dicitur *iuſtitiæ cultus*. Sub hâc legnm paucitate *pulchritudo pacis* floret, & vel *in ſolitudine iudicium habitat.* Legum autem multitudo iudicium interturbat, & obſequium inquietat.

Paucitas legũ dicitur fidei breuitas.

Matthæi 13. Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. 4.

Matth. 13. v. 32.

Quod minimum quidèm eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus; & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Ecquod eſt iſtud ſinapis granum, minimum cùm apprehenditur, maximum cùm in terrâ conditum pullulat, & ſic fœcundè excreſcit ac dilatatur? S. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 11. putat eſſe Chriſtum; Chryſoſtomus cenſet eſſe Eccleſiam; Auguſtinus fidem; Hieronymus doctrinam Euangelicam: quam Ambroſius arctiùs videtur reſtringere ad Euangelicas leges præ exiguitate, comparatione ad multiplices Hebræorum leges.

S. Gregor. S. Chryſoſt. S. Auguſt. S. Hierony.

Sic ergò ſcribit Ambroſius ad præſcripta verba: *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis*, &c. *Itaque antè ſuperfluis obſeruationibus vani, & inani leuitate volitantes, nunc iam per fidem Chriſti ſoluti manus, & liberi à vinculis ſabbatorum, bonis operibus intendimus; & in ipſis epulis libertatem habemus, intemperantiam excludimus, ne liberi à lege cupiditatibus ſeruiamus* (Diligentiùs penſita quæ ſubnectit) *Lex enim ligauit ſibi, vt abſolueret cupiditatibus. Gratia quæ minorem abſtulit ſeruitutem, multò grauiora præcipit. Omnia nobis licent, ſed non omnia expediunt. Graue eſt enim poteſtate vti, vt ſub poteſtatem recidas. Deſiſte eſſe ſub lege, vt virtute ſuprà legem ſis.*

S. Ambr. l. 7. in Lucam. in cap. 13.

Subtiliter quidèm Ambroſius multiplices Iudæorum leges, & eorum ſuperfluas obſeruationes abiiciens, ait Chriſtianos paucis Euangelij legibus vtentes, *iam per fidem Chriſti ſoluti manus, & liberi à vinculis, bonis operibus intendere* faciliùs poſſe. quaſi legum multitudo ad alia virtutis opera quodammodò *manus liget*, dum legalibus ſtrictiùs alligat. Quod mox explicatiùs tradit, & cum nouâ epithaſi elucidat hâc perpulchrâ ſententiâ: *Lex enim ligauit ſibi, vt abſolueret cupiditatibus.* O ex noſtrâ malitiâ ſæpè non bonum multarum legum

Multiplices Iudæorũ leges, dum ſibi, ligant, abſoluunt cupiditatibus.

gum

Digitized by Google

gum effectum! Multiplices leges dum ſibi alligant manus ſubditorum, eos perarduæ obſeruantiæ tædio, *cupiditatibus abſoluunt*; quaſi ad vetitas cupiditates inſtigent (nitimur in vetitum, & prohibita dulciùs pelliciunt,) & cupiditatum veniam præproperè indulgeant. Multiplices enim Iudæorum *leges, ligauerunt ſibi, vt*
Matth. 5. *abſoluerent cupiditatibus.* Sic Matthæi 5. Euangelica lex non ſolùm prohibet homicidium, ſed & iram: non ſolum adulterium, ſed & concupiſcentiam vetat, &c.

5. Oſeæ 8. impudenti Iſraëlis idololatriæ iratus
Oſee 8. v. 12. Deus, ſic illi acerbè minatur: *Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt.* Hîc expletur ſenſus prioris ſententiæ aliàs pendentis, quaſi dicat: Quia Iſraël multiplicauit altaria Idolis deſtinata, idcircò & ego ei multiplicabo leges, quæ illos arctiùs vexent. Non tracto hîc cum Expoſitoribus, an hæc ſententia cum interrogatione legenda ſit, an ironicè intelligen-
Cornelius. Ruffinus. da. Profectò noſter Cornelius inibi ſic ex Ruffino locum exponit, vt ſenſus ſit: *Leges meas, earúmque pœnas multiplices olim ſcripſi per Moyſen in lapide; at iam Scribam eas in Dorſo Iſraëlitarum virgâ & ſtylo ferreo: nimirùm multiplices illas plagas à Moyſe deſcriptas infligam eis gladio hoſtiū, eò quòd leges meas, quaſi alienas, obliti neglexerint & contempſerint.* Nempè *leges multiplices,* ſic ſtudia ſubiectorum ab obſequio alienant, ſic violationem ſubornant, vt perindè ſit, *Scribam multiplices leges*, ac earum violatarum pœnas infligam, ſeu *ſcribam in dorſo Iſraëlitarum virgâ & ſtylo ferreo.* Porrò ſicut vir pius eſt quaſi lex viua, quæ ſuis moribus clamat quid facto opus ſit, quid Deus, quid religio, quid ratio poſcat. *In Sanctorum vitâ cognoſcimus* (ait Gregorius,) *quid in Scripturâ legere debeamus.* Et Philo ait, legem ſcriptam eſſe, *Commentarium vitæ Sanctorum*: ita impius præuaricator legis pœnâ mulctatus, eſt lex viua, inclamans ceteris vt impietatem fugiant, & legum violationem declinent, ne in eaſdem pænas incurrant. Itaque teneo ex Oſeâ iuxtà Ruffini commentarium, ſynonyma eſſe, *multiplices leges*, & earum violatarum inflictas pœnas. Hem! ſic legum multitudo præuaricationi confinis eſt, & violationi proximè vicinatur? Vide hîc à verſ. 5.

Multiplices leges perindè ſunt, ac earū violatarum ſupplicia.

Vita Sanctorum, lex dicitur commentarius.

S. Greg. homil. 10. in Ezechiel.

Philo l. de Abraham.

Hic verſ. 5. &c. quàm graue fuerit huic Boozi Propinquo, legem omnem ritè adimplere, & quam facile illam violauerit. quò micantiùs prænitet Boozi pietas, legum multiplicium apices ritè per omnem modum obſeruans.

---

§. CCLVIII.

Voluntas quâ facie libet, res humanas colorat; & faciles, aut difficiles reddit.

1. **A**Rcanum eſt iſtud humanæ voluntatis ſacramentum, vt in eodem alueo iam ſuperfluat mœror, iam gaudium exundet; nunc refrigeret, quod aliàs vrebat. dubia eſt rerum gratia, perindè vt rupes Gonia, iam aquas fundebat, iam flammas; tam citò fons, quàm fornax. Hæc diuerſitas non ineſt rebus, cùm eædem ipſiſſimæ ſint; at ſi illis non inſidet, neceſſariò in affectione latet voluntatis. Duo tantùm ſunt extrema, inter quæ iaceat hoc diſcrimen, res ipſæ, & voluntas noſtra; ſi illis ſedes abſit gaudij, mœrorîſque; erit in iſtâ. Ergò voluntas erit lætitiæ, mœſtitiæque ſequeſtra: ſola immunis, ſola ingenua, libera eſt; & arbitrij potens, & quâ facie libet, induere cuncta eualet. Decolores ſunt res, donec illas purpuret, denigret, aut illuſtret voluntas; quæ cuncta ad nutum, tenuiúmve colorat; prout ipſa obſonauerit, cuncta ſapiunt, deſipiúntve: iuxta taxationem ſuam pretium omnium eſt. Velis, & benè placet, quod ſi nolis, malè vrit, vexat, fatigat. Sic voluntas cognatas rebus difficultates exarmat, & in rerum humanarum ſtadio ad nutum ludit!

Ferè ex Euſebio l. 1. de Arte volũt. c. 10.

Voluntas, quâ facie libet, res humanas colorat.

Matthæi 3. Ioannes Baptiſta prematurè relictâ patriâ domo, diuitiis, deliciis, ac dignitatibus; agreſtis eremi inquilinus vltrò fit. Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & Zonam pelliceam circà lumbos ſuos: *Eſca autem eius erat locuſtæ.* Perperam nonnulli apud Epiphanium hæreſi 30. pro *locuſtis* habent bellaria ex melle & oleo confecta. Niſi fortè *locuſtarum* auſterus & inhumanus cibus, Ioanni vltrò has dapes eligenti cauſâ pœnitentiæ, bellaria Attica ſapit. Verùm Exhodi 10. obſtinato Pharaoni hanc Moyſes plagam minatur: Ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos, quæ operiat ſuperficiem terræ, & comedatur quod reſiduum fuerit grandini. Et implebunt domos tuas, & ſeruorum tuorum, & omnium Ægyptiorum. Inflictâ autem hâc plagâ nimis angitur Pharao; quamobrem feſtinus vocauit Moyſen & Aaronem, & dixit eis: Peccaui in Dominum Deum veſtrum, & in vos. *Sed nunc dim ttite peccatum meum etiam hâc vice, & rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam.* Peritè hîc quærunt Interpretes, quare Pharao hanc locuſtarum plagam præ reliquis hactenùs inflictis, atroci *mortis* vocabulo nuncuparit? Hæcne locuſtarum plaga fuit omnium pœnaliſſima? Vndè nam atrocior acerbitas hanc plagam infamat, vt culpetur *mortis* elogio? Hoc dubium peritè inibi agitat Abulenſis quæſt. 5. ſic fatus: *Vt auferat a me mortem iſtam, &c. Iſtam plagam vocat mortem, maiori nomine appellans, quam ceteras, quia ex eâ magis ſe ſenſit afflictum .... Videbat etiam multitudinem earum numeroſam, non ſinentium homines quieſcere, aut cibos ſumere, nec ſaltem ora aperire, quandò mox cæco oris hiatu quotquot poterant mergerentur. Erat ergò hoc Ægyptiis viuens & manens mors, & morte ipſâ vera atrocius.* Ecce tibi, quod Ioanni Baptiſtæ præ ſtudio auſterioris pœnitentiæ, vulgaris cibus eſt, quo vitam alit ac fouet; mortis horrorem Ægyptiis incutit. Votiuæ Ioannis dapes locuſtæ inquam, quibus ſpontè vitam nutrit, à ſpontiuâ voluntate dulceſcuur; dum autem ipſis nomine ſupplicij veſcuntur Ægyptij, ſic exacerbant palatum, vt mortis inſtar reputent illis inuitè ſuſtentari. Ioannis fouet vitam ille ipſe cibus, qui ab Ægyptiis reluctantibus tamquam mors pœnaliſſima detrectatur: Non ſinebant locuſtæ cibos ſumere, *nec ſaltem ora aperire, quandò mox cæco oris hiatu quotquot poterant mergerentur. Erat ergò hoc Ægyptis viuens & manens mors, & morte ipſâ*

2.

Matt. 3. v. 4.

S. Epiphan.

Exhod. 10. v. 17.

Abulenſ.

Ioannes vitam ſinet locuſtis, quas tanquam cibum morſferum Ægyptij reſpuunt. quare?

Digitized by Google

ipſâ verâ atrocitas: & tamen votiua Ioannis *eſca erat locuſta.* Tantum voluntati licet!

3. Exhodi 7. proiecta Moyſis virga, in ſerpentem protinùs tráſformatur: proiectæ etiam Magorum virgæ, tamquam ſerpentes apparent, & ſerpentes pariter nominantur. Virga Moyſis aquas percutiens, eas vertit in ſanguinem coràm Pharaone & ſeruis eius. Et piſces, qui erant in flumine mortui ſunt: computruítque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in totâ Terrâ Ægypti. *Fecerunt ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis: & induratum eſt cor Pharaonis*, &c. Vides Pharaonis ſapientes & ariolos patraſſe ſimilia portenta, non quæ plagas auerterent, ſed quæ calamitatem augerent. Valdè angitur Pharao, & cum eo vniuerſa Ægyptus, dum ſicco oris hiatu ſanguinẽ bibit pœnaliſſimo ſupplicio per Moyſen inflicto: at dum ſponte pœnam per miniſtros ſuos auget, quaſi plagam mitigaſſet, ſupplicium negligit.

Exhod.7. v.22. *Volentem Pharaonem delectat, ſãguine potiùs quàm aquâ potari.*

Theodoret.

Quærit hîc Theodoretus q 18. *ad quid permiſit Deus incantatoribus eadem facere, quæ Moyſes?* & tempeſtiuè reſpondet: *Conceſſit itaque Deus incantatoribus, vt hæc facere poſſent, vt Aegyptios caſtigarent: non tamen dedit illis vt vltionem ſedarent. Nam dum à Deo puniretur Ægyptiorum rex, non fuit contentus plagis à Deo illatis, ſed præcepit incantatoribus vltionem augere. Itaque per eos Deus illum affligebat: quaſi verò dixiſſet: Quia plecti te delectat, tuorum etiam ſeruorum operâ te caſtigabo, & per tuos te plectam.* Opinor, non *delectabat* Pharaonem lethalis aquarum in ſanguinem conuerſio, aruis infœcunda, hominibus exitialis, dum piſcatu ac potu viduatur Ægyptus, Nilo ſuo fertilis. At ſic fuit Pharaoni grata, votiua & expetita aquarum in ſanguinẽ exitialis etiam conuerſio per ſuos Magos æmulâ operatione facta, vt ipſum Regem, ſui ac ſuorum amantiſſimum, ſic vltrò *plecti delectaret*. O! ſic quod voluntarium eſt, & hianter expetitum, rei amaritiem condit ac mellit, & abſinthium refingit in ſaccharum, cognato noſtræ voluntatis præſtigio? Volenti nihil difficile, nihil arduum, nihil moleſtum eſt, prodigioſâ rei ipſiſſimæ metamorphoſi.

4. Regius Vates Pſalm. 39. ex perſonâ Chriſti, de eiuſdem acerbiſſimâ paſſione in crucis patibulo cruentè peractâ, ſic modulatè pangit: Sacrificium & oblationem noluiſti (hoc eſt Iudaicas victimas;) aures autem perfeciſti mihi, vt tibi vſque ad mortem, mortem autem crucis perfectè obediam. *Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Spontè ſe veniſſe, & adeſſe dicit, & vltrò velle; vt ſignificet quàm alacri ac læto animo crucis mortem ſubierit, obedientiæ ac patientiæ voluptate in tot cruciamentis ſaginandus. Quâ ſuper re, ad rem præſentem opportunè ſic Græci Patres philoſophantur in huius loci Commentario: *Tunc dixi: Ecce venio, &c. Cùm cognouerim placationem per ſacrificia eſſe abrogatam, te autem meam dumtaxat obedientiam expoſcere, paratus fui, & dixi: Ecce potiar deſiderato, ibo quò volo. quandoquidèm tempus quoque per Prophetas definitum imminet. Sic enim Symmachus illud, In capite libri, expoſuit, dicens: In libro definitionis tuæ ſcriptum eſt de me.* (& poſt paucula luculentiùs exponunt illud, *Ecce venio*, &, *Deus meus volui*, dum hæc ſubſcribunt) *Tali autem obedientiâ obediui, & hoc modo decreui facere voluntatẽ tuam, ac ſi ex libro illam didiciſſem, cum ſufficiat mihi promptitudo animi pro lectione. vndè infert: Et legem tuam in medio cordis mei. Vult enim dicere, Sicut ac ſi haberem legem in medio cordis mei, ita ſategi facere illa quæ placita ſunt tibi.* Plura hîc à Græcis Patribus peritè addenſantur, quæ elucident, quàm ſit volupe exequi, quod vltrò quis vult, quantumuis illud ſit difficile, arduũ, ac peracerbum, ſicut fuit Chriſti Dei paſſio, quâ in cruce patibulatus, probroſiſſimè ac cruentiſſimè occubuit. Volenti Chriſto, & dicenti, *Ecce venio*, &, *Deus meus volui*, Patris nutus dicitur, *Caput libri*, id eſt Summa Scripturarum: vel diuinæ *definitionis* ſcriptum. Et eidem volenti, *promptitudo animi* eſt inſtar *definitionis* aut *libri* mortẽ diſertè præcipientis. Qui dicit, *Ecce venio*, &, *Deus meus volui*, perindè eſt ac ſi dicat: *Ecce potiar deſiderato, ibo quò volo.* Hem! qui it quò vult, etſi ad paſſionem & crucem eat, *potiri deſiderato* perhibetur? Quid eſt *potiri deſiderato*, niſi optatiſſimis deliciis perfrui. Sic ſpontanea arrident? Sic vltronea placent? Sic in alioqui moleſtiſſimis, ſi votiuè voluntaria ſint, gratè deliciamur? Velis, & benè placebit; quod ſi nolis, malè vret, & acerbè vexabit. Sic rerum gratia, aut ingratia, in voluntatis officinâ excuditur! Vndè hîc Orpha impotenter exhorret, quod Ruthæ pectus & votum animitùs implet. Sic hianter Boozus apperit, quod eiuſdem Propinquus contemptim recuſat. Tantum voluntati licet!

Pſal.39. v.8. & 9.

Græci Patr.

Symmach.

Chriſtus dũ vltrò paſſionem ſubit, eã potiri dicitur.

Ruth 1. v.14.

Hic verſ. 5. & 6.

5. Matthæi 8. & Marci 1. cùm deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ. *Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis, potes me mundare.* Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Quid eſt, *Si vis, potes?* Num ceſſante ſanandi affectu, Dei potentia intermittitur, aut expũgitur? Profectò peritus Medicus de Hipocratis aut Galeni ſchola eruditus, morbos curare ſcit, & ſanare evalet, etſi à voluntate ægrotum inuiſendi & curandi, aliquãdò ceſſet. Quare nonnulli Interpretes *τὸ ſi vis* flectunt ad deſiderium curationis cum reſignatione mixtum: quaſi hic leproſus ſanitatis indigus, reſignet & ſubmittat ſe volũtati Chriſti, vt ſi velit, curet; ſi nolit, non curet. Meliùs, opinor, Anſelmus Laudunenſis in Gloſsâ Interlineari, ſic locum ad rem exponit: *Domine, ſi vis, potes me mundare. Voluntati*, inquit, *poteſtatem tribuit.* (Addit inibi Cornelius) *Nam quanta eſt voluntas, tanta eſt poteſtas Dei; quicquid enim vult, hoc illicò facere poteſt; iuxtà illud: Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terrâ.* Scilicet Dei voluntas, diuina omnipotentia eſt: nam quanta eſt voluntas, tanta eſt poteſtas. Rectè igitur Leproſus *voluntati poteſtatem tribuit*, aiens: *Domine, ſi vis, potes me mundare.* Ergò homo pro modulo ſuo hanc Dei omnipotentiam æmuletur, & propè vltrà vires de voluntate præſumat. Velit, & poterit; qui quod non vult, numquam poſſe videtur.

Matt 8. v.2. Marci 1. v.40.

Velle Dei, Dei poſſe dicitur: ſic quodammodò velle hominis.

Anſel.Laud.

Cornelius.

Pſal.134. v.6.

§. CCLIX.

Digitized by Google

§. CCLIX.

Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat.

1. S.Greg. l. 22. Moral.

SCitè Gregorius: *Peccatum peccato addit, qui culpa quam fecit, patrocinia defenſionis adiungit.* Superbus ambit ſe credi magnanimum, prodigus liberalem, auarus ſolertem, temerarius fortem, ambitioſus diligentem, inhumanus iuſtum, ignauus quietum, timidus cautum. Sic humana ambitio, gloriolæ humanæ arroganter candidata, de confinio virtutum vitia colorare feſtinat: & dum virtutum famæ adlaborat, vitiorum impœnitentiæ obnixiùs militat, & ſollicitiùs ſtudet; dùm bonitas malitiæ oppanſa, malitiæ opinionem obiectâ bonitate tectiùs diſſimulat, virtutum ac vitiorum mixtim adulterio. At tempus ſuam cuique faciem reddit, & malitia quamuis velata ſpectatoribus tranſparet: ac ſæpè ipſa ſceleris abſcondendi defendendique ſollicitior cura, & ſumptuoſior ſollicitudo, delictum è diuerſo prodit, & latiùs euulgat: quandoquidèm in ipſâ affectatione virtutis, vitium latens non dubiis characteribus legitur.

Vitia virtutis ſpecie tectiùs abſcondita, perſpicaciùs tranſparent.

2. Geneſeos 20. patrio ſolo exul Abrahamus, peregrinatur in Gerarâ, regiâ Palæſtinorum vrbe. Dixitque de Sarâ vxore ſuâ: Soror mea eſt. Miſit ergò Abimelech rex Geraræ, & tulit eam famâ pulchritudinis opinatiſſimam. Adeſt Deus per ſomnium Abimelecho, & caſtæ feminæ ſtuprum præproperè vetans, ſeueriſſimis ſuppliciorum minis, ſuam Abrahamo Saram reſtitui intactam facile extorquet. Igitur poſtquam pauculis diebus pulchra Sara in palatio commorata fuerat, rex Abimelech poſt accitum Abrahamum, & largiùs pro ablatæ vxoris offenſâ muneratum, dixit Saræ: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt.* Multa ſub hoc oculorum velamine videre ſibi putant Interpretes; & poſt multas expoſitiones aliàs ethicè expenſas, adhuc locus ſententiarum fœcundè grauidus, alias atque alias commentationes parturit. Abulenſis in locuplete huius capitis commentario, ſic præſcripta verba exponit: *Hoc erit tibi in velamen oculorum. Id eſt, de illis mille argenteis emes vnum velamen, & quia mulieres honeſta, maximè virgines velant vultum ſuum, ne videantur, ideò vocatur velamen oculorum.* Nimirùm & Deo reuelante, & vtroque iam coniuge palàm confitente, notum erat Abimelecho, Saram eſſe maritatam, & Abrahami vxorem. Fama etiam totâ vrbe populariter percrebuit, Saram ob eximiam pulchritudinem ad Regis palatium adductam; indéque emiſſam, vt Abrahamo marito reſtitueretur. Quare Sara inculpatæ pudicitiæ femina, de expromptâ ſiniſtræ ſuſpicionis licentiâ, & inconſultâ linguarum garrulitate, nonnihil forſan deuenuſtata fuit; tenera eſt enim in pulchris feminis honeſtæ famæ valetudo (tametſi *non eſt facile malum de perfectâ ætate credendum; quam vita præterita defendit, & honorat vocabulum dignitatis*) Ecce tibi vulgare hominum artificium ad infuſcatum famæ nitorem de facili (vt putant) recuperandum. Scilicet maritatæ Saræ tantiſper deuenuſtatæ aurâ palatij, Rex Abimelech pretioſum donat faciei *velamen, quia mulieres honeſta, maximè virgines velant vultum ſuum, ne videantur.* Benè eſt, donetur tunc Saræ *velamen*, quod eſt femineæ honeſtatis notamentum, & pudicitiæ inſigne vulgare; at virginum habitus, & puellaris virginitatis in cultu nota, tunc forſan donari non debuit: nam exceſſus in pudicitiæ oſtentatione affectatus, ſiniſteritatē ſuſpicionum temerè etiam conceptarum, non arcet, ſed apud malitioſè ſagaces, potiùs è peruerſò fundat. Habitus virginitatis *velamine* aſſumptus, vt nuptam eſſe malè negat, ſic in Regis palatium ob pulchritudinis lenocinium adductam fuiſſe, non benè defendit. Malè, opinor, exterioribus notis in oppoſitum exaggeratiùs adnitentibus, tantiſper deuenuſtata fama reſculpitur. Affectatus in contrarium adniſus, non bonæ conſcientiæ index eſſe ſolitat. Inaffectata ſimplicitas, & inquæſitus extraordinariè habitus, rem fideliùs loquitur ſincerâ veritatis linguâ. Idcircò Sara pudicitiæ ſeruatæ ſibi benè conſcia, iſtiuſmodi *velamine* ornata non legitur. Regis fuit hoc arbitrium; Saræ ſincerè vt hactenùs matronarum ritu amiciri, refutantis has excuſationes, tamquam ſuſpicionum vberiùs fertiles.

Geneſ. 20. v. 16. *Affectatur virginum veſtis, vt adulterij ſuſpicio amoueatur.* Abulenſ.

S. Hierony. in epiſt. ad Ruſt.

1. Regum 18. cùm reuerteretur percuſſo Philiſthæo Dauid, egreſſæ ſunt mulieres de vniuer- 3.
ſis vrbibus Iſraël, cantantes, choróſque ducentes in occurſum Saül regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. *Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saül mille, & Dauid decem millia.* Iratus eſt autem Saül nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte. Non rectis ergò oculis Saül aſpiciebat Dauid à die illâ, & deinceps: & indè modis omnibus ei cædem molitur. S. Ioannes Chryſoſtomus in homil. de Dauid & Saüle, multis philoſophatur, & ſubtiliter perueſtigat hanc odij cauſſam aduerſùs Dauidem; debebat enim eſſe ſuâ laude contentus. quòd illi tribuiſſent mille, & forſan ea in Iſraële percrebuiſſet fama, ingenio regiæ adulationis euulgata. Cur igitur indignatus eſt, quod illi dederint mille, decem millia autem Dauidi tribuerint. *Etenim* (ait Chryſoſtomus) *ſi Rex ad bellum finiendum vel paullulum aliquid momenti contuliſſet, rectè tunc dictum fuiſſet: Saül in millibus, Dauid in decem millibus. Quòd ſi ipſe quidèm pauidus ac tremens domi ſedit, in ſingulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit; an non abſurdum erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quòd hic plus laudis tuliſſet? Nam ſi indignandum erat, Dauidem potiùs conueniebat indignari, quòd cùm ſolus totum geſſiſſet, alterum haberet laudis participem.* Nota hîc primò quàm ſit laudis appetentiùs ambitor, qui à laudum merito longiùs abeſt. quaſi propriæ laudis ambitio, aut immeritum inueniat, aut faciat. Dein aduerte, quàm ſint Principes ac Summates laudum appetentes, ſiquidèm vel aliena elogia ſibi vſurpare ambiant, adeò vt nec facinoris vnicè patratorem, in elogij conſortium admitti ſuſtineant. Ad hæc obſerua ingenuum Dauidis ingenium, qui ſuam ipſius vnicè gloriam, cum Saüle partiri non abnuit, nec ſuo periculo laudem alienam mercari. Proh ambitioſè frequentes alienæ laudis abreptiones! Verùm Saül ſuæ ignauiæ benè ſcius, & malè ab eâ extimulatus, *ipſe quidèm pauidus ac tremens, & domi ſedens, in ſingulos dies mortem expectans,*

1. Reg. 18. v. 7.

S. Chryſoſt.

Multimodò vapulat laudis ambitio.

quò

Digitized by Google

Saûl dum ſuam ignauiam querelis diſſimulare affectat, plus eam publicat.

quò ignauam bellicè deſidiam tectiùs diſſimulet, ſimuletque ſtrenuitatem, tot excitat tragœdias, & malè ſibi conſciis querelis aëra toxicat, quia millia duntaxat illi, Dauidi autem, qui *totum facinus peregit*, decem millia tribuerit panegyrica Iſraëlitidum puellarum laudatio. Indè autem factum eſt, vt immeritæ ſtrenuitatis ambitione, ſuam plus ignauiam publicarit; & dum deſidiam colorat affectatis negatæ laudis querelis, eam euidentiùs propalauerit; & vndè quærebat famam, diffamiam citiùs inuenit.

4. Iob cap. 9. dum ab amicis iniquitatis argueretur, ob quam ſic acerbè à Deo plectebatur, ita loquitur. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit.* Nempè ſi deficientibus patronis, aduocatis, & teſtibus, velim ego pro me cauſſam dicere id enim eſt, *iuſtificare*, ſe tueri in iudicio, obiectam culpam eluere, & innocentem oſtendere; *os meum* (meum teſtimonium, mea oratio, & defenſio) *condemnabit me, & prauum comprobabit.* Valdè hîc laborat interpretũ induſtria, vt explicet quo pacto innocens ac irreprehenſibilis Iob, ſi vitam ſuam male culpatam tueri ac iuſtificare voluerit, eiuſmodi iuſtificatione, & proprij oris ſuffragio citiùs ac certiùs damnarit? Sic verò Olympiodorus locum extricare tentat: *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, &c. Si enim me iuſtum eſſe dicere audeam, id demùm dicere puto eſſe impietatis. Quod ſi illud etiam ſim dicere auſus, omni me reprehenſione vacare, mihique ipſe fuero blanditus, hoc ipſum meã prauitatem coarguet, nec me rectum eſſe teſtabitur, quandoquidem, ſi iuſtus eram, idipſum ſilendum erat, neque enim de ſe iuſtus prædicat.* Hem! propria laus etiam vera, ad falſum etiam crimen defenſione excutiendum, in ore proprio ſic ſordeſcit, vt culpam, quam non inuenit, faciat? Probitatem, quam de ſe Iuſtus verè prædicat, etiam vt obiectam diluat culpam, eius improbitatem apud homines arguit? O argumentum à contrario validò apud homines opinatiſſimum, & è diuerſo populariter certiſſimum! Se *iuſtus, pius*, ac *irreprehenſibilis* in aliquo laudat: ergò in eo ipſo quod ſe laudat, etiam veræ defenſionis arbitrio, *iniuſtus, impius*, ac *reprehenſibilis* arguitur. Quod explicatiùs tradit idem inibi Olympiodorus, ſic locum excribens: *Si enim iuſtus fuero, meum os impium erit* (Vulgatus, *os meum condemnabit me.*) *Si autem fuero irreprehenſibilis, prauus euadam.* nempè ſi proprio ore me laudando, obiectam prauitatem eluere voluero. Sic vera etiam laus affectata, vel hominem innocenter irreprehenſibilem, apud homines, ſceleris arguit, de ſcelere culpat, & tamquam culpatum condemnat?

Iob 9. v. 10.

Propria laus, elogium quod verè laudat, culpare putatur.

Olympiod.

Græca tráſl.

5. Geneſeos 3. tandem ambitioſâ ſerpentis ſuaſione, muliebri impotenter curioſitate, & fugitiuo palati lenocinio, Eua tulit de vetitæ arboris fructu, & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum: *Cùmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* De mentito vetitæ arboris flore, nuditatis, ac erubeſcentiæ fructum vindemiarunt. Sed quid eſt, quòd ex frondibus arboris, de quâ, aut circa quam deliquerunt, nuditatem & erubeſcentiam, delicti proditricem, diſſimulare, aut celare ambiunt? O male compoſiti animi tumultuarium arbitrium! Scitè inibi Seleucienſis Baſilius: *Conſuerunt folia ficus. Ipſi nudati nudant arbores: circa arborem præuaricati, ab arbore tegumentum mutuantur.* O conſilium de inconſultâ ambitione veniens! De arbore *circà quam* præuaricantur, *tegumentum* fabricant, quo nuditatem præuaricationis indicem veſtiãt? Ipſa veſtis, quæ inueſtem erubeſcentiam abſcondere feſtinat, inueſtitæ erubeſcentiæ præuaricatricem cauſſam manifeſtè prodit, abſconſione publicat, ac veſtitu denudat. Profectò in hâc frondeâ veſte, veritus frondium fructus, malè eſculentus, benè tranſparet: & quò tectiùs abſconſio affectatur; & veſtis neceſſitas à crimine orta, & res criminis, quam ea arbor obtulit, perſpicuè proditur; atque arrepta præproperè frondea veſtis geminato teſtimonio condemnat. *Circa arborem præuaricati, ab arbore* nudæ erubeſcentiæ *tegumentum mutuantur*: vndè erubeſcens præuaricatio tegumento nudatur. Nudatur etiam hîc malitioſa huius Propinqui fraus, qui ſpecie virtutis, religioſum abiecit ritum. Hîc verſ. 3.

Gen. 3. v. 7.

Erubeſcens Proteparentũ præuaricatio, tegumento nudatur.

Baſil. Seleu. Orat. 3.

§. CCLX.

Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet.

1. INfelicis animi, & de cognatâ imbecillitate ſeditioſi eſt, facilè ſuccenſere, iraſci, indoleſcere. *Vt exulcerata & ægra corpora quæ ad tactus leuiſſimos gemunt, ita ira muliebre maximè & puerile vitium eſt. At incidit & in viros. Nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia ſunt.* Virum dedecet, & in virili togâ ac ætate, muliebres ac pueriles fatetur mores, qui mulierem ac domeſticos pueros ferre ſuſtinendo non ualet. Multa paſſim domi ſuppetent, quæ pacem turbent, & concordiam inquietent. Querula fruſtrà indoleſcet vxor, & ob leuicula quæque excitabit tragœdias, excitabit & puerorum importunitas; quas niſi magnanima viri patientia ſedauerit, aliis indulgenter conniuendo, illudendo aliis, cum aliis ſeriò agendo, quotidiana erit domeſticæ tragœdiæ cataſtrophe. Porrò frequentes domi rixæ amorem eliminant, concordiam turbant, charitatẽ auertunt; quin & ſæpè virtutes faſcinant, & religionis fidem inquietant. Nam pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, ſupplementum patientiæ vitiorum titubatio, virtutum vinculum, cæli alumna, Euangelij vigor, religionis gymnaſium, & humana colendi Numinis ſequeſtra.

Senec. l. 1. de Ira c. 16.

Pacis conglobata dotes.

2. Exhodi 32. diu abeſt in monte Moyſes, vt legem à Deo excipiat: lex enim morâ comitur, vt velox extorqueat obſequium. Interim Ducis abſentiâ furit Hebræus populus, & congregatus aduersùs Aaron, dixit: Surge, fac nobis Deos qui nos præcedant. Vellem ſi, fieri potuiſſet, vt cunctatiùs egiſſet Aaron, ſummus populi Sacerdos, nec tam citò annuiſſet idololatræ impietati. *Dixítque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Miriſſimum ſanè eſt, quòd nunc Aaron expromptiùs conniueat execrando nimis piaculo. Annon è re foret, vt Pontificiâ auctoritate idololatricum culpaſſet facinus, aut feſtinatum populi ardorem dulci alloquio mitigaſſet,

Exhod. 32. v. 2.

Digitized by Google

gaſſet, aut ſaltem prudenti cunctatione, Idoli fabricam in aliud tenpus diſtuliſſet; Eccur proximum Moyſis aduentum non ſpondet; quare irritandi Dei minas non fulminat? quare barbaricam ingratitudinẽ in Deum hactenùs beneficentiſſimum non proponit; Verùm Aaron aurea vxorum, filiorúmque & filiarum ornamenta expoſcit, ratus, hoc fore efficacius arbitrium populi auertendi ab idolorum cultu, ad quæ impotenter hiabat. Litteraliſſimè pariter

Caietanus.

moraliſſimè Caietanus ſic inibi locum cõmentatur: *Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque ac filiarum veſtrarum auribus*, &c. *Poterat Aaron petere aurum alind ab illo, quod erat formatum in inaures: ſed quærens cautè auertere furorem populi, propoſuit hoc difficile. Quod & difficiliùs reddidit dicendo, Ex auribus vxorum, filiorúmque ac filiarum veſtrarum: & afferte ad me. Vt diſſenſio domeſtica in domo quâlibet oriretur reluctantibus mulieribus & pueris.* Ecce tibi ingenioſum ſagaciter Aaronis arbitrium ad auertendum populi ſtudium à recentium Deorum votiuo cultu. Nimirùm populus hianter cupit Deos, quorum religionem colat, & numen adoret. Hic Deorum expetitus cultus, animi vota malè implet: ergò nunc expetenda ſunt vxorum, filiorúmque ac filiarum monilia ex auro pretioſè confecta, quò dum vxores, filiíque ac filiæ vident ſe rapaciter chariſſimis ornamentis deſpoliari, lacrymis, iurgiis, ac lamentis tota obſtrepat familia, & domeſtica ſingulorum pax ſeditione obortâ turbetur. Itaque Aaron ſingulorum *diſſenſionem domeſticam* ſollerter procurat, quo affectatum expetiti Numinis ſtudium inhibeat, religionis excutiat votum, & Deorum ingerat obliuionem, Nihil enim eſt, quod ſic potenter Dei memoriam expungat, & ardens religionis ſtudium hebetet, oblitterétque, quàm ſuborta domi iurgia, familiarum tumultus, ac *domeſtica diſſenſio*. Verùm arguta hæc ſagacitas optato euentu fruſtrata eſt, quoniam non veri Dei, ſed Idolorum ſtudium auertere negotiatur. Sanè in hoc ſua Aaronem peritia fefellit, quòd ſic debilitare procurauit Deorum idololatricè colendorum ſtudium; quo non expungitur, ſed fouetur, adipatur, animatur. Porrò *domeſtica diſſenſio*, vt veri Niminis colendi religionem interſtinguit, ſic ſtudium Idololatriæ alit. Siquidèm verus

Domeſtica diſſenſio notitiam Dei, ac religionis ſtudium inhibere putatur.

Diſſenſio domeſtica, idololatriæ lenocinatur

ad Rom. 15. v. 33.

Deus, *Deus pacis* nominatur: pax enim veri Dei noſcendi, atque colendi lenocinium eſt. Hinc

Hic verſ. 6.

cenſent nonnulli, quòd ille Propinquus Boozi hic nouas cum Ruthâ nuptias repudiauit, ne nouam ſuperducens vxorem, *domeſticam diſſenſionem* induceret, quam nimis eſſe periculoſam probè nouerat.

3\. Numerorum 23. Balac Moabitarum rex, timens Iſraëlitas ex Ægypto reduces, & in campeſtribus ſibi conterminis pacatè commorantes, Balaam magum muneribus acceſſit, qui è montis vertice Iſraëli inauſpicatò maledicat. Baalam autem de cœlo afflatus, illi potiùs largiùs benedicit. Quod grauatè ferens rex Balac dixit ad

Numer. 23. v. 13.

Balaam: *Veni mecum in alterum locum vndè partem Iſraël videas, & totum videre non poſſis, indè maledicito ei.* Hîc rex Balac ſuperſtitioſè loco, & viſioni totius Iſraëlis benedictionem Balaam attribuit, quaſi ideò benedixiſſet Iſraëli, quia ille locus præ aliis fortunatus eſſet, ſiue ex cæli & aſtrorum influentiis, ſiue aliundè; vel potiùs quia indè non totum Iſraëlem ſpectare poterat, loci naturâ totius populi viſionem prohibente, ſed partem illius dumtaxat, quaſi hæc pars à reliquo foret diuiſa, & ab inuiſo Iſraële ſeparata. Quâ de re ſic inibi philoſophatur Origen. *Balac putans quia perterritus eſſet Balaã populi Iſraelitici multitudine, & idcircò non fuiſſet auſus proferre maledicta, mutationem ſibi loci credidit profuturam, & ait ad eum: Veni adhuc mecum in locum alium, de quo totum non videas eum, ſed partem aliquam eius videas. omnes autem non videas, & maledic eum mihi indè. Demens qui Iſraeliticam gratiam loci obiectione crederet poſſe celari.*

Origenes. homil. 16. in Numer.

In Iſraëlis parte totus videtur, ne pateat execrationi locus.

Nempè ſagaciſſimè rex Balac ſatagit, vt Balaam non videat totum Iſraël, ſed partem eius tamquam diuiſam, & à reliquo ſeiunctam, vt indè Dei minis, & Vatis maledictioni fieret condignè obnoxius, ob diſcordiam ſaltem oculorum tenus ſpectatam, quam cenſebat diuinæ maledictionis ream, *demens qui Iſraëliticam gratiam loci obiectione crederet poſſe celari*, Porrò elogium concordium eſt, vt in vnâ parte totum videatur, & in vno omnes ſpectari poſſint. Quod idem Origenes ſibi ſimilis alibi alioſùm his verbis ediſſerit: *De iuſtis autem non ſolum per ſingulos vnus dicitur, verùm & omnes competenter vnus dicuntur. Et cur non omnes vnus dicantur, quorum cor & anima vna eſſe deſcribitur?* Scilicet

Orig. hom. 1. in I. Reg.

latuit Regem vitioſum, virtutis arcanum elogium, & ſacramentum popularis concordiæ quâ omnes vnus plures ſunt, & plures vnus abſque pluralitatis detrimento. Vndè populi Dei, ideſt, *Iſraëlitica gratia* fuit, ne diuiſus Iſraël videretur ad Vatis execrationes; ſed tantâ concordiâ vnus, vt in *parte totus* appareret. Quare concordiæ beneficio fruſtrauit votum diuinæ execrationis, quam popularis diſcordia mereretur.

4\. 1. Corinth. 14. in tradendâ publicè Euangelij doctrinâ, concordiâ inter prædicatores præſcribit Apoſtolus, aſſerens, quòd Spiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt: ſic enim ſe Prophetis adtemperant, vt quandò opus eſt, aut libet, ſilere in Eccleſiâ Propheta queat, ne confuſio aut diſſenſio inter fideles oriatur. Rationem reddit: *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis.* Spiritus ſanctus, inquit, qui diuino ſuo

1. Cor. 14. v. 33.

Numine prophetas aut Prædicatores afflat. non eſt diſſenſionis aut diſcordiæ; ſed pacis & concordiæ auctor: eſſet autem diſſidij, & non pacis incentor, ſi altero prophetante, ita alium ad prophetandum impelleret, vt ſe mutuò obtunderent. Quare hæc inter fideles diſſenſio, Deo adſcriberetur: *Non*, inquit, *eſt diſſenſionis Deus*, Græcè eſt ἀκαταστασίας, quæ vox propriè ſignificat *confuſionem*, *ſeditionem*, & rerum ordinem perturbatum. Verùm Tertullianus emphaticè ſic locum vertit, & exponit: *Et ſpiritus Prophetarum Prophetis erunt ſubditi non enim euerſionis ſunt, ſed pacis.* Hanc Tertulliani è Græcâ origine tranſlationem, apprimè inibi vindicat Pamelius. Et ſanè adnotatione digniſſimum eſt, quòd *diſſenſio*, aut *ſeditio* orta inter primitiuæ Eccleſiæ fideles, qui de beneuolâ fraternitate, cor vnum, & vna anima dicebantur; à Tertulliano dicatur *euerſio*. Quaſi perindè ſit, *diſſenſio*, *confuſio*, *ſeditio* inter fratres, ac eorum *euerſio*. Parum hoc, niſi etiam hæc fratrum diſcordia,

Fratrũ diſſenſio, eorum euerſio eſt & quæ diſſa... à Deum reuerberet.

Tertull. l. 4. aduerſ. Marc. c. 4. Pamelius.

ſcordia, ipſum etiam Deum temerario impudenter auſu quodammodò profanaret. Cùm Paullus præmonere operæ pretiû duxerit, quòd tametſi inter doctores fideles, aliquis in concionando aut prophetando tumultus oriatur, & aliquâ diſcordiâ tumultuentur; non tamen indè *eſt diſſenſionis, confuſionis, ſeditionis*, aut *euerſionis Deus*. Hem! ſic diſcordia inter fratres, diffamiâ Deum temerariè reuerberat?

5. 1.Cor.11. v.18. & 19. Idem Apoſtolus in eâdem epiſtolâ ad Corinthios, ita ſcribit: *Primùm quidèm conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* Pro τὸ *ſciſſuras*, alij *ſectiones ex Græco vertunt*, alij *diſſenſiones*. Non autem de dogmatibus, ſed de ſedis, imperiíve principatu: nam qui ceteris diuinorum munerum ſeu multitudine, ſeu dignitate præſtabant, ij ſe ſuprà ceteros extollebant: indéque *diſſenſiones* ſuboriebantur, quas ſedare ac præcludere hîc intendit Apoſtolus; ne fratrum diſcordia ſenſim in errores hæreséſque manuducat. Idcircò ſubdit, *Nam oportet & hæreſes eſſe* (& vt ex Græco addit Caietanus) *in vobis*. quaſi propè ſit vt ſint *hæreſes* aduersùs Deum, Deíque fidem, vbi fratres diſcordiis mutuò diſſident, & diſſenſionibus tumultuantur. Quæ videtur eſſe Ambroſij inibi expoſitio, qui ita ſcribit: *Primùm enim*, &c. *Primum dicendo, genus peccati oſtendit vndè orti ſunt errores quos reprehendit: vbi enim diſſenſio eſt, nihil rectum eſt. Conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio diſſenſiones eſſe. Oportet enim & hæreſes eſſe.* Quaſi errores & hæreſes ſint fraternæ charitatis violatæ, & mutuæ diſſenſionis inter fratres nuper chariſſimos, quodammodò neceſſariæ appendices, per cognatas quaſdam vitiorum conſequentias. Nec mirum, cùm cenſuerit Aaron *domeſticarum diſſenſionum* arbitrio auertendum populum ab expetitâ recentis Dei veneratione: & Balac, Iſraëliticum populum in partes ſciſſum, à Baalamo Dei inſtinctu maledicendum fore. *Non eſt enim diſſenſionis Deus, ſed pacis.* O quàm fraterna diſcordia erroribus vicinatur!

Caietanus. *Errores ac hæreſes, diſſenſionis appendices dicuntur.* S Ambroſ.

§. CCLXI.

Vanagloria ambitio ſuos appetitores deprauat, inuitiat, minorat; & ſe ipſis è peruerſo euacuat.

1. Senec. epiſt. 29. SAnè virilis eſt illa Senecæ vox, quaſi de Euangelij meditatione eruperit: *Numquam volui populo placere. Nam quæ ego ſcio non probat populus; quæ probat populus ego neſcio.* Quis hoc, inquis? tamquam neſcias cui imperem. Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. *Quis enim placere poteſt populo, cui placet virtus?* Malis artibus popularis fauor quæritur, ſimilem te illis facias oportet. Non probabunt, niſi agnouerint. Multò autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quàm qualis aliis. *Conciliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt.* Quid ergò illa laudata, & omnibus præferenda artibus rebúſque Virtus præſtabit? ſcilicet vt malis tibi placere, quàm populo, *vt æſtimes iudicia, non numeres*, vt ſine metu hominum viuas, vt aut vincas mala, aut finias. Hæc ille velut Chriſtiano cothurno monet, benè monentem ſequere. Sane puerile vitium eſt vanagloria; ergò vapulet, ſed à vetere pædagogo, ſi fortè arrogantiæ tumor detumeſcat.

Epicurus. *Placere non poteſt populo, cui placet virtus.*

2. Matt. 4. v. 1. Matthæi 4. ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à Diabolo. Et poſt quadrageſimale ieiunium, vt vidit eſurientem, accedens tentator, dixit ei: *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Profectò aſtutiſſimus Diabolorum hîc planè deſipit, dum eſurienti lapides offert. Quos etſi in panes conuerteret, non indè eius conſtaret Diuinitas: plura enim hactenùs miracula patrata erant, quibus nemo Prophetarum Deus probatus eſt. Imò & dubitare non debuit eſſe Dei filium, quem Patris de cælo vox in Iordane, Filium ſuum publicauerat? Vndè tanta ſagaciſſimi Dæmonis inertia? S. Gregor. Appoſitè S. Gregorius lib.2. Moral. cap.23. *Antiquus hoſtis*, inquit, *cùm hunc paſſibilem cerneret, & poſſe mortalia perpeti humanitatis videret; omne quod de eius Diuinitate ſuſpicatus eſt, ei faſtu ſuperbiæ ſuæ in dubium venit. Nihil quippe niſi ſuperbum ſapiens, dum eſſe hunc humilem conſpicit, Deum eſſe dubitauit. Vndè ad tentationum ſe argumenta conuertit, dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Scilicet inſolens ſuperbiæ faſtus illum ex Angelo Diabolum fecerat; & nunc arrogantiæ vanagloriâ, malum *Tentatorem*, id eſt, malum imperitè Diabolum effecit. Quia ipſe ſuperbiſſimus, de proprio faſtu nil æſtimans niſi ſuperba & præcelſa, ſic deſipuit, vt corporati Dei humilitate perſtringeretur, ne Deum reputaret, quem tamquam humilem contemptim aſpiciebat. *Nihil quippe niſi ſuperbum ſapiens, dum eſſe hunc humilem conſpicit, Deum eſſe dubitauit.* Addit Rabanus tertiam Chriſti tentationem exponens: *Oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum* &c. *Vanitatem pompæ mundanæ, quam ipſe deligebat, quaſi ſpecioſam & deſiderabilem verbis oſtendens, in amorem Chriſto ſuggerens venire volebat.* Nempè ipſe Dæmon ergà mundanæ gloriæ pompam ambitioſiùs affectus, vel Chriſto Deo vanægloriæ ſtudium perſuadere præſumit. Sic ſtulteſcit gloriæ amor;

Vanagloria Diabolum fecit malum Diabolũ, id eſt, imperitũ tentatorem. Rabanus

3. 1. Regum 15. tandem conuictus rex Saül, quod præuaricatus fuerat Domini præceptum in Amalecitarum excidio, dum optimis malè pepercit, auarus diuinæ iuſſionis interpres, ait ad Samuëlem, illi interminantem regni depoſitionem: *Peccaui: ſed nunc honora me coràm ſenioribus populi mei, & coràm Iſraël*, id eſt, coràm reliquo Iſraëlis populo, ne ille me à te ſpretum ſpernat, & regno ſpoliet. *Ad quid tibi hæc honoratio miſer*; (ait Bernardus) *Haccine tota erat illa ſupplicatio, Peccaui, ora Dominum pro me; Meritò ſanè non pepercit.* & Opportunè Galfridus inibi apud Tilmannum, ſic ad rem locum elucidat: *Peccaui: ſed nunc honora me. Væ miſero quia non perſtitit pro indulgentiâ ſupplicans & exorans. Viciſſet enim, audeo dicere, & diuinam flexiſſet iram, & ſententiæ retractationem obtinuiſſet, ſi in fletibus perſtitiſſet. Sed quàm citò miſerum inuenit de ſuâ reprobatione ſolatium, vt Honorem retineret humanum. Et nos ergò quâ fiduciâ de miſericordia impetratione præſumimus, qui multum quidèm miſeri ſumus,*

1.Reg 15. v. 30. S.Bern. in declam. prope finem. Galfridus. *Saül regia dignitatis pretio, modicũ Honorem mercatur.*

Digitized by Google

ſumus, ſed miſerabiles eſſe contemnimus? O non bonum Honoris ſtudium, quod Saülis excidium conſummauit! Dei iracundiam mitigaſſet, diuinam obtinuiſſet veniam, ſublimiſſimum regni faſtigium ſibi ac poſteris conſeruaret, ſi vanam honoris gloriam minimè exambiret. O infelix commercium; Dei propitiationem, & regiæ dignitatis ſplendorem, rex Saül Honoris ambitione nundinatur. Diadematis pretio Honorem emis; Vilis tibi eſt ſceleris deprecatio, propitiatio Numinis, labentis coronæ detentio, vt intempeſtiuum Honorem redimas? Heu ſtultam ambitionis inſaniam! Regni vtriuſque iacturâ rex Saül modicum Honoris mercatur, Hæc autem perdidiſſe negligit, vt tunc *Honorem retineret humanum*, aiens *Peccaui: ſed nunc honora me.*

4\. *Prouerb. 16. v. 4. Qui ſua gloriæ ſtudet, nihil incipit eſſe inter omnia.*

Prouerbiorum 16. ſic homines honoris cupidos, & gloriæ auaros erudit Salomon: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* τὸ *propter ſemetipſum*, idem eſt, ac propter ſuam gloriam. Quaſi dicat: Deus mundum & omnia, quæ in eo ſunt, creauit non coactè, aliorum ſeruiens vtilitati; ſed ſpontè, ſuæ ipſius obſequens gloriæ, propter ſemetipſum, tamquam propter finem vltimum rerum omnium. Ipſe enim ſicut eſt prima cauſſa efficiens omnium, ſic & omnium eſt finis & ſcopus: omnia enim tendunt ad Dei laudem, vt creatoris ſui potentiam, miſericordiam, iuſtitiam, ſapientiam toto orbe euulgent & celebrent. Super hâc Salomonis ſententiâ pulchrè addubitat Bernardus, & dubium opportunè ſoluit, ſic fatus: *Vniuerſa propter ſemetipſum fecit Dominus. Alibi dicitur, Omnia propter electos. Propter ſemetipſum gratuitâ bonitate; propter ſuos pro eorum vtilitate: vt illa efficiens cauſſa ſit, hæc finalis. Omnia ergò propter ſemetipſum fecit Deus. Vndè qui eſſe vult ſibi, non Deo, nihil incipit eſſe inter omnia.* Nimirùm quiſquis diuinæ gloriæ non militat, ſed gloriæ ſuæ ambitiosè ſtudet; quantò maius gloriæ faſtigium ſibi ambit, tantò minor è peruerſo euadit. Adeò vt dum ambitæ gloriæ cumulo immensùm excreuiſſe putat, quaſi ſeipſo vacuus, quia ſuprà ſe grandeſcere præſumpſit, *nihil incipiat eſſe inter omnia.* O iuſta pœnaliſſimè exinanitio, quâ ſeipſo euacuatur, qui gloriam ſibi arrogans, Deo debitam, vltrà ſeipſum eſſe ſuperbiendo exambit! Honoris ambitio, Saülem non inuenit exregem, ſed fecit. Sic iſte Boozi Propinquus dum Moabitidis Ruthæ connubium ſuperbè detrectat, honoris nimiùm cupidus, *regni Matrem* repudiauit: ſicque exinceps vilis extitit, vt nec nomine dignus reputetur.

S. Bern. apud Tilman. ibi.

Hic verſ. 6.

5\. *Matth. 5. v. 14. & 15.*

Matthæi 5. hoc grandi elogio Chriſtus Deus Diſcipulos honorat: *Vos eſtis lux mundi.* Non poteſt ciuitas abſcondi ſuprà montem poſita: *nec accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Forſan non valdè ſibi cohæret, vt Diſcipuli, qui ore Chriſti Dei nunc dicuntur *lux mundi*, confeſtim appellentur lucerna, quæ ſuprà candelabrum poſita, *domus* duntaxat prælucet. Opinor, *lucerne* nomine nimis contrahit fulgores, qui toti mundo lucere prædicuntur. Subtiliter Auguſtinus Tract. 23. in Ioannem: *Cùm diſcipulis diceret: Vos eſtis lumen mundi, ne ſibi aliquid tributum putarent, quod de ſolo Chriſto intelligendum eſſet, & ita lucerna vento ſuperbia extinguerentur; cùm dixiſſet: Vos eſtis lumen mundi, continuò ſubiunxit..... Nec accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Hinc ſatis apparet quàm ſe Chriſtus munificum ergà diſcipulos exhibuerit, ſiquidèm elogium illis tribuit, quod eſſe cum ipſo Chriſto commune, poſſent interpretari. Imò & quanta ſit vanægloriæ vis, & inconſulta honoris appetentia, vt *lux mundi* confeſtim reſtringenda fuerit, ad *lucernam domûs, ne lucerna vento ſuperbia extinguerentur.* Sic ambitio, propriæ etiam lucernæ extinctionem procurat? Sic vel Apoſtoli tunc vanægloriæ obnoxij erant, vt præclarius elogium illis municè conceſſum, ſtatim reſtringendum fuerit, ne æqualitatem cum Chriſto æmularentur? cùm *ſibi aliquid tributum putarent, quod de ſolo Chriſto intelligendum erat.* O quàm de facili immensùm vanagloria tumeſcit!

S. Auguſt. Cur Diſcipuli, qui dicuntur, lux mundi, ſtatim lucerna domûs appellantur.

Ioannis 5. contumaces Phariſæos his verbis Chriſtus caſtigat: *Quomodò vos poteſtis credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Quaſi dicat: Vos gloriam humanam, breuem, & exilem captatis; quare me ſpernitis, qui gloriam humanam, contemno, & contemnendam doceo, ſectandam verò eſſe diuinam & æternam, quam Deus Sanctis ſuis inchoat in terrâ, ſed perficiet in cælo. Quæ Chriſti verba ſic exponit Bernardus Serm. 13. in Cantica; *Si gloriandum eſt, Paullus me docuit, vnde, & in quo: Gloria, inquit, noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Securus glorior, ſi teſte conſcientiâ, de gloriâ conditoris nihil mihi vſurpo. Securus planè, quia iam non contrà Dominũ, ſed in Domino. Hæc nobis gloriatio, non ſolùm nõ prohibetur, ſed & ſuadetur, cùm dicitur: Gloriam ab inuicem quæritis, & gloriã, quæ à ſolo Deo eſt, non vultis? Reuerà gloriari in ſolo Deo, non niſi à ſolo Deo eſt: nec mediocris iſta gloria, quippè tam vera, quàm de veritate, & in veritate; tam rara, vt vix vel paucitas perfectorũ perfectè glorietur in eâ.* Eheu, omnis homo hianter gloriam exambit, adeò vt *Gloria animal*, à quopiam definiatur; pauci autem perfectorũ ſunt, qui Dei gloriam ſic expetant, & in eâ glorientur? qui verò ad inanem gloriam hiant, à limine Euangelij hîc arcentur, & vix integrè Chriſtiani eſſe dicuntur. O vanamgloriam time, quiſquis cælum amas! Hæc gloria, ambitionis nubeculis exuta, quæ in Deo glorietur & ad Deum gloriam ſinceriùs regerat *tam rara* eſt, *vt vix vel paucitas perfectorum perfectè glorietur in eâ.* O Ignatium noſtrum, cuius glorioſum ſtemma eſt: *Ad maiorem gloriam Dei.* Vt eliotropium natiuâ vi perpetuò ad Solem: ſic Ignatius de vi cæleſti, perpetuò ad Dei gloriam.

6\. *Ioan. 5. v. 44.*

Cornel. ibi.

S. Bernar.

Se humanâ gloriâ exuere & diuinã ſpectare paucorum eſt.

Tertul. alibi expenſus, de Philoſophis agens.

S. Ignatij elogium.

---

§. CCLXII.

Vindicatiua iuſtitiæ ſapiens pœna, quodammodò æmulatur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore.

Vindicatiua iuſtitia rigoribus armata, non eſt crudelis nouerca, ſed pia honeſtatis mater, ſeuerè agens vindicias de læſurâ virtutis, ne 1.

vitiorum inhoneſtas impunitate inſoleſcat. Idcircò illam conuerberat, atterit, lancinat, atque compeſcit. Expecta iuſtitiæ mores aduersùs vitia compoſitos, aptiſſimi ſunt. Tota illa velut tyrannis & dominario ſuperba in ſcelera, laudatiſſima eſt, & neceſſaria. Non ſegniter, non infirmiter repugnandum eſt culpis, & vitia inhibenda ſunt, in quorum deſolationem odit iuſtitia negligentiam, aut imbecillitatem, ne latiùs

Seuera punitio, miſera curatio eſt, ſed neceſſaria. ſerpant. Sæuitia videtur, & inconſulta laniena; ſed conſultior rationis energia eſt, è diuerſo auxiliaris. Non eſt odium iudicis, ſed miſera reipublicæ curatio, quæ vnum ſauciat, ne plures cruentare cogatur. Scelerum malitiam vt ſanet, ipſa punienda ſcelera iuſtiſſimè æmulatur, quò ſapiens pœna, malitiæ menſuram dum æquè librat, ſalubriter compeſcat. Præiudicium habet ſanctiſſimum in diuinis ſuppliciis, quæ iam iam ſubnectimus.

2. Geneſeos 11. gens hominum nuper naufraga, vt aquarum naufragium exinceps fugiat, ſuperbiæ naufragium arroganter incurrit, dum ſic ſe mutuò actuoſi cohortantur: *Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum.* Deſcendit autem Deus vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam,

Gen. 11. v. 7. & ait: *Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, &c.* Deſcenſum meditatur Deus, vt arrogantes humanæ ſuperbiæ aſcenſus inhibeat? quaſi Deus humilis, potior humanæ elationis antidotus ſit. Verùm Caietanus, vt erat ſubtili vir ingenio, ſic locum commentatur:

Caietan. ibi. *Venite igitur, &c. Aduerte quòd Moyſes deſcribit Deum par pari referentem. Nam quia excitando ad ædificandam ciuitatem & turrim homo dixerat:*

Sapiens pœna, in bono æmulatur ſceleris malitiam. *Venite, ædificemus, &c. ideò diſſipaturus Deus hominum conſilia, dicit ad ſimilitudinem excitantis eos; qui cum eo erant: Venite deſcendamus,* &c. Hem, hominis malitia erit velut exemplar diuinæ vindictæ? Num ſimilem ad modum quo homo deliquit, delictum emẽdat, & caſtigat Deus? An temeritas in ſceleribus perpetrandis, erit modus audaciæ in ſuppliciis inferendis? (Planè de Deo loquitur Caietanus cum Scripturâ antropopatôs) Et quidèm ethicâ expenſione digniſſimum eſt, quòd cùm gregalis hominum temeritas ad extruendam ſuperbæ nequitiæ turrim conſpirat in Deum hâc voce, *Venite, faciamus,* &c. eandem Diuina iuſtitia ingeminet, adſimiliter reſpondens, quò illam ſapienter inhibeat, & condignè puniat, *Venite, deſcendamus,* &c. quaſi ſimilem, ad modum *par pari referens;* ac ſi culpæ ſupplicium, quodammodò culpam ipſam æmuletur, iuſto quodam puniendi ſceleris imitamento: ne vbi ſollers audacter apparet culpæ malitia, deſes inerter iuſtitia reperiatur. Quare ſapiens vindicta, malitiæ ingenium & audaciam, in bono æmulatur.

3. Apocalypſis 18. has acerbiores è cælo minas, aduerſus Babylonem, aut Romam, nempè aduersùs peccantium populum, Diuina iuſtitia ſeueriùs vibrat, & iuſtè exequitur: *Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum.* O pœnaliſſimum ſupplicium genti peccatrici cælitùs interminatum! Ne autem quis putet, *τὸ duplicate,* aut *duplum,* æquitatis

Apocal. 18. v. 7. modum excedere, ſubdit: *Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum, & luctum.* Eleganter Arabicus: *Gloriam in quâ*

Arabicus. *facta eſt & luſum date illum* (conuertite ei in) *dolorem cordis & luctum.* Nota, *Date tantum,* ſcilicet in hâc vitâ: loquitur enim de excidio Romæ & Romanorum in hâc vitâ: poteſt tamen idipſum cum Interpretibus accipi de vitâ futurâ: ſed tunc *quantum* non arithmeticè, ſed geometricè, id eſt non æquali, ſed proportionali, & ſapienter rationabili menſurâ accipiendum, dimetiendum erit. Itaque *τὸ quantum,* ſapientem & conſultiſſimum pœnæ ordinem ac modum

S. Greg. l. 9. Moral. c. 39. apud Gloſſ. deſignat, culpæ idoneè conſentaneum. *Nequaquam* (ait S. Gregorius) *omnipotens Deus qui mala benè punit, inordinata eſſe vllo modo vel tormenta permittit: quoniam ipſa quoque ſupplicia quæ ex lance iuſtitiæ prodeunt, inferri ſine ordine nequaquam poſſunt. Quomodò namque in ſuppli-*

Rationabilis dicitur pœna, quæ modum culpæ æmulatur. *ciis ordo non erit, dum damnatum quémque iuxtà modum criminis, & retributio ſequetur vltionis;* Ecquis eſt iſte in ſuppliciis gehennæ *ordo,* & ordinatiſſimus pœnarum modus, dignus Deo, iuſto ſcelerum vindice? Tempeſtiuè Emiſſenus:

Emiſſ. hom. 1. ad Monach. *Illa enim non caſualis, ſed rationabilis & pœnalis exuſtio, quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere.* Bellè! Ecce tibi, illa non *caſualis* (procùl caſus à prouidentiſſimâ, & conſultiùs ordinatiſſimâ Dei vindictâ,) ſed *rationabilis* exuſtio pœnalis gehennæ, culpam quam punire iubetur, ſagaciori ſollertiâ inceſſanter *inquirit,* vt modum culpæ pœna æmuletur, & *damnatum quemque iuxtà modum criminis, retributio ſequatur vltionis:* quò ſapiens pœna ſic humanam malitiam puniat, vt malitiæ modum in bono ac iuſto quodammodò ſapiat, adſimilem culpæ ſaporem conſultè reſtituens. Itaque alto ſtilo dicitur *rationabilis* pœna, & quòd culpam perpetuò *inquirit:* non quia à Iudice comprobata non ſit, & à conſcientiâ Damnati confeſſâ; ſed quia illius modum videtur ſemper explorare, vt illum rationabilis pœna ſapienter æmuletur. Quare *deſcribit Deum par pari referentem,* & hanc ſententiam acerbiùs vibrantem: *Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Non quia duratio & acerbitas pœnæ non excellat durationem ac voluptatem culpæ; ſed quia rationabili ingenio puniendi, conſultiſſimus in pœnis infligendis ordo ſeruatur.

Exhodi 7. dixit Dominus ad Moyſen: Vade ad Pharaonem mane, ecce egredietur ad aquas: 4.
& ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis, dicéſque ad eum: Hæc dicit Dominus: *In hoc* Exhod. 7.
ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiam virgâ, v. 17. & 18.
quæ in manu meâ eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem .... & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis In quónam cognoſcet Pharao, quòd hæc plaga aquæ in ſanguinem conuerſæ, ſummum Deum demonſtret, qui calamitatem illam immiſit? Sanè Ægyptiorum Magi incantationibus ac præſtigiis ſuis adſimiliter facere eualuerunt. Quæ ergò eſt in hâc calamitate nota, aut diuinæ vltionis character, qui ſummum Deum Ægyptij ſceleris vindicem manifeſtè probet? An ingenium vindictæ æmulantis flagitij malitiam? Opportunè Anſelmus Laudunenſis: *Affligentur Ægyptij bibentes aquam* Anſel. Laud. ibi.
fluminis, in quâ necauerunt paruulos Hebræorum; vt bibant ſanguinem, quem fuderunt: quò ſapiens pœna miriſſimè culpam ſapiat. Adhuc explicatiùs

Ægyptij bibunt in flumine innocentem infantiũ ſanguinem, quem fuderunt.

tiùs

Origenes. tiùs inibi Origenes: *Quod aquæ fluminis*, inquit, *vertuntur in ſanguinem, ſatis conuenienter aptatur, vt is fluuius, cui Hebræorum paruulos crudeli nece tradiderunt, auctoribus ſceleris poculum ſanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis, quem parricidali cæde maculauerant, potando ſentirent.* Sanè hoc pœnæ rationabilis ingenium ſeuerè in ſuppliciis infligendis argutum, vltricem Dei iuſtitiam manifeſtat: quam hæc nuncupatim plaga in primis demonſtrat. Vndè hoc procemiolum conſultè præſcribitur: *In hoc ſcies quod ſim Dominus*, &c. Sic ſapiens pœna *par pari refert*, adſimili vindictæ ſapore.

5\. Exhod. 7. v. 1. In eodem cap. ſic præſcribitur: *Dixitque Dominus ad Moyſen: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.* Quid eſt, quòd Deus Aaronem conſtituit Prophetam Moyſis Iſraëlitarum principis? Ad quid noua hæc Aaronis prophetia neceſſaria eſt? Multa multi ſuper hâc prophetiâ Aaronis, & nos non pauca ſparſim præluſimus. Rupertus. Rupertus Tuitienſis ſic inibi locum exponit: *Aaron frater tuus erit Propheta tuus, plagas quas tu facias, pronunciaturus, ſiuè tamquam miniſter illaturus.* Miniſter plagas pronunciaturus, vel illaturus, Propheta eſſe iubetur. Quorsùm eiuſmodi Miniſter prophetiæ dono indiget ad pronunciandas, aut inferendas plagas? An quia ſicut Propheta nihil de ſuo addit aut detrahit rebus aut verbis, quæ à Deo reuelante audiuit; ſic Miniſtro ſpiritus prophetiæ opus eſt, vt dumtaxat quæ Moyſes, vt ſibi ſuperior Magiſtratus ſuggeſſit, pronunciet, inferat, exequatur? *El Miniſtro à de ſer propheta de la voluntad del Principe, ò Superior.* An etiam Miniſter qui plagas pronunciat, aut infert, debet eſſe Propheta, vt quaſi diuinitùs afflatus prænoſcat, quantùm plaga quam infert, feriat; ne aut nimis remiſſus ſit, aut atrox nimis? Vellem, ſi fieri potuiſſet, vt hæc Miniſtris prophetia ab experientiâ foret afflata. Acerbitatem quá quis inſanè torquetur, facile ac ſaniter prophetat in aliis. Verùm in diuinæ iuſtitiæ *miniſtro plagas pronunciante, ſiue inferente, propheta* exigitur, & illâ priùs peridoneè dotatur, vt de ſublimiori & exploratiori notitiâ perſpectum habeat modum culpæ, vt iuxta illum, rationabilem infligat pœnam, quò per ea quæ inſipienter geſſit, ſapienter puniatur; & pœnæ inferendæ modus modum culpæ quodammodò imitetur. Profectò ſatis perſpecta erat Pharaonis & Ægyptiorum culpa, & quæuis infligenda plaga, minor erat illius pertinaci enormitate: at ad plagas Ægyptiis *pronunciandas ſiuè inferendas*, altius prophetiæ lumẽ Aaroni prælucet, vt *par pari referat*, & ſecundùm culpæ modum plagas ſapienter infligat, nõ *caſuali, ſed rationabili* pœnâ.

Iuſtitiæ miniſter ſit propheta ſuperioris & plagæ quam infert. quare?

6\. In hoc c. 4. v. 6. Propinquus ille Boozo propinquior, contemptâ auitâ religione, & patrio ritu criminosè iniurius in Rutham extitit, illius oblatas ſecundùm legem nuptias, contemptim abiiciens. Sed obſerua abiiciendæ Ruthæ rationem: Hic verſ. 6. *Cedo*, inquit, *iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo tu meo vtere priuilegio.* Itaque Ruthæ connubium diuinâ lege debitum male repudiat, ne ſuam *deleat* poſteritatem, & nomen familiæ ſuæ. Imò indè ſuum, & poſteritatis ſuæ nomen *deleuit:* ignoratur enim ab omnibus; & alioqui celebre ac notiſſimum foret, ſi Rutham duxiſſet, ex quâ

Ruthæ abiectio ſapienter punitur.

P. Didac. Celada in Ruth.

Dauid, & Chriſtus. Scilicet ſapiens pœna, ſceleris culpam ſcrutatur; & per quod deliquit, conſultiſſimè punitur.

---

§. CCLXIII.

Quod per ſuperbiam creſcit, ruina creſcit.

Regius Pſaltes auocans homines ab impiorum felicitate, eam fumo comparat: *Inimici Domini*, ait, *mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Quæ verba ſic inibi Auguſtinus eloquenter elucidat, ad rem præſentem opportunè: *Fumus*, inquit, *à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipsâ elatione in globum erumpens intumeſcit. Sed quantò fuerit globus ille grandior, tantò fit vanior: ab illâ enim magnitudine non fundatâ & ſolidatâ, ſed pendente & inflatâ & in auras atque in ventos dilabitur, vt videas ipſam ei obfuiſſe magnitudinem. Quantò enim plus erectus eſt, quantò extenſus, quantò diffuſus vndique in maiorem ambitum, tantò fit exilior, & deficiens, & non apparens.* Longum nimis facerem, ſi Auguſtini ſententias ſingulas conceptuum fertiles, ad rem expenderem. Sat eſto ante oculos poſuiſſe, quàm ipsâ magnitudine decreſcat elatus, fumi hieroglyphico; & quàm ſolerter ſuam humiliationem è peruerſo ſuperbus negotietur, quod eſt ambitionis arbitrium. 1. Pſal. 36. v. 20. S. Auguſt.

Fumus eſt peridoneum elationis hieroglyphicum.

Ruth 4. ſedens Boozus ad portam ciuitatis, & aduocatis decem viris de ſenioribus, dixit ad anonymum illum Propinquum: Si vis cognati Elimelechi agrum iure propinquitatis acquirere; eme, & poſſide. Sed quandò emeris agrum de manu mulieris. Rutham quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti Mahalonis fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomen propinqui tui in hereditate ſuâ. *Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.* Boozus autem ſollicitior de fortandâ lege, quàm de ſuo nomine latiùs ac nobiliùs propagando; viduam, ignobilem, pauperculam, ac Moabitidem Rutham à cognato reiectam, ducere ambit. Sed vide hîc mihi diuerſiſſimum ſuperbiæ ac modeſtæ humilitatis ambitum. Quod eleganter ediſſerit Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 9. vbi hâc ſuper re ſic ad rem præſentem philoſophatur, ſcribens ad quempiam Abbatem, qui ſub alieno nomine præeſſe monaſterio repudiauerat: *Ambis planè*, inquit, *priuatum propriæ gloriæ nomen acquirere, dedignaris alieno nomini ſobolem procreare. Sic & ille, Cui iure propinquitatis accipere Ruth competebat vxorem: Cedo, inquit ad Booz, iuri propinquitatis. Neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. Ille quippè vanus & gloriæ cupidus proprio nomini poſteritatem familiæ conabatur extendere; Booz autem vir bonus & iuſtus, famam proprij nominis paruipendens, diuinæ tantummodò legis contentus eſt mandata ſeruare. Sed ecce illius qui ſuam poſt ſe memoriam anhelabat in poſteritate relinquere, ne nomen quidèm agnoſcitur; hic autem non ſolùm in Patrum, ſed in* 2. Hic verſ. 6. Petr. Dam.

Superbia dũ nomen ſuum glorioſè propagare ſatagit, illud obſcurat.

Patriarcharum catalogo cum gloriâ numeratur. Ille poſteritatis famam, cui prouidit, amiſit; iſte paternum nomen, quod pro ſacra legis obſeruatione ſpreuit, accepit. Ille neſcitur parens eſſe ſaltem quorumlibet hominum; iſte prępotentium pater factus eſt Regum. Ille dum poſteritatis memoriam concupiſcit, de memoriâ corruit; iſte, qui propagando ſub ſuo nomine generi non conſuluit, per Dauidicæ ſtirpis traducem totius mundi genuit Saluatorem. Parco conſuetæ ſententiarum elucidationi, quam tantus Doctor eloquentiùs exhibuit ad exactam morum eruditionem. Sic humiliationi ſuperbia annuit, & ſuum nomen glorioſi nominis ambitione abſcondere ſatagit!

3. Danielis 4. Nabuchodonoſor ille ſuperbiſſimus Babyloniæ rex, infauſtum vidit ſibi ſomnium, & eius interpretationem ex ore Prophetæ audiuit, quo eius vltrà humanum faſtum arrogantia, extrà hominum cenſum deiicienda minabatur. Poſt finem autem menſium duodecim, qui ad reſipiſcentiam ei conceſſi fuerant, in aulâ Babylonis deambulabat: *Reſponditque Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, & robore fortitudinis meæ, & in gloriâ decoris mei?* Cúmque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: *Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te*, &c. Dixerat illa verba Rex magno faſtu, cum obliuione & contemptu Dei: videtúrque ſomnium ſuum, & propheticam ſomnij interpretationem oblitus eſſe, aut paruipendiſſe, ac rediiſſe ad ingenium. Profectò ſuperbiſſimo Regi, ſic ſe arroganter iactanti, meritò è cælo *reſpondetur*, ab hominibus eiiciendum, & inter beſtias computandum. At ipſe, cum hæc in aulâ dicebat, cuinam *reſpondit?* nemo enim quicquam interrogaſſe ſcribitur. Sanè Beatus Petrus Damianus hoc dubium proponit, & ad rem ſic luculenter reſpondit: *De ſuperbo Nabuchodonoſor rege Daniel ait: Reſpondénſque Rex, ait: Nónne hæc eſt Babylon quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriâ decoris mei? Cui, rogo, ventoſus & arrogans iſte reſpondit per verba prolata ſuperbiæ, niſi tumidæ cogitationi, quæ antè iam vociferabatur in mente?* Nimirùm de huius ampliſſimi Regis auguſtâ generoſitate, nemo eum auderet interrogare, quæ vel aulicâ palatinorum adulatione maior putabatur: quamlibet enim vel Dynaſtarum interrogationem ſuſpenſam teneret, quaſi de arrogantiæ typho, rei imparem, nullúſque cenſeretur idoneus, cui tantus Imperator reſpondere dignaretur: quia nemo dignè ambigeret de ampliſſimâ eius generoſitate, nec ipſis cælitibus arroganter ſuppare. Quare nemine interrogante, *reſpondet*; *reſpondet* autem ſuæ *tumidæ cogitationi, quæ in mente vociferabatur*, & anguſta quæque, & vltrà humanum faſtum audacter generoſa, buccinabat. O immeratè præcelſam ſuperbiæ magnitudinem, de tumidâ *cogitatione* ſublimiſſimam! Et quaſi propria *cogitatio* ſit ſuperbiæ menſura, opportunè exclamat Propheta: *Decidant à cogitationibus ſuis.* Decidit ſuperbiſſimus Rex, dum reſponſum è cælo confeſtim audit, ſe eiiciendum è cenſu hominum, & inter agri beſtias exindè recenſendum. *Cui ergò arrogans iſte reſpondit, niſi tumidæ cogitationi, quæ antè iam vociferebatur in mente?*

Daniel. 4. v. 27.

Superbiſſimus Rex nemine interrogante reſpondet: ſe ſuæ cogitationi reſpondet.

Petr. Dam.

Pſal. 5. v. 11.

Prouerbiorum 16. ita Parœmiaſtes monet: 4.
Contritionem præcedit ſuperbia, & antè ruinam exaltatur ſpiritus. Sententia vera pariter ac perſpicua: ſed quam cum nouâ energiâ Tigurina vertit: *Præit comminutionem faſtus, & anteit ruinam ſuperbia animi.* Quem locum ſic elucidat Auguſtinus lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 13. ſic fatus: *Illud malum* (ſuperbiæ) *præceſſerat in abdito, vt ſequeretur hoc malum, quod perpetratum eſt in aperto* (nempè ruina.) *Verum eſt enim quod ſcriptum eſt: Antè ruinam exaltatur cor, & antè gloriam humiliatur. Illa proriùs ruina, quæ fit in occulto, præcedit ruinam quæ fit in manifeſto, dum illa ruina eſſe non putatur. Quis enim exaltationem ruinam putat, cùm iam ſit ibi defectus, quo eſt relictus excelſus?* Auguſtino accinit Gregorius lib. 34. Moral. cap. 18. ad hunc Prouerbiorum locum adludens. *Intus namque*, ait, *ebullit in elatione, quod foris poſtmodùm ſpumat in opere.* (Et poſt multa ita ſententiosè ſcribit) *Quia humilitatem neſciunt, vſum laboris ſui perdunt, etiam ſiqua bona ſunt, quæ operari videantur: quia ſurgentis fabricæ robuſta celſitudo non figitur, quæ nequaquam per fundamenti fortitudinem ſolidatur*, (addit argutè) *Soli ergò ruinæ creſcit, quod ædificant, quia antè molem fabricæ, humilitatis fundamenta non procurant.* Nimirùm antèit ruinam ſuperbia, quia quod ſuprà ſuperbiam ædificatur, nō celſitudini, ſed *ruinæ creſcit.* Quid tam præproperè ruit, quàm quod dum creſcit, ruere incipit dum *ruinæ creſcit?* Altè ergò nuper Auguſtinus, *Exaltationem ruinam putat*, quia quod dum incipit per ſuperbiam creſcere, præcipiti *ruinæ creſcit.* Sanè *tolluntur in altum, vt lapſu grauiore ruant.* Qui attollitur vt ruat etiam dum tollitur, ruere incipit. Vndè præſcripſit Gregorius: *Intus ebullit in elatione, quod foris poſtmodùm ſpumat in opere.* Benè opera quæ ab elatione procedunt, *ſpumæ* comparantur, quæ creſcendo euaneſcit. Quod ſuprà num. 1. ex Auguſtino, de *fumo* expendebamus.

Prouerb. 16. v. 18.

Tigurina.

S. Auguſt.

Quod à ſuperbiâ creſcit, ruinæ creſcit.

S. Gregor.

Superbia ebulliens in corde, ſpumat in opere.

Claudian.

1. Petri 5. *Omnes autem inuicem humilitatem inſinuate; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei.* τὸ *inſinuate*, perindè eſt ac humilitatem in ſinu habere. Vel potiùs humilitatem in ſinum alterius mutuò ingerite. E Græco autem textu alij vertunt, *innodatum*, vel *illigatum, infixam habete*: alij, *humilitatem amplectimini, induite, inuoluite, ornate vos.* quod noſter accuratè tranſtulit, *inſinuate*, à ſinu non pectoris, ſed veſtium (Hanc humilitatis à veſtibus, ſeu ornamentis metaphoram, alibi forſan emedullabimus.) Sanè humilitas ſub vtilitatis amictu, ſumptuoſiùs adornat. *Verus humilis* (ait S. Bernardus) *vilis vult reputari, non humilis prædicari; gaudet ſui contemptu; hoc loco ſanè ſuperbus, quòd laudes contemnat.* Sanè humilis haberi *vilis* ambit, vilis autem eſſe non poteſt: vilitas enim ſuperbiæ cognata eſt, & illius ſequela: nam dum nobiliorem generoſitatem quærit, ignobilem vilitatem inuenit, quam ipſo ambitu manifeſtè prodit. Exindè illud S. Valeriani homil. 14. quæ eſt de bono humilitatis: *Superbia*, inquit, *vilitatis eſt vitium, & indicium ignobilitatis, neſcit autem extolli nobilitas mentis: ſemper creſcit apud indignos mores cum poteſtate ſupercilium.* Vide quàm ſit ſuperbia *vilitati* cognata, & *ignobilitati* confinis. Profectò ſuperbia 5.

1. Pet. 5. v. 5. & 6.

Tranſlationes variæ.

Humilis eſt ſuperbus, quòd laudes contemnit.

S. Ber. Serm. 16. in Cant.

Superbia cōfinis eſt vilitati, quam ſuperbiendo ambit.

S. Valerian.

Digitized by Google

perbia dum ſublimiter aſcendere nititur, egregiè ruit, ruinâ aſcenſui coæuâ: dum generoſitatem ambit, vilitatem obnixiùs procurat, & ignobilitatem inuenit, aut facit. Nam apud indignos dignitate mores, ſuperbiæ inuidioſum ſupercilium ſemper cum poteſtate creſcit. Ergò *ſuperbia vilitatis eſt vitium, inducium ignobilitatis*, infimiſſimi lapſûs minæ, magnitudinis inſidiæ, inuidiæ lenocinium, ruinæ ambitio, titubatio dignitatis, ſubſiſtentia dedecoris, diffamiæ augurium, depreſſionis inchoatio, indumentum humiliationis, & ſcenicus *vilitatis ornatus*. Humilis humilitatis veſte, tamquam virtutis ornatu induitur; ſuperbus verò dum humilitatem exuit, & arrogantiam ac faſtum induit, peruerſâ ambitione vilitatem negotiatur: & in ipſâ ambitione honoris, honoris ambiti ſupplicium inuenit.

---

§. CCLXIV.

Quòd ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt.

1. OFficia etiam feræ ſentiunt. Nec vllum tam immanſuetum animal eſt, quod non cura mitiget, & in amorem ſui vertat. Leonum ora à magiſtris impunè tractantur. Elephantorum feritatem vſque in ſeruile obſequium demeretur cibus. Multa his ſimilia exempla, vltrà fidem etiam naturales hiſtoriæ denarrant. Adeò etiam quæ extra intellectum atque æſtimationem beneficij ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis euincit. Verùm vſqueadeò eſt ingrate bruta hominum peruerſitas, vt ipſa beneficia arment in præbitorem, inuerſo grata officio. Quare diuina iuſtitia ipſam beneficiorum gratiam è diuerſo recudit in iram, & ſic beneficiorū reos, benefaciendi ingenio acerbiùs punit. Supplicio dedit, non gratiæ, qui beneficio offendit ad ingratitudinis vindictam. Ille pertinaciter ingratus, qui non computat beneficium, quod à beneficâ Dei manu recipit, vltricem ingratitudinis iram accipit: & beneficiis non tam cingitur, quàm obſidetur, ſi fortè muratior ingratitudo his machinis expugnetur. Benè ille quicumque: *Lenocinium eſt muneris, antecedens metus*: ingratitudinem porrò dediſcet, qui illius vltionem in beneficio metuit. Morbi notitia, curationis auſpicium eſt. Quid non timeat ingratus, qui ad ingratitudinis medelam, vel gratiam beneficij timere poteſt? Certè ille Boozi Propinquus, cui ſingulari Dei beneficio oblatum fuit Ruthæ connubium, illud reſpuit ingratus, ne *poſteritatem ſuam deleret*: quem ipſius Ruthæ generoſa fœcunditas, Regum copioſè grauida, ſapienter puniuit: & indè orbatus eſt numeroſâ nobiliter poſteritate, vndè illam ambitioſè præſumpſit; ipſo beneficio oblato, & ingratè reiecto, argutè caſtigatus.

Lenocinium eſt muneris, antecedens metus.

Seneca lib 1. de Benef. c. 11.

Hic verſ. 6.

2. Exhodi 16. poſtquam in tranſitu maris Rubri ſatis de Ægyptiis victoriatum eſt, Hebræus populus per vaſtam illam ſolitudinem nouus viator, annonæ penuriâ nimis querulus eſurit. Cæleſtem panem à Deo impetrat, ſuauiſſimū Manna inquam, iugi inceſſanter panario exprompte

P. Didac. Celada in Ruth.

opinatiſſimum. Dixit autem Moyſes: Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: nullus relinquat ex eo in mane. *Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.* Hoc præcepto incredulam Hebræorum auaritiam cohibet, qui contra Dei voluntatem de craſtino ſollicitiùs prouidere feſtinant; quò Deus de facili obſequio gratitudinem exploret. Quare in ſcatentium vermium miraculoſâ vindictâ ſapienter plectuntur: neque enim hanc fuiſſe naturam Manna, vt poſtridiè putreſceret, quis dixerit, cùm ſabbato illæſum ſeruaretur id quod primo die collectum erat: ſanè nullum eſt granum aut farina, quæ tam citò putreſcat. Ceterùm quid eſt, quòd grandius Hebrææ genti impenſum beneficium, tam citò putreſcit? Imò qui etiam ſunt hi è putri materiâ pullulantes *vermes*, ſqualidæ nimis ac infeſtæ beſtiolæ? Hanc inibi quæſtionem Origenes pleno ſtilo tractat, ſub conſueto ſibi allegoriæ nubilo, ita ſcribens: *Scatere cœpit vermibus, atque computruit. Sed dicet aliquis: Si Manna verbum Dei eſſe dicis, quomodò vermes facit?* Confeſtim ſibi tempeſtiuè reſpondit: *Poſt ſuſceptum ergò verbum Dei ſiquis peccat, efficitur ei ipſum verbum vermis, qui eius ſemper conſcientiam fodiat, & arcana pectoris eius rodat.* Nempè Hebræus populus generoſè delicioſo Manna è cælo paſtus, & tam auguſto beneficio, quod *Dei gloriam* appellari meruit, abundè auctus, ad cæleſtem illius ſuauitatem degenere ingratitudine *nauſeat*: & diuini præcepti, curioſè auarus, immemor, in poſterum diem inobſequenter adſeruat. Dignè igitur grandius beneficium computreſcit, vertitur in *vermes, qui eorum ſemper conſcientiam fodiant, & arcana pectoris rodant.* Quid tam pœnaliſſimè acerbum, quàm permoleſti ſemper vermes eorum conſcientiam abroſu perpetuo fodicantes, & iugi morſu arcana pectoris corrodentes? Symbolum, opinor, gehennalis ſupplicij, & non dubias infernalium pœnarum notas, in hâc putri ſcaturigine vermium cernere licet. Ergò cæleſte Manna, Angelorum eſca, panis cæli Euchariſtiæ vmbra, empyreæ gloriæ typus peridoneus, & beneficentiæ diuinioris compendium; faſtidioſæ Hebræorum nauſeæ, & refractariæ inobſequenter ingratitudini, eſſe deſinit cæleſte Manna, & de vltrice Dei irâ, fœtidè computreſcit, ac degenerat in typicè infernales *vermes, qui eorum ſemper conſcientiam fodiant, & arcana pectoris rodant.* Quid accommodatius, aut exaggeratius?

Exhod. 16. v. 20.

Cæleſte Manna ſcatet vermibus, qui ingratorum conſcientiam perpetuò rodunt.

Orig. hom. 7. in Exhod.

3. Matthæi 24. nimis metuendum finalis iudicij ſpectaculum Chriſtus Deus hominibus proponit: Sol, inquit, obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: *Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multâ, & maieſtate.* Perueſtigant Interpretes, quod nam ſit *ſignum* Filij hominis? (quod Syrus & Arabicus hîc *gloriam* eius, ſententioſè excribunt) Et communiter reſpondent, quòd eſt *Crux*: hæc enim eſt ſignū, quia ipſa eſt vexillum Chriſti, & cauſſa victoriæ fidelium; infideliū verò & impiorum olim fuit ſcādalum, ſed eorūdem in die iudicij erit tormentū. Addit Cyrillus Catecheſi 15.

Matth. 24. v. 30.

Syrus. Arabicus.

S. Cyrillus.

S. Chryſoſt. S. Auguſt.

cum Chryſoſtomo & Auguſtino, hoc Crucis Signum ab Angelis deferendum ante conſpectum Chriſti iudicis deſcendentis ad iudiciũ, quaſi trophæũ victoriæ, ac inſigne regale ſũmæ poteſtatis, & auguſtioris imperij. Audiẽdus eſt hâc de re Chryſoſt. qui ſic inibi opportunè philoſophatur: *Tunc apparebit ſignum Filij hominis in cœlo. Cuius autem rei gratiâ iſtud ſignum apparet? Vt magno cumulo Iudæorum impudentia opprimatur Crucem in ſuam iuſtificationem ſecum habens, in iudicium veniet. Non vulnera enim ſolùm, ſed etiam acerbum ac ignominioſum mortis ſuæ genus oſtendens. Tunc plangent tribus, non enim accuſantibus opus erit cùm Crucem viderint. Plangent igitur, quia ex morte ipſius nihil profecerunt, quia crucifixum, quem adorare oportebat, cõtempſerunt.* Sanè Chriſti Dei *Crux*, quæ eius *gloria* à Syro nominatur, Ieſuanæ bonitatis ergà homines, miſericordiæ trophæum, ac beneficentiæ hyperbole iure cenſetur. Cùm ergò adeſt acerbioris iudicij vniuerſale ſpectaculum, *Crucem ad ſuam iuſtificationem* ſecum Iudex adducit, quæ improbos acerbiùs accuſet, & ſeueriùs damnet. Ergò cùm apparuerit *Crux* in iudicio, plangent omnes tribus terræ; *non enim accuſatoribus opus erit, cùm crucem viderint.* Ecce tibi ingratiſſimæ nationes linguato *Crucis* ſilentio, id eſt, opulentiori beneficio arguuntur, accuſantur, condemnantur: & quod fuit diuinæ liberalitatis ſumma, fit conſultiſſimum damnationis ſuffragium. Scilicet acerbioris ſententiæ ſeu damnationis fulmen, beneficiorum maximum vibrat; & ſeuerioris iuſtitiæ rigor inexorabilis, præcipuum miſericordiæ opus aduocat auxiliare, vt indè primò damnentur, vndè putari poterant abſoluendi. Seuerior beneficiorum cenſura anteuertat exertam Iudicis Chriſti condemnationem; quaſi ſerò damnentur ore Iudicis, quos accepta ingratè beneficia prædamnant. Ergò ne tunc Deum iratum timeas, timè nunc etiam beneficum: ingratis enim maiora beneficia in opulentiorem iudicij iram recuduntur in diuinioris iuſtitiæ officinâ. *Tunc plangent tribus, non enim accuſatoribus opus erit cùm Crucem viderint.*

S.Chryſ.homil. 77. in Matth.

Beneficã Chriſti crux, in die Iudicij accuſabit & condemnabit reprobos. quare?

4. Exhodi 10. adhuc peruicaciter flecti-neſcius Pharao grauioribus plagis edomandus erat. Extendit itaque Moyſes virgam ſuper terram Ægypti: & *Dominus induxit ventum vrentem totâ illâ die & nocte: & manè facto, ventus vrens leuauit locuſtas*; operuerúntque vniuerſam ſuperficiem terræ, vaſtantes omnia. Adeò vt ſupplex iam Pharao Moyſi & Aaroni dixerit: *Rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam.* Egreſſus autem Moyſes de conſpectu Pharaonis, rogauit Dominum. *Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſſimum, & arreptam locuſtam proiecit in Mare rubrum.* Sed cur Deus has innumerabiles locuſtarum acies, quas omnipotenter vento vrente produxit, non eâdem vi corrupit, & procùl abegit? Fortè Zephyro indigebat Deus, vt quas Eurus miraculo induxerat, eaſdem exterminaret Fauonius. Lipomanus inibi: *Ventum orientalem qui adduxerat locuſtas vertit in ventum ab occidente flantem: & concuſſit ſeu defixit locuſtas in Mare rubrum.* Arcana planè aduſti Euri in ſuauiorem Zephyrum conuerſio, vt locuſtæ Ægypto exitiales, placido vehiculo, aut potiùs pheretro ducerentur ad Maris rubri ſepulcrum, quò in eius aquis tumularentur. O quàm eſt largè beneficum ergà Pharaonem, & Ægyptios omnes rubrum Mare! locuſtarum enim phalanges, quas necauit, & enectas fluctibus ſepeliuit, nuper ſuam *mortem* præ reliquis plagis nominarunt. Verùm tantum Maris rubri beneficium, ludibrio excipitur, & iterùm atque iterùm induratus Pharao, & Ægypti Proceres, per Mare rubrum ingratiſſimè audent Hebræos perſequi. Aſt (ô bene!) *fugientibus Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.* Ecce tibi arcanum diuinæ iuſtitiæ rigorem, barbaræ ingratitudinis vindicem, nempè Maris rubri miniſterio vitæ officioſo, atroces locuſtarum phalanges, quas *mortem* ſuam appellabant, ſoſpites effugerunt: ergò miniſteriali Maris rubri obſequio ad vnum occidunt, *& inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus* Maris rubri: vt qui ingrati barbaricè fuerant Mari rubro, propriæ vitæ ſeruatori benefico, in ipſomet vitæ ſeruatore mortem inuenirent. A mari acceptum beneficium contemptim negligunt, ergo ipſius maris miniſterio puniantur, & in beneficijs hactenùs præſtitis, dum vitæ quærunt vindicem, mortem potiùs inueniant inopinatè funeſtam.

Exhod. 10. v. 19.

Lipomanus. Cur Mare rubrũ, quod locuſtas perem i, Ægyptios occidit

Exhod. 14. v. 27.

5. 1. Corinth 11. agens Paullus de Euchariſtico cibo, ita ſcribit: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans* (id eſt, non diſcernens ab alijs cibis) *corpus Domini.* Quòd autem τὸ *iudicium* hîc pro condemnatione ſumatur, Biblicâ phraſi notant Interpretes. Itaque cùm Euchariſtia, idem ſit, ac bona gratia, & vocabulum, & rem vocabuli plenè adimplet, cùm ſit auguſtius beneficium. Igitur tanto beneficio ingratus, indignè Euchariſtiam accipiens, & fit *reus corporis & ſanguinis Chriſti*; & illo ſumpto, ſuum *iudicium* ſeu condemnationem recipit. O time hoc grandius beneficium, indignis acerbè pœnaliſſimum! Ceterùm in Vulgato τὸ *indignè* dicitur adſpectu ad recipiẽtes; Chryſoſtomus autem ex Græco textu, addit, *Qui manducat, & bibit indignè Domino.* Quem ſenſum videtur ſecutus Ambroſius. Itaque qui Euchariſtiam, quæ eſt gratiarum ſumma, & beneficiorum epitome, quæ hominibus Chriſtus Deus præſtitit; male accepit, non tam à Chryſoſtomo dicitur, quòd *manducat & bibit* ſibi *indignè* (etſi verè indignus illam accipiat;) ſed *indignè Domino* donanti inquam. Quaſi quodammodò videatur Chriſto Deo indignum, vt tam auguſtum donans beneficium, cùm illud indignis ac ingratis donat, præbeat non tam beneficium, quàm iudicium, & condemnationem. Sat eſto, intendiſſe digitum ad belliſſimum Chryſoſtomi acumen.

1. Cor. 11. v. 29.

Qui indignè ſumit Euchariſtiam, eam indignè Domino ſumere dicitur. quare?

Græcus. S. Chryſoſt. S. Ambroſ. ibi.

§. CCLXV.

Nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt.

SEntentioſè ille quicumque: *Perpetuum & neceſſarium malum eſt mulier*: ſed ad illud vir 1.
cæco naturæ impetu velut impotenter ducitur. Adeò vt dixerit Anaxander apud Stobæum: *Quiſquis vxorem ducere deliberat, non deliberat rectè: nam vbi deliberauit, ſtatim ducit. quod multorum*

Philemon. Anaxander. apud Stobæum, c.68.

Nuptiarum moleſtia, maritorum vitam ſæpè infelicitant.

multorum vita malorum initium eſt. Nam ſiquis pauper, pecunioſam vxorem duxerit, non vxorem, ſed dominam habet, cuius famulus eſt, & ſeruus. Quòd ſi duxerit nihil ei afferentem dotis, iterùm fit ſeruus: oportet enim deinceps vnius loco duos alere. Duxit aliquis turpem, non ampliùs ei iucunda eſt vita; neque omninò domum ingredi licebit. Formoſa ducitur: non eſt illa magis mariti ſui, quàm vicinorum. Itaque nullo modo malum euadere poteſt. Nunquam plùs exhilarare nuptias, quàm grauare dixerim. Qui pulchræ caſtitatis ſtudio nuptiis abſtinent, ad plurium delictorum, ac moleſtiarum anticipatam veniam innoxiè confugerunt.

2. Dauid ille quondam eximiè ſanctus, & innocentiæ dote præluſtris, naufragâ tandem libidine in geminas adulterij ac homicidij ſyrtes incurrit. Aſſumptæ pœnitentiæ feruore naufragium digerere ſatagit, aut illud his ad Deum vocibus ore enomere: *Tibi ſoli peccaui.* & malum coràm te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Addit confeſtim, an excuſando, an exaggerando crimen, neſcias: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Admirandis ſcilicet vtitur Dauid ratiocinationibus, vt ſui ſceleris veniam impetret. Græci Patres in huius loci commentario ſic locum exponunt: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum.* Quaſi dicat: A primordio natura iam indè à primis parentibus peccato ſuccubuit; quod per eorundem præuaricationem inualeſcés, viam quandam ac ſemitam per humanum genus ſibi aperuit. Addunt appoſitè ad rem: *Vel quia primariò intendebat Deus, vt non per nuptias naſceremur & corruptionem; præuaricatio verò nuptias introduxit, eò quòd iniquè egiſſet Adam, præuaricator effectus mandati. Omnes qui ex Adam deſcendunt, in iniquitatibus concipiuntur, Progenitoris damnationi ſuccumbentes. Et quia etiam Eua prima concepit peccatum, concupiſcens voluptatem, idcirco & nos in iniquitate concipi dicimur: abſtinentia igitur nuptiarum, horum omnium malorum munerum immunitate gaudet.* Non diſcutio nunc quod tradit Nyſſenus, Auguſtinus, Damaſcenus, & Euthymius, in innocentiæ ſtatu nullam futuram fuiſſe ſexuum commixtionem, ſed modo quodam Angelico procreandos fuiſſe homines. Nec vllo modo approbo, quod ait Faber Stapulenſis, ſi Adamus non peccaſſet, ex ſe ſine feminâ ſimilem ſibi maſculum pariturum. Nec Almaricum, qui in eo ſtatu nullam futuram fuiſſe ſexus differentiam affirmat. Teneo tamen ex Græcis Patribus, hanc ærumnoſam nuptiarum grauedinem, quâ nunc ægrotat humanitas tota, ad legitimam generis propagationem, quâ mulier angitur in ſtadio mariti, quâ maritus exæſtuat imbonæ vxoris agone moleſtiſſimo; à peccato originem trahere: *quia primariò intendebat Deus, vt non per nuptias naſceremur & corruptionem: abſtinentia igitur nuptiarum horum omnium malorum munerum immunitate gaudet.* Nam iſtiuſmodi nuptiæ fortunatiſſimum illum innocentiæ ſtatum egregiè infelicitarent. Priùs igitur *Eua concepit peccatum* (ad cuius partum, & ſanctitatis aborſum, verbum ſerpentis Diaboli ſemen illi fuit) quàm ex nuptiis conciperet, & humanum genus æſtuante conceptu, & cruciante partu propagaret. Itaque huiuſmodi nuptias, quales nunc homines habent, peccatum inuexit: & primordiale peccatum eſt velut nuptiarum cenſus. Quod ad ſui delicti exaggerationem altè allegat Propheta: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: quia primariò intendebat Deus, vt non per nuptias naſceremur & corruptionem; præuaricatio verò nuptias introduxit.* O non bonos iſtiuſmodi nuptiarum natales!

Pſal. 50. v. 7.

Primariò Deus intendere dicitur, vt non per nuptias naſceremur. quare?

Græci Patr. in Cõment. Corderij.

S. Nyſſ. de Creat. hom. c. 17 S. Aug. l. 9. de Gen. contra Manich. c. 19. Damaſc. l. 2. de Fide c. 30. Euthym. in Pſal. 50. Faber Stap. Almaricus. apud Cornel. ibi.

Matthæi 18 quò humana oratio à diuinâ miſericordiâ feliciter exoret, quod ſuppliciter orat, hanc precandi gnomen Chriſtus præſcribit: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.* Difficilis valdè eſt horum verborum ſenſus, & cum præcedentibus nexus. Quare Hieronymus, Hilarius, Chryſoſtomus, Theophylactus, & Euthymius referunt ad bonum concordiæ, cuius meminit ſuprà verſ. 15. vbi ob hoc inſtituit præceptum correptionis fraternæ. Quaſi dicat: Ideò nuper ſanxi vt ſi quis in te peccauerit, eum non odio proſequaris, ſed beneuolè corripias, & cum eo in gratiam redeas, quia bonum concordiæ tantum eſt, ideóque Deo curæ & cordi, vt ſi duo (præſertim antè diſſidentes & diſcordes) conſentiant & concordent, ac concorditer aliquid petant à Deo, illud ſint certò impetraturi. Verùm *τὸ de omni re*, poteſtas ſanè ampliſſima eſt, & vltrà humanum faſtigium audax: rem enim quantumuis magnam, difficilem & perarduam impetraturos pollicetur. Non autem dicit, quinam ſint hi *duo*, ex vitæ inſtituto, & conuerſationis diſſimilitudine vſque adeò diſcordes, vt, in propè deſperatæ concordiæ præmium, tantum bonorum impetrandorum priuilegium concedatur. Multa multi hâc ſuper re. Lepidè autem ad rem præſentem Origenes, ſic indidèm locum commentatur: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re. Id eſt, ſi vir & vxor,* &c. Et licèt hunc conſenſum, ad rem ſeruandæ caſtitatis arctiùs applicet; tamen vniuerſatim acceptus, conſenſionis difficultatem mirè exaggerat: quare mirũ non eſt, quòd tam amplo, támque immetato præmio munerentur, vt quicquid deſiderent, petant, quicquid petierint, velut omnipotenter impetrent, vel potiùs ſumant. Sanè promiſſio, ampliſſima videtur, ſi ſpecie tenùs vibretur cenſura: at ſi appoſita conditio penitiùs inſpiciatur, perrarus inuenietur, qui hoc gaudeat orationis priuilegio in hâc Origenis ſententiâ. Portò coniugalis mariti & vxoris conuerſatio & domeſtica œconomia, de diuerſiſſimo plerumque vtriuſque ingenio, moribus, conditione; vſque adeò eſt diſcordiis obnoxia, tam eſt inſolens vt coniuges concinnè inter ſe concorditer concinant, in tot diſſentiendi obuiis crebrò occaſiunculis, quòd ſi dum viuunt *ſuper terram* (nam in cælis degentes, planè ſibi conſentient) *conſenſerint de omni re*, vtriuſque precibus diuina omnipotentia, de Chriſti promiſſione, quodammodò alligatur. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re (id eſt vir & vxor) quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.* Sic liceat Origenis ſententiam in notis coniugum moribus, paullulùm ampliare. Quod ex iam iam dicendis ſolidiùs exponitur.

3.

Matth. 18. v. 19.

S. Hierony. S. Hilarius. S. Chryſoſt. Theophyl. Euthymius.

Orig. Tract. 6. in Matth. *Perrarũ eſt, quòd vir & vxor in omni re conueniant.*

4. Siracides Eccleſiaſtici 25. ſic loquitur: *In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coràm Deo & hominibus. Concordia fratrum, &*

Eccl. 25. v. 1. & 2.

amor proximorum, & vir & mulier benè ſibi conſentientes. Sapientiam hîc loqui docet Rabanus, & euincunt Græca, quæ ſic habent: *In tribus pulchra facta ſum, & ſurrexi decora coràm Deo & hominibus.* Quid nam eſt hoc tam operosè argutum, de quo Sapientia decorè pulchreſcat, præcelsè ſurgat, & exultim glorietur? Tertio loco, tamquam ſententiæ clauſula ponitur: *Vir & mulier benè ſibi conſentientes.* Rabanus Maurus, & ex eo Gloſſa, ſic præſcripta verba commentatur: *Mulier & maritus*, inquit, *ſibi benè conſentientes ſunt ratio inferior & ſuperior, ſiue anima & ſpiritus, appetitus & mens*, concupiſcentia & ratio, cùm enim hæc rationi conſentit, mirè Deo placet totus homo. Hoc ſanè myſticum eſt; ſed quod viuidè exponit quàm inter ſe diſſentiant vxor & maritus; ſiquidèm hic rationi, illa concupiſcentiæ comparatur. O quàm eſt rara concupiſcentiæ & rationis concordia! Verùm pro τὸ *Vir & mulier benè ſibi conſentientes*, Græca habent, *Mutuò vnà circumferentes*, vel *mutuò vnà circumlati.* Peritè autem inibi obſeruat Cornelius, quòd vox Græca συμπεριφερόμενοι, magnam habet emphaſim, ſignificátque ſummum inter coniuges conſenſum quandò alterius mores, infirmitates & vitia tolerat, eique in omnibus ſe accommodat, perindè ac ſit in totâ: dum enim eius pars vna voluitur & gyratur, pars altera ei connexa eòdem voluatur & gyretur oportet: talis enim rota eſt coniugium. Senſus ergò eſt: *Vir & mulier mutuò vnà circumlati*; quaſi dicat: Vir & vxor ita conſentire debent, vt quocumque fertur vnus vel voluntate propriâ, vel infirmitate, vel neceſſitate ingruente, eòdem ſpontè inclinet ac feratur & alter: vult maritus hanc artem exercere, eamdem exerceat, vel exercenti obſecundet vxor: maritum excipit morbus, paupertas, iactura, perſecutio, carcer; maritum eòdem ſequatur, imò vltrò comitetur vxor, vt eum ſoletur, patienti compatiatur & ſeruiat, eúmque omnibus officiis modíſque adiuuet. Denique quicumque fortunæ flatus virum impulerit, eòdem impelli ſe ſinat vxor: ac vice verſâ, quocumque impulſa fuerit vxor, eòdem ſequatur & maritus. Hactenùs ille, vere pariter ac bellè.

[Marg.: Rabanus. Græcus. — Rabanus. Gloſſa. — Græca. — Cornelius. — Coniugii conditio, rotæ circulationi emphaticè imitatur.]

5. Geneſeos 3. maleſuada mulier, in præuaricationis pœnam, à Deo audit: *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Nempè non vt priùs ſub viri poteſtate eris ſpontè, libens, mirâ ſuauitate & concordia; ſed ſæpè inuita, cum ſummâ moleſtiâ & repugnantiâ. Ceterùm quantò hîc mulieris aggrauatur pœna, tantò viri (qui præcipuus præuaricator fuit) ſupplicio detrahitur, eiúſque conditio hâc præſidentiâ nobilitatur. Igitur coniugium erit vxori pergraue; marito autem imperiosè decorum, & de dominatione expetibile. Sapienter hâc de re Auguſtinus: *Pax domeſtica*, inquit, *eſt ordinata cohabitantium imperandi obediendíque concordia. Imperant enim qui conſulunt, ſicut vir vxori; obediunt autem quibus conſulitur, ſicut mulieres maritis. Sed in Domino iuſtè viuentes in fide, & ab illâ adhuc ciuitate peregrinantes, etiam qui imperant, ſeruiunt eis, quibus videntur imperare.* Ecce tibi quàm ſit viro & vxori pœnale coniugium. Quid tam vxori moleſtum, quàm inuitè etiam viro obſequi, & illi ad nutum parere? Sanè ſubiectio, moleſtiarum compendium eſt. Quid ni ipsâ ſubiectione vxoriâ moleſtior ſit ipſa mariti in vxorem præſidentia? O pœnaliſſimum calamitatum monſtrum! vbi vxoris conditio, inuita ſubiectio eſt; & mariti principatus, imperium ſeruile. Mulier etſi marito obſequens, compar & ſocia eſt: vir autem de inuito mulieris obſequio, imperans ſeruus: *Etiam qui imperant ſeruiunt eis.* Hæc dixerim, non vt reprehendam nuptias, ſed vt cœlibatum adornem, & illius cupiditatem è peruerſo ſuggeram. Bona Noëmi Ruthæ nurui alacris dixit: *Filia mea, quæram tibi requiem*, id eſt, nuptias, vt inibi expoſuimus in Commentario litter. ad cap. 3. verſ. 1. *Requiem* appellans moleſtiarum ſeminarium. Quod hîc peruidens ille Boozi Propinquus, ceſſione hereditatis ſibi debitæ, immunitatem à nuptiis vltrò mercatur, repudians ſeruile nuptiarum imperium.

[Marg.: Gen. 3. v. 16. — Etiam qui imperat, vxori, illi ſeruit. — S. Auguſt. in Sent. n. 163. — Hic verſ. 6.]

---

§. CCLXVI.

Veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt propè ad vltionem cogere dicantur.

VBi amicitia permanet, nihil facile recipitur, quod diſſidium poſſit fouere. *Si verò inimicitia ſemel occupauerint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, ita accipiuntur & intelliguntur, vt ad maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicitur de inimico, non creditur; ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur & confirmatur.* Sic inimicitia inimicitiam propagat! Verè dictum: *Cum inimico nemo citò in gratiam redit.* Pertinax eſt hic affectus, & iniuriæ tenax, atque omnia in colorem ſuum facile trahit; quandoquidem inimici laude, pariter & vituperio fouetur. O! quis tandèm excutiat, quod offenſo pectori altiùs hæret, quod dum tractas ad veniam, ad vindictam exaſperas, quod nil niſi aſperior vindicta ferè lenire ſolet? 1.

[Marg.: S. Greg. l. 30. Moral. — Cum inimico nemo citò in gratiam redit. — Publ. Mim.]

1. Regum 24. in montanum ſpelæum, vbi Dauid cum Suis latitabat, Saül illum atrociter perſequens, ingreditur vt purgaret ventrem. Naturæ inſtinctu, & ſatellitum ſuggeſtione ad pertinacis inimici cædem Dauid exaſperatur, vt iuſtâ iniuſti perſecutoris nece, ſuam redimat vitam, periculorum aleâ diu malè iactatam. Inopinatâ autem Saülis veniâ nouum beneficè periculum Dauid benè mercatur; & clàm præciſam oram chlamydi, in clementiæ ſignum in manu ſuâ oſtentat. Tunc Saül iam agnoſcit Dauidem eſſe iuſtum, ſe autem illum eſſe, qui omnem iuſtitiæ modum abiecerit, cùm in eum, à quo tot fuerit cumulatus officiis, ſic fuerit iniurius, vt pro gratiâ, quam multis nominibus fuerat antè promeritus, iniuriam, odium, vexationémque retulerit, immeritam cædem perſæpè molitus. Subdit Saül ad Dauidem: Quis enim cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in viâ bonâ; *Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me.* Eccur rex Saül, cui iam ſpectata erat Dauidis innocentia, & in ipſum beneficentia aſpectabilis, quam ore fatetur, non regiâ manu gloriosè remunerat? Totam tot beneficiorum remunerationem, totam gratiæ veniam, totum optatæ reconciliationis negotium, in Deum reiicit: Quare ipſe, ipſe inquam, 2.

[Marg.: 1. Reg. 24. v. 20.]

citiùs

Hoſtilitatis etiam cauſa ſublatâ, ab inimico nil boni ſperari poſſe dicitur.

Sanct. ibi. n. 20.

citiùs malè opinatas iniurias non remittit ? amplexu & oſculo non eum recipit in gratiam priſtinam, & nouis in bello ac pace muneribus auget ? Scitè inibi Sanctius præſtanti vir eruditione ac ſanctitate : *Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc, &c. Quare orat Saül, vt quandò à ſe ſperari nihil poſſit boni, Deus illi pro tantâ humanitate, & tam ingenui pectoris officio beneficium reddat.* Profundè quidèm. Scilicet Saül malè animatus in Dauidem, quaſi in violentum regni ſui inuaſorem, inſidiatorémque regiæ vitæ, vt tutò regnum adiret, Rege è vitâ atrociter ſublato : dum illi oratione ſupplici oram regiæ chlamydis in manu ſuâ præciſam oſtendit, ipſo etiam Rege annuente, euidenter demonſtrat, nil ſe in Saülis vitam cruentum moliri. Vndè vltrò corruunt inimicitiarum cauſſæ, ſiniſtris ſuſpicionibus male fultæ Quin etiam ſe Dauid manifeſtè oſtendit inſigniter beneficum erga Saülem ſibi iniuſtè inimicantem. Et tamen cùm hæc ita ſint, benèque perſpecta Regi, diu Dauidis inimico, Saül ſuæ conſcientiæ gnarus, & quàm altè inimicitiæ hæreant pectori, quod ſemel hoſtiliter occuparunt, benè conſcius, animum reconciliationis propriæ, & remunerationis debitæ ſincerè deſpondens, *orat, vt quandò à ſe ſeparari nihil poſſit boni, Deus illi pro tantâ humanitate, & tam ingenui pectoris officio beneficium rependat.* Hem ! ab animo diu opinatâ offenſione læſo, etiam pòſt euidentem exiſtimatæ iniuriæ fruſtrationem, & vitæ beneficentiùs ſeruatæ beneficium, mille præmiis obſequiis auctum, *ſperari nihil boni poteſt ?* Quid aptius ad litteram, & ad mores accommodatius ? Heu ſic occupat pectora hoſtilis rancor !

3. Geneſeos 22. tandem Abrahamo diu improli Deus filium dedit, ſerus licet pater libens accepit, gauiſus eſt, donum lætanter amplexus. In lucem infans prodiit, fidei ſoboles, fideíque exercendæ materia. Vt enim increuit infans, ſuáque balbutie parentum ſauciauit amorem, ſimul increuit, quod in Iſaaco parentes deamarent, totúſque parentum amor indiuiſus in vnum conferebatur, & omnes generis ſpes in vno conſtituebantur filio. Ecce Deus Iſaacum expetit ad victimam paterno gladio cruentandam. Pius mactandi vnici filij carnifex eſſe Abrahamus iubetur. Mirum ſanè eſt, quomodò filij iugulationem morte non anteuertit peramans filij pater, vi affectuum atrociter peremptus. Deus autem patris voto contentus, ſtrictum gladium de cælo ſiſtit, & Deo digna munera pro tanto facinore confeſtim offert : *Per memet ipſum iuraui, dicit Dominus ; quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi*, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam quæ eſt in littore maris : *& benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ.* Ex tam magnifico præmio, quo Deus taxauit facinus Abrahami, abundè colligitur, quàm arduum illi fuerit frangere patris affectum pertinaciter reluctantem vnici filij iuſſum parricidium. Hoc præuio apparatu præſtruenda erant verba Ruperti, qui ex collatione huius facinoris Abrahami, è diuerſo arguit quàm ſit difficile inimicis ignoſcere: *Ratio,* inquit, *docet non multò minoris eſſe meriti pepercisse inimico propter Deum, quàm non pepercisse vnigenito Filio propter Deum.* Vide nunc mihi, quàm tener, placidus, viuidus, & amoris tenax fuerit Abrahami affectus ergà vnicum filium Iſaacum, & indè taxare licebit, quàm arduum illi fuerit intentati parricidij opinatiſſimum facinus : & indè è diuerſo argue, quàm ſit perdifficile, inimico quem animitùs odiſti, ſic iniuriam condonare, vt ex animo parcas, & beneficè diligas. Non minùs, opinor, quidam inimicos pertinaci rancore oderunt, quàm Abrahamus vnigenitum filium dilexit : hinc patiare oportet, quid ſit magis arduum, inimicum odioſiſſimè inuiſum diligere, benefacere, & medullitùs parcere ; an non parcere dilectiſſimo filio, ſed animo ſtrenuo iuſſum parricidium intentare. Sanè *ratio docet non multò minoris eſſe meriti pepercisse inimico propter Deum, quàm non pepercisse vnigenito filio propter Deum.* O ! dilectio inimici diu exoſi, ſic altè hæret vt naturali amori Abrahami ad filium ſuum, è diuerſo poſſit comparari ? Sic dilectio inimicorum ferè Abrahamos facit, & illius benedictiones hereditat?

Gen. 22. v. 16.

Rupert. l. 4. de Vict. Verbi, c. 27.

Dilectio inimicorũ ferè Abrahamos excudit.

Matthæi 18. ſiſtitur antè Dominum ſeruus, qui ei debebat decem millia talenta, & ſupplici prece rogatus Dominus vt ad ſoluendum præberet inducias, omne ei debitum liberaliter dimiſit. Ille autem ſeruus ſubindè conſeruum centum denariorum debitorem ſuffocabat ad exactã debiti ſolutionem. Dominus autem auaræ inhumanitatis admonitus, ad vocatum ſeruum dixit: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me : nónne ergò oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? *Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad uſque redderet vniuerſum debitum.* Profectò cùm dona Dei ſint abſque pœnitentiâ, quare ſic iratus Deus inducitur, vt non tantùm dicatur inhibuiſſe benignitatis ſcaturiginem, ſed & ſpecietenùs largita munera reuocaſſe ? Tantúmne deliquit hic ſeruus debitorem conſeruum pertinaciter & atrociter vexans ad exactam debiti ſolutionem ? Primò illum ſuffocare perhibetur, dein tortoribus tradi, vt in carcerem mitteretur donec redderet debitum. Audiendus eſt Chyſoſtomus homil. 27. in Geneſim, vbi huius parabolæ nucleum ſic ad rem eliquat : *Nihil,* inquit, *omnium Deus ita odit & auerſatur, vt hominem vltionis auidum, & animo ſuo perpetuas aduerſus proximum ſeruantem inimicitias. Tantum enim eius peccati damnum eſt, vt miſericordiam Dei renocet, nec locum habere ſinat. Quod vt ſciatis, Euangelicam vobis parabolam refero,* &c. O ! nihil omnium ſic Deus odit & auerſatur, ac pertinaciam in vltionis propoſito ? Qui aduersùs proximum *perpetuas ſeruat inimicitias, miſericordiam Dei renocat, nec locum habere ſinit?* Vltrix obſtinatè immiſericordia hominum, immenſam Dei miſericordiam locum habere non ſinit ? Inimicitia altè hærens offenſo peccatori, infinitam Dei miſericordiam benefaciendi auiditate beneficia obnixiùs parturientem arcet, vetat, nec locum habere permittit ? Quid boni ſperare poſſit, à diuinâ miſericordiâ extraneus ? Sic qui *perpetuas ſeruat inimicitias*, nec reconciliationi permittit locum, deſperationi confinis perhibetur ? Ecquis ſpei locus relinquitur, vbi miſericordiæ non ſinitur locus? 4.

Matth. 18. v. 34.

Qui perpetuas ſeruat inimicitias, miſericordia locum non ſinit.

S. Chryſoſt.

Matthæi 5. Ego autẽ dico vobis (ait Chriſtus Deus) *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos : & orate pro perſequentibus, &* 5.

Math. 5. v. 44.

calumni

Digitized by Google

Syrus. Græcus.

calumniantibus vos, &c. Syrus habet, *Qui vexant vos cum militari inſultu & violentiâ.* Græca addunt: *Benedicite his, qui vobis maledicunt.* vt Chriſtus hîc præcipiat inimicos diligi corde, ore, & opere: quæ eſt omnimodæ beneuolentiæ ſumma.

Furor vltionis, triſtitia nominatur. S. Maximus apud Catenā Cord. in Lucæ 6. v. 35.

Scitè addubitat S. Maximus monachus Conſtantinopolitanus, & martyr clariſſimus: *Et quomodò*, inquit, *eum qui me odit, & alieno à me animo eſt, poſſum diligere? Quid ſi etiam mihi inuideat, & contumeliis configat, & contrà me dolos ſtruat, & inſidioſè circumuenire conetur, quomodò ipſum queam diligere? paſſione mœroris nos cogente auerſari eum qui nobis moleſtus accidit.*

Inimica vindictæ paſſio, quodammodò ad vltionem cogit.

Mitto nunc, quòd inimicus furor ad vindictam inſtigans, mœror dicatur, & triſtitiæ nomine denotetur, quo innoteſcit, quàm potenter triſtitia virtuti aduerſetur, & vitiis atrocioribus militet. Aduertere autem oportet ad rem præſentem, quòd inimicum iniuriæ vlciſcendæ odium diu exaſperans ad vindictam, dicitur *paſſio cogens auerſari* offenſorem. Audaciuſculè dictum; ſano autem ac viuaciſſimo ſenſu. *Cogit*, inquam, id eſt, validè arbitrium impellit, & velut neceſſitatem indicit ad liberè agendum, quod velut cæco vltricis paſſionis impetu agi videtur. In hâc *coactione*, certitudo vltionis transparet, non vindictæ neceſſitas; effrenata paſſionis impotentia innuitur, non arbitrij læſura. Sic inimica ad vltionem paſſio. diu inimicos impotenter inſtigat;

Hîc verſ. 6.

Nimis hîc verſ. 6. in illo Boozi Proximo, vetus aduersùs Moabitas odium perdurat: adeò vt optati agri iacturâ emat in auerſione irreconciliatrice tenaciter perſeuerare. quò magis blandum ac mite Boozi ingenium prænitet ad gratiam.

---

§. CCLXVII.

Beneficia quæ accepta adſunt, contemnimus; quæ abſunt, requirimus.

1. PLus pro nobis reipsâ executus eſt negotioſus Dei amor, quam vlla otiantis phantaſia fingendo comminiſci eualuit. Vincunt diuina opera, cogitationes humanas. Cùm verò nec ipſe per ſe, nec per dona ſua noſtrum extunderet ad ſe amorem, commentus eſt inopinatâ beneficentiæ ſubtilitate, ipſe per ſe, & per donum ſuum ſimul ſollicitare, id eſt, faciendo ſe donum: copias omnes in vnum expugnandis nobis cogens, vires bonitatis, & beneficentiæ vires conuocat; vt, ſi non amemus, quia bonus eſt, nec quia bona dedit, ſe ipſum fecit donum, vt illum amemus, quia bonus in ſe eſt, & quia bonum eſt, quatenùs donum eſt.

Quàm ſubtiliter Deus beneficiorum æſtimationē in nobis ſollicitet.

Scilicet non fuerant ſatis beneficentiæ ſuæ pignora, dedit ſe obſidem. Sed (ô malum!) neque hoc miriſſimum ſtratagema amoris amorem noſtrum extorſit: cognatū porrò eſt humanæ ingratitudini vel maiora beneficia minori cenſu depretiare. quaſi de poſſeſſione vileſcat, quod maximi in abſentiâ æſtimabatur. Sic eſt homo beneficiorum Dei arbiter iniquus, vt nauſeet ad poſſeſſa, ad abſentia hiet. quaſi de beneficiorum abſentiâ, ad æſtimationem boni inoculetur. Hinc Deus ſua beneficia à nobis auferr, vt ablatione æſtimationem è diuerſo ingerat. quod non eſt auaritiæ ingenium, ſed argutum diuinæ liberalitatis commentum, quò cæca hominum ingratitudo, de abſentiâ pretioſiùs taxet, quod poſſeſſione copioſiùs depretiat.

Matthæi 21. hanc parabolam coram Scribis & Phariſæis, & ingratiſſimo Iudæorum populo, Chriſtus proponit, quò eorum mores tectiùs & efficaciùs perſtringat: *Homo*, inquit, *erat pater-familias, qui plantauit vineam* &c. *& locauit eam agricolis.* Hi autem rurales coloni agreſti auaritiâ crudeles, pactos de locatione fructus pendere recuſant, ſeruos à vineæ Domino miſſos malè cædunt, & heredem reuerentiùs tractandum, peiùs occidunt. Tunc Chriſtus Phariſæos interrogat: Cùm ergò venerit Dominus *vineæ*, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet; & *vineam* ſuam locabit aliis agricolis. Confeſtim Chriſtus Deus, ex his quæ ipſi reſponderant, in ipſos ſapientiſſimè parabolam vertit, aiens: *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* 2.

Matth. 21. v. 43.

Mirum ſanè eſt, & expenſione digniſſimum, quòd quæ toties repetito vocabulo hactenùs appellatur *vinea*, vinæ nomine, & re vineæ cenſetur, nunc derepentè *regnum* dicatur, & regni elogio nobilitetur. Quomodò ruralis *vinea* ruſticanis agricolis diu locata ob annuam redituum penſionem; generoſo nunc regni vocabulo ſublimatur? Cùm datur ruſticanis ingratiſſimè agricolis, *vinea* dicitur; & cùm ab illis aufertur, & Gentibus donatur, ſubitò *regnum* euadit? Rem, opinor, breui verborum compendio aliud agens, perſtringit Origenes.

Poſſeſſam vineam, illius ablatio refingit in regnum.

Nempè *vinea* agricolis locata & tradita fuit; eadem autem *vinea*, iam ex *vineâ* in *regni* elogium ſublimata, ab illis *aufertur*, & aliis datur: *Quomodò ergò* (ait inibi Origenes) *illis datum eſt, à quo & ablatum eſt? Sed conſidera quomodò quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergò locauit, non omninò quaſi electis & fidelibus dedit: quibus autem donauit cum iudicio electionis donauit.*

Orig. apud Cat. S. Tho. ibi.

Ecce tibi vndè æſtimetur beneficiorum ſacramentum, & humanæ ingratitudinis cenſus taxetur. Cùm agricolis datur *vinea*, *vinea* eſt; cùm fructibus autumnat torcularibus vbertim madentibus copioſâ vindemiâ, & generoſo vino ebriâ, *vinea* adhuc eſt; cùm autem eadem à vinitoribus *aufertur*, ruſticaneæ vilitatis vocabulum deſueſcit, & non iam ruralis *vinea*, ſed nobile ſublimiter *regnum* conſultiſſimè nominatur. *Quomodò illis datum eſt, à quo & ablatum eſt?* Non datum fuit *regnum*, ſed *vinea*: quæ autem poſſeſſa æſtimatur tamquam *vinea*; ab eis ablata, ſic pretioſiùs ablatione æſtimatur; vt *regni* prærogatiuam præcelsè mutuetur. Hem! ſic depretiamus poſſeſſa, & ipsâ poſſeſſione faſtidimus? Sic & ablata à nobis, & aliis donata ſumptoſiùs æſtimamus? Mera ablatio *vineam* refingit in *regnum*?

Regius Vates ſic ad rem pangit: Exacerbauit Dominum peccator: non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. 3.
Auferuntur iudicia tua à facie eius. τὸ *indicia* in ſacris Bibliis non benè de pœnalitate audiũt.

Pſal. 9. v. 26. aliàs 6.

S. Baſilius omnes condemnationes, id eſt, ſcelerum pœnas per *iudicia* intelligit, quæ ab impſorum memoriâ ablatæ ſunt.

S. Baſilius.

Theodoretus & Genebrardus leges, iura, & præcepta interpretantur: quæ quàm ſint impio parùm grata, nemo eſt qui non videat. Verùm aliæ tranſlationes alium eundem ſenſum reddere videntur. Nebienſis

Theodoret. Genebrard.

Nebienſis. Felix.

ſis pro τὸ *Auferuntur iudicia tua à facie eius*, habet, *Ab excelſo iudicia tua ſunt à conſpectu eius* Conſonat Felix, *Excelsè ſeu excelſa iudicia tua à conſpectu eius*. Hùc forſan alludit ibidèm S. Thomas, qui ſic locum exponit: *Iudicia tua, id eſt, beneficia tua auferuntur à facie eius*. Altè quidèm Dei *beneficia*, quæ dum habentur, pergraues numeroſæ *leges*, aut *pœnæ*, tranſgreſſoribus comminatæ, ſeu *iudicia* nominantur; dùm pœnaliſſimè auferruntur, non iam *pœnæ*, *leges*, aut condemnationis *iudicia* dicuntur; ſed *beneficiorum* nomen reſumunt; & quaſi de ablatione ſublimitatem mutuentur, elogio *celſitudinis* efferuntur. Quaſi ablatio *iudicium* recudat in *beneficium*, & in nobilem *celſitudinem* incrementet, inopinato abſentiæ arbitrio.

S. Thomas. Ablatio, iudicium pœnale recudit in excelſum beneficium.

Sapientiæ 16. de Mannâ ita ſcribitur: Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim
4. exiguo radio Solis calefactum *tabeſcebat*: vt notum omnibus eſſet, quoniam oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam. *Ingrati enim ſpes tamquam hybernalis glacies tabeſcet, & peribit tamquam aqua ſuperuacua*. Hîc Sapientiæ gnome ſignificatur, quid pati mereatur ingratus, quídque iuſto Dei iudicio illi accidat, ſcilicet vt ob prioris beneficij ingratitudinem: & priori ad illius æſtimationem fraudetur; & vlteriòre, quod ſperat, priuetur, eiúſque deſtituatur ſpe. Porrò obliuioſa accepti beneficij ingratitudo, ex erectis ad vlteriora beneficia ſpebus oriri ſolitat, vt exponit S. Thomas, qui aduocat illud Senecæ. *Memoria minimum tribuit, quiſquis ſpei plurimum*. Sed quid eſt, quòd ingrati ſpes, *tamquam hybernalis glacies tabeſcere* perhibetur? Porrò hyemalis glacies etſi rigidè in brumâ obſtringatur, verno tempore liqueſcit & effluit, & tamquam *aqua ſuperuacua* & inutilis elabitur: ſic erit ingrati ſpes: ſpes enim illius in accepto beneficio collocata, & in accipiendorum fiduciâ, mirè tabeſcit, & omnia in nihilum rediguntur; & omnibus vacuus, & omnium indigus redditur ingratus. Verùmenimuerò cùm præceſſerit mentio de Manna liquefactione, ad illam refert Lyranus illiuſmodi ſpei *tabem*, quâ puniuntur ingrati: nam & *manna*, & ſpes ingrati adæquè *tabeſcere* dicitur. Sic inibi ſcitè Lyranus ſcribit: *Ingrati enim (id eſt, eius qui Dei beneficium non recognoſcit) ſpes tamquam hybernalis glacies tabeſcet, id eſt, totaliter peribit. Sed Exhodi 16. dicitur: Cúmque incaluiſſet Sol liquefiebat: quod propriè fiebat in meridie, &c.* Profundè ad rem ethicam Lyranus. (literalem ſenſum alibi examinabamus) Nimirùm dum ingratorum ſpes de accepti beneficij vſu, & de accipiendorum erectâ fiduciâ, *tamquam hybernalis glacies tabeſcere* dicitur, dum amiſſione beneficiorum *tabeſcit*, non iam *hybernalis glacies* prorsùs inutilis, *tabeſcere* perhibetur; Sed velut *Manna*, id eſt, res pretioſiſſima, & opinatiſſima *tabeſcit*. Porrò beneficium quod tamquam inutilis *glacies hybernalis* ingratè negligitur, illius *tabe*, & ingratâ amiſſione, velut in *Manna* pretioſiſſimum refingitur, & de amiſſione ſic pretioſiùs taxatur. Scilicet beneficium ingrato neglectu æſtimabatur vt *hybernalis glacies* liquefactione inutiliter *tabeſcens*; poſtquam autem *tabe* periit, quaſi de amiſſione pretioſam æſtimationem arcanè fœneret, tamquam *Manna tabeſcere* perhibetur.

Sapient. 16. v. 29.

Memoria minimum tribuit, quiſquis ſpei tribuit plurimum.

S. Thomas. Seneca apud Cornel. ibi.

Quod nuper vocabatur glacies dum amittitur, Manna dicitur.

Lyranus.

Exhodi. 16.

Matthæi 25. ſerui illi qui plura acceperunt talenta, lucroſâ gratitudine beneficium multiplicatum Domino reddiderunt. Accidens autem piger ille ſeruus, ſibi parùm cohærens, dixit: Ecce abſcondi in terrâ talentum tuum, ibi habes quod tuum eſt. Dixit autem Dominus, poſtquam alios ſeruos largiùs munerauit: Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta: omni enim habenti dabitur, & abundabit: *ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo*. Eſto, plus detur ei, qui ex bono vſu plura reddidit Domino, in eum eximiè gratus; at quo pacto ab eo qui non habet, poteſt aliquid auferri? Quid eſt hoc, quod ſeruus iſte inerter ingratus, videtur habere, cùm reipsâ non habeat? Opinor, rem tetigit Baſilius, ſic ſapienter ad rem fatus: *Multi ſunt moroſis hominibus ſimiles, id quod adeſt contemnentes, & quæ abſunt requirentes: non enim indigentiores ipſis enumerando, pro iis quæ poſſident gratias agunt Domino: ſed comparantes ſua cum excellentiſſimis, & quantùm vincantur cogitantes, quaſi propriis careant, quod aliena non habeant, cruciantur & queruntur*. Scilicet huic inerter ingrato ſeruo aufertur talentum quod habet; quia autem quod habet, non æſtimat, neque vllo habet in pretio (moroſa enim ingratitudo *quod adeſt contemnit, & quæ abſunt requirit*;) idcircò talentum, quod iam habebat dicitur, *quod videtur habere*; quaſi non habeat, quod dum acceptum habet, quia illud habet, nihili æſtimat. Cùm autem ab eo aufertur talentum, quod dum beneficio acceperat, nihili æſtimat; iam de ablatione æſtimabit, & habere cupiet. Quare hic ſeruus ingratiſſimè iners, qui non *egit gratias Deo pro iis quæ poſſidebat*, quia rem, *quæ adeſt contemnit, & quod abeſt requirit*, digniſſimus eſt qui amittat quod habendo depretiabat, vt non habendo pretioſè æſtimet. Profectò Propinquus ille Boozi, indignus qui proprio appelletur nomine, Ruth Moabitidem, & eius hereditatem, cùm ad ſe ritè pertinebant, & quaſi ſua erant propinquitatis iure; contempſit. Tunc conſultiſſimè Boozus, *Maioribus natu & vniuerſo populo, Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quod poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech; & Ruth Moabitidem in coniugium ſuſceperim, &c.* Tunc vſque ad propinqui inuidiam, Boozo gratulatum eſt; ideò vt ſibi votiuè ſpondeant, Rutham fore velut Rachelem & Liam, matronali virtute ac fœcunditate præluſtrem, felici rei auſpicio, & voto piè beneuolo: res autem vota impleuit. Quo factum eſt, vt Propinquus ille in ſuam familiam ingratus, quod nuper repudiauit tamquam ſibi oblatum, mox ab alio obtentum, quam maximè æſtimaret, inuideretque.

5.

Matth. 25. v. 29.

Quod adeſt contemnimus, quæ abſunt requirimus.

S.Baſil.apud Antonium in Meliſſ. l. 1. Serm. 58.

Hîc v.9.&c

---

§. CCLXVIII.

Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat.

INNoxiæ veritatis exilium diſſimulatæ fraudis negotium eſt: *Non eſt veritas in mundo, non eſt qui loquatur verum cum proximo ſuo; quicquid hodie vulgus loquitur, fraus & adulatio eſt*, docuerunt 1.

B.Th. à vill. Conc. 3. de Aduentu.

Veritas à mundo exulat.

cuerunt enim linguas ſuas loqui mendacium : in hâc ſcholâ exercitati ſunt, in hâc docti vt diſcerent fallere, mentiri, adulari, exaltare parua, exigua attollere, ex tumulis montes facere, ex culicibus elephantos : hæc ciuilitas, hæc affabilitas : & inurbanus eſt, quiſquis fallere, & mentiri non nouit. Eheu ſic eſt lingua olim & nunc de mendacio ſuſpecta!

2. 1 Regum 24. fugerat Dauid in deſertum Engaddi, vt Saülis declinaret iras : aſſumens autem Saül tria millia electorum virorum, perrexit ad inueſtigandum ac perdendum Dauidem. Ingreſſus autem eſt ſpeluncam vt purgaret ventrem : porrò Dauid & viri eius in interiori parte ſpeluncæ latebant. Surrexit ergò Dauid, & *præcidit oram chlamydis Saül ſilenter.* Saül autem exurgens de ſpeluncâ, pergebat cœpto itinere. Surrexit etiam Dauid poſt eum : & egreſſus de ſpeluncâ clamauit poſt tergum Saül, dicens Domine mi rex. Et reſpexit Saül poſt ſe : & inclinans ſe Dauid pronus in terram adorauit, dixitque ad Saül : *Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu meâ in ſpeluncâ .... Vide & cognoſce oram chlamydis tuæ in manu meâ : quoniam cùm præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te.* Totus eſt hîc Dauid vt probet, ſe non inſidiari vitæ Saülis, ſed potius illam ſeruaſſe, cùm eum occidere noluerit, & ſi impunè poterat. Sed benè addubitat Chryſoſtomus, quomodò potuerit Saül huiuſce rei eſſe teſtis, cùm neque Saül audierit ipſum Dauidem coërcentem ſatellites ſuos, neque ſciuerit quod in ſpeluncâ *ſilenter* accidit, quò illi parcitum intelligeret. Sanè ſi Dauid ad id Regi perſuadendum, vellet allegare ſuorum militum teſtimonium, quo ſuum videret veroſimilius; vtrumque facile refutari poſſet. Nam etſi verum dicerent, credibilem non facerent veritatem : propria enim cauſſa proprium recuſat teſtimonium, tamquam de effectu corruptum. Exindè maluit Dauid res ipſas quàm cuiuſuis linguas etſi opinatiſſimè veridicas, ad teſtimonium adducere. Tempeſtiuè ergò Chryſoſtomus ſic ad rem philoſophatur : Quoniam igitur & animus iudicis (Saülis inquam) erat corruptus, & teſtes ſi producti fuiſſent, in ſuſpicione erant futuri, conſilio prudenti reperit probationem quandam, quæ poſſet & vehementer impudentibus obturare os. *Quæ nam eſt hæc? Lacinia chlamydis, quam indutus, dicebat : Ecce lacinia chlamydis tuæ in manu meâ, quam abſtuli, nec occidi te. Mutus quidèm teſtis, ſed omnibus vocem habentibus euidentior.* Bonus teſtis, & indè certior, quia minùs vocalis indè *euidentior*, quia *mutus*. Sic eſt lingua, etiam cum vera dicit, falſitatis ſuſpecta! O vtinam res ipſæ vocem ederent, nec linguæ atteſtationi, rerum credibilitas permitteretur! Heu in modico interuallo linguæ à corde, quot veritatis naufragia videmus, & dolemus! Heu quoties virgo veritas in linguâ, velut in lupanari, obuiæ mentiendi libidini proſtituitur! Heu linguas hominum infidas rerum interpretes! O bona præciſæ chlamydis lacinia, Dauidicæ innocentiæ *mutus quidèm teſtis, ſed omnibus vocem habentibus euidentior!*

1. Reg. 24. v. 11. & 12.

Mutus teſtis, omnibus vocem habentibus euidentior eſt.

S. Chryſoſt. homil. de David & Saule.

3. Sapientiæ 1. *Os quod mentitur, occidit animam.* Syrus, *os mendax.* Arabicus, *os quod mentitur trahit animam.* Nec indè colligas omne mendacium eſſe peccatum mortale : nam vt ait S. Auguſtinus : *Sicut autem quæritur de quo ore dixerit, Os autem quod mentitur, occidit animam? ita quæri poteſt de quo mendacio.* Verùm Cæſarius Arelatenſis ſer. 33. de Energum. *Os*, inquit, *quod mentitur, occidit animam, quia in ſe admittit Diabolum, qui animæ eſt interfector.* Quaſi homo mendax, energumenus ſit, ac Diabolorum domicilium. O quàm multa quàm paucis Cæſarius compendiauit! O diligenter excantetur inteſtinus hic Dæmon, qui dum mendacia ſuggerit, vitam occidit. Aliter Beatus Laurentius Iuſtinianus de vitâ ſolit. cap. 4. hunc locum his verbis exponit : *Quantum in mendacibus eſt, immortalem & æternam Veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere moliuntur : hoc verò dum agunt, illam in nullo lædunt, illi nequaquam detrimentum inferunt; ſed ſe perimunt, quemadmodum in Sapientiæ volumine continetur, ſic enim habet : Os autem, quod mentitur, occidit animam.* O temerariam mendacij inſolentiam, attentatæ clanculum blaſphemiæ ream! Summæ ac æternæ Veritati mendax lingua inſidiatur? Crucifigentes carnifices deicidij reos, mendacium ſacrilegâ audaciâ impudenter æmulatur? Hæc ſunt facinora, quæ inteſtinus Dæmon in mendaci linguâ molitur. Heu friuola & inanis falſitas, ſummæ ac æternæ Veritatis quantùm in mendacibus eſt, audacter interemptrix! quæ eſt impudentioris malitiæ exaggeratior hyperbole. O caue.

Sap 1. v. 11.

Syrus. Arabicus. S. Auguſt. l. de Mend. c. 16. Cæſarius.

Mendacium energumenos facit.

B. Laur. Iuſt.

Mendax ſūmam Veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere molitur.

Ioannis 16. ſic Chriſtus Deus morti proximus Diſcipulos ſuos alloquitur. Adhuc multa habeo vobis dicere : ſed non poteſtis portare modo. *Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* In omnem ſcilicet veritatem, quæ in vitâ vobis ſcire conuenit ita Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius. Nam alioqui omnem omninò veritatem, non in hâc vitâ ſed in cælo eos docturus erat, ita Auguſtinus & Beda. Itaque peridoneè Spiritus-ſanctus dicitur *Spiritus veritatis*; & de eius ſcholâ omnem doctrinam veritatis edoceri, hîc erudimur : quaſi veritatis magiſterium Spiritui-ſancto attribuatur, qui veritatem hominibus peregrinam, quaſi rem ſuam illis tradat, & velut mutuò impertiat tamquam veritatis Dominus. Tempeſtiue Antiochus homil. 66. Mendaces, inquit, *eludunt Dominum, fiúntque prædones Domini, dum id quod penes ſe depoſitum eſt, non reddunt incolume & ſanum; ſpiritum enim acceperunt nullo mendacij contagio decolorem; nunc ſi reddiderint Domino interſtinctum variis mendaciorum notis, vtique videri poſſunt contaminaſſe depoſitum : quo fit, vt dici debeant rei alienæ ſupplicatores.* Nempè à Spiritu-ſancto, qui eſt *Spiritus veritatis*, veritatem velut mutuò homines accipiunt : qui ergò mendacium pro acceptâ veritate reddunt, *depoſitum contaminant, & fiunt prædones Domini, & rei alienæ ſuppilatores.* Sic mendax hominum malitia, eſt verè furax, & iniuſtè rapax! 4.

Ioann. 16. v. 13. S. Cyrillus. Theophylac. Euthymius. S. Auguſt. Beda.

Mendacij malitia furax eſt, & prædones facit. quare?

Antiochus.

Ioannis 18. Chriſtus Deus ſiſtitur reus coram Pontifice : qui interrogauit eum de doctrinâ quam docebat, quaſi falſitatis ſuſpectâ. Reſpondit ei Ieſus : *Ego palàm locutus ſum mundo : ego ſemper docui in Synagogâ, & in templo, quò omnes Iudæi conuenerant : & in occulto locutus ſum nihil*, &c. Quæ verba noſter Cardinalis Toletus exponens, hâc periphraſi elucidat : *Palàm* 5.

Ioann. 18.

Card. Tolet.

locutus

Digitized by Google

locutus ſum mundo, liberè, & ſine timore, & occultatione; loca publica elegi docendi, nempè Synagogas & Templum; in occultis & abditis nihil ſum locutus: non igitur eſt quòd meam taxes doctrinam, quaſi qui in angulis docuerim. Mirum ſanè eſt, & valdè mirum, quòd Chriſtus Deus, qui in ſuâ Paſſione coram Iudicibus propè mutus extitit, nunc longiori ſermone reſponderit.

Mendacium angulorum ſordes amat: veritas fugit. Et ſanè totum rationis pondus ad ſuam doctrinam tuendam, & à falſitate vindicandam, eò vergit, vt perſpicuum faciat, nihil in *occultis*, ſeu *angulis* vnquam docuiſſe. quaſi quòd abſtinuerit à docendo in *angulis*, ſit ſuæ doctrinæ defenſio, & aſſertio veritatis.

Steph. Tor. Appoſitè Stephanus Tornacenſis Epiſcopus epiſt. 1. ait, *Veritas angulos non habet; ſed anguli ſordes habent.* Scilicet Chriſtianæ doctrinæ veritas obnixius ab *angulis* vindicanda erat: nam *veritas angulos non habet*; mendacium autem angulos habet, quia *anguli ſordes habent.* O quàm ſordidum vitium, quàm ſordidè vile, quàm impurè ſqualidum, mendacium eſt. Veritas nitorem lucis, angulorum ſordes mendacium exambit.

6\. Pſal. 26. v. 12. Pſalmo 26. ſic Deum Propheta ſupplex deprecatur: *Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.*

Aquila. Aquila id manifeſtiùs dixit: *Steterunt contra me teſtes falſi, & apparuit iniuſtitia.* Aliàs vertit, *Et abolita eſt iniquitas.* quaſi idem ſit, *ſibi mentiri*, ac *aboleri.*

S. Hierony. Adhuc explicatiùs rem tradit Hieronymus: *Inſurrexerunt contra me teſtes falſi, & apertum mendacium.* quaſi apertum mendacium iniuſtitiæ reum, non aliis, ſed ſibi ipſi mentiri videatur.

S. Auguſt. Auguſtinus verò hunc locum altiùs ediſſerit, ſic inibi fatus: *Et quomodò traduntur homines in animas tribulantium ſe? Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Iam quia teſtes iniqui ſunt, & multa mala in me dicunt; ſi traditus fuero in animas eorum, mentiar & ero ſocius eorum, non particeps veritatis tuæ, ſed comparticeps mendacij aduerſus te.*

Perindè eſt: Iniquitas mentitur ſibi ac aboletur. Heu! ſic latè ſerpit, & de facili propagatur verum mendaciorum contagium? Sic eſt peruium veritatis exilium? Pergit Auguſtinus: *Et mentita eſt iniquitas ſibi. Sibi, non mihi. Sibi ſemper mentiatur, mihi autem non mentiatur. Si tradideris me in animas tribulantium me, id eſt, ſi conſenſero voluntatibus eorum, iam non ſibi mentita eſt iniquitas, ſed mihi.*

Quàm facile inficiatur homo mentiendi contagio. *Si autem ſæuiant quantùm voluerint, non tamen tu me des in animas eorum, non conſentiendo voluntatibus eorum, remanebo ego, & permanebo in veritate tuâ, & mentietur iniquitas, non mihi, ſed ſibi.* O intentiùs adnitere, ne diuinæ veritatis particeps effectus, de mendacium hominum contubernio atque obſequio, garrula falſato ore iniquitas, tibi, non ſibi duntaxat mentiatur. O *aboleatur* iniquitas, dum oris licentiâ ſibi mentitur! O bona moraliſſimè ſynonyma, Iniquitatem aperto mendacio mentiri, ac iniquitatem *aboleri!* quaſi quos characteres falſitas falſato teſtimonio ſcribit, ſcriptione *aboleat.* Quare Boozus hìc iſtiuſmodi teſtes iniquos cautè præcauens, *decem viros de ſenioribus ciuitatis* eligit, ne aliquandò mendax iniquitas ipſi Boozo, ſed

Hic verſ. 9. ſibi mentiatur. *At ille* (Boozus) *maioribus natu, & vniuerſo populo, Teſtes vos inquit, eſtis hodie*, &c. Nimirùm pro *mutis teſtibus*, quos ad P. Didac. Celada in Ruth. veritatis euidentiam produxit Dauid, Boozus eius proauus, ſenatum ciuitatis cum omni populo ſiſtit.

---

§. CCLXIX.

Zelus ſit velut fames: ſine diſcretione, eſt currus abſque aurigatore; & incautus factionum arbiter.

1\. Euſ. de Art. volunt. l. 4. c. 35. HOc intereſt inter zelum humani amoris, & diuini: zelus amantis Deum optat, vt alij ament: zelus amantis hominem, ne alij ament. Ille ſocios quærit, iſte fugit; pro qualitate nimirùm amatorum.

Diuinus amor, non humanus, riuales ambit. Socios ille quærit; quia ſupereſt bonitas amato, cui amorem ſuum æqualem non putat: coadiutores exoptat, vt ſuppleat votis alienis proprium defectum. Iſte non admittit collegas: exiguum bonum timet, ne deſit ſibi, diſtributum etiam aliis. Lætiſſimus affectus eſt Dei amor, ſine felle dulcis, quem riualis delectat, quem zelus non excruciat. Niſi fortè vratur, quia alij minùs amant, aut non amant, aut amatum à ſe Deum offendunt. Hic zelus eſt amoris medulla, & potior virtutis pars, vtpotè portio diuini amoris, qui ad alios extendi ambit. *Sed eſt Zelus ad culpam, eſt zelus ad gratiam*, vt peritè admonet Ambroſius.

S. Amb. Ser. 18. in Pſal. 118. *Eſt zelus ad culpam, & eſt zelus ad gratiam.* Zelus ad gratiam in diuino amore riuales quærit, ſocios ambit, vt alij ſuppleant amoris negotium, cui ipſe ſolus impar eſt: vt Deus immeratè amabilis, quàm poſſit maximè diligatur. Eſt & alius zelus, quem Dei amor colorat; & ira, odium, aut inuidia tectiùs deprauare ſolitat: & qui de virtutis arce virtutem impunè ferit. Vnicum ab hâc virtutis & Reipublicæ hoſtilitate remedium ſunt vota & preces, quæ peſtem hanc malitioſam procùl auertant, *Zelus ad gratiam.*

Hic verſ. 9. & 10. Imperfectus. de Boozi exemplo hìc ediſcendus eſt, qui Rutham vltrò in eodem ſtragulo cubantem non abhorruit tamquam nobilis Moabitidem, tamquam veteranus rudem, tamquam probus improbam ſtupri ſpeciem; ſed zelum benignitate temperauit. Quod eleganter dubius Chryſoſtomus adnotauit. *Zelus* autem *ad culpam*, hìc multis vapulat.

2\. Matthæi 5. Beatitudines, quas vocant, hoc ordine Chriſtus Dominus recenſet. Primò pauperes, exin mites, deindè lugentes beat.

Matt 5. v. 6. & 7. Poſtmodùm ſubdit: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Bona iuſtitiæ & ſanctitatis eſuries quæ dum plus inacreſcit, in ſitim nobiliter deſciſcit. Bona, inquam, fames, quâ velut hians virtutis ac perfectionis ſtudium deſignatur. Et quidem notanter *famis* nomine, quia re quoque *famis*, hoc virtutis ſtudium denotatur. Nec vacat ethico ſacramento, quòd poſt hanc iuſtitiæ eſuriem ac ſitim, miſericordia ſeriatim collocatur, vt in zeli confinio miſericordia præſtò ſit, quæ zelum temperet, ne nimis audax inconſultè exorbitet.

Vverricus. Quâ de re audiendus eſt Werricus apud Tilmannum ibidèm: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam*, &c. *Ibi nimirùm guſtamus, vbi ampliùs eſurimus iuſtitiam tam in nobis, quàm in aliis, zelóque contrà peccantes incipimus commoueri. Sed ne zelus immoderatior feratur in vitium,*

Digitized by Google

ſequitur miſericordia, quâ temperetur. His exercitatus ſtudiis, iam fortè erit idoneus vacare contemplationi, & filius Dei appellari. Sicque Miniſter & Pater aliorum factus, tamquam mediator & ſequeſter pacificat inter ipſos & Deum.

Zelus peridoneè cõparatur fami. Ecce tibi zelus conſultiſſimè *eſuriei* comparatur. Sicut enim nemo alterius fame eſurit, ſed de proprio medullitùs appetitu, ipſe ſibi famelicus eſurit, ſibi ad cibos auidiùs hiat: nam alienâ eſurie piè tangi, & illi condolere poteit, ipſe autem eſurire non poteſt: eſt enim vitalis paſſio, de proprio appetitu eſculentis inhians: Similem ad modum zelus, propria propriæ virtutis, obſeruantiæ, atque perfectionis fames eſt, quâ ſpirituales cibos ſibi potiùs eſurit, eoſque ſibi conuiſcerare ſatagit: ad alios autem metaphoricè dumtaxat eſuries extenditur, & zelo velut fame ampliatur. Sed viderit quiſquis zelo agitur, an ipſe potiùs ſpiritùalis cibi indigus, quaſi foret benè ſatur, illum aliis citiùs, ſollicitiùs, & appetentiùs, quàm ſibi eſuriat. Qui eſurit, priùs in ſe, & ſibi eſurit; poſteà aliis metaphoricè eſuriat. Planè nugatur in re naturæ & gratiæ, qui impatientiori quaſi pietatis zelo, non ſibi, ſed aliis ſpiritualem alimoniam hianter expetit. Profectò qui iſtiuſmodi zelo extimulatus, aliorum *iuſtitiam eſurit*, &

Iſaiæ 59. v. 17. *operitur pallio zeli.* vt ſplendidum cibum, & ſplendidiorem amictum ac honorem, zeli arbitrio cauponetur, & aliorum diffamiâ iniuſtè

Conſultò poſt eſuriē, id eſt, zelū ponitur miſericordia, & pacis ſtudium. euulgatâ, diuini zeli, & diſtrictioris obſeruantiæ nomen ſibi ambitiosè nundinatur. Ritè autem obſeruat magnus hic Doctor, quòd nè inhumaniter hæc zeli eſuries exorbitet in proximorum pernitiem, confeſtim ſubiicit Chriſtus, *Beati miſericordes*, miſericordiam, inquam, tamquam huius veneni opportunum antidorum; & pacificos poſteà beauit, ne iſtiuſmodi diſtrictior indiſcretè zelus inquietaret concordiam, & querulis tumulribus pacem turbaret. *Eſuriamus iuſtitiam tam in nobis, quàm in aliis, zelóque contrà peccatores incipiamus commoueri. Sed ne Zelus immoderatior feratur in vitium, ſequitur miſericordia, quâ temperetur: ſicque tamquam ſequeſter pacificabit inter ipſos & Deum, vel inter ipſos adinuicem.* Benè monentem ſequere. Non autem ſequéris, niſi priùs ambitionem excuſſeris.

3\.
4. Reg. 2. v 12. 4. Regum 2. cùm Elias & Eliſeus vnà pergerent, & incedentes ſermocinarentur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque & aſcendit Elias per turbinem in cælum. *Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi. currus Iſraël, & auriga eius.* Quaſi dicat: Vale ô Elia, pater mi, qui eras totum robur populi Dei, ac magis illum iuuabas tuo zelo & oratione, quàm magna curruum & equitum multitudo. Tropologicè Elias eſt doctor, prædicator, aut Superior, qui mores populi corrigens, currus eſt, qui eum tolerando portat; auriga, quia eum, zelo virtutis motus, exhortando mouet & agitat. Quod ſcitè perſequitur

S. Gregor. Galfridus. S. Gregorius lib. 1. in Ezechielem, homil. 21. Appoſitè Galfridus inibi, in Allegoriis veteris Teſtamenti aduocatus: *Currus Iſraël, & auriga eius. Eadem*, inquit, *gratia eſt, qua vehit, & dirigit: nam Zelus abſque ſcientiâ, currus eſt ſine aurigâ.* O nimis verè! Porrò in re virtutis, idem morum rector & corrector eſt currus & auriga, id eſt, qui portat & dirigit; vtriuſque enim muneris eadem ipſiſſima gratia eſt. Quare

Zelus abſque ſcientiâ currus eſt ſine aurigâ. qui eſt currus patienter, & ſæpè grauatè ferendo & vehendo, idem eſt etiam quadrigæ aurigator, & director. Exindè ſollertiùs caueat, ne zelo abſque ſcientiâ currum dirigat; nam tunc deſinit eſſe aurigator, & currus ſine aurigâ remanet, igneis equis raptatus, potiùs quàm vectus. Currus autem ſine aurigatore pernicibus equis vectus, non it ad viæ metã, ſed ad præcipitium raptatur. Heu quoties Communitatis currus diſtrictiori indiſcretè zelo agitatus, quaſi currus ſine aurigâ, præcipitanter euertitur, ruinâ ineluctabiliter præcipiti raptatus! *nam zelus abſque ſcientiâ, currus eſt ſine aurigâ.* Proh quot virtutis ſtrages indiſcretus ardenter zelus in dies perpetraſſe & videmus & dolemus! Diſtrictior abſque ſcientiâ zelus, dum aurigationem peritiorem prætendit, Communitatis currum ſine aurigâ vectum, præcipitiis obiicit, & ruinam clanculùm negotiatur.

Matthæi 9 acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli Ioannis dicentes: *Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter; Diſcipuli autem tui non ieiunant?* 4. *Matth. 9. v. 14.* Superba interrogatio, ambitione plena, plenáque ſupercilio Phariſaico, quam falſatus zelus arctioris diſciplinæ penicillo colorat. Certè, vt aliud non ſuppetat, reprehendenda eſt ieiunij iactantia, dum inedia corporis arrogantiam nutrit. Nec poterant Diſcipuli Ioannis non eſſe ſub vitio, qui calumniabantur eum, quem ſciebant Magiſtri vocibus prædicatum: & iungebantur Phariſæis, quos à Ioanne nouerant condemnatos. Sed inuidiæ ambitioſioris cæca malignitas, *pallio zeli* diſſimulari præſumit. Quam ſic publicat Chryſologus Serm. 31. *Cum diſcipulis Ioannis*, inquit, *qua ſocietas Phariſæis; niſi quia iunxerat inuidia, quos ſeiunxerat diſciplina? Hic iam ſua perdit iura Zelus: iunxit diſiungere conſuetus. Iudæi poſtponi Moyſen Domino non ferebant: Diſcipuli Ioannis Chriſtum nolebant Ioanni vllatenùs anteferri: ſic in Chriſtum fremebant vtrique liuore communi.* *S. Chryſol.* *Non bonus zelus iūgit, diſiungere conſuetus.* Scilicet non boni zeli ſequela eſt ordinaria communitatem factionis, ſcindere, & tumultibus inquietare: quod vt efficaciùs præſtet, pauculos, etſi alioqui ſibi inuiſos, ſibi anxiùs adſociat, vt auctoratior zelus virtutis obtentu pernicioſiùs deſæuiat. Hinc Zelus diſſociare adſuetus, inter Ioannis Diſcipulos, ac Phariſæos benè diſſidentes, ſocietatis commercium negotiatur. Ergò hinc pernicioſi zeli virtutem obtendentis, noramenta tranſpareant: nempè factioſos ſibi adſociare, vt præſenti zeli machinis turiùs & ſumptuoſiùs ſæuiant, dum inuidiæ & ambitionis affectibus obtemperant. Zelus ſecundùm virtutem, numerum non ſubornat, ſocios non ambit, ſimplici veritate contentus. Eſto hic non boni zeli character, & illius probè noſcendi peritus arbiter. *Iunxerat inuidia, quos diſiunxerat diſciplina. Hinc iam ſua perdit iura Zelus: iunxit diſiungere conſuetus.*

Matthæi 12. abiit Ieſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere 5. *Matth. 12. v. 1.* ſpicas, & manducare. *Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce Diſcipuli tui faciunt quod non licet facere ſabbatis.* Nimirùm Chriſtus Dominus de induſtriâ in ſabbato per ſegetes vadens, diſcipulos ſuos per ſegetes traduxit. *Quo tempore Diſcipuli in peragrando vellebant ſpicas, eáſque* *S. Athanaſ. homil. de ſemente.*

confrican

Nouã aream Apoſtoli ex manibus faciunt.

confricantes manibus ſuis, edebant: mirè nouam aream ex manibus ſuis facientes, air Athanaſius. Scilicer bona Euchariſtici frumenti area, manus, id eſt, operatio eſt. De quo aliàs forſan. Pergit Athanaſius, & Phariſaicum zelum de ſabbati violatione in tantâ diſcipulorum eſurie, egregiè denotat: *Illi*, inquit, *qui eſum in ſabbato pro crimine obiiciunt, ipſi cædem in Dominum ipſo ſabbato moliuntur: ſemper enim Iudæi culicem percolant, & deglutiunt camelum.* Vidè hîc egregios ſabbatti zelatores, & quàm ambitioſæ inuidiæ inſtigatione zelum religionis obarment.

Phariſæi ſabbati violationem obiiciunt, & in ſabbato cædi Domini moliuntur.

6. Siracides Eccleſiaſtici 48. ita ſcribit de Eliâ zelatore legis acerrimo, & zeli ideâ: Surrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat (alij, vrebat.) Qui induxit in illos famem, & irritantes illum inuidiâ ſuâ

Eccl. 48. v. 3.

pauci facti ſunt. *Verbo Domini continuit cælum*, ne ſcilicet plueret tribus annis, & menſibus ſex. Clauis cæli fit ſermo Eliæ: iubet enim, & clauditur, & durâ fame depopulatur populum impium, factus velut cæli arbiter. Ceterùm pro τὸ *continuit cælum*, Vatablus haber, *inhibuit cælum*; Biblia Complutenſia ſignificantiùs ad rem, *Suſtinuit cælum.* O bonum boni zeli exemplar! Nimirùm dum Eliæ zelus *cælum contine[t]*, ne pluat, ſed fame præuaricatricem gentem affligat & conſumat; ipſe Elias *cælum ſuſtinet*, quaſi Prophetæ humeris totum incumbat. Non alios ferit, & ipſe ſe vulneribus ſubtrahit: zelo ſuo cælum peccatoribus aduerſum faciens, ipſe *ſuſtinet*; benè ſcius de proprio onere, quàm graue onus ipſe aliis imponat

Vatablus.
Bibl. Comp.

Eliæ Zelus dum cælum continet, cælum ipſe ſuſtinet.

§. CCLXX.

Homo negotioſis occupationibus obſeſſus, vnum hominem non agit; Deo euacuatur, ſibi deeſt, neque negotiis par eſt.

1. Seneca de Breu. vitæ cap. 1.

NOn exiguum temporis habemus, ſed multum perdimus. Saris longa vita, & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt, ſi tota benè collocaretur. Sed vbi per luxum ac negligentiam defluit, vbi nulli rei bonæ impenditur, vltimâ demùm neceſſitate cogente, quam ire non intelleximus, tranſiiſſe ſentimus. Ita eſt, non accepimus vitam breuem, ſed facimus, nec inopes eius, ſed prodigi ſumus. Sicut amplæ & regiæ opes vbi ad malum dominum peruenerunt, momento diſſipantur. At quamuis modicæ, ſi bono cuſtodi traditæ ſint, vſu creſcunt. Ita ætas noſtra benè diſponenti multùm patet. O ſibi viuat, qui vni ſibi moritur! Sanè inter omnes conuenit, nullam rem penè exerceri poſſe ab homine occupato, quandoquidèm diſtrictus animus nihil altiùs recipit, ſed omnia velut inculcata reſpuit. Nihil minùs eſt hominis occupati quàm viuere. Quare Auguſtus Cęſar *nõ deſiit quietẽ ſibi precari, vacationẽ à Republicâ petere. Omnis eius ſermo ad hoc ſemper reuolutus eſt, vt ſibi pararet otium. Hic labores ſuos, etiam ſi falſò, dulci tamen oblectabat ſolatio, aliquandò ſe victurum ſibi.* Scilicet nauſeabat ad occupatiſſima negotia, quibus adſuetus, ſi per otium vacaret, forſan non viueret ſibi, ſed ſibi citiùs moreretur. Sic neſcio quo diſſimulatæ ambitionis præſtigio, fa-

Nihil minùs eſt hominis occupati, quàm viuere.

Idem ibi c. 5.

P. Didac. Celada in Ruth.

ſtidioſa occupatiſſimè negotia, mortalium pectora implent! quietis voto viuunt, qui quiete moriuntur; ſecularibus negotiis ſuperpleni, ſe, & Deo vacui.

Exhodi 18 alterâ die ab aduentu Iethro ſoceri, Moyſes ſedit vt iudicaret populum qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperã. Quod cùm vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo: Non bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: *Vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Deus tecum.* &c. Nimirùm tria Iethro animaduertit præpoſtera in politico Moyſis regimine. Populus totâ die manebat propè Moyſen reſponſum eius expectans: dein ipſe nimio labore conſumebatur, cùm par non eſſet tot negotiis dirimendis. Demùm Moyſi negotioſè occupatiſſimo tempus non ſupererat ad conſulendum Deum. Audiendus eſt Auguſtinus qui inibi hâc de re ſic diſſertè philoſophatur. *Verba Iethro dantis conſilium Moyſi conſideranda ſunt. Dicit enim, Nunc itaque audi me, & conſilium dabo tibi, & erit Deus tecum. Vbi mihi videtur ſignificari, nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodò vacuari, quo fit tantò plenior, quantò in ſuperna atque æterna liberiùs extenditur.* Itaque magnus ille Propheta Moyſes amicâ Dei familiaritate prælustris, diuinis colloquiis crebrò aſſuetus, ſic Deo per eius contemplationem imbutus, & quodammodò Diuinitati confinis, vt Deus Pharaonis, à Deo ipſo metuerit nominari. Hic, hic inquam, ſic numine plenus, cùm *vltrà vires negotia* ſuſcipit, tametſi æqua & pia, atque regundo populo neceſſaria, dum *nimis intentum* (vt par erat) *humanis actibus animum* negotioſè gerit, *Deo quodammodò vacuatur.* O! ſic immodicis negotioſè occupationibus piis, ex officio ſuſceptis, & è rei Dei ſuſcipiendis, vel capaciſſimus Moyſis animus Deo quodammodò viduatur? Sic homo iuxtà captum hominis occupatus, Deo plenus; vltrà humanas vires pluribus intentus, ſeipſo, & *Deo quodammodò vacuatur?* Sic occupatiſſima negotia captum humanum implent, vt animus ferè *Deo euacuetur?* O non bonum occupationum commercium? Dei iacturâ occupationes nundinaris, & tibi, ac Deo detrahis, quod negotiis immodicè impenditur. Nec ſibi, nec Deo viuit, qui ſemper aliis negotioſiùs viuit. *Vltrà vires tuas eſt negotium; audi verba mea atque conſilia, & erit Dominus tecum:* nam *nimis intentus humanis actibus animus, Deo quodammodò vacuatur.* O time!

Exhod. 18. v. 18. & 19.

S. Aug. q. 68. in Exhod.

Moyſes Deo plenus, occupationibus obſeſſus quodammodò Deo vacuatur.

Siracides Eccleſiaſtici 11. ſic homines peritè admonet: *Fili ne in multis ſint actus tui: &, ſi diues fueris, non eris immunis à delicto.* Hæc ſententia in Græco textu generatim accipi poteſt: *Fili ne circà multa ſint actus tui: ſi enim multiplicaueris, non eris innocens*; quia in tam multis variè & multipliciter occupatus, pluribus non deficere, numquam contingit. Occupatiſſimus, enim ferè nihil agit, ſed ſatagit. Senſus ergò eſt: Ne in multis curis ac negotiis ſint actus tui, impar enim pluribus peragendis erit humanus captus: nam qui multa iunctim amplectitur, paucula ſtringit: pauca ergò amplectere, cura, & ſtringe; alioqui non eris à delicto immunis, quia non poteris omnibus attendere, & ritè ſatisfa- 3.

Eccli. 11. v. 10.

Græcus.

Homo negotiis occupatiſſimus, ſibi deeſt. alia etiam vituperia conglobantur.

S. Gregor. ex quo Raban. hîc.

cere. S. Gregorius 1. p. Paſtoral. cap. 4. ſic hâc ſuper re ethicè ſcribit: *Sæpè ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa diuerberat: & impar quiſque inuenitur ad ſingula, dum confuſâ mente diuiditur ad multa. Vndè hîc per Sapientiam conſultè dicitur: Fili, ne in multis ſint actus tui: quia videlicet numquam plenè in vniuſcuiuſque operis ratione colligetur, dum mens per diuerſa partitur. Cúmque foràs per inſolentem curam trahitur, à timoris intimi ſoliditate vacuatur, fitque in exteriorum diſpoſitione ſollicitâ, & ſui ſolummodò ignara; ſcit multa cogitare, ſe neſciens: nam cùm plus quàm neceſſè eſt ſe exterioribus implicat, quaſi occupata in itinere obliuiſcitur quò tendebat; ita vt ab ſtudio ſuæ inquiſitionis aliena, ne ipſa quidèm quæ patitur dãna conſideret, & per quanta delinquat, ignoret.* Parco ſolitæ ſententiarum expenſioni, ne rudiori ſtilo Gregorij atteram elegantiã. Procliue cuiquam eſt ſententias ſingulas moraliſſimi ſucci plenas, ethicè emudullare, propinaréq; ad proficuè informãdos mores, quo humano captui impar negotiorum densè tractãdorum, à Republicâ exulet: quod plerumque eſt diſſimulatæ ambitionis arbitrium, quod magnos etiam viros peritâ attẽtione defraudat, & aliis defraudatos, nec ſibi ipſis, nec Deo relinquit, dum eorum mentem denſus occupationum tumultus exhaurit. Bonus hîc ſemper Boozus, ſuperuacua negotia refutans, rei ſuæ ſedulò vacat, totus in

Hic verſ. 9. & 10.

re ruſticâ, & ſollerter in vxoriâ totus. Vndè arduum hereditariæ redemptionis negotium, vnâ dieculâ & peritè tractat, & feliciter abſoluit,

4. 1. Regum 1. *Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana.*

1. Reg. 1. v. 1.

Dicitur Elcana Samuelis pater, *vir vnus*, hoc eſt, vnicè egregius, quaſi vnus è multis, ſingularis; non multiplex animo, & dubio variè corde, aut multiformis. Hic *vir vnus* Elcana, patriam habuit *Rama*, quæ interpretatur *excelſa*, quia in monte ſita, & *Ramatha:* hîc autem dicitur *Ramathaim*, id eſt, duæ Ramæ: eſt enim nomen duale, quia vrbs hæc erat bipartita & bicollis, vt potè in monte bicipiti ſeu bicolli ſita. ita Serarius. Licèt Sanctius putet *Ramathaim* in duali dici hanc vrbem, eò quod vicina eſſet alteri Ramæ, quæ erat in tribu Benjamin, quaſi duæ hæ vrbes ob viciniratem in vnum corpus coaluiſſe videantur. Quare forſân Elcana hîc ethicè dicitur *vir vnus*, ne vel à bicipiti, vel à bicolli patriâ deſciuiſſe ab vnitate, & in multiformem pluralitatem degeneraſſe videatur, de loci genio, qui erat naturaliter à ſe diuiſus, & ad multa plurifariam diſtractus. Porrò Ramatha, ſeu *Ramathaim* appellatur *Sophim*, id eſt *ſpeculantium*, quòd in eâ, vt potè in præalto monte, ſitæ erãt vrbis & regionis totius ſpeculares turres, & in iis ſpeculatorum excubiæ. Lyranus autem ex Hieronymo cenſet, *Ramathaim* fuiſſe oppidum *Speculatorum*, id eſt contemplatiuorum, quòd in eâ quaſi Academiâ reſiderent Prophetæ virique docti ſacrarum Litterarum ſtudio deditì. Vndè Chaldæus vertit: *Fuit vir vnus Ramathæus ex Prophetarum diſcipulis.* Itaque Elcana in academiis Prophetarum benè inſtitutus, Dei, ac ſacrarum Litterarum ſpeculationi ac contemplationi deditus, & ethicâ ſapientiâ prælustris, *vir vnus*, non varius & multiplex, & in varia diuiſus, nominatur: quæ eſt theoricæ ac practicæ ſapientiæ meta. Quare alto ſtilo, &

Serarius. Sanctius.

Lyranus. Dubius Hier. in qq. ſuper l. Reg. Chaldæus.

Præter ſapientẽ nemo vnũ hominẽ agit. Ceteri multiformes ſumus.

conſultiſſimo ſententiæ compendio, Philoſophorum moraliſſimus, velut Chriſtiano cothurno dixit: *Magnam rem puta, Vnum hominem agere; præter ſapientem autem nemo Vnum agit. Ceteri multiformes ſumus.* Profectò non ſicut Elcana eſt *vir vnus*, quiſquis in multa negotiosè partitur. Eſt enim vnus plures; & indè Deo, ſibi, & occupationibus nemo: nam licet in ſe multus ſit, dum in plura quàm par eſt incumbit, & occupatiſſimè diſtrahitur, ſibi ſupereſt; & omnia perfunctoriè libans, ſingulis inidoneus reperitur. Satiùs eſt otioſum eſſe, quàm nihil negotiosè agere. In proprio negotio otioſus eſt, qui totus alienis fruſtrà impenditur. Nemo aliis totus naſcitur, ſibi vni tandem moriturus. Multæ negotiosè occupationes, hominem *multiformem* aut inueniunt, aut faciunt; & & indè ignobiliter à ſe degenerem reddunt. *Magnam rem puta vnum hominem agere; præter ſapientem autem nemo vnum agit. Ceteri multiformes ſumus.*

Senec. epiſt. 111.

Eccleſiaſtici 33. ſic monet Siracides: Dum adhuc ſuperes & aſpiras, inquit, non immutabit te omnis caro. *In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloriâ tuâ.* 5.

Eccli. 33. v. 23. & 24.

Num Sapiens calcar addit ſuperbiæ, quam cognata hominibus ambitio impotenter extimulat? Arrogantiæ, opinor, negotium vel otium eſt, in omnibus ſuis operibus *præcellentiam* ambire. Tigurina Biblia ſic locum excribunt, & excriptione ad rem exponunt: *In omnibus negotiis tuis teneas principatum, vt ne famæ tuæ maculam imprimas.* Dubium non eſt, hîc agi de viro primario, & peritè induſtrio, in quem plura, magni momenti negotia incumbunt, à quo deſidiam excutere ſatagit. Pulchrè inibi Ianſenius, magno vir ingenio ac iudicio: *In omnibus operibus (negotiis) tuis præcellens eſto,* &c. *Poteſt intelligi ſignificari, vt quis in omnibus quæ agere debet præcipuum ſe præſtet, nec aliis potiſſimum committat quæ gerenda ſunt, aut alieno omnia gerat arbitrio, aut vt in agendis agilem & alacrem ſe præbeat, & non torpidum, nec tepidum.* Nec valdè diſſentire videtur ibidèm Cornelius, qui ex Græci proprietate ſic ferè locum exponit: In omnibus *negotiis* tuis eſto ſuperans, excellens, eximius, vt non ſolum magna negotia attentè & ſolerter tractes, ſed mediana quoque ac infima facias exactè, perfectè, & eximiè; ne infamiam aſpergas gloriæ tibi hactenùs partæ, cùm pauca tractabas negotia, in quæ ſedulò poteras incumbere. Nimirùm cùm vnum aut alterum negotium tractabas, principatum in eâ retenens, omnibus longè præcellebas; iam negotioſis occupationibus obrutus, ſic agilis, alacer, ac peritus non audis; quia aut ea perfunctoriè tractas, aut in tui locum alios ſubſtituis, qui tuas vices imperitè obeunt. Quare peritiæ tuæ olim gloria ingloriè denigratur, à ſeipſâ contemptim degener. Ergò à te ablega occupatiſſimum tumultum negotiorum, quibus ritè tractandis par non es. *In omnibus negotiis tuis* (ſicut hactenùs) *teneas principatum, vt ne famæ tuæ maculam imprimas.* O nimis verè!

Tigurina.

Vir occupatiſſimus non iam præcellit in negotiorũ peritiâ.

Ianſenius.

Cornelius.

Digitized by Google

§. CCLXXI.

Principi ac Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit.

1\. *Plato apud Senecam l.1. de Irâ c.16. Nemo benè punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur.*

MOraliſſima Platonis gnome eſt, implantata Senecæ ſententiis: *Nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur.* Reuocari enim præterita non poſſunt, futura prohibentur. Bono publico ſtudeat, qui ſumma tractat, cui vitæ necíſque poteſtas permiſſa eſt. Pereat, ſed qui ſua, ac Reipublicæ intereſt, vt pereat: non quia ſe violatum, aut neglectum publicâ tranſgreſſione cenſet. Hæc, ira eſt, vindicta eſt; iuſtitia non eſt. Nemo in propriâ cauſsâ æquus peritè iudex eſt: quia in re ſuâ caligat ratio. Quin & ratio etiam tandèm perſpicua Iudici, innocentem reum damnat, etiam ſi oculis ingeratur perſpicua veritas, amat & tuetur errorem, coargui non vult, & in malè cœptis, honeſtior illi pertinacia videtur, quàm pœnitentia; & placet pro conſtantiâ rigor. Itaque vellem, ſi fieri potuiſſet, vt iudex ac magiſtratus feriò cenſeat, ſe contemptu legum vnà contemni, violatione ſimul violari, læſione pariter lædi, vt legum cuſtodiæ ſtudioſiùs militet, quaſi vna amborum cauſſa ſit: & tamen cauſſam tractet, non velut ſuam, ſed tamquam alienam, publicam, communem. Tranquillè exaſperetur Iudex alienâ iniuſtè læſurâ, quaſi ipſe in quouis læderetur, violaretur, contemneretur; ac ſi illi peccet, quiſquis in quemlibet iniuſtè peccauerit. O hæc perſuaſio Iudicum pectora altè occupet.

2\. Dauid ille nuper Dei familiaritate nobilis, nunc obſcœno ludibrio adulterij, & infidâ Vriæ cæde fœdatus, in facco ac cinere volutatus, ſupplici prece veniam ſceleris obnixiùs rogat: Ampliùs, inquit, laua me ab iniquitate meâ, & à

Pſal.50.v.6. peccato meo munda me. *Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci.* Inidoneam, opinor, rationem allegare ad veniam videtur. Porrò immeritum Vriam, & de ſe benemeritum, adulterio inceſtauit, & inimicâ cæde cruentauit; quo ergò pacto qui ſic atrociter fuit iniurius in proximum, dicere audet Deo, *Tibi ſoli peccaui?* Imò idcircò aduersùs Deum peccauit, quia Vriam iniuſtè offendit. Sic rex Dauid à peccato cæcutit? an per Regiam dignitatem, iniuriam proximi declinaſſet præſumit? Eleganter Ambroſius in

S.Ambroſ. Apologiâ Dauid, cap. 10. ſic fatur: *Tibi ſoli peccaui. Rex vtique erat: nullis ipſe legibus tenebatur: quia liberi ſunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperij poteſtate.* (Addit ad rem opportunè) *Homini ergò non peccauit, cui non tenebatur obnoxius.* Nimirùm quia Dauid nullius humani Principis leges violauit, à quibus regiâ dignitate exemptus erat; & indè nulli Principi tenebatur obnoxius, dicere audet poſt ſceleroſam Vriæ cædem adulterio exaggeratam, ſoli Deo peccaſſe: quia nullum Principem legis humanæ violatione neglexit: quia nullum humanum legiſlatorem aut magiſtratum ſuo flagitio læſit. Quia ergò Dauid quodammodo nulli homini peccauit, quandoquidèm nulli *tenebatur obnoxius*, Vriâ obſcœnè perempto, vni Deo dicit,

Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit.

Tibi ſoli peccaui. Non quòd in Vriam non peccauerit, illum atrociter perimendo; Sed quia potiùs quàm in proximum læſum, videtur quis peccare in Principem aut magiſtratum, qui eſt legum tutor, iuſtitiæ aſſertor, & ſcelerum vindex; qui legum violatione, & iuſtitiæ læſurâ ſimul violatur ac læditur. Quia ergò Dauid *homini non peccauit, cui non tenebatur obnoxius;* idcircò Deo dicit: *Tibi ſoli peccaui.* Viderint ſupremi, mediani, ac infimi magiſtratus, ſibi valdè peccari, quod in alios iniuſtè peccatur. O, ſi alienas læſiones, tamquam ſuas reputarent, non tam facile tot aliorum offenſas negligerent, & offenſoribus inertet conniuerent! Iudici peccat, qui in alium delinquit.

Matthæi 25. finalis iudicij tabula legitur; & qui dum Angelorum ſatellitio auguſtus, ſedens in maieſtatis ſuæ ſublimiſſimo throno, *Filius hominis* dicitur; cùm ſententiam pronunciat, *Rex* nominatur. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti, &c. eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Et reatum acerbæ damnationis ſubiungit: Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, &c. Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quandò te vidimus eſurientem, aut nudum, aut in carcere? *Tunc reſpondebit illis dicens: Amen dico vobis: Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum.* Voce *quandiu*, vel *quandò* quandò ſignanter denotatur ſtulta hominũ inſipientia, qui cùm ipſi eſſent diuites aut potentes, aut dignitate ſublimes, non reputarunt, pauperem, & imbecillum, & *in carcere* conſtrictum, tamquam ipſum *Regem* & Iudicem Chriſtum, qui non dubiis characteribus in ipſis tranſparebat. Pulchrè Cyprianus ſic præſcriptam ſummi Regis ac Iudicis ſententiam elucidat: *Quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut in carcere? &c. Quid potuit nobis maius Chriſtus edicere? quomodò potuit magis Iuſtitia ac miſericordia noſtra operam prouocare, quàm quòd praſtari id dixit ſibi, quicquid egenti praſtatur & pauperi? vt qui reſpectu fratris in Eccleſiâ non mouetur, vel Chriſti contemplatione moueatur: & qui non cogitat in labore & egeſtate conſeruum, vel Dominum cogitet, in illo ipſo quem deſpicit, conſtitutum.* O, quomodò potuit Dei *Iuſtitia* magis exacerbati & iuſtificari in ſupremi iudicij rigoribus, quàm palàm euulgando, ipſummet Deum Iudicem lædi ſuorum læſuris? quaſi in finali iudicio non tam agat cauſſam *pauperum* præ egeſtate pereuntium, & reorum conſtrictorum *in carcere*, quàm ſuam ipſius cauſſam; ac ſi ipſemet Chriſtus Deus in pauperculo ac inualido immiſericorditer tractato; & in reis *in carcere* detentis, ipſe detineretur, depauperaretur, & incarceraretur. Vndè cùm ſeuerius iudicium exhibet, non tam oppreſſos, quàm ſeipſum vlciſci dicitur. Et quoniam Potentiores in læſione, aut immiſericordiâ, noluerunt aliis *Iuſtitiam* aut *Miſericordiam* tamquam *conſeruis* exhibere, in illis ipſis *Dominum cogitare* cogantur, *Dominum* inquam, ſuam cauſam acerbiùs vindicantem. O ſi homines attentiùs cogitarent, ſe immiſericordibus offenſionibus ſummum omnium Iudicem acerbiùs læſiſſe, qui ſui vltricem iuſtitiam iudicij rigoribus

3\.

Matth. 25. v.45.

S. Cyprian. Tractat. de Eleemoſy.

Qui deſpicit conſeruum, Dominum ac Iudicem in illo cogitet.

P. Didac. Celada in Ruth.

goribus ſeueriùs exercebit. Profectò læſura quæ cœpit in *conſeruo*, conſummatur in *Domino*, omnium Iudice, & ſuæ in aliis læſuræ, hîc in re ſeueriſſimo vindice. *Amen dico vobis: Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis: & qui non cogitat conſeruum, vel Dominum cogitet, in illo ipſo quem deſpicit, conſtitutum.*

4. ad Rom. 2. v. 1. Paullus ad Romanos 2. ita ſcribit: Inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui iudicas. *In quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas.* Nempè inexcuſabilis eſt Iudex, qui alios damnat vi legum ac iurium, quæ probè tenet, auctoritate ſubnixus. Hoc enim ipſo, quòd alterum damnat, & plecti iubet, ſe ipſum condemnat, quod aliorum iudex ac cenſor, iiſdem ſceleribus implicatus deprehendatur. Hæc litteraliſſimè Paullus. *Iudex ne cõmittat, vt eius eruditio ſit mortis armatura.* Sed liceat vſurpare eius verba, & ſenſum accommodatitiè tantillum flectere ad moralem eruditionem, rei præſenti non inidoneam. Quò forſan adludit S. Gregorius Nazianzenus, apud Antonium in Meliſſâ, ſic fatus: *S. Naz. apud Anton. in Meliſſ. l. 2. Serm. 7.* Iudices, inquit, *nolite committere vt veſtra eruditio ſit mortis armatura, ſed iuſtitia.* Subdit tempeſtiuè: *Iudex, rei perſonam ſuſtine, & minus peccabis. Sic fratrem tuum probato, vt ſi ipſe iiſdem rationibus in iudicium vocatus eſſes.* Quaſi dicat: Iudicum eruditio, peritia, & iuriſprudentia, erit iuſtitiæ armatura, non mortis ac ſæuitiæ, niſi *rei perſonam ſuſtineat*: ſicque fratris ſui cauſſam tractet, ac *ſi ipſe eiſdem rationibus in iudicium vocatus eſſet.* *Iudex rei perſonã ſuſtineat. quare?* Si ergò iudex ipſe *rei perſonam ſuſtinet*, ac *ſi ipſe eiſdem rationibus in iudicium vocatus eſſet*; in eo perſpicua foret illa Paulli gnome: O Iudex, *in quo iudicas alterum teipſum condemnas.* Scilicet Iudex reputet ſe in litigatoribus alterum ipſum, & de ſe, ac ſuo ſenſu ac cenſu, illos cenſeat, ac de illis ſentiat. *Iudex, rei perſonam ſuſtineat*; & in illo ſe aut lædentem, aut læſum reputet: *dum nocens abſoluitur, index damnatur.* (Seneca in Prouerb.) O, cauſſam ſuam agit in iudicio Iudex! nec tam iuſtitiæ aſſertor, quàm ſui vltor exiſtit: imò indè ſincerus iuſtitiæ vindex habetur, vndè ſtrenuus ſui vltor eſt: ipſe enim citiùs quàm innocens, nocentis læſione feritur.

5. In hoc cap. 4. Boozus, ſiue is fuerit totius populi ſummus Iudex ac Princeps, vt tradunt Hebræi; ſiue aliquis ex ſuæ vrbis Senatoribus; pauperculæ ac deſolatæ Ruth cauſſam ſedulò tractat, negotioſâ iudicij celeritate. Aduocatis teſtibus, Moabitidis Ruthæ nuptias Propinquiori ritè offert: ille verò exoſum è peregrinâ gente connubium repudiat, ne pauperem atque alienigenam ſuperinducat vxorem, & familiæ ſuæ nomen ſic deleat; conſilio quidèm parùm pio & vtilitati ſuæ nimis attento. Tunc Boozus dixit ad populi ſeniores: Teſtes vos eſtis, quòd
Hic verſ. 10. *Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hereditate ſuâ, ne vocabulum eius de familiâ ſuâ ac fratribus & populo deleatur.* *Sũma Præfecturæ laus eſt, ſua negligere ad aliorum vtilitatem.* Mirum ſanè eſt, & principali laude digniſſimum, quòd Boozus ſui nominis diſpendio, alienum cognati nomen perpetuare maluerit, & familiæ ſuæ iacturâ, ædificare alienam; quo & bonum virum, & principem ac Senatorem ritè adimpleuit. Appoſitè Nazianzenus: (S. Naz. apud Anton. in Meliſſ. l. 2. Serm. 3.) *Hic eſt terminus*, inquit, *cuiuſuis Præfecturæ, vbique ſua negligere ad aliorum vtilitatem.* Bonus princeps Booz, & generoſâ tot Regum ſobole dignus; qui propriâ vtilitate non tangitur, vt aliâ viuaciùs tangeretur. Nihil, niſi quod alienum eſt, ſuum ipſe reputat. Sua negligit, ac ſi forent aliena, qui alieno diſpendio acerbiùs feritur; quæ eſt prælationis benè adminiſtratæ meta. *Hic eſt terminus cuiuſuis Præfecturæ, vbique ſua negligere ad aliorum vtilitatem.*

---

§. CCLXXII.

Quàm ſit arduum, prælustre, ac generoſum, inimicos diligere.

SAnctus Gregorius lib. 5. cap. 2. in 1. lib. Regum, dum agit de beneuolentiâ Samuëlis, erga populum tunc ſibi valdè infenſum, ſic eloquenter ſcribit: Lex, inquit, Moyſi præcipit, dicens: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed & qui Prophetam (Samuëlem inquam) abiiciebant, non amici, ſed inimici extiterant. Quid eſt ergò quòd dicit: Abſit à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis, niſi quia vir ſanctus ad charitatis verticem ſublimatus, non ſolùm diligebat amicos, ſed ipſos etiam amplectebatur inimicos; *Legis quidèm veteris mandato inſtructus, ſed noua gratia fulgoribus illuſtratus, licentiam vetuſtatis Euangelicâ perfectione reprehendit* . . . . . Hinc enim per Euangelium iubemur: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. *Quantum ergò inimici diligendi ſunt, cùm præcipimur; ſi tunc amari potuere, cùm odio haberi iubebantur?* Luculenter ſanè Gregorius. 1. S. Gregor. — *Lex de inimicis diligẽdis, licentiâ vetuſtatis reprehendere dicitur.* — Matth. 5. verſ. 44.

Matthæi 5. de adytis Euangelicæ œconomiæ, hæc noua Chriſti lex auditur: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos: vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Quaſi parum foret, quòd ait S. Leo Magnus de inimicorum dilectione, nempè, *ſi dilectionem Dei & proximi toto corde intentè repererit, ita vt etiam inimicis ſuis eadem velit tribui, quæ ſibi optat impendi, quiſquis huiuſmodi eſt, Deum & rectorem & habitatorem ſui eſſe non dubitet*; plus Euangeliſtæ ductu ac rectione audet S. Cyprianus lib. de Zelo & liuore cap. 5. *Si hominibus*, inquit, *lætum eſt & glorioſum filios habere conſimiles, & tunc magis generaſſe delectat, ſi ad Patrem lineamentis paribus ſoboles ſuſcicina reſpondeat; quantò maior in Deo Patre lætitia eſt, cùm quis ſic ſpiritualiter naſcitur, vt in actibus eius, & laudibus diuina generoſitas prædicetur?* Magna ſanè Dei laus eſt, quòd indifferenti beneficentiâ Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & adæquè pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. In his autem qui de latitudine beneficæ charitatis, inimicos etiam diligunt, illis benefaciunt, & pro ipſis orant, tamquam in verè Dei filiis ſpeciali elogio *diuina generoſitas* ſcintillat, & glorioſè prælucet. Vndè tamquam nuncupatim filios lætantèr agnoſcit: *Diligite inimicos veſtros*, &c. *vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Quid tam nobiliter auguſtum, quàm ſtemma *diuinæ generoſitatis*, quaſi per nobiles Diuinitatis abreptiones, non dubiis in ſe characteribus oſtentare? Ignobile, imbecillum, ac ſordidum putas inimicis cedere, inultam negligere iniuriam, & velut 2. Matth. 5. v. 44. & 45. — S. Leo Serm. 8. in Epiph. cap. 3. — S. Cyprian. — *In diligentibus inimicos, diuina generoſitas filiatione prælucet.*

tini[illegible], illis benefacere; & tunc, tunc quidem [illegible] maximè diuinam præfers *generoſitatem*, & [illegible]o dignam filiationem glorioſè venditas. O hominum iudicia!

3. Matth. 5. v. 39.
Pergit mihi Chriſtus Deus pacatam ergà offenſores beneuolentiam erudiens: *Ego autem*, inquit, *dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſiquis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Quid eſt, Præbe ei & *alteram?* An non explicatiùs dixiſſet, Præbe ei ſiniſtram? Porrò percuſsâ dexterâ maxillâ, nulla alia præter ſiniſtram ſupereſt? At patientia hominis grauiter læſi, ergà offenſorem nil habet ſiniſtrum. Subtiliter ad rem ethicam S. Hieronymus in cap. 41. Ezechielis: Eleganter, inquit, in interioribus templi, & Sanctis Sanctorum non poſuit dexteram, & ſiniſtram, nequid ſiniſtrum in his quæ magna ſunt, & arcana dicere videretur; ſed hinc, atque inde; iuxtà illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: *Qui te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Numquid dicere non potuit: Et ſiniſtram? ſed quandò percutitur dextera, præbetur & altera dextera: quia in ſancto viro vtrumque dextrum, vtrumque perfectum eſt.* Quæ doctrina adeò Hieronymo adridet, vt in Matthæi cap. 5. eam reſcribat: *Secundum myſticos intellectus*, inquit, *percuſſâ dexterâ noſtrâ, non iubemur ſiniſtram præbere, ſed alteram; hoc eſt, alteram dexteram. Iuſtus enim ſiniſtram non habet.* Moraliſſimè quidèm præcauetur, ne percuſsâ colapho dexterâ, ſiniſtram offerat: nam ſiniſtra dum iniuriæ offertur, deſiit eſſe ſiniſtra, nequid ſiniſtrum ergà offenſorem habeat. Quare de beneuolæ patientiæ ſacramento, ſiniſtra in dexteram recuditur; dextrum robur, ac generoſitatem dexteram offenſæ ac offenſoribus exhibendo, quæ eſt myſticè arcana Euangelij œconomia. Aliter ad rem opportunè præſcriptum locum Ambroſius exponit: *Quid tam mirum*, inquit, *quàm percutienti maxillam præbere alteram? Nonne omnis indignantis frangitur impetus, ira ſedatur? nónne fit per patientiam, vt ſuâ ampliùs pœnitentiâ reuerberes verberantem? Ita erit vt iniuriam repellas, & gratiam quæras; ac ſæpè maxima cauſſa amoris exiſtunt, cùm patientia inſolentia gratiâ refertur iniuria.* Quæ morum gnome, ex iam iam dicendis explicatiùs enucleabitur.

S. Hierony. — *Siniſtra tranſit in dexteram, dum offenſoribus vltrò præbetur.* — *Offenſa patienter accepta, offenſoris gratiam quærit.* — S. Ambroſ. l. 5. in Lucam

4. Matth. 5. v. 44.
Matthæi 5. Ego autem dico vobis, ait Chriſtus Dominus: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, &c.* Quam ſententiam ſic elucidat Chryſoſtomus homil. 19. in Epiſt. ad Hebræos: *Dilige igitur inimicum, non enim illi præſtas, ſed tibi. Quomodò? ſimilis efficieris Deo: ille igitur ſi ametur à te, nihil lucratur, à ſeruo quippe dilectus eſt: tu autem ſi dilexeris conſeruum, magnum lucrum facies, & efficieris ſimilis Deo. Vides quia nihil gratia illi præſtas, ſed tibi: ipſum meritum enim non illi, ſed tibi comparas.* Obſerua ſolertiùs quæ ſubtexit verba: *Quid ergò, inquis, ſi ſit malignus? tantò maior erit & merces; & pro malignitate ſuâ debes illi gratiam, non ſecùs, quàm ſi impendiſſet tibi multa millia beneficiorum. Si enim non eſſet valdè malus, neque tibi merces valdè creſceret.* Itaque Chryſoſtomus non tãtùm nos vult ergà malignè offenſores, beneuolos & beneficos; ſed & peruerſo gratos officio. Super quo themate aliàs vbertim.

S. Chryſoſt. — *Peruerſo inimicorum officio grati eſſe debemus.*

5. Siracides Eccleſiaſtici 28. inimicorum concordiam ſic negotiari ſatagit: *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.* Quæ verba ſic exponit Auguſtinus Serm. 181. de Tempore, ita fatus: *Fortè peccauit in te aliquis dimitte illi, veniam à te petenti, ne dum fratri negas miſericordiam, tibi claudas Patris indulgentiam. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, &c.* Auguſtino mirè adſentit Chryſoſtomus homil. 4. in Geneſim: *An fortè*, inquit, *de inimico vlciſci, & eum qui malis te affecit, paribus vel maioribus plecti vis? & quid indè commodi? neque tu aliquid indè vtilitatis habiturus es, ſed propter hoc iudicaberis apud horrendum illud tribunal, ceu qui leges tanti iudicis oblitteraueris, & infregeris.* Et paullò antè præſcripſerat: *Hoc enim nobis potiſſimùm in die illo terribili patrocinabitur, & Redemptio maxima erit peccatorum noſtrorum, ſi ſic affecti fuerimus aduerſus inimicos noſtros.* Ecquis non exhorreſcat tremendum illum iudicij diem, qui de æternitate decernet? Offenſarum autem venia, magnæ fiduciæ conceptaculum eſt, dum parem à Deo veniam fauſtè ominatur: eſt enim iniuriarum indulgentia, *redemptio maxima peccatorum.* Grande profectò amicæ indulgentiæ elogium! Quænam eſt redemptio non ita magna, adſpectu ad quam, dilectio inimicorum, & ergà illos beneficentia, *redemptio maxima* nominatur? profundè quidèm de more Chryſoſtomus.

Eccli. 28. v. 1. & 2. — S. Auguſt. — S. Chryſoſt. — *Offenſarum venia dicitur redemptio maxima peccatorum.*

6. Matth. 7. v. 12.
Matthæi 7. ſic nos admonet Chriſtus: *Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & Prophetæ.* Valdè adlaborant Interpretes, quomodò hæc Chriſti præceptio, totius legis compendium ſit. Sapienter Chryſoſtomus in Pſalm. 5. ita ſcribit: *Quæ vultis vt faciant vobis homines hæc & vos facite ipſis. Non opus eſt multis ſermonibus*, inquit, *neque prolixis legibus, nec variâ doctrinâ, voluntas tua ſit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. Vis miſericordiam conſequi? miſerere proximi. Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis partibus primis potiri? cede illas prius alteri.* Nota quæ ſubdit verba Chryſoſtomus: *Tu ſis index, tu ſis vita tua Legiſlator.* O quàm multa pauciſſimis! Opera tua erga alios velut latæ leges ſunt, quibus tu ſtrictiùs ligaris. Quilibet eſt legiſlator ſibi, dum operibus ſuis alienas aduerſus ſe actiones decernit. Vis tibi miſericordiam? aliorum miſerere. Vis tibi propitium proximum, quem læſiſti? tu etſi læſus, ei propitius eſto. Vis indulgentiam? indulge. Vis veniam? ne ſis inexorabilis offenſarum vltor. *Tu ſis index, tu ſis vita tua legiſlator.* Quâ fronte veniam petit, qui dare neſcit? Bonus Booz ergà hoſtiliter infenſos Moabitas, in Ruthâ largiter beneficus, largiora indè beneficia mutuauit: nec tam Moabitidem, quàm fœcundam *regni matrem* accepit, vt aliàs expendebamus.

S. Chryſoſt. — *Quilibet eſt ſui index, & vita ſua Legiſlator quare?* — Hic verſ. 10.

7. Matth. 5. v. 23. & 24.
Matthæi 5. *Si offers*, inquit, *munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum.* S. Hieronymus lib. 2. aduerſùs Pelagianos, huius præcepti difficultatem mirè exaggerat: *Meæ eſt poteſtatis*, inquit, *vt non habeam aliquid contra fratrem meum; vt autem ille aduerſùs me non habeat,*

S. Hierony.

Digitized by Google

In reconciliatione cum inimicis, propè impoſſibilia Deus mandat.

beat, in illius voluntate conſiſtit. Quid ergò faciam ſi ille reconciliari noluerit? Obſecrè? flectam genua? ſed audire contemnet. An obtorto collo nolentem in tuas amicitias traham? & quæ eſt maior inimicitia, quàm amicitias neceſſitate ſociare? neque enim dixit, Roga eum, vt tibi reconcilietur; ſed, Reconciliare primùm fratri tuo, & ſic offeres munus tuum ad altare. Nota verba quæ ſubdit Hieronymus: *Non quòd impoſſibilia Deus præceperit, ſed in tantum patientiæ culmen aſcendit, vt propè impoſſibilia pro difficultate nimiâ præcepiſſe videatur.* Quid animis Chriſtianis tam generoſum, quàm ad propè impoſſibilia audenter adniti?

§. CCLXXIII.

Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio.

1. VLciſcendi libido negotium curat aut gloriæ, aut malitiæ: ſed mundi gloria vbique vana eſt, & à ſeculari etiam ſapientiâ paſſim eius vapulat vanagloria: malitia autem ſemper Domino otioſa eſt, maximè quæ vindictæ felle dulceſcit, & malo alieno proprium conſolatur. Et ſanè vltio malum duplicat, quod ſemel commiſſum eſt. Quid enim refert inter prouocantem & prouocatum, niſi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, iſte poſterior? Exindè vltio ab iniuriâ, non re, ſed ordine differre putatur Sapientum cenſu. Profectò viri boni eſt ſcire pati, non facere iniuriam. Imò & ad pietatis Chriſtianæ redundantiam, vir eximiè perfectus, patientiæ bono in offenſis non contentus, iniurias beneficiis remetiri ſatagit inuerſo gratus officio; quæ eſt Chriſtianæ benignitatis meta. Egregiè Chriſtiana illa virgo ſanctitate præluſtris apud Taulerum, moriens interrogata, quomodo ad tantam ſanctitatem perueniſſet? tempeſtiuè reſpondit: *Iis à quibus læſa fui, beneficium ſingulare rependi, quod non feciſſem, niſi læſa ab eis fuiſſem.* Ecce ſublimiſſimæ ſanctitatis aſpectabile notamentum, & adipiſcendæ perfectionis illuſtre compendium. Imitare.

Pro iniuriis beneficia rependere, perfectionis compendium eſt.

Taulerus in Inſtit. c. 31.

2. Lucæ 18. hanc parabolam Chriſtus propoſuit: Duo homines aſcenderunt in templum orare: vnus Phariſæus, & alter publicanus. *Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus.* ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium, quæ poſſideo. Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. *Dico vobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.* id eſt, præ illo. Alij legunt, *ad illum*, ſcilicet collatus & comparatus. Syrus, *magis*, vel *potiùs quàm ille.* Nimirùm quia Publicanus per veram humilitatem, & pœnitentiam, imò & patientiam iuſtificatus eſt. Phariſæus verò per ſuam fictam & ſuperbam orationem, & faſtum contumelioſum aduerſus Publicanum, magis peccatis inquinatus euaſit. Sanè Publicanus contumeliam ſibi illatam à Phariſæo diſſimulat, quin & agnoſcit; & confitetur, & patienti taciturnitate tolerat. Quâ de re ſic eloquenter Chryſoſtomus philoſophatur: *At Publicanus*, inquit, *procùl ſtans non regeſſit contumeliam, neque viciſſim dicit conuitium. Non protulit iſta vulgaria verba: Tune audes mea facta reprehendere? An non ſum te melior? referam tua peccata, faxòque ne vnquam in hæc ſacra conſcendas atria.* (Attende ad verba quæ ſubtexit, ad rem opportuna) *Accepit probrum, & abluit probrum; agnouit peccata, & depoſuit peccata, & criminum accuſatio facta eſt illi criminum remiſſio, & hoſtis inſciens factus eſt beneficus.* (ô bellè!) *Quot labores erant Publicano ſubeundi, ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona ſua egenis impertiendo, longo tempore in ſacco & cinere ſedendo, vt illa tam multa peccata poſſet deponere. At nunc cùm nihil tale fecerit, ſimplici verbo omnem depoſuit iniquitatem, ac probra, conuitiáque Phariſæi, qui videbatur illum contumeliâ afficere, pepererunt iuſtitiæ coronam; idque ſine ſudoribus, ſine laboribus, & abſque longi temporis morâ.* Longiuſculè quidèm; ſed quid omitterem? Ecce tibi hoſtis inſciens Phariſæus, dum inopinato faſtu Publicanum vellicat, maledictis impetit, & contumeliis onerat, factus eſt inſigniter *beneficus*, & coronâ iuſtitiæ illum è peruerſo inſigniuit. Vndè Publicanus *iuſtificatus ab illo*, debitas illi gratias linguatò iniuriarum ſilentio rependit, inuerſo gratus officio.

Lucæ 18. v. 14. Græcus. Syrus.

S. Chryſ. hom. 2. de Dauide & Saüle.

Publicanus in Phariſæ è peruerſo beneficum, gratus eſt.

3. Matthæi 5. *Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſùm vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate*, &c. Eleganter S. Cyprianus lib. 4. epiſt. 6. ad Tibaritanos: *Gaudere & exultare nos voluit in perſecutione Dominus, quia quandò perſecutiones fiunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc martyribus patent cæli.* Pergit idem Cyprianus in Exhortat. ad martyr. Hoc (martyrium inquam) *eſt Baptiſma in gratiâ maius, in poteſtate ſublimius, in honore pretioſius, in quo Angeli baptizant* (an Tyrannos ac carnifices vocat Angelos?) *Baptiſma poſt quod nemo iam peccat: Baptiſma, quod fidei noſtræ incrementa conſummat: Baptiſma, quod nos de mundo recedentes, ſtatim Deo copulat.* Qui ſic gaudent & exultant, quia de inimicâ perſequentium hoſtilitate, coronis gratiæ ac gloriæ inſigniuntur, quo pacto illis ſuccenſeant? quomodo non illis beneuolentiam ac beneficentiam exhibeant? Appoſitè Tertullianus in Apolog. cap 50 Illa ipſa Martyrum obſtinatio, quam exprobratis, magiſtra eſt. Quis enim non contemplatione eius concutitur, ad inquirendum quid intùs in re ſit? quis non vbi requiſiuit, accedit? *vbi acceſſit, pati exoptat, vt totam Dei gratiam redimat?.... indè eſt quòd ibidèm ſententiis veſtris gratias agimus, vt eſt æmulatio diuinæ rei & humanæ: cùm damnamur à vobis, à Deo abſoluimur.* Hem! character eſt Chriſtianiſmi, quòd ſit peruerſo gratus officio. Nec mirum, tot enim coronas fabricat hoſtilis inimicitia, tot elogia cumulat, tot gratias conſummat, tot glorias coronat: indè inimicis perſecutoribus *gratias agit, vt eſt æmulatio diuinæ rei & humanæ.*

Matth. 5. v. 11. & 12. S. Cyprian.

Poteſtne inimicus perſecutor, Angelus appellari?

Chriſtianiſmi character eſt quòd inimicis perſecutoribus gratias agit.

Tertull.

4. Pſalmo 40. ſic de inimicis ſuis Propheta, vel potiùs Chriſtus conqueritur: Aduersùm me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduersùm me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum conſtituerunt contra me: *Numquid qui dormit, non adjiciet vt reſurgat?* quaſi ſatis non fuerit, ab inimicâ

Digitized by Google

inimicâ eorum hoſtilitate, paſſionem ac mortem pertuliſſe, meam etiam Reſurrectionem obſcurare, ac impedire præſumunt. *Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis.* Multiplex ſuppetebat titulus, quem ad deprecandam reſurrectionem ſuam Chriſtus Deus apud Deum Patrem allegaret: at quia Iudaica hoſtilitas ſatagebat reſurrectionem obnubilare, ac pernegare, reſurrectionem ſuam expetit Chriſtus, vt *eis retribuat.* Et quæ eſt hæc retributio, ad quam ſe reſurgere obnixiùs poſtulabat? Pulchtè inibi Heſychius: *Miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis. Non quòd quia mortem ab ipſis ſit paſſus, vindictam eis referre velit, hoc dicit: ipſe enim crucis tempore dixit: Pater dimitte illis peccatum.* Accinunt Heſychio Græci Patres in Commentario: *Hæc à naturâ aſſumptâ dicta ſunt, in quâ etiam fuit paſſio..... Illud igitur Reſuſcita, humanitati; illud verò, Retribuam eis, ſcilicet inimicis, diuinitati conuenit.* Quâ ſuper re audiendus eſt etiam inibi Chryſoſtomus: *Exiſtimabat Diabolus, quòd etiam ſi Chriſtus mundum per crucem ſeruaſſet; at eos quidèm certe qui ipſum crucifixerant, perderet: ille autem non perdidit; ſed etiam eorum aliquos Eccleſiæ primitias acquiſiuit.* (Hanc huius loci expenſionem alibi datam, hîc perſtrinxiſſe, & Patrum auctoritate locupletaſſe iuuat) Nempè Iudæi meum corpus dirâ paſſione, & crudeli morte affecerunt: ergò meum corpus *reſuſcita*, vt interim non ſolo animo, ſed corpore etiam illis largiùs benefaciam.

Pſal. 40. v. 11.
Chriſtus expetit reſurrectionem ſuã, vt crucifigentibus benefaciat?
Heſychius in Catenâ.
Græci Patr.
S. Chryſoſt.

5\. 1. Regum 24. aſſumens Saül tria millia electorum virorum, perrexit ad inueſtigandum Dauid & *viros eius*, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perui æ ſunt. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti. eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant. Et dixerunt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies, de quâ locutus eſt Dominus ad te: Ego tradam tibi *inimicum tuum*, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. Dixitque ad viros ſuos: Propitius ſit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo, Chriſto Domini. *Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos vt conſurgerent in Saül.* Hanc Dauidis erga inimiciſſimum Saülem beneficentiam, & beneuolentiæ exundantiam multimodè expendit Chryſoſtomus homil. 2. de Dauid & Saüle, ita ſcribens: Cùm hiſtoriæ ſcriptor commemoraſſet verba, quibus Dauid abhorruit à cæde, ſubiecit: *Non permiſit illis vt ſurgerent & occiderent Saül:* ſimul & illorum animos ad cædem promptos, & huius fortitudinem demonſtrare volens. *At Dauid perindè ac ſi depoſitum ac pignus aliquod ſuæ fidei concreditum accepiſſet, pro quo rationem foret redditurus, ita non tantùm ipſe non attigit inimicum, verùm etiam alios occidere volentes coërcuit, ſatelles optimus & corporis cuſtos pro hoſte factus. Itaque nequaquam aberrarit à vero, qui dicat, Dauidem id temporis in grauius incidiſſe diſcrimen, quàm ipſum Saülem.* Porrò vt homil. præcedenti ipſe Chryſoſtomus eloquẽter ponderauerat Saüli non modo aduerſus ipſum Dauidem erat prælium, ſed etiam aduerſus *viros eius.* Etenim ſi voluiſſet Dauid animo moderari, ac parcere ei qui læſerat, conſentaneum erat vt illos metueret, ne fortè ipſum contrucidarent in ſpeluncâ, tamquam qui illorum ſalutem prodidiſſet, exitiúmque attuliſſet, ac publicum ipſorum hoſtem ſeruaſſet. Probabile enim eſt illorum vnumquemque dolore percitum, hæc ſuo cum animo dicturos fuiſſe: Errones exuléſque facti ſumus, domo, patriâ, ceteríſque omnibus excuſſi, omniúmque difficultatum tuarum conſortes ſumus. Et tu eum qui horum malorum tibi eſt auctor, in manus tuas traditum, cogitas dimittere, ne nobis vnquam liceat ab his calamitatibus reſpirare, ac proditis amicis hoſtem ſeruare ſtudes? Quare addit Chryſoſtomus, *Ne dicas id quod accidit* (hoc eſt, quam exhibuit Dauid Saüli inimiciſſimo beneuolentiâ) *non fuiſſe philoſophiam, ſed ſtuporem.* Quaſi ſtupori quodammodò confine fuerit, quòd non ſolùm Dauid, *ſatelles optimus & corporis cuſtos pro hoſte fieret*; ſed quòd certum inſenſiſſimi hoſtis periculum, grauiori ſui diſcrimine redemerit, & ad certiora exinceps pericula ſeruauerit. Ecce tibi Dauidis curam erga hominis inimiciſſimi vitam. Quanta autem Dauidi cura fuerit de honore Saülis, ex ſupra ſcriptis verbis liquidò conſtat: *Propitius,* inquit, *ſit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo, Chriſto Domini.* quaſi ab hoſtilitate, inimicæ vitæ, ac honoris curam mutuet, & augeat. Quò, in hoc etiam Dauid, Chriſti vmbra micantiùs appareat: de Chriſto enim idem Chryſoſtomus ita ſcribit: *Quantòque magis ſe Iudaicus populus ignominiâ & probris inſectabatur, eò maiori ſibi curæ fuit, & honori.* Sic etiam, quò magis Boozum dehoneſtauerat Elimelech, & fugâ ex Iudæâ in Moabitidem, & connubio cum inimicâ gente, eò intentiùs ſatagit de excitandæ prolis honore illi tribuendo: quod alter conſanguineus ſeuerè recuſauit..

1\. Reg. 24. v. 8.
Dauid fuit velut ſatelle Saülis & corporis cuſtos.
S. Chryſoſt.
Sũma Dauidis erga Saülem beneficentia ſtupor à quibuſdã putatur.
6\.
Chriſtus perſecutores ſuos nouo auxit honore.
S. Chryſ. Ser.
Quod diligamus omnes etiam perſequentes.
Hîc verſ. 10.

§. CCLXXIV.

Reciproca rerum inter ſeſe fauentia, perfectionem, complementum, fœcunditatem, & robur ipſis fœnerat.

Sapientis cuiuſpiam opinatiſſima vox eſt. *Auxilia humilia, firma conſenſus facit.* Porrò Marcus Agrippa ingentis animi vir, qui vel in ciuili bello felix in publicum fuit, dicere ſolebat, multum ſe huic debere ſententiæ: *Concordiâ parua res creſcunt, diſcordiâ maxima dilabuntur. Hâc ſe aiebat & fratrem & amicum optimum factum.* Sanè neſcit eſſe frater aut amicus qui auxilio eſſe aliis ignorat. Pulchrè Romanus ille orator poſt Tullium primus: *Quid eſt aliud fraternitas, quàm diuiſus Spiritus?* Quaſi fraterna concordia ſit Spiritus vnus plures, dum eadem mens, ratio, voluntas in multis concinnè peregrinatur; & miriſſimo pulchræ fauentiæ concentu, quilibet, quin à ſe exulet, alterius redditur inquilinus ope viciſſim auxiliari.

1\.
Publ. Mim. in Prouerb.
Senec. epiſt. 95.
Fraternitas eſt diuiſus ſpiritus.
Quintil. de. 321.

2\. Geneſeos 2. poſt ſextidui opificium, quo cuncta primò in lucem prodierunt, ſubdit ſacer Hiſtoricus: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.* Vetus ſanè apud Expoſitores litigium, quo pacto hæc dies diuinæ

Gen. 2. v. 1. & 2.

diuinæ quieti deſtinata *perfecerit* ac *compleuerit* reliquorum dierum opera, & ſeorſim *bona*, & iunctim *valdè bona*. Porrò ſi reliquorum dierum opus, poſt attentiſſimum diuinæ perſpicaciæ examen, *bonum* linguatâ oculorum Dei voce meruit appellari: & indè cuncta ſimul opera, *valdè bona* à diuino opifice nominantur, quid eſt, quod nunc *perficiat*, elimet, expoliat, *compleat*? Aliquid profectò in eo deſideratur, cui quod *perficiatur* ac *compleatur*, deeſt. In extricando hoc dubio, adhuc literaliſſimis Doctoribus enodatu perarduum, valdè ſudat eorum induſtria, cùm vtrúmque ex altero redarguitur, aut non fuiſſe *valdè bonum*, quod cum *ornatu* etiam ſuo *perficitur* & *completur*; aut quod *perfectionis* & *completionis* adhuc indignum erat, immeritò *valdè bonum* appellari. Verùm enimuerò belliſſimè ad thema præſens, hanc nouam *perfectionem*, & *complementum* Dionyſius Carthuſianus expoſuit, ſic indidèm fatus: *Igitur perfecti ſunt celi & terra* &c. *Mundus*, inquiens, *appellatur perfectus inquantum partes & ſpecies ad ſuam integritatem & ordinem pertientes, cæperunt operationes ſibi conuenientes exercere, propter quas exercendas conſtituta fuerant.* (Pende quod confeſtim addit) *Sic dicitur Deus ſeptimo die opus ſuum compleſſe, quoniam ſeptimo die cæperunt opera ſex dierum generaliter exercere actus congruos ſibi, & ininuicem agere, atque ſimilia propagare.* Non expendo hìc, rem alioqui valdè bonam *perfici* ac *compleri* tunc, tunc quidèm dici cùm operari incipit; quaſi non tam à congenitâ bonitate, quàm à congruâ operatione; conſummatam *perfectionem*, & perfectiùs *complementum* mutuetur. Nunc autem attentiùs nota ad præſentem theſim quod res alioqui *valde bona*, tunc vel maximè dicuntur cum *omni ornatu ſuo perfici*, & conſummatâ perfectione *compleri*; quandò *cæperunt exercere actus congruos ſibi, & ininuicem agere, atque ſimilia propagare.* Nempè poſt ſextiduum primæuæ creationis, cùm terra aquarum vdore madefacta, congruo Solis calore fœcunda, & adiuta cæleſtium influxuum ſubſidio, metalla conflat, herbas nutrit, edules arborum fructus abundè proferr ad gratum oculorum, & neceſſarium ventris paſtum: cùm exanimales naturæ de elementorum concordi beneficentiâ ſe latè propagant cùm animantes de cognatâ maris ac femellæ concordiâ, non citra cæleſtium influxuum, & vicinum elementorum ſubſidium, mutuo rerum fœdere, & operationum commercio, ſingulas ſpecies temporali generatione perpetuare præſumunt; tunc, tunc inquam de huiuſmodi operationum fœdere, & alternante viciſſim cauſſarum commercio, & *perfectionem*, & *complementum* fœnerari dicuntur. Hactenùs res inactuoſæ, & propriâ ſui bonitate contentæ, *valdè bona* ſunt; dum autem *incipiunt ininuicem agere; atque ſimilia propagare*, iam de fæcundè actuoſo mutuæ ininuicem operationis fœdere, & conſummatè *perfecta*, & perfectè *completa* nominantur. Vide hìc quale ſit perfectionis elogium, mutuo beneficentiæ commercio ad congrua ininuicem ſubſidia copulari. Sed hic locus aliàs aliorsùm adhuc emedullatur ad fœcundiorem ethicè eruditionem.

Res in ſe valdè bona, cùm benefico ininuicem cõmercio ad opus fœderãtur, perfici & compleri dicuntur.

Carthuſian.

Res dicitur perfecta, cùm operari incipit.

3\. Propheta regius in Pſalmo 1. ſic pangit: Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.... ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. *Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet.... Non ſic impij, non non ſic: ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ.* Non valdè hactenùs laborarũt Cõmentarores, vt exponant vim huius antitheſeos inter piũ & impium. Porrò vir pius dicitur tamquam arbor largiùs irrigata, & indè frondibus virens, floribus læta, fructibus tempeſtiuè fœcunda. Econtrariò impius aſſimilatur leui ac vago pulueri, quem ventus diſſipat, & velut inconſtanter inutilem facilè perdit. Quid etiam ex diuerſo, ineſt ſicco vagè pulueri, quod cum arbore vberiùs irrigatâ conferri poſſit, vt contrariam antitheſeos vim poſſit explere? Hæc ſanè piorum impiorumque elogia, diſparata potiùs quàm concinnè oppoſita cenſeas. Verùm Græci Patres indidem apud Corderium in Catenâ, huiuſmodi elogiorum antitheſim his verbis ſapienter produnt: *Non ſic impij non ſic: ſed tamquam puluis &c. Iſti autem exemplo viri qui beatus prædicandus eſt, contraria hìc de impio ſimilitudo proponitur. Illic enim aqua ponitur, quæ ſuâpte naturâ refocillet animam beatam, & ad fœcunditatem excitet; hìc verò puluis & ventus. Fertur enim & diſſipatur ſimili ſimile:* (Non hìc enucleo hanc ſententiam expenſione digniſſimam, vt properantiùs feſtinem ad ea, quæ opportunè ſubduntur) *Nam impius ſimilis fit pulueri, cùm nihil habeat boni humoris, quod ipſum contineat & conſtringat, ne facilè rerum euentibus diſtrahatur; ſed agitur & circumfertur in aleâ hominum, &c.* Ecce tibi concinnam antitheſeos energiam rei præſenti peridoneam. Porrò vir bonus ac pius proponitur ſimilis arbori plantatæ in terrâ aquis abundè irrigatâ & ab irriguæ vdore ſolidiùs, concretâ ac conſtipatâ; ita vt & terræ elementum humoris beneficio ſibi cohæreat aquis infuſum, & arboris radicibus profundè adhærens, & velut coalitum ac coünitum radicum fibris, tanquam tria vnum ſit, terra, aqua, & arboris radix, vndè frondium virorem, nitentem florum gratiam, & vberem fructuum fœcunditatem fœnerat fertili abundè prouentu. *Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ:* puluis enim, ſiquidèm nec alteri, nec ſibi ipſi cohærens, nullo nec ſocietatis, neque operationis commercio aliis fœderatur: & indè ſibi aliiſque inutilis, fruſtrà ſuperſtes, nec ſibi ipſi nec ceteris proficuus, quaſi mundo inaniter ſuperfluus, & oneri potiùs quàm ſubſidio, facilè obuiis ventis diſſipatur, confunditur, euaneſcit, ac periit: *cùm nihil habeat boni humoris. quod ipſum conſtringat*, ſibi adglutinet, & benefico operationis commercio aliis coüniat. Quarè *agitur & circumfertur aleâ hominum*, (Alibi forſan adnotabitur, & expendetur eccur frequens populus, *alea hominum* nominetur: alearum enim ludus, nimis præceps eſt, & egeſtatis fœcundus.)

Pſal. 1. v. 3. & 4.

Puluis cohærentia neſcius, impiũ aliis inutilẽ adumbrat.

Græci Patres apud Corderij Caten. in huius verſ. Comment.

Simili ſimile diſſipatur.

Frequens populus dicitur alea hominum.

Exhodi 32. longum diu ſermonem in monte Moyſes diu cum Deo traxerat. Interim populus à verâ religione infidè deſciſcens, Idola quæ colat, ſacrilegus finxit. Iratus impio ſcelere Deus ſtrages ſeuerè minatur, & idololatræ gentis excidium. Tunc Moyſes maioris beneuolentiæ ac beneficentiæ igniculo ardens peccatori populo 4.

ſeſe

Digitized by Google

Exhod. 32. v. 31. ſeſe arctiùs adglutinat, ſic Deum fatus: *Aut dimitte ei hanc noxam; aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti* S. Bernardus expendens hanc Moyſis erga ſuos charitatem, quâ ſuo periculo periculum alienum redimere ſatagit, quantum ſic precando potuerit, & quàm immetatè

S Bernard. epiſt. 78. eualuerit, his verbis ediſſerit: *Denique & ſe obiiciens pro delinquentibus, ait: Si dimittis, dimitte; ſin autem dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Fidelis aduocatus, qui quoniam non quærit quæ ſua ſunt, facilè obtinet omne quod quæ it. Planè benignus qui tamquam caput vnitum membris, genti ſuæ firmâ charitate cohærens, aut illam ſaluabit ſecum, aut non poteſt niſi idem cum illis ſubire periculum.* Vide hîc pulchras fraternæ charitatis vires, vel ex diuerſo auxiliares. Suæ genti enormiter peccatrici, & iam propè perituræ, Moyſes *firmâ charitate* tunc *cohæret*, & tamquam caput ſe ſe ſtrictiùs membris coünit, vt idem cum illis periculum ſubeat: indè autem robuſtiores aſſumit vires, beneuolę charitatis commercio, vndè credi poterant imminutæ, de arctiore ad ſuos iam periclitantes vinculo. Et quaſi à perituro iam populo robur deprecandi mutuaret, *facilè obtinet omne quod quærit.* Num Moyſes diuinâ familiaritate opinatiſſimus, non quia intimus Dei familiaris eſt; ſed quia *genti ſuæ*, etiam tunc enormiter peccatrici, *firmâ charitate cohæret tamquam caput vnitum membris*, vel itatum Deum placauit, & enormioris piaculi veniam *facilè obtinuit*? O grande fraternæ charitatis elogium!

Moyſes genti ſuæ peccatrici cohærens, Dei veniam facilè obtinuit.

5. Salomon Prouerb. cap. 18. hâc gnome fraterna mutuò auxilia ſuadet: *Frater*, inquit, *qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma; & iudicia quaſi vectes vrbium.* (Alibi latiùs expendebamus, quomodò plures tranſlationes pro τὸ *adiuuatur*, habeant, *rebellat*, ac ſi rebellione fratrem adiuuet) Lxx. interpretes ſic excribunt: *Frater à fratre adiutus, quaſi vrbs munita & excelſa.* S. Cyprianus ad hunc locum adludens, ita ſcribit: *Frater fratrem adiuuans, exaltabitur ſicut ciuitas magna. Videlicet quod munimentum animæ dimicanti fraterna compaſſio ferat, variiſque mentis afflictæ pulſibus quaſi murus obſiſtat.* Ecce tibi fraternitas fraternitati auxiliatis, dicitur *ciuitas magna, firma, munita, excelſa.* quaſi reciproca fratrum inter ſe fauentia, ſit præclarum vrbis munimentum, quòd illam & munitiſſimam, & nominatiſſimam facit. Nunc conciuis, & propinquitate *frater* Mahalon, in Ruthâ *adiuuatur* à Boozo, vt *fratris* excitet ſemen in vrbe Bethlehem. Quare ciuitatis ſeniores, hæc illi adprecantur: *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſraël: vt ſit exemplum virtutis in Ephratâ, & habeat celebre nomen in Bethlehem.* Quod abundè præſtitit in Dauide pronepote, à quo vrbecula Bethlehem, *ciuitas magna, firma munita, & excelſa* facta eſt, & *ciuitas Dauid* cognominata.

Prou. 18. v. 19.

Lxx. interp. S. Cyp. apud Cor. ibi Fides auctorē appellet.

Frater à fratre adiutus eſt vrbs munita, magna, & excelſa.

Hic verſ. 11.

§. CCLXXV.

Improbitas prædicantis, Euangelium vituperat; probitas verò, non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt.

GRande virtuti ſuadendæ tibi adminiculum præſtabit, ſpectata in alio virtus. Age, nolis. Nolentem etiam blandè allicit, & modeſtus contubernalis modeſtiam ſuam ſenſim allinit; & virtus per oculos ibit in mores, arcanâ ſuadelæ emphaſi. Manent reliquiæ virtutis in ſpectatoribus, quas afflat exemplum, dum ſuæ imitationis igniculum tacitè ingerit. Tacet diſerta linguæ facundia, dum morum elegantia loquitur. Loquitur Philoſophus dum videtur; Rethor dum auditur, tacet. Alget in ore virtus, quam non fouet pectus. *Lucerna* (ait Gregorius) *quæ in ſemetipſâ non ardet; eam rem, cui ſupponitur, non accendit: hinc enim de Ioanne Veritas dicit: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Ardens videlicet per cæleſte deſiderium, lucens per verbum. Vt ergò ſeruetur veritas prædicandi, teneatur neceſſè eſt altitudo viuendi.* Proh! neceſſè eſt vt teneatur altitudo viuendi, *vt ſeruetur veritas prædicandi*. An Prædicator qui benè non viuit, veritatem non prædicat? Veritatem quidèm prædicat; non autem verè, ſed falsò prædicat: nam quod ore affirmat, opere diffitetur. Falsatâ fide dicit, quod moribus contradicit. Itaque Concionator qui malè viuit, quodammodò mentitur Euangelium & ipſam veritatem mentitur: quia dum verbis vera proponit, operum linguâ damnat. Baſil. Seleuc. Sed oportet ſic *damnatum tenere Euangelium*, vt aliàs è Seleucienſi Baſilio tradebamus. 1.

S. Greg. homil. 11. in Ezech. Ioan. 5. v. 35.

Vt ſeruetur veritas prædicandi, teneatur altitudo viuēdi.

Matthæi 5. poſtquam Chriſtus Deus ſuos Diſcipulos ſalis ac Solis elogio, Prædicatores mundi inaugurauit, quaſi eorum ori Euangelium crediderit; operum ſuffragium ad hominum credulitatem expoſcit, ſic aiens: *Qui ergò ſoluerit vnum de mandatis, iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Senſus eſt: Ecce nunc vos conſtitui Euangelij mei Prædicatores: iam ergò ſollerter cauete, ne vel vnum traditæ legis nouæ apicem ſolueritis, & ſic ſoluendo, alios doceatis vt non ſoluant, ſed ſeruent nouam legem, ſeu Euangelium: nam qui ſecùs faxit, minimus vocabitur in regno cælorum. Vndè aduerſatiuam ſubdit: *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Ita hunc locum exponit Auguſtinus Tract. 6. in Epiſt. Ioannis, & tandem concludit, cur tanto ſupplicio mulctetur, qui Euangelium opere non implens, ore docet: *Quid nos docet, niſi vt facta interrogemus, non verbo credamus?* Scilicet ore merum Euangelium prædicat, cùm opere aduerſetur Euangelio; & tunc auditores facta interrogant, quæ dum clarâ operis voce, contraria Euangelio reſpondeant, & intuentium oculis loquantur; indè fit, vt dum *facta interrogant, verbo non credant.* Itaque non bona Prædicatoris vita, Euangelij non credendi lenocinium eſt, imò & eloquentior ſuadela. Aliter præſcriptum Matthæi locum exponit S. Gregorius 2.

Matt. 5. v. 19.

Concionatoris qui dicit, & non facit, opera interrogentur.

S. Auguſt.

Digitized by Google

S. Gregor.

S Gregorius homil. 12. in Euangelia: *Doctor*, inquit, *qui mandatum ſoluerit, minimus vocatur; quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.* Conſultiſſimè Prædicator & Doctor, qui mandata ſoluit, & ſic mandata ſoluens, præceptorum obſeruationem prædicat, *Minimus* vocatur in Eccleſiâ, & hoc nomine contemptim tractatur, tamquam contempti Euangelij reus; *quia cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.* Heu improbi Prædicatorum mores, Euangelium *contemptibile* reddunt! O deſiſtant prædicare Euangelium, quod dum prædicant, è peruerſo damnant! Infortunata eſt veritas, quam prædicantis mores proſtituunt, & oſtentui exponunt.

Improba Prædicatoris vita, cōtemptibile reddit Euangeliū?

3. Lucæ 6. exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei: & cùm dies factus eſſet, vocauit Diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit. Simonem, quem cognominauit Petrum, &c. *& Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor.* Elegit etiam Iudam Iſcariotē, vt qui tunc bonus erat, oſtendens ſe bonum recipere, donec malus efficiatur; & quamquam præcognoſcat quod futurum eſt, non tamen obfuturam prauitatē eum abiicit, qui nunc bonus, ſed propter virtutem præſentem ſibi familiarem facit illum etiam, qui malus futurus eſt. Itaque Chriſtus Deus ſuſceperat hominis fragilitatem, & ideò nec has partes recuſauit infirmitatis humanæ; voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu ſi à ſocio deſertus, ſi à ſocio proditus fueris, moderatè feras, tuum erraſſe iudicium, periiſſe beneficium. Pergit Ambroſius lib. 5. in Lucam, & aliam eligendi Iudæ rationem luculenter excribit: *Eligitur & Iudas*, inquit, *non per imprudentiam, ſed per prouidentiam. Quanta eſt veritas, quam nec aduerſarius miniſter infirmat?* Sat eſto hîc reſcripſiſſe hunc locum, quem forſan alibi elucidatione perſtrinximus.

Luc. 6. v. 16.

Quo pacto per reprobos Iudæ mores, Euangelij veritas comprobatur.

S. Ambroſ.

4. Matthæi 5. vbi Chriſtus Deus Diſcipulos ſuos Euangelicæ prædicationi deſtinauit, lux mundi appellantur, & ſubditur: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* quaſi electior Prædicatorum portio, opere potiùs, quàm ore conſtet, quæ potiorem prædicationis fructum in Dei gloriam abundè reuerberet. Sanè bona Prædicatoris exiſtimatio, & laudatior virtutis fama potior prædicationis ſupellex eſt, & eloquentiùs ſuadendi arbitrium, morum eloquentia, ſuadelæ emphaſis eſt, & diuinæ gloriæ publicandæ lenocinium. S. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſt. 142. præſcripta Euangelij verba Prædicatoribus dicta, ad hunc modū exponit: *Luceat lux veſtra coràm hominibus*, &c. *Quæ quidèm verba non eò tendunt, vt ad ambitionem vitam noſtram, ac ſtudia referamus; abſit: hanc enim vbique funditùs euellit, dum iubet, vt nec precationem, nec eleemoſynam promulgemus; verùm operam demus, vt ne quid eius, quod factum fuerit, altera manus reſciſcat; verùm vt nemini iuſtam offenſionis anſam porrigamus.* Intentiùs expende quæ ſubiicit verba: *Ad hunc enim modum, inuitis etiam nobis, actionum noſtrarum ſplendor intuentium oculos perſtringet, atque ad diuina gloria Prædicationē conuertet.* Vide quantus ſit ad perſuadendum vigor, qui in operibus elucet, vt Prædicatoris vita Euangelio impreſſa, aut cuius vitæ ac moribus impreſſum eſt Euangelium, ſic Euangelij doctrinam intuentium moribus ſpiret, Deíque gloriam Euangelio impreſſam afflet; vt non tantùm volente idque intendente Prædicatore eueniat; ſed etiam vel nolente, *inuito*, & reluctante. Magna ſanè & exudans virtus eſt, quæ etiam à nolente vbertim ſuperfluit, & in ſpectatores diffunditur. Veritas in ore facundo, veroſimile perſuaſionis organum nacta eſt: Veritas autem in operibus deſcripta, & intuentium oculis vel inuitè obiecta, arcana ſuadelæ pellacia eſt, & rem euincit, felici oculorum euidentiâ. Sic, ſic inquam, *inuitis etiam nobis actionum noſtrarum ſplendor intuentium oculos perſtringet, atque ad diuina gloria Prædicationem conuertet.* Opinor, Rutham non tam verbis religioſæ Noëmi, quàm vitæ eloquentiâ ad omnem pietatem & modeſtiam compoſitæ, ad veram veri Dei religionem è Moabitide obſtinatiùs impiâ, feliciter traductam; quæ de facili ardua quæque perſuadet. Sic autem tanto virtutum incremento aucta eſt, vt ſicut Rachel & Lia, in Iſraëlitidum Matronarum exemplum proponatur.

Matth. 5. v. 16.

S. Iſid Peluſ.

Boni Prædicatorum mores, ipſis etiā inuitis, probitatem perſuadent.

Hîc verſ. 11.

5. Matthæi 6. ſic monet Chriſtus Deus: *Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito.* Verùm Paullus Gentium doctor, & Eccleſiæ magiſter, *orare in omni loco* ſuadet. Numquid iudex aliud enunciat, & aliud præco clamat? Hanc celebrem in Bibliis antilogiā luculenter peſtringens. Ambroſius lib. 6. de Sacramentis cap. 3. ita ſcribit: *Num tibi videatur eſſe contrarium, vt dicat Apoſtolus: In omni loco ora; & Dominus dicat: Intra in cubiculum tuum, & ora? ſed non eſt contrarium. Hoc ergo abſoluamus, & dicamus primò vbi orare debeas. Aliud Paullus videtur dicere, aliud Dominus.* Nota attentiùs quæ ſubdit verba, vt nodum extricet: *Numquid potuit Paullus contrà Chriſti docere præcepta? non vtique: quâ ratione? Quia non contrarius, ſed Interpres eſt Chriſti. Imitatores mei, inquit, eſtote, ſicut ego Chriſti*, &c. Dubium propoſitum aliorsùm expedit Ambroſius, alibi forſan expendendus. Nunc expedire & enucleare oportet ipſius rationem. Ait enim, quòd Paullus eſt Chriſti *Interpres*, quia ait: *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti?* Non dicitur hîc Paullus Euangelij, aut Euangelicæ doctrinæ Interpres, tametſi alibi hoc munus præclarè obierit, ad nobilitandum Biblici Interpretis munus: Sed dicitur ipſiuſmet. *Chriſti Interpres*, quia *imitator* eſt Chriſti; quaſi morum *imitatio*, dum prototypi virtutes ſibi imprimit, & vitæ probitate impreſſiùs exprimit, fit quædam eiuſdem prototypi *Interpretatio*, & eruditus illius commentarius, qui perſonam quam imitatur, dilucidè clarat, & clarè exponit. Hinc ſublimiſſimè Paullus, nō dicitur hîc ab Ambroſio, Euangelij, aut Euangelicæ doctrinæ interpres, ſed *Interpres Chriſti*: nam dum Chriſti ſtudioſus imitator, Chriſti mores (vt vt potuit) arripuit, & ſibi impreſſit, actionibus ſuis ipſummet Chriſtū *interpretatur*, ipſum moribus ſpirat, ipſum opere præclariùs & efficaciùs prædicat. Sic, ſic vellem, vt Chriſtiani Prædicatores forent mente & ore Euangelij & Euangelicæ doctrinæ periti interpretes; moribus autem, & vitæ probitate, ipſius *Chriſti Interpretes*, vt ore Euangelium, opere Chriſtū *interpretentur*. Exindè (malum!) tanta

Matt. 6. v. 6.
1. ad Tim. 2. v. 8.

S. Ambroſ.

1. Cor. 11. v. 1.

Cur Paullus hîc dicitur, non tam Euangelij, quàm Chriſti Interpres?

tanta morum corruptela; quia multi Prædicatores Chriſti Euangelium verbis interpretantur; non verò morum probitate, & diſtrictiori vitæ imitatione, *interpretantur Chriſtum.* Sit ergò Concionatoris lingua, Euangelij commentarius, Euangelica autem Concionatoris vita, ſit *Chriſti Interpres*; quo vno modo primitiuæ Eccleſiæ diſciplina, in tantâ morum ſenectute iuueneſcet.

6. Matthæi 3. reuerenter abnuit Ioannes Chriſtum baptizare. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum. Baptizatus autem Ieſus*, &c. Eruditè notat noſter Haye cap. 17. quòd Seruator & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, id eſt, vnctus Dei quandò iam trigeſimum ætatis ſuæ annum agere incipiebat, ad Ioannem, vt lauacro baptiſmatis tingeretur, ſe contulit: eodémque tempore prædicandi Euangelij fecit initium. Tempeſtiuè ad rem Ambroſius: *Ideò & à Ioanne baptizari voluit: quia in hominibus verbum conſecratur voce Doctoris.* Profundè quidèm de more Ambroſius!

Math. 3. v. 15. Haye noſter.

Verbum conſecratur voce Doctoris!

S. Ambr. l. 2. in Lucam.

§. CCLXXVI.

Perſeuerantia, ſanctitatum eſt complementum; breue merendi tempus in æternitatem infert; & arcano incremento virtutes virtutibus deprimit.

1. S. Cyprian.

SAnctus Cyprianus epiſt. 7. ad Rogatianum, & ceteros Confeſſores, ita ſcribit: Rogamus vos per communem fidem, vt qui aduerſarium primâ hâc congreſſione viciſtis, gloriam veſtram forti & perſeueranti virtute teneatis. Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in acie conſtituti, de vitâ noſtrâ quotidie dimicamus: *Danda opera eſt, vt poſt hæc initia, ad incrementa quoque veniatur, & conſummetur in vobis quod iam rudimentis felicibus eſſe cœpiſtis. Parum eſt adipiſci aliquid potuiſſe, plus eſt quod adeptus es, poſſe ſeruare.* Sicut & fides ipſa, & natiuitas ſalutaris, non accepta, ſed cuſtodita viuificat. Nec ſtatim conſecutio, ſed conſummatio hominem Deo ſeruat. Dominus hoc magiſterio ſuo docuit, dicens: *Ecce ſanus factus es; iam noli peccare, nequid tibi deteriùs fiat.* Hactenùs ille. qui virtutem quantumuis ſtrenuam, cui ambigua eſt perſeuerantia, virtutis *felix rudimentum* appellat. *Felix* quidèm, ſed tamen *rudimentum*.

Cùm ambigua eſt perſeuerantia, felix virtutis rudimentum dicitur.

Ioan. 5. v. 14.

2. Sapientiæ 10. de Iacobo Hebrææ gentis Patriarchâ, ita ſcribitur: *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit ille regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.* Plena quidèm Iuſti elogia, ſed quæ vacuiſſent prorsùs, niſi perſeuerantiæ clauſulam addidiſſet, quæ eſſet illorum complementum. Pulchrè Bernardus apud Tilmannum ibi, ſingulas ſententias ſic elucidat: *Deduxit Dominus, & non alius; quia ipſius eſt reducere, & deducere. Per vias rectas; nam via Domini via recta, via pulchra, plena, & plana. Et oſtendit illi regnum Dei; quod conceditur, promittitur, oſtenditur, percipitur. Dedit illi ſcientiam Sanctorum: ſcientia Sanctorum eſt hìc temporaliter cruciari, & delectari in æternum. Honeſtauit illum in laboribus: nam hæc vilitas honoratur à Principibus terræ.* Intende attentiùs ad eà quæ tempeſtiuè ſubdit: *Et compleuit labores illius. Vel hìc in perſeuerantiâ, vt vſque ad finem iuſtitiam non relinquat. Vel illic in gloriâ, vt gaudeat in æternum. Felix vtraque completio: cùm & hìc moritur iuſtus plenus dierum, & illìc oritur in longitudinem dierum. Vtrobique plenus: hìc videlicet gratiâ, illìc gloriâ.* Itaque complementum virtutum & meritorum hominis iuſti, aut perſeuerantia eſt, aut empyrea ac beata cæli gloria: quaſi perindè ſit perſeuerantia in virtute, ac beatitudo cæleſtis, ſic vtraque, aut eadem ipſa altera, completio virtutis ac ſanctitatis appellatur. Tam eſt arctus perſeuerantiæ & gloriæ nexus, vt propè ſint vnum ambo, & alterutrum vtrumque per arcanas virtutum conſequentias!

Sapient. 10. v. 10.

S. Bernard.

Complementum meritorum eſt, aut perſeuerantia, aut beata gloria.

3. Sapientiæ 4. Iuſtus, inquit, ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata. *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.* S. Fulgentius legit, *repleuit.* Quaſi dicat: Iuſtus, qui breui tempore per gratiam Dei euaſit in virtute perfectus, hic cenſendus eſt per multa tempora vixiſſe, etſi crudâ immaturè morte præoccupari videatur. Quaſi perſeuerantia vſque ad mortem in iuſtitiâ & ſanctitate, non ſolùm virtutis fuerit complementum; ſed etiam temporis ac ætatis ſupplementum: ac ſi de perſeuerantiâ nactus ſit, non modò quod ſanctè ac beatè moritur, ſed etiam quod in breui ætate diu vixerit. Vndè dicitur: *Conſummatus in breui expleuit tempora multa*, etſi *morte præoccupatus fuerit.* Grande quidèm miraculum, & Philoſophiæ hactenùs inuiſum. Nam tempus non eſt in cenſu earum rerum, quæ contrahi, ampliatíve poſſint: eſt enim rata, inuariabilis, & inconcuſſa eius duratio; nec moræ prolixiori, nec concionatori feſtinantiæ obnoxia. Subtiliter idem ibidèm Bernardus in Allegoriis veteris Teſtamenti aduocatus: *Conſummatus in breui expleuit tempora multa. Benè multa, quia vniuerſa complectitur. Quomodò enim non impleuit omnia tempora, qui tranſit ad æternitatem? Quanta ſanè tempora non longæuitate, ſed inextinguibili ſemper proficiendi deſiderio percurrere potuit, tanta ſibi in meritis non immeritò vindicauit. Retinet quippè virtute, quod amiſit in tempore. Porrò vera virtus finem neſcit, tempore non clauditur.* Scilicet virtus de arcanâ perſeuerantiæ virtute, cùm ſit beatæ æternitati confinis; & de vicinitate, ac deſideriorum auiditate, illius bibula; illique per immaturam etiam mortem beatè immixta; quæ retrò ſunt obliuiſcens, & ad anteriora extendens ſe ipſam, annorum vitæ breuitatem deſueſcens, de tranſitu ad æternitatem, æternitatem quaſi retrotrahit, & mutuatur. *Quomodò enim non impleuit omnia tempora, qui tranſit ad æternitatem? Porrò vera virtus* (id eſt, perſeuerantiâ conſummata) *finem neſcit, tempore non clauditur.* Hinc de perſeuerantiæ elogio *virtus carere tempore*, à Philone dicitur (vt alibi expendebamus) Bona ſanè Perſeuerantia, quæ breuioris etiam æui virtutem, longæuam facit, dum illam in beatam cæleſtis gloriæ æternitatem longè latéque infert! Ergò Perſeuerantiæ prærogatiuum ineffabile eſt, quòd Iuſtus *conſummatus in breui expleuit tempora multa.* O ambiamus hanc pulchram virtutis dotem, quâ vitioſitatis anni recurantur,

Sapient. 4. v. 13.

S. Fulgent.

S. Bernard.

Perſeuerantia breuem virtutē facit longauā dū eam æternitati infert, ac miſcet.

A perſeuerantiâ habet virtus quòd tempore careat, & finē neſciat.

Philo.

quâ virtus ſenium neſcit, quâ ſemper vernat, floret, fructificat; & quæ arcano compendio breuem meritorum ætatem, æternitati ſubinfert, miſcet, immergit.

4. Apocalypſis 2. Epiſcopo Epheſi hæc à Deo per Ioannem ſcribi iubentur: Scio, inquit, opera tua, laborem, & patientiam tuam. &c. *Sed habeo aduerſum te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.* Syrus, *Sed habeo contrà te propter tuum illud primum quod reliquiſti:* Arabicus, *dimiſiſti abs te.* Charitatis, inquam, ac virtutis feruorem ac intentionem paullatim iam remiſſam, ſic minaciter Chriſtus culpat? Audiendus eſt Richardus Victorinus, qui agens de illâ myſticâ à Nabuchodonoſore ſomniatâ, ita ſcribit: *O quantum eſt inter teſtam & aurum, inter ſtatuæ principium & finem! incipit ex auro, deſinit in teſtam. Nemo namque repentè fit turpiſſimus; ſed minima negligens, paullatim defluit. O confuſibiles operarios, qui initio conuerſionis ſuæ, opus ſuum inchoabant ex auro, & tandem luto conſummant! Vide quomodò ſermo diuinus arguat illum, qui opus aureum in argenteum commutarat: Habeo aduerſùm te pauca, quia primam charitatē reliquiſti:* Heu, quod ſtatua in *auro* incœpit, in *luto* conſummauit! *felix rudimentum* infeliciter faſtigiatur ad ruinam.

Apocaly. 2. v. 4.
Syrus.
Arabicus.
Dan. 2. v. 32.
Rich. apud Tilm. in Daniel. 2.
Statua quæ cœpit in auro, in luto cōſummatur.

5. Matthæi 5. *Beati*, inquit, *qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam; quoniam ipſi ſaturabuntur.* Bona quidèm meritorum eſuries, quæ ſi deſit, anima ieiuna deficit. Hinc Lucas hos eſurientes opponit ſaturis: *Væ*, inquit, *vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Quaſi dicat: Qui iuſtitiam eſurit, & noua indies iuſtitiæ merita accumulare ambit, ille tandèm abundè iuſtitiâ ſaturabitur. Qui verò velut ſatur, iuſtitiam faſtidit, ieiunus deficiet. Semper in ſtudio virtutis eſuriendum eſt, & ampliùs & ampliùs inceſſanter votis optandum, ne iuſtitia in nobis deficiat: *Omne ſtudium*, ait Cæſarius, *adhibendum ne excidamus eâ perfectione, quæ contingere poteſt. Quin ipſam tantò magis amplecti debemus, quantò viribus noſtris ſuperior eſt. Ideò mihi videtur perfectio virtutis, ſiquis ſemper feſtinet, vt in bono plus habeat, & iuſtitia iuſtitiam deprimat.* O bona prioris iuſtitiæ per vlteriorem iuſtitiam *depreſſio*! Qui priorem iuſtitiam vlteriori ac vlteriori ſitienter cumulat, priorem quò plùs *deprimit*, magis ſeruat: & niſi ad vlteriorem immetatè hiet, prior deficit, ac tabeſcit. O *iuſtitia iuſtitiam deprimat*, quò felix iuſtitiæ *rudimentum*, perſeuerantiæ elogio conſummetur! Felix ſanè Ruthæ rudimentum, cùm velut *obſtinato animo* per ardua quæque ad Dei populum it alacris, nec ad Idololatriam repedat cum Orphâ cognata. Dein plus eſurit, plúſque ſaturatur iuſtitiâ de æſtuantis ſpicilegij epulo. Denique ſic eius *iuſtitia iuſtitiam depreſſit* priorem, vt hîc in matronale exemplum Dei populo proponi meruerit.

Matt. 5. v. 6.
Lucæ 6. v. 25.
Prior iuſtitia, vlteriore & vlteriore deprimenda eſt.
S. Cæſar. Dialog. 3.
Hic verſ. 11.

6. Ioannis 1. teſtimonium de Chriſto perhibuit Ioannes, dicens: *Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.* Et verſ. ſequenti: *Super quem*, inquit, *videris ſpiritum deſcendentem, manentem ſuper eum, hic eſt*, &c. Vide quàm accuratè vterque Ioannes Spiritûs in Chriſto permanentiam adnotarit. S Ambroſius lib. de Noë & arcâ, cap. 3. hunc locum confert cum illis Dei verbis: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt*, ſic eleganter fatus: *Hic ergò ſpiritus datur hominibus; ſed non permanet. Quâ autem ratione non permanet, cauſſa proditur: Quia caro ſunt. Carnis autem natura diſciplinæ repugnat: quia voluptati obtemperat. Denique de ſolo Domino Ieſu ſcriptum eſt: Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum: hic eſt, &c. In eo manebat, quem nulla corruptela carnalis impedimenta reuocabant, quominùs incorrupta & impermixta ordinem diſciplinæ teneret, cuius caro non vidit corruptionem.* O hinc diſcat homo quòd à carne, carnalíque affectu eſt, quod ſpiritum abigit, ne felici virtutis rudimento acceptus, in nobis iugiter perſeueret. Hunc imperſeuerantis gratiæ abortum, caro negotiatur. Heu quot quantáſque ſanctitatum ſtrages indies caro ſubornauit! Iuratus perſeuerantiæ hoſtis, carnis lenocinium eſt. O tot frequens hinc votorum ludibrium.

Ioan. 1. v. 32. & 33.
Gen. 6. v. 3.
S. Ambroſ.
A carne eſt Perſeuerantia abortus.

Appoſitè Bernardus: *Perſeuerantia ſola meretur viris gloriam, coronam virtutibus. Prorſus abſque perſeuerantiâ, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor, virium virtutis conſummatio eſt: nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit.* Multa hîc Bernardus Perſeuerantiæ elogia denſè conglobat. Peruium eſt cuique quod malit ſeligere, & ethicè adornare. 7.

S Ber. apud Tilm. in Matth. 10.
Conglobata Perſeuerantiæ elogia.
Matthæi 10 v. 22.

§. CCLXXVII.

Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur.

SIcut enim (ait Ariſtoteles) *debilis ſtomachi eſt cibum duriorem non poſſe coquere; ita puſillanimi eſt, verbum durinſculum non poſſe ſuſtinere.* Animosè Philoſophus, & penè Chriſtiano cothurno. Nam vt ſcitè ait Ambroſius lib. 1. Officior. cap. 36. *Vindicare ſe non eſt actus fortitudinis, ſed abiectionis & timiditatis. Vincitur ab inimico, non vincit, qui ſe vindicat.* Hinc egregia illa Paulli adhortatio: *Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.* Quæ verba male Eraſmus excribit, & exponit: *Benè loquimini de his qui vos inſectantur.* Veriùs ſaniores huius loci Interpretes: *Benedicite perſequentibus vos*, id eſt, benè precamini, & orate pro eis. Id ipſum iteratò repetit, vt hæc perutilis morum gnome audientium animis altius infigatur. Quod tertiò inculcat, aiens: *Et nolite maledicere.* Græcè, ne *execremini*: Syrus, *ne imprecemini eius mala*, ſcilicet ex animo ad vindictam hiante; qui malum quod non poteſt opere inferre, infligere votis ſatagit, votiuâ vltra vires vindictâ. O caue ab hâc precariè hoſtilitate! Porrò ſicut malum quod inimicis imprecaris, in tuum recidet caput, ſic bonum quod ipſis exoptas tibi acquiris. O, ne tibi inuideris hoc opulentum tuæ orationis lucrum! Proſperum pro inimicis felicitandis votum, certiſſimum eadem 1.

Ariſt. lib. 4. Ethic. cap. 3.
S. Ambroſ.
ad Rom. 12. v. 14.
Eraſmus.
Puſillanimitatis, ac timiditatis eſt actus, iniuriam vlciſci.
Græcus.
Syrus.

bona

bona tibi acquirendi arbitrium eſt. Quæ inimicis benè precaris, tibi auſpicatò deprecaris *Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.* Quod inimicis optamus, nobis deprecamur.

2\. Regius Pſaltes beneuolentiâ erga inimicos velut præmaturè Chriſtianus, ſic modulatè occinit. Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.

Pſal. 34. v. 13.

Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilio. Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Quænam eſt hæc Prophetæ *oratio*, quæ dum ipſe inimicâ hoſtilitate moleſtiùs infeſtatur, ipſa cilicij durioris ſpinoſitate, & piè ambitioſâ ieiunij humilitate, ad impetrationem robuſtiùs obarmatur? Quid petit, cùm ab inimicis ærumnoſiùs moleſtatur? pro ſe, an pro illis tunc Propheta rogat?

Græcus.

Verùm cùm Græcæ tranſlationes habeant. *Oratio mea in ſinum meum conuertetur*, de hâc oratione à Dauide factâ pro inimicis, cùm illi moleſtiores erant, '& atrociùs ipſum inſectabantur, Didymus inibi ita ſcribit:

Didymus in Catenâ Græc. Patrũ ibi.

Et oratio mea in ſinum meum conuertetur. Eius, inquit, *qui benè orat oratio ad ipſum conuertitur, bona referens, pro quibus facta eſt, & in ſinum orantis conuertitur: ſinus nempè mentem, principem animi portionem ſignificat. Sic enim irriſio eorum in terrâ Ægypti in ſinum eorum, & in ſinum omnia ſuperuenient iniquis.* Nimirùm ſicut Ægyptiis diram hoſtilitatem aduersùs Dei populum exercentibus, illis faſtuosè irridentibus, vilia & moleſta quæque hoſtiliter inferentibus; & inimicè apprecantibus, omnia in ſua ipſorum capita reciderunt: ac ſi quæ Iſraëlitico populo inimicè optabant, ſibi ipſis Ægyptij vouerent.

Bonũ quod inimicis precamur, nobis deprecamur

Sic è contrario ait Dauid moleſtiùs ab inimicis afflictatus, & pro illorum felicitate tunc Deum largiori beneuolentiâ, ac beneficentiâ obnixiùs deprecans: *Oratio mea in ſinum meum conuertetur.* Nam eius, qui ad exundantiam benignitatis ſic piè pro inimicis calamitosè moleſtantibus, *orat oratio ad ipſum reuertitur, bona referens pro quibus facta eſt, & in ſinum orantis conuertitur.* Quid ſæpè querulus expoſtulas de irritâ orationis impetratione? Precare inimicis bona illa, quæ tibi deprecari maximè expetis, & anxiùs habere exoptas; & dum inimicis infeſtioribus apprecatis, tibi feliciter deprecaris. Ediſce è Dauidis gymnaſio hoc impetrationis artificium pie argutum. Nam *oratio mea* pro inimicis, à quibus moleſtiùs infeſtor, *in ſinum meum conuertetur, bona referens pro quibus facta eſt.* Quod enim inimicis orando exoptas, tibi impetras. O cape hoc documentum de Chriſtianæ beneficentiæ adytis arcanum? Accinunt Græci Patres in eius loci locuplete Paraphraſi:

Græci Patr.

Cilicio enim præcinctus, & ieiunio conſumptus, Deo preces offerebam (pro his qui mihi moleſti erant,) *& precationis meæ fructus percepi. Hoc enim ſignificat quod dicit: Et oratio mea in ſinum meum conuertetur. Id eſt factâ precatione, à Deo quæ petebam accepi, ſinúmque meum repleui.* Adſentit ad hunc etiam locum Ambroſius:

S. Ambroſ.

Hæc eſt, inquit, *oratio, quæ in ſinum conuertitur deprecantis, fructum referens eorum quæ voluit impetrare, vt dona eius ad animam ac mentem recurrant, quæ popoſcit à Domino.*

Cornelius.

Conſule Cornelium, qui in Matthæi cap. 10. v. 13. de oratione pro inimicis factâ hunc locum præſcriptum exponit.

P. Didac. Celada in Ruth.

3 Matthæi 10. Chriſtus Dominus Apoſtolos ad Euangelium prædicandum mittens, ſic illos de hoſpitio adeundo erudit: Intrantes autem in Domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.

Matth. 10. v. 13.

Et ſi quidem fuerit Domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna pax veſtra reuertetur ad vos. Benè notat Hieronymus & ex eo ferrè Commentatores, quòd ſolennis illa ſalutatio, *Pax huic Domui*, pacis *imprecatio*, ſeu apprecatio eſt; & quædam oratio aut pro hoſpitibus illos amicè excipientibus, aut inimico animo hoſtiliter auerſantibus.

S. Hieronym.

Valdè autem dubium eſt, quomodò apprecata pax, quæ Biblico idiomate cuncta proſpera ſignificat, dicatur ad imprecatores Apoſtolos *reuerti*, ſi inimicè excipiantur, aut potiùs excutiantur? Quo pacto pacis imprecatio benignis & amicis hoſpitibus facta, ſuper illos requieſcit; inimicis autem hoſpitibus & Apoſtolico aduentu tumultuantibus, irrequieto regreſſu ad Apoſtolos *reuerti* perhibetur?

Pax inimicis imprecata, ad imprecãtes mirè redit.

Miriſſima ſanè eſt hæc imprecatæ pacis ad imprecatores reuerſio. Noſter Cornelius biblicè peritiſſimus, ſic locum ad rem peropportunè exponit:

Cornelius.

Pax veſtra reuertetur ad vos. Quaſi dicat: ſi hoſpes veſtram pacis ſalutationem repellat, non tamen idcircò infructuoſa erit veſtra ſalutatio, quia vobis eueniet, quod illi precati eratis, ſcilicet pax, id eſt omnia proſpera: itaque fiet, vt pax ab indigno, hoſpite repulſa, ad vos quaſi redeat. Nimirùm pax, & cuncta proſpera, quæ inimicis hoſpitibus *precati* eſtis, quaſi ad vos redeant, vobis impetraſtis: nam bonum quod quis hoſtibus apprecatur, ſibi deprecatur; & quod inimicis orat, ſibi exorat, quod eſt orationis pro inimicis nuncupatæ myſterium. Tempeſtiuè Hilarius Canone 10 præſcripta Matthæi verba elucidans: ſic fatur;

S. Hilarius.

Salutant ergò Apoſtoli domum cum pacis affectu. Porrò autem pacem propriam, quæ viſcera miſerationis ſunt, non oportere in eam venire niſi ſi digna reperta non fuerit, Sacramentum pacis cæleſtis intra propriam Apoſtolorum conſcientiam eſt continendum. Ecce tibi hæc pacis ad eam apprecantes reditio, eſt apprecationis pro inimicis *Sacramentum*: quo bona, quæ moleſtis offenſoribus orant, ſibi citiùs exorant; & quod illis precantur, ſibi ipſis deprecantur. Moraliſſimè ergò ait Euangeliſta: Si hoſtiliter vos receperint poſt quam beneuolè imprecatam, *pax veſtra reuertetur ad vos:* quod eſt apprecatæ *pacis cæleſtis Sacramentum*? atque ethica huius §. theſis.

4\. Matthæi 5. ſummam Euangelicæ perfectionis his verbis Chriſtus Deus hominibus tradidit:

Matth. 5. v. 44.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Quaſi parùm foret inimicum offenſorem non odiſſe, dilectionis affectu proſequendum iubet: addit & beneficentiam, ad beneficentiæ Chriſtianæ redundantiam. Atque his non contentus, Deum pro inimicis orare mandat, vt homo offenſus ſuo offenſori proſit, non modò quantùm ipſe poſſit, ſed quantùm poſſit tota Dei omnipotentia, precariâ pro inimicis ope in auxilium obnixius aduocata: quæ eſt beneficæ dilectionis meta.

Inimici debita noſtra perſoluunt.

Hugo Cardinalis ſingulas huius mandati ſententias ſic eleganter exponit:

Hugo Cardinalis.

Diligite inimicos veſtros. Diligendi ſunt propter nos, quia vtiles

vtiles nobis, quia ducunt nos ad portum, quia debita noſtra perſoluunt (Hanc ſententiam alibi enucleabimus) *Benefacite his qui oderunt vos. Si benefeceris inimico tuo, tibi ampliùs feciſti.* Addit propiùs ad rem: *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Ille ſuas preces multùm inualeſcere facit, qui eas pro inimicis effundit,* O quàm potenter *inualeſcunt* preces pro inimicis nuncupatæ ſiquidèm quòd illis votiuè optamus, nobis feliciter deprecamur. Nimis ad beneficentiam *inualeſcit*, quod in rogatores etiam cumulatiùs exuberat. Porrò ſi ita *benè feceris inimico, tibi ampliùs feciſti:* & oratio tua in ſinum tuum vberiùs conuertitur. Sic ad gratiarum redundantiam *inualeſcit* oratio beneficè pro offenſoribus nuncupata? An ſic inimici *debita noſtra perſoluunt?* Sanè dum nos illis debita condonamus, & veniam à Deo precamur; & debita relaxamus noſtra, & veniam nobis deprecamur. Ergò *orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos:* quia *ille ſuas preces multùm inualeſcere facit, qui eas pro inimicis effundit.* Nemo igitur hanc certam impetrationis ſpem ſibi auarus inuiderit. Profectò bonum, quod Bethlehemiticus ſenatus ac populus, Ruthæ ex Moabitide inimicâ ortæ, fauſtè hîc apprecantur, ſibi deprecabantur. Nimis enim nobilitata fuit Bethlehem, alioqui vrbecula ignobilis, Ruthæ ſobole, ex quâ Dauid, & reliqui exinceps Reges, & tandèm Rex regum Chriſtus Deus.

Oratio pro inimicis multùm inualeſcit. quare?

Hic verſ.11. & 12.

5\. Matth 5. v.44.

Redeat iterùm ſemel expenſus Matthæi locus, aliter ad rem expendendus: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros; benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos*, &c. An non ſatis eſſet ad Chriſtianæ benignitatis redundantiam, inimicum diligere, & illi benefacere? quid opus eſt pro illo orare? An non oratio noſtra in noſtris calamitatibus deprecandis, & expetendis gratiæ donis, meliùs impenderetur? Pulchrè Chryſoſtomus: *Diligite inimicos veſtros*, &c. *Diligite igitur inimicum; non enim illi praſtas, ſed tibi. Quomodo? ſimilis efficieris Deo: ille igitur ſi ametur à te, nihil lucratur, à conſeruo quippè dilectus eſt: tu autem ſi dilexeris conſeruum, magnum lucrum facies, & efficieris ſimilis Deo. Vides quia nihil gratia illi praſtas, ſed tibi: ipſum meritum enim non illi, ſed tibi comparas. Quid ergò, inquis, ſi ſit malignus tantò maior erit & merces, & pro malignitate ſuâ debes illi gratiam, non ſecùs ac ſi impendiſſet tibi multa millia beneficiorum.* Moroſus eſſem ſi ſingulas Chryſoſtomi ſententias ad rem opportunas, enucleare vellem. Sat eſto digitum ad thema intendiſſe.

S. Chryſ. in epiſt. ad Hebræ. homil.19.

Bonum quod inimico deſideras, non tam illi praſtas, quàm tibi.

§. CCLXXVIII.

Num ſic in Deo praſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit noua miſerationis obſes?

1\. GRauiſſimum eſt conſuetudinis imperium; ſed quod mole ſuâ difficilia & ardua quæque, quibus diu aſſueſcimus, leuia reddat, & facile expedita. Tanta eſt conſuetudinis vis: pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur, nec ferunt grauatè quod priuilegio conſuetudinis in mores abiit, & aduersùs naturam pertinaciter diu præſcripſit. Sanè diuturna diſciplina mores facit; & id ſapit vnuſquiſque, quod diu didicit. Itaque bona conſuetudo exuere debet, quod mala inſtruxit; benè docet loqui, benè docet facere: nil diu adſueto eſt arduum, difficile nihil: ac ſi boni conſuetudo, quæ in mores diuturnitate abiit, arduæ virtutis difficultates exarmet; adeò aut ad earum præcelſum faſtigium non tam ire, quàm ferri homo videatur. Pulcrè Bernardus: *Vſus facit virtutes, non natura: tuum eſt autem abutendo facere vitia, aut benè vtendo, virtutes.* Aſperam nobis ac inſuauem virtutis viã nimia facit vitiorũ conſuetudo: quæ ſi in alteram partem trãferatur, leue, expeditum, ac dulce erit nuper arduum pietatis iter. An ad Deum, Deique benignitatem transferri etiam poteſt conſuetudinis præſcriptio?

Grauiſſimũ eſt conſuetudinis imperiũ ad ſeſtandam etiam virtutem.

S. Bern. l. 2. de Conſid.

Adeſt Dauid Nathan Propheta ſeuerus ſceleris obiurgator: & inſcius Dauid contra Dauidem mortis ſententiam tulit. Tunc Dauid tanti flagitij cognitione perculſus, lacrymis facie & corde madens, & piè ambitioſo pœnitentiæ ſqualore contritus, & iuſtâ Dauidis ſententiâ, proprio ore acerbiùs fulminatâ, ad Dei Miſericordiam confidenter appellat, Pſalmo 50. ita fatus: *Miſerere mei Deus, ſecundam magnam miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Eſto, Dauid tanti flagitij ſceleroſè reus, & pœnis ſuo ore ſtatutis obæratus, à diuinæ iuſtitiæ enormiter laceſſitæ rigoribus, ad miſericordiæ diuinæ patrocinium confugiat, ad illúdque quantocyùs maturet, quid eſt, quòd poſt imploratam Dei *miſericordiam*, quam tunc conſultò *magnam* appellat; inuocat etiam auxiliatem *miſerationum multitudinem?* Num Dei *miſericordia* magnitudine immẽsâ præpollens, *multa miſerationis* crebrò hominibus exhibitæ, auxilio indiget ad miſerendum? Sapienter Græci Patres inibi apud Corderij Paraphraſim hunc locum ſic elucidant: *Miſere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum*, &c. *Dum enim magnam quærit miſericordiam, fatetur ſe pro magno delicto hoc poſtulare. Nil autem Dominum ad miſericordiam ſic allicit ac delicti confeſſio; præſertim quandò vis delicti per confeſſionem excellenter exprimitur. quapropter ſubiungit: Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.* (Penſita attentiùs quæ ad rem ſubrexunt verba) *Vtpote in Miſericordiâ petit magnitudinem, in Miſerationibus expetit multitudinem, ac ſi delictum quod magnum eſſet minimè deleri potuiſſet, niſi Miſerationibus, ac benignitate* (Miſericordiâ inquam) *illi proportionatis.* Nimirùm dum Dauid diuinam *miſericordiam magnam* fatetur, non tam Miſericordiæ de infinitâ magnitudine aut præſtantiâ blanditur, quàm ſuum ſcelus de enormiori malitiâ culpat; quippe quod *magnâ miſericordiâ* Dei ad veniam indigeat. Quod vt luculentiùs exaggeret, tempeſtiuè addit ad *magnam Miſericordiam*, repetitum miſerendi vſum, quem *Miſerationum multitudinem* ſapienter appellat. Quaſi dicat Dauid: *Magna Miſericordia*, id eſt, infinita tibi eſt, ô Deus; ſed malitiam aliter infinitam habet meum ſcelus: quin & æquali infinitudine cum tuâ miſericordiâ, tua pollet iuſtitia, mei ſceleris vindex. Ergò ad veniam aduoco

2\.

Pſal.50. v.3.

Græci Patr. *An vſu miſerendi, miſericordia potiùs, quàm Dei, iuſtitia præſcribit?*

Humana malitia, Dei miſericordia, & miſerationibus proportionari è peruerſo præſumit?

Digitized by Google

uoco auxiliarem indentidèm repetitum miſerenrendi vſum, tibi perdiu familiarem, quem *multitudinem miſerationum* Propheta nominauit. quaſi vſu miſerendi, miſericordia, potiùs quàm iuſtitia quodammodò præſcribat. Dicam explicatiùs: Non ſemel deliqui, ſcelus ſcelere exaggeraui, dum impudicum ſalaciter adulterium, ingrato infidóque homicidio atrociter cruentaui. Vndè quaſi parùm quodammodò foret, ad Dei *magnam miſericordiam* confugere, *Miſerationum multitudinem*, id eſt, repetitum peccatorum miſerendi vſum, & crebram in Deo parcendi conſuetudinem aduoco in patrocinium: *ac ſi delictum quod magnum eſſet, minimè deleri potuiſſet, niſi Miſerationibus, ac benignitate* (id eſt Miſericordiâ) *illi proportionatis.* O proportionem arcanè ineffabilem! Malitia hominis ſæpè repetita, Dei magnæ Miſericordiæ, & crebræ Miſerationum eius multitudini *proportionari* dicitur? ô ſceleroſiſſima humani flagitij enormitas, delinquendi abuſu exaggerator, quæ infinitæ Dei *Miſericordiæ* immetatam magnitudinem, & exhibendarum *Miſerationum* vſum Deo dignum, è peruerſo æmulatur, & illi *proportionari* ſatagit exaggeratioris nequitiæ enormitate. Vide quàm altam mentem Dauid imbiberit de *miſerationum* vſu in Deo! Ideóne ipſe Deus tunc *miſerationibus* minimè adſuetus, etſi *magnâ miſericordiâ* pollens, ſtatim Angelum infidè apoſtatam, & Adamum ingratè præuaricatorem ſtatim condemnauit? Sic eſt hominibus proficuus diuinarum *miſerationum* vſus aduersùs delinquendi abuſum? Sic eſt in Deo potens *magna Miſericordia miſerationibus* adſueta, vt aduersùs Iuſtitiæ rigores quodammodò præſcribat? *Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.*

3. Pſal. 50. v. 7.

Pergit pœnitens Dauid in hoc Pſalmo 50. adhuc veniam ſupplicans: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Miris ſanè vtitur allegationibus, vt veniam exoret. Dixerat nuper! Dignus ſum qui conſequar clementiam, quia ad illam tamquam ad aſylum confugi: quia delictum meum abſque tergiuerſatione cognoui, ſine excuſatione palàm confeſſus ſum: quia in te ſolum peccaui peccato hactenùs inuiſo, neque ab vllo hominum reprehenſo. Ad hæc allegat, aiunt inibi Græci Patres: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. Quaſi diceret: Si igitur volueris de me ſupplicium ſumere propter ea quæ deliqui aduersùm te, non ſolum occaſionem habes mea peccata puniendi, ſed etiam Maiorum: nam nec illi erga te grati extiterunt, quin nec ego ipſe; ſed quodammodò Maiorum ingratitudinem,* malitiam inquam, *hereditaui, atque exindè trahor ad peccandum aduersùm te* (Attentiùs aduerte geminatam quam ſubdit rationem, ad rem opportunam.) *Verumtamen, inquit, hæc omnia delicta Maioribus diſſimulaſti temetipſum imitatus, & propria benignitatis recordatus.* Nempè Maioribus meis, à quibus quodammodò hereditaui malitiam, ſcelerum veniam benignè tribuiſti: ergò quaſi ex quodam generis cenſu, mihi ſupplici clementer ignoſce. Qui velut hereditaui malitiam, & propenſionem ad iniquè agendum, tamquam hereditate ſimul conſuetam veniam accipiam. Igitur *omnia delicta Maioribus diſſimulaſti*, & mihi etiam diſſimula delictum gemina-

Græci Patr. in Paraphr.

Dauid allegat ad veniam, vt Deus ſeipſũ imitetur.

P. Didac. Celada in Ruth.

tum, qui eorum portio ſum. Addit viuaciùs: Maiorum delicta remiſiſti *temetipſum imitatus, & propria benignitatis recordatus.* Nimirùm Deo olim in peccatores benigno ſcitè ſuggerit, vt *ſemetipſum imitetur*; & ſæpè olim exhibita benignitas ſit recèns exhibendæ peridonea idea, quam miſerando imitetur, ne mores mutaſſe, & a ſe alius videatur. Ergò vel memoria antiquæ benignitatis, nouè ſtimulet ad miſerendum: *Temetipſum imitare, propria benignitatis recordatus*, quo de antiquâ miſerendi conſuetudine, miſeratio peccatoribus exhibenda præſcribat, pio miſerationum imitamento, & velut præſcriptionis iure.

4. Pſal. 88. v. 50.

Dauid Dauidi concinne adſentit Pſalmo 88. ſic querulus Deum alloquens: *Vbi ſunt miſericordiæ antiquæ Domine?* Quæ ſunt hæ miſericordiæ antiquæ, quas velut quâdam præſcriptione pietatis Pſalmographus allegat? Athanaſius in Catenâ: *Miſericordias antiquas vocat illam reformationem ad immortalitatem, quæ ante mundi conſtitutionem præfinita eſt.* Aptiùs, opinor, inibi Græci Patres in Paraphraſi: *Vbi ſunt miſericordiæ antiquæ Domine? Recordare, inquit, tui ipſius erga Dauidem miſerationum, atque illas nobis exhibe.* Itaque ſollicitiùs ſatagit Propheta, vt antiquas miſerationes ſibi exhibitas, in memoriam Deus reuocet quâ recordatione, ſuiipſius memor, nouas denuò liberaliter exhibeat. quaſi antiqua crebrò benignitas, ſit nouæ obſes, lex, pignus, & largiùs miſerendi nobile incentiuum, & recentis gratiæ blandimentum ſingulare.

S. Athanaſ.

Græci Patr.

Antiqua Dei miſerationes, nouas parturiunt.

5. Pſal. 100. v. 1.

Adhuc regius Propheta Pſalmo 100. ſui flagitij veniam rogans, miſericordiam diuinam ad ſuæ cauſſæ patrocinium aduocat; ſed iuſtitiam non recuſat, ne ſine iudicio negotium optatæ veniæ peragatur: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Eccur miſericordiam iuſtitiæ admixtam Dauid exoptat: tot enim ſcelerum reus meram fortè miſericordiam tutiùs imploraret? Heſychius hâc ſuper re ſic inibi philoſophatur: *Cùm per præſentem pſalmodiam totam vitam noſtram ordinare velit, neceſſariò meminit iudicij. Ceterùm cùm in iudicio præponat miſericordiam, miſericors eſt iudex noſter, non vtique quandò iudicat, ſed modò quandò nondum exercet iudicium, ita vt miſericordia ſit temporis præſentis, iudicium verò ſit temporis futuri.* Itaque ex mente Heſychij diuinum iudicium miſericordiæ exors erit. O time! Verùm ibidèm Euſebius in Catenâ, ex præſcriptis Prophetæ verbis miſericordiam iudicio ſic implantat: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. id eſt, tuam miſericordiam tuùmque iudicium cantabo, rationem enarrans quâ ſoles non primùm iudicare, deindè miſereri; ſed primùm miſereri, deindè iudicare, & cum clementiâ & miſericordiâ ſententias pronunciare.* Scilicet parùm foret, quòd antiquæ miſericordiæ nouas ad benignitatem erudiant, & in Deo velut præſcribat miſerendi conſuetudo; miſericordiâ etiam præcedit iudicium, illúdque ad clementiam informat; & præuiâ benignitate velut exarmans, tranquillè pacatum ac benignum reddit. Adeò vt antiquæ miſericordiæ non ſolùm ſint velut lenocinium ad vlterius miſericordiam exercendam; ſed iudicium etiam ad pietatem erudiant, & ad vlteriorem benignitatem informent, ne diſtricto

Heſychius.

Deine iudiciũ eſt miſericordiæ exors?

Euſebius.

Præuia miſericordia, Dei iudiciũ velut informat.

rigore peragatur. Quare Deus dicitur, *non primum iudicare, deinde miſereri; ſed primum miſereri, deindè iudicare, & cum clementiâ & miſericordiâ ſententias pronunciare.*

Hic verſ. 11. & 12.

Ecce tibi hîc Senatus populúſque Bethlemiticus, Dei miſerationibus perdiu adſuetus, Ruthæ vno ore apprecantur Dei benedictiones Liæ & Racheli olim exhibitas, nunc denuò miſericorditer exhibendas; quò antiquæ miſericordiæ noua ſpondeant, parturiant, & informent. Et quod populus piè vouet, Deus ſuiipſius memor, abundè præſtitit. O! ſic miſericordia præſcribit?

§. CCLXXIX.

Filius eſt patris definitio, ratio, eruditio, forma, & compendioſa demonſtratio.

1\. Decius Imperator cùm Decium filium ſuum, imperiali diademate proponeret inſignire, renuit filius dicens: *Vereor ne ſi fiam Imperator dediſcam eſſe filius. Malo non eſſe Imperator, ſed humilis filius, quàm Imperator, & filius indeuotus. Imperet pater meus, meum imperium ſit, parere humiliter imperanti. Nam parentis affectum exuit, qui mole ſuperpoſitâ filium extinguit. Prius enim alendi & nutriendi ſunt pueri, & cùm præceſſerint, qui præcedere debent, inuitè aſcendant.* Bonus filius in hoc etiam patri ſimilis, quòd imperium ſicut pater recuſarit: pater filij amore, vt filius imperet; filius patris reuerentiâ, vt imperet pater. In hoc alteruter ab altero diſſimilis, quòd vterque non imperarit.

Valerius apud Thomam Hibernicum verbo, *parens.* *Imperij ſublimitas filios parentibus indeuotos facit.*

2\. Euangeliſta Ioannes ineffabilem Filij Dei generationem, idoneâ ſermonis grandiloquentiâ, ſic enarrat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Verbum Græcè ὁ λόγος, id eſt, *illud Verbum*, ſcilicet æternum, diuinum, hoc eſt, Filius Dei: nam paullò pòſt verſ. 14. hoc Verbum ipſe Ioannes vocat *Vnigenitum Patris.* Magna hinc exoritur quæſtio apud antiquos & recentes Theologos, cur Filius Dei dicitur λόγος, id eſt, Verbum? Sanè λόγος multa ſignificat, quæ omnia huic loco conueniunt. Primò verti poteſt *ratio*, quia ſicut ratio vel notitia à mente, ſic Filius à Patre Deo procedit. Secundò verti poteſt *cauſſa*, quia Verbum eſt cauſſa rerum omnium, quæ verbo Dei creatæ ſunt. Tertiò verti poteſt *virtus*, quia Verbum eſt virtus, robur, & dextera Patris. Quartò verti poteſt *forma*, quia Verbum eſt Patris forma, decor, & pulchritudo. Denique verti poteſt *definitio*, quia Verbum, ſeu Filius Patris naturam definitè exprimit, & explicat. Quare Nizetas in Orat. 41. Nazianzeni, ſic ad rem eleganter ſcribit: *Quam rationem habet definitio ad definitum, eandem habet Filius ad Patrem. Ipſum enim declarat, ſicut definitio id, quod ab eâ definitur. Quamobrem Chriſtus dicebat: Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. Paterna ſiquidèm natura compendioſa demonſtratio eſt Filius. Omnis enim proles parentis ſui tacita eſt ratio ſiue definitio.* Itaque quilibet filius, optima eſt patris definitio, quæ patris naturam, ac mores paternos perſpicuè clarat, non auribus, ſed oculis, ad quos perſpicuè moribus loquitur. Vndè filius eſt patris tacita *ratio*, compendioſa *demonſtratio*, clara *definitio*, & venuſtior *forma*.

Ioan. 1. v. 1.

Significatio huius vocis, *Verbum.*

Filius eſt patris definitio, ratio, demonſtratio, forma.

Nizetas. Ioann. 14. v. 9.

3\. Prouerbiorum 13. Salomon hanc gnomen proponit: *Filius ſapiens, doctrina patris:* qui autem illuſor eſt, non audit cùm arguitur. Hæc ſententia acrem dat ſtimulum, tum parentibus, vt filios in omni virtutis diſciplinâ inſtituant; tum filiis, vt eandem totâ mente capeſſant. Duplex huius loci ſenſus adducitur ab Interpretibus. Prior eſt: Filius ſapiens audit doctrinam patris, eique obſequenter obedit. ita Aquila, Symmachus, Teodotion, Lxx. Interpretes, Chaldæus, Syrus. Poſterior innuitur ab Hebræo textu, qui ſic habet: *Filius ſapiens, doctrina*, vel *diſciplina*, vel *inſtitutio*, vel *eruditio patris.* Quia non tantùm eam ſuſcipit (ait ibi Cornelius,) ſed & refert ac repræſentat, ſicut imago repræſentat ſuum exemplar .... Pater & doctrina patris, in filio ſapiente & obediente, quaſi in viuâ ſui imagine repræſentatur, & reſplendet, vt viſo filio dicere poſſit: Hic eſt pater, hic eſt *doctrina patris*, hic eſt *eruditio patris*, hic eſt *forma* patris, hic eſt *definitio*, *compendioſa demonſtratio*, atque *tacita ratio* patris. Sic Lyranus ibidèm: *Filius ſapiens, doctrina patris; quia in eo manifeſtè relucet*, pater inquam, patriſque doctrina, forma, mores. Hinc illud Romani Oratoris: *Effigies probitatis paterna, filius.* Et Baſilius Imperator in capitibus exhortationum, quæ dicauit Leoni filio, quaſi commentaretur hæc Salomonis verba, *Filius ſapiens, doctrina patris*, ita ſcribit: *Ne me quæſo patrem amantem pudefacias, debent enim pictores quidèm corporum lineamenta: filij autem quaſi viuæ imagines patrum virtutes referre.*

Prouerb. 13. v. 1.

Aquila. Symmach. Theodot. Lxx. interp. Chaldæus. Syrus. Hebræus. Cornelius.

Cur bonus filius dicitur patris inſtitutio?

Lyranus.

Cicero l. 2. de Finib.

Baſil. Imper.

4\. Verùm Lxx. Interpretes ſic locum exſcribunt: *Filius aſtutus*, &c. Forſan alludit ad bonum filium non boni admodùm patris: filius enim cùm ſit doctrina, eruditio, effigies, forma, definitio, & compendioſa demonſtratio patris, in ſe impreſſè bonus, patrem reformat, & ſuis moribus recudit in bonum, hâc ſapienti *aſtutia* bonus filius boni patris cenſetur, qui eſt filialis honoris cenſus, & nobilitatis conceptaculum. Ex hâc doctrinâ claratur illud Prouerbiorum. 27. *Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.* Pro τὸ *poſſis* nonnulli cum Hebræis & Græcis legunt *poſſim*. Hebræa ad verbum ſic habent: *Eſto ſapiens fili mi & lætifica cor meum & reſpondebo probrus afficienti me.* Chaldæus, *Et reſpondebo verbum his, qui mihi exprobrant.* Syrus, *Ceſſabit à me probrum mihi exprobrantium.* Quaſi dicat boni filij non admodùm bonus famâ pater: Alter ego, id eſt, filius, eſt bonus; ille eſt mea effigies, definitio, forma, imago; quo nomine aduerſùs probra ſibi obiecta veroſimiliter ſe clypeat. Exindè ait: *Stude ſapientiæ fili mi, & reſpondebo verbum his, qui mihi exprobrant.*

Lxx. Interp.

Probus filius cur aſtutus dicitur?

Prou. 27. v. 11.

Hebræus.

Chaldæus.

Syrus.

Bonitate filij, ſe pater clypeat, & obiecta ſibi probra refutat.

5\. Sapientiæ 7. ſic de Verbo diuino, ſeu Filio Dei ſcribitur: Vapor (Arabicus *facies*) eſt enim *virtutis Dei*, & emanatio quædam eſt claritatis *omnipotentis Dei* ſincera. *Candor enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine maculâ Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius* Sed quid eſt, quòd Dei Patris Deus Filius dicitur facies *virtutis* Dei, ſpeculum *maieſtatis* Dei, & emanatio claritatis *omnipotentis* Dei; cùm autem venitur ad rationem imaginis, quæ propria eſt verbi ac Filij, dicitur

Sapien. 7. v. 26.

Arabicus.

Digitized by Google

citur *imago bonitatis* Dei? An non etiam Filius tamquã imago repræſentat Patris Dei virtutem, omnipotentiam, iuſtitiam, maieſtatem, & reliqua ſeueriora, aut auſteriora (vt ſic loquar) eius attributa? quorsùm dum inducitur tamquam glorioſa Patris Dei *imago*, omiſsâ *virtute*, *omnipotentiâ*; *maieſtate*, iuſtitiâ, ac reliquis iſtiuſmodi elogiis; tantùm hîc meminit bonitatis, quod apud homines habetur gratius, & glorioſiùs attributum, & à virtutis gloriâ ſumptuoſius? Appoſitè Syrus ſic locum excribit, & exponit: *Splendor eſt illius, incorruptibile ſpeculum gloria omnibus formis Dei, & forma gratia illius.* Nimirùm Dei Filius perfecta eſt & conſummata imago omnium perfectionum, quæ ſunt in Patre, & illa omnia in ſeipſo refert viuâ repræſentatione; dum autem Scriptura ſacra deſcribit quid Patris repræſentet hæc imago, *bonitatem* duntaxat hîc refert; & quidèm moraliſſimè aſpectu ad humanos filios, quorum elogium eſt, patris *bonitatem* moribus repræſentare; non alia patrum attributa ſeueriora, aut auſteriora aut à bonitate aliena. Sit ergò filius repræſentatio patris, quia eſt ſpeculum *gloria* illius, quiâ eſt *forma gratia* illius, quia eſt *imago bonitatis illius.* Itaque Dei Filius in ſeipſo omnia Patris attributa tamquam perfecta imago repræſentat: ſed ethicè *Seruus Dei bonitatem* repræſentet; ſic proponitur tamquam paternæ *gloria ſpeculum, & forma gratia illius.*

Filius ſit ſpeculum paternæ bonitatis & gloria, & forma gratia illius.

Syrus.

6\. Geneſeos 9. nuper egreſſus ex arcâ Noë vir agricola cœpit exercere terram, & plantauit vineam. Bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. *Quod cùm vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.* Qui reuerenter auerſo veſtigio dedecus boni patris obtegunt, & diſſimulant. Euigilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quod fecerat ei filius ſuus minor, ait: *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Non benè forſan punitur in filio Chanaan, quod pater Cham in ſuum patrem Noëmum inuerecundè ac impiè deliquit. Cur filius Chanaan à culpâ immunis, pœnaliſſimo ſupplicio acerbiùs addicitur? Reſpondet Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſim: *Scitis quomodo ſæpenumerò patres orant vt filiorum pœnas ipſi ferant; & grauius illis eſt videre filios ſupplicio affici, quàm ſi ipſi iis forent obnoxij: factum eſt igitur hoc, vt illum ob naturalem in puerum amorem, maiorem ſentiret dolorem*, quaſi pater acerbiùs feriretur in filij pœnâ, quàm ſi ipſe in ſcipſo pater ſauciaretur: & ipſe ſceleroſus pater à ſupplicio immunis in ſe, in altero ſeipſo duriùs mulctatur, & pœnâ filij ad emendationem eruditur. Chryſoſtomo adteſtatur Procopius ibidèm ſic fatus: *Maior dolor cruciabat patrem* Cham, *cum videret filium* Chanaan *maledictione perſtringi, grauius enim affligimur calamitate liberorum, quàm ſi nobis aliqua miſeria obiiceretur.* Ceterùm S. Ambroſius in lib. de Noë & arcâ cap. 30. omnium elegantiſſimè dubium vrget, & ſoluit ad rem opportunè: *Quæro nunc cur non ſimpliciter dixerit, Vidit Cham nudationem patris: ſed vidit Cham pater Chanaam, vtique Chanaan natus non erat: cur ergò nomen additur filij, niſi vt viſo auctoris deformaretur hereditas, & auctor filij nequitiâ grauaretur? Et pater igitur in filio, & in patre filius redarguitur, habentes ſtultitiæ, nequitiæ, impietatis quoque commune conſortium. Nec poterat fieri vt bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius, & naturæ & eruditionis degener extitiſſet.* Scilicet nequam filius Cham, qui boni patris Noëmi *eruditionem* degener refutauit, in filio Chanaan acerbiùs mulctato meliùs *eruditur*, & eius ſupplicio ad emendationem, & exemplum ſapienter *redarguitur.* Et quod mirere magis *redarguitur* & *eruditur* in filio nondùm nato, ſed poſtmodùm naſcituro: quaſi filius ad patris redargutionem, eruditionem, & caſtigationem, vitæ ſpatia anteuertat; & qui in ſe nondùm eſt, ad patris mitius ſupplicium inueniatur in patre. *Pater igitur in filio* nondùm nato, *& in patre filius redarguitur*: & nouerca maledictio præproperè parturit ad pœnam, quem necdùm mater ad vitam peperit. Sic etiam boni filij Sem & Iapheth in felici poſteritate beantur. Beatur etiam hîc & Rutha, dum Bethlehemiticus ſenatus Racheli ac Liæ illam pariare votis apprecantur: & quod votiuè optatum, abundè præſtitum eſt in Obede, Dauidis auo, à quo Chriſtus Deus, quæ eſt felicior generoſæ ſobolis meta.

Geneſ. 9. v. 25.

S. Chryſoſt.

Pater acerbius punitur in filio, quàm in ſeipſo.

Procopius.

S. Ambroſ.

Cur Cham in Chanaan filio nondum nato maledicitur.

Hîc verſ. 11. &c.

---

§. CCLXXX.

Miſera calamitas eſt precandi officina, & deprecandi vigor.

Exigua mala corrumpunt magna bona: aceti guttula vaſculum meri nobiliſſimi perdit, & à pauculo totum inaceſcit. In hoc malignum eſt ingenium hominis ærumnam patientis: vna ſola corrumpit plura gaudia, & felicitatem ipſam infelicitat: per illam enim omnis diffluit lætitia. Sit licèt plena & gaudens voluntas, vna inſurgat aduerſitas, aut è vicino minas vibret, euacuatur tota hilaritas, & ſolicitus angor pectus implet. Res delicata, felicitas eſt; facilis & exprompta miſeria. Miſer eris, ſi deſit aliquid, etiam ſi omnia præter illud habeas. Vt ſis felix, nihil excipiendum eſt, omnia habere opus eſt, aut omnia contemptim depretiare: illud arduum eſt, & mortalium nemini conceſſum, dum verſamur in hoc auariſſimo alternantium rerum emporio; illud ſuaſibile, etſi non facile parabile. Sed aliâ forſan viâ miſeriam refinges in plenam felicitatem; ſi calamitas calcar addat ad cæleſtis remedij votum, & medelam precibus pater. Hoc nomine omnis miſeria, felix eſt, quod viuaciùs vota precum exſuſcitat, & remiſſum animum intentiùs acuit, vt obnixiùs è cælo ſubſidium expoſcat. Tametſi animus calamitate fatiſcit, tamen incunctanter hiat ad remedium, & malo ſuo ad bonum orationis eruditur. Infelix calamitas, felix precum gymnaſium & arcanus orationis vigor, dum humanis ſpebus abiectis, ad ſperandam à Deo opem intentiùs erigitur. O quàm argutè in calamitatis officinâ, ardens feruentium precum votum excuditur! 1.

Calamitas eſt orationis gymnaſium, & officina.

Geneſeos 32. Iacob è Meſopotamiâ redux, occurſu fratris ſui Eſaü dudùm offenſi, ſolicitè angitur. Porrò reuerſi fuerant nuncij, quos obſequenter præmiſerat, dicentes: Venimus ad Eſaü 2.

fratrem

fratrem tuum, & ecce properat tibi in occurſum cum quadringentis viris. Timuit Iacob valdè, & perterritus dimiſit ſuæ familiæ populum, ne fortè antiquæ offenſæ memor, in ſe, ac ſuos atrociùs ſæuiret. Angore autem acerbiùs ſtimulatus, ad diuinas preces ardentiùs confugit. *Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus Patris mei Iſaac &c. Erue me de manu fratris mei Eſaü, quia valdè eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.* Id eſt, omnia quæ ad me pertinent. nulli inquam, parcat. Grandis Iacobi timor, nec impar timendi cauſſa, ſui ac ſuorum atrox excidium. Conſultè ergò Iacob fratris timore pauidus, & conſilij inops, ad diuinas preces intentiùs confugit: & (vt luculenter inibi Lipomanus dixit:) *Artificio Spiritus format efficaciſſimam orationem.* An hîc ærumnoſa calamitas, alienæ opis indiga, re humanitùs deſperatâ, dicitur *Spiritus artificium*, ad obnixè orandum, & efficaciter impetrandum? Vltima miſeria, & miſerabilior neceſſitas eſt Spiritùs, ſeu noſtræ mentis ingenium, vel arcanum Spiritus ſancti arbitrium ad deprecandum calamitatis ſubſidium? O quàm multa quàm paucis tranſparent, quæ enucleatiùs emedullare, vel imperito procliue eſt! Sed nota: quòd calamitoſa neceſſitas Spiritus-ſancti artificio efficaciam orationis *formare* perhibetur.

Geneſ. 32. v. 9. & 11.

Neceſſitas eſt Spiritus ſancti artificium ad orandum

Lipoman.

Neceſſitas orationem formare dicitur.

3. Iob 27. dutis calamitatibus tragicè afflictatus, animoſam ſpem è contrario erigit, quò precibus calamitatem mitiget, aut auertat, ſic aiens: Numquid Deus audiet clamorem eius (hypocritæ impiiſſimi & ſceleratiſſimi) cùm venerit ſuper eum anguſtia? *Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum in omni tempore?* Quaſi homini impio ac flagitioſo, cùm anguſtiis atque ærumnis afflictatur, præcluſus, aut ſaltem difficilis ſit aditus ad orationem, quâ calamitatis duritiem emolliat, & ſanctarum precum dulcedine ærumnas ad ſuauitatem condiat, & miſeriam auertat, quod eſt aſpectabile calamitatis aſylum. Dicit autem de ſceleroſo impio, anguſtiis calamitoſè oppreſſo, An *poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum?* quaſi hæc Dei in calamitatibus *inuocatio*, & in *Omnipotente delectatio*; ſit iuſtis peruia, & eorum familiare in tribulationibus leuamen, & expromptū vnicè remedium. Sed quid eſt quòd Iuſtus dum in ærumnoſâ *anguſtiâ Deum inuocat*, tunc, tunc quidèm dicitur *in Omnipotente delectari*? Quare tunc Deus non communi Dei nomine, ſed *Omnipotentis* vocabulo nominatur? Quid eſt non tam dici in Deo, quàm in Deo vt *Omnipotente delectari?* Verùm enimuerò Hebræum nomen *Saddai*, Latinè *Omnipotens*, Deum optimum & Maximum ſignificat, non vtcumque, ſed vt eſt, *vberrimus bonorum omnium fons*, quod obuium eſt Biblicè peritis. Quarè *magnam delectationem* in Deo ſignificari cenſet hîc S. Thomas. Adeò vt ad *futuræ beatitudinis* ſtillam ſeu ſpem, huiuſmodi *delectationem in Omnipotente*; Lyranus referat, Scilicet Iuſtus *anguſtiâ* arctatus, & calamitate oppreſſus, Deum precibus auxiliarem *inuocans*, calamitatem feliciter deprecatur, tantámque in angoribus ſuauitatem percipit, vt in Deo *Saddai*, hoc eſt, *in Omnipotente*, nempè in *vberrimo bonorum omnium fonte*, nuncupatim *delectari* dicatur. Hem! ſic neceſſitas preces fouet, extimulat, animat? ſic anguſtia precibus dilatatur, vt delectatione beatitudinis æmulâ *in Omnipotente delectetur*? Sic eſt calamitoſi hominis oratio deprecatione felix, & delectationis opulentè diues?

Iob 27. v. 10.

Ærumnis oppreſſus precibus Deum inuocans, in Omnipotente delectatur.

Pineda ibi
S. Thomas
Lyranus.

Idem Iobus cap. 6. quaſi impar tot ærumnis tandiu conſtanter ſuſtinendis, ſic voce lugubri, & funeſtis querelis dolenter loquitur: *Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus vt patienter agam?* Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt. Nimirùm rationem reddit cur timeat, ne tentationi, doloríque ſuccumbat. Quia vexatio illa duriſſima eſt, quæ licet ſpiritu puro, & Deo inoffenſo ſuſtineri poſſit aliquandò; at ſi diuturna ſit, quis ſperet in eâ malorum conſpiratione conſtantiam? Neque ipſe nouit quandiu cum peſtilente morbo, cum ſeruorum amicorúmque ludibriis, cum obſcœnâ fame, cum tot cruciamentis carnem animúmque excarnificantibus, & cum ſummâ rerum omnum indigentiâ certandum ſit. Cúmque adhuc virum in illâ palæſtrâ præſtiterit, timere tamen non immeritò poſſet, ne fractus, aut ſaltem defatigatus luctando, vel victus diaboli manu, & tandem cadat inhoneſto vulnere, & quas ferendo conſecutus fuerat palmas; abiecto virili ſpiritu, & proiecto patientiæ clypeo, turpiter amittat. Hæc Iobi ſententia, quæ vt eſt timoris plena, ſic quodammodò videtur deſperationi confinis, dum tacitam, diuinæ opis precationem continet, ærumnarum ſuſtinentiam, aut ab eis leuamentum impetrauit. Appoſitè Olympiodorus in Catenâ, hæc Iobi verba ſic exponit: *Non ego*, inquit, *aut doloris ſenſum amiſi aut verò lapideus, aneúſue ſum, an non humanâ carne conueſtitus? An breuis hæc mea eſt calamitas? Nemo igitur mihi mœrenti, & liberationem malorum poſtulanti indignetur.* Quaſi cùm Iob dixit: *Quæ eſt fortitudo mea, vt ſuſtineam?* tacitè inſinuet orationem, quæ illi robur ad ſuſtinentiam *poſtulet*, ac fortiter ſubminiſtret. Quod luculenter his verbis edifferit Chryſoſtomus lib. 2. de Orando Deum: *Siquis dicat*, ait, *animæ neruos eſſe deprecationem meâ quidèm ſententiâ videbitur verum dicere. Qui ergò præ laboribus quaſi neruis, & robore ſe ſpoliatum videri, ne omninò eneruis fiat dum triſtatur, ad orationem recurrat, vndè vires & robur colligat.* Imbecillus & eneruis videri poſſet Iob, dum ærumnis oppreſſus, ait, *Quæ eſt fortitudo mea, vt ſuſtineam?* At cùm in hâc ipſâ interrogatione tranſpareat oratio, fortitudinem & neruos ad fortiter ſuſtinendum poſtulans, *neruos & robur*, nuper propè imbecillus & eneruis, impetrauit. Quaſi in acerbioribus ærumnis, dum patientiæ conſtantia imbecillè deficit, longanimitatis defectu; tunc, tunc quidèm oratio ſic eſt ad impetrandum auxilium opportuna, vt neruos ac robur patientiæ ſubminiſtret.

4.

Iob. 6. v. 11.

Olympiod.

Deficienti in ærumnis patientia, neruos & robur oratio ſubminiſtrat.

S. Chryſoſt.

5. Adhuc Iobus calamitatis acerbitate querulus, ita fatur: *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum; & derelicta ſunt labia tantummodò circà dentes meos.* Ineluctabilis morbi vis tanta eſt, vt eâ redigat ad maciem extremam, adeò vt conſumptis carnibus, cutis vix oſſibus hæreat. *Derelicta eſſe labia tantummodò circà dentes*, ait; an vt de Elephantiaſi morbo acerbiùs tumeſcerent? Putat Philippus, quòd Dæmon inter cæteras corporis partes ſæuiſſimè percuſſas loquendi inſtrumenta illæſa eſſe voluit, vt liberiorem

Iob 19. v. 20.

Digitized by Google

Philippus.

riorem illi loquendi facultatem, & verbo labendi occaſionem aliquam faceret: *Hæc*, inquit, *Diabolus in eo reſeruat, vt blaſphemiam prolatam eius ore cognoſcat.* Nimirùm dum linguam communi plagâ eximit, pernicioſum inimicum hoſtiliter armat è peruerſo beneficus. Verùm non malus Dæmon, ſed bonus Deus, labia illi ac linguam ad tot vulnerum medelam reſeruauit, dum orandi inſtrumenta reliquit illæſa. Quod ex multis Scripturæ locis inibi adſtruit Pineda in Allegorico ſenſu: aduocátque Auguſtinum, qui Lxx. Interpretum tranſlationẽ ſic refert, & exponit: *Oſſa mea in dentibus ſunt.* id eſt, *firmitas & fortitudo mea in verbis, non in factis.* Addit Pineda: Sanè labiis populi Iſraëlitici, vincendos hoſtes, penitúſque delendos, non manibus aut gladio, indicat Scriptura, vt vim precum & orationis explicaret. Non mirùm igitur, ſi ſuâ ipſe aſtutiâ deluſus Dæmon, poſteà non relinquat *labia*, & orationis facultatem intactam, ſed mutum reddat. Hæc ille. Mira ſanè vis eſt, & incredibilis ſubeſt vigor hominis calamitoſi precibus, quas calamitas intolerabilis expreſſit; adeò vt verba factis præferantur. *Et relicta ſunt labia tantummodò circà dentes meos*, id eſt, *Firmitas & fortitudo mea in verbis, non in factis.* Ecqua pagina lineáve in ſacris Bibliis, aut Sanctorum Patrum ſcriptis, non *verbis facta* operáque præponunt? Loqui facile, præſtare difficile eſt. *Verba* garrulitatis, nugacitatis, & falſitatis ſuſpecta ſunt; *facta* autem & opera virum ſuum indubiè loquuntur. O! gratulor *verbis*, quod aliquandò *factis* præferuntur: & tunc, tunc quidèm hoc elogium merentur, cum in ærumnoſæ calamitatis officinâ verba in orationem excuduntur. *Relicta ſunt labia tantummodò circà dentes meos.* id eſt, *Firmitas & fortitudo mea in verbis, & non factis*, hoc eſt, potiùs quàm in factis.

Lxx. interp. S. Auguſt. — Pineda. — Calamitoſi hominis precaria verba, factis præferri dicuntur.

Hic verſ. 13.

Putant Hebræi, quòd *Ruth* idem ſonat ac *turtur* (de quo egimus ad cap. 1. verſ. 4.) nempè Ruth innumeris anguſtiis miſerè iactata, & lugubri planctu ad Deum ſupplex, tot miſerias deprecata eſt, & apprecata regiam felicitatem, quam *turturis* gemitu auſpicatò hîc impetrauit, dum meruit Boozo nubere, & Obedem (ex quo Dauid, & Chriſtus Deus) generare. quod turturis gemitu obtinuit, & precariâ voce calamitatis expreſſit.

---

§. CCLXXXI.

Non tam corporis, quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt.

1. NOn eſt quòd amicum tantùm in foro, aut in curiâ quæras; aut vxorem te dignam in ſuperbo Regum gynæceo diligenter explores. Si ſollerter attendis, ornatiorem ibi inuenies, non meliorem; imò de ſumptuoſiori ambitioſiùs ornatu imbonitatis ſuſpectam. *Sæpè bona materia ceſſat ſine artifice. Tenta & experire. Quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenos: ſic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex veſte, aut ex conditione, quæ veſtis modo nobis circumdata eſt, æſtimat.* Qui benè eligere ſatagit, cum Boozo morum elegantiam, non exquiſitam veſtium munditiem quærit. Nec faſtuoſo ſupercilio dedignatur Moabitidem malle, quæ verè Iſraëliticos mores animo impreſſos gerit. Pauperculam mauult; ſed qui de vxoriæ probitatis locuplete cenſu, actuoſæ virtutis ſtipendia captat. Cuius præcipua dos, non in pulchræ iuuentæ, aut in pulchritudinis flore, ſed in actuoſæ virtutis, ac pudicæ fœcunditatis fructa ſita eſt. Dediſcenda eſt de Boozi ſcholâ quærendarum ambitioſè vxorum arrogantia. Profectò benè ſemper compoſita morum elegantia, in quam nullum tempori ius eſt, felices nuptias aut inuenire, aut facere ſolitat.

Seneca epiſt. 47. — Vxor non ex ornatâ nobiliter pulchritudine, ſed ex morũ elegãtiâ æſtimanda eſt.

In hoc cap. 4. verſ. 13. connubiali litigio ritè peracto, *Tulit Booz Ruth & accepit vxorem: ingreſſúſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.* Et vocauerunt nomen eius Obed, &c. Quâ ſuper re ſic ad rem incertus Chryſoſtomus philoſophatur: *Talis ergò Booz ex tali coniuge Ruth, qualem filium genuit? Obed, qui interpretatur ſubditus. Nunc autem qui diuitias eligunt, & non mores; pulchritudinem, & non fidem; & quod in meretricibus ſolet quæri; hoc in coniugibus optant; propterà non generant filios ſubditos vel ſibi, vel Deo.* (Sat eſto hîc deſcripſiſſe verba aliàs expenſa, ne in proprio loco deſiderentur, dum peregrinantur in alieno) Hùc tempeſtiuè adludit Plutarchus his verbis: *Photio, cum ei rem Antipater minùs honeſtam, & eum non decentem imperaret; Non vales me, inquit, & amico vti & adulatore: perindè de vxore reputandum pudicâ & acerbâ* (male moratâ inquam:) *Non poſſum cum eâdem pariter vt matronâ & vt meretrice viuere.* Scilicet matronam repudiat, & meretricem mauult, qui *quod in meretricibus ſolet quæri, hoc in coniugibus optat.* 2.

Hic verſ 13. — Imperfectus homil. 1. in Matth. — Male quis quod in meretricibus ſolet quæri hoc in coniugibus optat. — Plutarch. in Præcep. connub.

Prouerbiorum 31. laudatiſſimam illam matronam ita Salomon commendat: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum* (piâ, pudica, actuoſa, benè morata) *ipſa laudabitur.* Hebraicè excribitur, *Mendacium, gratia, & vanitas pulchritudo*; Syrus autem, *Mentitur decor, infructuoſa eſt pulchritudo*; Rabbi Salomon, *Mulier haud laudibus extollenda* (& indè ad nuptias minimè expetenda) *quòd formâ præcellat, cùm omnia ſint quid inane & merum mendacium; mulier verò quæ Deum vereatur, hæc ſolùm laudibus eſt celebranda.* Sanè gratia eſt gratioſa venuſtas ſeu decor & concinnitas, tum corporis, tum geſtuum & actionum, quâ quis in habitu, inceſſu, ſermone & actione ita decorè ſe gerit, vt intuentiũ amorem ſibi conciliet, eiſq; acceptus & gratioſus exiſtat. Quare *pulchritudo eſt, bona illa concinnitas in compoſitione membrorum, floris inſtar ſuperductam ſibi gratiã habens.* Hæc, hæc inquam, nuptiarum lenocinium vulgò exercet; quod huius Matronæ exemplo vetat Salomon, aiens, quòd *mentitur decor*, & *infructuoſa eſt pulchritudo*; quia ſemper fugax, plerúmque ambitioſa, ſterilis, inactuoſa. Ergò morum elegantia, virtutum decor, & gratiarum nitor, præcipuè in vxore quærendus & ambiendus eſt, qui ſit mulierum dos, & opulentus matronarum cenſus. Corporis autem fallacem formam, & volaticum pulchritudinis mendacium, meretricibus relinquendum eſt. Pulchrè Nazianzenus de ſorore Gorgoniâ ita ſcribit: *Cum externos multos* 3.

Prouerb. 31. v. 30. — Hebræus. — Syrus. — R. Salomon. — S. Baſil. apud Anton. in Meliſſ. p. 1. c 60. — Fallax eſt elegantia vxoris, quam virtus non concinnat ad placendi gratiam. — S. Nazianz. Orat. 11.

Digitized by Google

multos & varios ornatus cognitos haberet; nullam tamen moribus ſuis, atque intùs condito ſplendore præſtantiorem agnoſcebat. Vnus illi rubor placebat quem pudor affert, vnus candor quem parit abſtinentia. Nam pigmenta & fucos, ac vinas tabulas, & fluxam formæ venuſtatem ſcenicis & triuialibus relinquebat, quibúſque probrum ac dedecus eſt erubeſcere.

S. Bernard. Serm. 1. de S. Victore.

Sapienter Bernardus: *Quæ ſine virtute eſt gloria, profectò indebita venit, præproperè affectatur, periculosè captatur. Virtus gradus ad gloriam, virtus mater gloriæ eſt. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, quam illa non parturiuit: ſola eſt, cui gloria debetur iure, & ſecurè impenditur.* Hæc ergò morum elegantia in vxoribus quærenda eſt, peruestiganda eſt, ambienda eſt. Fallax ergò eſt elegantia vxoris, quam virtus non concinnat ad placendi gratiam.

4. Prouerb. 31. v. 30.

Redeat iterùm ſemel elucidatus Salomonis locus: *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum* (ſecurâ ac ſtabili virtutis pulchritudine elegans) *ipſa laudabitur*, & meritò ad nuptias ambitur. Sanè laudatior eſt mater familias, ſi omnia in ſe reponens, dotem, natales, formæ præſtigias, & venuſtatis illecebras, viri beneuolentiam, modeſtiæ ac virtutis gratiâ conciliet.

Non erit vxor fœda, ſi à viro diligitur morũ potiùs quam forma gratia.

Non enim virum probum decet aut oculis, aut digitis vxorem ducere. Fallit oculos gratia formæ, mentitam dotis opulentiam digiti fallaciter ſupputant. Præcipua vxoris dos in virtutum elegantiâ eſt.

Plutarch. in Præcep. Connub.

Præcipiebat Socrates adoleſcentibus (ait Plutarchus,) *qui ſe intuerentur in ſpeculo, iis, qui deformes erant, vt emendarent fœditatem vultus virtute: qui pulchri ne formam vitiis deformarent. Rectè etiam Materfamilias fecerit: ſi cùm in manibus ſpeculum habet, ſecum loquatur, turpis: Quid autem, ſi caſta non ſim? ſpecioſa: Quid autem, ſi ſim caſta. Eſt enim turpe, ſi diligitur morum potiùs quàm forma gratia præclarum.* Iſtiuſmodi vxor non videbitur turpis ac fœda, ſi à viro *diligitur morum potiùs quàm forma gratia.* Hæc ſemper vernat, floret, nitet; illa inceſſanter defloreſcit, & deformitate morum faſtiditur: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo mulier timens Dominum ipſa laudabitur.*

5. Eccli. 36. v. 26.

Siracides Eccleſiaſtici 36. ſic adoleſcentes nuptiis maturos, ſalubriter admonet, quò in vxore quærant morum potiùs quàm formæ gratiam: *Qui poſſidet mulierem bonam* (non ait pulchram: rara eſt enim ſocietas formæ ac pudicitiæ,) *inchoat poſſeſſionem: adiutorium ſecundùm illum eſt, & columna vt requies.*

Quare qui ducit mulierem bonam, poſſeſſionem locupletem inchoet?

Profectò qui pulchræ ac diuitis puellæ nuptias negligens, *mulierem bonam*, id eſt, probitate elegantem ducit, eámque poſſidet & acquirit; is, inquam *inchoat poſſeſſionem*: quaſi initium aut auſpicium opulentiæ, ſit bonæ vxoris poſſeſſio. Porrò quantumuis ante nuptias diues ſit, & opulento cenſu locuples, nondùm incœpit diues eſſe, quouſque *mulierem bonam poſſideat*: nam cognata pulchritudinis ambitio, vltra cenſum ſumptuoſa eſt: quin & inactuoſæ & inerti vxori nihil ſufficit; quicquid enim à marito acquiritur, per eius inertiam dilabitur.

Bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri.

Vndè *qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem.* Dein *bona mulier* marito eſt quaſi *columna vt requies.*

Hebræus. Vatablus.

Hebræum verbum עַמּוּד *hamod*, pro quo Vulgatus habet, *columna*, idem eſt, ac *ſtabilimentum*, aut *ſubſiſtentia.*

Tigurina.

Quare Vatablus vertit *ſtabilimen*, Tigurina, *baſis.* Scilicet non pulchra, aut diues, aut prænobilis vxor; ſed *mulier bona*, & *morum gratiâ* dotata, dicitur viri *columna, ſtabilimentum, baſis, ſubſiſtentia*: eâ enim tamquam hypoſtaſi vir *ſubſiſtit*: alioqui titubat, dilabitur, corruit, deficit. Addit quòd *mulier bona, adiutorium ſecundùm illum eſt.* quo apertè adludit ad verbum Domini Geneſeos 2. *Faciamus*, inquit, *ei adiutorium ſimile ſibi.* Gen. 2. v. 18.

Hebræis eſt, *Adiutorium quaſi coràm ipſo*; vt mulier ſit adiutorium viro non à longè petendum, ſed quod ad manum ſit, coràmque obuerſetur. Textus autem Latinus intimiorem ſenſum innuit, ſcilicet *mulier bona* eſt adiutorium viri, quaſi eſſet alter vir, vt noſter Cornelius adnotauit. Cornelius.

Qui autem merè pulchram aut diuitem oculis & digitis eligit, *adiutorium contrà ipſum* eligit, quod Hebræa etiam exprimunt. Hebræus.

Apocalypſis 21. *Ego*, inquit, *Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo à Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* 6. Apocal. 21. v. 2.

Cæleſtis illa Ieruſalem, id eſt, empyrea beatorum gloria, ſub ſponſæ nomine, nunc ſpectata à Ioanne proponitur. Dicit *paratam*, id eſt, comptam, adornatam, tantáque pulchritudine, felicitate, maieſtate, ac gloriâ inſtructam, quantâ decet ſponſam diuino ſponſo iam nuptam; perindè vt ſponſa Regis, pulcritudine conſpicua, pulcherrimis etiam & pretioſiſſimis veſtibus, gemmis ac monilibus ſe veſtit, parat, & adornat, cùm in thalamum Regis ſponſi deducenda eſt, vt felici connubio æternùm cum eo viuat. Ait, *ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*, quaſi dicat: Sicut illam ſponſam, quam Deus Pater Chriſto filio ſuo vnigenito tanto decore adornauit, ad Chriſti ſui decus: omnis enim cæleſtis Eccleſiæ decor, & Beatorũ pulchritudo, ſicut Chriſti meritis tribuenda eſt, ſic & ad ſponſi Chriſti gloriam deſtinatur.

Vitam totius elegantiæ & dignitatis plenam ambit diuinus ſponſus.

Sed penitiùs peruestigare oportet, quænam ſit hæc cæleſtis ſponſæ pulchritudo, beatus olympiæ gloriæ decor, & forma præſtantiſſima, in quâ diuinus ſponſus ſic complacet? Prædicatúrne corporis pulchritudo? an vitæ elegantia! Appoſitè S. Auguſtinus lib. Meditat. cap. 22. ita ſcribit de cæleſti Beatorum vitâ: *O vita, quam præparauit Deus his qui diligunt eum! vita vitalis, vita beata, vita ſecura, vita tranquilla* (& poſt paucula addit ad rem) *Vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima.* S. Auguſt.

Ecce tibi empyrea pulchritudo, & ſumptuoſior ornatus beatæ ſponſæ, quæ ſponſi Dei nuptias meretur, nempè *vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima*, quæ eſt venuſtior morum elegantia, & quæ auguſtè velut ſuperbas cum Deo nuptias beatè contrahit. In hanc morum elegantiam nullum tempori ius eſt. Hæc ſemper vernat, floret, nitet, neque vmquam marceſcit; hâc cæleſti ſponſa diuino ſponſo ſumptuoſiùs ornatur, gratiùs adridet, & beatiùs perplacet; quæ eſt *vita totius elegantiæ & dignitatis pleniſſima.*

§. CCLXXXII.

§. CCLXXXII.

Prælustris Euangelici Concionatoris dignitas, diuinæ gloriæ tota militet.

1. EVangelicum oratorem te puta, ſi tibi ipſi antè omnes, quod oportet perſuaſeris: nihil enim turpiùs quàm quæ obiicitur, in obiiciente cognoſci paſſionem. Profectò oratio eius qui ſuadendæ veritati operam dat, incompoſita debet eſſe & ſimplex: ad rem ipſam moueat, non ad compoſita ipſius verba. Hæc ſit Concionatorij propoſiti ſumma: Quod animitùs ſentiat, ore loquatur: alioqui ſermo aſſutus eſt, & quaſi de alieno totus: niſi deuotionis calore concoquatur crudus eſt, & indigeriem ructat. Succo cæleſti quo ipſe non adipatur, non ſaginat auditores ad pietatem, ſed quaſi theatralibus fabellis fallit ad voluptatem. Hiſtrio eſt ſub Euangelici Concionatoris dignitate, quam dum ambitioſè obit, obeundo mentitur. Heu Apoſtolici muneris adultera! O, Euangelicus Concionator agnoſcat dignitatem ſuam, Apoſtolicæ gloriæ æmulam! Chriſtiani Prædicatoris ſermo de Scripturarum lectione hauſtus, piâ deuotione, & aſſiduâ cum Deo familiaritate condiatur: de cæleſti œconomiâ ebibat, quod in auditores eructet: de familiari Dei contubernio ad ſpargendum ſemen diuinum auellatur, vt diuinitatis abreptiones hominibus inſerat, & ſic locuplete meſſe, cæleſtia Dei horrea ſumptuoſiùs adimpleat: adimplebit ſic Apoſtolorum miniſterium, de cuius auguſtiori dignitate piam Cælitibus inuidiam ſuggeret.

Euangelici Concionatoris munus ſublime prodi... ſitur.

2. Actorum 1. Chriſtus Deus triumphali in cœlos Aſcenſioni proximus, Euangelicæ prædicationis munus Apoſtolis committit, aiens, Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus-ſancti in vos, *& eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæâ, & Samariâ, & vſque ad vltimum terræ.* Et cùm hæc dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cúmque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxtà illos in veſtibus albis. *Qui & dixerunt: Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum?* Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam, &c. Hæc Angelicæ admonitionis verba, ſpeciem reprehenſionis ſubolent, quod vrgens interrogationis emphaſis publicat. ſed quid tunc reprehenſione dignum in Apoſtolis inuenitur? Syrus: *Quid ſtatis & ſuſpicitis?* Nempè Apoſtoli & reliqui Diſcipuli ſtant fixo pede, fixíſque oculis ſuſpicientes glorioſam Magiſtri ſui in cœlos aſcenſionem. Ecquis in hâc re obiurgationi locus? An Chriſtum Deum, eorum amantiſſimum Magiſtrum à ſe diſcedentem, intentiùs non aſpiciant? Imò & ſtupiditatis argui poſſent, ſi Magiſtri dilectiſſimi triumphalibus gloriis, intento ſaltem aſpectu plaudere neglexiſſent. Quid non boni in huiuſmodi Chriſti adſpectu non apparet? quid præſtantiùs tunc facere potuiſſent, quàm aſcendentis Chriſti glorioſa veſtigia adhuc ſtudioſiùs relegere, & dulci gratulatione mirari? Et tamen Angeli huiuſmodi adſpectum vetant, quaſi quid præſtantius illis faciendum ſuperſit. Id explorato attentiùs contextu tradit Cornelius noſter, ſic litteraliſſimè locum commentans: *Quid ſtatis aſpicientes in cælum, id eſt, fixè quaſi firmo ſtatóque pede ſuſpiciatis? Quaſi docat: Sat ſuſpexiſtis: ergò domum redite, & ad munus Apoſtolicum, quod ipſe vobis demandauit, vos comparate.* Hæc ille. qui ſenſum quem ab Oecumenio ebiberat, explicatiùs ediſſerit. Sic fatur Oecumenius ibi: *Per hoc autem quod ait: Quid ſtatis? admonet illos vt relictâ curâ de eâ re, Ieroſolymam redirent, iuxtà Domini præceptum quo dixerat: Ab Ieroſolymis ne diſcederent.* Et rurſùs, *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæâ, & Samariâ, & vſque ad vltimum terræ.* Quod probè intelligentes Diſcipuli, & Angelorum obſequio, & deſtinato ſibi miniſterio exprompti, *tunc reuerſi ſunt Ieroſolymam.* Scilicet de Angelicæ admonitionis, ne dicam reprehenſionis gymnaſio eruduuntur Diſcipuli, ſatiùs eſſe *redire ad munus Apoſtolicum*, & ſe comparare ad prædicandum Euangelium *vſque ad vltimum terræ*, quàm Chriſtum ipſum glorioſè in cælos euntem diutiùs intueri, & abeuntis veſtigia ſtudioſiùs perſequi. Præſtátne ad Euangelij prædicationem ſe comparare, illique vacare, quàm cum Chriſto glorioſo eſſe, aut eiuſdem veſtigia adhuc intueri? Saltem de iſtiuſmodi aſpectu, arcana Angelorum admonitio aut reprehenſio, Diſcipulos auellit, quò peridoneè Euangelicæ prædicationis munus dignè adminiſtrent, & Chriſti Dei gloriam toto orbe buccinent.

Actor. 1. v. 11.

Syrus.

Cornel.

Apoſtoli auelluntur à Chriſto, vt prædicationis obeant munus.

Oecumen.

3. Lucæ 2. de duodenni Ieſu in Nazareth cum parentibus regreſſo, quibus ſubditus eſſe dicitur, addit Euangeliſta: *Et Ieſus proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum, & homines.* Pro τὸ ætate, Syrus & Arabicus habent, *ſtaturâ*, ſiue *proceritate*: vtrumque verum, vtrumque huic loco appoſitum. Valdè ſudat ſanctorum Patrum ac Interpretum ſollers induſtria, vt exponat quo pacto Chriſtus Deus, etſi proficere tunc potuerit ſtaturâ, proceritate, atque ætate; quin & ſapientiâ & gratiâ apud homines, in dies maiora ſapientiæ & gratiæ documenta exhibens; proficere tamen potuerit apud Deum, cùm nullum ſapientiæ & gratiæ auctarium acceperit. Quis eſt arcanus iſte apud Deum & homines profectus, quem ſic magnificè Euangeliſta deprædicat? Sapienter inibi Beda: *Et benè*, inquit, *cum dictum eſſet, quia Ieſus proficiebat ſapientiâ, ætate, & gratiâ, adiunctum eſt, Apud Deum & homines: quia quantùm proficiente ætate hominibus ſapientia & gratia, quæ ſibi inerat, dona patefaciebat, tantum eos ad laudem Dei Patris ſemper excitare curabat, peragens ipſe quod ceteris agendum præcepit: Luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Attentiùs excipe quæ ſubiicit verba: *Atque adeò non ſolùm apud homines gratiâ & ſapientiâ proficere dicitur in quantum ipſi eius ſapientiam gratiamque potuere cognoſcere; ſed etiam apud Deum, in quantùm ad eius laudem gloriámque, ſapientiam ac gratiam quam in eo cognouere, retulerunt.* Vide arcanam vim ſapientiæ & gratiæ pueri etiam Ieſu, quæ non tantùm apud homines de clariori notificatione *proficit*; ſed *apud Deum* etiam *proficere* dicitur, quia iſtiuſmodi apud homines profectus, ineffabili quâdam vi ad gloriam Dei ſumptuoſiùs referebant. Adeò vt in ipſo Chriſti profectu, non dubiis notis Dei gloria deſcripta legeretur.

Lucæ 2. v. 52.

Syrus. Arabicus.

Beda.

Matth. 5 v. 16.

Ieſus gratiâ apud Deum proficere dicitur, cùm per eum homines ad Dei gloriam proficiunt.

Digitized by Google

retur: & in ipſâ ſapientiâ & gratiâ, in quâ puer Ieſus proficere apparebat, tranſparebat etiam micanter ſumptuoſior Dei gloria, ad quam homines huiuſmodi profectû glorioſè referebant. *Non ſolùm apud homines gratiâ & ſapientiâ proficere dicitur, ſed etiam apud Deum, inquantum ad eius laudem gloriámque, ſapientiã ac gratiam, quam in eo cognouere, retulerunt.* O bona Prædicatoris *ſapientia & gratia*, quarum cognitio, *profectus* eſt, & arcana ad Dei gloriam reflexio! O idealis pueri Ieſu, apud Deum & homines profectus, omnibus æmulandus! *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Sanè puer Ieſus gratiâ apud Deum proficere dicitur, cùm per eum homines ad Dei gloriam

Hic verſ. 14. proficiunt. Bonus bonæ Noëmi profectus, de miriſſimo Ruthæ profectu opinatiſſimus. Sibi & Noëmi proficit Rutha, cùm Dei gloriam religione amplificat.

4. 4. Regum 2. cùm propè eſſet vt Elias in cælum tolleretur, dixit ad Eliſeum: Poſtula quod vis vt faciam tibi, antequam tollar à te. dixitque Eliſeus: Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: *Si videris me, quandò tollar à te, erit tibi quod poſtulaſti: ſi autem non videris, non erit.* Cúmque pergerent, & incedentes ſermocinarentur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque: & aſcendit Elias

4. Reg. 2. v. 12. per turbinem in cælum. *Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga eius.* Profectò Elias ethicè eſt doctor

Sic Concionator, currus & auriga vehens ac dirigens ad cæleſtia, & diuina. & prædicator, qui mores populi corrigens, *currus* eſt, qui eum tolerando portat; *auriga*, quia eum exhortando agitat, & ore ac opere ad cælum & ad Deum dirigit. Quod tradit Gregorius lib. 2. in Ezechielem, homil. 21. Verùm

S. Gregor. Galfridus. Galfridus ibi apud Tilmannum, ſic tempeſtiuè locum elucidat: *Currus Iſraël, & auriga eius. Eadem*, inquit, *gratia eſt, quia vehit, & dirigit, dum afficit ſimul, & erudit. Nam zelus abſque ſcientiâ, currus eſt ſine aurigâ.* Nimirùm eadem Prædicatoris gratia eſt, quæ peccatores ſuſtinendo tamquam *currus vehit*, & ſimul quaſi peritus aurigator *dirigit, dum afficit ſimul, & erudit.* In cælum tamquam *currus* portat, dum ore & opere ſic homines erudit & afficit, vt eos ad Deum dirigat, quaſi aurigator egregius. Hinc quandò Elias acclamatur *Currus Iſraël, & auriga eius*, oculos diſcipuli Eliſei impenſiùs expetit; quò oculis ſuis Magiſtrum videat, tamquam *currum* & *aurigam*, homines in cælum *vehere*, & ad Deum dumtaxat *dirigere*; & ad

Zelus ſine prudentiâ, currus eſt ſine aurigâ. cæleſtia ac diuina *afficere ſimul, erudire.* qui eſt boni Concionatoris character, & generoſum concionatorij muneris elogium. Non dimittam innotatum, quòd viuidus animarum *zelus abſque ſcientiâ*, (& prudentiæ moderatione) *currus eſt ſine aurigâ.* Heu diſtrictioris inconſultè zeli errores, & præcipitia, miſerabili ruinâ funeſtè ineluctabilia!

5. Iſaiæ 52. v. 7. Iſaias cap. 52. ſic altè exclamat: *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem.* Arabicus Antiochenus, *Quàm*

Arabicus. Leo Caſtr. Procop. Euſebius. Hebræus. Ailredus. *pulcher eſt qui annunciat pacem*, quaſi à pedum pulchritudine totus homo pulchreſcat. Leo Caſtrius ex Procopio & Euſebio vertit ex Hebræo. *prædicantis Ieſum*; ne dubium ſit agi de Prædicatore Euangelico. Sapienter Ailredus apud Tilmannum ibi: *Cum admiratione Propheta exclamat: O quàm pulchri ſuper montes virtutum pedes, id eſt, affectiones euangelizantium pacem hominibus bonæ voluntatis, propter bona cæleſtia terrena ſpernentibus! Pulchri ſanè pedes, quibus nec ſaltem puluis adhæret: ſed velut poſitâ in peluim aquâ ab ipſo Chriſto abluitur.* Nimirùm euangelicus Prædicator à pulchris pedibus totus pulcher eſt, vſque ad intuentium admirationem: pedes autem habet pulchros, ſi illis obuius *puluis* non hæreat. Opinor, tenaciùs hærebit lutum, & è cœno ſordes. Vel puluis è pedibus excutiendus eſt, aut in Dominicâ pelui cum Apoſtolorum pedibus abluendus à Chriſto, etſi alioquin Prædicator ſit mundus totus. Viderint Concionatores, qui vias publicas aut cœnulentas, aut puluerulentas frequentiùs terunt, ne de leui etiam ſordeſcant. Examinent *affectus*, qui pedum nomine deſignantur, & à quibus omnis eorum decor eſt. Pulchri Prædicatorum pedes ne puluere aut luto ſqualeant.

---

§. CCLXXXIII.

Pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo. Sic filij mortuos parentes, quaſi rediuiuos exhibent.

Aliàs exſcripſimus ex Ariſtotele: *Parentes igitur filios vt ſeipſos amant, qui enim ex ipſis oriuntur, ſunt quaſi alteri ipſi, dum ſeparati ſunt; filij autem parentes, vt ab illis producti.* Nempè parens adſpectu ad filium, eſt tamquam idem alter, & vnus ambo. De homine naſcitur homo, totum patris habens, nihil derogans patri, quia id retinet in ſe altero: cuius gloria communis eſt honor; quia quod eſt filij, patris eſt; quod patris, amborum. Propagatur pater in alio ſe, quem genuit ex ſe: *qui enim ex ſe oritur, eſt quaſi alter ipſe.* Sic naturam pater cum filio, & cum patre filius, velut alternantibus in eodem freto fluctibus, quodammodò reciprocant! 1. Ariſt. l. 8. Nicomach. c. 14. Filius eſt quaſi alter ipſe pater.

Siracides cap. 30. *Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum.* id eſt, ad æmulationem prouocabit, in riualitate opponet ei æmulum & riualem, inuidiâ ac dolore irritabit, inuidentiâ quâdam ac zelotypiâ extimulabit. Addit: *Mortuus eſt pater eius & quaſi non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Hanc ſententiam viuaciùs expreſſit Syrus: *Mortuus eſt pater eius, & idem eſt ac ſi non eſſet mortuus.* Quaſi dicat: Homo congenito naturæ inſtinctu appetit immortalitatem & æternitatem, ſcilicet ſemper eſſe & viuere. Cúmque hoc ſit impoſſibile in ſe ac ſuâ perſonâ, vtpotè quæ mortalis ſit, morique debeat, optat ſaltem, vt poſt mortem in aliâ coniunctiſſimâ, ſibíque ſimili perſonâ, putâ in filio (quæ eſt aliqua ſuorum viſcerum portio, & velut paternæ naturæ abreptio,) ſit ſuperſtes, viuat, & propaget ſe, ſuíque nomen, ac memoriã ſui. Quare generatio filiorum eſt quaſi mortalitatis remedium, & ſpecies ac imago quædam reſurrectionis ac beatæ æternitatis: pater enim moriens videtur reſurgere in filio. *Mortuus eſt pater eius, & idem eſt ac ſi non eſſet mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. Succeſſio enim filiorum* (ait inibi Rabanus) *qui poſt patres* 2. Eccli. 30. v. 4. Syrus. Filij mortuos parentes quaſi rediuiuos exhibēt. Rabanus.

Digitized by Google

patres ſuos ex hâc vitâ decedentes, bonum eorum ſtudium in bonâ conuerſatione imitantur, mortuos parentes quaſi rediuiuos exhibent. Quaſi aliquo naturali generationis arcano, pater in filio ſu-
Filius non ſinit patrem expirare. perſtite ſuam fruſtretur mortem, & reſurrectionis imaginem repræſentet, cùm è proprio funere, ac cinere ſepulcrali, alius ipſe reſurgat, tamquam è morte *rediuiuus.* Hinc illa opinatiſſima
Senec. l. 3. de Benef. c. 31. Senecæ gnome: *Sophroniſcum Socrates expirare non patitur.* quaſi numquam expiret pater, qui talem de ſe, ac poſt ſe filium reliquit.

3. 1. Regum 1. ablactatum infantulum Samuelem Anna adduxit ad domum Domini in Silo, & obtulit eum Heli ſacerdoti. Cui dixit Anna: Ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hîc orans Dominum. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi
1. Reg. v. 28. Dominus petitionem meam. *Idcircò & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit*
Dñ Samuel Templo conſecratur, Anna ſimul conſecrare dicitur, quare? *commodatus Domino.* Quia Deus donauit Annæ optatiſſimum filium, idcircò illa lubens Deo reddit, ac donat in perpetuum; ita vt ſe non inuitâ puer in Templo ſeruiat. Atque ideò prudens ac deuota mater offert filium Sacerdoti ac Templo, ita vt ſibi neceſſitatem imponat, nunquam illum à Templo reuocandi. Notat hîc no-
Sanct. ibi. n. 81. ſter Sanctius, *Conſecrato Samuele, & addicto Templi miniſterio, ipſam quoque matrem diuino conſecratam eſſe miniſterio; quæ vt à ſe ipſâ abeſſe non poterat, ſic etiam neque à filio, qui vbicumque eſſet, materna ſecum viſcera trahebat.* Quod
S. Chryſoſt. luculenter ediſſerit Chryſoſtomus homil. 3. de Fide Annæ, ſic fatus: *Idcircò & ego commodaui eum Domino cunctis diebus. Dum talia loquitur, ſe ipſam quoque dedicauit cum puero, quaſi ſolido quodam naturæ affectu ſeipſam templo alligans.* Quod idem Sanctius explicat ſimilitudine, quàm paullò antè adduxerat idem inibi Chryſoſtomus, vbi viti matrem, & illius palmiti ſobolem aſſimilat: *Eodem*, inquit, *loco fixa vitis in longum producit palmites, & vna multo interuallo pendens, cum radice habet commercium. Itidem & in hâc accidit feminâ, quæ in vrbe manens vſque ad Templum extendit ſuum palmitem.* Hem! dum mater Anna filiolum Samuelem Templo addicit, & Templi miniſterio conſecrat, ſeipſam etiam conſecrat, & Templi miniſterio deſtinat? *quæ vt à ſe ipſâ abeſſe non poterat, ſic etiam neque à filio.* Sic vel inidonea mulieribus miniſteria, in filio mater obit? Sic filij inauguratio matrem conſecrat? Sic dum conſecratur filius, quodammodò mater initiatur? Sic eſt cum parente filius, vnus alter, & ambo idem, vt deuotionem reciprocent? O arcana in duitate vnitas!

4. Matthæi 15. egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes
Matth. 15. v. 22. Tyri & Sidonis. Ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens ei: *Miſerere mei, Domine. Fili Dauid: filia mea male à Dæmono vexatur.* Accuſare mulierem Euangeliſta videtur, Chananæam appellans, vt & miraculum oſtendat, & ipſam laude digniorem eſſe demonſtret. Cùm igitur acceſſiſſet mulier, nihil aliud, niſi, *Miſerere mei*, exclamabat; & ingens ſpectaculum ingenti miſerabiliter clamore concitauit. Sed quare filiam à malo Dæmone malè vexatam corâm non adducit? Quare miſericordiam poſtulans, ait, *Miſerere mei*; & non potiùs, Miſerere filiæ meæ? Hâc ſuper re ſic inibi
S. Chryſ. homil. 53. in Matth. philoſophatur Chryſoſtomus: *Nec dicit, Miſerere filia mea; ſed, Miſerere mei: nam illa inſenſata iacet; ego verò illa ſum quam ſenſus morbi non fugit, quæ ſentiens atque intelligens inſanio, mille vexor ærumnis.* Nimirùm dolore, quem *inſenſata* filia non ſentit, mater, quæ eſt altera ipſa in filiâ, dolentiùs excruciatur. Quare inſenſatam filiam domi iacentem relinquo; & ego, ipſa altera, quæ filiæ dolore acerbiùs vexor, adſum cæleſti medico, vt miſereatur mei, citiùs quàm filiæ, aut vnius amborum. Addit Gloſſa apud Gloſſa.
S. Thomæ Catenam: *Nec dicit, Miſerere filia; ſed, Miſerere mei: quia dolor filia, dolor eſt matris: & vt magis eum ad compaſſionem moueat, totum ei dolorem enarrat, &c.* Scilicet non dicit, Miſerere filiæ meæ, ſed *Miſerere mei*; quia, cùm mater ac filia ſit eadem altera, *dolor filia, dolor eſt matris.* Imò cùm filia mea domi *inſenſata iaceat*, inops mentis, & ſenſuum inops; *ego quam ſenſus morbi non fugit, quæ ſentiens & intelligens inſanio, mille vexor ærumnis*, quaſi illa ipſa tibi adſum, vt te ad compaſſionem moueam, dum *totum dolorem enarro.* Non enim enarraretur *totus*, ac integer vnius morbi dolor, niſi meus, in me alterâ ipſâ, nempè filiâ malè vexatâ, & ægrè ſentiente, à me exponatur. Quaſi dolor vnius morbi, quo filia vexatur, niſi matris dolor exprimatur, *totus* ac integer dolor non exponitur. O! ſic parentes cum filiis mala mutuo dolore reciprocant? Sic mater transformatur in filiam, vt, *Miſerere mei*, non, Miſerere filiæ meæ, conſultiùs dixerit? Non dimiſerim innotatum, quòd B. Deipara, miſericordiæ Mater, induit matris Chananææ perſonam, vt pro animâ peccatrice, velut pro filiâ roget: *Maria* (ait Richardus) *eſt mulier Chananæa, quæ clamat ad Deum pro filiâ, id eſt, peccatrice animâ, cuius etiam perſonam miſericorditer in ſe transformat, dicens: Miſerere mei, Fili Dauid: & cui miſericorditer reſpondet Filius: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Cùm ſe transformat in matrem, non tam filiorum, quàm ſui miſereri expetit.

Cur Chananæa non dicit, Miſerere filiæ, ſed, Miſerere mei?

Totus filiæ dolor, ex matris etiam dolore integratur.

5. *Maria tanquà Mater, ſibi aūt petit, quod peccatoribus impetrat.*

Richardus à S Laur. l. 6. de Laud. Virg.

Paullus ſic ad Philemonem ſcribit: Obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Oneſimo. *Tu autem illum, vt mea viſcera, ſuſcipe.* 6.
Significantiùs habent Græca: *Ipſum* (hoc eſt) Ad Philem.
mea viſcera ſuſcipe. Nempe filium ſuum vocat v. 12.
ſua viſcera. videntur enim filij eſſe quaſi pars Græcus.
viſcerum parentum; quod in ſe transfert Paullus, vt paternum affectum ſuum erga Oneſimum exprimat: hunc enim magis ſignificat vox *viſcera*, quàm vox *filius* Quin & Philoſtratus lib. 2. cap. 7. Vitæ Apollonij Tyanei, ait *Omnibus profectò hominibus filij ſunt anima.* Et ab Eurpide filius vocatur, *Vitæ oculus.* Hinc illud Pacati in Panegyr. Theodoſij Imperat. *Inſtituente naturâ plus ferè filios, quàm noſmetipſos diligimus,*

Filij dicuntur Parentū viſcera, anima, oculus. Philoſtr. Eurip. apud Cornel. in Eccli. c. 30. Pacatus.

2. Regum 18. cùm audiſſet Dauid occiſum 7.
eſſe in prælio Abſolumum eius filium, Contriſtatus aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit. *Et* 2. Reg. 18.
ſic loquebatur, vadens: Fili mi Abſalom, Abſa- v. 33.
lom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te. Abſalom fili mi, fili mi Abſalom? Ægrè fert Chryſoſtomus hunc Dauidis planctum; ſed vix putauit potuiſſe lacrymas patris accuſare, niſi Abſalomo nomen filij negaſſet: *Gaudent omnes,* S. Chryſoſt.
inquit, *cuncti lætantur: ſolus Dauid plangit filium,* homil. de
parricidæ lamentatur interitum. Quid plangis glo- Abſal per-
rioſe pater, quid lamentaris, quaſi Abſalom, quod ſeq. Dauidē.
auſus eſt, comprobaris? Quid fles ſceleſtum, quaſi eum parricidium perpetrare volueris? Frangis

gloriam victoris exercitûs, nec lætitia eſſe poterit in victoriâ, ſi parricida plangitur pœna. Ille tuus non erat filius, qui ſic violauit paternos affectus. Ille tuus dici non meruit, qui ius patris ſanctiſſimi

Vt Abſalom plangi poſſit à Dauide, dicitur patris non filius.

violauit. Te non contempſerunt exercitus, non duces, quibus parci ſceleſto mandaſti. Sed illa arbor, illa te primùm vlta eſt, illa defendit, illa læſi patris iniuriam, quæ te non audierat, vindicauit. Ecce tibi, quò victrices funeſtè lacrymas Patris Chryſoſtomus accuſet, de Abſalomo, quem *parricidam* ſæpè vocat, ſibi velut parùm cohærens, ait: *Ille tuus non erat filius, qui ſic violauit paternos affectus.*
8. id eſt: *Ille tuus dici non meruit, qui ius patris violauit.* Sic vel parricidæ, Patris debentur lacrymæ? Sic vel filij parricidæ calamitas, viſcera paterna funeſtat? Vbi patri perit filius, id eſt, ſuæ *vitæ oculus, ſua viſcera, & anima*, & ipſe alius, velut viuum cadauer pater plangit viuas ſui exequias.

Filius Hebraicè eſt, patris memoria; filia verò patris obliuio.

Quare vt patris incuſſetur planctus, filij immeritum nomen parricidæ negatur. Sic eſt arcta filiis cum patre coniunctio! Hinc crudo filiorum funere, bonæ Noëmi lugubris mœſtitudo taxanda eſt. Quin etiam ex gaudio, quo exultauit in Obedi, legalis nepotis lætâ natiuitate. Sic enim ei gratulatum eſt: *Dixerúntque mulieres ad Noëmi: Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſraël.* Proles autem maſcula, patris nomen in familiâ perpetuat; & indè paternam memoriam ab interitu vindicat. Idcircò, vt notat Cornelius, filius maſculus Hebraicè vocatur, זָכָר *zachar*, à *zacher*, id eſt, *memoria*: & vice verſâ feminæ vocantur Hebraicè נָשִׁים *naſchin*, à *naſcha*, id eſt, *oblitus eſt*. quaſi in filio patris poſt mortem adhuc perſtet nomen & memoria; in filiâ verò inducatur patris *obliuio*.

Hic verſ. 14.

Cornel. in Eccli. c. 30.

---

§ CCLXXXIV.

Sit inops humani gaudij, quiſquis glorioſam diuini gaudij opulentiam exambit.

1. Leuium metallorum fructus in ſummo eſt (ait Seneca:) illa opulentiſſima ſunt, quorum in alto latet vena, aſſiduè pleniùs reſponſura fodienti *Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac perfuſoriam voluptatem: & quodcumque inuectitium gaudium eſt, fundamento caret.* Hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere, ſolidum eſt, & quod plus pateat introrſùs. Fac oro te, quod vnum poteſt te præſtare felicem. Diſiice & concula iſta quæ extrinſecùs ſplendent, quæ tibi promittuntur ab alio: *ad verum bonum ſpecta, & de tuo gaude. Quid eſt autem hoc, De tuo? Te ipſo, & tui optimâ parte.* Reliqua gaudia vulgari vocabuli abuſu gaudia appellantur; quæ adeò non ſunt gaudia, vt ſæpè initia triſtitiæ futura ſint. Vero gaudio coniunctum eſt, non deſinere, nec in contraria verti. Hinc vir ſapiens futilia & fallacia refutat mundi gaudia, tamquam ambitioſioris arrogantiæ portionem: Sic enim Philoſophorum diſertiſſimus ac moraliſſimus mundiale gaudium definit: *Eſt animi elatio, ſuis bonis viribúſque fidentis.* Ecquis ſapiens animi elatione delectetur? Humani gaudi repulſa, probitatis ſuffragium eſt.

Senec. epiſt. 23.

Humani gaudij vituperium

Mundiale gaudiũ definitur, Elatio animi.

Senec. epiſt. 59.

2. Pſalmo 50. piè ambitioſâ de commiſſi flagitij mœſtitudine, ſic anxius Deum Propheta ſupplicat: Ne proiicias me à facie tuâ; & Spiritum-ſanctum tuum ne auferas à me. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Auersâ Dei facie, amiſſo Spiritu-ſancto, & ipſius gratiâ, nil triſtiùs eſſe poteſt. Sed videamus qualem lætitiam Rex mœſtiſſimus expetat: *Redde*, inquit, *mihi lætitiam ſalutaris tui.* Chaldæus Paraphraſtes, *Conuerte ad me legem tuam, vt gaudeam in redemptione tuâ.* Ablatáne ei videbatur diuina lex ob peccatum ſuum? Sic gaudet in diuinâ lege, vt illi quodammodò reſtitui ad animi hilaritatem expoſcat? Tantum etiam gaudium de futurâ per Chriſti Paſſionem redemptione participare præſumit? O quàm res humani gaudij ieiunas in vulgi cenſu, ad lætitiam exambit, nempè diuinam legem, & redemptricem Chriſti Paſſionem! Verùm S. Hieronymus pro *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, explicatiùs ad rem excribit: *Redde mihi lætitiam Ieſu tui.* Sic & Vulgatus Abacuc 3. *Exultabo in Deo Ieſu meo.* Nec mirum, quòd quem Abacuc ad exultationem appellat ſuum, *In Deo Ieſu meo*; Dauid etſi eius filius ſit futurus, ob recens peccatum, non audeat nominare ſuum, aiens: *Redde mihi lætitiam Ieſu tui.* Vide hîc qualem lætitiam mœſtiſſimus Propheta expoſcat. Græci Patres in Commentario præſcripta verba ſic exponunt: *Redde mihi lætitiam ſalutaris (Ieſu) tui, & ſpiritu principali confirma me. Spiritum intelligit ſiue ſanctum & principalem, ſiue donum aliquod affectibus imperans, & voluptates coërcens. Lætitiam verò ſalutaris, ſiue deſcenſum Saluatoris omnis lætitia plenum; ſiue lætitiam quæ in Deo eſt, intelligit; quam habebat, quandò fiduciâ ad Deum fruebatur, ſpoliatus verò erat per voluptatem.* Itaque dum Rex tunc mœſtiſſimus *lætitiam* expetit, expetit à Deo donum, quod affectibus imperans, humana gaudia & *voluptates coërceat.* Et iure merito quidèm, nam vero gaudio *ſpoliatus erat per voluptatem.* Ecce tibi quàm inops gaudij, & triſtitiæ diues eſt humana voluptas; ſiquidèm poſtulatio doni, quod *voluptates coërceat, lætitia* poſtulatio nominatur. Faceſſat triſtiſſimè pœnitenda voluptas, & arroganter ambitioſa mundi lætitia: *Redde mihi lætitiam Ieſu tui.*

Pſal. 50. v. 14.

Chaldæus

Ad quã lex conuertitur, gaudium cõuertitur.

S. Hierony.

Abacuc 3. v. 18.

Græci Patr.

Lætitiam Ieſu, Dauid expetit.

Voluptas ſpoliatio lætitiæ eſt.

Lucæ 1. Deipara Virgo iam corporato Deo plena, quammature pergit ad cognatam Eliſa- 3.
betham, vt Ioannem adhuc in vtero, Filij ſui Præcurſorem inauguret. *Manſit autem Maria cum illâ* (Eliſabethâ) *quaſi menſibus tribus: & reuerſa eſt in domum ſuam.* Subindè Euangeliſta denarrat Ioannis ſpectatiſſimam natiuitatem, vicinarum congratulationem, & feſtam Montanorum lætitiam. Hinc grande oritur inter Expoſitores litigium, an Beata Virgo Ioannis natiuitati adfuerit, abfueritve? Et quidèm cùm tempus manſionis apud cognatam, nec præſentiæ abſentiæve valdè congruat aut incongruat, ex aliis coniecturis dirimenda lis eſt. Caniſius noſter ſanctitate & eruditione notiſſimus, lib. 4. cap. 6. ſub finem, ita ſcribit ad rem opportunè: *Rupertus Tuitienſis non ſolum ex Euangelicis verbis colligit, Mariam in partu cognatæ non adfuiſſe, ſed etiam ſingulari conſilio factum eſſe dicit, vt illa tanti Gaudij, tantæque exultationis tempus, quod Ioannis natalis attulit, non expectaret; ſed ſe potiùs maturè ſubduceret, antequam*

Lucæ 1. v. 56.

P. Caniſius. Rupert. l. 1. in Cantica.

Digitized by Google

tequam cognati, vicini & amici concurrerent, nonaque puerpera poſt natum filium ex more gratularentur. O, vide nunc quàm erat ſuſpecta Deiparæ humana lætitia, quàm defæcata ac depurata de ſolo Deo admittebat gaudia, quàm puram de Deo hilaritatem captabat! Non expectat Maria tempus natalis Ioannis, ne effuſiori humanitùs gaudio, cognatorum exultationi, & exultanti amicorum gratulationi interſit. Sanè quæ nuper dixerat: *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, quicquid humani gaudij eſt, quod de ſolo Deo non captatur, tamquam degener lætitia quàm maturè recuſatur. *Singulari conſilio factum eſt, vt illa tanti gaudij tantæque exultationis tempus, quod Ioannis natalis attulit, non expectaret.* Tanta de gaudio cautela, humanam omnem lætitiam ſuſpectam reddat. Sit inops humani gaudij, quiſquis gaudij diuini opulentiam ambit. Dedecet humanitùs gaudere eum, qui cæli gaudia ſpebus prægustauit.

Adeſſe gaudiis de Ioannis natiuitate, cur Deipara recuſat?

4\. Referente ipſo Euangeliſtâ ibidèm, vbi Virgo Deipara intrauit in domum Zachariæ, Eliſabetham ſalutauit, ipſa exclamauit voce magnâ: Vndè hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? *Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tua in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Syrus habet: *Exultauit in* (præ) *gaudio magno.* Ad quæ verba ita ſcribit Ethymius: *Chriſtus locutus eſt per os Matris ſuæ, Ioannes autem audiuit per aures matris ſuæ; & agnito ſupernaturaliter Domino ſuo, exultatione illum prædicauit.* Ecce tibi Ioannes Baptiſta inauguratus Chriſti Dei Præcuſor, & verbi vox, ſuæ *prædicationis* auſpicium tacitâ *gaudij magni* voce feliciter dedicauit: quaſi *gaudium* de Chriſto, & in Chriſto, & per Chriſtum, ipſum Chriſtum primò *prædicauerit*, oris vocem anteuertens. Addit eleganter Vuerricus allegatus in Allegoriis Tilmanni indidèm: *Vt facta eſt vox ſalutationis tuæ, exultauit in gaudio infans in vtero meo. O incomprehenſibilis gratia! vox Mariæ dum auribus Eliſabeth ſonat, cor Ioannis penetrat, qui abſtruſus intrà materna latebat viſcera, ſpiritum eius animat, gaudióque vegetat ſalutari: & cui virtus naturæ vix totam infuderat animam, virtus vocis Mariæ pleniorem infudit prophetiam.* Quid eſt, quod dicitur: Cui virtus naturæ *vix totam infuderat animam*, Mariæ vox *ſpiritum eius animauit*? ſpiritus Ioannis ſine Mariæ voce velut exanimis, ore Deiparæ meliùs animatur? Sed vox quæ infantis ſpiritum ad gratiæ vitam animauit, *gaudio vegetat.* O bonum infantis Ioannis alimentum, quo nutritur, *vegetatur*, adipatur! Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſtâ. Admiraris tantæ ſublimitatis faſtigium? Mariæ vox eum *gaudio vegetauit.* Tanta Ioannis proceritas à *gaudio* eſt, quo illum Deipara aluit, *vegetauit*, & prææltè ſublimauit. Magnum hoc Ioannis auctarium ſanctitatum, à gaudio in Chriſto ſuccreſcit, gaudio incrementatur, & faſtigiatur gaudio. Sic & à feſto gaudio, & lætâ populariter gratulatione, matronalis Ruthæ virtus, & idealis Hebrææ religionis probitas dedicatur, vegetatur, faſtigiatur. Super hâc etiam lætitiâ vicinæ mulieres Noëmi exultim gratulantur.

Lucæ 1. v. 44. Syrus. Euthymius. *Ioãnes exultatione prædicationem ſuam dedicauit.* Vuerricus. *Ioannes in vtero matris, gaudio in Chriſto vegetatur.* Hic verſ. 15.

5\. Prouerbiorum 8. ſic Sapientia de ſe loquitur: *Mecum* (Lxx. *mihi*; Symmachus, *à me*) *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Paſſim impingunt non pauci è Commentatoribus in hâc opum ſuperbiâ, virtuti infrequenti. Porrò myſticè ſicut Beata Virgo, ſic & anima ſancta intelligi poteſt, cuius ſumptuoſiores piè dotes, hîc deſcribuntur. Cenſetur itaque pij hominis ſupellex, dum dicitur. *Mecum* (vel *mihi*, vel *à me*, id eſt, à me obnixiùs diuinæ gratiæ cooperante) ſunt virtutum *diuitiæ*, & ſanctitatum *gloria*. Sed quæ ſunt iſtæ *opes ſuperbæ*, quæ in ſenſu virtutis numerantur? Procul à virtute ſuperbia, vel de vocabulo virtuti inuidioſa. Vuerricus apud Tilmannum ibi ſic appoſitè locum exponit: *Opes ſuperbæ. Superbia*, inquit, *iſta eſt gloria exultantium in Domino, & inſultantium mundo, quòd nihil habeat tam pretioſum vt paupertati valeat comparari Sanctorum. Superbiam iſtam non damnat, ſed remunerat magiſter humilitatis. Omninò diues es, ſi in paupertate gloriaris.* Profundè quidèm *gloria exultantium in Domino*, pia quædam virtutis *ſuperbia* nominatur. Nam *exultare* in egeſtate in tribulatione gaudere, lætari in calamitate; & è contrario *inſultari* mundo, & grauatè ferre adridentem fortunam, pia quædam virtutis ſuperbia eſt, & aliquis gloriæ faſtus. Nimirùm vt Salomon eiuſmodi *exultationis* auguſtiorem ſublimitatem exponeret, quaſi illi in virtutum catalogo nomina deeſſent, non immeritò accurrit ad vitiorum aduerſa caſtra, vt vocabulum exaggeratius mutuaretur. *Superbia iſta eſt gloria exultantium in Domino.* Scilicet vitium cùm metas neſciat, plus audet quam virtus, quæ in mediocritate inter vitia laudem ſuam ponit. Quare hæc *Exultatio in Domino*, cùm inopia premit, cùm tormentum excruciat, cùm dolor vrit, cùm calamitas vrget, cùm infamia dehoneſtat; aliqua velut arrogantia ſanctitatis eſt, & pia virtutis ſuperbia. Sic excedit commune pietatis faſtigium, vt vitiis audacioribus vicinari videatur? Vocabulum habet vitij, ſed rem & medullam virtutis continet. O! ſit inops humani gaudij quiſquis glorioſam diuini gaudij opulentiam exambit. (Hunc Vuerrici locum pro paupertate aliàs expenſum, licuerit in *Exultationis* ac lætitiæ laudem aliter enucleaſſe.)

Prou. 8. v. 18. Lxx. interp. Symmach. P. Didac. Celada in Ruth. Vuerricus. *Gloria exultantium in tribulatione, quadam pia ſuperbia dicitur.*

---

§. CCLXXXV.

Quàm de facili hominibus vanagloria ſubrepat.

SÆpè homo de ipſo vanæ gloriæ contemptu vanus gloriatur: non enim eam contemnit, dum gloriatur intùs de gloriâ, quam foris de contemptu aucupatur peruerſo ambitioſus officio. Profectò inanis gloria fallax eſt ſuauitas, infructuoſus labor, perpetuus timor, lubrica ſublimitas, mentita gratia, honoris fucus, arrogantiæ ſpolium, elationis phantaſia, mendacium verum, glorìolæ præſumptio, poëtata celſitudo, de modico faſtigium abſque baſe ſublime. *Nulla tamen eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, quæ etiam à claris viris interdùm ex humillimis rebus petitur.* Hæc, hæc, inquam hîc vapulat vanagloria, quæ ex modicis mentitiſque rebus immodicè turget: tumor enim eſt, non magnitudo. 1.

Ex humilibus rebus vanagloria tumet. Val. Max. l. 8. de Memorab.

Exhodi 8. importunâ ſqualidè ranarum fre- 2.

 quentiâ

Digitized by Google

quentiâ infeſtatur Ægyptus. Pharao moleſtiæ impatiens, accerſit Moyſen & Aaronem ineluctabilis plagæ auctores, vt calamitatem precibus auertant. *Dixitque Moyſes ad Pharaonem:* Exhod. 8. v. 9. *Conſtitue mihi quandò deprecer pro te, & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te.* Grandis quidèm Moyſis authoritas, qui non tantùm eualeat plagam exterminare, ſed illius exterminandæ tempus, arbitrio Pharaonis permittere. Magna quidèm eſt hæc Moyſis auctoritas; ſed maior, opinor, Pharaonis vanagloria, indè gloriam inaniter vſurpans, vndè credi poterat deturbata. Audiendus eſt inibi Caietanus, qui ex Hebræo fonte ſic locum vertit, & verſione exponit: Gaietanus. *Quod in vulgatâ editione legitur, Conſtitue mihi quandò deprecer pro te, iuxtà Hebræum legitur, Gloriare ſuper me, & dic quandò deprecer, &c. Auctoritatem ſiquidèm limitandi tempus exequendi petita: tribuit Moyſes Pharaoni, & hanc appellat gloriationem ſuper ipſum; quia gloriari poterat Pharao, quòd ipſe definiret tempus impetrandi per Moyſen à Deo miraculum hoc.* O quantula res quantum quàmque ſublimem Regem, in *gloriationem* erigit! *Quantula Moyſis indulgentia, Pharaonis gloriationem extimulat.* Scilicet Moyſes, Moyſes inquam, nuper ouium paſtor, & aliquis è populo in luto ac latere ſordidè laborante, illi indulgenter conniuet, & de Moſaycâ authoritate portiunculam quãdam definiendi temporis magno Regi indulget: & ideò Rex *gloriari* ſuper Moyſen perhibetur. Deuenuſtat regiæ magnificentiæ genium ab alio poteſtatem mutuare. Ex re ſic ingloriè humili occaſio vanægloriæ petitur? Tantula res magnum etiam Regem ad *gloriationem* extimulet? O quàm verè dicitur Vanagloria, quæ rebus ſic minutulis impletur, ſic inanibus turget! Hæcne vicaria Moſaicæ poteſtatis ſtilla, Pharaonianæ arrogantiæ ſitim rigat? *Hanc appellat gloriationem ſuper ipſum*, Moyſen, inquam.

3. Oſee 5. cap. Iudæorum arrogantiam auariſſimam his minis compeſcit: Facti ſunt Principes Iuda quaſi aſſumentes terminum (alienum:) Super eos effundam quaſi aquam iram meam. Oſee 5. v. 12. Et ego quaſi tinea Ephraim, *& quaſi putredo domus Iuda.* Nõ litigabo cum Expoſitoribus, an huiuſmodi *putredo*, ſit teredo, quæ oſſa ac ligna corrodit, de cuius corroſione putreſcunt; an pro ipsâ putredine ex corroſione generatâ, verba accipiantur. Itaque Principes Iuda, rapinis pauperum glorioſi, & inani gloriâ arroganter tumidi, *putredine* mulctandos allegoricè Propheta minitatur, ſi fortè humiliter ſapiant, & animi demiſſione calamitatem detorqueant. Illi verò ambitioſâ elatione enutriti, de ineunte adhuc putredine gloriam inſolenter captant. Pulchrè Tertullianus aliàs alìorſùm expenſus, lib. Tertull. de Pœnit. cap. 6. de malignè pœnitentibus ſic opportunè ſcribit: Interpellat enim illos, inquit, ad deſiderandum ex priſtinis aliquid, ipſe finis deſiderandi. *Velut poma cum iam in acorem vel amaritudinem ſeneſcere incipiunt* (putreſcere, inquam) *ex parte aliquâ tamen adhuc ipſi gratia ſua adulantur.* *Putredo domûs Iuda, adhuc ſua gratia adulatur.* Quemadmodùm, inquit, poma, cùm iam in acorem & amaritudinem, ideſt, putredinem incipiunt peruenire, nec tamen omninò peruenere; adhuc portiunculam retinent, quæ retineat nitorem & ſaporem priſtinum, de quâ *adhuc ipſi gratia ſua adulantur.* Quaſi tacitè dicant poma; Qualem videtis hanc modicam particulam, talis nuper eram, & pulchrè vernabam & ad viſum & ad guſtum. Heu vel putre pomum etiam in ſui ſqualoris ignominiâ, aliquid ſtudioſè aucupatur, & arroganter inueniſſe præſumit, quo *ex parte aliquâ tamen adhuc ipſi gratia ſua aduletur?* In putredinis adhuc contagio, rimulas pandit vanægloriæ? Quod iam propè eſt, vt in ſterquilinium proiiciatur, tamquam de *putredine* reiectaneum; vel de nitore priſtino ſibi adulantiùs blanditur, & ſui olim gratiam oculis modulari præſumit? *Et quaſi putredo domus Iuda*, quæ ſuum in captiuitate ſqualorem antiquâ ſui gratiâ inaniſſimè conſolatur & indè cenſeri exambit.

Geneſeos 3. Adam præuaricationis conuictus, ſeueriſſimam hanc Dei vocem audit: In ſudore 4. vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de quâ ſumptus es: *Quia puluis es, & in* Geneſ. 3. v. 19. *puluerem reuerteris.* Grauis ſententia, ſed non ſine grandi miſericordiâ, quâ cognati pulueris homo admonetur. Qui per ſuperbiam deliquit, humili ſuæ vilitatis cognitione reparetur: & ſuæ formationis luto, ambitionis rimulæ exinceps obturentur. Luculenter Bernardus apud Tilmannum ibi: *Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid cauſaris ô homo? terra addictus es, factus è terrâ, vt ipſa tibi ſis patria, quæ materia* S. Bernard. *fuit. Sed audire, inquies, vellem; Spiritus es, & ad ſpiritum ibis; ſiquidèm etiam ſpiritus ſum: agit hoc non tam ſubſtantia, quam culpa, traxit animam corpus in regionem ſuam; & ecce præualens opprimit peregrinam. Et licet quodammodò cælum ſit homo, cæleſtibus ſpiritibus ſimilis, minimè audire meretur, Cælum es, & in cælum ibis.* *Ne homo ſibi adulantiùs audire ambiat: Spiritus eſt, & ad ſpiritum ibis.* Nimirùm Deus nuper viderat hominem, vſque adeò elatione tactum, vt diuinioris ſcientiæ participium ambiret: ne ergò in ipſo lutoſæ pœnæ ſqualore, alioqui cognatum cæleſtis ſpiritûs nitorem arrogantiùs præſumat vanægloriæ inſtinctu, occaſiunculas præcludit, aiens: *Puluis es, & in puluerē reuerteris:* id eſt, illa ipſa terra in morte & in vitâ erit tibi patria, quæ materia fuit. Nam etſi potior tui pars ſit vitæ ſpiraculum, & verè ſpiritualis, cæleſtium ſpirituum cognata, ne præſumas audire, quod audire iam exambis: *Spiritus es, & ad ſpiritum ibis*; & illud, *Cælum es, & in cælum ibis:* ſiquidèm terrenum corpus animam ſpiritualem ac celeſtem traxit in regionem ſuam; *& ecce præualens opprimit peregrinam.* Vide hîc quàm ſolerter Deus in homine adhuc culpæ ſqualore, & rigore pœnæ torpente, vanægloriæ rimulas antecludat; ne vel in ipsâ ruinâ de ſe ſublimiùs præſumat, ſed matricem puluerem, è quo extitit, & in quam, & ſub quam abibit, altiùs cogitet. *Puluis es, & in puluerem reuerteris:* nec audire adulantiùs exambiat: *Spiritus es, & ad ſpiritum ibis*: *Cælum es, & in cælum ibis.*

Geneſis 1. primâ die naſcentis mundi lucem 5. Deus creauit: *Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux.* Geneſ. 1. v. 3. Et benè quidèm in opificij ſui auſpicio lucem accendit, ne quicquam niſi in luce poſtmodùm feciſſe videretur. Ceterùm idem ſummus rerum opifex Deus, die quartâ Solem, ac lunam, & reliqua cæli aſtra fabricauit: *Dixit* Geneſ. 1. v. 14. & 15. *autẽ Deus: Fiant luminaria in firmamẽto cæli... vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.* Profectò cùm lux ſit Solis qualitas, & præclara illius emanatio, valdè litigat ſubtilis Expoſitorum

Cur lux Solis triduo ante Solem ſuum præluxerit? Theodoret. ſitorum peritia, in aſſignandâ ratione, ob quam, triduò ante Solem, eius ſequelam, id eſt, lucem formarit; & effectum anteuertere cauſſam ſuam, mundóque prælucere maluerit? Hâc ſuper re ſic addubitat Theodoretus quæſt. 14. in Geneſim: *Luminaribus creatis, ad quid prius facta eſt lux?* Porrò cùm vnumquodque viuentium produxit, illi confeſtim cognatam indidit vim, quâ ſuos effectûs produceret: at Solis effectum triduo antè Solem ipſum Deus ipſe produxit: *Igitur*, inquit, *lucem creauit quemadmodum ei libuit.* Scilicet præluſtris qualitas, lux inquam, quæ de ſuâ naturâ emanatio Solis eſt; ante Solem prælucear, & cælum terrámque ſuis fulgoribus illuſtret; ne vmquam exinceps Sol de lucis præclaro elogio, tamquam de re ſuâ inaniter glorietur, & ſibi fulgendi gloriam arroganter vſurpet. Sic diuino omnium Opifici *libuit*, quò vanægloriæ occaſiones præcidat, anticipatâ ad hominum eruditionem cautelâ

6. Matth. 24. v. 29. Matthæi 24. agens Euangeliſta de acerbiſſimâ illâ ſupremi iudicij die, ita ſcribit: *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* Sole enim obſcurato, neceſſe eſt & Lunam pariter obſcurari; vtpotè quæ à Sole ſuum lumen haurit: vndè ad Solem accedens apparet plena, recedens ſemiplena & corniculata. Caietanus. Caietanus verò aliter locum exponit: *Luna*, inquit, *non dabit lumen ſuum. Hinc ſignificatur, quod Luna habens lumen ſuum, non dabit illud, vt intelligamus quòd non loquitur de eclypſi, ſed de miraculo: quia in eclypſi Luna priuatur, lumine, Luna non habet lumen: hîc autem non dicitur, Luna non habebit, ſed non dabit lumen ſuum* Vndecumque res ſit, miriſſima ethicè eſt Lunæ arrogantia, in tantâ Solis à primordio eruditi modeſtiâ. Porrò cæleſtis lux, Solis qualitas eſt, eius emanatio, proprietas, & elogium, & tamen non dicitur abſcondiſſe lumen ſuum; benè opinor, eruditus de primææ lucis exiſtentiâ ante ipſum. *Cur non Sol, ſed Luna lumen appellat ſuum, vaniſſimâ præſumptione?* At Luna quæ de Solis mendicitatibus fulget, & alienis fulgoribus ſplendidè ornatur, ambitioſâ furacitate, lumen de alieno fœneratum *lumen ſuum* appellare præſumit, luménque Solis *ſuum* eſſe garrit, & quaſi de re ſuâ glorietur. *Et Luna*, inquit, *non dabit lumen ſuum.*

Vidè hîc quàm immodicè bona Noëmi de Obedi ortu glorietur. Exultat hilaris quaſi nepotem ſenecturis ſuæ altorem nacta & inſertæ ſobolis propaginem. 1. *Gerula* etiam officium ſubeat; at *nutricis* munus, quo pacto vetula præ-
Hic verſ. 16. & 17. ſumat? Quin & Matris vocabulum exambit etſi re vacuum: *Vicina autem mulieres congratulabantur ei, dicentes: Natus eſt filius Noëmi,*

§. CCLXXXVI

Precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit.

1. Lucæ 18. v. 1. Galfr. apud Tilman. ibi. SAlubris Chriſti vox eſt: *Oportet ſemper orare, & non deficere.* Quam ſententiam ſic indidèm Galfridus elucidat: Vir deſideriorum (Daniel,) vir etiam orationum eſt. Et benè ſemper orat, qui benè ſemper optat ſine intermiſſione.

P. Didac. Celada in Ruth.

Efficaciùs enim apud Deum vota, quàm verba clamant: & continua cordis affectio, iugis oratio eſt. *Felix Daniel aduerſus quem occaſio nulla,* Daniel. 6. v. 5.
niſi de lege Dei potuit inueniri. Felix qui maluit periculum mortis incurrere, quàm ab oratione ceſſare. Quantò magis nos, quibus imminet mors diſſimulantibus, orantibus promittitur vita, ſemper orare conuenit? *Ceſſet oratio quoties deeſt Neceſſitas, quoties nullum tibi imminet periculum, grauius etiam ipſâ corporis morte periculum.* Sed ſi neſcis, Militia eſt vita hominis ſuper terram, & continua colluctatio aduersùs nequitias ſpirituales. *Neque aliud forte diſcrimen grauius poteſt, aut periculoſius inueniri, quàm diſſimulatio ipſa periculi. Numquam igitur deeſt orandi Neceſſitas, vbi numquam eſt vera ſecuritas.* *Diſſimulatio periculi, grauius periculum eſt.* Corrige ad Deum Neceſſitatis tuæ votum, ſilenter ac potenter precarium, & diuinioris miſericordiæ ſitienter bibulum. Ne diſſimules neceſſitatis ac periculi preces Deo animitùs nuncupare, quò vtramque malum potenter auertas. Clama ore, clama voto, clama precariâ neceſſitas voce, ad impetrationem modulatiùs linguatâ.

Ioannis 2. vadit inuitatus ad nuptias Dei Filius, quibus aderat Mater Virgo; non vt conui- 2.
uiis delectetur humanitas, ſed vt mirabilibus Ioann. 2. v. 2.
innoteſcat Diuinitas. Vadit ad nuptias, non ſumpturus pocula, ſed daturus. Itaque nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. *Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.* Scilicet compaſſa eſt eorum verecundiæ, & conuiualis defectûs donauit pudorem. Sed diſce in Matre Domini anteuertendæ neceſſitatis feſtinantiam; diſce magnam in mirabilibus fidem habere: diſce in magnâ fide verecundiam retinere: diſce verecundiâ decorare fidem reprimere præſumptionem. Pergit Bernardus de Gradib. humilitatis: *Vinum*, S. Bernard.
inquit, *non habent. Quàm breuiter, quàm reuerenter, ſuggeſſit, vnde piè fuit ſollicita. Et vt diſcas in huiuſmodi magis piè gemere, quàm petere præſumptuosè, pietatis æſtum pudoris vmbrâ conceptum, precis fiduciam verecundè ſuppreſſit.* Et confeſtim aliam opportunè rationem Bernardus inſinuat, nempe neceſſitatem remedij voto propoſuiſſe, potiùs quàm precem: *Vinum*, inquit, *non habent. Quid modeſtius, quid fidelius? Non defuit pietati fides, voci grauitas, efficacia voto. Si ergo illa cùm Mater ſit, ſe Matrem oblita, non audet petere miraculum vini*, &c *Deipara oblita Matris, prece abſtinet, vbi Neceſſitas propoſita rogat.* Suſpice nunc in Deiparâ petendi arbitrium, diſce modeſtiam in fide, adora in *voto efficaciam*. Non id prece rogat, & ſupplicatione exigit; ſed Neceſſitatem modeſtè proponit, & illius vocem pro ſuâ ad Filium prece ſupponit, precarias ſui vices ſubſtituens, dum tantùm ait: *Vinum non habent*, ſcilicet *ſe Matrem oblita* eſt ad petendum, cùm penuria vrget, dum Neceſſitas clamat. Noſcens quàm ſit ad impetrandum potens Neceſſitatis clamor, illi proprium votum adiungit comitem, quò rem optatam, etſi à quodammodò nolente Filio feliciter impetret. Exindè poſt velut repulſæ verba, quaſi rem deprecata, ſtatim miniſtris intimat: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Sic impetrationem fidenter ſperat, dum precarium Neceſſitatis clamorem apponit. Idcircò tunc *obliuiſcitur Matrem*, nec Matris prece

rogat, dum Neceſſitatis vim ad precandum conſultiſſimè ſubſtituit.

3. Ioann. 2. v. 3.

Itaque vt præpropera Deiparæ ſollicitudo, eorum verecundiam piè redimat, poculentorum penuriam Filio proponit, illi clam ſuggerens: Vinum non habent. *Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier? nondùm venit hora mea.* Quid tibi, & illi Domine? nónne quod Filio, & Matri? Quid ad illam pertines, quæris, cùm tu ſis ventris eius immaculati fructus benedictus? nónne ipſa eſt, quæ illibato pudore concepit, & ſine corruptelâ te peperit? nónne ipſa eſt, in cuius vtero nouem menſibus moratus es nobilis inquilinus? cuius virgineis vberibus lactatus es? cum quâ iam duodecim annorum factus, à Ieroſolymis deſcendiſti, & illi ſubditus eras? Nunc ergò, Domine, quid moleſtus es illi, dicens: Quid mihi, & tibi? Multum per omnem modum. Sed manifeſtè apparet, quòd non velut indignans ipſi, ſed tamquam nos erudiens, vt nos ipſi neceſſitatis voce precemur, hoc dixeris. Pergit Bernardus Serm. 1. Domin. 1. poſt Octau. Epiphaniæ: *Quid mihi, & tibi eſt mulier? Ab indigentibus enim, non à Matre id quærendum erat.* Et poſt paucula: *Ille ergò Matrem non incongruè increpat. Dicit enim ſi non adeſt vinum, oportebat illos ipſos, quibus decet, accedere, & rogare, non te Matrem. Nam quando commonentur à domeſticis, ſcandalum fit videntibus: quandò autem hi rogant, qui opus habent, ſuſpicione res caret.* Scilicet etſi Matris preces magno ſemper apud Deum in pretio ſint, vt par eſt, & experimentis notiſſimum; tamen æquum non eſt, vt hi qui neceſſitate premuntur, ipſo neceſſitatis ſtimulo non vrgeantur ad preces, & ab illis feriati, tantam impetrandi energiam negligant. Quare tunc *ab indigentibus, non à Matre id quærendum erat.* Quaſi dicat: Tibi reipsâ annuam, numquam enim Matris meæ preces renutu excipio excipiámve, qui dedecet Matrem, & Filium dedecet: At te ſpecie increpationis, homines increpo, & duriuſculâ increpatione admoneo, & erudio, ne vmquam ipſi negligant orare, cum humanis Neceſſitatibus duriter affliguntur, neque tantam impetrandi occaſionem elabi patiantur. Semper maximi facienda eſt Deiparæ oratio, precariâ Matris omnipotentiâ eualens: ſi autem aliqua foret occaſio, in quâ non eſſet ita neceſſaria, id maximè accideret, cùm Neceſſitatis voce, affectu, ac voto precamur; præſertim ſi Deipara Neceſſitatis precem Filio Deo proponat. Itaque non refutatur Deiparæ oratio, ſed Neceſſitatis precatio commendatur. *Quid mihi, & tibi? ab indigentibus, non à Matre id quærendum erat.* Hunc ſenſum capiunt Bernardi verba; illius tamen mens aliò tantiſper flectitur ethicâ velitatione.

S. Bernard.

Deipara videtur non concedi, vt Christus ab indigentibus rogaretur.

4. Matth. 6. v. 6.

Matthæi 6. orandi locum Chriſtus Deus fidelibus præſcribit, aiens: *Tu autem cùm oraueris, intrà cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Profectò cùm oratio voce fiat, quid eſt quòd Pater Deus orationem in abſcondito faciendam, non tam audire, quàm *videre* perhibetur? Opinor, humana oratio aures potiùs, quàm oculos pulſat? Quæ ergò eſt hæc oratio, quæ oculis loquitur? Quin & fruſtrà videtur præſcribi, vt oratio fiat clauſo oſtio, & in cubili abſconſo, ne vanagloria ex orationis bono inſidianter ſubrepat: cùm enim clamandum in oratione ſit, orationis clamor clauſtra penetrans, foris perſtrepet, & vanamgloriam inquietabit, quam in clauſi cubilis latibulo ſubfugere ſatagimus. Sanè nullum eſt clamanti latibulum; nam quem ab oculis abſcondit, auribus prodit. Hùc proculdubiò adludere videtur Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel, cap. 9. ſic tempeſtiuè fatus: *Diffidere eſt*, inquit, *de potentiâ Dei, æſtimare quòd non audiris, niſi Clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſſiones tuæ, clamet ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel.* Bona quidèm oratio, in ſecretiori mentis receſſu nuncupata, cuius Deus arbiter eſt, cùm ore tacito, & comite affectu ac fide, *clamant paſſiones tuæ, clamat ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel.* Ad hanc calamitatum vocem, ad hunc paſſionum clamorem, ſurdæ ſunt aures humanæ, & diuinæ aures oculatæ ſunt. Has, has inquam, mutè clamoſas neceſſitatis & calamitatis voces, *Pater tuus videt in abſcondito* non audit popularis plauſus ad bonitatis furtum ex inſidiis promptus. Ergò ad Deum *clament opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament paſſiones tuæ, clamet ſanguis tuus, ſicut ſancti Abel.* Profectò in Ruthæ nomine orationem legimus (*Ruth* enim *turtur* interpretatur, cui viduatæ, gemitus pro voce eſt;) in eius hiſtoriâ, nullam illius precationem ad Deum legimus. Tamquam vidua mœret deſolata, vt exul, fauentiam cognatorum ignorat; quaſi paupercula, de æſtuante ſpicilegio victitat; ſicut ab omnibus deſtituta, irremediabilibus lacrymis cum vetulâ ſocru funeſtè opplorat. Sed, ô Rutha, ore tacito, ad Deum *clamant opera tua, clamat fides, clamat affectus, clamãt paſſiones tuæ:* quæ à Dei oculis exauditæ, felicitatem vltrà vota etiam impetrarunt: diuitiis porrò, honoribus, & ſanctitatibus aucta, Matronali virtute prælustris, adepta eſt tot Reges, & Regem regum Chriſtum Deum in ſobole generare. Genuit enim Obed: *hic eſt pater Iſai, patris Dauid*, à quo Deipara, & Chriſtus.

S. Ambroſ. ad Hebr. 11. v. 14.

Humanarũ paſſionum clamoribus oculatè auritus eſt Deus.

Auctor §. n.

Hic verſ. 17.

5. Matth. 6. v. 11. Lucæ 11. v. 2.

Matthæi 6. hanc orandi formulam Chriſtus tradit: Sic ergò, inquit, vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum, *&c. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.* Lucas verò, *Panem noſtrum quotidianum.* Non hîc morabor Interpretes, an hic panis, quem petimus, dicendus ſit *ſuperſubſtantialis*, an *quotidianus*, an *craſtinus*, vt alij malunt. De quo alibi. Nunc autem extricare licet, cur iubemur à Deo petere panem, qui *noſter* dicitur? Qui reliqua, quæ noſtra non ſunt, non rogatus abundè hominibus donat, ſic velut auarè panes ſeruat, vt panem etiam *noſtrum*, ſine petitionis pretio non donet? Quin &, ſi omnia Dei ſunt, quomodò panis quotidianus, *noſter* dicitur? Pulchrè Gregorius dubium proponit: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Ecce noſtrum dicimus; tamen, vt detur, oramus.* Oramus quidèm, & tamen *noſtrum* dicimus, quod orando petimus, quia quotidianum panem, quo maximè indigemus, cuius neceſſitate premimur, ſine quo vitam alere non valemus, à Deo poſtulamus. Scilicet quod ineluctabilis Neceſſitas oratione petit, ſuum eiuſmodi petitione facit: quomodò enim bonus Deus neget, quod omnipotenter precariâ Neceſſitatis voce poſtulatur. Superuacuum foret in craſtinum poſtulare, neque enim hodie

Neceſſitas, cùm petit, ſuum, quod petit, facit.

S. Greg. l. 14. Moral. c. 7.

Digitized by Google

hodie craſtinum cibum eſurimus : hodie hodierno cibo neceſſario indigemus : ergò cum iam auido neceſſitatis hiatu poſtulamus, noſtrum aut inuenimus, aut facimus. Quare petentes panem, id eſt, cibum, hodiernæ diei omninò neceſſarium, audacter dicimus, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

§. CCLXXXVII.

Supplicium culpæ reatum diluit : an etiam culpam caſtigatam conſecrat.

Culpam punitio diluit, & conſecrat

1 NOn iraſcitur ſapiens peccantibus. Quare? quia ſcit, neminem naſci ſapientem, ſed fieri. Scit pauciſſimos omni æuo innoxiè ac innocenter vixiſſe : quia conditionem humanæ vitæ perſpectam habet, & quàm ſit homo delictis obnoxius. Nemo autem ægræ naturæ ſanus iraſcitur. Quid enim ſi mirari velit, non in ſilueſtribus dumis poma pendere? quid ſi miretur ſpineta ſentéſque non vtili aliqua fruge compleri? Nemo iraſcitur, vbi vitium natura defendit, Placidus eſt itaque Sapiens, eſt æquus erroribus; non hoſtis, ſed correptor peccantium. Tempeſtiuè primò ſcelus obiurgauit? Sperat meliora. Poſt obiurgationem imbecillè relabentem dignè caſtigauit? culpam punitione dilutam reputat; imò & humanitùs deletam putat. Qui ſecùs faxit, non peritus correptor, ſed hoſtis ſæuus accedit. Culpam ſupplicio ſemel expunctam (excuſſo illius reatu,) qui ad nouam denuò pœnam recentat, lanius eſt, non medicus. Sæuitia eſt hæc, non iuſtitia. Execrabilem culpam, quam aut humana pœna, aut pœnitentia condigna oblitterauit, quodammodò conſecratam puta, pœnæ, aut pœnitentiæ ſacramento.

2. Numerorum 16. ille tumultus Core, Dathanis & Abironis, de ambitu ſacerdotij damnatiſſimus, fuit, non tantùm illis exitialis, ſed etiam gregalibus ducentis quinquaginta viris è primoribus populi, qui auſi ſunt in thuribulis ſacrum ignem reponere, vt incensũ prophano ritu Deo offerrẽt. Et ecce vbi in ambitioſi ſacrilegij pœnâ decineraſcunt, locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem hùc illúcque diſpergat : *quoniam ſanctificata ſunt in mortibus peccatorum : producátque ea in laminas & affigat altari, eò quòd oblatum ſit in eis incenſum Domino.* Sacrilega hæc thuribula, in quibus ducenti quinquaginta principes incenſum Deo offerrè præſumebant, ingloriè iacebant, inter pœnaliſſimi incendij ruinas. Benè eſt, poſt principes cæleſti igne punitos, tollantur indè thuribula, ne inibi ſordidè ſqualeant. Sed quid eſt, quòd in laminas à Sacerdote produci, & ſancto holocauſtorum altari affigi iubentur? Quid ſemiuſtulato thuribulorum æri, cum diuino altari concinnando? *Apud Deum* (ait ibidem Origenes) *nihil eſt otioſum, ſed quæ putantur abiicienda aliquid operis neceſſarij habent. Refert ergò Scriptura quòd ex præcepto Dei accepit Eleazar batilla* (thuribula) *ærea, quæ obtulerant qui exuſti ſunt, & fecerunt ex eis circulos* (laminas,) *& appoſuerunt eos altari ..... non enim ſunt conſilia diuina ſicut conſilia humana.* Scilicet hæc laminarum ad altare affixio, ſpecie tenus *otioſa* videtur, habet autem aliquid operis *neceſſarij* : quia conſilia diuina vltra humana conſilia arcanè eleuantur. Porrò thuribula illa ænea, quæ inter pœnalis incendij ruinas vſtulata ſqualebant, ſicut ambitioſi ſacrilegij erant inſignia, & fuerant inſtrumenta, ſic etiam erant reliquiæ incendij, & condigni ſupplicij notamenta. Ne ergò exinceps ſqualeant in pœnali ſacrilegè buſto; ſed ex eis *laminæ* protendantur, affigantúrque diuino altari, illúdque muniant, concinnent, & ornent; & quod fuerat execrabile ſacrilegij inſtrumentum, fiat munimen altaris, & nouum eiuſdem ornamentum. Ecce tibi, iam eſt aliqua pars diuini altaris, ſacrilegij ſeueriùs puniti ac emendati nuper portio, aut inſtrumentum : quaſi puniti ſacrilegij inſignia, & inflictæ pœnæ documenta, tamquam aliqua diuini altaris pars, Deo conſecrentur. Hem! ſic condigni ſupplicij bono, ſacrilegij malum dediſcitur? ſic punitum ſacrilegium, Dei aram integrat, concinnat, adornat?

Num. 16. v. 38.

Orig. homil. 9. in Numer.

Quare ſacrilega thuribula, Dei altari, affiguntur?

1. Regum 6. Dei Arca irreuerenter capta, & irreligioſè captiua, ſe acerbiùs à Philiſtinis vindicat propudioſo ſupplicio. Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos : *& percuſſit in ſecretiore parte natium*, &c. Conſuluerunt autem Sacerdotes ac diuinos, dicentes : Quid faciemus de arcâ Domini? indicate nobis quomodò dimittamus eam in locum ſuum. Qui dixerunt : ſi dimittitis arcam Dei Iſraël, nolite dimittere eam vacuam, *ſed quod debetis, reddite ei pro peccato*, & tunc curabimini. Nempè iuxtà numerum prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis. *Facietiſque ſimilitudines anorum veſtrorum ...., & dabitis Deo Iſraël gloriam.* Ioſephus *ſimilitudines anorum*, ſtatuas eſſe dicit hominum (tametſi communiter alij contrà ſentiant) quia aliter non videtur quomodò ex figurâ ſeparatâ ac ſolâ cognoſci poſſet, quid ſibi vellet inuſitata ſpecies, & hominum oculis à naturâ ſemota. At in humanâ formâ exprimi poſſet pars illa tumefacta & ſaucia, & ſitus ipſe facile oſtenderet, quod eſſet morbi genus. Alij communiter, &, vt opinor, meliùs, partem illam à toto corpore ſecernunt, eámque in circularem formam effigiant, cui à mariſcis additus tumor & quæ à morbo illo, vbi duriùs incruduit, abeſſe non ſolent. Verùm enimuerò planè admirabile eſt, aut illud donum tam vile ac ſordidum oblatum eſſe Deo, aut certè ex auro, à quoquam ſanæ mentis fuiſſe formatum ad placandum Deum, debitúmque illi honorem exhibendum. Itaque Arcæ, id eſt, Deo vt Sacerdotes, & Diuini clamabant, aureos anos deberi ſuadent, quos, ſecundùm arcanum ſenſum offert Deo vera pœnitentia, quæ deformitatem, & turpitudinem ſuam, quam habet à peccato & diabolo, ante Arcam proponit, & ſuam ſolemni, & quaſi legitimâ formâ ignominiam fatetur, vt à Deo ſcelerum exoret veniam, & ſupplicij acerbitatem declinet. Id enim eſt, *Dare gloriam Deo* qui gloriæ ſibi ducit, cùm gloriam ſuam atque omnipotentiam parcendo maximè, & miſerando manifeſtat. Hactenùs inibi noſter Sanctius. Sed rem totam explicatiùs & opportuniùs S. Gregorius his verbis ethicè exponit : *Quid eſt, quòd* 3.

1. Reg. 6. v. 5.

Ioſephus.

Sanctius.

S. Greg l. 3. c. 4.

quinque anorum ſimilitudines fieri iubentur, & ſic Arca debitum ſoluitur? Hac profectò, ſi more Iudaico ſecundùm littera viluatam penſantur, non ſolum deſpicienda ſunt, ſed nec auditu digna. Quæ profectò dignè accipit, qui quò viliora per littera ſonum audit, eò ea per ſpiritualem ſignificationem vtiliora eſſe intelligit. Nam ſanctus Spiritus, quo inſpirante, tota hac ſacra hiſtoria ſcribitur, nunquam tam vilia promeret, ſi in huius vilitatis arcano magna quadam & pretioſa valdè myſteria non ſignaret. (Longiuſculo ſanè procemiolo res ſordida, myſteriorum ſplendidè grauida, dilui ad nitorem oportebat) *Quæ ergò ſunt anorum ſimilitudines? Et quia hac tam ad tentantia Dæmonia, quàm ad membra peccatorum*
4. *fœtoribus expoſita, ſuperiùs retulimus, ſimilitudines anorum quâ ſignificatione deaurantur? Sed profectò tunc Arca debitum pro peccato benè ſoluitur, ſi anorum ſimilitudines ex auro fabricentur. In ani quidem ſimilitudine emittendi fœtoris membrum cernitur: & tamen quia ſimilitudo, non veritas eſt, fœtore iam nullo maculatur. Et quia de auro efficitur, hoc profectò inſinuat: quia ex ſplendore pulchritudinis ſpecies commutatur deformitatis. Peccator ergò conuerſus ani ſimilitudinem facit, cum quibus peccati fœtoribus membra ſua depoſuerat, ad memoriam ducit. Ani ergò ſimilitudinem fabricare, eſt membrorum ſuorum nuper peccantium turpitudinem pœnitenti corde recolere. Non itaque anum, ſed ani ſimilitudinem fabricat, qui à peccati fœtoribus membra abluit, & eadem membra, quibus peccatis ſubdiderit, recolere non omittit. Et quidèm ex auro fieri ani ſimilitudo cernitur, quia ad pretium æternæ ſalutis peccatorum turpitudines atteruntur. Vel fortaſſe memorando ſimilitudines anorum fiunt flendo deaurantur: quia & recolendo quæ fecimus, fingimus: & dum commiſſa attentius lugemus, in iuſtitia ſplendorem membra deauramus.* Pluſculum præter morem reſcripſimus, ſed quæ rem præſentem peridoneè elucidant. Itaque viliſſimum ſqualidè membrum fœtoribus turpe, peccatorem adumbrat: ſed quoniam acerbè caſtigatum, pœnitudine refingitur, transformatur, & deauratur; dignum euadit, ſui aureâ ſimilitudine expreſſum, vt Dei ſacrarium idoneè concinnet, & glorioſè adornet. Exindè de his anis aureis ait Lyranus, quòd *gloriam & virtutem Dei Iſraël ſignificabant.* Ecce tibi ſordidè ſacrilegum ſcelus, ſeuerè punitum, & pœnitentiæ lacrymis dilutum, ſic fulget ad gloriam, vt *gloriam & virtutem Dei Iſraël ſignificet*, ac deprædicet.

Vile etiam membrum, ſupplicio nitet, & gloriam Dei prædicat.

Lyra. ibi.

5. Iudith 4. pauidè timet Iudæa victricem Holofernis potentiam. Sciunt ſe in Deum enormiter deliquiſſe, & voluntario ſcelerum ſupplicio, Dei vindicis iras auertere feſtinant: ſi fortè vindictam, quam flagitia acceſſunt, flagitiorum caſtigatio diluat. Quare humiliauerunt animas ſuas in ieiuniis & orationibus, ipſi & mulieres eorum. Et infantes proſtrauerunt contrà faciem templi Domini. Et induerunt ſe ſacerdotes ciliciis, quos reliquus populus de more æmulatus eſt: *Et altare Domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt vnanimiter ad Dominum Deum Iſraël.* Sed quorſùm ad auertendas vltrices Dei iras Dei altare cicilio veſtitur? Serarius ait, quòd ſicut ad gratias Deo agendas pro beneficio, lætiora indumenta, & feſti colores aſſumuntur, ſic ad ciendam Dei miſericordiam, vt auertat ſupplicium imminens, triſtia ac meſta omnia adhibentur, & indè pulſantur altaria, vt ad altaris atratum aſpectum magis ad lacrymas veniæ ſupplices exeitemur. Sanctius vere autumat ideò tunc cilicio operiri ipſa Dei altaria, vt ſignificetur non tantùm hominibus, ſed etiam quodammodò ipſi Deo, diuinæque religioni ac templo ſuum imminere periculum. Verùm Anſelmus Laudun. profundè rem ad rem præſentem contemplatus, ſic locum exponit: *Et altare Domini operuerunt cilicio*, id eſt, *ſeipſos, qui beſtiam immolant Deo compunctione pœnitentiæ.* Ecce tibi veſtis cilicina, quâ pœnitens populus ſuum corpus ſpinoſitate compungit, & præcoquum ſupplicium de flagitiis hactenùs commiſſis ſumit; ipſum Dei altare induere perhibetur. O! ſic ſupplicia pro peccatis aſſumpta, quæ hominem exaſperant, caſtigant, vrunt, ſacras Dei aras induere dicuntur? Scelerum caſtigatio idoneè veſtit altare? Sic pœna delicti, delicta conſecrat caſtigata? Sic *egreſſa manus Domini* contrà Noëmi, è Dei populo diu fugitiuam, dum illam caſtigauit acerbè, eandem benè reducem, penè in Dauidis, ac Chriſti Dei matrem conſecrauit. Porrò Obede nato, vicinæ mulieres congratulabantur ei, dicentes: *Natus eſt filius Noëmi.*

Iudith. 4. v. 9. & 10.

Serarius. ibidem.

Sanctius ibi. *Cilicium, quod caſtigat cultum, Dei altaria veſtit.*

Anſel.Laud. in Gloſ. Inte.

Ruth. 1. v. 13. Hic verſ. 7.

§. CCLXXXVIII.

Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur.

1. SCitè Plutarchus: *Cæcutit in re amatâ is, qui amat. Diligitur autem ex propriis nihil perindè ac opinio & ratio ab eorum parente. Nam quæ inter liberos iuſtiſſima appellatur partitio* (id eſt, parturitio, ſeu partus,) *ea quoad ſermones eſt iniquiſſima: quod illic capiendum ſit, quod ſuum eſt, hîc quod optimum, licèt ſit alienum. Hinc qui propria generat, iudex fit deterior aliorum. Ac quomodò Eliis ſophiſta quidam fore ait arbitros ludicrorum Olympicorum, ſi Eliorum nemo certaret, ſic qui ſermonibus præfuturus eſt rectè, is non debet ipſe victoriam captare, neque certare cum iis, de quibus eſt iudicium futurum.* Græcorum duces ſuffragia de honore habendo ei, qui ſe geſſerat præſtantiſſimè, cùm laturi eſſent, ſemetipſum quiſque iudicauit præſtantiſſimum. Inter Philoſopos item, qui non pariter fecerit, eſt nemo, extra illos, qui vt Socrates profitentur, nihil ſe ſuum aſſererent. Hactenùs ille. Sic virgo veritas, æquitáſque, proprij affectùs ſtuprum aut præſtigium refutat: nam ferè ſui, ac ſuorum amor rationem perſtringens, & iudicium ſubornans, felicem reddidit falſitatem.

Plutarch. in qq. Platonicis.

Elij non certantes Olympiorum iudices integerrimi.

2. Pſalmo 11. ſic regius Vates pangit: *Tu Domine ſeruabis nos & cuſtodies nos a generatione hâc in æternum.* Promiſerat Deus Verſiculis præcedentibus eloquium ſuum eſſe ſincerum velut argentum igne examinatum; nunc ſeruari ac cuſtodiri à generatione illâ expetit, quæ inſincerè cogitat, & fraudulenter loquitur. Ecqui ſunt hi tantâ prauitate famoſi, à quibus ſeruari ac cuſtodiri ſatagit? *In circuitu*, inquit, *impij ambulant:* Pſal. 11. v. 9.

Digitized by Google

ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum. Non adnitar hîc cum Interpretibus, pòſterius huius Verſiculi hemiſtichium cum priori nectere, & obſcuram ſententiam clarare; contentus ex Lorino noſtro quoſdam Commentatores referre, *qui in circuitu ambulare, dicunt eſſe veluti vertiginem pati.* Quænam eſt hæc vertigo, quâ *Impij* ægrotant, & à quâ ſic Iuſti timent, vt diuinâ tunc *cuſtodia ſaluari* ac clypeari feſtinent? Sic grauatè ferunt, quod *Impij in circuitu ambulent*, dum pernicioſâ *vertigine* laborant? Appoſitè Gregorius Nazianzenus ita ſcribit: *Quemadmodùm eadem terra ſtat quidèm ſanis & non ægrotantibus; mouetur autem vertiginoſis, & his qui ſe circumuoluunt; cum videntium paſſio ad id quod cernitur transmutatur, ita & nos facilè decipimur propter inimicitias* (quin etiam è diuerſo, propter amicitias) Ecce tibi, quare ſic timeat Dauid, vt *in circuitu impij ambulent*, & agantur *vertigine*, pernicioſo humanis iudiciis morbo. Porrò qui hoc morbo laborat, & ſuæ in iudicãdo conſcientiæ, & aliorum famæ ægrotat. Quod firmiter velut terra ſtat validis concuſſionibus, flectineſcium in vertiginoſo iudicio, ſeu male affectâ voluntate, nutuve inconſtanter, leuiter agitari, & turpiter labi videtur? *cùm videntium paſſio ad id quod videtur, transferatur* O tuæ *vertiginis* vitium eſt, quo aliorum famam prauo iudicio inuitias! O quàm eſt formidabile, quòd *Impij in circuitu ambulent*, ſuâ inimicitiarum *vertigine* alios quoquouerſùm rotantes! Sanè veritas iudiciorum, hoc alienæ *vertiginis* vitium ſeriò recuſat. Et ſicut inimicitiarum *vertigo* ſtantia nutare videt: ſic amicitiæ *vertigo*, de affectæ voluntatis præſtigio, inconſtanter nutantia, firmiter ſtare videt. Sic, affectus mendacium colorat, & verum aut falſum pro nutu pingit, non bonus, opinor, veritatis arbiter!

Lorinus ibi.

De affectuũ vertigine, quæ ſtant, mouentur, & quæ mouẽtur, ſtant.

S. Nazianz. Orat. de ſe ipſo.

5\. Matth. 16. v. 16. & 17.

Matthæ. 16. Hominum de ſe cenſum ac ſenſum, à Diſcipulis ſuis Chriſtus ſciſcitatur. Varium & incertum vulgus in varias ſententias de more ſcinditur, fabellis quàm vero ſimiliores. Tunc dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: *Tu es Chriſtus, filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt.* Peritè inibi addubitat Chryſoſtomus, quare Nathanaëlem, idem iam olim confitentem, adſimiliter non beatificauerit Chriſtus? Dixit enim ei, Ioannis 1. *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Iſraël.* Nec ſolum beatificatus non eſt Nathanaël, verùm etiam quaſi multò inferiora quàm oporteat, cogitaret, ſic à Chriſto redargutus eſt: Quoniam tibi dixi, quia vidi te ſub ficu, credidiſti, maiora his videbis. An non idem confeſſus eſt Nathanaël ac Petrus, cur ergò illaudatus Nathanaël negligitur, & Petri confeſſio vltra carnis ac ſanguinis faſtigium ſublimis perhibetur, & arcanæ Patris Dei reuelationi glorioſè adſcribitur? An quia reciproco amore charior ac familiarior erat Petrus, ideò præ Nathanaële beatificatus eſt, & ob ſimilis confeſſionis meritum ſumptuoſiùs laudatur, & opulentiùs muneratur? Saltem ſic fieri oportebat, quia Petrus maiori affectu Chriſtum amabat. Perbellè Chryſoſtomus ſic hâc de re philoſophatur: *Caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. Nam ne quoniam vehementer amoris vinculo Petrus Chriſto coniungebatur, aſſentatiunculâ gratificans, hæc verba dixiſſe multis videretur, in medium Patrem produxit, qui ad confeſſionem veritatis animum Petri commouit. Ita Petrus quidèm locutus eſt, Pater autem illi quod loqueretur, ſubiecit: vt non humanam opinionem, ſed diuinam ſententiam diuinitus dictam Petrum credas enunciaſſe.* Nempè vehemens amor teſtificandæ veritatis titubatio eſt, & recuſatio ſuffragij; ne fortè affectus teſtimonium ſubornet ad gratiam. Quare hoc Petri teſtimonium à carne & ſanguine Chriſtus eximit, & illius veritatem in Patrem reiicit totam, nequid in eo tranſpareat, quod poſſit recuſare credulitas: *Ne quoniam vehementer amoris vinculo Petrus Chriſto coniungebatur, aſſentatiunculâ gratificans hæc verba dixiſſe multis videretur.* In amantis ore metacior & mutatior veritas, *aſſentatiuncula gratificans* multis videtur.

Ioan. 1 v. 49.

S. Chryſoſt. homil 55. in Matth.

In amantis ore ipſa veritas, aſſentatiuncula gratificans multis videtur.

4\. Prouerb. 14. v. 30.

Parœmiaſtes Prouerbiorum 14. hâc ethicâ gnome mores inſtruit: *Vita carnium* (hominis) *ſanitas cordis.* nempe cor ſanum, id eſt, animus ſanus à paſſionibus, vtputà à nimio amore, odio, inuidiâ, &c. ita Cornelius: apud quem hæc *ſanitas cordis* à nonnullis exponitur, *ſanitas rationis, mentis & iudicij:* Porrò qui paſſionibus non agitur, ſanam habet *rationem*, ſanam *mentem* & *iudicium* ſanum. Imò non modò in ſe ſanum, quæ eſt paſſiua ſanitas, ſed etiam actiua, id eſt, alios ſanans. Vndè Rabbi Salomon, Baynus, & Tigurina vertunt, *Cor ſanans:* hoc enim propriè ſignificat Hebræum מרפא *marpe.* Quare LXX. Interpretes excribunt: *Manſuetus vir* (id eſt, vacans paſſionum tumultu, & acri illarum inſtigatione) *cordis eſt medicus:* quia homo ſanam habens *rationem*, *mentem*, ac *iudicium*, ſanâ ratione ac mente, & nullo affectu agitatus, ſano *iudicio* de alienis rebus cenſet; & ita in ſe ſanus, alios ſuffragio, iudicio, & cenſu ſuo ſanat. Hic, hic inquam (addit inibi Cornelius hunc locum exponens, & elucidans LXX. Interpretum tranſlationem: *Cordis eſt medicus*) *ergò eſt Marpe, ſiue Raphaël, id eſt medicus Dei, vel medicans & ſanans Deus: quia ſicut Raphaël ſanauit & liberauit Tobiam ſeniorem à cæcitate, iuniorem ab Aſmodæo, Saram à viduitate & angore: ſic manſuetus* (id eſt, ab affectuum agitatione ſanus) *(curat omnes animi ægritudines.* Ecce tibi qualiter *ſanitas mentis* ac *rationis*, quandò nullo amoris, odij, aut inuidiæ affectu agitur; *ſani iudicij* etiam eſt: ab his enim affectibus pericuLoſè *iudicium* ægrotat, & inſano cenſu res æſtimat. Nec tantùm *iudicium ſanum* in ſe eſt, ſed alios, quos ſine affectu æſtimat, medicè ſanans, verè *Marpe, ſiue Raphaël, id eſt medicus Dei, vel medicans & ſanans Deus.* Profectò iudicium, quod dictat mens & ratio affectibus libera, *Raphaël eſt*, tot ſanitates deſperatas impertiens. Heu quàm multi ægrotant vnius *iudicio*, ab affectuũ æſtu, non ſatis ſano, ne dicam inſano! Ab hoc inſanabili morbo vnum eſt remedium, vota & preces, quæ cum Tobiâ accerſant de cælo *Raphaëlem, id eſt medicum Dei*, qui rationem ac *iudicium* ſanet à pericuLoſâ affectuũ ægritudine. Bonus Booz, & Ruthæ ſuæ peramans, concumbendi factum, quod plures quaſi inſolenter periculoſum taxant; ipſe boni affectus lenocinio, tamquam legitimum deprædicat, & laude digniſſimum. Et hîc Obede nato, amicæ ac vicinæ Noëmi,

Corn. ibi.

Rabbi Salo. Baynus. Tigurina. Hebræus. LXX Interp.

Cornel. ibi.

Iudicium quod affectibus non ægrotat, Raphaël dicitur. quare

Ruth 3. v. 10. Hic verſ. 17.

Noëmi, illi gratulabantur, dicentes: *Natus eſt filius Noëmi*. & tamen nepos duntaxat legalis erat. Vicinarum autem amor, cognationis vinculum arctiùs nectit ad gratiam.

5. Pſal. 118. v. 97. Theodoret. Pſalmo 118. ſic pangit Propheta: *Quomodo dilexi legem tuam Domine? totâ die meditatio mea eſt*. Quæ verba ſcitè Theodorus in Catenâ Græcorum Patrum ſic exponit: *Indicium dilectionis legis poſuit quotidianam eius meditationem. Nam exactum & minimè dubium dilectionis argumentum eſt, totâ die dilecto vacare & aſſidere, ita vt quis ad nihil aliud aſpiciat, ſed omnibus mortuus ſit, & omnia mortua arbitretur, vt dilecto aſſiduè fruatur*. Nempè qui verè amat, reliquis omnibus mortuus eſt, & reliqua omnia illi mortua ſunt: adeò vt ſoli rei amatæ viuat, cetera mortuus. Quare appetentia totâ die vacandi Deo, & ſoli Deo viuendi, exactum & minimè dubium dilectionis argumentũ eſt. Sed aliud, opinor, amoris indiciũ Theodorus in his verbis omittit, quod ab affectu petitum, vim amoris viuaciùs exaggerat; nempè cur quaſi *legem* vnam nominet, tot legum ſarcinas, quæ ſic Hebræam gentem degrauababant? Tredecim ſuprà ſexcenta præcepta, vnam *legem* appellat? Tot præceptionum grauedo, vnius *legis* nomine indigitatur? O! quis, niſi amor tot præcepta abbreuiauit, & in breue compendium redegit? Audiendus eſt hâc ſuper re Oleaſter in cap. 3. Geneſeos. ita fatus: *Et Dauid: Quomodo dilexi legem tuam Domine? Numquid non ſexcenta tredecim leges erant, quas ſeruare tenebaris bone Rex? cur ergò Legem vocas ſexcenta tredecim præcepta? Quoniam dilexi legem tuam Domine*. Nimirùm ſicut legem grauatè ferentis vnica duntaxat lex, vna plures eſt? quod malo noſtro Euæ accidit, dum præcepto non comedendi de ſuo addidit, non tangendi mandatum. ſcilicet cui exoſus eſt legiſlator, & lex odioſa, illam obſeruationis nauſea multiplicat moleſtâ executionis grauedine. Sic amanti legiſlatorem ac legem, multæ leges in vnicam compendiantur, & plures vna fit. Quare leges ſexcentæ tredecim, vna lex dicitur: *quoniam dilexi legem tuam Domine*. Vide nunc quàm diuerſa de rebus iudicia affectus odij & amoris excudat; dum idem ipſum incrementatur ab odio; ab amore autem ſic extenuatur ad obſequij gratiam, vt tot leges obſeruatu grauiſſimæ, vnius legis nomine denotentur. Nil amanti graue. Velis & poteris. Nil odienti leue, rerum tædio æſtimationem commutante.

Ei, qui amat omnia mortua ſunt; & ipſe omnibus: & rei amatæ tantùm viuit.

Oleaſter.

Amanti multæ leges, plures vna ſunt: odienti, vna plures.

§. CCLXXXIX.

Vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis Sacramento.

1. *Charitas nõ æmulatur. quare?*

Mens quam ſemel affecerit charitas, ſui iuris eſſe non ſinit, metuit quod neſcit, cupit quod ignorat, benè dolet quod non oportet. Sollicitatur vltrà vota, compatitur nolens, miſeretur inuita. Tota ſuprà naturam eſt, quæ conſummatæ virtuti totum eſt, tamquam maximum gratiæ ſacramentum, & omnium ſanctitatum meta. Summa charitatis elogia hoc breui compendio Gentium Doctor expreſſit: *Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur..... non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt*. Pro τὸ *patiens eſt*, Græci codices excribunt, *longanimis*, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, *magnanima eſt*. Quæ eſt charitatis magnanimitas, quod eſt primum ac potiſſimum elogium, & effectuum illius cenſus? Nempe, tam longè abeſt vt ſit *ambitioſa*, & propriæ laudis auara, vt *non quærat quæ ſua ſunt*. Exindè non *æmulatur*, hoc eſt, non inuidet. Nam, vt peritè dixit Gregorius Magnus homil. 5. in Euangel. *Voluntas bona* (quæ eſt generoſa charitatis ſoboles) *eſt, ſic aduerſa alterius, ſicut noſtra pertimeſcere: ſic de proſperitate proximi, ſicut de noſtro profectu gratulari; aliena damna noſtra credere, aliena lucra noſtra reputare*. Porrò de ambitionis auaritiâ videtur nobis decedere, quod alteri accedit: quare vbi cupiditas viget, friget charitas: è contrario cùm fraterna charitas regnat, tunc cupiditas exulat: charitas enim aliena lucra, proprium reputat auctarium, piè auarâ lucri alieni vſurâ, quæ venit de animorum commercio.

1. Cor. 13. v. 4. Græcus. Tertull. l. de Patient. c. 12. S. Cyprian. S. Ambroſ. S. Gregor.

1. Corinth. 9. ad eos ſic Paullus ſcribit: *Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis*. Locus ſanè ſi penitiùs inſpiciatur, in paucis difficilis: nam quantò acrius admouet calcar ad curſum in virtutis ſtadio, tantò videtur deſperationem negotiari; quandoquidèm ex multis currentibus, *vnus* duntaxat præmium captat: cùm enim ait *vnus*, negare videtur plures etſi ritè currentes, præmium accipere; quaſi vnus tantùm Chriſtianus ceteris omnibus præcurrens, & feruentior ad opera virtutis, virtutis brauium præripiat. Quin & parùm ſibi videtur cohærere Paullus, dum omnibus Chriſtianis ait, *Sic currite vt comprehendatis*: quomodò autem plures poſſunt ſic currere vt brauiũ comprehendant, ſiquidèm licèt omnes currant, *vnus accipit brauium?* quare neceſſe eſt vt ex magno currentium numero, plures præmio viduentur, & tametſi ſtrenuè cucurrerint, ingloriè negligantur: nam *omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit brauium*. Variis expoſitionibus hunc locum Commentatores vexant. Origenes verò hæc Paulli verba perſtringens homil. vnicâ in lib. Regum, ita ſcribit: *De iuſtis autem non ſolùm per ſingulos vnus dicitur, verùm & omnes competenter vnus dicuntur. Et cur non omnes vnus dicantur, quorum cor & anima vna eſſe deſcribitur?..... Vndè meritò & ipſi omnes, non ſolùm vnum, ſed & vnus dicuntur, ſicut & Apoſtolus deſignauit, dicens: Omnes quidèm currunt, ſed vnus accipit palmam. Vides manifeſtè quia omnes iuſti vnus eſt, qui accipit palmam*. Sic ad ſenſum moralem verba Paulli opportunè pariter & acurè flectit Origenes. Nimirùm in Chriſtianæ virtutis ſtadio plures ſunt palmæ ſingulis ritè in eo currentibus propoſitæ, quas quiſque iuxta proprij curſûs ſtrenuitatem feliciter præripit. Ceterùm quia charitas non eſt *ambitioſa*, non *æmulatur*, adeò longè abeſt ab inuidiâ, vt ſiquis ceteris omnibus præcurrat, & palmam glorioſè præripiat, eam reliqui omnes accepiſſe reputant, & de accepto brauio ſibi gratulantur, quia in *vno* præcurrente omnes præcurriſſe, & illâ ipsâ palmâ ſe nobilitatos gloriantur. Sanè de arcano fraternæ charitatis ſacramento eſt, quòd *omnes iuſti vnus eſt, qui accipit brauium*: nam *de iuſtis non*

2. 1. Cor. 9. v. 24.

Origenes.

Quilibet iuſtus, vnus plures eſt, & plures vnus, beneuolentiæ ſacramento.

non ſolùm per ſingulos vnus dicitur, verùm & omnes competenter vnus dicuntur. Sic de charitatis arbitro, quilibet iuſtus, vnus plures eſt, & plures vnus, vnum ambo, & idem vniuerſi: ſic enim ſinguli congaudent, & ſibi gratulantur de alienâ felicitate, vt ſuam reputent, velut auarè ambitiosâ alieni boni vſurpatione, quod ſine aliorum detrimento ſibi conuiſcerant lucroſo beneuolentiæ commercio, & fœcundâ bonorum fu-

Hic verſ. 17.

racitate. Quare vbi Rutha Obedem Boozo peperit, confeſtim accurrunt *vicinæ mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noëmi.* Bonus charitatis error, charæ Ruthæ partum effœtæ Noëmi adſcribit, illique de filio ſic gratulatum eſt.

3. Eccli. 22. v. 28. & 29. Tigurina.

Siracides cap. 22. Eccleſiaſtici ſic nos admonet: *Fidem poſſide cum proximo* (cum *amico* excribit Tigurina) *in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hereditate illius coheres ſis.* Monet in egeſtate & aduerſis fidem & opem præſtandam amico, in eóque diſcerni verum amicum à ficto & ollari, ac mercedem & fructum aſſignat: nimirùm hâc ratione eum proſperitatis, afflante fortunâ, amico rediture, participem fore. Itaque hereditatis participium illi pollicetur (*vt in hereditate illius coheres ſit*) ei, qui egeſtatis & anguſtiæ particeps fuit, fidæ amicitiæ indiuiduo commercio. Non quòd amicitia ſit quæſtuaria; ſed quòd eamdem animam, fortunam eamdem faciat, amicâ bonorum malorúmque communione. Quâ ſuper re eloquenter philoſophatur Ambroſius lib. 3. Offic. cap. 7. ſic fatus: *Quid eſt amicus niſi conſors amoris, ad quem animum tuum adiungas atque applices, & ita iungas, vt vnum velis fieri ex duobus, cui te tamquam alteri tibi committas, à quo nihil timeas, nihil ipſe commodi tui cauſsâ, inhoneſtum petas? Non enim vectigalis amicitia eſt, ſed plena decoris, plena gratiæ. Virtus eſt enim amicitia, non quæſtus: quia non pecunia quæritur, ſed gratia, nec licitatione pretiorum, ſed concertatione beneuolentiæ.* Certamen opis ac beneuolentiæ ab vtroque indifferenter initur; & eandē fortunæ aleam ſubit vterque, non alteruter. Quod fauet alteri, adfauet vtrique: vtrique enim aut gratulandum, aut condolendum eſt de alterutrius fortunâ, aut infortunio. Ergo *in tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hereditate illius coheres ſis.*

Gnome veræ amicitiæ.

S. Ambroſ.

4. ad Coloſ. 3. v. 12.

Gentium Doctor ad Coloſſenſes 3. ſic eos ad beneficam animitùs charitatem adhortatur: *Induite vos*, inquit, *ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem*, &c. Dixit *viſcera miſericordiæ*, ſeu potiùs *miſerationum* (legitur enim Græcè numero multitudinis) Hebræorum more, ad ſignificandam viſceralem quamdam, inſignem, & latè patentem miſericordiam. Itaque inibi Anſelmus: *Ab omni*, inquit, *parte circumtegi debetis viſceribus miſericordiæ, vt in cunctis actibus veſtris fulgeant viſcera miſericordiæ, quæ mens veſtra concepit, ergà releuationem miſeriæ proximorum.* Quæ autem ſint hæc *viſcera miſericordiæ* ſeu *miſerationum*, quæ in beneficæ charitatis actibus ſignatè *fulgere* dicuntur, Dauid forſan ediſſerit Pſalmo 111. *Exortum eſt*, inquit, *in tenebris lumen rectis miſericors, & miſerator, & iuſtus.* Quæ Pſalmographi verba alij excribunt: *Iubar viſceroſum exortum eſt.* Quaſi dicat: His qui in tenebris egeſtatis, anguſtiæ, tribulationis verſantur, *iubar viſceroſum exortum* eſt; quandoquidèm tunc, tunc quidèm vel maximè *fulgent viſcera miſericordiæ, & miſerationum, ergà releuationem miſeriæ proximorum.* ac ſi viſceralis beneuolentia & beneficentia, tamquam *iubar, viſceroſum*, in proximos anguſtiis preſſos, ſeſe diffundat; & quaſi proprijs viſceribus præ compaſſione eliquatis, ſe illis conuiſceret. Quaſi Chriſtiana amicè benignitas, vltrò citróque in neceſſitatibus, præcordiorum ac viſcerum commercium proponat. His miſericordiæ ac miſerationum viſceribus, proximos mutuò ac amicè indui ſeriò Apoſtolus adhortatur, quò in ærumnarum tenebris *iubar viſceroſum* omnibus effulgeat.

Græcus.

S. Anſelm. *Iubar viſceroſum beneficentiæ, calamitoſis oriatur.*

Pſal. 111. v. 4. Aguad. in Chri. Sapien. Titul. 19. c. 2. n. 1. *Tráſlationis fides auctorē appellet.*

Paulus ad Philippenſes 2. eos ad mutuam charitatem, animorumque ac ſententiarum conſenſionem, vehementi oratione perurget, ſic aiens: Siqua ergò, inquit, conſolatio in Chriſto, ſiquod ſolatium charitatis, *ſiqua ſocietas ſpiritus*, ſiqua viſcera miſerationis. *Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes idipſum ſentientes.* Non ait, Facite mihi gaudium, ſed *implete*, quaſi plenum & perfectè conſummatum Apoſtoli gaudium, à fidelium moribus, id eſt, perfectâ eorum charitate penderet. Ceterùm cùm addit Paullus, *eandem charitatem habentes, & vnanimes idipſum ſentientes*, ad ſacramentum fraternæ charitatis, & mutuæ beneuolentiæ beneficentiæque, referendum eſt: eſt enim id amantium proprium, vt vno velut animo, ac ſpiritu viuant, & ſpirent; idémque omninò velint, atque appetant, ſintque, vt ait Paullus planè σύμψυχοι, *vnanimes*; neque malè dixerunt veteres eſſe amicorum animum vnum duo veluti corpora informantem. *Vnanimes* (ait Chryſoſtomus) *id eſt, vni animæ omnium corpora accomodantes, non quidèm ſubſtantiâ ipſâ, nam id fieri non poteſt, ſed electione & ſententiâ, vt quaſi ex vnâ animâ omnia proficiſcantur.* Propterea addit, *Idipſum ſentientes* (quod explicat Anſelmus) *Vt mala cuiuſque omnes ſua eſſe putent, & bona ſimiliter; vt ſiquid patitur vnum membrum, compatiantur omnia membra.* Quare dixit, *Vnanimes idipſum ſentientes.* Eloquenter Ambroſius in Orat. funebri de exceſſu Satyri fratris ſui, hanc animarum copulam, ſeu participium, ſic exponit: *Cœpi enim hîc iam non eſſe peregrinus, vbi melior mei portio eſt: numquam enim totus in me fui, ſed in altero noſtri pars maior; amborum vterque animus eramus in Chriſto: in iſto corpore enim, quod nunc exanime iacet præſtantior vita mea functio, quia in hoc quoque, quod gero corpore, vberior tui portio.* Et ſanctus Paullinus epiſt. 2. ad Seuerum, ſic eius fraternam beneficè charitatem aliâ eâdem viâ deprædicat: *Illud Apoſtoli comples, vt habens non habeas; quia non tibi, ſed non habentibus habens; domûs tua hoſpes es, vt ſis hoſpitum domus: patria tua peregrinus es & exul iſtius mundi, vt ſis incola paradiſi & patriæ ciuis antiquæ ..... temporale habitaculum tui tecti non vt paterfamilias vſurpas, ſed vt mercenarius vel inquilinus manes; ſtipendium quaſi precariæ manſionis Domino penſitans, de ſociâ & corporis tui & animi ſeruitute.* Vndè concludit: *Tu igitur inter mortuos liber, qui in poſſeſſione terrenâ, terra iam non es, & terreni ſeminis nec morticinorum contagione pollueris,*

5.

ad Philip. 2. v. 2.

S. Chryſoſt. ibi.

S. Anſelm. ibidèm.

Anima Ambroſij eſſe dicitur in ſepulcro cum Satyro, & cū eodē in cælis.

S. Ambroſ.

S. Paullin.

ris, nec habitas in dormientium proiectorum ſepulcris, quia in cælo ſepeliſti vitam tuam, quam in Chriſto abſcondiſti. Pronum eſt conferre Ambroſij ac Paullini ſententias, quæ diſpari viâ eundem viæ terminum pertingunt.

---

§. CCXC.

Per media oppoſita fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt.

1\. Seneca lib. de Diuin. Prouid.

PErſuadebo tibi (ait Seneca) *ne vnquam boni viri miſerearis: poteſt enim miſer dici, non poteſt eſſe. Difficillimum ex omnibus quæ propoſui videtur, pro ipſis eſſe quibus eueniunt, iſta quæ horremus ac tremimus ..... Non miſcentur contraria.* Quemadmodùm tot amnes, tantùm supernè deiectorum imbrium, tanta mediterraneorum vis fontium non mutat ſaporem: ita aduerſarum impetus rerum viri fortis non vertit animum. *Manet in ſtatu, & quicquid euenit, in ſuum colorem trahit.* Tanta eſt virtutum virtus, & diuinæ Prouidentiæ vis, vt cæleſtem coronam per contraria nunc textam admiremur. Parùm Deo foret per apta humanitùs media ſcopum ſibi diuinitùs præfixum collimare. Miriſſimum autem eſt, & Diuiniori Prouidentiâ dignum quaſi miſcerentur contraria, media quæ videri poſſent inidonea, idonea reddere, & ex oppoſito ad intentũ finẽ mirabiliter obſequẽria. Pulchrè Auguſtinus: *Vbicúmque fuerit prouidentia, fruſtrantur vniuerſa contraria.* Videtur proſper error & cæca felicitas, & arcanæ prouidentiæ ſacramentum eſt, mortalibus adorandum.

A diuinâ prouidentiâ fruſtrantur vniuerſa contraria.

S. Aug. l. de Sing. cle.

2\. Matthæi 27. Alterâ, inquit, die, quæ eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iube ergò cuſtodiri ſepulcrum vſque in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit nouiſſimus error peior priore. *Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulcrum, ſignantes lapidem, cum cuſtodibus.* Itaque pontifices & Phariſæi Chriſti ſepulcrum munierunt duplici munimento, ſcilicet cuſtodiâ militum, quos aſſiduè vigilare & ſepulcrum circumdare iuſſerunt, & obſignatione lapidis. *Signantes*, id eſt, obſignantes, ſigillantes, nempè annulo, non Pilati, ſed vrbis Ieroſolymæ, vel potiùs annulo ſummi concilij ipſorum, quod Sanedrim vocabatur, ne à quo lapis à ſepulcro amoueri & corpus Chriſti extrahi poſſet, quin idipſum ſigilli violatione deprehenderetur. Addunt Nicephorus & Beda, Iudæos vtrumque ſepulcri lapidem perforaſſe, & vinculo ferreo conſtrinxiſſe. Ita ipſi Iudæi dum reſurrecturo Chriſto modis omnibus conantur exitum occludere, & vel rimulas cautiùs obſerare, neſcientes & inuiti auxerunt miraculum & fidem reſurrectionis, teſtimonium Deo ab ipſis extorquente, quod eleganter inibi Chryſoſtomus obſeruauit: *Certa*, inquit, *reſurrectionis demonſtratio per ea, quæ vos ipſi procuraſtis, reddita eſt. Si enim obſignatum fuit ſepulcrum, fraudi & dolo nullus locus relinquebatur. Quòd ſi nulla fraus admiſſa fuerit, ſepulcrum verò repertum eſt vacuum, perſpicuum eſt, quòd proculdubiò & citra controuerſiam reſurrexit. Vides quomodò vel inuiti veritatis adiuuent demonſtrationem.* Argutiùs, opinor, ſic hâc ſuper re ad rem noſtram S. Maximus philoſophatur: *Fidem noſtram confirmat impietas Iudæorum. Nam ſufficit ad crudelitatem nobis eorum nimiùm cauta crudelitas. Quò enim diligentiùs cuſtodierunt tumulum, eò conſtat illum manifeſtiùs ſurrexiſſe. Quò plures appoſuere cuſtodes, eò plures teſtium reliquere. Nam hoc procurauit diuina Prouidentia, vt reſurrectioni Dominicæ non ſolùm Angeli, non ſolùm diſcipuli; ſed & teſtimonium perhiberent (quod ampliùs eſt) inimici ..... Tantâ enim ſollicitudine ſepulcrum obſtruxit impietas, vt id non praualeret manus humana deſtruere, niſi ſola virtus reſurrectionis aperiret.* O benè! Ecce tibi quot cuſtodes Phariſaica hoſtiliter cautela cuſtodiẽdo appoſuit ſepulcro, tot teſtes à peruerſo ſtitit, qui reſurrectionem Dominicam manifeſtiùs demonſtrarent. Quantùm in Iudæis fuit manum opponunt reſurgenti, dum cohortem ad ſepulchri cuſtodiam apponunt; ſed *hoc procurauit diuina Prouidentia*, vt diligentia eorum noſtræ fidei proficeret. Tantò enim certiùs credere debemus, quantò illi vetandæ reſurrectioni obnixiùs militarunt: indè enim alitur fides, vndè credi poterat paritura. qui eſt pius quidam diuinioris Prouidentiæ faſtus.

Matth. 27. v. 65. & 66.

Niceph. l. 1. c. 32.

Beda de locis ſanctis.

S. Chryſoſt.

Quot cuſtodes apponuntur ſepulcro, tot teſtes reſurrectionis ſiſtuntur.

S. Max. Ser. 3. in feſto Paſch.

Iob 5. Beatus, inquit, homo qui corripitur à Deo: increpationem ergò Domini ne reprobes. *Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.* Non valdè mirum aut beneficum foret, vt Deus benignitate multus, tandem remediis ſanet, quem acerbè percuſſerit. Tarda forſan hæc ſanitas foret, & ſæpè à Deo noſtro peregrina. Viuaciùs ad rem prius hemiſtichium ſic in Hebræo eſt: *Ipſe vulnerans medetur.* quaſi non tam medico vulneris remedio, quàm ipſo cruento vulnere, & acerbiori plagâ medicinam paret; & dum pœnaliſſimum facit dolorem, arcano quodam diuinæ prouidentiæ ſacramento dolorem excantet. Serò vulneri vulneris medicina pararetur, cùm ipſummet vulnus ſanare ſeipſum præcurrat præuento medici officio. Quod Procopius Gazæus eloquenter his verbis ediſſerit: *Tam eſt*, inquit, *noſtræ ſalutis peritus artifex Deus, vt vel plagas incutiens medeatur, vtrimque nos ad pietatem prouocans.* Adeò vt vulnera à Deo inflicta, plagæ vitales meritò dici queant. Verùm ſemel expenſus Iobi locus, adhuc ad rem enucleandus eſt. 3.

Iob 5. v. 18.

Hebræus.

Diuina prouidentia vitales plagas infligit.

Procop. in cap. 9. Iſaiæ.

Eliphaz Themanites de Deo loquens, de eiúſque ergà homines œconomiâ: *Ipſe*, inquit, *vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.* LXX. Interpretes ſic vertunt: *Ipſe dolore afficit, & rurſùs reſtituit.* Aquila, *curabit*, vt ſenſus ſit, non tam vulnerando mederi, quàm priùs vulnerare, deindè mederi, & ſanare. Vulgaris quidèm, ac ſera curatio, & infrà arcanam diuinæ prouidentiæ peritiam: Deus enim vulnerando ſanat: vt vndè à vulnere interitus timebatur, indè vulneris remedium inueniat. qui eſt aliquis ſanandi faſtus, diuinæ prouidentiæ cognatus. Quâ ſuper re ſic Petr. Damianus philoſophatur, tacitè ad hunc Iobi locum adludens. *Conſiderare libet intra munitum gratiæ ſinum, quanto Deus miſericordiæ fauore nos contineat.* 4.

Iob 5. v. 18.

LXX. Interp.

Aquila.

Ecce

ce quiſe de virtutibus extollit, per vitium ad humilitatem redit: qui gratiæ acceptæ virtutis extollitur, non gladio, ſed (vt ita dixerim) medicamento vulneratur. Quid enim virtus, niſi medicamentum? & quid vitium, niſi vulnus? (Penſita attentiùs quæ ad rem verba ſubtexit) *Quia ergò nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum; vt qui virtute percutimur, vitio curemur. Nos namque virtutum dona retorquemus in vſum vitiorum; ille vitiorum mala aſſumit in arte virtutum.* Nimitùm diuina prouidentia velut *arte* quâdam piè argutâ æmulatur impias hominum argutias: & quemadmodùm hominis ambitio de virtute vanagloriam fabricat, & virtute è peruerſo feritur vitiorum vulnere, ac vitiorum remedio periculosè ſauciatur: ſic etiam Deus vitia recudens in pœnitentiam, & in humilitatem refingens; *quia nos de medicamento vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicamentum.* Quare arcana diuinæ prouidentiæ ars, etiam è peruerſo benefica, vulnerando medetur, & percutiendo ſanat: nam *ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.* De humanâ prauitate venit, vt homo ſanitate vulneretur; veniat ergò de æmulâ diuinæ prouidentiæ vi, vt homo vulnere ſanetur.

Quia nos de medicinâ vulnus facimus, facit Deus de vulnere medicinam.

5. Sic pangit Propheta regius Pſal. 138. Confitebor tibi, inquit, quia terribiliter magnificatus es: *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.* Quæ nam ſunt hæc arcana Dei opera, quæ Propheta dum *nimis cognoſcit*, magis admiratur? Anonymus ibidèm apud Corderium noſtrum in Paraphraſi, ſic locum exponit: *Ego, inquit, ſcio, & anima mea quantum quodlibet opus tuum miraculum contineat, & maximè, inquit, mea fabricatio, meâque gubernatio, id eſt hominis.* Heracleotes etiam in Commentario, *gubernationem*, ſeu prouidentiam diuinam ergà hominem, inibi commendat. Verùm explicatu & intellectu arduum eſt, quomodò Dauid lynceis etiam prophetiæ oculis, *nimis cognoſcens* de *gubernatione* ac prouidentiâ Dei, adhuc eam *admiratione* (quæ aliquam ignorationem importat) honorare dicatur. Locúſne patet admirationi, vbi res *nimis noſcitur*? Aut non debuit dicere, *nimis noſcere*, qui adhuc admiratur; aut ſi adhuc admiratur, *nimis noſcere* non videtur. Vtrumque ex alterutro validè arguitur. Eloquenter S. Maximus homil. 1. in die natalis Domini: *Beatus David virtutem omnipotentiæ eius* (Dei) *intendens, clamabat, dicens Mirabilia opera tua Domine, & anima mea nouit valdè* (*nimis*) *valdè* (*nimis enim ſciebat anima Prophetalis, opera Dei omnem meditationem humanæ mentis excedere: propter quod ſapientiſſimus Patriarcha mortalis ſenſus concluſus anguſtiis, quæ inueſtigare non poterat, mirabatur. Quis ergò hominum diſcutere, aut inquirere audeat, quod Propheta miratur? Mirabilia*, inquit, *opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.* Res ſanè miriſſima, quòd dum prophetalis Dauidis anima plus *diſcutit*, & *inquirit* de diuinæ *gubernationis* ac prouidentiæ arcanâ ſublimiſſimè œconomiâ; & ſi *nimis cognoſcit*, nimis miratur; quaſi quò quis profundiùs eam cognouerit, eò perſpicaciùs cognoſcat, ſe illius perfectæ notioni nunc imparem eſſe, quòd admiratione teſtatur, tantò miriori, quantò *nimis cognoſcere* ipſe teſtatur. Porrò gubernatio diuina, velut naturale miraculum eſt, titubatio totius naturæ, contrariorum examatio, mediorum antitheſis; ſuffragium è diuerſo, à vulnere ſanitas, ab aleâ ſecuritas, à periculo aſylum, & (vt ſic loquar) hoſtilitas auxiliaris. Quid ergò mirum ſi vel perſpicacior Propheta, dum de diuinâ prouidentiâ ac *gubernatione*, *nimis cognoſcit*, magis miretur. *Mirabilia opera tua* (*mea gubernatio*, inquam) *& anima mea cognoſcit nimis.* Ecce tibi, tot nunc viduitatis, orbitatis, exilij ac inopiæ calamitatibus iactata Noëmi, flebiliter conqueritur, aiens: *Egreſſa eſt manus Domini contrà me*; ſed quæ vitales plagas inflixit, quæ vulneribus ſanauit, quæ legali prole fœcundauit, vicinis illi gratulantibus: *Natus eſt filius Noëmi*, filius inquam, inter Dei progenitores numerandus. O arcana diuinioris prouidentiæ conſilia, hominibus imperuia!

Pſal. 138. v. 14.

Anonymus

Heracleot.

S. Maxim.

Qui nimis noſcit de diuinâ prouidentiâ, eam magis miratur. quare?

Ruth 1. v. 13.

Hìc verſ. 17.

§. CCXCI.

Perpendat homo ſuam dignitatem, & quanti apud Deum æſtimetur, ne vitiis ignobiliter vileſcat.

Est in homine humilis quædam ſuperbia quæ de humilitatis artificio, virtutis famam arrogaunter negotiatur: eſt etiam in homine pia quædam velut ſuperbia, quæ vitiorum indignas vilitates inhibet, frenat, & arcet. Maior eſt homo, & ad maiora natus, quàm vt vitiis ſeruiat, tanquam ſuarum paſſionum vile mancipium. *Quæ cùm ita ſint* (ait S. Maximus) *perſpice, ô homo quantùm valeas, & perpende quantùm debeas. Perſpice quantùm valeas, vt tandèm vilis eſſe tibi deſinas, vt vel pro hoc erubeſcendis ſubiacere vitiis digneris dum generoſitatem tuam de creatoris ac reparatoris dignitate metiris. Habet cauſſas quibus ſe ipſe confundat, cur indignis dominis victo corde ſubdatur, cui gloria æterna promittitur. Ac ſic geminato priuilegio qui dudùm diuinæ imaginis participatione videbaris honoratus, efficeris etiam commercij nobilitate pretioſus. Non ergò te degenerem ac deſpectum faciat vita, quem vel factura probatur illuſtrem protuliſſe vel gratia.* Hactenùs ille. 1.

S. Max. homil. 1. in feſto Paſch.

Perpendeat homo quantùm valeat, ne vitiis vileſcat.

Lucæ 15. Prodigus ille adoleſcens inopiâ citiùs oppreſſus, quàm luxuriando defeſſus, auitæ nobilitatis degener, viliſſimo ſuum paſcendorum ſeruitio addici coactus eſt. Porrò herus miſit illũ in villam ſuam vt paſceret porcos: & cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant. Ad ſe autem reuerſus, de reditu ad patrem cogitat, intra ſe dicens: Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: *Pater peccaui in cælum, & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.* Et ſurgens venit ad patrem ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordiâ motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. *Dixitque ei filius: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos*, &c. Cupit filium per gratiam fieri, quò fatetur ſe indignum eſſe per meritum. Verùm ſollerter hìc peruestigant Interpretes, 2.

Lucæ 15. v. 21.

Quare Prodigus adoleſcens non dixit Patri: Fac me vnũ de mercenariis.

pretes, quare redux adoleſcens omiſit τὸ *fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.* An non id nuper cogitabat, & prudenti conſilio decreuerat? Tam citò oblitus eſt orationis, quam toto ad patrem
Titus Boſtr. ibi. itinere, in memoriâ ſapienter reuerſabat? Titus Boſtrenſis putat, filium prodigum hoc patri dixiſſe, ſed à Lucâ omiſſum eſſe, quia ex dictis ſat
Cornelius. cognitum. Meliùs, opinor, noſter Cornelius ſic inibi fatus: *Porrò omittit hîc τὸ fac me ſicut vnum de mercenariis tuis ſiue quia Pater ex amore & gaudio verba eius interrupit & praeſcidit, dicens ſeruis: Citò proferte ſtolam primam: ſiue quia amplexus & oſculum Patris ei hoc deſiderium excuſſerunt, ac filiationis ſpem dederunt.* Optimè
S.Aug.l.2.q. Euang.q.33. ad rem Auguſtinus: *Non addit*, inquit, *quod dixerat, Fac me vnum de mercenariis tuis: id enim poſt Patris oſculum generoſiſſimè dedignatur.* O benè! Nimirùm hic Prodigus adoleſcens, cùm paternae nobilitatis degener, obſcœnè viuit, & viliſſimo ſuum paſcendorum ſeruitio abiectè ſqualet, nil ſublime cogitat, nil generoſum intentat; ſed ad vile mercenarij operis etiam apud Patrem, ſeruitium demittit ſeſe. At poſt nobilem Patris amplexum, poſt oſculum Patris, iam meditatam apud ſe vilitatem, & mercenarij ſeruitij abiectionem *generoſſimè dedignatur.* Recuperatae nobilitatis memor priſtinas vilitates generoſus excuſſit; & quot abiectus decreuit, generoſus refutat. Squalido porcorum ſeruitio addictus, de commutando ſeruitio cogitat: ſed charo Patris oſculo, & filiationis amplexu nobilis, abiectas cogitationes dediſcit, & ſubliniora nobiliter exambit. Cognoſce, ô homo dignitatem tuam.

3. Pſalmo 8. planè admirabundus Propheta ſic
Pſal. 8. v.5. occinit: *Quid eſt homo, memor eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?* Quaſi dicat: O
Apolinar. Deus, licèt tantorum operum effector ſis, hominis tamen perquam exigui curam habes, & meminiſti abs te prolapſi, & infirmitate detentum viſitaſti. Erat ſanè tibi ab exordio pretioſa ipſius conditio, & parùm aberat ab Angelicâ gloriâ quoad corpus terrenum, Haec Apolinarius, Subtiliùs, opinor, Chryſoſtomus inibi in Catenâ Graec. Patrum: *Quid eſt homo? Nihil eſt, vile quid eſt. Cum enim reſpicit ad prouidentiam, quâ Deus hominem dignatus eſt, & ad opera,*
Chryſoſt. *quae propter hominum ſalutem geſſit, valdè obſtupefactus, admiratur omnia quae propter ipſum facta ſunt* (Nota operum cenſum, quo oſtentat Deus quanti faciat hominem:) *qualia ſunt, paradiſus, lex, ſupplicia, beneficia. Denique Dei Filius homo factus eſt, vt nos filios, ac heredes regni ſui conſtitueret. Haec omnia perpendens Propheta, ait Quid porrò tanti homo eſt, quòd rebus tantis dignus ſit habitus?* Profectò cùm homo de ſe nihil ſit, & vile quid ſit; vulgare eſt ad perpendendam hominis dignitatem, ad quam Dei dignatione ſublimatus eſt, recenſere haec miriſſima *beneficia*, quibus eum Deus ſumptuoſiùs cumulauit: at nouum eſt, ac humanae dignitatis
Ex ſuppliciorum acerbitate cognoſcat homo dignitatẽ ſuam. peregrinum elogium, *ſupplicia* ei acerbiùs comminata, & ſeueriùs inflicta percenſere. Inſolens planè videtur, quòd humanae dignitatis cenſus commendetur aeternaturae gehennae minis peracerbis. Profectò valdè nobilitatur homo, quia illi Deus paradiſum plantauit, quia illius Legiſlator eſſe dignatus eſt, quia pro illo redimendo corporari, patibulari, ac mori vltrò voluit, & miriorem in eum beneficentiam largiùs effudit. Sed ad hominis dignitatẽ nobiliter praedicãdam, in generoſo tot beneficiorum catalogo locum non poſtremum meretur exertus diuinae Iuſtitiae rigor, & armata omnipotentiae ſeueritas, perennaturae gehennae minas vibrans, & ira aeternùm infligens gehennale *ſupplicium.* Porrò nemo niſi cum pari, aut propè aequali, obnixiùs certare dignatur; viles ac imbecillos magnanimus negligit: vndè ſeria magnanimi pugna, magnum aduerſarium inuenit, aut oſtendit. Praeterquàm quòd haec acerbiſſima *ſuppliciorum* comminatio, terrore medullitùs incuſſo, vt homo conſeruet dignitatem tot beneficiis mutuatam, egregiè perſuadet. Ergò vtcumque res habet, ſanè mirum eſt, quod in cenſu eorum, quae hominis dignitatem nobilitant, *ſupplicia* cum beneficiis omnibus numerentur. Vel à *ſuppliciorum* acerbitate, ô homo cognoſce dignitatem tuam.

Ad Romanos 11. ſic Paullus exclamat: O altitudo diuitiarum ſapientiae, & ſcientiae Dei: 4.
quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viae eius! *Quoniam ex ipſo, & per* Ad Rom.11.
ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula. Amen. Non morabor hîc Arianos in ſyllabis haereticè ludentes. Ait ergò Paullus, *Ex ipſo* Deo, ſcilicet, vt primo effectore omnia eſſe cœperunt. *Per ipſum*, quaſi directorem omnia prouidenter diſponuntur; *In ipſo*, hoc eſt, eius virtute & omnipotentiâ omnia conſeruantur, durant, operantur. S. Damaſcenus quaſi non contentus, quòd tantùm virtute ſint *omnia in ipſo* Deo, alium modum rei opportuniſſimum ſubtiliter excogitauit, ſic fatus: *Benigna Patris voluntas in vnigenito Filio rerum omnium connexionem effecit* (Attende ad modum, quo huius connexionis nexus Dei cum *rebus omnibus* factus ſit.) *Nam cùm paruus mundus homo ſit, & qui eſſentia omnis, tum in aſpectum cadentis, tum oculorum aciem fugientis, nodum ac vinculum in ſeipſo ferat, atque & hoc & illud ſit, re verâ benigna omnium rerum Domini, & creatoris ac gubernatoris voluntas hoc tulit, vt in vnigenito & conſubſtantiali Filio ſuo diuinitatis & humanitatis, ac per eam conditorum omnium, connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Ecce tibi quomodò in Deo ſunt omnia, & ipſe Deus ſit omnia in omnibus per arcanum diuinae corporationis ſacramentum, ſeculis ineffabile, & creaturis omnibus generoſum: nempè per miriſſimam connexionem Ieſuanae humanitatis cum omnibus creaturis, & Dei cum eâdem humanitate hypoſtaticum nexum. Scilicet *cùm paruus mundus homo ſit, vt qui eſſentia omnis, tum in aſpectum cadentis, tum oculorum aciem fugientis, nodum ac vinculum in ſeipſo ferat*, prouidentiſſimo conſilio Deus voluit, *vt in vnigenito & conſubſtantiali Filio ſuo diuinitatis & humanitatis, ac per eam conditarum omnium rerum, connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Vide nunc dignitatem hominis, per quem Deus eſt in omnibus creaturis quodam mirabilis cognationis nexu. Cùm enim homo in ſeipſo ſit nodus creaturarum omnium etiam exanimalium, ac ſupercaeleſtium, dum connexio fit diuinitatis ac humanitatis, Deus cum creaturis omnibus cognationem contrahit. O viderit homo, ne morum ſordibus, & vitae ſqualore, generoſam hanc creaturarum

Marginal notes (right column): v.36. — S. Damaſc. Orat. de Tranſ. Domini. — *Per hominẽ Deus cognationem contrahit cum creaturis omnibus.*

Digitized by Google

creaturarum omnium cum Deo cognationem per ipſum factam, deuenuſtet, maculet, inceſtet!

5. Gen. 5. v. 1. Geneſeos 5. primæua hominum genealogia, à ſacro Hiſtorico diligenter texitur: *Hic eſt liber generationis Adam*, &c. vbi longus texitur catalogus generationum cenſu exactiſſimus. Videbitur forſan alicui, hanc texendæ hominum genealogiæ ſollicitudinem, in Dei tunc geſtis denarrandis potiùs fore impendendam. An non præſtaret Numinis geſta, quàm hominum generationes pernoſcere? Oleaſter indidèm ſic ex Hebræo locum vertit, & ad rem tempeſtiuè exponit: *Hic eſt numerus generationum Adam*, &c. *Expende quanti faciat Deus hominis generationes, vt ſcilicet velit earum librum ſcribi. Sic etiam voluit quattuor Chronographos ſummâ cũ diligentiâ generationem humanam ipſius enarrare: præclara verò geſta ſua, quæ in Deitate operatus eſt, voluit perpetuæ obliuioni tradi. Vbi enim liber Bellorum Domini, & alij, in quibus geſta quæ fecit ad rubrum mare, & ad torrentes Arnon? Omnia perire voluit, ſolius verò humanæ generationis librum ſeruari.* (Sic & huius libri Ruth ſcopus, in tradendâ Dauidis genealogiâ, totus impenditur, hîc verſ. 18. &c) Tantine Deus hominem facit, vt obliuioni tradi ſua egregia facinora ſatiùs duxerit, quàm aliquam hominis dignitatem, auctoritatem, ac nobilitatem negligi? Sollerter ſtudet ne hominum dignitas obliuione exſoleſcat, in tanto ſuorum facinorum euulgandorum neglectu? Rerum à ſe præclarè geſtarum obliuione, humanæ dignitatis memoriam mercari ambit? Tanti eſt apud Deum hominum dignitas, & ſæpè homo nec pili quidèm eam facit, dum leuis voluptatulæ pretio, peccati mancipium ignobiliter efficitur, ab humanâ nobiliter degener. Cognoſce ô homo dignitatem tuam.

Oleaſter.

Obliuione ſuorum facinorũ redimit Deus humanæ dignitatis memoriam?

Hic v. 18. &c.

§. CCXCII.

Sub bono etiam Principe, Miniſtrorum rapacitas in violentâ vectigalium exactione culpatur.

1. Hildebert. epiſt. 59. Quempiam Principem Hildebertus ſic grauiter ac diſertè officij ſui admonet: Diſpone de ſuffragiis afflictorum, & vt omnes tibi viuant, viue omnibus. Iudicium Curiæ tuæ delectet æquitas non acceptio perſonarum: teipſum legibus; amore, Subiectos rege. Eſto tuorum cenſor, cùm ignoueris exceſſibus alienis. Inſontes, minimè patiaris impunè lædi, tu impunè læſus: in omnibus reuerenter exerce poteſtatem. *Super omnia pauperibus adeſſe memineris & Eccleſiis, quibus plerúmque Principes boni proprio ſanguine quietem emerunt & pacem: ex tuis etiam miniſtris neceſſè eſt diuinam metuas indignationem, qui circa eoſdem pauperes & Sanctuarium Dei quicquid impiè volunt, impunè agunt.* Huiuſmodi bonos Principes, ſed prauos habentes miniſtros, Scriptura nunc Scyllam, nunc Harpias appellat. Etenim Scilla, facie humanâ, ſed caninis capitibus accincta deſcribitur: Harpyæ vultum habent virgineum, vngues autem rapaces. His quidèm boni Principes comparantur; ipſi crudelitatem abhorrentes, de iniuriis Proximorum conquerentes, hominem manſuetudine ac miſericordiâ exprimentes; ceterùm miniſtri eorum adoratæ prædæ, canibus; rapacitate, ſimiles ſunt vnguibus Harpyarum. Tu itaque pro voto, rapacitatem atque exactiones tuorum compeſce, quas pauperum clamor, orphanorum gemitus, & lacrymæ comitantur viduarum. Benè monentem ſequere.

Sub bono etiam Principe, Miniſtrorum rapacitas in tributorum exactione.

2. Exhodi 32. moram faciente Moyſe deſcendendi de monte, omnis Hebræus populus congregatus aduersùs Aaronem, dixit: Surge, fac nobis Deos qui nos præcedant. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Quem mox populus tamquam Numen adorauit. Pro τὸ *formauit opere fuſorio*, quidam ex Hebreâ origine legunt: *Formauit illud in ſtylo.* O! tantùm ſtylo licet, vt Deos fingat, & deponat Deum? (Sed de hoc forſan alibi) Ceterùm Caietanus ſic etiam ex Hebræo legit præſcripta verba: *Ligauit illud in crumenâ.... Significatur quòd vniuerſas inaures ligauit in vaſe vno tamquam ſigillans illas publicè in crumenâ, ad tollendam ſuſpicionem omnis furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis: vt certus eſſet populus quòd omnes inaures pariter ad faciendum Deum eorum funderentur.* Nimirùm diu aberat Moyſes Hebræi populi Princeps; interim autem populus vltrò pendit locuples auri tributum, quo longi ac periculoſi itineris Ducem ac Rectorem habeat: verùm Aaron interim Subpræfectus, cui aurum deferendum erat, illud adhibitâ diligenter cautelâ recipit; & coràm aurum pendentibus *ligauit illud in crumenâ, tamquam publicè ſigillans, ad tollendam ſuſpicionem omnis furti, fraudis, vſurpationis, & exemptionis: vt certus eſſet populus quòd omnes inaures pariter*, &c. Hem! ſic populo ſuſpectus eſſe ſolitat pecuniæ publicæ exactor, & ſequeſter, vt vel Aaron ipſe, opinatiſſimus omnium vir, auri ſummam, quæ publicè pendebatur, cautè in crumenâ ligauerit, & ſigillo impreſſo cautiùs obſignauerit, vt clanculariæ & fraudulentæ vſurpationis obuiam ſuſpicionem excuteret? Sic ſolet eſſe infida exactoris ac ſequeſtri fides? Sic publica quæ penditur, pecunia, Præfectorum vſurpationibus tributaria eſt? Eheu tributa non tam principi, quàm Principis miniſtris ſæpè penduntur, & in exactorum manibus abſumitur. Hoc nunc præcauet Aaron, caueant & boni Principes, ne non tam auri publici miniſtros, quàm rapaces prouinciarum Harpyias foueant ad miſeram populi depauperationem.

Stylus fingit Deos, & deponit Deũ?

Exhod. 32. v. 4.

Hebræus.

Caietanus.

Cur Aaron populi inaures aureas in crumenâ obſignat?

3. Thre. 1 v. 1. Threnorum 1. ſic lugubris Propheta funeſtè opplorat: *Quomodò ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo?* τὸ *quomodò*, non eſt vox inquirentis, ſed admirantis, obſtupeſcentis, & luctuosè ingemiſcentis ob tantam tantæ vrbis ac reipublicæ cladem, ærumnas, calamitates. Quænam ſunt? *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.* Tantúmne malum eſt, immania durè tributa pendere? Sanè pro *tributo* hîc, Hebraicè habetur מס *mas*, à radice מסס *maſas*, id eſt, *liquefacit*. quaſi populus immodicâ tributorum penſione liqueſiat, ac tabeſcat exuccus, eneruis, atque euiſceratus. Quare Lxx. Interpretes excribunt: *Princeps in prouinciis facta*

Immodicis tributis populus liqueſit.

Hebræus.

Lxx. Interp.

eſt in tributum. ac ſi tota ipſa *tributum* ſit, aut tributis *liqueſiat* (Quâ de re alibi copiosè egimus,) S. Thomas ſic locum exponit: *Sola deſtituta Angelorum cuſtodiâ, vel auxilio: Vidua ſubtracta ſponſi præſentiâ: Tributaria, Tyrannis expoſita.* Origenes in Catenâ Græcorum Patrum apud Chiſlerium, ita ſcribit: *Facta eſt ſub tributo. Quid verò & de illo dicere attinet, quòd Princeps prouinciarum tamtâ hoſtium ſeruitute prematur, vt ſemper tributa pendat: & fortaſsè per ſingula, quæ hìc peccat, tributum quoddam Nabuchodonoſori ſoluit, qui interpretatur inſeſſus, & anguſtia cognitio* (nota quæ adiicit) *nec tantùm Nabuchodonoſori, ſed & Satrapis eius.* Ecce immodica tributa non Principi, ſed *hoſtium ſeruituti* pendi dicuntur, quaſi hoſtilis calamitas ſit *ſemper tributa pendere.* Quin & ex grauiſſimo peccati ſenſu, redituum nomine, immodica tributa ſoluuntur. Et quaſi hoc parum foret ærumnoſis grauatè populis, non modò Nabuchodonoſori, qui conſultò appellatur *inſeſſus*, & indè *anguſtia cognitio*; ſed etiam *eius Satrapis*, id eſt, exigendorum vectigalium Præfectis, & vicariis miniſterialis rapinæ exactoribus, iſtiuſmodi tributa dependunt. Quos Origenes vocat *Satrapas*, illos ipſos S. Thomas *Tyrannos* appellat. Hanc igitur calamitatem, & principis populi tragœdiam Ieremias funeſtè allacrymat, aiens: *Princeps in prouinciis facta eſt in tributum*, id eſt, ſub *Satrapis* ac *Tyrannis*, tributis *liqueſit.*

S. Thomas. — Origenes. — *Pergraue eſt Nabuchodonoſori, & Satrapis, id eſt, eius miniſtris, tributa pendere.*

4. Philoſophorum moraliſſimus compendioſam temporis auaritiam his verbis Lucillo ſuadet: *Ita fac, vindica te tibi, & tempus quod adhuc, aut auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige & ſerua. Quædam tempora eripiuntur nobis, quædam ſubducuntur, quædam effluunt. Turpiſſima tamen eſt iactura, quæ per negligentiam fit.* Si volueris attendere, non modica temporis pars elabitur malè agentibus, magna nihil agentibus, maxima in vtramuis aurem dormientibus. Hoc vitæ noſtræ vectigal omnes Naturæ pendimus. eidem tributarij naſcimur. Rem hanc pulchrè ediſſerit Clemens Alexandrinus, ad rem præſentem opportunus: *Somnus*, inquit, *non ſecùs ac Publicanus dimidium vitæ tempus nobiſcum diuidit*, dum ſenſim aliquid vitæ noſtræ indies ſuffuratur, durè exigit, & rapaciter abradit. O quàm eſt hæc exactio permoleſtè auara; quàm duriter è vitâ noſtrâ hunc ſemper cenſum exigit ſomnus! Niſi vltrò illi adnuas, velut tyrannus tributum expoſcit ſuum. Ad mortem temporariam vectigales ſuos condemnat, in cubili incarcerat, grauiſſimis catenis ſenſus corporis ligat, animæ potentias vinculis præpedit, pedibus compedes iniicit, & vitæ noſtræ tributum ſic extorquet: *Somnus non ſecùs ac Publicanus dimidium vitæ tempus nobiſcum diuidit.* Appoſitè eruditus Auctor obſeruat non vulgarem ſomni, & exactionis nexum apud Hebræos. Nam שנה *ſenah* ſomnum, & dormitionem ſignificat, & נשה *naſah* tranſpoſitis litteris creditum exigere, exactorem agere, vt ſomnum exactorem & publicanum, tempus rem pretioſiſſimam (*dimidium vitæ* inquam) nobis auferentem; apud eoſdem fontes ישן *iaſan dormire* ſignificat, ישם *iaſam deſolari*, vt deſolationem tamquam ab exactore timeat, qui ſomno indulget. Indéque omnibus notificetur quàm ſit dura Publicanorum exactio, quæ apprimè comparatur ſomno, qui non modo inſidiatur vitæ, ſed *dimidium vitæ tempus* ſenſim ſuffuratur, *deſolatúrque* potiorem hominis dotem. Ergò exſomnis ad exactionem Publicanus, velut ſomnus eſt vitæ furax, mortis imago, & deſolatio vitæ.

Seneca epiſt. 1. — Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 9. — *Exactor eſt velut ſomnus, qui dimidium vitæ tempus ſenſim ſuffuratur.* — Nouarin. in Adag. num. 1007.

5. Prouerbiorum 29. ita ſcribit Salomon: *Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruit eam.* Quæ verba ſic vertit Hebræus: *Rex in iudicio ſtare facit terram, vir impius diſſipat eam.* Alij ex Hebræâ origine, pro τὸ Rex impius ſiue *auarus*, habent, *Vir eleuationum*, vel *oblationum*, vel *elationum*, Aben-ezra, *Vir exactionum*, Theodotion, *Vir demptionum*, Vatablus, *Vir qui ſuſcipit dona. Ad verbum, Vir autem donorum, vel munerum, id eſt, qui tributa imponit.* Itaque Rex *qui tributa imponit*, dicitur à Salomone, *vir impius*, & *vir auarus*, & *vir demptionum*, & quod grauius eſt, *Vir exactionum*, propter tyrannicam exactorum rapacitatem; vndè *terram deſtruere* perhibetur. Sapienter dixit Plato l. 9. de Republ. *Animum tyrannicum mendicum ſemper atque inexplebilem eſſe neceſſe eſt.* Quaſi auaritia in rapaciſſimis vectigalium mendicitatibus, Tyrannorum elogium ſit. Contrà verò Rex iuſtus, qui hâc exactionum auaritiâ populos ſubiectos non premit, dicitur, quòd *erigit terram*, ſeu *prouinciam*, ſeu eam *ſtare facit*, *ſtatuit*, *ſtabilit.* Quo loquendi modo cenſet Cornelius, Salomonem *alludere ad centrum terræ, eique comparare Regem*, vel potiùs iudicium Regis. Quaſi dicat: Rex iuſtus, qui iuſtitiam æquè atque incorruptè adminiſtrat, quíque ſubditos non opprimit vectigalibus, *ſtabilit terram inſtar centri*, vel potiùs per iuſtitiam quaſi per centrum. Sicut enim centrum teſte Ariſtotele, terræ & corporibus omnibus, quæ ad illud tendunt, confert triplex beneficium, ſcilicet vnitatem, conſeruationem, & quietem: ſic & Rex per iuſtitiam, quam omnibus vnam eamdémque adminiſtrat, omnes in eâdem ſibi vnit, & in concordiâ amoris ſeditionibus, conſeruat, atque quietem à bellis hoſtibúſque, quos ab eis propulſat, tribuit. Ex aduerſo Rex auarus, qui tributis, & indè duris exactionibus populos opprimit, Regis nomine indignus, non Rex, ſed tamquam priuatus homo, *Vir auarus* dicitur à Salomone (ô malum omen!) Hic, hic inquam, ſubiectos populos *quaſi à ſuo centro auellit, facitq; excentricos*, & pro vnitate affert diſcordiã & ſchiſmata pro conſeruatione ruinam & exitium, pro quiete ſeditiones & tumultus. Vndè noſter Salazar: Sicut corpora, inquit, è centro ſeparata non quieſcunt, ſed vi ſuâ ad vlteriora nituntur, ita etiã ciues auarè tyrannũ Principẽ nacti, incredibilem vim ſuſtinent, atq; adeò in ipſius obedientiâ non diu perſiſtunt, ſed inquieti ac mobiles aliũ cogitant, & alium affectant. Rurſùm, ſicut corpora è centro diſſita, à contrariis ſuis corrumpi ſolẽt, ita etiam imperia quæ ad iſtiuſmodi Principes deuenerũt, ab externis hoſtibus petita, faciliùs euerti ac deſtrui ſolẽt. Hactenùs ille. O viderint Principes ne pergraui immenſorũ vectigalium onere, & dirâ publicanorũ exactione auarè furaciſſimâ, ſubiectos populos è centro auellere cogãt, & *excentricos faciant*, quæ eſt regnorũ certiſſima ruina. Quã hìc recenſita Boozi ac Ruthæ regalis poſteritas, in Dauide non timuit; at populus tributis à Salomone oppreſſus, ab eius filio Roboamo excentricus, ad Hieroboamum malè defecit; quæ fuit vectigalis tragœdiæ funeſta cataſtrophe.

Prou. 29. v. 4. — Hebræus. — Aben-ezra. Theodotio. Vatablus. — *Rex auarus, non Rex, ſed Vir exactionum dicitur. quare* Plato. — Cornelius. — Ariſt. l. 1. de Cælo. — *Dura vectigalium exactio, populos à centro auellit, & excentricos facit.* — Salazar. — Hic verſ. 21. & 22.

§. CCXCIII.

Digitized by Google

§. CCXCIII.

Obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit.

1. SI indignaris ingratos eſſe, indignare luxurioſos, indignare auaros, indignare ægros, deformes, ſenes, pallidos. Eſt illud graue vitium, eſt intolerabile; ſed vſque eò vulgare eſt, vt illud nec qui queritur quidèm effugerit. Nunquam ergò te tam inhumanus & immemor ingratus offendat, vt non tamen dediſſe delectet. Numquam te in has voces ingratitudo impellat: Vellem non feciſſe. Beneficij tui etiam infelicitas placeat. Semper illum pœnitebit, ſi te ne nunc quidèm pœnitet. Non eſt quòd indigneris tanquam aliquid noui acciderit; magis mirari debes, ſi non accidiſſet. Sic eſt ingratitudinis vitium procliue ac familiare hominibus, qui ſic ingratitudine vltrà feras obbruteſcunt, vt beneficia iniuriis remetiantur; adeò vt fermè ſatis gratus habeatur, qui pro acceptá gratiâ non rependit iniuriam, tanquam accepti beneficij ſtipendium, peruerſo gratus officio. Igitur laudatior beneficentia per ardua, imò & per obſtantia it alacris; & beneficiendi bono contenta, ingratitudinis malum negligit.

Ingratorum turba beneficentiam non ſiſtat.

2. 3. Regum 17. Elias acerbiùs indignatur, quòd Dei populus tot beneficiis auctus, in Idolorum venerationem inclinarit; & munifico gratiarum præbitore relicto, Dæmonibus mortis auctoribus ſe dediderit. Ergò cælitùs ſterilitate laborent, vrantur fame religionis magiſtrâ: quis annonæ largitor, imbrium pincerna, & bonorum origo, diſcant ſiccitatis malo concuſſi: *Viuit*, inquit, *Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxtà oris mei verba.* Eſto, cælum, beneficóſque cæli influxûs remoreris, quid Dei compeſcis in homines humanitatem? Eſto, vel aduersùs conſetuos ſeueriora extrahas edicta, quid à Domino benefaciendi poteſtatem prophetico iuramento eripis? At (inquit Elias) propenſam Dei in homines beneuolentiam metuo. Ipſum noui, vt citò lacrymis concilietur, noui vt ſupplicationibus ad beneficentiam flectatur, noui vt modicâ conſilij factiuè retractatione pœnas contrahat, ne præmaturum det ab imbrium carentiâ laxamentum, metuo: *Metuo* (pergit Seleucienſis Baſilius) *ne ſupplicij medicamentum reddatur inefficax, & ingratus populus perduret in bonitatis diuinæ contentione.* Pende hoc poſtremum verbum expenſione digniſſimum. Hem! pertinax hominum ingratitudo malè impudens, *perdurat in bonitatis diuinæ contentione?* Sic eſt temeraria ingratitudo mortalium, vt diuinam beneficè bonitatem è peruerſo æmuletur, cum eáque *contendere* audeat? Profectò ſibi ingratitudo de malitiâ adulatur, dum *contendere* præſumit cum diuinâ bonitate largiùs munificâ. Quare Elias ore prophetico poteſtatem benefaciendi à Deo tantiſper quodammodò eripit, ne humanæ ingratitudinis *contentionem* impudenter ac pertinaciter temerariam, Deus pati videatur, dum *ingratus populus perdurat in bonitatis diuinæ contentione.*

3. Reg. 17. verſ. 1.

Baſil. Orat. 10.

Humana ingratitudo perdurat in bonitatis diuinæ contentione.

P. Didac. Celada in Ruth.

3. Ioannis 10. in feſto Encæniorum, hoc eſt dedicationis Templi Ieroſolymitani, Chriſtus cum Iudæis diſputans, palàm confeſſus eſt ſe Deum eſſe, & vnum cum Patre Deo Suſtulerunt ergò Iudæi lapides, vt lapidarent eum, quaſi blaſphemiæ reum. *Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi* (id eſt, exhibui, præſtiti) *vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Reſpondit, non verbis vt potè quæ nulla præceſſerunt, ſed intentioni & machinationi Iudæorum. Reſpondit ergò, id eſt, interrogauit (eſt Catachreſis) vel interrogando reſpondit: Quâ de cauſsâ, ſiuè propter quod opus vultis me lapidare? *Opera* vocat miracula, quæ auctoritate & ope ſupernaturali Dei Patris fecerat, cæcos illuminando, energumenos ſanando, mortuos ſuſcitando, & largiorem vbique beneficentiam illis exhibendo. quibus verbis tacitè arguit, pungítque agreſtem eorum ingratitudinem, quâ tot bona opera malis remunerare malignè contendunt. Quaſi dicat: Ego veſtros cæcos, claudos, ægros omni ope deſtitutos, virtute diuinâ beneuolè curaui, curergò vos contẽtioſè ingrati tot beneficiis meis rependitis maleficia, méque ideò vultis lapidare? Hanc Chriſti Dei ſententiam viuaciùs Hugo Cardinalis expreſſit, ſic inibi hũc locum tempeſtiuè commentans: *Propter quod eorum opus me lapidatis? quaſi pro nullo debetis.* Quid eſt, *debetis?* O verbum gratitudini importunum, ingratæ hominum malitiæ opportunum! Sic obbruteſcit humana malitia, & humanitatem malignitate dediſcit, vt largiori beneficentiæ putet malignitatem *debere*? O peregrinum *debitum* malitiæ impudenter inquilinum! Heu! ſic inſanit hominum malitia, vt ob munificam beneficentiam *debere* maleficentiam reputet? Barbaricum monſtrum eſt, ſed ingratitudini naturale, quòd gratior beneficentia inhumanæ maleficentiæ obærata ſit, & beneficiis offenſæ *debeantur* inhumano malitiæ debito: *Propter quod eorum opus me lapidatis? quaſi pro nullo debetis.* Ac ſi agreſtes Iudæi vſque adeò ingratitudine inſanirent vt tot benefiiciis Chriſti miracuris cruẽtam ſe lapidationem *debere* reputarent. O malignam & inhumanam humanæ ingratitudinis inſaniam!

Ioann. 10. verſ. 32.

Hominum ingratitudo, maleficentiã beneficentia debere putat.

Hugo Card.

4. Ieremiæ 8. Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non reſurget? & qui auerſus eſt non reuertetur? *Quare ergò auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſâ?* id eſt, forti, iugi, pertinaci, ita vt nolit ad Deum reuerti, vndè Hebraicè eſt, *auerſione perpetuâ* quam *perpetuam* auerſionem Græcus vocat *impudentem.* Meliùs, opinor, Sanctius ſic locum commentatur, & τὸ *contentioſâ* energiam explicatiùs exponit: Quare, inquit, Solymitanus hic populus ſic auerſus eſt, vt conuerti non ſtudeat? *Quare ſic contentioſus eſſe vult in auerſione vt obſtinatâ impudentiâ ſuperare contendat infinitam Domini bonitatem?* Hanc expoſitionem ad rem, & ad litteram valdè opportunam hauſiſſe videtur ex Hieronymo, qui ſic inibi fatur: *Quare auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſâ; Quantò, inquit, magis ego ad pœnitentiam prouocaui, tantò illi plus receſſerunt à me, non tam peccandi ſtudio, quàm me ſuperandi.* O malignè prauam,

Ierem 8. v. 5.

Hebræus. Græcus.

Sanctius in Paraphraſi.

S. Hierony. apud Chiſler. ibi.

Humana ingratitudo ſuperare contendit infinitam Dei bonitatem.

& enormiter pertinacem humanæ malitiæ præ ingratitudine impudentis, *contentionem* aduersùs diuinam bonitatem! O inſanam ingratitudinem hominum, qui non tam Deum offendunt peccandi ſtudio, voluptatis aut ambitionis illicio, quàm *obſtinatâ impudentiâ infinitam Domini bonitatem ſuperare contendentes!* Quaſi parùm foret peccatori ingratum eſſe in Deum immeritè bonum, & largiſſimè beneficum; flagitioſior ingratitudo iniuriis ſceleſtiſſima, offenſarum enormitate *ſuperare contendit infinitam Domini bonitatem*; quaſi tot beneficiorum gratiam aliquo malitiæ *debito* ſic è peruerſo rependat. Hem! ſic *ingratus populus perdurat in bonitatis diuinæ contentione*? Sic malitia humana ingratitudine temeraria, *infinitam Domini bonitatem ſuperare contendit?* O audacter ſuperbiſſimam humanæ ingratitudinis impudentiam! ô iuſtiſſimas Dei querelas tot beneficiis armatas: Me ſceleſtiſſimè iniuriis cumulant, *non tam peccandi ſtudio, quàm me ſuperandi, Quare ergò auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſâ?*

5. In hâc autem auerſione contentioſâ Hebræi populi cum Deo, id eſt, humanæ ingratitudinis cum bonitate Diuinâ; quiſnam inquam, in contentione victor euaſerit, an homo ingratâ prauitate multus, an Deus largiori bonitate beneficus, concinnè pangit Pſalmographus: *Retribuebant mihi*, ait, *mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.* Benemerentem enim Chriſtum Deum, conuitiis laceſſebant; exhortantem ad ſalutem, lapidibus impetebant; ſapientiſſimè docentem, & ad pietatis ſemitas inducentem, iniuriis ac contumeliis miſeri afficiebant: atque inſuper inſidiabantur, vt etiam ſterilitatem ipſi adferrent. Verùm Symmachus ſic locum vertit: *Retribuebant mihi mala pro bonis, inuerſa contra animam meam.* Sed quid eſt, quod Iudæi populi *inuerſa*, & ingratè peruerſa officia aduersùs Chriſtum Deum largè beneficum, ſuam Deus *ſterilitatem* appellat? An humana ingratitudo tot offenſis iniuria, ſterilem beneficiorum Chriſtum reddidit? *Inuerſa* ſcelerosè facta ab ingratiſſimâ Iudæorum gente, diuinam beneficentiam reddere ſterilem potuerunt? An hominum malitia offenſis diuina beneficia rependens, infinitæ bonitatis fontem faciant exſuccum, & ſterilem reddant? Vincat ingratitudinis improbitas, *inuerſa* reddens officia, immeritam diuinæ beneficentiæ largitatem? Valdè vox *ſterilitas* bonitati Dei obſtrepere forſan videbitur. Pulchrè Heſychius inibi apud Græcorum Patrum Catenam? *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Iudæorum enim ſterilitatem ſibi ipſi adſcribebat, tamquam pater-familias & agricola.* Procùl abſit à Dei bonitate & fœcundâ beneficentiâ, *ſterilitatis* nomen, quaſi Dei liberalitas peruerſo humanæ ingratitudinis officio ſterileſcat. Vincit, vincit diuina bonitas, & benefica Dei clementia; & ingratam hominum malignitatem, offenſarum fœcundam, gratitudinis ſterilem, *inuerſo* ſceleroſam officio, ſpecie tenùs *ſibi ipſi adſcribit, tamquam pater-familias & agricola.* Et cùm adhuc fœcundus beneficiorum Deus ſit, Iudæorum ingratitudinem, iniuriarum fœcundam, & gratitudinis pertinaciter ſterilem, ſibi antropopathωs adſcribit, quaſi cum Iudaicâ ingratitudine, vlteriore beneficiorum fœcunditate contendat. *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Iudæorum enim ſterilitatem ſibi ipſi adſcribebat, tamquam pater-familias & agricola.*

Pſal. 34. v. 12.

Symmach.

Vincit diuina beneficentia iniurioſā hominū ingratitudinē.

Heſychius.

6. Profectò hîc cap. 1. verſ. 1. Iudaicæ terræ ſterilitas conſultò denotatur, in tantâ diuinioris beneficentiæ vbertate, cæleſtium ſignorum ad reſipiſcentiam fœcundiſſimâ. Adeò vt (ſic refert ex Hieronymo Lyranus) tunc temporis Sol ſteterit per aliquod ſpatium immobilis ad terrendum homines, vt ſic retraherentur ab enormibus peccatis quibus erant inuoluti: quod non fecerunt: propter quod tanta fames facta eſt in terrâ illâ, quod Elimelech qui erat è nobilioribus & potentioribus ciuitatis Bethlehem, fuerit coactus ire ad terram extraneam ad quærendum victum ſuum. Vbi non tantùm victum ſed etiam nurum Rutham inuenit, Deo munificentiùs fœcundam, ob felicem Obedi partum, è quo Dauid, ex quo tandem Chriſtus.

Hic c. 1. v. 1.

S. Hieron. Lyranus. in c. 1.

Incerta Hebræorū traditio de Solis ſtatione.

Hic verſ. 22.

---

§. CCXCIV.

Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. quare?

Mala cauſſa eſt, quæ requirit miſericordiam: grauis tamen pœna eſt, quem pòſt facti pœnitet. Adeò vt pœnitentia aut veniam, ipſa inueniat, aut faciat, quo ignoſcentis benignitatem honorat. Miſerator eſt, qui res cadentes ſuâ pietate reconſtruit: miſericors autem, qui nullis beneficiis prouocatur vt præſtet; qui tantâ pollet beneficentiâ, vt erga immerentes exuberet, vt in omnes indigentes indifferenter exundet. Si nullum penitùs indigere contingeret, locum proindè miſericordia non haberet. Permiſſa eſt mortalibus in Dei noſtri laudem malitia vt ſumma eius miſericordia poſſit agnoſci. Minus eſſet gratiæ acceptiſſimum donum, niſi præceſſiſſet peccatum. Benignitatis quippè ſummum elogium eſt, ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatis, quandò maximæ miſericordiæ, maxima iniquitas è peruerſo adulatur. Quis enim mortalium idoneè cognoſceret qualis quantáque ſit diuina miſericordia, niſi ſumptuoſiùs in grauiorum ſcelerum veniâ tranſluceret. Felix culpa, quæ talem ac tantū meruit habere Redemptorem: felix etiam culpa, quæ talem ac tantam Dei miſericordiam oſtentare ex occaſione meruit. Si enim peccati miſeria mortalibus defuiſſet, pietas, miſericordia, benignitas, & omnis vis Dei benefica quodammodò vacuiſſet. 1.

Miſericordiæ elogium eſt, benignitatis terminos quodammodò tranſilire.

Adhuc Dauid cruentum adulterij ſcelus lacrymarum vdore delere ſatagit: A peccato meo munda me, inquit; quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, *& peccatum meum contra me eſt ſemper.* An non potiùs contra Deum? *Tibi ſoli peccaui*, ait, *& malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Quid eſt, quòd Dauid cùm ſui ſceleris veniam rogat, peccatum ſuum contra ſe eſſe dicit, & coram Deo patratum? Imò contra Deum, & Vriam ingrato ſcelere enormiter deliquit. Quid ergò ait deliquiſſe 2.

Pſal. 50. v. 6.

quiſſe *coram* Deo, quaſi coram teſte; & *contra* ſe, quaſi ipſe ſe offenderit, & non potiùs Deum; cui *ſoli peccaſſe* dicit? Innumeris interpretationibus hunc locum Commentatores fatigant, vt rationem reddant, cur Dauid Deo dixerit: *Tibi ſoli peccaui.* Intermitto hîc multa in expoſitoribus obuia, vt citiùs tradam expoſitionem, quam excogitauit Bredembachius, eò quòd Paullus ad

ad Rom. 3. Romanos 3. verſ. 4. poſtrema huius Verſiculi verba (*iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris*) vſurpat, vt probet peccatum cedere in Dei gloriam. Vnde hoc loco iuxta mentem Paulli cenſet velle Dauidem, cùm ait, *Tibi ſoli peccaui, Deo ſoli ceſſiſſe in occaſionem gloriæ iuſtitiæ ſuæ peccatum ipſius; vt per huius peccati iniuſtitiam, Dei iuſtitia pateſiat, atque omnibus innoteſcat: cùm ſcilicet adeò enormia ſcelera non immutauerint promiſſum Diuinum, vt de fructu ventris eius poneret ſuper ſedem ipſius Chriſtum.*

Bredembach. apud Lorinũ ibi.

Dauidici peccati occaſione, Dei Iuſtitia ac Miſericordia illuſtriores apparent.

Quare ſic videtur Dauid (vt placet Bredembachio) ratiocinari: Eò libentiùs debes, ô Deus, mihi eſſe propitius, quòd per hæc ipſa peccata mea, gloria iuſtitiæ tuæ fiet illuſtrior. Vndè poſtquam dixit Dauid, *Tibi ſoli peccaui*, confeſtim ſubdit, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* quaſi gloria iuſtitiæ Diuinæ, & Diuinæ miſericordiæ gloria, in huius enormioris delicti veniâ, ſublimiſſimè præluceat. Porrò *iuſtificatur* diuina Iuſtitia, cùm propter enormiorem Dauidis offenſam, adeò magnificas promiſſiones non immutarit. Et *vincit* Miſericordia, quæ atrocioris delicti enormitatem, in gloriæ ſuæ auctarium ex occaſione reſculpſit. Ergò cùm ait Dauid, *Tibi ſoli peccaui, Deo ſoli ceſſiſſe in occaſionem gloriæ iuſtitiæ ſuæ peccatum ipſius* præmonſtrat. Quin & gloria Miſericordiæ fit illuſtrior, quò fœdior, criminoſior, & atrocior eſt culpa, cui ignoſcendæ par non eſt niſi ſumma infinitè Miſericordia. Ecce tibi huius Dauidicæ rationis energia: ô Deus, tantò gratiùs ac libentiùs debes mihi eſſe propitius, quantò ex huius mei flagitij occaſione, tuæ Iuſtitiæ in promiſſis implendis, & tuæ Miſericordiæ in atrocioribus culpis ignoſcendis, gloria & ſublimior eminet, & illuſtrior apparet.

3. Putauerim, ex huius Pſalmi auſpicio hæc theſis luculentiùs elucidatur. Sic enim pangit Dauid adhuc flebilis, & piè ambitioſo pœnitentiæ ſqua-

Pſal. 50. v. 3. lore, optatiſſimæ veniæ ſupplex rogator: *Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam: & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.* Profectò cùm nihil ſic Deum ad miſericordiam alliciat, ac ſincera & infucata confeſſio delicti, quod nulla excuſatio, aut tergiuerſatio colorat; eccur Dauidis pœnitentia, ad exemplaris pœnitentiæ ideam fidelibus proponendam, ab ingenuâ ſui delicti confeſſione auſpicium non ſumit? Eccur ſuum flagitium non ſincerè appellat *magnum*, cùm reapſe enormiori grauitate magnum fuerit? Quorſùm diuinæ miſericordiæ velut adulatur, cùm eã tunc *magnam* appellat? quò fit vt obtentu *magnæ* Dei miſericordiæ prædicandæ, ſui ſceleris magnitudinem velut offuſcare videatur. Opinor autem quòd ſic Dauid ſui flagitij magnitudinem, & explicatiùs confitetur, & excellentiùs expreſſit, dum adſpectu ad *magnam* Dei miſericordiam, illius magnitudinem confitetur, prodit, publicat. Quod luculenter tradunt inibi Græci

Delicti ſui magnitudinem, magna Dei miſericordia prædicatione exaggerat.

Patres. *Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum,* &c. *Dum Magnam quærit miſericordiam, fatetur ſe pro magno delicto hoc poſtulare.... In miſericordiâ petit magnitudinem, & in miſerationibus expetiit multitudinem, ac ſi delictum, quod magnum eſſet, minimè deleri potuiſſet, niſi miſerationibus ac benignitate illi proportionatis.* O altè! Scilicet vſque adeò eſt indiuiduè annexum *Magnum* peccatum pœnitentiâ expungendum, cum *Magnâ* Dei miſericordiâ immetatè infinitâ, indè cognoſcendâ & publicandâ; vt perindè ſit, *magna* culpæ ex confeſſione ſatyram, ac *Magna Miſericordia*, ex laudatione panegyrim condidiſſe. *Dum magnam quærit miſericordiam, fatetur ſe pro magno delicto hoc poſtulare.* Sic in magni delicti veniâ, magnitudo miſericordiæ tranſlucet! Quin & ſceleris magnitudo, diuinæ miſericordiæ; aut diuina miſericordia, ſceleris magnitudini *proportionari* perhibetur. O forſan audaciuſculè! Num enormitas Dauidici ſceleris, diuinæ *proportionatur* miſericordiæ? an Dauidico ſceleri *proportionatur* miſericordia diuina? *Proportionatur* quidèm, non tanquam rei immetatæ æqua menſura, ſed velut menſura adſpectu ad noſtram cognitionem. Lateret enim homines, *magna* Dei miſericordiæ cognitio, niſi de magni ſceleris veniâ palàm innoteſceret: ſublimiſſimè enim magna debet eſſe miſericordia, quæ ſceleroſo enormiùs delicto, aduerſùs ſe impudenter patrato, indulgenter ignoſcit. Sic *delictum, quod magnum eſt, minimè deleri poteſt, niſi miſerationibus ac benignitate illi proportionatis.*

Græci Patr. in Paraphr. Corder. ibi.

Num miſericordia diuina magnitudo, magnitudini peccati proportionetur?

Sed hanc *proportionem* inter *magnum* ſcelus 4.
ignoſcendum, & *magnam miſericordiam*, quæ Pſal. 50. v. 3.
ignoſcit, emedullare iuuat ex Origene ſic inibi ſcribente: *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Natura miſeretur, qui naturam formauit multis morbis obnoxiam & imbecillem: malorum enim inuentor mentem perturbat, adiutricem habens legem in membris carnis ferocientem: ad Deum ergò accedendum eſt: ab ipſo enim omnis fortitudo.* quaſi humana imbecillitas, & concupiſcentiæ inteſtino fomite, & Diabolorum furiis atrociter ferocientibus; ſit velut menſura diuinæ fortitudinis, quæ hanc hoſtilitatem exarmat. Addit elegantiùs: *Forſan verò cùm Dauid prauideret, quòd Chriſtus aliquandò in terris illuceſceret, & omne mundi peccatum auferret, Miſericordiam Magnam meritò hanc adeò inſignem & illuſtrem gratiam appellat.* Vide hîc quanta Dei miſericordia, humanorum ſcelerum enormitati, è diuerſo *proportionari* dicatur. O! humana flagitia metiri etiam liceat, ſecundùm *Magnam Miſericordiam*, quam Deus ſuâ corporatione, & Incarnationis ſacramento hominibus exhibuit: & vice verſâ ex Incarnationis myſterio, humanorum ſcelerum enormitatem taxare fas eſt? quaſi Verbi diuini Incarnatio ſceleratioribus hominum flagitiis, ſuæ æſtimationis, vel potiùs cognitionis cenſum debet. O præalta arcanè *porportio*!

Orig. in Catenâ ibid.

Magna Incarnationis miſericordia, neceſſaria fuit magno delicto expiando.

Gentium doctor, & Eccleſiæ magiſter, ſic 5.
Romanos erudit: Eſt autem, inquit, Deus Verax: omnis autem homo mendax: ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cùm iudicaris. *Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? num-*

ad Rom. 3. v. 5.

quid iniquus eſt Deus qui infert iram? Itaque ex peccato, hoc eſt, occaſione peccati, diuina iuſtitia ac miſericordia magnificè illuſtratur. Quamuis enim enormiora flagitia multiplicent impij, & peccando ſeſe veniæ indignos reddant, ac diuinæ gratiæ ac iuſtitiæ quodammodò opponant; ipſa tamen multos iuſtificat, & Deo arctiùs conciliat; adeò vt diuina eius iuſtitia, hoc eſt, veritas & fides, quæ hominibus gratiam & beneuolentiam impertit, ex ipſorum improbitate magnificentiùs extollatur; quippè quæ non beneficio tantùm indignos, ſed quædam quaſi damnata capita, tot ſceleribus inuiſa, tanto támque benefico amore proſequitur. Sanè pro *τὸ commendat* (vt notat Iuſtinianus noſter) Græcè habetur, *ſtabilit, confirmat, fulcit, laudat* aut *amabilem reddit.* Quaſi ex occaſione, flagitioſior hominum iniquitas, quò ſceleroſiùs Deum offendit, cùm homo indebitâ veniâ, & luculentiori gratiâ munificentiùs ornatur, Dei bonitatem ac miſericordiam *commendet, laudet, amabilem reddat, fulciat, ſtabiliat, confirmet.* Sic iniquior malitia hominum, Dei bonitatem illuſtrat! Bellè pariter ac verè Seuerinus, Boëtius lib. 4. de Conſol. Philoſoph. proſâ 6. *Sola eſt,* inquit, *diuina vis, cui mala quoque bona ſint, cùm eis competenter vtendo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur, vt quod ab aſſignatâ ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem licèt in alium, tamen in ordinem relabitur, ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati.* Ecce tibi quomodò hominum iniquitas & malitia *commendet, laudet & amabilem reddat* Dei iuſtitiam ac bonitatem; quam apud humanum cenſum *ſtabilit* ac *confirmat*, ne cùm deterrima permittit mala, tãta Dei bonitas nutare videatur. Tanta eſt enim

Sola eſt diuina vis, cui mala quoque bona ſunt? Iuſtinian. ibi. Græcus.

Boëtius.

6\. Dei bonitas, vt in miſericordiæ officinâ, mala etiam recudat in bonum *Sola eſt enim diuina vis, cui mala quoque bona ſint.* S. Auguſtinus exponens illud Geneſeos 1. *viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*, de admirabili vniuerſitatis pulchritudine, ita doctè ſcribit: *In quâ etiam illud, quod malum dicitur, benè ordinatum, & loco ſuo poſitum, eminentiùs commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora ſint, dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas, cùm ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſque adeò eſſet omnipotens & bonus, vt benefaceret etiam de malo.* Quid accommodatius? Sola eſt enim diuina vis, cui mala quoque bona ſint. Vide hîc qualiter Deus de non bonâ Ruthâ, ex inceſtuoſo concubitu natâ, ex inuiſâ Moabitide ortâ, ex idololatrâ gente prognatâ, in idolorum cultu enutritâ, vili ſpicilegio contemptâ; excuſſerit Rutham fidelem, dignam magni Boozi connubio, generoſam Dauidis proauiam, & idoneam in cuius regiâ ſobole Chriſtus Deus, lux mundi, & Patris ſplendor cenſeatur. Adeò vt de generoſâ eius ſtirpe, naſcituro Chriſto gratuletur Iſaias, aiens: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petrâ deſerti ad montem filiæ Sion.*

Geneſ. 1. v. 31.

S. Auguſt. in Enchir. c. 11.

Deus vſque adeò eſt bonus, vt beneficiat etiam de malo.

Hic verſ. 22.

Iſaiæ 16. v. 1.

§. CCXCV.

Pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat.

INterroganti Perſæ quam rempublicam maximè probaret, *Eam*, inquit Lyſander, *in quâ fortibus viris ac meticuloſis congrua vtriſque redduntur. Senſit virtutem inuitari præmiis, ignauos excitari ignominiâ. Nimirùm hoc eſt quod apud Homerum ſtomachatur Achilles, idem honoris haberi ignauis ac fortibus.* Hæc ſententia non ſolum habet locum in republicâ, verùm etiam in priuatis familiis. Sunt enim hæc duo præcipua ad conſeruandam cuiuslibet gregis diſciplinam Honos enim non ſolùm alit artes, verùm etiam virtutem. Profectò qui debita virtuti præmia tollit, ferè virtutem vnâ ſuſtulit. Pulchra eſt illa Ethico-politicorum gnome: *Præmio bono, maloúe, facias quem bonum ac malum.* Porrò ingratam arduæ virtutis auſteritatem, præmiorum gratia mellit, & ad ſaporis ſuauitatem arcanè erudit. 1.

Apud Eraſmum lib 1. Apophth. n. 99.

Præmio bono maloúe, facias quem bonum ac malum.

Gruterus in Florileg. tom. 1. n. 4345.

Matthæi 5. Euangelicæ diſciplinæ præcipua dogmata auſpicatò tradit Chriſtus: & in ardui 2.
montis faſtigio, velut in magiſtrali cathedrâ ſedens, & os ſuum aperiens, Diſcipulos ſuos ad ardua virtutis facinora ſic erudit: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati mites. &c.* Quid tam perdifficile hominibus, qui vel de cognato quondam limo ambitionem nutriunt, quàm votiua contemptim humilitas? quàm egena paupertas tot incommodis ac vilitatibus tributaria, inopiæ malo irrequieta? quàm pacata mitiias, quæ hoſtilem inimicorum petulantiam ferè nutrit? Quid hanc Chriſtianæ doctrinæ auſteritatem peracerbam, mitigabit ad hominum illecebram? An auctoratiſſima corporatæ Sapientiæ diuinæ adhortatio? ac ſeueritas diuini mandati, nouæ huius diſciplinæ duritiem edomet? Minimè quidèm: neque enim euangelicam doctrinam ſub exhortationis blandimento, neque ſub præceptionis terrore nunc Chriſtus tradit; ſed ſub merito præmij opulentioris. Audiendus eſt hâc ſuper re Chryſoſtomus, qui præſcripta Euangelij verba ſic luculenter exponit: *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, &c. Doctrinam ſuam,* inquit, *non ſub ſpecie mandatorum, atque exhortationis inducit; ſed ſub præmiis beatitudinum, vt ſcilicet ſermonem ipſum faciat gratiorem.* Non morabor hîc Interpretes an ſimplici, an geminatâ beatitudine huiuſmodi virtutes nunc Chriſtus muneret: nam pauperes & beatos dicit, & præproperè regni cæleſtis poſſeſſores; ſat eſt ad deſidiam hominis excitandam ad virtutis ſtudium, & calcar viuidè infigendum, nec ſub adhortationis lenocinio, nec ſub pœnalis imperij terriculamento, arduam & peracerbam Euangelicæ diſciplinæ œconomiam à Chriſto fuiſſe propoſitam; quò ipſa beatitudinum promiſſarum gratiis delibuta cognatam auſteritatem deſueſcens, præmiorum blandimentis gratiùs alliceret: *Doctrinam ſuam inducit ſub præmiis beatitudinum, vt ſcilicet ſermonem ipſum faciat gratiorem.* Difficile, aut

Matth. 5. verſ. 3.

Aliò Chriſtus Euangelicam doctrinam ſub premiis beatitudinum inducit.

S. Chryſoſt. homil. 15. in Matth.

Digitized by Google

aut arduum, aut auſterum iam non eſt, quod largior promiſſio mitigat, quod præmium beat, quod ſpectata beatitudo mellit: nam operis moleſtia promiſſis beatitudinibus delibuta, ingratiam diffitetur, & ad placendi gratiam, lenocinio præmiorum eruditur. Vndè nunc Chriſtus Deus hoc pio cæleſtium præmiorum præſtigio ad perardua omnium ſanctitatum facinora, ſuos nunc Diſcipulos cælitùs velut incantat, dum *ſub præmiis beatitudinum doctrinam ſuam inducit, vt ſcilicet ſermonem ipſum* alioqui auſterum, & naturæ humanæ repugnanter ingratum, *facit gratiorem.* Sic præmiorum gratia, ingratiam difficultatum exarmat?

5. Regius Vates primum Pſalmum à beatitudine auſpicatur (nam vt dixit Aſterius: *Dauid, tanquam Chriſti diſcipulus, à beatitudine doctrinæ ſumpſit exordium*) ſic concinnè modulatus: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*, &c. Scilicet quoniam multa, eàque perdifficilia, & mille ſudoribus ac laboribus ærumnosè referta, in longo Pſalmorum decurſu ſuaſurus erat, pietatis pugilibus per anticipationem, *beatum* gloriæ præmium ſpebus præmonſtrat. Audiendus eſt Chryſoſtomus in Gatenâ Græcorum Patrum ſic indidèm fatus: *Beatus vir*, &c. *Ceterorum omnium baſis ac fundamentum eſt beatitudo, quæ in Pſalmis neceſſariò pro coronis proponitur, ſui amatores ad victoriam inungens.* Ecce tibi beatum gloriæ præmium proponitur arduæ pietatis athletis, & veluti ſtrenuæ virtutis *baſis* & tanquam *corona* virtutis. Sanè alto ſtilo præmium appellat *& baſim*, & *coronam*. Porrò *baſis* fundamentum eſt, & primum *neceſſariò* fulcimen, quod rem altè fundat: *corona* autem ſtrenui laboris, & ardui facinoris eſt finis ac meta, atque felicior clauſula. Nempè beatum præmium ſtatim proponitur, quod ſimul ſit ſtrenuæ virtutis principium & finis, rei *baſis*, & eiuſdem *corona*. Nam ſpes beati præmij ferè eſt prima pietatis *baſis*, quæ virrutum facinora fundat; & ipſa beatitudo dudùm ſperata, poſtquam ſtrenuè pugnatum eſt, & feliciter victoriatum, eſt triumphalis *corona*: quaſi beatum præmium ſit virtutis carcer & meta, principium & finis; *baſis* & corona. Idcircò *Dauid, tanquam Chriſti diſcipulus; à beatitudine doctrinæ ſumpſit exordium*; hic aiens, *Beati pauperes ſpiritu*, &c. *ille*, *Beatus vir, qui*, &c.

Aſter. apud Cat. Cord. Pſal. 1. v. 1.

Dauid dicitur Chriſti diſcipulus.

S Chryſ. ibi. apud Caten. Corderij.

Beatum præmiũ eſt virtutis ſtrenuæ baſis, & coronas principiũ, & finis.

4. Nuper modulatè pangebat Dauid in illo Pſ. 1. *Beatus vir*, qui abiit, &c. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet.* Quod nam eſt hoc *lignum*, ſeu comata frondeo virore arbor, *fructuum* vbertim ferax? Quinam etiam hi *fructus*, quibus opportuno tempore exuberat? & quænam hæc *folia* minimè decidua, quæ hanc pulchram arborem ad nitorem obumbrant? Græci Patres apud nuper laudatum Corderium, in huius verſ. 3. commentario, ita ad rem præſentem opportunè ſcribunt. *Et erit tanquam lignum*, &c. *& folium eius non defluet. Pulchrum ſanè, boni operis præmium! Qui enim diuinæ legi vacat, & riuulis eius irrigatur, aſſimilatus eſt arbori iuxta aquas conſtitutæ, ſemper florenti, ſemper maturis frugibus onuſta.* (Nota quæ ſubiicit verba, quibus & quis ſit hic *fructus*, & quæ nam ſint huiuſmodi *folia* apprimè declarant) *Siquidèm athletæ virtutis, in futura quidèm vitâ laborum fructus referent; attamen etiam hic ſpe bonâ tanquam foliis quibuſdam obumbrantur, atque animi alacritate laborum moleſtiam fallunt.* Ecce tibi arduæ virtutis *pulchrum præmium.* Nempè in vitâ futurâ huius arboris *fructus* eſt cæleſtis gloria æternùm beans; *folia* autem quibus hæc arbor obumbratur, in hâc vitâ mortali eſt *bona ſpes, animi alacritate laborum moleſtiam fallens.* Plura, opinor, ſignificant Græci Patres, quàm dicunt. Porrò parùm eſt, quòd *pulchri præmij bona ſpes*, animi alacritate laborum moleſtiam fallat (quod alioqui magnum eſſe) niſi huiuſmodi bona ſpes pulchri præmij *foliis* comparetur, quæ beatum cæleſtis gloriæ *fructum*, nunc in hâc mortali vitâ frondeo virore pulchrè obumbret, adornet, protegat: quod eſt cognarum *foliis* officium; ne optatus arboris *fructus*, dum gemmat in papillis, aut vernat in pulchrè tenello flore, vel pruinâ aduratur, vel torrente Sole exæſtuet, vel violento ventorum flatu defluat. Itaque futuræ in alterâ vitâ beatitudini (qui eſt huius arboris *fructus*) id præſtant *folia* bonæ ſpei huius *pulchri præmij*, vt illum (velut folia fructum) nitidè obumbrent, ſplendidè adornent, & ſecurè protegant, muniant, & tanquam pendulis mille ſcutis vndique clypeent aduerſus variam temporum hoſtilitatem. Quid pro *pulchri præmij bonâ ſpe* dici exaggeratiùs poteſt? O, ne præmiorum ſpes velut *folium defluat*, ne ſimul futurus beatæ gloriæ *fructus* hoc clypeo deſtitutus, defloreſcat, expalleſcat, euaneſcat! O caue quiſquis virtutem amas!

Græci Patr. apud Cord. inibi.

Pſal. 1. v. 3.

Præmium hunc velut folia fructũ beatitudinis protegit, & cuſtodit?

Matthæi 5. Chriſtianæ diſciplinæ appendices in præmiis glorias, perſecutionum cruento agone digniſſimas, Chriſtus proponit: vbi apparet, quòd præmij magnitudo, perſecutorum acerba vulnera fruſtratur *Beati*, inquit, *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum calorum. Beati eritis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Nimirùm pulchra beati præmij ſpes, perſecutionum ac tormentorum moleſtiam fallit, conſolatur, beat. Scitè hâc de re in Scorpiaco Tertullianus: *Ita ab æuo*, inquit, *digniſſimum creditum eſt ſtudiorum experimentum committere artes, corporum & vocum præſtantiam expendere præmio indice, ſpectaculo iudice, ſententiâ voluptate.* Et poſt paucula ſubſcribit: *Sed quantum liuores illi & cruores ac vibices negotiantur intendis, coronas, ſcilicet & gloriam & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem poteſt præſtare ſeculum de famâ æternitatem, de memoriâ reſurrectionem.* (Nota attentiùs verba quæ ſubdit ad rem præluſtriſſima) *Pyctes ipſe non queritur, dolere ſe non vult, corona premit vulnera, palma ſanguinem obſcurat, plus victoriatum eſt, quàm iniuriatum. Hunc tu læſum exiſtimabis, quem vides lætum?* Altè ſanè dicitur, quòd victor tametſi corpore lacer, & propè exanguis, *dolere ſe non vult*, nam *corona* non tam glorioſè ſtringit tempora, quàm medicè *premit vulnera* ad nobilem ſanitatem: & *palma* multo prodigè effuſo ſanguine comparata, dum ſui vmbrâ ſanguinem *obſcurat*, illum nobiliſſimè clarat, præclarâ nobilitate, quæ *de famâ æternitatem, de memoriâ reſurrectionem* fœnerat. *Hunc tu læſum exiſtimabis, quem vides lætum?* nam lætitia læſuram diffitetur: *Beati eritis*

5.

Mat. 5. v. 10. & 11.

Tertull. aduerſ. Gnoſt. cap. 6.

Quomodo corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat?

Digitized by Google

tis cùm perſecuti vos fuerint : gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Concinnè quidem ad Euangelium Tertullianus!

Anxios hactenùs exulis, viduæ, & egenæ Ruthæ labores fefellit pulchra ſpes procreandi liberos ex electo Iſraëlis genere, tot diuinis promiſſionibus aucto : quod nunc *præmio indice* (Hîc verſ. 22.) ſtrenuæ virtutis tandèm cõſecuta eſt, dum Boozo nobiliter nubit; & hîc mox enixa Obedem regis Dauidis atauum, & Chriſti Dei progenitrix, & auguſta *regni mater* meruit nuncupari. Sanè pulchri præmij beata ſpes, generoſe ſtrenuam non inuenit Rutham, ſed fecit.

---

§. CCXCVI.

Illuſtriora iuſtorum opera ſibi vindicat Deus. quare?

1. IPſius naturæ ſolidiora opera inceſſanter vexantur; homo autem etſi è luto coalitus, æquo animo frequentes haſce minas ferat, inconcuſſo vigore ad vtramque fortunam flecti neſcius, in virtutis gradu ſtet alacer. Caſura omnia extant, omnes ſuus exitus manet. Enumerare omnes fatorum, & obuiantium calamitatum frequentes vias longum foret. Hoc vnum ſciremus omnes vellem; omnium mortalium opera, mortalitate damnata ſunt, inter peritura viuimus : & ſæpè maiori fortunæ locum ruina fecit. Multa ſublimiùs faſtigiantur, vt altiùs cadant : multa è ſublimi faſtigio ceciderunt, vt altiùs ſurgant. De hâc rerum aleâ, & volubili fortunæ inconſtantiam in recto Chriſtiana virtus fœnerat; & anchoram profundiùs iaciens, Deo tenaciùs hæret inconcuſſo ſanctitatis firmamento. Exindè de ipſâ inconſtantiâ conſtantiam armat ad virtutis facinora; & obſtantia quæq; ſtrenuè exarmans, velut reliquis nemo, vni Deo totus militat, vincit, triumphat; cuius gloriæ vnicè impenditur, piè audaci virtutum æmulatione, vt vt humana tenuitas Deum imitari benè operando eualet.

Vir bonus ex rerum in conſtantiâ, in virtute conſtantiã è diuerſo fœnerat.

2. Regius Pſaltes viri de ſtudio virtutis præmaturè beati, elogia prædicat : & poſtquam ſermonem deflexit ad impiorum prauitatem culpandam; tandèm ad virum iuſtum redit, ſic emphaticè fatus : *Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum*, &c. (Pſal. 1. v. 6.) Non enim quod ignoret Deus facta impiorum, dictum eſt : *Nouit viam iuſtorum*; ſed, quòd illa quæ ipſorum ſunt, digna ſunt eius cognitione. Sic etiam cùm Adam præuaricatus eſſet, Deus ſciſcitabatur vbi eſſet, ac ſi non ſciret, etſi nihil eius omniſcientiam lateret. Sic viam, id eſt, ſtudia iuſtorum noſcit, approbat; & diuinâ cognitione digna eſſe, Prophetæ ore teſtatur. Verùm Græci Patres in Paraphraſi huius Verſ. præſcripta verba ſublimiùs exponunt, ſic ad rem fati : *Illud, Quoniam nouit, non de notitiâ accipit, ſed de familiaritate & curâ. quaſi dicat : Quoniam ſibi vendicat Deus opera iuſtorum.* Alto ſanè ſtilo exprimitur, quàm ſibi complaceat Deus in bonis quorundam eximiè iuſtorum operibus. Scilicet quaſi parùm foret eorum opera diuinâ cognitione digna cenſere, & huiuſmodi honorarium cenſum in Scripturis palam teſtari, addunt Græci Patres, ſic illa Deo in diuinâ cognitione placuiſſe, vt ea *ſibi vendicet Deus.* Quid eſt, Deum bona eximiè iuſtorum opera ſibi vedicare? Profectò nemo benè Catholicus ignorat, ſine auxiliatis Dei ope neminem bona opera quæ Deo placeant, operari poſſe. Verùm ſic Deus cum homine operatur, vt ipſius hominis cooperatio excludi non debeat : exindè homo eiuſmodi bono opere mereri dicitur. Hoc autem generale eſt, & omni bono operi vniuerſatim commune. Addunt tamen ad hæc Græci Patres, vſque adeo placere Deo quorundam exmiè iuſtorum bona opera, quæ in illis & cum illis operatur, vt quaſi humanæ perfectionis faſtum quodammodò excellant, illa *ſibi vindicet Deus.* O, ſic ſunt præcelsè ſublimia aliqua iuſtorum opera, vt illa Deus ſibi arroget, & velut ſuiipſius propria quodammodò reputet; O piam bonorum operum quaſi arrogantiam, quandoquidèm cùm ab homine ex Dei auxilio facta ſint, illa ſibi arrogat Deus! Sic homo diuinam perfectionẽ benè operando æmulatur, vt bonum hominis opus ſibi vendicans Deus, Deus homini tam ſublime ac perfectum opus (ſi liceat exaggeratiùs loqui) quodammodò inuidere videatur? *Sibi vendicat Deus opera iuſtorum.*

Græci Patr. inibi in Paraphraſi Corderij.

Quopacto dicatur Deus eximia iuſtorum opera ſibi vendicare.

Gentium Doctor ſic altè ad Coloſſenſes ſcribit : *Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* 3. (ad Coloſſ. 1. v. 24.) Locus ſanè intellectu difficilis, & quem multis expoſitionibus Interpretes fatigant. Ecqua ènim inueniri eualet in homine tam ſubliſſimò præcelſa virtus, quæ, non dico de adimpletione Dominicæ Paſſionis, ſed neque de confinio cum illâ, poſſit vel ambitioſè gloriari? Eſto, Paullus ſtigmata Ieſu-Chriſti in corpore ſuo portet : eſto, tot exantlarit labores, tot perſecutiones ſubierit, ſe impenderit ac ſuperimpenderit Euangelio, & tandem poſt tot carceres cruentum ſtrenuè martyriũ tolerarit; quid hæc ad Dominicæ paſſionis complementũ. Complemẽtum ne deſiderat Chriſti theandrica paſſio? Potuit ne eſſe cogitariue paſſio conſummatior, perfectior, completior? quod ergò illi complementum addidit Paullus? Stigmata eius potuit portare; eam autem non potuit complere. Et ſanè, vt indidèm aduertit Caietanus, (Caietanus.) *Dicendo, Adimpleo in carne meâ, ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti, apparenter. ſignificat aliquid diminutionis in paſſione Chriſti*, Paſſioni Chriſti apparenter deeſſe videtur coniunctio cum Paulli perſecutionibus, carceribus ac martyrio? Sanè rei diminutæ fore complementum, perexigua laus eſſet? at rei perfectiſſimè completæ, vel apparenter complementum dici, grandius elogium eſt, & quod vel de apparenti diminutione auguſtiorem excellentiam fœnerat. Profundè Tertullianus : *Et tamen*, inquit, *illæ cicatrices Chriſtiano prælio inſculptæ; & vtique inuidioſæ apud Chriſtum.* (Tertull. l. de Pudicit. c. 22.) Chriſtúſne qui tot tantáque in ſuâ Paſſione pro hominibus pertulit, is eſt, apud quem *inuidioſæ* ſint Martyrum cicatrices, & glorioſa Paulli ſtigmata? Quid in Martyrum cicatricibus, & cruentis atrociter ſtigmatibus Chriſtiano prȩlio inſculptis, Chriſtus inuideat? Vel apparenter inuidet Paullo velut ſuæ Paſſionis complementum! Sanè glorioſæ Martyrum *cicatrices apud Chriſtum inuidioſæ* dicuntur : dicitur & Paullus quæ *deſunt* Paſſionum Chriſti, in carne ſuâ adimpleſſe : & ad hæc concinnè dicitur, quòd *ſibi vendicat Deus opera iuſtorum.*

Martyrum cicatrices, quo pacto apud Chriſtũ inuidioſæ dicantur.

Vel aliter idem Paulli locus ad Coloſſenſes 1. 4.
ad thema præſens enucleari poteſt : *Adimpleo ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti in carne meâ.* Quid nam defuit, deeſſéve potuit Dominicæ Paſſioni, quod

Digitized by Google

quod Paullus, aliúſue Apoſtolorum aut Martyrum ſupplere vllatenùs potuerit? Sanè complementum, rei complendæ aliquam diminutionem aut defectum, ſaltem apparenter innuere videtur. Quid Dominicæ Paſſioni adimplẽdum defuit, quod quiuis Martyrum, quantumuis martyrij acerbitate, ac diuturnitate præſtans, ſupplere potuerit? Numquid Dominica paſſio non fuit opus theandricum, adque adeò meriti infiniti, cuius perfectionem nemo alius præſtare potuit? An nón Patri Deo infinitè complacuit? Nonne per Dominicam paſſionem copioſa apud Deum redemptio hominum facta eſt? An deſiderabatur quicquam ex Prophetarum oraculis, de Chriſto implendum? An non inſani & agreſtes carnifices totam no-cendi, cruciandi, ac excarnificandi rabiem, in ipſius paſſione explerunt? ſi id minùs præſtitere, per ipſos quidèm ſtetit: nam in ſuâ paſſione Chriſtus, ſicut agnum lupis obtulit ſeſe. Verùm enimuerò aliquid tandèm defuit, non Chriſti patientiæ, aut paſſioni; ſed ſæuienti Iudæorum furori contra eum inuidioſè concepto, quod in myſticis ſuis membris *adimpleri* potuerit. Adeò vt verè dicere potuerit Paullus, & Iacobus, & Stephanus: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ*; quandoquidèm de concepto aduerſus Chriſtum furore, necdùm in Dominicâ paſſione ſaciato, abundè adhuc participarint. Quâ ſuper re audiendus eſt Euſebius Emiſenus (alibi aliorsùm expenſus) ſic de S. Stephano fatus: *Iudæi ergò illo adhuc ſpiritu ebrij, quo dudum clamabant: Crucifige, crucifige, in necem ſacri Teſtis incumbunt. Beatus qui cæleſtis illius agonis proximo pediſſequus interuallo, reliquias excipere furoris illius emeruit, quo paullò antè ſæuiente mundo Saluator occubuit. Beatus qui fumantem adhuc Dominici victimam ſanguinis, primus honorauit recenti ſacrificio paſſionis.* Ecce tibi quo-pacto Stephanus, quod deſæuientium tortorum ebrio furore, atque tot cruciamentis nondùm ſaturo, defuit Dominicæ paſſioni, ſuppleuit Paullus, & Stephanus quoque ſuppleuit; qui *reliquias excipere furoris illius emeruit, quò paullò ante Saluator occubuit.* Sic *adimpleuit* in carne ſuâ, ea quæ paſſionum Chriſti deeſſe videbantur: quandoquidèm de eodem illo furore contra Chriſtum concepto, & in Dominicâ paſſione nondùm ſatis expleto, participare meruit; quo *fumantem adhuc Dominici victimam ſanguinis honorauit recenti ſacrificio paſſionis.* Exindè Stephani paſſio, Dominicæ paſſionis velut complementum, & velut quædam eiuſdem paſſionis extenſio poterit appellari. Sic auguſtè Stephano victoriatum eſt ſtrenuo martyrij facinore, vt *fumantem adhuc Domini victimam ſanguinis honorauerit recenti ſacrificio paſſionis.* O ſic *ſibi vendicat Deus opera iuſtorum?*

Emiſ. homil. de S. Steph.

De Iudæorũ furore contra Chriſtũ concepto, Stephanus paſſionẽ ſubit.

5\. 3. Reg. 17. v. 9.

3\. Regum 17. Cælum adhuc æneum terris imbres durus negabat; inacreſcit fames, & Torrens carith areſcit. Factus eſt ergò ſermo Domini ad Eliam, dicens: *Surge, & vade in Sarepthа Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim mulieri viduæ vt paſcat te.* Surrexit, & abiit: cúmque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paullulum aquæ in vaſe, vt bibam. Cúmque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tuâ. Quæ reſpondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydriâ. &c. Mirum ſanè eſt, quòd cùm tot eſſent diuites in illâ ciuitate, miſſus Elias fuerit ad mulierem alienigenam & gentilem, & viduam mariti ope deſtitutam atque pauperculam, cui vltra pugillum farinæ nihil ad ſuſtẽtationem ſuppetebat, certámque præ fame mortem expectabat. Hæcne præ reliquis erat idonea, vt Eliam de ſuo panario ac lagenâ ſuſtentaret? Er quidèm quod mirius eſt, nullibi iſtiuſmodi ad viduã Dei *præceptum* legitur. Ecquod eſt hoc Dei *præceptum*, Interpretibus communiter ignotũ, & à viduâ penitùs ignoratum? Lyranus ait: *iſtud præceptum non fuit per verbũ expreſſum, ſed per diuinam ordinationẽ* (hoc etiam innuit Theodoretus, *quia ſic ordinauerat Deus, quod mulier illa vidua venientem Eliam reciperet, & eum paſceret.* Nouum ſanè præcepti genus: cui ſimile eſt quod adducit Anſelmus Laud. *Præcepi, id eſt, dedi ei vndè te paſcat.* Hugo Cardinalis indidèm: *Præcepit, id eſt, inſpirauit. Vel charitas quã Dominus dedit mulieri, præceptum dicitur.* Opportunè quidèm, ipſa eſcarum donatio mulieri facta, ſeu alendi Prophetæ inſpiratio mulieri afflata, vel mulieris miſericordia ac beneficentia ipſi cognata, *Dei præceptum* & ſollicita præproperè curâ de Eliâ ſuſtentando nuncupatur. O, ſic *Deus ſibi vendicat opera iuſtorũ!* Sic pauperculæ mulieris in tantâ egeſtate beneficentiam ſibi arrogat Deus, vt eam ſui *præcepti* vocabulo honoret? Quid opportuniùs? Annon hîc Deus, velut obſtinatum Ruthæ propoſitum de verâ religione ſectandâ; de alendâ etiam operoſè ſocru, tenuis ſpicilegij lucello; de ſibi procurandis etiam cum ſene nuptiis, vt diuinæ legis apices impleret, ſic præcelsè nobilitauit, vt ad generoſam Chriſti Dei proſapiam adſciſci mereretur? Sic Deus Ruthæ virtutes ſibi arrogat, vt eius genus, & cum genere indolem, ſibi vendicet? Porrò cum cenſu Dauidicæ genealogiæ hîc numeratur, in Chriſti Dei etiam proſapiâ generosè cenſetur. *Emitte agnum dominatorem terræ, de Petrâ deſerti ad montem filiæ Sion.*

Pietas Sarepthana viduæ, Dei præceptum nominatur. quare?

Lyra ibi Theod. q. 52

Anſel Laud. in Gloſsâ Interl.

Hugo inibi.

Hic verſ. 22.

Iſaiæ 16. v. 1.

§. CCXCVII.

Euangelij Miniſter, vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur.

1\. HVmilitas in paupere grata eſt, in diuite glorioſa: humilitas inter inimicos blanda eſt, ſuperbia verò etiam inter amicos ingrata. Dulcis eſt & officioſa ſemper humilitas, in amicitiâ grata, in contumeliis pacata, in officiis exprompta, in læſuris otioſa: non extollitur proſperis, non ſuccumbit aduerſis, non extorquet ſeruitium, nec ſeruitio dedignatur; non requirit voces adulantium, cùm ſe laudatione nouit indignam. Aſt *nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.* Hanc autem malè dulcem gloriæ libidinem, homini medullitùs cognatam, quamtocyus humilitas excutit, atque pertinaciter refutat; ne dum ambitio vitia ſollicitat, & virtutes inquietat, ſuâ fruge viduetur humilitas; quæ vt propriatum virtutum baſis eſt, & ſanctitatum hypoſtaſis, ſic & alieni profectûs ſeminarium eſt. Eſt enim ſterilis de virtutibus ſermo, quem vitæ elegantia, & humilitatis

Nulla tanta humilitas eſt, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Valer. Max lib. 8.

Digitized by Google

humilitatis vigor, alienis moribus non implantat, & ad profectum vberiùs fœcundat. Loquelæ gratia, humilitas loquentis eſt. (ſic faſtidimus, quod ſuperbiam ſuboleat!) Per humilitatem, initia, & incrementa virtutes agnoſcunt, fideles proficiunt, luctantes coronantur, tyrannica ſuperbia deſæuit; nec poteſt dici profectus, quem non fœcundat humilitas. Sterileſcit ſuadela, quæ dulcedine gloriæ tangitur.

2. Gen. 1. v. 22. Geneſeos 1. Die mundi quinta, ex aquis Deus piſces pariter & volucres efformauit. *Benedixitque eis, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auéſque multiplicentur ſuper terram.* Dei benedicere eſt benefacere: benefecit autem Deus piſcibus & auibus, hoc ipſo quòd eis tribuit appetitum, vim, & potentiam generandi ſibi ſimilem, vt cùm non poſſint ipſa in ſe indiuidua ſemper manere, maneant ſaltem in prolibus, & ita quaſi æternitatem quamdam habeant. Vndè explicans ſubdit: *Creſcite*, non magnitudine (hanc enim iuſtam, in primâ ſuâ creatione acceperunt,) ſed vt Hebraicè eſt פרו *peru* id eſt, *fructificate*, ſeu *prolificate*. (Hebræus.) Mirum autem eſt, & expenſione digniſſimum cur volucribus ex aquâ enatis, & in aëre viuentibus, peregrinum terræ elementum ad *fructificandum* & *prolificandum* aſſignetur, aiens: *Auéſque multiplicentur ſuper terram*, vbi & nidificant, oua faciunt, & excludunt. (De humilitate vigor ad ſpiritualiter fructificandū eſt.) Adeò vt notauerit Beda, quod huiuſmodi iuſſio *ad vtrumque genus auium, quæ ſcilicet de aquis vel de terrâ viuunt, reſpicit: quia etiam aues quæ ſine aquis non viuunt, quæ etiam in profundo, ſæpè ſicut piſces, latent, nonnumquam ſuper terram egredi ſolent, maximè cùm fœdus faciunt, & nutriunt.* (Beda.) Nempè aues ex aquis ortæ, in aëre viuunt, & celeri volatu cælis vicinari præſumunt; & tamen nec in natali aquarum elemento, nec in ſublimi aëre cælis contermino, ſed in terræ infimiſſimo elemento *fructificant*, ſeu *prolificant*. Luculenter ad rem ethicam Hugo Carenſis ibidèm: (Hugo Car.) *Auéſque multiplicentur ſuper terram. Aues* (id eſt) *contemplatiui, qui ſurſùm volant.* Scilicet tametſi homo eâ ſit virtutum præſtantiâ ſublimis, vt ſuprà terram poſitus, tamquam volucris cæli viuat à terrâ ſublimis; tamen niſi ad infimiſſimam terram humilitate deſcendat, ſpiritualiter *fructificare*, ac *prolificare* neſcit; quaſi viuidum *fructificandi* vigorem, ab humili terræ depreſſione mutuetur. Sit quantumlibet morum elegantiâ aſpectabilis, & contemplationis prærogatiuâ ſublimis, quaſi coloniam in cælos duxerit; ſi arrogantiam ſuboleat, ſterilis manebit, proximorum fructu viduatus. Ergò *aues* (quamuis in aëre naturaliter viuant) *multiplicentur, fructificent ſuper terram*; ac ſi de humili terræ infimitate, arcana ad *fructificandum* energia fœneretur.

3. Matthæi 11. ſic omnes homines Chriſtus Deus erudiendos alloquitur, de cæli ſcholâ nouiter inſtituendos: Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. (Matth. 11. v. 29.) *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Humilis corde dicitur, id eſt, cordis affectu, & voluntate: multi enim ſunt humiles ore, pauci corde. Oris autem humilitas, niſi ex verâ cordis humilitate erumpens, idoneum Euangelicæ prædicationis miniſtrum ac doctorem non excudit. Ait enim Chriſtus Deus, *Diſcite à me*: quare à te Domine, diſcendum eſt? an quia adeſè paterno Dei ſinu ſapientiſſimus magiſter? an quia increata Dei ſapientia es? an quia cæli gymnaſium, ad terram tranſtuliſti? *Diſcite à me*, inquit, *quia.... ſum humilis corde.* (Humilitas Doctoris eſt doctrinæ vigor, & ſuadela energia.) Sic expetita veritas in doctrinâ, humilitatis ſequela cenſetur? *Dico autem*, ait Bernardus, *vt adhæreat humilianti ſe veritati.* (S. Ber. Serm. de quadupl. debito.) Profectò *veritas* Magiſtri, qui ſe animitùs *humiliat*, arcanâ humilitatis vi, citò quod ore docet, ad aſſenſum perſuadet, quod eſt ineffabile humilitatis priuilegium, quod hîc Chriſtus euulgat, aiens: *Diſcite à me, quia.... ſum humilis corde.* Appoſitè Climacus Gradu 25. hæc eadem verba elucidans: *Humilitas*, inquit, *eſt gratia animæ nominis expers, ſolis nominata iis, qui eius experimentum ceperunt, inexplicabilis theſaurus, à Deo nomen ſortita, ſingulare munus Dei: Diſcite, inquit, non ab Angelo, non ab homine, non ex libro, ſed à me, hoc eſt, ex meâ in vobis habitatione, illuſtratione, & operatione, quia ſum humilis corde, & cogitatione, & ſenſu, & inuenietis requiem animabus veſtris, & leuamen cogitationum veſtrarum.* (Climacus.) Taceat Angelus profundè illuminatus, ſileat homo linguaris academiis eruditus, muta ſit Doctorum bibliotheca, dum loquitur Magiſter *humilis corde, cogitatione, & ſenſu.* Hoc humilitatis priuilegium à priſci ſeculi ſapientibus incognitum & innominatum fuit de ignoratione theſauri humilitatis: *Humilitas eſt gratia animæ nominis expers*, &c. (Humilitas eſt gratia animæ nominis expers.) *Diſcite à me, quia ſum humilis corde.* Sic homo *adhæret humilianti ſe veritati!* O quàm eſt in ore humili veritas fortunata! Audiendus eſt hâc ſuper re Bernardus Tract. de duodecim gradibus humil. & ſuperb. (S. Bernard.) *Venite ad me qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam, Venite inquit. Quo? Ad me veritatem. Qua? per humilitatem. Quo fructu? ego vos reficiam.* In hunc etiam ſenſum idem inibi Bernardus exponit illud Ioannis 14. (Ioan. 14. v. 6. Humilitas eſt via quæ ducit ad veritatem.) *Ego ſum via, & veritas & vita. Viam dicit humilitatem, quæ ducit ad veritatem. Altera labor, altera fructus laboris eſt. Vndè ſciam, inquis, quòd ibi de humilitate locutus ſit, cùm indeterminatè dixerit, Ego ſum via? Audi apertiùs: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Addit aliam probationem ex non vulgari expoſitione petitâ ex Pſalmo 83. (Pſal. 83. v. 8.) *Etenim*, inquit, *benedictionem dabit legiſlator: quia qui dedit legem, dabit & benedictionem: hoc eſt, qui iuſſit humilitatem perducet ad veritatem.* Vide nexum inter humilitatem & veritatem, quaſi veritas ſit humilitatis fructus, & humilitas veritatis feraciſſima, & illius perſuadendæ vigor.

4. 1. Cor. 3. v. 1. & 2. Gentium doctor 1. ad Corinthios 3. tamquam eorum, non tam nutricius, quàm nutrix, ita ſcribit: *Tamquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondùm enim poteratis.* Lac, inquam, qui eſt infantium potabilis cibus, & electiſſimum eorum nutrimentum, ſine quo nec nutriri, nec adoleſcere poſſunt; cùm nondùm ſolidas eſcas mandere ac digerere valeant. Accinit Paullo, ad rem præſentem opportunè Pſalmographus, ita pangens: *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum.* Nempè homines humilitatis inopes, & ſuperbiâ arrogantiùs turgentes, valdè *multiplicati* ſunt: ſed qui ſequerentur errores eorum inuenerunt, non qui doctrinam veritatis ediſcerent, & doctrinæ lacte ab eis alerentur: quaſi ſuperbia dū humilitatem excludit, doctrinæ lac ſordidauerit, inuitiaueritque. Vndè

poſtquam

Digitized by Google

poſtquam dixit: *Multiplicata eſt ſuper me ini-*
Pſal. 118. v. 70. *quitas Superborum*, confeſtim ſubdit: *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus ſum.* Pro τὸ *coagulatum*, Aquila excribit,
Aquila. Symmach. *impinguatum*; Symmachus, *medullatum*. Ecquid non boni ſpondeat *impinguatum*; & *medullatum cor*? At de inaniſſimo ſuperbiæ tumore venit, vt cor ſit velut *lac coagulatum*: quare etſi impinguatum & medullatum ſit, quia tamen induratum eſt, & liquor lactis eſſe deſiit per ſuperbię obduratione͂, nutricationi cenſetur idoneum.
Anonymus. Sapienter ibidèm Anonymus in Catenâ Græcorum Patrum, aliorsùm emedullatus: *Coagulatum eſt*, inquit, *ſicut lac cor eorum. Nonnulli enim*, inquit, *antè ſuperbiam quidèm ſtrenui erant, & corde ſimplici atque potabili, ita vt cum lacte delicatiſſimo compararentur; poſtquam autem ſuperbiam induerunt, omnes indurati, quaſi è lacte in caſeum commutati ſunt.* Nimirùm Doctorum aut Prædicatorum *cor*, verâ doctrinâ *impinguatum* ac *medullatum*, humilitatis beneficio eliquatum erat, *potabile*, & alendis in verâ fide infantibus in primis idoneum; per ſuperbiam autem *coagulatur*, & *induratur*; adeò vt *potabile* iam non ſit, & idcircò infantum nutricationi prorsùs inidoneum. Quare ſic eos ambitio inconditos reddit, vt nequeant cum Apoſtolo dicere: *Tamquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Lac, inquam, id eſt, *cor* per humilitate͂ *potabile*. Sanè Cócionator humilitate aſpectabilis, veram fidei doctrinam, tamquam ſuum *cor* eliquatum ac *potabile* fidelibus ſtillat, quo illos Euangelij veritate dulciùs lactat. *Ante ſuperbiam quidèm erant corde potabili, ita vt cum lacte dulciſſimo compararētur.* Profectò cæli volucres per contemplationem, in infimiſſimo terræ elemento, per humilitatem fructificant. Quia Chriſtus Deus, Dei ſapientia, & cæli Magiſter, humilis corde eſt; ideò à ſe, ſuâq; ſcholâ diſcendum pronunciat. Et humilis Doctor ſuum *cor potabile*, velut lac dulciſſimum fidelibus propinat; quibus tamquam infantibus lac potum dat, non eſcam, quam præ duritie nec mandere, nec digerere eualent. Tot calamitatibus
Ruth 1. v. 16. 17. humiliata Noëmi, *cor potabile* idololatræ Ruthæ præbuit, quo illam ſic in verâ tunc fide inſtituit, & ad omnes ſanctitates erudiuit, vt errorum gentilium viam *obſtinato* piè *animo* repudiauerit, & Iſraëlitico populo, etſi Moabitis, adſcribi
Hîc verſ. 22. meruerit. Quin & ipſa Ruth adſimili humilitate imbuta, in Obede Chriſti Deí progenitore, Dei verbum, quodammodò concipere, corporare, parere, atque lactare promeruit, immensâ ſanctitatum omnium fructificatione.

Humilitas Prædicatoris cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat, & indurat.

§. CCXCVIII.

E lege veteri lex noua oritur; è Ruthâ Iudaiſmo implantatâ, Chriſtus generatur.

1. Luc. 8. v. 45. AD Dominicæ fimbriæ tactum ſtetit mulieris profluuius ſanguis. Interrogat Ieſus: Quis me tetigit? Negantibus cunctis, ait Petrus: *Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & tu dicis, Quis me tetigit?* Quæ verba ſic ex-
S. Auguſt. ponit Auguſtinus Serm. 6. de verbis Dom. *Chriſtus abſentiam corporis ſui*, inquit, *& præſentiam virtutis ſuæ in omnibus Gentibus, & in illâ mulière ſignificauit, quæ fimbriam veſtimenti eius tetigerat, cùm requirit, dicens: Quis me tetigit? tamquam abſens requirit, tamquam præſens ſanat. Turbæ te, inquiunt diſcipuli, comprimunt, & dicis, Quis me tetigit? Quaſi enim ſic ambularet, vt à nullo prorsùs corpore tangeretur, ita dixit, Quis me tetigit? & illi; Turbæ te comprimunt. Et tamquam diceret Dominus: Tangentem quæro, non prementem.* Sed è Iudaicâ turbâ, quæ præſenti abſentiâ Chriſtum *premit*, dum corpore accedit, fide recedit, aliquis extitit, qui corpore præſens, & fide tangens, fide ipsâ nobiliter furaci, & ſanitatem à ſaluatore rapuit, & Chriſtianæ diſciplinæ compendium. Ex his enim qui Iudaicè Chriſtum premebant, ſelecti ſunt, qui illum Euangelicæ fidei præſentiâ tangant. Porrò è lege Veteri lex Noua oritur, è Prophetis fundatur Euangelium, è Ruthâ Chriſtus naſcitur. Hîc verſ. 13.
Quæ implantatur Iudaicæ ſtirpi, & legi Moſaicæ, vt in Chriſto eius ſobole, ſicut & *Mater regni*, ſic & Chriſtianæ doctrinæ mater exiſtat. Bona Ruth quæ Chriſtum *tangit* abſens, non *premit* præſens. Sic laudatiſſimâ fide prænituit!

Quomodò Chriſtus tamquam abſens requirit, quâ velut præſens ſanat?

Ioannis 5. reluctantibus contumaciter Iudæis fidem ſuſcipere, dixit Chriſtus: Nolite putare, 2.
quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem: Eſt qui accuſat vos; Moyſes in quo ſperatis, Quaſi dicat, ait inibi Cyrillus: Non opus eſt alio accuſatore, ſed etiam ceteris omnibus ſilentibus, S. Cyrillus. Alex.
ſolam Moyſis legem, ad condemnationem non credentiū in ſe Iudæorum ſufficere aſſerit. Vndè ſubdit: *Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan* (vtique) *& mihi: de me enim ille ſcripſit.* Ioa. 5. v. 46.
Scripſit in Geneſi, in Leuitico, in Deuteromio, totóque Pentateucho: nam omnes ceremoniæ & hiſtoriæ Chriſtum præfigurabant. Sapienter Origenes.
Origenes lib. 2. contra Celſum: *Quid autem abſurdum eſt*, inquit, *Legem eſſe initium noſtri dogmatis, id eſt, Euangelij? Cùm ipſe Ieſus Dominus noſter dicat ad nolentes ſibi credere: ſi crederetis Moyſi, mihi crederetis: nam de me ille ſcripſit. Quod ſi litteris illius non creditis, quomodo verbis meis credetis? ſed & vnus Euangeliſtarum Marcus inquit: Initium Euangelij Ieſu-Chriſti, ſicut ſcriptum eſt in Iſaiâ propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, qui parabit viam tuam ante te; oſtendens initium Euangelij pendere à ſcriptis Iudaicis.* Itaque lex Vetus legis Nouæ *initium* eſt: Lex & Prophetia Euangelij auſpicium: figura figuratum adumbrat, typus notificat antitypum; fides Chriſtiana Iudaicam fidem iam integrat & adimplet; quaſi fides Euangelij ſit Moſaicæ legis ſtipendium, & lex gratiæ, Moſaicæ legis ſequela, per veræ credulitatis conſequentias. Quare vetus lex, auctoratiſſimum eſt *Euangelij initium*: diſcredit ergò Legi, qui Euangelio non credit. Vndè ait Chriſtus Iudæis: *Si crederetis Moyſi, mihi crederetis.* Moſaicæ legi diſcredit, qui Chriſti Euangelio non credit. Euanuit igitur iam Iudæorum fides, & exlex Iudaiſmus toto orbe, ac cælo cæcus exerrat.

Marc. 1. v. 1.

Lex vetus, legis nouæ initium eſt.

Matthæi 3. accedit Chriſtus ad baptiſmum 3.
Ioannis: Ioannes verò humilitatis prodigium Matth. 3. v. 15.
admiratus, conſtanter eum baptizare renuit, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? *Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Sine modo* (permitte me baptizari à te) *ſic enim decet nos implere*

implere omnem iuſtitiam. Nos, ſcilicet me ſuſcipiendo, te dando baptiſmum. Arabicus ſic locum excribit: *Sic decet nos perficere omnem iuſtitiam.* Quænam eſt hæc iuſtitia ab vtroque ſic adimplenda? & quomodò Chriſtus Deus ſuſcipiens baptiſmũ Ioannis, & Ioannes illum Chriſto adminiſtrans, omnem iuſtitiam *implebunt,* & *pe ficient?* Multa hîc ad litteram Commentatores adaggerant, Ambroſius verò Serm. 41. ſic myſticè locum exponit: *Scimus,* inquit, *quòd Ioannes Baptiſta typum legis gerebat: iuſtum ergò erat, vt ipſe baptizaret Dominum; ſcilicet vt quemadmodùm ſecundùm carnem de Iudæis Saluator eſt genitus, ita & ſecundùm ſpiritum de lege Euangelium naſceretur. Vt undè ſucceſſionem ducebat originis, exindè & traditionem conſecrationis acciperet. Hoc eſt igitur quòd ait: Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Itaque oportebat, quòd ſicut Chriſtus ſecundùm carnem ex Iudæis eſſet genitus, ita etiam vt *ſecundùm ſpiritum de Lege Euangelium naſceretur,* quaſi Euangelium ſit vetuſtæ Legis generoſa ſoboles, de nouitate felix, de vetuſtate generoſum: ne Euangelio deeſſet vernans nouitatis gratia, nec vetuſtatis auctoritas. Indè de vetuſtâ antiquæ Legis ſtirpe recèns generosè naſcitur, & nobiliter adoleſcit: exindè & ſecundùm ſpiritum naſcens, *traditionem conſecrationis accepit.* Hem! conſecratur Euangelium antiquæ legis auctoritate? tantáne fuit dignitas & auctoritas antiquæ legis, vt cùm præ vetuſtate caduca iam cadauereſcit, Legem nouam, id eſt, Euangelium *conſecrare* dicatur? Ergò Ioannes in typo Legis baptizet Chriſtum, quo adumbret, quòd Lex antiqua Euangelicam Chriſti Legem *conſecrabit: & ſecun·i·n ſp.ritu·n de Lege Euangelium naſcetur.*

Arabicus.

S. Ambroſ.

Lex antiqua, de quâ Euangelium naſcitur. Euangelium conſecrat.

Secundùm ſpiritum de Lege Euangelium naſcitur.

4. Matthæi 5. ſic Apoſtolos, & in eis Eccleſiam Chriſtus erudit: *Nolite putare quoniam veni ſoluere* (diſſoluere, irritare, abolere) *legem aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere.* Id veriſſimè dixit Chriſtus, quia ipſe veterem legem Moyſis ſeruauit. Vndè ſecundùm legem eſt circumciſus, &c. Dein leges ceremoniales, quæ erant figuræ & vmbræ Chriſti, ipſe ſeipſo ſuóque corpore, ſuis actibus, Sacramentiſque impleuit; quia illa geſſit & paſſus eſt, in ceremoniis legis adumbrata erat, & Prophetarum oracula retrò prædixerant. Pulchrè S. Ambroſius nuper laudatus: *Iuſtum enim erat,* inquit, *vt mandata Legis, quæ ipſe condiderat, ipſe compleret: ſicut alibi dicit: Non veni Legem ſoluere, ſed adimplere.* Nempe Chriſtus Deus antiquæ legis conditor oſtenditur, cùm vel illius apices complet; quò antitypus typo perfectè reſpondeat, & à figurato figura non diſſentiat. Illam adimplet, quò illius coditor probetur (Mirum ſanè eſt, quòd impletione Legis, eius ſe conditorem probet. ſolúſne Legiſlator legis obſequium perfectè complet? ſed de hoc aliàs forſan) ne ſi illam negligat, tamquam non conditor illius arguatur. Conſultiſſimè ſatagit Chriſtus Deus ſe obſequio probare antiquæ Legis conditorem, vt indè conditor nouæ legis comprobetur. Porrò Deus, ſummus Legiſlator, quod in lege antiquâ cœpit, in nouâ & Euangelicâ conſummauit: Lex enim noua in antiquâ tranſparebat, & nouæ Legis fœta erat antiqua.

Matth. 5. v. 17.

Solúſne Legiſlator, legis obſequiũ perfectè cõplet?

S. Ambr. Ser. 41.

Legem antiquam implet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem.

Matthæi 3. Ioannes baptiſmi arbitrio pœni- 5.
tentiam prædicans, ſic ad impios Iudæos clamat: Facite fructum dignum pœnitentiæ; & ne velitis dicere: Patrem habemus Abraham; quia potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. *Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt:* omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Multa de hâc arbore, arboris radice, ac ſecuri, paſſim Cõmentatores, qui allegoriam multimodè adaptant. Appoſitè S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 64. hunc locum ſic ad rem elucidat: *Sterilem Iudæorum volũtatem Ioannes perſpiciens, infrugiferis arboribus eos comparauit, ad eorum radicem ſecurim poſitam eſſe pronuncians, hoc eſt, auctam & compendioſam Euangelij diuiſionem; quâ omnis arbor non faciens fructum bonum, exciditur, non autem foditur.* Adiicit opportunè: *Siquidèm id quod ex radicibus pullulauit, hoc eſt, lex, relinquitur; cui populus nouus inſeritur.* Nempè Chriſti Dei aduentus velut *ſecuris* eſt, quæ in veſtutâ Iudæorum arbore ceremoniarum ramos excindens, radicem viuam relinquit, cui noua gratiæ lex, hoc eſt, Euangelium *inſeratur.* Bonus ſurculus recenter inſertus, antiquæ religionis radicibus, è quibus Euangelium pullulauit. Benè amputantur rami comati Iudaicæ religionis; ſed perſtat adhuc radix, quæ Euangelium radicet, fundet, nutriat, quo gratiæ fructibus vernet, floreat, autumnet. *Id quod ex radicibus pullulauit, hoc eſt, lex, relinquitur? cui populus nouus inſeritur.*

Matth. 3. v. 10.

S. Iſid. Peluſ.

Legi antiquæ lex noua inſeritur.

Matthæi 11. A diebus, inquit, Ioannis Bapti- 6.
ſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur. *Omnes enim prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerũt.* Locus alioquin difficilis; & quem ſic Ambroſius ad rem exponit: *Lex enim, & Propheta vſque ad Ioannem. Ioannes autem prænuncius Chriſti: ita Lex Eccleſiæ prænuncia.* Scilicet Ioannes fuit Chriſti Dei Præcurſor ac prænuncius, qui illum digito demonſtrauit: ſimile obſequiũ Lex vetus Euangelicæ legi, & Eccleſiæ præſtat. Adeò vt lex Moſaïca dici poſſet, alter velut Ioannes Euangelicæ & felix Eccleſiæ prænuncia.

Matth. 11. v. 13.

S. Ambr. l. 4. in Lucam.

Lex fuit velut Præcurſor Euangelij.

Matthæi 9. *Nemo,* inquit, *immittit commiſſu-* 7.
ram panni rudis (noui) *in veſtimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſura fit.* Quæ Chriſti Dei verba legi veteri ac nouæ ſic eloquenter accommodat Chryſologus Serm. 31. *Antiquæ legis,* inquit, *ſupellectilem dicit Iudaicis ſtudiis attritam, corruptis ſenſibus, ſectis ſciſſam, impuris actibus obſoletam. Pannum rudem Euangelij nuncupat indumentum. Sed audi pannum, non ſciſſuræ partem, ſed principium texturæ. Tunc enim primum regalis indumenti tela de Chriſti vellere texebatur, de vellere, quod dabat agnus, agnus Dei qui tollit peccata mundi. Texebatur autem regium veſtimentum, quod in purpureum fulgorem cruor tingeret paſſionis. Meritò ergò Chriſtus hunc pannum rudem Iudaicæ vetuſtati prohibebat immitti, ne peior ſciſſura fieret, ſi Iudaicam vetuſtatem nouitas ſcinderet Chriſtiana.* Eleganter quidèm de more Chryſologus.

Matth. 9. v. 16.

S. Chryſol.

Nouus pannus legis nouæ, Iudaicæ vetuſtati prohibetur immitti.

TRACTATVS APPENDIX DE RVTH FIGVRATA.

PROOEMIOLVM.

PRÆSTARÈT, præſtaret, inquam, vt Virginis Deiparæ laus careret exordio, quæ fine caret; ſatiúſque foret otioſum eſſe, quàm nihil tandem agere. *Deipara ipſa eſt ſui laus.* Profectò Marianæ laudis, vniuerſis mirabilior; ac noua magis prædicata ſemper auditio: *quò occultatur, eò illuſtrior ipſa euadens; ac quò declaratur, eò euadens obſcurior*, ait Andræas Cretenſis. Andr. Cret. Orat. 1. in Natiuitat. S. Mariæ. Eloquar, an ſileam de te, ô Deipara? *Nemo* (inquit Germanus Conſtantinopolitanus) *tuarum celſitudinem laudum ſatis extulit. Habes planè ipſa à te propriam laudem, quòd Deipara effecta ſis.* Germ. Conſtantinop. Orat. 2. Ergò, vt vt balbutire potero, laudabo te tuorum operum, tuæque dignitatis ore actuosè linguato: *Laudent eam in portis opera eius.* Prouerb. 31. v. 31.

---

§. CCXCIX.

Opportuna digreſſio de Chriſti Dei per Mariam Deiparam genealogiâ, ducendâ vſque ad Dauidem; qui ponitur genealogiæ clauſula huius Hiſtoriæ, & illius ſcribendæ ſcopus.

1. CONVENIT inter Cômentatores hanc Ruthæ hiſtoriam pertinere ad librum Iudicum; exindè verò extractam, & libris Regum præſcriptam, quia ſigillatim tradit progeniem regis Dauid, quam perſpicuè clarat, *Huius digreſſionis occaſio traditur.* vt clarè innoteſcat Dauidicæ proſapiæ cenſus, ex progenitorum recenſitione exactâ, à Phares Iudæ Patriarchæ filio, vſque ad regem Dauidem; & indè poſtmodùm vſque ad Chriſtum Deum per Virginem Deiparam, recenſitione facili ſeriatim ducendâ Euangelico ductu. Cùm ergò fuerit Hiſtoriæ huius ſcribendæ ſcopus, in eius clauſulâ, ſeu poſtremis capitis 4. Verſiculis propoſitus, ſpeciatim deſcribere & promulgare Dauidis progenitores à Iudâ per Phares, & per Hic cap. 4. v. 22. Boozum ex Ruthâ vſque ad Dauidem ipſum, Hebræi regni patrem ac propagatorem; quò indè clarè conſtat Chriſti Dei per Virginem Matiam regalis ac Dauidica generosè proſapla; tametſi ſacri textûs litteralior expoſitio ad id non cogit; finis verò huius Hiſtoriæ ſcribendæ & prouulgandæ, & noſtrum erga B. Virginem ſtudium, exigere videntur, vt breui compendio exponatur, quo pacto à Dauide rege vſque ad Chriſtum Deum per Virginem Deiparam ducatur progenitorum ſeries; nequid aut litterali ſenſui, aut huius Hiſtoriæ fini, & ſcopo cælitus præfixo videatur deeſſe. Quin etiam & indè elucidabitur per quos generationum traduces, ſeu Ruthæ poſteros, Chriſtus Deus, & virgo Deiparâ origiuem à Ruthâ trahant, quod præſtatur num. 25. Ergò Chriſti Dei genealogiam per Mariam Deiparam ſeriatim ductam vſque ad regem Dauidem à Matthæo & Lucâ, nunc elucidare, & per quóſnam progenitores texenda ſit, ſummatim exponere, operæ pretium me facturum putaui, in hâc appendice non inidoneè, nec intempeſtiuè excurſione. Matthæus autem cap. 1. verſ. 16. à patriarchâ Abrahamo exorſus, ſic tandèm Deiparæ ac Chriſti proſapiam claudit: *Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus.* Matth. 1. Lucas verò cap. 3, à verſ. 23. ita ſcribit: *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui*, &c. Lucæ 3.

2. Exindè grauis in paucis, pariter & ardua quæſtio (imò plurium quæſtionum fœcunda matrix) diſcutienda nunc eſt, quæ olim & nunc doctiorum torſit ingenia, & multorum erudi-

Digitized by Google

tionem fatigauit, nempè cur genealogia Ioſephi deſcribatur à Matthæo cap. 1. & à Lucâ cap. 3. vt probetur Chriſtum eſſe Dauidis filium; cùm ſide certum ſit, Ioſephum non fuiſſe patrem naturalem Chriſti Dei, qui conceptus eſt de Spiritu-ſancto, & ex Mariâ Virgine natus: alioqui Chriſtiana œconomia prorſùs euerteretur. Quorsùm ergò Ioſephi, & non potiùs Mariæ genealogia ab Euangeliſtis texitur? Porrò Chriſtus Deus ſolius Mariæ eſt abſque humano patre filius; Ioſephi autem naturalis filius non eſt: quod vterque etiam Euágeliſta adteſtatur. Dein Matthæus & Lucas ſi mutuò conferantur, ſibi pugnantia, ſaltem parùm cohærentia ſcripſiſſe videntur, dum hanc genealogiam tradunt. Hinc ouant & triumphant Chriſtianæ fidei hoſtes, atque Euangelicæ veritati procaciter inſultant, eámque cõtumelioſo ore petulanter proculcant. Iudæi inquam, apud Hieronymum in Epiſtolam Paulli ad Titum, lib. 1. cap. 3. Iulianus Auguſtus apud Cyrillum Alex. lib. 8. Celſus apud Origenem lib. 2. contra ipſum. Fauſtus Manichæus apud Auguſtinum lib. 3. cap. 2. Retract. cap. 7. Anabaptiſtæ apud Sixtum Senenſ. lib. 7. Biblioth. Hæreſi 2. num. 11. Expedit ergò Hæreticos de victoriâ ſibi petulanter plaudentes compeſcere, & eorum ori impiè garrulo lupatum iniicere, quò eorum audacia inſultans hæretico priuilegio, inhibeatur Catholicæ veritatis dogmate explicatiùs tradito. Quâ ſuper re valdè olim ſudauit antiqua veterum Patrum ſapientia, ſudat & nunc recentior Interpretum peritia, omnigenâ litteraturâ, & argumentorum pondere ſtrenuè valida. Ego hîc pro Ruthâ Ruthæ adinſtar, mendicum faciam ſpicilegium; & ſi fortè quid fugerit ſollertes ſapientum meſſorum manus, in hunc manipulum colligam.

Status controuerſiæ proponitur, & Hæreticorũ argumenta.

S. Hierony. S. Cyrill. Alex. S. Auguſt. Sixtus Sen.

Variæ aliorum expoſitiones proponuntur, & rejiciuntur.

3. Primò nonnulli apud Nazianzenum, quem allegat S. Thomas 3. part. quæſt. 31. art. 8. in eâ referuntur fuiſſe ſententiâ, vt aſſererent, in genealogiarum lineâ Matthæi & Lucæ, nullam eſſe in perſonis differentiam, ſed tantùm in nominibus quibus ſignificantur, diſcrimen eſſe. Hæc opinatio meritò reiicitur; quia præterquàm quod Matthæus vſque ad Dauidem viginti octo perſonas numerat, Lucas verò quadraginta; à Matthæo Salomon Dauidi proximus inducitur, à Lucâ verò Nathan. Num Nathan & Salomon eadem eſt perſona? Fortè Salomon appellabatur Nathan, & è contrario? Nugæ. Nam Salomon & Nathan fuerunt diuerſi Dauidis filij, vt habetur 1. Paralip. 3. verſ. 5. Dein etſi veroſimile fuerit, aliquos ex vtrobique recenſitis fuiſſe binomines, omnes verò fuiſſe binomios, & Lucam prorſùs diuerſa nomina ſemper maluiſſe ad ſignificandum eundem hominem, incredibile planè videtur, ne dicam paradoxon. Prætereà inanis fuiſſet Lucæ labor in quærendis & ſcribendis duntaxat diuerſis hominum eorundem nominibus, quibus eadem genealogiæ linea texeretur: & qui eam non explicatiùs clararet, ſed æquiuocatione potiùs infuſcaret. Denique hæc ſententia non extricat difficultatem, quare inquam Ioſephi, non Mariæ Deiparæ genealogia texatur; imò illam potiùs auget, dum eandem bis repetit eorumdem hominum ſub diuerſis nominibus iteratione æquiuocè confuſaneâ.

S. Nazianz. S. Thomas.

Eadem genealogia non proponitur à Matthæo & Lucâ.

1. Paral. 3.

4. Secundò alij apud noſtrum Maldonatum in Matthæi cap. 1. exiſtimant, Matthæum veram Chriſti genealogiam ſecundùm carnem tradidiſſe; Lucam verò deſcripſiſſe ſpiritualem ipſius progeniem: & ideò omnes viros iuſtos poſuiſſe velut Chriſti patres, propter ſimilitudinem honeſtatis. Atqui in tantâ morum corruptelâ priſcæ illius ætatis, incredibile eſt omnes illos quadraginta viros à Lucâ recenſitos, fuiſſe ſanctitate præluſtres, neq; in ſacris Bibliis nominatiſſimos neque opinatiſſimos fuiſſe. Dein eccur Prophetas, & alios quos Scriptura de inſigni pietate laudat, non inibi retulit, ſi non habetur ratio generis, ſed pietatis? Imò quare S. Lucas à Dauide vſque ad Adamum, veros ſecundum carnem progenitores ibidèm numerat, de quorum pluribus præſertim ab Abrahamo vſque ad Noëmum conſtat Gentium idola coluiſſe? Denique inutilis prorſùs eſſet eiuſmodi genealogia ad probandum Ieſum-Chriſtum eſſe illum ipſum Meſſiam, à Prophetis olim promiſſum, & ab Hebræo populo auidè expectatum, qui fuit Euangeliſtarum ſcopus.

Maldonatus

Non recenſetur à Lucâ progenies ſpiritualis Chriſti Dei.

5. Tertio non deſunt alij, Salmerone referente tom. 3. Tract. 28. quit cenſuerunt, Lucam ſcripſiſſe Chriſti generationem (quam vocant) putatiuam, ſecundum Iudaici vulgi opinionem; quia dixit Euangeliſta, *Vt putabatur filius Ioſeph.* At vel Euangeliſta ſcribens ſecundùm Iudæi vulgi opinionem, veram Chriſti genealogiam ſcripſit, aut reuerà falſam? Si veram: adhuc ſtat inconcuſſum Hæreticorum argumentum expetens quare tanta ſit diſſonantia Euangeliſtarum in recenſendo catalogo progenitorum Chriſti? Item cur Ioſephi, qui pater naturalis Chriſti non eſt, & non potiùs Mariæ Deiparæ proſapia cenſetur? Quòd ſi falſa ſcripſit Euangeliſta; qui hoc dixerit, eiuſdem blaſphemiæ reus erit, ac Hæretici, quorum ſubdolis impiè argutiis ſatisfacere adnititur: erit enim ex Euangelio, & in Euangelio egregius mendaciorum vindex.

Salmeron. Luc. 3. v. 23.

Lucas non ſcripſit Chriſti genealogiam ſecundum vulgi opinionem.

6. Quartò S. Ambroſ. lib. 3. in Lucam. Hyppolitus martyr apud Nicephorũ lib. 1. Hiſtor. c. 3. Auguſtin. l. 2. de Conſ. Euang. c. 2. Iulianus Pomerius lib. 3. aduerſus Iudæos, Germanus Conſtantinopol. Apud Baronium in Apparatu ad ſuos annales Eccleſ. Hilarius in Matthæi cap. 1. putant Matthæum regale Chriſti genus deſcripſiſſe, Lucam verò ſacerdotale: & idcircò diuerſos à diuerſis Euangeliſtis recenſeri parentes. Verùm hæc expoſitio difficultatem non euacuat, ſcilicet cur Euangeliſtæ Ioſephi, & non potiùs Mariæ Deiparæ progeniem recenſeant: & quonam pacto ad Chriſtum per Mariam ſpectet regale genus à Matthæo, & ſacerdotale à Lucâ recenſitum? cùm Ioſephi genealogia vtrobiq; deſcribi videatur. Adhæc cùm Paullus negare videatur Chriſtum ex ſacerdotali tribu Leui traxiſſe originem, paſſim hæc doctrina reiicitur. Sic fatur Apoſtolus ad Hebræos. 7. v. 14. *Manifeſtum eſt enim quòd ex Iudâ ortus ſit Dominus noſter: in quâ tribu nihil de ſacerdotio Moyſes locutus eſt.* Conſulantur inibi Interpretes. Profectò ex eo quòd Lucæ 1. v. 36. B. Deipara dicitur Eliſabethæ cognata, & ipſa Eliſabetha de filiabus Aaron, non ſatis idoneè arguitur Aaronianum genus

S. Ambroſ. S. Hyppolit. Nicephor. S. Auguſtin. Iulian. Pom. Germ. Cõſt. Baronius. S. Hilarius.

In tribu Iudâ non in tribu Leui Chriſtus cenſendus eſt.

ad Hebræ. 7. Lucæ 1.

Digitized by Google

nus ad Deiparam pertinere. Ad vtriúſque enim cognationem ſat erat, quòd aliquis ex Aaronis familiâ, aliquam vxorem duxerit è tribu Iudâ, & Dauidis ac Deiparæ familiâ. Sicut enim Dauid duxit vxorem Michol ex tribu Beniamin; ſic etiam aliquis paternus auus Eliſabethæ quamuis ex tribu Leui, potuit ducere aliquam feminam non heredem paterni cenſus, ex tribu Iuda, quòd ſufficit ad cognationem. Neque enim vllus afferri poteſt Scripturæ locus vndè conſtet, Chriſtum genus ducere ad Aaronem, vt probat noſter

Toletus. Cardinalis Toletus in cap. 3 Lucæ, Annot. 58. Sat hæc ad cognationem Deiparæ ac Eliſabethæ: exactior enim tractatio aliùs loci & otij negotium eſt. Conſule Chriſtophorum de Caſtro, Titinum, Cornelium infrà allegandos.

Caſtro. Titinus. Cornelius.

7\. S. Auguſt.

Quintò S. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euang. cap. 3. & lib. 3. contra Fauſtum cap. 3. docet Iacobum, qui in Matthæi genealogiâ dicitur genuiſſe Ioſephum, eſſe illius patrem naturalem; & eundem Ioſephum Iacobi naturalem filium, & Virginis Deiparæ ſponſum, in genealogiâ Lucæ eſſe filium adoptiuum Heli; & ideo Heli proſapiam ibi recenſeri, & diuerſos progenitores numerari: Matthæus enim patres naturales Ioſephi recenſet; Lucas verò patres Heli, qui Ioſephum adoptauit. Verùm Auguſtinus ſubtili vir ingenio, & ingenuus veritatis amator, animaduertens filiationem hanc adoptiuam, ſeu per affectum, nihil conducere ad noſcendum alicuius genus, aut naturalem originem; atque adeò inſufficientem eſſe, vt Chriſtus ex eâ probetur filius Dauid, cui factæ erant promiſſiones de Meſſiâ ex eius ſemine futuro (ſicut inſufficienter probaretur genus Moyſis, ſi deſcriberetur genealogia filiæ Pharaonis, quæ illum adoptauit;) ideò lib. 2. Retract. cap. 7. hanc interpretationem meritò expunxit. Adde, gratis dici, & ſine vllâ ſcripturæ aut traditionis auctoritate, Heli adoptaſſe Ioſephum Mariæ ſponſum. Eſto, adoptatus ſit: adhuc vrget propoſita difficultas, imò augetur; quare vterque Euangeliſta non contentus naturalem Ioſephi genealogiam primò deſcripſiſſe addiderit etiam genealogiam adoptiuam; cùm Ioſephus non fuerit naturalis Chriſti parens, ſed duntaxat Deiparæ; & Euangeliſtæ intendant probare Chriſtum eſſe Dauidis ſobolem; quod per Mariam Deiparam, non per Ioſephum oſtendendum erat.

Ioſephus Deiparæ ſponſus, non fuit filius adoptiuus Heli.

S. Auguſt.

8\. M. Ant. Per.

Sextò Antonius Perez Benedictinus Vrgellenſis Epiſcopus, in Controuerſiis Catholicis in Matth. cap. 22. n. 15. cùm omnia aliorum placita hâc ſuper re ferè adprobaſſet; nulli tamen plenè acquieſcens, nouam viam, quam expreſsè apud neminem ſe vidiſſe teſtatur, ingredi putat. Aſſerit itaque, Matthæum lineam paternam Ioſephi texuiſſe; Lucam verò ipſius Ioſephi latus maternum deſcripſiſſe. Hanc tamen ſententiam expreſsè refert noſter Cardinalis Toletus, in Lucæ cap. 3. Annot. 56. & facilè refutat. Et S. Auguſtinus lib. 2. q.q. Euangelicarum cap. 5. tres ſolutiones refert, & ſecundo loco hiſce verbis præfata ſententia ſcribitur: *Aut vnus Euangeliſta patrem eius* (Ioſephi inquam, de quo loquitur.) *à quo genitus eſt, nominauit; alter verò vel auum maternum.* &c. Atqui hæc ſententia nec ipſi Auguſtino placuit, vt conſtat ex verbis, quæ mox ſubdit, & alibi perſæpè inculcat in lib. de Conſenſu Euang. & contra Fauſtum,

Toletus. S. Auguſt.

nempè ſatiùs eſſe hæc excogitare, quàm mendacij arguere Euangeliſtas. Et ſanè hæc interpretatio præterquàm quòd inutiliter his ducit genealogiæ lineam ad Ioſephum, qui non fuit naturalis Ieſu-Chriſti pater, & nec ſemel ad B. Virginem, quæ ſine viri operâ Chriſtum Deum verè ex ſuis viſceribus genuit (quod cum probro expetit Hæreticorum argumentum, & ipſa genealogiæ ratio) gratis etiam aſſumit, Heli eſſe auum maternum Ioſephi: cùm abſque vllâ Scripturâ, traditione aut auctoritate, id aſſerat præfatus auctor: idcóque duntaxat aſſeritur, quia id congruit ſemel arrepto propoſito: Sic etiam alia quæuis gratis aſſumi poſſent ad nutum Interpretis (dum fidei non repugnarent) quæ nimia foret Commentatoris licentia. Adde, ad rem noſcendi Chriſtum, qui eſt Euãgeliſtarum ſcopus, ſuperuacaneum eſſe, tradidiſſe, quinam fuerint Ioſephi aui materni. Rem adeò inutilem tam ſtudiosè intendit Lucas, vt per ſeptuaginta ſeptem generationes lineam maternam Ioſephi vſque ad Deum ipſum deducat? Quam ob rem Matthæus paternam Ioſephi lineam inducat, ſic torquet doctiorum ſapientiam, & fatigat induſtriam & maternum eiuſdem genus denuò ingerit? Crediderim hanc opinionem communi difficultati nouam difficultatem addere, non ſoluere.

Lucas nõ refert Ioſephi genealogiam ex materno latere.

Septimò receptiſſima ſententia eſt, quòd Lucas genealogiam texit legalis patris Ioſephi, putà Heli; Matthæus verò naturalis patris eiuſdem Ioſephi lineam, ſcilicet Iacobi. Aſſerit enim Iacobum hunc fuiſſe vterinum fratrem Heli, ex vnâ eâdemque matre, Ieſcâ inquam; quæ cùm ex Mathat genuiſſet Heli, iam vidua nupſerit Mathan, & procreauerit Iacobum. Cúmque Heli ſine prole obierit, ex præſcripto legis Deuteronomij 25. de ſuſcitando ſemine fratri defuncto, accepit vxorem illius frater vterinus Iacob, & ex eâ procreauit Ioſephum, naturalem ſuum, ſed defuncti Heli legalem filium. Sicut Boozus ex Ruthâ viduâ cognati ſui Mahalonis, procreauit Obed, naturalem ſuum, ſed legalem Mahalonis, filium. Ita Iulius Africanus apud Euſebium lib. 1. Hiſtoriæ cap. 6. & ipſe inibi Euſebius, Iuſtinus Martyr in lib. q.q. ad Orthodoxos q. 6. Damaſcenus lib. 4. cap. 15. Titus Boſtrenus, S. Nazianzenus in carmine de Chriſti genealogiâ, Nicephorus lib. 1. cap. 11. Theophylactus & Euthymius in Lucæ cap. 3. Ambroſius lib. 3. in Lucam, Hieronymus in Matthæi cap. 1. Auguſtinus lib. 2. Retract. cap. 5. & 16. Beda lib. 1. in Lucam cap. 10 Strabus in Gloſsâ, S. Thomas & Hugo in cap. 1. Matthæi, & ibi Abulenſis q. 27. P. Salmeron tom. 3. Tract. 28. in tertiâ teſſaradecade, Cardinalis Toletus in cap. 3. Lucæ Annot. 58. Maldonatus, & plures alij. Verùm hi auctores (vt benè arguit Cornelius in Lucæ cap. 3.) coguntur aſſerere, quòd Heli & Iacob fuerint fratres vterini duntaxat, quia ſcilicet habuerunt eandem matrem, putà Ieſcam: nam patres habuere diuerſos: pater enim Heli fuit *Mathat*, vt teſtatur Lucas: pater verò Iacob fuit *Mathan*, vt ait Matthæus; & reliqui omnes Iacobi & Heli aui, abaui, ataui, &c. & planè ſunt diuerſi apud Matthæum ab his, quos recenſet Lucas. Lex autem illa Deuteronomij præcipiens defuncto fratri ſine liberis ſemen ſuſcitare manifeſtè videtur agere de fratribus non vterinis, ſed de germanis fratribus eodem patre

9\.

Matthæus Ioſephi naturales patres Lucas, legales eiuſdem parentes recenſet.

Deuter. 25. v. 5.

Iulius Afric. Euſebius. S. Iuſtinus. S. Damaſcẽ. Titus Boſtr. S. Nazianz. Nicephorus. Theophil. Euthymius. S. Ambroſ. S. Hieron. S. Auguſtin. Beda. Strabus. S. Thomas. Hugo. Abulenſis. Salmeron. Toletus. Maldonat. Cornelius.

Impugnatur communis ſententia.

Digitized by Google

genitis. Hi enim duntaxat retinebant nomen, & hereditatem patris, qui erat finis à lege præſcriptus (Conſule hâc ſuper re,quæ ſuprà ſcripſimus ad cap. 1. verſ. 11. §. 3. num.44.) Hæc ratio, ſi penitiùs conſideretur, valdè robuſta eſt: nam vterini duntaxat filij, eiuſdem matris, quæ duobus diuerſæ familiæ viris ſucceſſiuè nupſit, minimè alteruter tenetur ſemê defuncto fratri ſuſcitare in ſuperſtite vxore:neque enim nomen ſuſcitat in hereditate,cui non cōpetit ius in hereditatem. Quare Ioſeph qui ex Euangelio Matthæi ſpectat ad naturalem patrem *Iacob*, & indè ad *Mathan*; quo pacto ex Lucâ ſpectabit ad *Heli* & indè ad *Mathat*, vt illius nomen excitet in hereditate, quia vterque ſcilicet *Mathat*, & *Mathan* Ieſcam habuit vxorem,ad qu..a hereditas non pertinebat; & *Mathan* & *Mathat* non ſint preſsè ex eâdem familiâ, quandoquidèm vſque ad Dauidem, diuerſos progenitores numerant. Adde communem etiam difficultatem, quòd vterque Euangeliſta genus exprimat non Mariæ, ſed Ioſephi, qui à paternitate naturali prorsùs ab vtróque ablegatur. Impugnatio huius ſententiæ ex dicendis pro noſtrâ, ampliùs elucidatur, & roboratur.

10\. *Cornelius.* Octauò quidam apud Cornelium in Lucæ cap. 3. verſ. 23. reſpondent, Euangeliſtam Lucam, quia ſcribebat Gentibus, eorum more genus proprium Ieſu Chriſti texere per Virginem Mariam, eius naturalem matrem, cuius maritus erat Ioſeph. Ioſeph ergò, aiunt, dicitur filius, id eſt gener Heli: Heli enim idem eſt cum Ioachim, qui fuit B. Virginis pater. At Matthæus, quia ſcribebat Iudæis, eorum more texuiſſe genus Chriſti per Ioſeph, qui fuit pater putatitius Chriſti. Verùm enimverò ex hâc ſecundâ parte huius ſentētiæ ſequitur, quòd genealogia quam texit Matthæus non pertineat ad Chriſtum,cùm ipſe Chriſtus verè non fuerit Ioſephi filius, ſed ſolius B. Virginis: ac proindè nec Chriſtus fuerit Dauidis filius per Salomonem, ſed per Nathan duntaxat: neque Euangeliſtam Matthæum ſteiſſe promiſſis; quādoquidèm in ſui Euangelij auſpicio dixit: *Liber generationis Ieſu-Chriſti*, quam in hâc ſententiâ non ſcripſit, ſed Ioſephi duntaxat. Ceterùm quod ait in primâ parte, Euangeliſtam Lucam texere Mariæ Deiparæ genealogiam, per eius patrem *Heli*, ſeu Ioachim, & indè naturales Chriſti auos, infrà aſtruetur num. 12. &c. etſi minùs placeat in eo quod aſſerit, *Heli* ſeu Ioachimum dici Ioſephi patrem, quia eius erat ſocer; cùm ſocer generi ſui pater communiter appelletur: id autem valdè impropriè dicitur, neque neceſsè eſt nobiſcum cenſentes, ad id aſſerendum compelli, vt ex dicendis conſtabit.

Proponitur 1 & ex parte reiicitur octaua ſententia.

Matth. 1. v. 1.

11\. *Lucas Brux. S. Thomas.* Nonò Franciſcus Lucas Bruxenſis in Matthæi cap. 1. pro ſe allegans S. Thomam 3. p. qu. 31. art. 3. ad 2. cenſet in Ieſu-Chriſti genealogiâ apud Matthæum tradi Deiparæ Mariæ paternam progeniem per Heli, ſeu Ioachim, naturalem Virginis patrem; per quem à Dauide & Salomone per lineam virilem neceſsè erat iuxta promiſſiones, vt Deipara Maria, & eius naturalis filius Chriſtus Deus deſcenderent: Lucam verò per Annam Deiparæ matrem, texuiſſe eiuſdem Virginis maternam progeniem. Perplacet in hoc Auctore, quòd vterque Euangeliſta paternum atque maternum Mariæ Deiparæ genus deſcribat, quod res ipſa videtur exigere: nam quorsùm Ioſephi genealogia vtrobique texeretur, dum Chriſti (cuius pater naturalis non fuit) ab Euangeliſtis genealogia foret deſcribenda, quæ niſi per Mariam, vt pote Virginem,deſcribi non poterat? Minùs autem placet in hoc auctore, quòd paterna Deiparæ linea per Heli ſeu Ioachim tradatur à Matthæo, potius quàm à Lucâ; qui *Heli* ſeu Ioachimi expreſsè meminit. Vndè multa ſupplet, & de ſuo addit: atque ſic accipit & exponit illa Matthæi verba: *Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus*, vt tantundem valeat ac ſi diceret: *Matham autem genuit Ioachim, Ioachim autem genuit Mariam, de quâ natus eſt Ieſus*. Quod quis non videat quàm ſit violentum? Hæc doctrina ex infrà dicendis explicatiùs intelligetur.

Sententia Lucæ Brux. ex parte placet; & quâ ex parte diſplicеat.

Lucæ 3.

Matth. 1. v. 15. & 16.

Veroſimilior ſententia proponitur, ac declaratur, & ab aduerſariorum machinis defenditur.

Apprimè videretur vtérque Euangeliſta concordare, nec iteratò inculcaſſe ſuperuacuè Ioſephi genealogiam, non valdè ſcitu neceſſariam; ſi dicatur,Matthæum deſcripſiſſe Ioſephi genealogiam per Iacobum naturalem ipſius Ioſephi patrem, qui fuit frater B. Annæ; hæc autem fuit huius Iacobi ſoror, & Virginis Deiparæ mater: exindè Euangeliſtam Matthæum texuiſſe lineam maternam Deiparæ Mariæ per B. Annam: Lucam verò ipſius Deiparæ paternum latus per Heli ſeu Ioachim eiuſdem B. Virginis patrem. Porrò mirari quis poſſet, nullam in ſacris Scripturis fieri mentionem vllius ex parentibus Mariæ Virginis, cùm expreſſa fiat parentum Ioannis Baptiſtæ,& paſſim aliorum, quorum notitia non tam erat neceſſaria, ſicut erat notio parentum B. Deiparæ, ex quorum notitiâ vnicè pendet notitia genealogiæ Chriſti Dei. Itaque hæc opinio ore tenùs ſpecioſa omnibus viſa eſt,ſi autem penitiùs inſpiciatur, planè ſpecioſior apparebit. Et quidèm quo ad hiſtoriam attinet, nempè Iacobum Ioſephi patrem, & Annam Deiparæ matrem fuiſſe fratres, & naturales filios Mathan, infrà adſtruetur num. 17. Quòd verò *Heli* à Lucâ recenſitus, ſit Ioachim Deiparæ pater, infrà num. 14. commodiùs etiam tradetur. Probatur hæc ſententia, quia niſi Matthæus & Lucas deſcribant Mariæ Deiparæ genealogiam, & indè Chriſti progenitores, fruſtrà genealogiam texunt; Chriſti autem proſapiam videtur Matthæus promiſiſſe, aiens, *Liber generationis Ieſu-Chriſti*, &c. Et Lucas etiam, qui præmittens Ieſum eſſe Ioſephi filium putatitium, non Ieſu, ſed Ioſephi texeret progeniem. Quorsùm eius deſcriberetur exactior genealogiâ, quem à naturali paternitate vterque Euangeliſta expreſsè (vt par eſt) relegauerat? Quorsùm ad rem genealogiæ Chriſti Dei,vt probetur filius Dauidis, & Meſſias Iudæis promiſſus; Ioſephi non parentis adoptiua, aut legalis proſapia? Itaque omnia eleganter conſtant in hâc ſententiâ, ſi tamen non minùs luculenter fiat ſatis argumentis, quibus illam aduerſarij fruſtrà quatiunt. Illa ſeriatim proponenda ſunt, & pro virili ſoluenda; nam illorum enim ſolutione validum noſtræ opinioni firmamentum extruere molimur. Neque enim 12.

Vera ſententia proponitur, & ſummatim comprobatur.

Digitized by Google

enim duntaxat aduerſa tela excutere, ſed eorum excuſſione aduerſarium ferire adnitimur.

13. Toletus.

Primò Cardinalis Toletus in cap. 3 Lucæ, Annot. 57. ait hanc opinionem ſibi videri improbabilem, & quia nemo antiquorum eam ſequitur; & quia confundit *Ioachim* patrem B. Virginis cum *Heli*, cùm ſint diuerſiſſima. Primum argumentum, quod auctoritatem in noſtrâ ſententiâ deſiderat, dum ſoluitur, ea validè ab auctoritate roboratur, ne illi auctorum deſit ſuffragium. Et quidèm hæc noſtra ſententia docens, Lucam texere genealogiam Chriſti per auum eius *Heli*, ſeu Ioachim maritum S. Annæ & patrem B. Virginis, plures, ipſóſque locupletes auctores numerat. Ita S. Auguſtinus, Dionyſius Carthuſianus, Caietanus, Ianſenius, Palacios, Gagneius, Galatinus, Driedo, Caniſius, Melchior Cano, Dominicus Soto, quos allegat, & ſequitur noſter Suarez 3. par. quæſt. 27. art. 2. Diſp. 3. ſect. 2. Damaſcenus lib. 4. cap. 15. eam non leuiter inſinuat, etſi non expreſsè tradat, tradit autem Auctor libri de ortu B. Virginis, qui S. Hieronymo adſcribitur. Citatur à P. Salmerone tom. 3. Tract. 28. Lyra in Lucæ cap. 3. Annius Viterbienſis in Commentariis Philonis, Ioannes Lucidus: & apud Baronium in Apparatu n. 34. Georgius Vicelius: Palacios priori tom. in Matthæum ad verſ. 16. allegat pro eâ Ioannem Trejo, & alios, Antonius Perez Benedictinus in Matthæum cap. 22 num. 8. aſſerit eſſe veroſimilem. Maldonatus ait eſſe cuiuſdam viri doctiſſimi ſuæ ætatis, quem non nominat. Eam disertè tenet Sanctius in Commentariis in Iudith ad cap. 4. num. 7. Barradas tom. 1. lib. 5. cap. 30. qui allegat etiam Genebrardum. Eam etiam amplectitur Chriſtophorus de Caſtro in lib. de B. Virgine, cap. 1. Cornelius à Lapide in Lucæ c. 3. verſ. 23. noſter Hieronym. de Gueuara in Commentariis ad litteram & ad mores pereruditis, in Matthæi cap. 1. tom. 1. ad verſ. 16. num. 14. & Iacobus Tirinus, & Franciſcus Lucas Bruxenſis inibi, & in Lucæ cap. 3. Tandem Dominus D. Franciſcus de Mendoza Aragoniæ Almirarius, Epiſcopus Seguntinus in libello, quem de Chriſti genealogiâ, conſultis totius Hiſpaniæ eruditiſſimis viris, ſcripſit, cuius auctographa olim videre licuit; & eodem auctore huius Ieſuanæ genealogiæ arbor graphicè deſcripta, in quâ id luculenter digeritur, apud me eſt. Non ergò eſt improbabilis hæc ſententia, vt potè Doctorum auctoritate minimè viduata: imò à tot ſapientiæ Procerum auctoritate, auctoritatem fœnerat perilluſtrem.

Auctoritate fulcitur noſtra ſententia. — S. Auguſtin. Carthuſian. Caietanus. Ianſenius. Palacios. Gagneius. Galatinus. Driedo. Caniſius. Canus. Dom. Sotus. Suarez. S. Damaſce. Pſeudo-Hieronym. Lyranus. Annius Vit. Ioan. Lucid. Vicelius. Ioan. Trejo. Anto. Perez. Anonymus apud Maldonatum. Sanctius. Barradas. Genebrard. Caſtro. Cornelius. Gueuara. Tirinus. Lucas Brux. Almirarius Aragoniæ.

14. Toletus. Salmeron. Maldonat.

Secundò idem Toletus, Salmeron, & Maldonatus, nimis arduum putant, *Heli* poſitum à Lucâ, idem eſſe ac Ioachim B. Deiparæ patrem cùm ſint nomina diuerſiſſima. Ego verò ſeriò cenſeo ipſiſſimum eſſe nomen, & miror in re Biblicâ eruditiſſimos viros id latuiſſe. Et quidèm in Menologio Græcorum idem nomen reputatur, *Ioachim*, *Heliachim*, & *Heli*, vt docet Iacobus Tirinus. Tum etiam apud Syros, vt tradit Philo in Breuiario de Temporibus, & Rabbinorum eruditiſſimi quique apud Galatinum lib. 7. cap. 12. Idem docet Franciſcus Lucas Bruxenſis in Matthæi cap. 1. & Lucæ cap. 3. & ibidèm Cornelius, Barradas tom. 1. lib. 5. cap. 30. & Sanctius in caput illud 4. Iudith: quod dilucidè probat vir in paucis eruditus, diligens & attentus Scripturarũ obſeruator. Porrò *Heliachim* nomen eſt compoſitum ex *Heli* & *Ioachim*, & ne duriuſculè pronuncietur, per apocopen eliditur media ſyllaba Io: quod ſæpè experimur in nominibus compoſitis. Vndè non profertur *Helioachim*, ſed *Heliachim*. Quia verò familiare eſt omnibus linguis nomina compoſita diſſoluere, & ſæpè vſurpare alterutram partem: indè fit, vt qui appellatur *Heliachim*, aliquandò nominetur *Heli*, aliquandò verò *Ioachim* Sic *Ioakim* rex Iuda vocatur *Eliakim* 4. Regum 23. verſ. 34. & 2. Paralip. 36. verſ 4. Et in libro Iudith (vt olim inibi obſeruabamus) Hebræorum Pontifex, qui cap. 3. verſ. 5. & 11. dicitur *Heliachim*, mox c. 15. verſ. 9. *Ioachim* nominatur. Indubium autem eſt in perbreui illo obſidionis tempore, eundem eſſe Pontificem Iudæorum, qui priùs appellabatur *Heliachim*, & paullò poſt *Ioachim* nominatur. Potuit etiam *Heli* vocari, ſi acciperetur prius nomen, quod conflat integrum nomen compoſitum *Heli-achim*. Addit ex Rabbinis & Hilario Cornelius, quòd ſicut *Iehoua* vel *Ia* in *Ioachim* eſt nomen Dei, ſic & *El* eſt nomen Dei in *Eliachim*. Vndè conſtat *Ioachim*, qui communiter dicitur pater B. Virginis, rectè appellatum fuiſſe ab Euangeliſtâ Lucâ, *Heli*. Conſulantur hâc ſuper re Sanctius, Cornelius, & Tirinus nuper laudati. Ecce tibi quàm ſit plumbea ratio, quæ noſtram ſententiam exarmare, & improbabilitatis damnare nitebatur.

Menologiũ. Tirinus. Philo. Rabbini. Galatinus. Lucas Brux. Cornelius. Barradas. Sanctius.

Heliachim, Ioachim, & Heli, vnum eſt nomen. quare? — 4 Reg. 23. 2. Paral. 36. Iudith 3. & 15. — Rabbini. Hilarius. Cornelius.

Tertiò validius argumentum contorquet noſter Maldonatus, nempè vix (inquit) poſſe congruè aptari ad contextum Lucæ, ſubtilitatem illam, quâ vir quidam noſtræ ætatis ſanè perquameruditus ſcribit, cùm Lucas dicit: *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli*, &c. relatiuum, *qui*, non ad *Ioſephum*, qui proximè præceſſit, ſed ad *Ieſum* eſſe referendum: vt ſenſus ſit: Qui *Ieſus* fuit filius, ideſt, nepos *Heli*. *Quod ſi verum eſſet, nullus quæſtioni locus relinqueretur*: ſed quis non videt eſſe coactum? Hactenùs noſter Maldonatus. Ergò ſi oſtèdatur non eſſe coactum ſenſum, ſed facilem, genuinum, & Scripturis familiarem, *nullus quæſtioni locus relinquitur* (quidè amplector validi aduerſarij è peruerſo ſuffragium) Age dum, & primùm liquidò conſtet ſaltem non ſine præuiâ auctoritate ſic Lucæ locum exponi: nam ita eum interpretatur Auguſtinus (aut quiſquis eſt auctor qq. Veteris ac noui Teſtamenti; puto eſſe Hilarium Romanum) q. 56. poſt medium; ita etiam Sanctius, Cornelius, Barradas, Aragoniæ Almirarius, re conſultâ, & adprobatâ à ſapientiæ proceribus, & vir ille perquameruditus, quem ſuppreſſo nomine ipſe Maldonatus allegat. Quod verò relatiuum *qui* poſſit appellare non ſuprà immediatum ſuppoſitum *Ioſeph*, ſed ſuprà remotum *Ieſum*, ſuaderi poteſt ex Iudith 8. verſ. 1. vbi ſic refertur Iudithæ genealogia: *Cùm audiſſet hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox.*, &c. *filij Salathiël, filij Simeon, filij Ruben.* Porrò cùm in confeſſo ſit, Iuditham fuiſſe ex tribu Simeon, vt ipſa aſſerit cap. 9. & Simeonem non eſſe filium, ſed fratrem Ruben, docet ibi Dionyſius Carthuſianus, cui & nos ſubſcripſimus (ne videretur Vulgatus corrigendus) τò *filij*, cùm dicitur, *Filij Ruben*, non appellare ſuprà *Simeonem*, qui proximè præceſſit, ſed ſuprà *Salathiël*, qui remotè

15. Maldon. in Matth. c. 1. — Luc. 3. v. 23. — Pſeudo-Auguſtin. — Sanctius. Cornelius. Barradas. Almirarius. Anonym. apud Maldonatum. — Iudith 8. v 1. — Iudith 9. Carthuſian. Auctor.

Digitized by Google

Pronomen non refertur hic ad immediatum ſuppoſitum

anteceſſerat: quò innuatur *Salathièlem* Iudithæ auum, ex latere materno genus ducere ad *Ruben*, quæ eſt magna laus generis Iudithæ, quæ paternum genus ducit ad Simeonem, maternum verò ad Ruben, duos ſcilicet primarios Iacobææ familiæ principes. Sic inpræſentiarum de B Virgine, quæ ex paterno latere per Ioachim ſeu *Heli* ad Nathan originem ducit; ex materno autem per B. Annam. ad Salomonem: & ex vtróque ad Dauidem. Prætereà Matthæi 1. v. 1. dicitur: *Liber generationis Ieſu-Chriſti, filij Dauid, filij Abraham*: & tamen ipſe inibi Maldonatus fatetur, quòd *plerique* cenſent, ſecundum genitiuum *filij*, non ad *Dauidem* immediatum, ſed ad *Ieſum Chriſtum*, qui remotè præceſſerat, referendum: quam aſſerit eſſe expreſſam Hieronymi interpretationem, ita vt ſenſus ſit: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham*; non vt Dauid dicatur hîc *filius* Abrahæ, ſed Ieſus Chriſtus, qui remotè præceſſerat. Fruſtrà ergo Maldonatus noſtram ſententiam culpat, cuius ſimile, & à *pleriſque*, & à S. Hieronymo tradi fatetur. Ergò cùm à S. Lucâ dicatur de *Ieſu, qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, tò qui*, idoneè appellabit, non ſupra immediatum *Ioſeph*, ſed ſupra mediatum *Ieſu*. Addit Cornelius ibi, quòd pronomen *qui* ex Græco planè refertur ad *Ieſu*. Quaſi dicat: Ieſus fuit filius, id eſt, nepos *Heli* ſeu Ioachim, quia ex eo quaſi auo per B. Virginem quaſi matrem progenitus eſt. Cùm enim Lucas præmiſiſſet, Ioſeph non eſſe verum patrem Chriſti ſed tantùm putatiuum (*qui putabatur filius Ioſeph*) non erat ratio cur Ioſephi genealogiam ſtatim ſubiungeret, ſed potiùs proſapiam B. Virginis & Chriſti ſecundùm carnem. Hanc enim ſcribere intendit Lucas æquè ac Matthæus, atque hic eſt finis ac ſcopus vtriuſque.

Matthæi 1. v. 1. Maldonat. S. Hierony. Cornelius. Græcus. Lucæ 3. v. 23.

16. Quartò huic ſententiæ refragari videtur decantatiſſimũ illud proloquium Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Damaſceni, & Theophilacti, quibus reliqui propè ancillantur? nempè moris non eſſe Scripturarum genealogias mulierum texere: ergò nec Lucæ 3. nec Matthæi 1. B. Virginis texitur genealogia. At Iudith 8. v. 1. huius inclytæ Heroïdis proſapia deſcribitur: & 1. Paralip. 2. v. 16. Saruiæ progenies habetur. Præterquàm quòd cùm Chriſti Dei generatio ſingularis fuerit, ex Virgine matre abſque vllâ humani patris operâ, non ſatis idoneè adduci videntur in exemplum, reliquæ generationes ceterorum hominum. Ergò cùm Chriſtus Deus naturalem patrem in terris non habuerit, ſed matrem Virginem, æquum erat, vt dum ſcribitur eius humana generatio, progenitores Deiparæ deſcriberentur, Fateor, rarò in Scripturis mulierum genealogias texi, cùm rarò neceſſitas occurrat mulierum, perſæpè autem virorum in genealogiis deſcribendorum: à viris enim cenſus eſt nobilitatis, ac familiæ. At cùm ſcribitur mulierum proſapia, non per mulieres, ſed per viros deſcribitur (vt P. Salmeron peritè ad rem notauit) quia vir dat nomen generi, & familiæ ſtemma. Vndè ſicut Iudithæ olim, ſic & nunc Deiparæ proſapia, & ſcribitur, & per viros deſcribitur. Conſule quæ hâc ſuper re ſcribimus infrà n. 21. vbi hoc aſſumptum elucidatur.

S. Hierony. S. Ambroſ. S. Auguſtin. S. Damaſcén. Theophyl. Lucæ 3. Matthæi 1. Iudith. 8 v. 1. 1 Paralip. 2. *An ſcribatur in Bibliis mulierum genealogia.* Salmeron 3.

17. Quintò robuſtum iaculum putat in hanc ſententiam contorquere M. Antonius Perez Benedictinus, dum ſic arguit cap. illo 22. n. 4. In hâc ſententiâ Matthæus expreſsè recenſet genealogiam Ioſephi Lucas verò Mariæ Deiparæ genealogiam per *Heli* ſeu Ioachimum eius naturalem patrem: ergò Maria non deſcendit à Dauide per Salomonem: quod *pluſquam falſum* cenſet. Sed age examinemus vim huius argumenti, quod nos adigit, vt aliquid pluſquam falſum aſſeramus. Et in primis Pſeudophilo in chronico ſuo, quem ſequuntur Ioannes Annius Viterbienſis, & Ioannes Lucidus, Ioannes Driedo, Georgius Vicelius. Petrus Irouzquus' Claud. Guillandus apud Salmeronem tom. 3. Tract. 27. Teſſerad. 2. cenſent ſtirpem Regiam Salomonis ſuccisam in Ochoziâ rege, & ab eo cœpiſſe lineam Nathan. Saltem Salomonis lineam in Iechoniâ ſeu Salathiële, aut Zorobabele exciſam fuiſſe, affirmat Ianſenius, & ex Irenæo Cardinalis Toletus, in Lucæ cap. 3. Annot. 58. & ita interpretatur illud Ieremiæ 22. v. 30. vbi dicitur de Iechoniæ ſemine neminem ſuſcitandum, qui ſedeat in Dauidis ſolio. Non ibo inficias, me oppoſitam ſententiam quaſi probabiliorem & communiorem tradidiſſe in Matthæi cap. 1. & Lucæ cap. 3. ſed non adducat, vt S. Irenæi, Cardinalis Toleti, Ianſenij, & aliorum opinionem *pluſquam falſam* appellem. Sed demus gratis Perezio id fore *pluſquàm falſum*; nunc autem reſtat probare id deduci ex noſtrâ ſententiâ, in quâ affirmamus, Ioſephum & B. Virginem fratrueles aut conſobrinos eſſe, vt potè naturales Mathani nepotes, Ioſephus enim per Iacobum Mathani filium, & B. Virgo per Annam eiuſdem Mathani filiam, & germanam Iacobi ſororem, prognati ſunt. Ergò ex noſtrâ ſententia Virgo Deipara & indè Chriſtus Deus, ex genealogiâ Matthæi, deſcendit à Dauide per Salomonem. Quod autem Mathan genuerit Iacobum Ioſephi patrem, & Annam *Heli* ſeu Ioachimi vxorem (vt interim omittam Sobe, ex quâ Eliſabetha, & indè Ioannes Baptiſta) tradit Cornelius, & pro ſe allegat Menæum, id eſt, officium Eccleſiaſticum Græcorum die octauâ Septembris, Lyranum, & Caietanum, Ioannem Annium, Ioannem Lucidum, Petrum Galatinum, & alios. Et S. Hippolytus Epiſcopus Portuenſis & Martyr apud Nicephorum lib. 2. cap. 3. affirmat B. Annam Virginis Deiparæ matrem, eſſe filiam Nathan, & Sororem Iacobi. Ergò Virgo Deipara per latus maternum deſcendit ex Dauide per Salomonem. Denique hæc doctrina ex iam iam dicendis ampliùs elucidatur.

Antonius Perez. Philo. Annius. Lucidus. Driedo. Vicelius. Irouzquus Guillandus. Salmeron. *An B. Virgo deſcendat à Dauide per Salomonem.* Ianſenius. S. Irenæus. Toletus. Ieremiæ 22. *Iacobus Ioſephi pater, & Anna Deipara mater erãt fratres, Mathani filij.* Cornelius. Menæum. Lyranus. Caietanus. Annius. Lucidus. Galatius. S Hipolyt. Nicephorus.

18. Sextò Fraciſcus Lucas Bruxenſis in Matthæi cap. 1. v. 16. ſeriò adnititur probare, Virginem Deiparam non per maternam Annæ lineam, ſed per paternum *Heli* ſeu Ioachimi latus, deſcendere ex Dauide per Salomonem, & reliquos exinceps Reges. Non enim veroſimile putat, quòd vbi vir & femina concurrere habebant, magnificas illas promiſſiones Dauidi factas, præſtitas eſſe per feminam, interruptâ lineâ virili. Et certè ex Regibus illis, Dauidis filiis ac nepotibus, ordine à Matthæo recenſitis,, qui rectâ lineâ, longâque ſerie, citra interruptionem, ſe ſe mutuò in regnum Iuda, Deo prouidente fuerant ſecuti, ſemper fuit Chriſtus expectatus. Quare Ambroſius ſub finem libri 3. in Lucam, & Hieronymus ac Theodoretus in Ieremiæ cap. 22. S. Thomas 3. p. q. 31. ar. 3. ad ſecundum & S. Bernardus Serm. de verbis Apocalyp. *Signum magnum*

Lucas Bruxenſ. S. Ambroſ. S. Hierony. Theodoret. S. Thomas. S. Bernard. Lucas Brux.

Digitized by Google

magnum, &c. docent, Chriſtum è Regibus trahere originem. Addit Bruxenſis in Matthæi c. 1. verſ. 8. plura loca ex lib. Regum, Paralip. & Pſalm. petita; quæ ſi penitiùs inſpiciantur, regnum potiùs Salomoni pollicentur. Profectò ex Scripturis tantùm conſtat futurum Meſſiam ex ſemine Dauidis ſecundum carnem; quod impletum eſt, cùm Virgo Deipara ex Dauide per Nathan eius filium, virilem trahat originem; originem autem maternam per Salomonem perenni ductu omnium Iudæ Regum, vſque ad Salathiëlem, & indè tandèm ad Mathan Annæ patrem, Mariæ Deiparæ auum, abauum Chriſti Dei: quod ſatis eſt vt regali progenie B. Virgo dicatur orta, cùm è tot Regibus originem trahat. Ceterùm Chriſtus regali Dauidis progenie ortus dicitur, & accepturus ſedem Dauid patris eius, & regnaturus in domo Iacob in æternum; & tamen per Deiparam, feminam inquam, atque adeò iudaici regni minimè heredem, à Regibus progenitus eſt; quin id obſtet vt regali ex progenie ortus dicatur: ergò neque Mariæ eius matri id obſtare eualet. Vndè conſtat, quòd etiã ſi promiſſiones Dauidi factę de Meſſiâ futuro ex eius ſemine, per Salomonẽ duntaxat implendæ forent, neceſſarium non eſſe vt per lineam virilem Deipara ab illo deſcenderet: ſicut neceſſariũ non fuit, quod ipſe Chriſtus qui promiſſus erat per lineam virilẽ à Dauide ac ceteris ſeriatim regibus deſcenderet. Satis enim erat ad filiationẽ ex Dauide, & regium Chriſti ſtẽma, vt à Dauide ac reliquis ſucceſſiuè Regibus, & Regum liberis deſcenderet, ininterruptâ generationis ſerie vſq; ad Mathan, Virginis Deiparæ auũ, & Chriſti abauum. Quod ex doctrinâ mox ſubiiciẽdâ amplius elucidabitur.

Quare Chriſtus, & Deipara dicuntur regali ex progenie orti?

19. Septimò obiicitur argumentum, quod aduerſus omnium ſentẽtias militat. (Hæc argumenta quæ contra omnium ſententiam militant, validiora ſunt, quàm quæ noſtram ſententiam labefactare conantur, quod maximè notandum eſt.) nempè cur Matthæus texit genus potiùs Ioſephi, quàm B. Mariæ, cùm ex hâc ſolâ, vt potè virgine, natus ſit Chriſtus? Reſpondet Franciſcus Lucas Bruxenſis, & noſter Cornelius, qui allegat alios, quorum nomina ſilet; ideò potiùs deſcribi Ioſephi, quàm Deiparæ genealogiam, quia Ioſeph, etſi non naturalis, fuit tamen verus ac legitimus Chriſti pater: ac per Ioſephum non per Mariam, Chriſtus fuit heres ſceptri ac ſolij Dauidis, provt Deus Dauidi promiſerat, 2. Reg. 7. v. 12. Pſalm. 88. & 131. & rursùm 3. Reg. 9. verſ. 5. ſceptrum ergò Iuda, non tantùm ex Dei promiſſione & donatione, ſed hereditario ſucceſſionis iure, per Ioſeph deuenit ad Ieſum-Chriſtum. Si enim iure communi in hereditatem ſuccedunt filij, qui duntaxat per publicam famam cenſentur filij; item illi qui à parentibus adoptantur, quantò magis Chriſtus ſucceſſit Ioſepho patri ſuo, vt potè natus ex eius coniuge, virtute & dono Spiritus-ſancti: quare ſicut Ioſeph habebat in Chriſtum ius paternum, putà omnia iura quæ habent patres in filios; ſic viciſſim Chriſtus habebat erga Ioſephum ius filiale, ſcilicet omnia iura quæ habebant filij reſpectu parentum, ac conſequenter ius quoque regni Iudaici poſt mortem Ioſephi. Vndè Matthæi 2. verſ. 2. aiunt Magi: *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum?* quod cùm demonſtrare vellet Euangeliſta Matthæus, qui (vt ait Auguſtinus) præ ceteris Euangeliſtis regiam Chriſti dignitatem perſequitur; idcircò illi fuit genealogia Ioſephi texenda, non B. Virginis, vt potè quæ viris ſuperſtitibus (qualis erat Ioſeph) ex Dauide, & Regibus prognatis, regni heres eſſe non poterat. Vnde conſequenter dicendum eſt Ioſephi patrem & auos fuiſſe primogenitos, aut maximos natu, vt ius regni ad eos deuolueretur, Deo ſcilicet ita ordinante, ſicut idem ordinauit vt Roboam, Aſâ, Ioſaphat, ceterique Dauidis poſteri vſque ad Iechoniam eſſent primogeniti; ex iiſque Chriſtus naſceretur, itáque fieret ſolij Dauidis legitimus heres. Hùc enim ordinauit, aptéque diſpoſuit Deus omnes háſce generationes, vti & cetera omnia, ad maiorem ſcilicet Chriſti gloriam, ac regni ius, regiámque eius dignitatem. Hactenùs ex Bruxenſi Cornelius, qui hanc Chriſti Dei filiationem legitimam adſpectu ad Ioſephum, multis probat; & nos in Commentariis in Eſther §. 394. pluribus adprobauimus, & plura in oppoſitum argumenta ſoluimus. Exindè veroſimile eſt, Chriſtum Deum, etſi non naturalem, legitimum tamen ac verum Ioſephi filium, habuiſſe ius ad paternam hereditatem, atque adeò ad regnum, cuius poſſidendi legitimũ ius haberet Ioſephus. Hoc autem Ioſephi ius ad regnum Iudaicum, forſan nimis piè à Cornel. adſtruitur, dubiè nimis à Lucâ Bruxenſi probatur. Porrò licèt ex Galatino l. 4. c. 6. & Ioſepho l. 15. Antiq. c. 1. & l. 14. c. 17. conſtet plurimos è regio Dauidis ſemine occiſos, ne regno potirẽtur; nimis tamen ambiguum eſt, Ioſephum duntaxat ſuperſtitem relictum, ad quem ius regni primò deuolueretur. Quod ſiquis blandæ pietatis, citiùs quàm rigidæ veritatis riualis, id veroſimilius cenſere malit per me impunè poterit. Nolo autem ſuper re adeò ambiguâ, argumenti difficilis ſolutionem fundare.

Lucas Brux. Cornelius.

2. Reg. 7. Pſal. 88. & 131. 3. Reg. 9.

Matt. 2. v. 2.

S. Auguſtin.

Chriſtus etſi non naturalis, legitimus tamen Ioſephi filius dicitur: & inde regni Iudaici heres.

Galatin. Ioſephus.

20. Ergò redeat iterùm præſcriptum argumentum; quare ſcilicet Matthæus Ioſephi potiùs, quàm Virginis genealogiam deſcripſerit. Nam cùm ex ipſo etiam Matthæo conſtet, Ioſephum non eſſe Chriſti patrem aut extra rem eius proſapiam texit, aut naturalem Chriſti patrem videtur conſtituere, vt Hæretici ogganiunt. Imo nec videtur ſibi conſtare, dum promittens deſcribere Chriſti genealogiam (*Liber generationis Ieſu-Chriſti*) non tam Deiparæ Virginis, atque adeò vnicè parentis quam Ioſephi non patris naturalis progeniem retexit. Reſpondent plures, noto Ioſephi genere, de Mariæ quoque familiâ conſtare: fuit enim hæc vnica, ideò heres, atque ex lege intra familiam nubere debuit. Verùm Numerorum 36. verſ. 6. ita hæc quæſtio à Moyſe deciditur ſuper filiabus Salphaad: ***Nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ tribus hominibus.*** Maldonatus & alij, non ad ſolas tribus, ſed etiam ad familias reſtringunt, quia eadem eſt cauſſa non mutandarum poſſeſſionum de tribu in tribum, ac de familiâ in familiam. At plena de illo iure diſputatio ad librum Numerorum pertinet. Et Salmeron & alij negant, feminas paterni cenſus heredes, lege teneri intra familias nubere. Sed eſtò, femina heres Moſaicâ lege teneatur ex eâdem familia virũ eligere; tamen *τὸ familia* latiſſimè patet, vt conſtat ex Lucæ 2. verſ. 4. vbi dicitur Ioſephũ è Nazareth in Bethlehem aſcendiſſe cum Mariâ vxore, *eò quòd eſſet de domo & familiâ Dauid.* Ecce *familia* Dauidis

Matt. 1. v. 1.

Num. 36.

Maldonatus

Salmeron.

Lucæ 2. v. 4. *Femina heres non tenebatur nubere propinquiori ex ſuâ familiâ.*

Digitized by Google

Pronomen non refertur hic ad immediatum ſuppoſitum
anteceſſerat : quò innuatur *Salathièlem* Iudithæ
auum, ex latere materno genus ducere ad *Ruben*,
quæ eſt magna laus generis Iudithæ, quæ paternum
genus ducit ad Simeonem, maternum
verò ad Ruben, duos ſcilicet primarios Iacobææ
familiæ principes. Sic inpræſentiarum de B Virgine,
quæ ex paterno latere per Ioachim ſeu *Heli*
ad Nathan originem ducit ; ex materno autem
per B. Annam. ad Salomonem : & ex vtróque ad
Matthæi 1. v. 1. Dauidem. Prætereà Matthæi 1. v.1. dicitur : *Liber*
generationis Ieſu - Chriſti , filij Dauid , filij
Maldonat. *Abraham* : & tamen ipſe inibi Maldonatus fatetur,
quòd *plerique* cenſent, ſecundum genitiuum
filij, non ad *Dauidem* immediatum , ſed ad *Ieſum*
Chriſtum , qui remotè præceſſerat, referendum:
S. Hierony. quam aſſerit eſſe expreſſam Hieronymi interpretationem,
ita vt ſenſus ſit : *Liber generationis*
Ieſu - Chriſti filij David , filij Abraham ;
non vt Dauid dicatur hîc *filius* Abrahæ, ſed Ieſus
Chriſtus, qui remotè præceſſerat. Fruſtrà ergo
Maldonatus noſtram ſententiam culpat, cuius
ſimile, & à *pleriſque*, & à S. Hieronymo tradi
fatetur. Ergò cùm à S. Lucâ dicatur de *Ieſu, qui*
putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, τὸ *qui*, idoneè
appellabit, non ſupra immediatum *Ioſeph*,
Cornelius. ſed ſupra mediatum *Ieſum*. Addit Cornelius ibi,
Græcus. quòd pronomen *qui* ex Græco planè refertur ad
Ieſum. Quaſi dicat : Ieſus fuit filius, id eſt, nepos
Heli ſeu Ioachim, quia ex eo quaſi auo per B.
Virginem quaſi matrem progenitus eſt. Cùm
enim Lucas præmiſiſſet, Ioſeph non eſſe verum
Lucæ 3. patrem Chriſti ſed tantùm putatiuum (*qui pu-*
v. 23. *tabatur filius Ioſeph*) non erat ratio cur Ioſephi
genealogiam ſtatim ſubiungeret, ſed potiùs proſapiam
B. Virginis & Chriſti ſecundùm carnem.
Hanc enim ſcribere intendit Lucas æquè ac Matthæus,
atque hic eſt finis ac ſcopus vtriuſque.

16. Quartò huic ſententiæ reſtagari videtur de-
S. Hierony. cantatiſſimū illud proloquium Hieronymi, Am-
S. Ambroſ. broſij, Auguſtini, Damaſceni, & Theophilacti,
S. Auguſtin. quibus reliqui propè ancillantur ? nempè moris
S. Damaſcen. non eſſe Scripturarum genealogias mulierum
Theophyl. texere : ergò nec Lucæ 3. nec Matthæi 1. B. Vir-
Lucæ 3. ginis texitur genealogia. At Iudith 8. v. 1. hu-
Matthæi 1. ius inclytæ Heroïdis proſapia deſcribitur : & 1.
Iudith. 8 v. 1. Paralip. 2. v. 16. Saruiæ progenies habetur. Præ-
1 Paralip. 2. terquàm quòd cùm Chriſti Dei generatio ſingu-
An ſcribatur in Bibliis mulierum genealogia. laris fuerit, ex Virgine matre abſque vllâ humani
patris operâ, non ſatis idoneè adduci videntur
in exemplum, reliquæ generationes ceterorum
hominum. Ergò cùm Chriſtus Deus naturalem
patrem in terris non habuerit, ſed matrem Virginem,
æquum erat, vt dum ſcribitur eius humana
generatio, progenitores Deiparæ deſcriberentur,
Fateor , raró in Scripturis mulierum
genealogias texi, cùm raró neceſſitas occurrat
mulierum, perſæpè autem virorum in genealogiis
deſcribendorum : à viris enim cenſus eſt nobilitatis,
ac familiæ. At cùm ſcribitur mulierum
proſapia, non per mulieres, ſed per viros deſcribitur
(vt P. Salmeron peritè ad rem notauit)
Salmeron 8. quia vir dat nomen generi, & familiæ ſtemma.
Vndè ſicut Iudithæ olim, ſic & nunc Deiparæ
proſapia, & ſcribitur, & per viros deſcribitur.
Conſule quæ hâc ſuper re ſcribimus infrà n. 21.
vbi hoc aſſumptum elucidatur.

17. Quintò robuſtum iaculum putat in hanc ſen-
Antonius tentiam contorquere M. Antonius Perez Bene-
dictinus, dum ſic arguit cap. illo 22. n. 4. In hâc
ſententiâ Matthæus expreſsè recenſet genealogiam
Ioſephi Lucas verò Mariæ Deiparæ genealogiam
per *Heli* ſeu Ioachimum eius naturalem
patrem : ergò Maria non deſcendit à Dauide per
Salomonem : quod *pluſquam falſum* cenſet. Sed
age examinemus vim huius argumenti, quod nos
adigit, vt aliquid pluſquam falſum aſſeramus.
Et inprimis Pſeudophilo in chronico ſuo, quem
ſequuntur Ioannes Annius Viterbienſis, & Ioan- Perez.
nes Lucidus, Ioannes Driedo, Georgius Vicelius. Philo.
Petrus Iroruzquus Claud. Guillandus apud Sal- Annius.
meronem tom. 3. Tract. 27. Teſſerad. 2. cenſent Lucidus. Driedo.
ſtirpem Regiam Salomonis ſucciſam in Ochoziâ Vicelius.
rege, & ab eo cœpiſſe lineam Nathan. Saltem Iroruzquus
Salomonis lineam in Iechoniâ ſeu Salathiële, Guillandus.
aut Zorobabele exciſam fuiſſe, affirmat Ianſe- Salmeron.
nius, & ex Irenæo Cardinalis Toletus, in Lucæ *An B. Virgo*
cap. 3. Annor. 58. & ita interpretatur illud Ie- *deſcendat à*
remiæ 22. v. 30. vbi dicitur de Iechoniæ ſemine *Dauide per Salomonem.*
neminem ſuſcitandum, qui ſedeat in Dauidis Ianſenius.
ſolio. Non ibo inficias, me oppoſitam ſenten- S. Irenæus.
tiam quaſi probabiliorem & communiorem tra- Toletus.
didiſſe in Matthæi cap. 1. & Lucæ cap. 3. ſed non Ieremiæ. 22.
adducat, vt S. Irenæi, Cardinalis Toleti, Ianſenij,
& aliorum opinionem *pluſquam falſam*
appellem. Sed demus gratis Perezio id fore
pluſquàm falſum ; nunc autem reſtat probare id
deduci ex noſtrâ ſententiâ, in quâ affirmamus,
Ioſephum & B. Virginem fratrueles aut conſo-
brinos eſſe, vt potè naturales Mathani nepotes, *Iacobus Ioſe-*
Ioſephus enim per Iacobum Mathani filium, & *phi pater, &*
B. Virgo per Annam eiuſdem Mathani filiam, & *Anna Dei-*
germanam Iacobi ſororem, prognati ſunt. Ergò *para mater*
ex noſtrâ ſententia Virgo Deipara & indè Chri- *erāt fratres,*
ſtus Deus, ex genealogiâ Matthæi, deſcendit à *Mathani fi-*
Dauide per Salomonem. Quod autem Mathan *lij.*
genuerit Iacobum Ioſephi patrem, & Annam
Heli ſeu Ioachimi vxorem (vt interim omittam
Sobe, ex quâ Eliſabetha, & indè Ioannes Bap-
tiſta) tradit Cornelius, & pro ſe allegat Me- Cornelius.
næum, id eſt, officium Eccleſiaſticum Græco- Menæum.
rum die octauâ Septembris, Lyranum, & Ca- Lyranus.
ietanum, Ioannem Annium, Ioannem Lucidum, Caietanus. Annius.
Petrum Galatinum, & alios. Et S. Hippolytus Lucidus.
Epiſcopus Portuenſis & Martyr apud Nicepho- Galatius.
rum lib. 2. cap. 3. affirmat B. Annam Virginis S. Hipolyt.
Deiparæ matrem, eſſe filiam Nathan, & So- Nicephorus.
rorem Iacobi. Ergò Virgo Deipara per latus
maternum deſcendit ex Dauide per Salomonem.
Denique hæc doctrina ex iam iam dicendis
ampliùs elucidatur.

Sextò Fraciſcus Lucas Bruxenſis in Matthæi 18.
cap. 1. v. 16. ſeriò adnititur probare, Virginem Lucas Bruxenſ.
Deiparam non per maternam Annæ lineam, ſed
per paternum *Heli* ſeu Ioachimi latus, deſcendere
ex Dauide per Salomonem, & reliquos exinceps
Reges. Non enim veroſimile putat, quòd
vbi vir & femina concurrere habebant, magnificas
illas promiſſiones Dauidi factas, præſtitas
eſſe per feminam, interruptâ lineâ virili. Et certè
ex Regibus illis, Dauidis filiis ac nepotibus,
ordine à Matthæo recenſitis, , qui rectâ lineâ,
longáque ſerie, citra interruptionem, ſe ſe mutuò
in regnum Iuda, Deo prouidente fuerant ſecuti,
ſemper fuit Chriſtus expectatus. Quare S. Ambroſ.
Ambroſius ſub finem libri 3. in Lucam, & Hie- S. Hierony.
ronymus ac Theodoretus in Ieremiæ cap. 22. Theodoret.
S. Thomas 3. p. q. 31. ar. 3. ad ſecundum & S. Thomas. S. Bernard.
S. Bernardus Serm. de verbis Apocalyp. *Signum* Lucas Brux.
magnum

Digitized by Google

magnum, &c. docent; Chriſtum è Regibus trahere originem. Addit Bruxenſis in Matthæi c.1. verſ. 8. plura loca ex lib. Regum, Paralip. & Pſalm. petita; quæ ſi penitiùs inſpiciantur, regnum potiùs Salomoni pollicentur. Profectò ex Scripturis tantùm conſtat futurum Meſſiam ex ſemine Dauidis ſecundum carnem; quod impletum eſt, cùm Virgo Deipara ex Dauide per Nathan eius filium, virilem trahat originem; originem autem maternam per Salomonem perenni ductu omnium Iudæ Regum, vſque ad Salathiëlem, & indè tandèm ad Mathan Annæ patrem, Mariæ Deiparæ auum, abauum Chriſti Dei: quod ſatis eſt vt regali progenie B. Virgo dicatur orta, cùm è tot Regibus originem trahat. Ceterùm Chriſtus regali Dauidis progenie ortus dicitur, & accepturus ſedem Dauid patris eius, & regnaturus in domo Iacob in æternum; & tamen per Deiparam, feminam inquam, atque adeò iudaici regni minimè heredem, à Regibus progenitus eſt; quin id obſtet vt regali ex progenie ortus dicatur: ergò neque Mariæ eius matri id obſtare eualet. Vndè conſtat, quòd etiã ſi promiſſiones Dauidi factę de Meſſiâ futuro ex eius ſemine, per Salomonẽ duntaxat implendæ forent, neceſſarium non eſſe vt per lineam virilem Deipara ab illo deſcenderet: ſicut neceſſariũ non fuit, quod ipſe Chriſtus qui promiſſus erat per lineam virilẽ à Dauide ac ceteris ſeriatim regibus deſcenderet. Satis enim erat ad filiationẽ ex Dauide, & regium Chriſti ſtẽma, vt à Dauide ac reliquis ſucceſſiuè Regibus, & Regum liberis deſcenderet, ininterruptâ generationis ſerie vſq; ad Mathan, Virginis Deiparæ auũ, & Chriſti abauum. Quod ex doctrinâ mox ſubiiciẽdâ amplius elucidabitur.

Quare Chriſtus, & Deipara dicuntur regali ex progenie orti?

19. Septimò obiicitur argumentum, quod aduerſus omnium ſentẽtias militat. (Hæc argumenta quæ contra omnium ſententiam militant, validiora ſunt, quàm quæ noſtram ſententiam labefactare conantur. quod maximè notandum eſt.) nempè cur Matthæus texit genus potiùs Ioſephi, quàm B. Mariæ, cùm ex hâc ſolâ, vt potè virgine, natus ſit Chriſtus? Reſpondet Franciſcus Lucas Bruxenſis, & noſter Cornelius, qui allegat alios, quorum nomina ſilet; ideò potiùs deſcribi Ioſephi, quàm Deiparæ genealogiam, quia Ioſeph, etſi non naturalis, fuit tamen verus ac legitimus Chriſti pater: ac per Ioſephum non per Mariam, Chriſtus fuit heres ſceptri ac ſolij Dauidis, provt Deus Dauidi promiſerat, 2. Reg. 7. v. 12. Pſalm. 88. & 131. & rurſùm 3. Reg. 9. verſ. 5. ſceptrum ergò Iuda, non tantùm ex Dei promiſſione & donatione, ſed hereditario ſucceſſionis iure, per Ioſeph deuenit ad Ieſum-Chriſtum. Si enim iure communi in hereditatem ſuccedunt filij, qui duntaxat per publicam famam cenſentur filij; item illi qui à parentibus adoptantur, quantò magis Chriſtus ſucceſſit Ioſepho patri ſuo, vt potè natus ex eius coniuge, virtute & dono Spiritus-ſancti: quare ſicut Ioſeph habebat in Chriſtum ius paternum, putà omnia iura quæ habent patres in filios; ſic viciſſim Chriſtus habebat erga Ioſephum ius filiale, ſcilicet omnia iura quæ habebant filij reſpectu parentum, ac conſequenter ius quoque regni Iudaici poſt mortem Ioſephi. Vndè Matthæi 2. verſ. 2. aiunt Magi: *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum?* quod cùm demonſtrare vellet Euangeliſta Matthæus, qui (vt ait Auguſtinus) præ ceteris Euangeliſtis regiam Chriſti dignitatem perſequitur; idcircò illi fuit genealogia Ioſephi texenda, non B. Virginis, vt potè quæ viris ſuperſtitibus (qualis erat Ioſeph) ex Dauide, & Regibus prognatis, regni heres eſſe non poterat. Vnde conſequenter dicendum eſt Ioſephi patrem & auos fuiſſe primogenitos, aut maximos natu, vt ius regni ad eos deuolueretur, Deo ſcilicet ita ordinante, ſicut idem ordinauit vt Roboam, Aſâ, Ioſaphat, ceteríque Dauidis poſteri vſque ad Iechoniam eſſent primogeniti, ex iiſque Chriſtus naſceretur, itáque fieret ſolij Dauidis legitimus heres. Hùc enim ordinauit, aptéque diſpoſuit Deus omnes háſce generationes, vti & cetera omnia, ad maiorem ſcilicet Chriſti gloriam, ac regni ius, regiámque eius dignitatem. Hactenùs ex Bruxenſi Cornelius, qui hanc Chriſti Dei filiationem legitimam adſpectu ad Ioſephum, multis probat; & nos in Commentariis in Eſther §. 394. pluribus adprobauimus, & plura in oppoſitum argumenta ſoluimus. Exindè veroſimile eſt, Chriſtum Deum, etſi non naturalem, legitimum tamen ac verum Ioſephi filium, habuiſſe ius ad paternam hereditatem, atque adeò ad regnum, cuius poſſidendi legitimũ ius haberet Ioſephus. Hoc autem Ioſephi ius ad regnum Iudaicum, forſan nimis piè à Cornel. adſtruitur, dubiè nimis à Lucâ Bruxenſi probatur. Porrò licèt ex Galatino l. 4 c. 6. & Ioſepho l. 15. Antiq. c. 1. & l. 14. c. 17. conſtet plurimos è regio Dauidis ſemine occiſos, ne regno potirẽtur; nimis tamen ambiguum eſt, Ioſephum duntaxat ſuperſtitem relictum, ad quem ius regni primò deuolueretur. Quod ſiquis blandæ pietatis, citiùs quàm rigidæ veritatis riualis, id veroſimilius cenſere malit per me impunè poterit. Nolo autem ſuper re adeò ambiguâ, argumenti difficilis ſolutionem fundare.

Lucas Brux. Cornelius.

2. Reg. 7. Pſal. 88. & 131. 3. Reg. 9.

Matt. 2. v. 2.

S. Auguſtin.

Chriſtus, etſi non naturalis, legitimus tamen Ioſephi filius dicitur: & inde regni Iudaici heres,

Galatin. Ioſephus.

Ergò redeat iterùm præſcriptum argumentum; quare ſcilicet Matthæus Ioſephi potiùs, quàm Virginis genealogiam deſcripſerit. Nam cùm ex ipſo etiam Matthæo conſtet, Ioſephum non eſſe Chriſti patrem aut extra rem eius proſapiam texit, aut naturalem Chriſti patrem videtur conſtituere, vt Hæretici ogganiunt. Imo nec videtur ſibi conſtare, dum promittens deſcribere Chriſti genealogiam (*Liber generationis Ieſu-Chriſti*) non tam Deiparæ Virginis, atque adeò vnicè parentis quam Ioſephi non patris naturalis progeniem texit. Reſpondent plures, noto Ioſephi genere, de Mariæ quoque familiâ conſtare: fuit enim hæc vnica, ideò heres, atque ex lege intra familiam nubere debuit. Verùm Numerorum 36. verſ. 6. ita hæc quæſtio à Moyſe deciditur ſuper filiabus Salphaad: *Nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ tribus hominibus.* Maldonatus & alij, non ad ſolas tribus, ſed etiam ad familias reſtringunt, quia eadem eſt cauſſa non mutandarum poſſeſſionum de tribu in tribum, ac de familiâ in familiam. At plena de illo iure diſputatio ad librum Numerorum pertinet. Et Salmeron & alij negant, feminas paterni cenſus heredes, lege teneri intra familias nubere. Sed eſtò, femina heres Moſaicâ lege teneatur ex eâdem familia virũ eligere; tamen *τὸ familia* latiſſimè patet, vt conſtat ex Lucæ 2. verſ. 4. vbi dicitur Ioſephũ è Nazareth in Bethlehem aſcendiſſe cum Mariâ vxore, *eò quòd eſſet de domo & familiâ Dauid.* Ecce *familia* Dauidis 20.

Matt. 1. v. 1.

Num. 36.

Maldonatus

Salmeron.

Lucæ 2. v. 4.

Femina heres non tenebatur nubere propinquiori ex ſuâ familiâ.

Digitized by Google

dis pro totâ eius poſteritate accipitur. Ergò etſi B. Virgò alicuius paterni agelli heres eſſet (quem putant aliqui non habuiſſe, vt cælesti gratiâ prædiuitem, ſic & terreno cenſu paupertimam) & ex lege teneretur nubere viro ex ſuâ familiâ, ſat foret, ſi remotiſſimum quémque eligeret. Atque adeò dum traditur genealogia Ioſephi Deiparæ mariti, non traditur ipſius Deiparæ progenies, quæ valdè multis progenitoribus à genealogiâ Ioſephi diſtare potuiſſet. Sanè vix aut ne vix quidèm, quis perſuadeat, quòd femina heres teneretur viro proximiori ex ſuâ familiâ nubere. Quare cùm Matthæus tradit Ioſephi proſapiam, nec Mariæ Deiparæ, nec Chriſti Dei genealogiam texit, quod in auſpicio Euangelij promiſerat.

21. Profectò (vti apprimè notauit, & indè ibidèm argumento peridoneè reſpondet noſter Adamus Conzen) cùm diſertiſſimè aſſerat Euãgeliſta Matthæus, Ioſephum non eſſe naturalem Chriſti patrem, (ait enim, quòd antequam ipſe cum ſponsâ Mariâ conueniret, inuenta eſt de Spiritu-ſancto concepiſſe) & qui hactenùs vſus fuerat verbo *genuit*, dum ventum eſt ad Ioſephum, eo conſultiſſimè abſtinuit, aiens: *Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus:* & tamen præfatus ſe naturalem Ieſu-Chriſti genealogiam texere (*liber generationis Ieſu-Chriſti filij Dauid*, &c.) illam ad Ioſephum deducit, & vſque ad Dauidem perducit; manifeſtiſſimè denotat, eandem eſſe & Ioſephi mariti, & Mariæ Deiparæ proſapiam. Ne igitur Euangeliſtam, atque adeò totam illam Eccleſiam ſummæ ſtoliditatis accuſemus, neceſſariò dicere cogimur, Euangeliſtam Matthæum voluiſſe, cùm Ioſephi genealogiam recenſeret, etiam Deiparæ ac Chriſti Domini genus ad Dauidem reducere, quod nuper pollicitus erat. Cùm enim id aliter fieri non potuerit, quàm ſi Maria etiam agnata eſſet, & ipſa filia Dauid, neceſſariò etiam dicendum eſt, illam agnatam fuiſſe; & tunc perſpicuè omnibus notum, qui in Iudæâ habitabant, cùm fratres & cognati ſimul eſſent, ita Lucæ 2. verſ. 44. *quærunt eum inter cognatos & notos.* & Matthæi 12. verſ. 47. fratres Chriſti ſtant foris. & Ioannis 7. verſ. 3. & Matthæi 13. verſ. 55. Nonne, aiunt, hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas: & ſorores eius omnes nonne apud nos ſunt? Itaque teſtatiſſimum atque notiſſimum erat, Mariam (vti & totam illam progeniem, quæ Nazarethi domicilium habebat) eſſe Dauidis filiam. Nec id Euangeliſta Matthæus ſuâ hiſtoriâ probare conatus eſt, ſed teſtari, vt poſteri crederent, quod in confeſſo omnibus erat, & tunc perſpicuè notum. Porrò Euangeliſtam Matthæum fallere voluiſſe tot in familiâ illâ viuentibus, tabulas & documenta generis habentibus, nemo ſanus crederet. Multò minus Euangeliſtæ falli potuerunt, cùm inter eos viuerent, qui cognati Chriſti Domini erant. Itaque quod Chriſtus deſcendit ex familiâ Dauidis, primò notum fuerat cognatis, & pauculis quibuſdam aliis, quia Maria & Ioſephus nullâ opum aut dignitatum claritudine noti erant: poſtquam autem Ieſus-Chriſtus doctrinæ ac miraculorum famâ clareſcere cœpit, Dauidis filius paſſim proclamatur: quod non probare, ſed teſtificari Euangeliſta voluit. In texendâ autem vtriúſque genealogiæ lineâ, vterque Euangeliſta conſultiſſimè Mariæ Deiparæ nomen intermittit: Chriſti enim, non Mariæ genealogiam tradunt: inuſitatum porrò eſt in Scripturis in ipsâ proſapiæ lineâ ſeriatim ducendâ, feminas cenſere. Aliud quidèm eſt feminarum genealogias tradere, vti fit in Saruia, & Iudithâ; aliud in ipsâ genealogiæ lineâ feminas cenſere & numerare. Sanè vel in Iudithæ genealogiâ nemo niſi viri duntaxat cenſetur: Iuditha autem inducitur non ſeriatim in genealogiæ lineâ, ſed quaſi ea, cuius proſapia eiuſmodi progenitorum ſerie cenſetur. Cùm itaque non tradatur ab Euangeliſtis linea genealogiæ Mariæ, ſed Chriſti, ne præter Scripturarum conſuetudinem, & conſuetum Iudæorum ritum procederent, inducunt Ieſum-Chriſtum, cuius proſapiam deſcribunt; & intermiſsâ Mariâ Deiparâ, ne nouum ac inſolens quid inducerent, inducitur quodam velut ſaltu, apud Lucam eius pater *Heli* ſeu Ioachim, Chriſti auus; apud Matthæum verò *Mathan*, eiuſdem Deiparæ auus, & Ieſu-Chriſti abauus, & indè per viros vtráque genealogiæ linea retexitur. Quod iam non ſolum cognatis Nazarethis, ſed & Iudæis omnibus vulgò notiſſimum erat, vti ex Adamo Conzem nuper adnotauimus. Quod aut fatendum eſſe videtur, aut dicendum, importunè Euãgeliſtas, Ioſephi potiùs quàm Chriſti, vtriúſque genealogiæ lineas deſcripſiſſe: nam in omnium opinione reddenda eſt ratio, cur in genealogiâ Ieſu-Chriſti, Maria Virgo, & vnicè in terris Ieſu-Chriſti parens (cum abſque viri operâ virgo conceperit) in recenſitionis ſerie prætermittatur. Neque obſtat, quod Thamar, Rahab, Ruth, & Bethſabee in Matthæi genealogiâ nominentur: non enim ſeriatim ponuntur, ſed earum viri; ipſæ autem obliquè & quaſi ad latus. Sic verò Virgo Deipara nominari non potuit, cùm abſq; viri ſui Ioſephi operâ Chriſtũ conceperit. Ergò aliter res declaranda erat; quòd Euangeliſta hoc modo præſtitit.

Adam Cõz. — Matt. 1. v. 15. & 16. — Lucæ 2. — Matth. 12. — Ioann. 7. — Matth. 13. — *Cur Deipara in lineâ Ieſuana genealogia ſeriatim non ponatur.* — Conzen.

Octauò obiicitur, Matthæum vti verbo *genuit*, vt denotaret ſe parentes naturales deſcripſiſſe in Ieſu-Chriſti genealogiâ; quo verbo vſus non fuit Lucas; ſed pro illo ſubſtituit verbum *fuit* quò innuatur ſe inuexiſſe non naturales patres, ſed legales, aut adoptiuos, aiens *Erat Ieſus*, &c. *qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli.* Verùm Arabicus *τὸ filius* hîc & in ſequentibus repetit. Nempè *Ieſus .... qui putabatur filius Ioſeph, qui fuit filius Heli*, &c. Et ſanè illo eodem verbo vtitur Lucas ad ſignificandos patres naturales, vt liquidò conſtat à Dauide vſque ad Adamum. Quo vtitur etiam Herodotus lib. 7. vbi inducitur Xerxes ſic loquens ad Artabanum: *Neque enim fuerim Darij, qui fuit Hyſtaſpis, qui fuit Arſanis, qui fuit Ariamnis, qui fuit Tiſpei, qui fuit Cyri, qui fuit Cambyſis, qui fuit Achimenis filius; niſi Athenienſes vltus fuero.* 22.

Lucæ 3. — Arabicus. *Per τὸ fuit, in Euangelio Lucæ, generatio denotatur. quare?* — Herodotus.

Nonò neſcio quis ex Hæreticis infuſcare attentat hanc Virginis Deiparæ genealogiam, negans B. Mariæ patrem fuiſſe Ioachim, quia id non traditur in ſacris litteris. Quaſi omnia ex Bibliis probanda ſint (Sic in re fidei ſcrupuloſè agunt, qui expromptas aures garrulis nebulonibus ad fidem exhibent!) Sanè multa ex Eccleſiæ 23.

Deipara pater fuit Ioachim, etſi Hæretici cõtrà oggarriant.

ſiæ traditione, alia ex conſenſu Patrum tamquam veriſſima ſuſpicimus. Prolixam verò SS. Patrum ſeriem, qui docent Ioachimum fuiſſe Mariæ Deiparæ patrem, ſcribit noſter Salmeron tom. 3. Tract. 28. ſub finem. Quod autem *Heli* ſeu Ioachimi pater, qui à Lucâ dicitur *Mathat*, vocetur etiam *Barpanther*; & huius pater, qui ibidèm dicitur *Leui* appelletur etiam *Panther*, nil proſsùs officit: nam familiare fuit Hebræis eſſe binomines, vt paſſim tradunt interpretes. Salmeron.

24. Profectò in re difficili, in quâ (vt vt poteſt) extricandâ valdè olim & nunc ſudat ſapientum induſtria; & in quâ hinc naufragium ſorbet Carybdis, indè Scylla naufragio adulatur; aut enim hæreticè vorandum eſt Ioſephi tamquam veri patris Ieſu-Chriſti genealogiam tradi; aut incurrendum in arduam difficultatem, cur nullâ Deiparæ mentione factâ Ieſuana genealogiæ vtráque linea per Ioſephum potiùs duci videatur; per Ioſephum inquam, qui ad Ieſu Chriſti genealogiam nihil attinet. In re ergò difficillimè arduâ, viam peruiè planam nemo quærat; iter minùs impeditum demõſtraſſe, ſat eſto. Hanc doctrinam exigere videtur ſcopus Euangeliſtarum, quorum mens fuit, remouere Ioſephum à naturali Chriſti paternitate, Mariæ Deiparæ virginitatem vindicare, & naturalem Chriſti Dei genealogiam ſeriatim ducere; quæ niſi per Deiparam Virginem, & eius parentes, duci non poteſt. Rationes autem in contrarium adductæ, parùm aut nihil impedimenti hominibus biblicè eruditis iam obiiciunt. Hæc etiam ſententia ab eius ſectatoribus magnam quoque fœnerat auctoritatem. Eam tenet Lyra, Carthuſianus, Genebrardus, Ianſenius, Caietanus, Sotus, Canus, Gagneius: & è noſtris (vt alios omittam) Caniſius, Suarez, Chriſtophorus de Caſtro, Sanctius, Barradas, Cornelius, Hieronymus de Geuara, & Iacobus Tirinus ſuprà laudati. Non vidit, opinor, huius ſententiæ locupleres patronos aut forſan non attendit ad rationum momenta, P. Laurentius Aponte Clericorum Minorum litteratium biblicè decus, tom. 1. in Matthæum, ad verſ. 16. cap. 1. num. 36. cùm tot ſapientiæ Procerum ſententiam, vix, nedùm vix quidèm probabilem cenſet. Cenſuræ licentiam negligo: multa enim ſic ſunt digna reuinci, ne vel ſeriâ impugnatione adorentur. Si quiuis peritus lector, æquus huius cẽſuræ ſequeſter. Mitiorem ſanè vibrauit Toletus, etſi tot auctores, & eorum rationes videre non potuit: imò & adprobauit, ſi eius argumento ſatisfieret *Noſtra ſententia vindicatur à ſiniſtrâ cenſurâ.* P. Aponte. Card. Tolet.

25. Ergò ex huius §. doctrinâ adſcitur libri Ruth complementum, & plenus illius ſcribendi finis integrè iam conſtat. Porrò à Samuële hîc traditur Dauidis, & exindè Chriſti Dei ſeriatim genealogia, à Phares Patriarchæ Iudæ filio, per Boozum ac Rutham, vſque ad Dauidem, Regum auſpicium, & Iudaici regni fundatorem (in Saule enim planè nutabat (Et cùm finis ducendæ atque clarandæ Dauidis genealogiæ, fuerit Ieſu-Chriſti proſapiam indè ductim deſcribendam explicatiùs clarare, quin tantæ vetuſtatis nubilo infuſcaretur; integrum Samuëlis finem, nunc de Euangelicâ hiſtoriâ ſupplemus. Itaque Rutha Boozi auia fuit Iſaï patris Dauidis, à quo, & indè ab eâdem Ruthâ, non vnâ generationis viâ Chriſtus Deus originem ducit. Primò quidèm per paternam lineam, à Ruthâ deſcendit Dauid, & eius filius Nathan, & poſt alios *Mathat*, & eius filius *Heli*, ſeu Ioachim, ac eius filia Maria Deipara, de quâ Virgine natus eſt Chriſtus ita Euangeliſta Lucas cap. 3. Dein à Ruthâ deſcendit Dauid, & Salomon, & reliqui exinceps Iudæ Reges: tandèm poſt alios, *Mathan*, cuius filia fuit B. Anna, quæ ex Ioachimo genuit Mariam Deiparam, ex quâ virgine & matre natus eſt Chriſtus: inde à Ruthâ per maternum etiam latus originem trahit B. Virgo, & indè Chriſtus Deus. Denique ſi fortè placuit vera ac legitima, etſi non naturalis Ioſephi paternitas adſpectu ad Chriſtum (quam nuper num. 19. ex Lucâ Bruxenſi & Cornelio adſtruebamus,) à Ruthâ etiam dicitur: nam à Ruthâ Dauid, & Salomon, & reliqui ductim Reges Iudæ; tandem per lineam ſemper virilem, *Mathan*, qui genuit *Iacob*, qui genuit Ioſeph *virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus*. Ecce tibi, pluriſariam Chriſtus Deus per virginem Deiparam, à Ruthâ originem ducit, cui ductui viam hæc Ruthæ hiſtoria præſtruebat. Sanè Moabitis hæc alienigena, ſpicilega, paupercula, dum ad Boozi pedes iacet, ad Euangelij caput ſublimari meruit, & in generoſâ Chriſti Dei, & Deiparæ Virginis proſapiâ nominatim recenſeri. Luc. 3. Lucas Brux. Cornelius. Matth. 1. v. 16.

---

§. CCC.

Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe multimodè vindicatur.

1. Qvemadmodùm (ait Photius) *radicem, ramorum, truncique, ac floris, fructûſque agnoſcimus cauſſam, tametſi fructus gratia omne alius ſtudium labórque impendatur: citráque radicem, aliorum nihil enaſcitur*: ſic Marianæ Conceptionis demptâ puritate immaculatâ, reliqua eius elogia deuenuſtantur; quaſi à putri, & in principio damnatâ *radice* exordium ducant; & dicantur de feminâ, quæ aliquandò fuerit Deo hoſtiliter infenſa, & infernalium Diabolorum mancipium. Bellè Proclus Orat. 1. Chriſtus, ait: *Nullam contraxit labem vulua hoſpitio, quam nullo ipſe condiderat ſuo dedecore.* Sanè aliquo Dei *dedecore condita* fuiſſet Deipara: nam ſi ipſa peccatum originale in primo ſui eſſe exordio habuiſſet, licèt illius *labem* non transferret *vulua hoſpitio* in Filium Deum; tamen è peccatrice Matre, & aliquandò corruptâ *radice* prodiiſſe, aliquod fuiſſet Chriſto *dedecus*. Indè Mariam Deiparam Chriſtus Deus *nullo condidit ſuo dedecore*. Ergo qui originale peccatum Deiparæ aliquandò impingit, Chriſti *dedecus* diſſimulanter procurare videtur. Photius Orat. in SS. Genetr. Natalem. 1. Proclus. *Deipara concepta eſt nullo Chriſti decore, de vulua hoſpitio.*

2. Geneſeos 2. peracto animantium cenſu, & eorum nominatione factâ, Adæ non inueniebatur adiutor ſimilis eius. *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro eâ. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Pro τò *ſoporem*, LXX. Interpretes excribunt *ecſtaſim*; non quòd verum ſomnum negent; ſed vt huius ſomni emphaſim oſtendant: fuit enim ſomnus ecſtaſi ſimilis, & arcanis myſteriis grauidus. Peritè autem Geneſ. 2. v. 21. & 22. LXX. Interp.

tem perueſtigant Interpretes, cur à ſoporato, & non potiùs ex Adamo vigili, prima mulier formata ſit? Quod eleganter verſat Chryſoſtomus homil. 15. in Geneſim. Proclus autem Orat. 2. in Chriſti Incarnat. ſic addubitat: *Verùm inueſtigandum eſt, cur non vigilante Adamo, ſed dormiente, coſta ei ablata ſit, & ex eâ ædificata mulier? Nónne ſatiùs erat ac commodiùs, eo peruigile fieri, vt formationis teſtis foret, artiſque admiratione defixus Conditoris ſapientiam ſummis laudibus celebraret: vt nimirùm ex luto facti eſſent nerui, carnéſque, ac apta illa oſſium compago? Verùm non permiſit Deus ita fieri duplici ex causâ.* Primam, quam è Chryſoſtomo hauſit, alibi enucleatiùs expendimus pro reciproco coniugum amore. Aliam ſtatim attexit attentiùs excipiendam, & penſiculatiùs enucleandam, pro immaculatâ Deiparæ Conceptione, ni nimis curioſè perueſtigetur: *Tum verò, quod ſublimius eſt ac diuinius*, ait: *Nouerat Deus hominem eſſe animal pugnacis contentionis acerrimè cupidum, ac ſtatim formatum, ſui iuris ac poteſtatis futurum: Quocircà, ne Dei ipſum partum* (potiùs ſecundæ Euæ formationem: nam formationem primæ Euæ accommodat) *curioſè nimis ſcrutari inciperet, immittit ei ſomnum, quo quaſi freno audaciam compeſceret; vix non talia ad eum dicens: Si agnatæ formationem minimè licuit conſpexiſſe, ne præſumas ineffabilem Dei potentiam, incomprehenſibilemque generationem curioſè inueſtigare.* Itaque Deus, quâ pollet ſapientiâ, præuidens pugnaciter contentioſum Adami, id eſt, hominum ingenium, ſomni frenum ei iniecit, ne artis Gratiæ admiratione defixus in primâ ſecundæ Euæ, id eſt, Mariæ conditione, ſeu Conceptione, illam nimis curioſè ſcrutaretur. Porrò illa non eſt communibus Gratiæ legibus taxanda, ſed ſecundùm *ineffabilem Dei potentiam* arcanè cenſenda. Ergò immittatur *ſomnus*, quo ſubtiliores mentis argutiæ ſopiantur in ſecundæ Euæ formatione eneffabili, vt Gratiarum in eâ anticipatio, cum *potentiâ* potiùs diuinâ menſuretur. *Si agnatæ* Euæ *formationem minimè licuit conſpexiſſe, ne præſumas ineffabilem Dei Potentiam, incomprehenſibilemque generationem*, (ſecundæ Euæ Conceptionem inquam) *curioſè perueſtigare.* Non quòd mirabilis, immaculata, ac puriſſima Deiparæ Conceptio, non ſit Scripturæ ſacræ, Sanctis Patribus, & optimæ Theologiæ apprimè conformis; ſed quia nimis curioſa illius, ſicut & Incarnationis, ſcrutatio, humanam mentem forſan perſtringet, & tot gratiarum ſplendoribus infuſcabit.

S. Chryſoſt. Proclus.

Eua formatio, & Mariæ Conceptio, curioſè non eſt ſcrutãda.

Potẽtia Dei eſt menſura Gratiarum quibus in ſuâ Conceptione Maria dotatur?

3. Adhuc præſcriptus Geneſeos locus altiùs enucleandus eſt: *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: cúmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro eâ. Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Copioſè hîc diſputant Interpretes, an Adam detractâ ſibi coſtâ ad Euæ formationem, mutilus manſerit, & vnò membrorum imminutus? Porrò aut ſuperfluebat coſta detrahenda, aut detracta deeſt illius integritati. Vtrumque ex alterutro validè redargui videtur, quod inibi quondam copioſè exagitauimus. Sic autem res componenda eſt, vt poſt Euæ formationem Adamus non fuerit illo membro mutilus, nec illi aliquid ad integritatem defuerit. Quod etiam myſticè ampliat Proclus nuper laudatus, ſic fatus: *Ille* (Adamus) *mulierem habuit inſidiatricẽ; hic* (Chriſtus) *thalamum habuit Virginem. Adamo dormienti adempta fuit coſta, atque ex eâ ædificata mulier, nec quicquam Adamo defuit.* Benè eſt, Adamus coſtam exhibuerit, ex quâ primò formata ſit mulier, quin aliquid ei defuerit; Chriſto autem quid deeſſe potuit, cùm primò formata fuit ſecunda Eua, hoc eſt, cùm Virgo Deipara concepta fuit? An in primo inſtanti Marianæ Conceptionis, id eſt, eius animationis, quandò peccatum originale putari potuit incurrendum; ſic diuinâ Gratiâ fuit præuenta, quæ peccatum anteuerteret, támque copioſis Gratiæ donis tunc exuberauit, vt in typo præceſſerit, quò nihil ſecundo Adamo, id eſt, Chriſto, tunc *defuit*? Scilicet tanto támque opulento donorum naturæ, & gratiæ (an etiam & gloriæ?) cumulo exundauit Virgo Deipara in primo ſuæ Conceptionis ſeu animationis inſtanti, vt, ne putetur Chriſtus aliquo ſui detrimento tot ſumptuoſiùs expenſas feciſſe, & ſibi detractum, quod Virgineæ Conceptioni abundantiùs erogatum eſt, opportunâ admonitione præſtruitur; quod ſecunda Eua ſic ex Chriſti meritis ſpiritualiter formata fuit, vt *nec quicquam* ſecundo *Adamo defuerit.* O quàm latus hinc campus patet Marianæ Conceptioni vberius exornandæ! quaſi oportuerit ſuſpicionem anteuertere atque præcludere, ne tot gratiarum expenſis putetur aliquid Chriſto defuiſſe, & opulentis gratiarum ſumptibus depauperatum fuiſſe. Quod, niſi eius merita forent infinita, planè accidiſſet. *Adamo dormienti adempta fuit coſta, atque ex eâ ædificata mulier, nec quicquam Adamo defuit.* Sanè Chriſtum eius Filium, vt potè Deum, mirabilior manebat conceptio, & opulentiora gratiarum dona.

Gen. 2. v. 21. & 22.

Proclus 3.

Cur poſt cõceptam Mariam, dicitur, nihil tũc Chriſto defuiſſe?

Canticorum 4. hæc diuini Sponſi vox auditur: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus.* Quaſi dicat: Sponſa mea Virgo Deipara ſimilis eſt horto concluſo, & fonti ſignato, id eſt, horto plantis lectiſſimis conſito, & arte topiariâ ad omnem elegantiam & amœnitatem compoſito; ac fonti aquas limpidiſſimas & ſapidiſſimas ſcaturienti, ideóque ſignato, ne quo modo inficiatur, aut luteſcat. Audiendus eſt Sophronius Serm. de Aſſumpt. Deiparæ: *Verè hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum; ſicque concluſus, vt neſciat violari, neque corrumpi vllis inſidiarum fraudibus: fons itaque ſignatus ſigillo totius Trinitatis, ex quo fons vitæ manat; cuius profectò emiſſio viteri, ſupernorum ciuium omnium eſt paradiſus* Itaque Marianus hic fons ſigillo Trinitatis ſignatus eſt, *vt neſciat violari, neque corrumpi vllis inſidiarum fraudibus*, quod ad Deiparæ inuiolatam virginitatem Sophronius referre videtur. Aptiùs, opinor, Georgius Nicomedienſis Serm. 5. ad Marianæ Conceptionis immaculatam puritatem, his verbis proculdubiò ſententiam transfert: *Verè illum ſignatum fontem, ex quo manant puriſſimi latices, in quo turbidi luti nullæ ſunt deprehenſæ reliquiæ.* Videtur ſanè adludere ad formationem Adami de *limo terræ*, è quo originali limo omnes omninò homines plaſmati ſunt, indéque lutum primæuo delicto ſqualidum generatione trahunt. Secunda autem Eua, Virgo Deipara inquam, tametſi ex

4. Cantic. 4. v. 12.

Sophron.

In Deiparâ turbidi luti nulla ſunt deprehenſa reliquia.

Georg. Nicomed.

Gen. 2. v. 7.

Digitized by Google

ex eodem limo materiata ſit, è defæcato, minimeque lutoſo plaſmata eſt limo: *fons* porrò eſt *ſignatus ſigillo totius Trinitatis*, ſemper purus, ſemper in origine limpidus; quippè *in quo turbidi luti nullæ ſunt deprehenſa reliquiæ*. Itaque hic Marianus fons ideò ſignatus eſt, nequis poſſit eius puriſſimos latices *turbidi luti* admixtione *turbare*: vnde in eo *turbidi luti*, & cœni originalis, quo reliqui Adæ poſteri luteſcunt, *nullæ ſunt deprehenſa reliquiæ*. quaſi in Deiparâ quæſita ſint veſtigia luti illius ab originali delicto

Ruth. 1. v. 19.

turbidi;ſed *nullæ ſunt deprehenſa reliquiæ*. Ecquid eſt in Deiparâ, quod originarij ſceleris *reliquias* ſapiat, & *turbidi* cœnoſè *luti* ſqualorem ſuboleat?

Iſaiæ 16. v. 1.
Qui locus de Ruthâ intelligatur.

Hic fons limpidiſſimus *de Petrâ deſerti* ſcaturit, & vſque *ad montem filiæ Sion* puriſſimè decurrit, *in quo turbidi luti nullæ ſunt deprehenſa reliquiæ*. Hæc, hæc eſt Ruth, quæ de *Petrâ deſerti* velut fons emicans, vſque in Bethlehem puriſſimè nunc decurrit; è quo Chriſtus Deus, tamquam huius fontis puriſſimus fluuius emanauit,per tot Regum elicia. .

---

§. CCCI.

Conceptio immaculata Virginis Deiparæ, adhuc ab originali maculâ vindicatur.

1.
Gen. 1. v. 18.

SVmmus rerum Opifex Deus, magna minoráque luminaria ſiderea in cælo accendit, vt præeſſent diei ac nocti, *& diuiderent lucem ac tenebras*. De facili, opinor, lux à tenebris diuidetur; vtrique enim eſt connaturale diuortium, & cognata ſemper hoſtilitas, reciprocâ hoſtiliter oppoſitione.

2. Cor. 6. v. 14.

Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? Verùm forſan in re myſticâ, tenebrarum opinio lucem infuſcare audet, & obtenebrare diem. Ergò oportet Marianum diem, de Sole iuſtitiæ ſplendidè fulgente, aduersùs opinionum nubeculas ſaltem lucernare, vt Deiparæ nitens Conceptio pariter dieſcat, detersâ noctis caligine.

Qui in rectæ opinionis luce ambulat, non offendit in Virginalẽ gratiæ diem.
Procl. Orat. 6.

Quâ ſuper re ſic Proclus ad rem philoſophatur, inducens Mariam Deiparam, quæ concepit Solem iuſtitiæ, ex impolluto illo oriturũ thalamo, *Vt Diuinitatis ſplendore, ignorantiæ noctem fugaret; & coruſcantibus radiis, creaturam illuſtraret, quam condidiſſet* (Pende attentiùs quæ ſubdit verba:) *vt ne quis deinceps in Virginalem gratiæ diem offenderet, in rectæ opinionis luce ambulans*. Itaque tota ſemper Deipara *dies* eſt: nam Sol iuſtitiæ, diuinitatis radiis, *ignorantiæ noctem fugauit:* ergò dies eſt noctis expers, id eſt, peccati originalis ſemper exors, præcurrente gratiæ ſplendore, feſtinantem primordialis delicti noctem, *vt ne, quis deinceps in Virginalem gratiæ diẽ offenderet, in rectæ opinionis luce ambulans*. O præfeſtinanti *gratiæ* exultim gratulemur,quòd qui *inrectæ opinionis luce mabulat, Virginalem gratiæ diem*, in Conceptionis etiam aurorâ recognoſcat!ſic *recta opinio* Marianis ſemper ſplendoribus adfauet!

2.
Cantic. 8. v. 1.

Canticorum 8. hæc auditur Sponſæ vox: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat?* Proceres Interpretum ſic præſcripta verba Filio Deo, & Virgini Matri accommodant: Quis mihi det, ô fili, vt ſicut olim ex me carnem aſſumens, frater meus omniúmque hominum fieri dignatus es, ac ſugere vbera mea tamquam Matris tuæ, cùm ſuauiſſime ego te oſculata ſum; ſic pariter nunc efficias, vt te fratrem, imò Filium meum in glorioſâ humanitate, quam ex me ſumpſiſti, in cælis triumphantem aſpiciam, ibíque te deoſculer, ac tecum in ſummis æterníſque gaudijs iugiter diſſuauier & delicier: Sed forſan in hâc expoſitione vacare videtur energia illorum verborum, *Et iam nemo me deſpiciat*. Ecquis enim B. Virginem in terris deſpiciebat, quam ſicut veram veri Dei Matrem potiùs ſuſpiciebant? Eccur etiam *deſpicienda* foret, quæ tot gratiarum conſors, & omnis peccati exors fuit? Forſan quæ ex tanto gratiarum cumulo ſuſpiciebatur, ab originalis peccati ſuſpectâ labe *deſpici* præcauet. næuus ſanè non dignus eâ quæ Deum genuit, Deum lactauit, & originarium venenum ſic per Filiũ diluit. Fortè hîc adludit idem Proclus Oratione illâ 6. vbi inducit Chriſtum ſic fantem ad Beatam Virginem, cùm ad Angeli vocem cunctaretur diuinæ ex ſe corporationi adnuere: *Recuſas*, inquit, *in vtero ſuſcipere, qui tollit peccatum mundi? Non vis Virginalem præbere mammam quò Diabolicum exugam venenum?* Quid eſt, quòd infans Ieſus. qui venit tollere peccata mundi, dum melleum lac gratiſſimè lambit è Virgineis Deiparæ mammis, *Diabolicum exugere venenum* perhibetur? Virginea Mariæ vbera, Diabolicum Filio Deo venenum ſtillent? Infans Deus is eſt, qui Diabolico veneno alatur, dum mammas puriſſimas & immaculatiſſimas Deiparæ ſugit? Diabolicum venenum ſibi concorporet & conuiſceret puer Deus? O quàm longè abeſt Deus, vt Virgineum lac peccati originalis Diabolico veneno delibutum lambat! Num peccati originalis diabolicum venenum,quod paradiſeus ſerpens ſibilauit Euæ, è Virgineis vberibus Chriſtus Deus exugit? Ænigmata, an ſacramenta Proclus loquitur? Opinor, quia præuidit Deus ſe corporandum in vtero Matris Virginis, & Virginales illius mammas ſucturum, originalis delicti illas præproperè exuccas reddidit, quaſi ab eis peccatum originis omninò præſuxerit & extraxerit, atque Diabolico illo veneno vacuas reddiderit. Porrò ſicut infantulus ſugens materna vbera, illa euacuat, & illo liquore exinanita reddit: ſimilem ad modum Chriſtus Deus Virginales mammas aliquandò ſucturus, illas præproperè velut quodam ſuctu euacuauit *veneno Diabolico*, & melleâ oppleuit ambroſiâ, quò lac Deo dignum aliquandò exugeret. Profundè autem ſignificatũ eſt, quàm gratè delicietur Deus, diuiniori gratiâ ſuam Matrem præueniens, ne peccati originalis Diabolico veneno inficeretur; ſub metaphorâ infantilis ſuctûs; quo nil gratius, nil dulcius, nil ſuauius infanti eſt. *Non vis*, inquit, *Virginalem præbere mammam, quò Diabolicum exugam venenum*? Integrum cuique per me eſto, in ſententiâ ænigmati ſimili, & ſententiarum grauidâ, ſenſum alium ſagaciùs ruſpari, qui Virginis Deiparæ immaculatam puritatem altiùs deprædicet, aut quiduis aliud, quod illi decori ac honori ſit.

Proclus.

Num Deipara Virginalẽ præbet mammam, quò Chriſtus Diabolicum exugat venenum?

Iudith 16. truncato Holoferne, & Nabuchodonoſorianis phalangibus malè conciſis, poſtquam ſatis victoriatum eſt in regiâ Ieroſolymo- 3. Iudith 16. v. 23.

tum vrbe, *Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit populus illi, & conopæum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema obliuionis.* Hoc pretioſum Iudithæ donū, è templi tholo ſuſpendendum, dicitur *anathema obliuionis*, quò præteriti periculi memoria non iam affligat memores; ſed quotidie renouet recordationem victoriæ & lætitiæ cauſſam. Porrò Græcum ἀνάθημα per η, eiuſmodi donarium ſignificat. Si verò *anathema* in magis communi ſignificatione capiatur, quam habet ἀνάθεμα per ε, ſeparationem, abominationem, ſiue execrationem ſignificat. Quare Holofernis conopæum ſuſpendi in *anathema obliuionis*, erit ad ſeparandam, abominandam, ſeu execrandam tanti beneficij obliuionem: ſiue *anathema obliuionis*, ad abolendam præteriti periculi memoriam ac mœſtitudinem, & in feſtam lætitiam exultim commutandam. Valdè fallor, niſi ad hunc locum, locíque expoſitionem adludit Andreas Cretenſis Orat. 2. ſic fatus, Virginem Deiparam alloquens: *Gaude, auéque gratioſa, gaude ſalutis vniuerſorum gaudere præſtans anathema.* Ecce tibi Virgo Deipara alto ſtilo dicitur *anathema*, *anathema* inquam, *obliuionis*, & lætanter gaudens, & exultim gaudere præſtans, ob præteriti obliuionem periculi, quod à Tartareo Holoferne lethaliter imminebat in Conceptionis ſeu animationis exordio. Pro illo enim præfeſtinantis gratiæ ope, deuicto ac detriumphato, ipſa, ipſa Deipara inquam, dicitur, *anathema obliuionis*, quippè quod, & præteriti periculi obliuionem inducat, & miriſſimæ liberationis ac victoriæ feſta gaudia ſpiret: ſimulque ſit *anathema* ſiue execratio obliuionis de ſingulariſſimâ prærogatiuâ illi conceſsâ, quam omnes feſtâ recordatione, & triumphali gaudio concelebrare debent. *Gaude ſalutis vniuerſorum gaudere præſtans anathema.*

Cur ipſa Virgo Deipara dicatur anathema? & quo ſenſu.

Andr. Cret.

4. Cant. 6. v. 8.

Canticorum 6. Sexaginta ſunt reginæ, inquit, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Vnicè, & maximè propriè competit hæc ſententia B. Virgini, quæ & conſummatè *perfecta*, & ſingulariter *vna* dicitur repetito vnitatis vocabulo. *Vna* matri ſuæ, ait Rupertus, id eſt, Eccleſiæ Patriarcharum, & Regum iuſtorum. Et illi matri vna & electa eſt, *quia nec inter Angelos, nec inter homines ſimilem vel primam habet, vel ſequentem habitura eſt.* Audi Guilielmum: *Vna eſt columba mea, perfecta mea..... Columba per fœcunditatem, & mea per ſingularis partûs nouitatem: columba mea, cui ego ſingularis pullus ſum; perfecta mea, cui nihil deeſt ad gratiam & ad gloriam.* Profectò Virgo Deipara, *vna* dicitur iterato vnitatis vocabulo, quia vna & vniſſima ſemper fuit: *vna* & eadem in primo Conceptionis inſtanti, in natiuitate, in Verbi incarnatione, in vitâ, in morte ſemper *vna*, eadem ipſiſſima ſemper, ſempérque *perfecta, cui nihil deeſt ad gratiam.* Illi autem aliquid defuiſſet ad gratiam, ſi in ſuæ Conceptionis initio, eidem gratia defuiſſet; & non gratioſa, ſed Deo odibilis aliquandò foret. Vndè quò *vna* ſemper fuerit, & *perfecta, cui nihil deſit ad gratiam*, oportet in primo ſuæ vitæ auſpicio, & Conceptionis inſtanti, gratiam illi diuinitùs afflatam fuiſſe; quaſi Deiparæ ſit gratiæ coæua, & indè quodammodò congenita, quippè cuius naturæ numquam gratia defuerit. Opportunè Iacobus Moachus Orat. in Natiuit. Mariæ tom. 1. Bibl. Combefis: *Singulari ſubſtantiâ appellat eam* (B. Virginem,) *quæ vnius eſſet ac ſingularis naturæ.* Nempè Virgo Deipara (etſi eiuſdem ſubſtantiæ ac maſſæ ſit cum reliquis hominibus pariter Adami poſteris,) *vna* eſt, ipſiſſima, & vniſſima, ob ſingularem *naturam* ac *ſubſtantiam*, cui numquam gratia abſuit, nec defuit gratia. Porrò poſt Adæ præuaricationem, nullus puræ creaturæ ſubſtantia ac natura fuit, eritve, quæ dum eſſentiam humanam per naturalem generationem participat, non animetur Deo exoſa & inimica Deo; *vna eſt columba mea, vna perfecta mea, cui nihil deeſt ad gratiam. Singulari ſubſtantiâ appellat eam, quæ vnius eſſet ac ſingularis naturæ.* Singulariter quidèm *vna*, cui à primo vitæ auſpicio ſic hæſerit gratia, vt illam numquam deſeruerit. quaſi fuerit illi gratia coæua, & ſic quodammodò congenita.

Rupertus.

Guilielm.

Subſtantia Deiparæ dicitur vna & ſingularis, quia numquam ei defuit gratia.

Iacob. Mon. Combefis.

5. Cant. 6. v. 3.

Canticorum 6. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, Hoc vltimum hemiſtichium, quod arma, bella, ac victorias ſonat, ſic à nonnullis è Græco vertitur, *Pauor*, vel *ſtupor*, vel *admiratio, vt ordinata acies.* Quid eſt, quòd beata Virgo, *pulchra*, *ſuauis* ac *decora*, & ſimul *terribilis*, hoſtium *pauor admiratio* ac *ſtupor* dicitur? Quo pacto tanta pulchritudo ac ſuauitas cū bellico terrore, & victrici rigore componitur? Quænam eſt victoria, quam *terribili* pugnacitate ſuauiter ac pulchrè reportauit, hoſtium *pauore* atque *admiratione*? Opinor, in ſuâ puriſſimè victrici Conceptione. Georgius Metrap. Nicomedienſis Orat. 1. in Conceptionem Deiparæ, eam appellat, *Viuerſi Reginam, pietatis ac Victoriæ fructum.* Fructúſne Victoriæ eſt Maria, an potiùs ventris Annæ fructus? Sanè quod ad naturam attinet fructus eſt ventris Annæ; quod verò ad rem gratiæ ſpectat, *Victoriæ fructus eſt*: à victoriâ concipitur, dum primo animatur, & incipit eſſe fructus ventris Annæ; tunc, tunc quidèm *terribiliter* pugnax eſt, Diabolorum *pauor, admiratio, ſtupor*: ſiquidèm cùm primo concepta eſt, *victoria fructus* eſt, quaſi Victricis gratiæ filia.

Græcus.

Deipara in ſuâ Conceptione, Victoriæ fructus appellatur.

Georg. Nic.

§. CCCII.

Mariana à peccato originali immunitas, nouis vindiciis aſſeritur.

1. S. Theſiph. in lib. nuper inuentis. *Pia opinio ſub maledicto à Theſiphone præſcribitur?*

SAnct. Theſiphonis, qui fuit S. Iacobi Maioris diſcipulus, præclarè ſalubris vox eſt: *Illa Virgo, illa Maria, illa ſancta præſeruata fuit à peccato Originali in primo inſtanti ſuæ Conceptionis, & libera ab omni culpâ: & qui ita non ſenſerit, non conſequetur ſalutem æternam.* O timeat mens ergà immaculatam Virginem, gloriæ huius auara!

2. Pſal. 86. v. 1. & 2.

Pſalmo 86. ſic præcinit Propheta regius: *Fundamenta eius in montibus ſanctis. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* S. Hieronymus pro τὸ *fundamenta* pluratiuo nomine, *fundamentum* ſingulariter excribit. Rectè hic Pſalmi locus (ait inibi Corderius) Deiparæ

S. Hierony.

Corderius.

Digitized by Google

Deiparæ Virgini accommodatur, quia Sanctorum faſtigium eſt Beatæ Virginis fundamentum: ibi ſanctiſſimæ Virginis pedes collocantur, vbi aliorum Sanctorum capita inſeruntur: ibi exordiuntur ſanctiſſimæ Virginis virtutes, vbi aliorum faſtigiantur: ibi eius inchoatur perfectio, vbi aliorum conſummatur. Eleganter ſanè, ſed forſan in hâc expoſitione, vocis *fundamentum* energia vacat: ſublimiora enim Sanctorum merita, etſi infrà veſtigia Deiparæ ſint, illius ſingulares gratias ac Deiformes ſanctitates minimè fulciunt, fundántve: neque enim Deiparæ faſtigium meritis Sanctorum nititur, qui eſt *fundamenti* labor. Germanus Archiep. Conſtantinopolitanus Orat. 2. in S. Mariæ dormitionem, apud Combefis tom. 1. ſic profundè ſcribit:

Ger. Conſt. Combefis.

Faceſſat à te mors, ô Deipara, quòd vitam mortalibus produxeris. Faceſſat in te ſepulchrum, quandò inexplicabilis ſublimitatis diuinum facta es fundamentum. Faceſſat puluis; noua quippè informatio es, quòd iis, qui in limo luti corrupti eſſent, Domina ſis. Benè eſt, quia Beatæ Deiparæ in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, *noua informatio* fuit, longè diuerſa à reliquis hominibus, *qui in limo luti* primordialis delicti *corrupti ſunt*; longè abſit à ſepulcrali puluere, & vermicatione putri, quâ reliqui ſqualent mortales: At quid eſt, quòd à Virgine Deiparâ ſepulcri horrorem arcet, quia *inexplicabilis ſublimitatis diuinum facta eſt fundamentum?*

Procul à Deiparâ ſepulcrū, quia inexplicabilis ſublimitatis diuinū eſt fundamentum.

An Deiparæ corpus, quia ex eo Chriſti corpus materiatum eſt, ideò dicitur *inexplicabilis ſublimitatis diuinum fundamentum*, exindéq; non dignum, quod in ſepulcri horrore putreſcat? An Deiparæ corpus in ſepulcro detentum, in cælis deeſt, ad gratiam vberiorem mortalibus impetrandam, & ſumptuoſiorem gloriam Beatis augendam; quarum Deipara *diuinum facta eſt fundamentum?* Verùm enimverò cùm ordinarium reliquis Sanctis incentiuum virtutis, & velut fundamentum probitatis, ſit mortis memoria, & aſſidua cognati pulueris ac vermium meditatio, iuxtà illam vulgarem morum gnomen, *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*; æquum eſt,

Eccli. 7. v. 40.

vt hic ſepulcri horror vacet in Virgine Deiparâ, nec fine vitæ, ſed eiuſdem initio, eius ſtabiliatur atque augeatur ſanctitas: nam ſanctimoniæ *inexplicabilis ſublimitas*, ad quam faſtigiata fuit, non morte, ſed initiali vitâ fundatur; non mortalis vitæ caduco fine, ſed vitæ ſpiritualis felici exordio, & locuplete gratiarum auſpicio. In reliquis miſerrimus vitæ finis eſto virtutum blandimentum ſeu fundamentum; in Mariâ verò felix vitæ auſpicium, initiali ſanctitate glorioſiùs opulentum, inexplicabilis ſublimitatis faſtigium fundet: *Faceſſat in te ſepulcrum, quandò inexplicabilis ſublimitatis diuinum facta es fundamentum.* Dicam Hiſpanè, ſi fortè luculentiùs *Funden los demas ſu virtud en los horrores de la muerte y del ſepulcro; però Maria en las prerogatiuas y excelencias de ſu primer ſer, y pureça de ſu Concepcion.* Itaque Virgini Deiparæ vice ſepulcralis horroris, & finis vitæ, qui reliquos in virtute continet, & eorum merita auctiùs incrementat, tamquam bonorum morum fundamentum; ſit recordatio, & indè gratus animus ergà gratias, quibus in initiali vitæ auſpicio præuenta fuit, & opulentiùs dotata, (poſt Dei maternitatem) Mariani faſtigij fundamentum:

Deipara dicitur diuinum fundamentum.

Faceſſat, inquit, *in te ſepulcrum, quandò inexplicabilis ſublimitatis diuinum facta es fundamentum.* Alibi forſan enucleabitur, cur Deipara dicatur *diuinum fundamentum*, quæ Germani ſententia conceptuum grauida eſt.

Pſalmo 44. ſic occinit regius Vates: Adſtitit 3.
Regina à dextris tuis (ſemper à dextris aſtitit) Pſal. 44.
in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Audi v. 11.
filia, & vide, & inclina aurem tuam: *Et obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.* Quæ verba Interpretes communiter ad Virginē Deiparam flectunt. Sed eſto, illam Propheta adhortetur, vt obliuiſcatur populum Iudæorum, ac veterem Synagogam, quia parens Eccleſiæ futura erat; quid expedit, quòd inter Deiparæ ornatûs & elogia prædicetur, fore, vt *domûs patris ſui obliuiſcatur?* Idnè Dauid ſtirpis Iudaicæ vertex, & generis caput, à B. Virgine ipſius ſobole, propheticè expoſcat? Rem, opinor, tetigit Richardus lib. 6. de laudibus B. Virginis, præſcripta verba de eâ exponens: *Obliuiſcere*, inquit, *domum patris tui, quod & ipſa fecit, ad quod ſignificandum non nominatur pater eius in genealogiâ Matthæi.*

Richard. à S. Laurent.

Tantùm enim dicitur: *Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Quare hoc Euangelium pro immaculatâ Beatæ Virginis Conceptione Eccleſia meritò proponit.

Matth. 1. v. 16.

Quia in Deiparæ genealogiâ, eius parētes omittuntur, eius immaculata Conceptio adſtruitur.

Porrò cùm in primo ſuæ animationis inſtanti, gratiæ ac naturæ filia extiterit, & gratia anteuerterit naturæ labem, quò immaculata gratiæ ſoboles conciperetur, ab originario peccato immunis: exindè *domum patris ſui*, & humanam genealogiam *obliuiſci* oportebat. Ex hâc verò ergà parentes obliuione, Georgius Nicomedienſis, Deiparæ à peccato immunitatem, & obſeruauit attentè, & his verbis ſubtiliter publicauit: *In templo*, inquit, *oblata, atque à parentibus ſeiuncta, nihil cogentis naturæ violentiam ſenſit, nec illâ à parentibus ſecretione..... quamquam ferè adhuc maternis vberibus hæreret: quod planè meritò admirationem habeat, animóque illo innoxio, ac ab omni immuni peccato, dignum exiſtat.*

Georg. Nic. Ser 6. in S. Deip ingreſſum in Tēplum.

Scilicet Virgo Deipara, ſecundùm Dauidis prophetiam, ſic *oblita eſt domum patris ſui*, vt in eiuſmodi obliuione, nullam *cogentis naturæ violentiam ſenſerit*, quaſi potiùs gratiæ, quàm naturæ filia, indè Georgius Nicomedienſis, eam ac *omni peccato immunem*, & ſubtiliter arguit, & validè probat, Quod Euangeliſta Matthæus attentè conſiderans, *non nominauit patrem eius in genealogiâ.* Dedecebat enim vt quæ citiùs ac potiùs eſſet gratiæ, quàm naturæ ſoboles, ex humani parentis inſolitâ in genealogiis reticentiâ, generoſior gratiæ proſapia minimè indicaretur; probatur ergo exindè *ab omni peccato immunis.*

Eſther 2. his verbis eius forma prædicatur: 4.
Erat enim formoſa valdè, & incredibili pulchri- Eſther 2.
tudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videba- v. 15.
tur. Verba hæc, ſi ſpecie tenùs ſpectentur, expedita videntur, altiùs autem conſiderata, profundiori myſticè ſtilo valdè arcana. Profectò cùm Eſther adeò fuerit formoſa, vt *omnium oculis gratioſa & amabilis videretur*, quo pacto eius formoſitas & gratia (licèt pauculis) *incredibilis pulchritudo* videbatur? Porrò miriſſimum eſt, quod quæ *omnium, omnium*, inquam, *oculis* formoſa atque gratioſa erat, & communi omnium plauſu, tamquam eximiè pulchra celebra-

Digitized by Google

batur, quaſi gratiarum manibus facta puella, ab aliquibus illius *pulchritudo* videretur *incredibilis*. Richardus lib. 5. de laudibus B. Mariæ, præſcripta verba ſic de eâ exponit: *Incredibilis pulchritudo in ſuperlatiuo gradu, eſt virtutum omnium plenitudo. Vndè Iſaia 66. Quis audiuit vmquam tale?* Hæc autem plenitudo gratiarum, abſque vllo etiam defectu etiam in Conceptionis auſpicio, humanam credibilitatem videtur tranſcendere; ſiquidèm de reliquis Adæ filiis (Filio eius excepto) *quis audiuit vmquam tale?* Forſan quia redemptrix Filij ſui gratia, mortis ſuæ victoriâ parta, inidoneè primo Marianæ vitæ exordio aptari poſſe videatur. Imò & peridoneè victrix ſeu redemptrix Filij ſui gratia, illi vitæ auſpicio accommodari poteſt, quod Theologorum Summates luculenter ediſſerunt. Et hanc obiectiunculam ipſamet Deipara ſub nomine *mulieris* illius *fortis*, dudùm præcauet, ſic aiens: *Confidit in eâ cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit.* Numquam indiget Beata Deipara, etiam in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, victrici redemptionis gratiâ, tamquam *ſpoliis* à deuicto Diabolo partis *Spoliis non indigebit.* Nemo ergò putet *ſpoliis* Dominicæ victoriæ vmquam *indiguiſſe*. Hebræus, *Et ſpolium non deficiet*; explicatiùs Paraphraſtes Chaldæus, *Et non ſpoliabitur, neque indigebit.* Ne ergò figuratæ Eſtheris, quæ *omnium oculis gratioſa & amabilis videtur*, *incredibilis pulchritudo* videatur: nam Dominicæ gratiæ victorialia *ſpolia*, in eâ numquam *defecerunt*: ergò *ſpoliis non indigebit.*

Richardus à S. Laurent. Iſaiæ 66. v. 8.

Deipara pulchritudo in Conceptione, ne putetur incredibilis, cùm tunc ſpoliis non caruerit.

Prou. 31. v. 11.

Hebræus. Chaldæus.

5. Canticorum 4. hæc auditur vox cæleſtis ſponſi ad ſponſam Deiparam: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Hebraicè pro τὸ *Veni*, habetur, *mecum* nempè *Mecum à Libano ſponſa venies*, &c. Quidam putant vocari à terrâ, quæ eſt belluarum montoſus ſaltus, & leonum ac pardorum ſpelunca; ad celſiſſimam beatitudinis gloriam, quâ in Aſſumptione potitur. Verùm peridoneè hæc ſententia quadrat in Conceptionem, quâ ad primum vitæ auſpicium vocatur Virgo Deipara. Porrò non ſola primò venit ad vitam, ſed cum Filio Deo, cuius gratia, Matrem in hoc ingreſſu comitatur, eámque præuenit: *Mecum à Libano ſponſa venies.* à *Libano*, inquam, hoc eſt à *candore*, id enim Libanus ſignificat, quò Marianus in ſuâ Conceptione *candor* innuatur. Addit, *coronaberis*, Hebraicè, *imperabis*, ſeu *dominaberis*, ac vt victrix Regina *coronaberis*: alij tempeſtiuè vertunt, *rectificaberis*, vel *rectâ euades.* Sanè in primo ſuæ Conceptionis ſeu animationis inſtanti, vbi natura in reliquis omnibus ſolet incuruari, & obliquè ad peccatum flecti; tunc, tunc quidèm Virgo Deipara *rectificatur*, & *rectâ euadit* rabiem belluarum infernalium, quæ in Spelæis montis Amana, Sanir & Hermon reliquos diſcerpere ſolent. Vndè ergò ſic *coronaberis? De capite Amanâ*, (ait inibi Rupertus) *quod interpretatur nocturna auis; de vertice Sanir, quod interpretatur dens vigiliarum; & Hermon, quod interpretatur anathema.* Quæ omnia peccato originali aptiſſimè conueniunt. Audiendus eſt Ambroſius, qui (etſi aliud agens) ſic locum opportunè commentatur: *Mecum à Libano ſponſa venies. Adeſt*, inquit, *mihi qui me cogitat, me intuetur, de me ſperat, cui ego portio ſum.* Scilicet quia Filius Deus eſt aliqua Deiparæ *portio*, ideò ſe tutum offert comitem, quò *rectificetur*, & *rectâ euadat* infernales belluas ſuæ Conceptioni periculoſè inſidiantes. Imò & de illis deuictis ac ſuperatis, tamquam victrix, ac dominatrix glorioſè tunc *coronatur*.

Cant. 4. v. 8.

Hebræus.

Quia Chriſtus eſt Deipara portio, ideò in Conceptione infernales feras rectâ euadit.

Rupertus.

S. Ambr. l. de Iſaac. c. 5.

§. CCCIII.

Quàm ſit Deiparæ ortus, naturæ humanæ felix, lætus, ac proficuus.

Leo Auguſtus Orat. 1. in S. Mariæ natiuitatem, ita ſcribit: Parit quoque, inquit, alia quædam Anna, cùm & ipſa orationis munus filium accepiſſet; verùm ſeruum, verùm miniſtrum; quanquam is propheticâ vnctione excelluit: *Tu verò cæli ac terræ Reginam paris; eam inquam, quam canticis celebrat omnis natura particeps rationis: ſola paris Dei Matrem: Sola Dei aula exiſtis. O beatum partum! O lumbos quorum habitaculum elegit Deus, cùm in nobis habitare voluiſſet! O conceptionem partúmque, ac infantem, quibus exitioſus peccati partus elanguit, ſalutiſque multa proles innotuit! O infantem, per quam natura, quæ malitia ac vitioſitatis turpitudine conſenuerat, nouum induta decorem præclarè exornatur! O infantem, per quam vitæ pauperis pannos exuentes, primam illam ſtolam induimus diuinæ dignitatis!* Multas hîc Leo ſententias conglobat, ſenſuum opportunè grauidas. Procliue eſto ſingulas enucleare. 1.

Leo Auguſt. apud Comb. tom. 1.

Mariana Natiuitatis conglobata elegia.

Prouerbiorum 8. ſub Sapientiæ vmbrâ his verbis Deiparæ natiuitas adumbratur: Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis *antequam terra fieret.* Nondùm erant abyſſi, *& ego iam concepta eram:* necdùm fontes aquarum eruperant: necdùm montes graui mole conſtiterant: *antè colles ego parturiebar.* Et poſteà ſubdit: *Quandò appendebat fundamenta terræ. Cum eo eram cuncta componens.* Pro τὸ *appendebat fundamenta terræ*; Hebraicè habetur, *Delineabat*; Lxx. Interpretes, *Fortia faciebat*; S. Hieronymus, *ſtabiliebat*. Quod communiter Interpretes myſticè accommodant Beatæ Virgini, in quâ Deus, qui eſt centrum magnitudinis, ideóque centrum creaturarum omnium, vt ait Triſmegiſtus, ſociauit ſe terræ, id eſt, hominum naturæ quaſi centro grauitatis, dum ipſa Deipara Deitatem Verbi corporauit, ſuáque carne induit. Itaque Chriſtus Deus eſt terræ, id eſt, hominum centrum; Deipara autem ſub nomine *fundamenti* terræ, non centrum, ſed terræ, ideſt, myſticum hominum fundamentum appellatur. Quo nomine Ioannes Geometra Hymno 1. illam ſalutat, adhunc locum adludens: *Salue*, inquit, *mortalis generis fundamen, honóſque Virgineæ laudis.* O, gratulemur naturæ humanæ, quod hodie ſpirituale *fundamentum* natum illi ſit. Nimirùm Chriſtus Deus eſt creaturarum & hominum centrum, quod eſt Diuinitatis elogium; at Deipara eſt myſticum ſpiritualis in hominibus fabricæ *fundamentum.* O quot addenſatis ac ſolitis gratiis ſummus rerum opifex, & eius Filius, *appendebat*, ſeu *fortia faciebat*, ſiuè *ſtabiliebat fundamenta terræ*, id eſt, hominum; ne ſpiritualis fabricæ 2.

Prou. 8. v. 29. Hebræus. Lxx. Interp. S. Hierony.

Triſmegiſt.

Deipara dicitur mortalis generis fundamentum. quare?

Ioan. Geom.

Digitized by Google

bricæ moles nutet, labaſcat, ac ruat humanarum paſſionum pondere. O quàm firmiter eſt fundata virtutum fabrica, quæ Mariano fundamento incumbit! Deſtruit quod adſtruit, & ruinam potiùs ædificat, qui ſuper hoc fundamentum non conſtruit ædificium. Ab æterno *delineatur*, ſed hodie ponitur atque *ſtabilitur* hoc vitæ ſpiritualis hominum *fundamentum*. Ergò hodie ipſi, ac nobis gratulemur cum Ioanne Geometrâ dicentes: *Salue mortalis generis fundamen.*

3. Numeror. 25. Hebræa gens ex Ægypto diu profuga, ad Terram promiſſionis quammorofis itineribus pergit. Morabatur autem eo tempore Iſraël in Settim: *Et fornicatus eſt populus cum filiabus Moab*, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. Et iratus Dominus, ait ad Moyſen: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, &c. Annon populus fornicatus eſt? cur ergò Principes populi dumtaxat puniri dicuntur? Reſpondet Lyranus, quòd *punitio primo facta eſt in Principibus per ſuſpenſionem, quia aliqui erant culpabiles in tranſgreſſione, & alij ſubditos reprimere negligendo..... Principes enim erant de Iudicibus.* In fornicatione enim populi, Principes in primis puniuntur, qui impuni & impudenti ſalacitate antiſtant; & indè quaſi rem permiſſam ſubditos negligunt ſcortatores. Heu! nobilitas popularis etiam luxuriæ rea eſt? Sed rurſùs addubitant Interpretes, cur ita Dei ob ſimile flagitium in Madianitas deſæuierit; & non ita in Moabitas? An non hîc dicitur: *Et fornicatus eſt populus cum filiabus Moab*? Reſpondet idem Lyranus: *Non ſic autem præcipitur de Moabitis: tum quia & ipſi miſerunt filias ſuas ad decipiendum filios Iſraël, non tamen ita nobiles miſerunt ſicut fecerunt Madianitæ.* (Hem! ſic iraſcitur vltrix Dei iuſtitia aduersùs nobilium feminarum libidinem? Taceo.) *Tum quia ipſa Ruth erat deſcenſura de eis, de quâ deſcendit ipſe Dauid.* O benè! Ruthæ natiuitas è Moabiticâ gente, ſic præmaturè meritiſſimam Dei iram, ſtrages minitantem, iam tunc arcebat? Ruthæ olim naſcituræ gratia, ſic Deum mitigat, & eius iram in veniam, & miſerationem inopinatam conuertit? O pulchram Marianæ natiuitatis vmbram! O fauſtum illius præſagium! Quid non beneficum, Matris Dei natiuitas, hominibus non ſpondeat? Scilicet in Ruthâ tamquam in typo tranſpareat, quod in Mariâ eius antitypo & cernere, & experiri munificentiùs licet. *Non ſic autem præcipitur de Moabitis, quia ipſa Ruth erat deſcenſura de eis, de quâ deſcendit ipſe Dauid.*

Numer. 25. v. 1.

Nobiles libidine præeũt.

Lyranus.

Nobilium fœminarum libido acerbiſſimè punitur à Deo.

Lyranus.

Ruth 4. v. 22.

Ob natiuitatem Ruthæ, Moabitis parcitum olim eſt.

4. Prouerbiorum 8. quò dignè (vt par eſt) æſtimetur Deiparæ natiuitas, de quâ ſtatim multis agit; ſuam opulentiorem gloriam, & ditiorem opulentiam præmittit Deipara, ſub excelſo Sapientiæ nomine: *Mecum* (alij, *à me*) *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Vndè cùm naſcitur puella Deipara ſub nomine Sapientiæ, cum *Sophiæ dote* naſcitur: ſecum enim affert tamquam propriam dotem, diuitias & gloriam, & opes ſuperbas. Quæ eſt Marianæ opulentiæ ſuperbia? Forſan ſententia præcedẽs eſt huius in diuitiis *ſuperbiæ* locuples commẽtarius Ait enim: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*, ideſt, *A me ſunt diuitiæ, & gloria:* eſt porrò pius aliquis Marianæ opulentiæ faſtus, nomine *ſuperbiæ* expreſſus, quòd eas diuitias ſecum habere, quas à Deo acceptas, nobis liberaliter largitur, & ab eâ abundè poſſidemus: *Mecum*, id eſt, *à me ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ.* Hâc ſuper re ſic luculenter Leo Auguſtus ſcribit Orat. 2. in S. Mariæ Præſentationem: *Eiuſmodi*, inquit, *aliquid molitur benignus ille, ac clemens* Deus: *videtúque puellam dare Ioachim ac Annæ: at accepit genus ipſum humanum, vt non deſit quod Deo volentes à nobis accipere, demus munus.* Nempè ſanctiſſimis Ioachimo & Annæ, orationis felici merito, videtur puella Deipara dari, tamquã proles optatiſſima, & optima, quò parentum diu improlium vota impleat Sacris ſpebus; at aliquid glorioſius atque opulentius benignius ac clemens Deus arcanè eius natiuitate molitur. Quodnam eſt hoc diuinæ liberalitatis arbitrium Scilicet videtur puella Deipara nata, & data parentibus; *at accipit genus ipſum humanum, vt non deſit, quod Deo volentes à nobis accipere demus munus.* Nimirùm Deus quaſi nauſeare iam inciperet ad Legis antiquæ iam iam antiquandã munera; paupertino mundo, & inopi rerum naturæ, egenis mendicitatibus victitanti, felici ortu puellam Deiparam donat, vt ſiquid Deo dignum, illi placeat à mundo accipere, mundus habeat munus Deo dignum, quod à Deo donatum mundo, datori Deo mundus redonet. Eccè opes piè *ſuperbas*, quibus Deipara dotatur, dum ait: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ* id eſt, *A me ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuperbæ.* Ipſa enim tot dotibus opulenta, non tam parentibus nata eſt, quàm mundo donata, vt eiuſmodi munere, munus habeat, quod Deo donet. Neque idcircò ſic benefica piorum Parentum liberalitas, pignore fraudatur ſuo: illos enim idem Leo Auguſtus ſic poſtmodùm affatur: *At ô vos*, inquit, *qui munus hoc locupletiſſimum ad nos deuexiſtis, qui & eâ gratiâ, quam primi accepiſtis dediſtiſque, vniuerſis locupletiores facti eſtis! O beatum ærarium, ex quo illud prodiit! O beatum partum! O tardam fœtus editionem, vniuerſam amplæ probæque ſobolis gloriam obſcurantem!*

Prouerb. 8 v. 18.

Hebræus.

P. Didac. Celada in Ruth.

Leo Auguſt.

Naſcitur Deipara, ne deſit humano generi munus quod Deo donet.

Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod mundo donant.

Geneſeos 2. Sextidui opificio ferè peracto, dixit Dominus Deus: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi* (vel *contrà ipſum*, vt habent Hebræa) Et poſt pauca addit: *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam: Cùmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro eâ, Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Vulgò notiſſima eſt Euæ ac Deiparæ antitheſis, ſicque Deipara communiter vocatur ſecunda Eua; ſicut ſecundus Adam, Chriſtus appellatur. Pulchrè nuper aduocatus Leo Auguſtus Orat. 1. *Nobis*, inquit, *nata eſt puella ex eodem quidèm atque Euâ figmento; quæ tamen Euæ emendatio ſit.* Sic autem Euam Maria *emendauit*, vt eam Iacobus Monachus nominauerit Euæ gloriam: ita enim ait. Deipara eſt *primæ Parentis gloriatio.* Sic glorioſè Euam Maria *emẽdauit*, dum Euæ primæ debito ſecunda Eua ſatisfecit, eo modo quem ſubtiliter ediſſerit prælaudatus Imperator Leo, Orat. 2. ſic fatus *Ex quâ* (Deiparâ, inquam, hoc eſt ſecundâ Euâ) *dum nouus Adam compactum accipiet corpus, antiquus ille, coſtæ debitum recipiet.* Nimirùm Eua ex veteris Adami coſtâ materiata fuit, 5.

Hebræus.

Geneſ. 2. v. 21. & 22.

Deipara eſt Euæ emẽdatio, & gloriatio.

Leo Auguſt.

Iacob. Monach. Orat. in Natiu. Mariæ.

Leo Auguſt.

6.

& Deo opifice in mulierem ædificata: obæratáque exindè fuit grandiori debito, cui numquam ſoluendo fuerit: neque enim potuit aliquid condignum pro dono ſui corporis, Adamo rependere. Quare ſemper eo debito tenebatur obſtricta. At dum ſecunda Eua, Deipara, inquam, hodie naſcitur Deum paritura, ſuperabundè debitum exoluit, dedit enim ſecunda Eua nouo Adamo præſtantiorem formationis materiam, dum ex ſuis puriſſimis ac Virginalibus immaculatè viſceribus, ſecundum Adamum, Chriſtum Deum, inquam, generauit. Ergò *dum nouus Adam compactum accipiet corpus, antiquus ille, coſta debitum recipiet.* & quidèm cum lucroſâ præſtantioris ſubſtantiæ vſurâ, etſi ex eadem naturæ maſſâ. Itaque naturæ humanæ exultim gratulemur, quòd hodie illi, & ex illâ nata ſit, prioris Euæ *emendatio*, illius beata *gloriatio*, & debitricis Euæ pretium quamglorioſè opulentum. *Salue nata in latis & vernantibus hortis arbor, ab antiquo ſanguine nata ſenum. Salue quæ matrique vterum, calúmque recludis terrigenis, ſtudij ſiderisque viam. Salue Virgo Dei data munere vtrique parenti, atque Parente Deo munus vtrique datum.* Hactenùs Ioannes Geometra Hymno 2.

Secũda Eua debitum accepta coſta, nouo Adamo perſoluit.

Ioann. Geo.

§. CCCIV.

Mariæ nomen nominatione inſculpitur, gratiam & gloriam ſpirat, vices cum ipsâ reciprocat; quæ roganda eſt, vt ſit ſui nominis Interpres.

1. S. Bonau. Ruth. 4. v. 11.

SAnctus Bonauentura in ſpeculo B. Virginis cap. 8. ſic adſpectu ad Rutham typicam, de Mariâ Deiparâ ſcribit: *Tu benè ſignata es per illam Ruth, de quâ legitur ſic: Sit exẽplum virtutis in Ephratâ, & habeat celebre Nomẽ in Bethlehem, ideſt, in Eccleſiâ. O celeberrimi nominis Maria, quomodò poſſet nomen tuũ non eſſe celebre, quæ etiã deuotè nominari non potes ſine nominantis vtilitate? O magna, ô pia, ô multùm laudabilis Maria; tu nec nominari potes, quin accedas* (ò quàm piè audet hæc gnome!) *nec cogitari quidèm, quin recrees affectus diligentium te. Tu numquam ſinè dulcedine diuinitùs tibi inſitâ, pia memoria portas ingrederis.* Vide quàm ſit auguſtè ſalutare Mariæ Nomen, tam opulentâ gratiarum vſurâ nominandum.

Virgo Maria nominari nõ poteſt, quin ſtatim accedat.

2. Iſaiæ 62. v. 2.

Iſaiæ 62. *Et vocabitur tibi*, inquit, *nomen nouum, quod os Domini nominabit.* Cyrillus Alexandr. lib. de Fide ad Theodoſ. cenſet hoc nomen nouum eſſe nomen *Ieſu*, impoſitum Chriſto Domino in circumciſione. Richardus à S. Laurent. lib. 1. cap. 2. ita ſcribit: *Prædixerat Iſaias quaſi loquens ad Mariam: Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini, id eſt, Angelus, vel Filius Dei, qui eſt os Patris, per Angelum nominabit.* Teneo ex Richardo his verbis dulciſſimum & ſacerrimum Mariæ nomen innui quod os Domini prænominauit, Deiparæ pariter ac fideliũ cordibus impreſſit. Quâ ſuper re audiẽdus eſt inibi Oleaſter: *Aduerte*, inquit, *verbum* נקב *nachab, propriè ſignificare, & perforare hîc ſignificat, exculpere, & licèt non ſoleat exculpere; quia tamen quæ Deus profert, ita firma ſunt & duratura, ac ſi ſtilo inſculpta eſſent lapide aut metallo, dicit Vates, Domini os hoc nomen inſculpſiſſe.* Sanè hoc eſt Mariani nominis priuilegium, & aliquod tanti nominis myſterium quod illud ore proferre, non tam ſit illud vago, inſtabili, ac fugaci aëri credere, ad perbreuem languentis ſoni lapſum; quàm illud dum Mariæ imponitur, ore Domini *inſculpi* eidem diuinæ nominationis ſacramento. *Et vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominabit*, hoc eſt, ipsâ nominatione *inſculpet.* O miriſſimam nominis ſculpturam! Quæ *gratiâ plena* eſt, & diuinâ Maternitate, & tot immeratè gratiis pleniſſimè illuſtratur, hâc Mariani nominis *ſculpturâ* ſupruoſiùs ſuperornabitur? Quin & quiſquis Mariæ nomen deuotè profert, non tam illud *nominat*, & per aurium meatus ingerit audientium mentibus, quàm eorum cordibus, velut ſtilo *inſculpit.* Sic cordi tenaciùs hæret, ſic animitùs conuiſceratur, ac ſi medullitùs *inſculperetur.* O in cordibus noſtris Mariæ nomen impreſſiùs *inſculpatur!*

Richardus. Oleaſter.

Mariam nominare, eſt eius nomen inſculpere.

Lucæ 1. Gabriel Angelus ad virginem miſſus è cælo orator ſuper diuinæ corporationis negotio, ſic Mariam ſalutat: *Aue gratiâ plena: Dominus tecum*, &c. Poſtmodùm verò cùm eam animaduertit turbatam, ob arcanum diuinæ Maternitatis commercium cum virginitate votiuâ, ſubdit, *Ne timeas Maria*, ſerâ forſan Mariani nominis compellatione. Eccur non priùs in ipſo ſalutationis auſpicio, *Maria* ab Angelo nominatur? Dubium ſane obuium, nec apud Expoſitores infrequens. Cui Richardus à S. Laurent. lib. 1. de de Laudib. B. Mariæ cap. 2. ſic reſpondet: *Idcircò priùs dicta eſt, Gratia plena, & deinceps ab Angelo nominatur Maria: quia hoc habet ex gratiâ, vt Mariæ nomen interpretatur in nobis.* Quod explicatiùs tradit Albertus Magnus (vt alibi excripſimus) *Omittit Angelus*, inquit, *interponere nomen, Maria, quia in aliud tempus nominandum, poſtquam gratia eius fuerant explicata, ſine quibus tam plenè ſignificationis nomen non intelligeretur.* Quaſi tantus gratiarum cumulus, quantus latet ſub his elogiis *Gratiâ plena: Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*; ſit Mariani nominis commentarius, ſine quo vix poteſt intelligi tanti nominis ſacramentum. *Nomen Maria ſuper omnia Sanctorum nomina, poſt nomen Filij, reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, reficit feſſos, vngit agoniſtas, patefacit iugũ Diaboli, ſupernatat omni nomini, dedit enim ei tota Trinitas nomen, quod eſt ſuper omne nomen poſt nomen Filij ſui, vt in nomine eius omne genu flectatur, ſicut manifeſtè patet, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur huius ſanctiſſimi nominis gratiam, gloriam, & virtutem.* Scilicet quaſi parum foret, quòd nomini *Mariæ* ſubeſt, τὸ *gratiâ plena*, quod elogium nominationi *Mariæ*, tamquam illius commentarius præmittitur; præſcriptas *virtutes* inhalat, *gratiam* afflat, & ſpirat *gloriam*.

3. Lucæ 1. v. 28.

Richard.

Albert. in c. 1. Lucæ.

Mariæ nomẽ afflat gratiam, & ſpirat gloriam.

Richardus ſuprà.

Pſalmo 19. ſic pangit regius Vates, auxiliarem Dei gratiam expetens: Exaudiat te Dominus in die tribulationis: *Protegat te nomen Dei Iacob.* A Dei nomine an potiùs à Deo gratiam expoſcit? Tempeſtiuè Richardus nuper aduocatus, agens de Mariæ nomine, ita ſcribit, *Iuxtà conſuetudi*

4. Pſal. 19. v. 2.

Richardus.

Digitized by Google

conſuetudinem Scripturarum, Nomen ponitur pro nominato, ſicut ibi in Pſalmo; Protegat te nomen Dei Iacob, id eſt, ille qui nominatus eſt Deus Iacob. Quod latè perſequitur toto illo cap. 2. Quaſi nomen Mariæ perindè ſit, ac res ipſa, ipſius vices gerens, & elogiis fruens. Quò adludere videtur Georgius Nicomedienſis Serm. 6. ſic fatus: *O Deipara ſuprà modum deſiderabile nomen.* Quaſi indignum ſe reputans, qui ſacroſanctum Mariæ nomen proferat, rem pro nomine ſubſtituit, Deiparam Mariam appellans *ſuprà modum deſiderabile nomen*; ac ſi Beata Virgo appelletur Maria, & viciſſim res ipſa, ſeu ipſa perſona quæ eſt Deipara, vices cum nomine quodammodò reciprocet, adeò vt de ipſâ Deiparâ Mariâ dicatur, quòd ſit *ſuprà modum deſiderabile nomen.* Quare de nomine Mariæ ait Richardus, quòd *iuxtà conſuetudinem Scripturarum, nomen ponitur pro nominato, ſicut ibi in Pſalmo: protegat te nomen Dei Iacob, id eſt, ille qui nominatus eſt Deus Iacob.*

Maria nomen vices cum ipſâ reciprocat; & ipſa cum nomine.
Georg. Nic.

5. Pſal. 47. v. 11. Pſal. 32. v. 5.

Pergit Dauid Pſalm. 47. *Secundùm nomen Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitiâ plena eſt dextera tua.* Cur non potiùs plenam dixit miſericordiâ dexteram, cùm illâ dixerit alibi *plenam terram*? Verùm peritè inibi notant Commentatores, *iuſtitiæ* nomine, remuneratricem intelligi iuſtitiam, quæ eſt locupletior miſericordia; aut virtutes, ſanctitates, & gratias, vt aliàs ſæpè in Bibliis. Præſertim cùm dicatur, quòd ſecundùm nomen Dei, ſic & laus eius: laus autem à miſericordi beneficentiâ, potiùs quàm à ſeueritate iuſtitiæ ambiri ſolitat. Sed quid eſt, quòd *ſecundum nomen* Dei, *Iehoua*, quod ineffabile eſt, & eius notio hominibus imperuia, ſit taxanda eiuſdem laus? Sic etiam & ſuo modo de ſacroſancto Mariæ nomine philoſophari procliue eſt; cùm ineffabile ſit quot virtutes, quot ſanctitates, quot gratias, & prærogatiuas arcanè contineat. Richardus lib. 1. de Laudib. B. Mariæ, cap. 2. copioſè agens de eius nomine, ita ſcribit: *Roganda eſt ergò aſſiduè, vt nomen ſuum* (Maria) *interpretetur in nobis, vt ſcilicet illuminet tenebras noſtras.* Et paullò antè in eodem cap. dixerat: *Et nomen Virginis Maria. Oſtendens Euangeliſta hoc nomen multùm habere eruditionis & gratiæ, & altiùs memoriæ commendandum, & diligentiùs inueſtigandum...... Deuota inuocatio nominis huius, ſcilicet Mariæ, & doctrina & gratia eius, rerum labentium intima faciunt manifeſta.* Itaque Mariæ nomen reconditâ *eruditione* arcanum eſt, & ineffabili *doctrinâ* profundum: quare obnixiùs ab eâ expetendum eſt, ipſa *in nobis nomen ſuum interpretetur*, ipſáque apud nos ſit ſui nominis elucidarium, & dilucidus commentarius, vt eam ex nomine poſſimus cognoſcere. Rectè enim Tertullianus dixit, quòd *fides nominum ſalus eſt proprietatum.* Porrò, ô Domina, *ſecundùm nomen tuum, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitiâ* remuneratrice, & miſericordiâ expromptiùs adiutrice, *plena eſt dextera tua.* O vtinam ipſa Maria largiùs beneficam ſui nominis vim, & Mariani vocabuli ſacramentum nobis *interpretetur.* O ſtudeamus huic Mariani nominis commentario, in quo haud dubiis characteribus legere liceat, omnipotenter argutam ſummi opificis artem, artificiſque genium, immenſam gratiæ plenitudinem, quæ in ipſâ tranſparet; atque ſimul quot quantáſque gratias eius ſacroſanctum nomen, nominationis ſacramento hominibus cumulatiùs afflet ac ſpiret.

Richardus à S. Laurent.
Roganda eſt Maria, vt ipſa nobis ſit ſui nominis interpres.
Tertull. l. de Carne Chriſti c. 13.

6. Prou. 20. v. 27. Tranſlationes.

Prouerbiorum 20. ita ſcribit Salomon: *Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta,* &c. Pro τὸ *lucerna*, aliqui excribunt, *lux Domini*; alij, *fax Domini*; alij, *exhilarari à Deo*, quod ad Dei beneuolentiam, fauorem & gratiam referunt. Huiuſmodi autem fauor & gratia, *ſpiraculum hominis* nominatur, quaſi homo per Deum beneficum reſpiret. Myſticè ad hunc locum adludere videtur Georgius Nicomedienſis Serm. 8. cùm Chriſtum Deum in crucis patibulo morti proximum, ſuum *ſpiraculum* nominat Deipara: *Tu*, inquit, *proles occideris, per quam mihi conſtat halitus.* (Hæc ſententia dilucidiorem poſcit expenſionem, quàm in hoc tráſcurſu habere permittitur) Richar. verò nuper laudatus, per hoc *ſpiraculum*, quod Dei fax, ſeu beneuolētia, fauor, gratiáq; diuina nobis munificè largitur, Mariæ nomē intelligit, ſic ſcitè fatus: *Mirabiliter virtus huius nominis, Maria, penetrat duritiem cordis humani. Prouerbiorū 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis. Dicamus & nos: Lucerna Domina, id eſt, Maria, quæ illuminatrix & Domina interpretatur, ſpiraculum hominis, quia peccator per eam reſpirat in ſpem veniæ & gratiæ.* Itaque Mariæ Deiparæ *ſpiraculum* dicitur Chriſtus Deus eius Filius, nempè per quem illi *conſtabat halitus.* At *ſpiraculum hominis*, dicitur vitale Mariæ nomen; *quia peccator per eam reſpirat in ſpem veniæ & gratiæ.* Adeò vt deuota Mariæ nominatio, ſit ethicè vitalis hominis reſpiratio; quaſi per Mariæ nominationem, vitæ anhelitu homo reſpiret, aſpiret ad gratiam, & gratias reſpiret. Pronum eſt perſequi *anhelitûs* & *reſpirationis* allegoriam, ad Mariæ nominationem, & crebrò faciendam, & ſumptuoſiùs prædicandam.

Per Chriſtū conſtat Deiparæ halitus.
Georg. Nic.
Mariæ nominatio, eſt ethicè vitalis hominis reſpiratio.
Richardus.

§. CCCV.

Virginis Deiparæ regia nobilitas, dignitáſque: eiuſque ſtirps à Triade, & Triade alter honos.

1. B. Pet. Dam. Serm. 47. de Natiu. Virg.

BEatus Petr. Damianus ita ſcribit: O mirabilis, ô ſingulariter nobilis caro Beatiſſimæ Virginis, in quâ muliebris natura mutatur, humana conditio non tenetur. In humano genere ille nobilis dicitur, qui claris Maiorum titulis inſignitur; Beata verò Maria, licèt de generoſâ ſit Patrum ſtirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentiſſimæ nobilitatis genus, qui de illâ eſt nouo naſcendi genere procreatus, & per clariſſimam ſobolem omnem humani ſtemmatis excedit nobilitatem. Clara Proauorum titulis, ſed incomparabiliter clarior generoſitate prolis. Filia ſiquidèm Regum, ſed Mater Regis Regum. Hactenùs ille. Sic etiam Ruth, ab Hebræis putatur nobilis, regio Moabitarum regum ſtemmate: ſed multò generoſior eſt ob regiam ſobolem; à Ruthâ enim ortus eſt Dauid, Regum vertex, & indè *Mater regni* auguſtè nominatur: ab illâ Deipara, & Chriſtus Deus ortum præclariſſimum trahunt, qui eſt ſublimior nobilitatis faſtus.

Deipara ac Ruthæ adſimilis nobilitas.
Ruth 4. v. 22.

2. Matthæi 1. in Ieſuanæ generationis catalogo, primus conſtituitur Abrahamus, tamquam generis caput. Deindè ſeriatim deſcendendo, ita ſcribitur: Salmon autem genuit Booz de Rahab. *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Tandem longâ Maiorum recenſitione deſcriptâ, hâc clauſulâ genealogia terminatur: *Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de quâ natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* Quærit dubius Chryſoſtomus, *Quomodò Booz accepit vxorem Moabitidem nomine Ruth?* Scilicet *Booz promerito fidei ſuæ illam accepit vxorem, vt ex coniugio tali ſanctificato, genus naſceretur regale.* Principi Boozo propudioſum videri poſſet, Moabitidem ducere: aſt ideò Rutham duxit vxorem, quò ex eo *genus naſceretur regale:* quare Ruth, *Mater regni* nuncupatur. Similem in modum Deus, ſummus Rex Regum, & Dominus Dominantium, caro factus in almo Virginis Mariæ vtero, dum illi ſeſe conuiſcerat, & de eius puriſſimo ſanguine coaleſcit in hominem Deum, Chriſtum, inquam, à regali ac Deiformi dignitate non degenerat; quin potiùs regio peregrinæ generoſitatis ſtemmate nobilitatur. Audiendus eſt hâc ſuper re Andreas Cretenſis Serm. 1. in Natiuit. S. Mariæ, adludens ad illud Prouerbior. 31. *Byſſus, & purpura indumentum eius,* ita ſcribens: *Hodie puella Virgo, ex Iudâ, Dauidéque procedit, regni eius præ ſe ſpeciem ferens...... Deúſque regalem inficiens purpuram, Dauidico ſanguine purpurauit.* Profundè quidèm Cretenſis! Nempè Deus Verbum, vnigenitus Dei Filius, & Patris Dei in æternitate generoſa ſoboles; auguſtæ Deitatis regiam purpuram, *Dauidico* Deiparæ *ſanguine purpurauit.* Non vileſcit aut ſordeſcit regia Diuinitatis purpura, dum ex puriſſimo Mariæ ſanguine Deus coaleſcit in Chriſtum; imò & auguſta Deitatis purpura, Dauidico Mariæ ſanguine, quaſi nouiter tincta, generosè purpuraſcit, & regiâ humanitùs dignitate niteſcit auguſtiſſimâ nobilitatis gloriâ. *Puella Virgo ex Dauide procedit; Deúſque regalem inficiens purpuram, ſanguine purpurauit.* (Nemo hærebit in verbo, *inficiens*, niſi malè grammaticus.)

Matt. 1. v. 5.
Imperfect. 1. homil. 1.
Deus regalē inficiens purpuram, Dauidico Mariæ ſanguine purpurauit.
Andr. Cret. Prou. 31. v. 22.

3. Matthæi 28. hæc Chriſti ad Apoſtolos vox auditur: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & & in terrâ.* Tum quia Filius Dei, & Deus ſum: ſic enim ab æterno data eſt mihi à Patre cum eſſentiâ diuinâ *omnis* eius *poteſtas* & maieſtas: Tum propriè quà homo ſum, data eſt mihi inchoatiuè in Incarnatione meâ, ob dignitatem vnionis hypoſtaticæ cum Verbo: completè verò omnis poteſtas mihi nunc data eſt à Deo poſt reſurrectionem, ob merita paſſionis meæ. Nunc autem meminit Chriſtus ſuæ ampliſſimæ poteſtatis, vt ſignificet ſe ex hâc poteſtate mittere Apoſtolos ad omnes gentes ſibi per Euangelij prædicationem ſubiugandas. Cæterùm cùm dicit Chriſtus, *Data eſt mihi,* illi *ſoli* datam hanc plenam poteſtatem, & regium hoc dominium in cælo & in terrâ, interpretatur Cornelius; quam nunc partim communicat Apoſtolis ad Eccleſiæ fundationem, & illius regimen; pleniùs autem hoc Chriſti dominium, & *poteſtas*, & imperium, etſi aliter, Deiparæ communicatur, ſcilicet, ait Guarricus Abbas Serm. 3. dē Aſſump. B. Mariæ: *Perge*, inquit, *Maria perge ſecura in bonis Filij tui, fiducialiter age tamquam Regina, Mater Regis & Sponſa: requiem quærebas, ſed amplioris gloriæ eſt, quod tibi debetur, Regnum & poteſtas: indiuiſum habere tecum cupit imperium, cui tecum in carne vnâ, & vno ſpiritu indiuiſum fuit pietatis & vnitatis myſterium.* Nempè Chriſtus ait, *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terrâ, Mihi ſoli*, inquam. Cùm autem Chriſto Deo, & Matri Virgini, *in vnâ carne & vno ſpiritu indiuiſum fuit pietatis & vnitatis myſterium*, amplioris gloriæ eſt, quod Deiparæ *debetur* diuinæ Maternitatis auguſto titulo: & indè eius Filius Deus, cui *data eſt omnis poteſtas in cælo & in terrâ, Regnum, poteſtatem, & imperium cupit habere indiuiſum.* Quò fit, vt Deipara Virgo, quia eadem eſt caro cum Filio Deo, idem eſt pietatis ſpiritus, generoſo tantæ Maternitatis titulo; iſtiuſmodi ampliſſimam glorioſè poteſtatem, regnorum ſceptra, ac cæli terræque imperium, *indiuiſum* cum Filio habeat. Idcircò etſi Chriſtus dicat: *Data eſt mihi* (*Soli*, inquam) *omnis poteſtas in cælo & in terrâ*; Matri etiam communicatur, vt ritè fieri poteſt, & iure Maternitatis *debetur.*

Matth. 28. v. 18.
Cornelius ibi.
Omnis Filij regia poteſtas, indiuiſa cum Deiparâ dicitur. quomodo?
Guarricus.
Deipara, in vnâ carne & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium.

Siracides Eccleſiaſtici 24. hoc diuinæ atque increatæ Sapientiæ elogium prodit, quod Deiparæ etiam communiter aptari ſolitat: *Ego ex ore Altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam.* Eſto, Beata Virgo dicatur, *Primogenita* ante omnem creaturam, quia eſt creaturarum potiſſima, & omnium princeps: at quo pacto *ex ore Altiſſimi* prodire potuit, niſi modo creaturis ceteris communiſſimo, quo ex omnipotenti Dei verbo prodierunt? nam *ipſe dixit, & facta ſunt*; quod in omnes æquè creaturas quadrat. Hoc dubium proponit Richardus à S. Laurentio lib. 4. de Laudib. Virgin. *Reſpondemus*, inquit, *quia ipſa eſt principium Chriſti ſecundùm humanitatem, qui eſt os Patris: & quia de eâ dixit tota Trinitas ſpecialiter, quaſi loquens de Chriſto: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Prior ratio altius requirit examen, quàm quod in tranſcurſu perſtrictim peragi poſſit. De quo alibi forſan. Teneo tamen ex Richardo, quòd Virgo Deipara non ſolum *primogenita* ſit omnis creaturæ; ſed etiam à *totâ Trinitate ſpecialiter* prodierit. Quò adludere videtur Ioannes Geometra in Hymni 2. auſpicio ſic concinnè fatus: *Salue ô Regnatrix, quæ creta es ſanguine Regum, atque Sacerdotum, fatidicúmque virûm.* Parum hoc ad auguſtam Deiparæ nobilitatem; idcircò addit: *Salue ô Regnatrix, cuius puriſſima radix, ſtirps Charitum triplex* (nempè Regum, Sacerdotum, ac Prophetarum) *atque ſata à Triade. Salue ô Regnatrix, Trias eſt tibi ſtirpſque capútque: hinc vnum è Triade, ô ter benedicta, paris.* Ecce tibi Deiparæ eſt *ſtirps* Charitum ſeu Gratiarum triplex, Regum ſcilicet, Sacerdotum, ac Prophetarum; ſed etiam *ſtirps* illi eſt *ſpecialiter* ipſa Trinitas: & indè ipſa ter benedicta, vnum è Trinitate parit. Quaſi ſpecialiter à totâ Trinitate oriri debuerit, quæ è Trinitate vnum peperit; ne ab auguſtâ ſtirpe diuinâ, ſtirps Chriſti humana degenerare videatur. *Trias eſt tibi ſtirpſque capútque: hinc vnum è Triade, ô ter benedicta, paris.* Exindè *conſanguinea Trinitatis* dicitur à Cornelio, in Prouerb. 8. verſ. 23. O Deiparæ ſtirps omni ex parte auguſtè generoſa! 4.

Eccli. 24. v. 5.
Deipara ex ore Dei prodit, quia eū Dei peperit.
Richard.
Geneſ. 2. v. 18.
Trinitas eſt Deiparæ ſtirps; in de vnum è Trinitate parit.
Ioan. Geom.
Cornelius.

Iſaias cap. 42. hæc Dei nomine ſcribit: *Ego Dominus* (Hebraicè *Iehoua*,) *hoc eſt nomen meum: gloriam* 5.

Iſaiæ 42. v. 8.
Hebræus.

Digitized by Google

gloriam meam alteri non dabo. Quæ eſt hæc *gloria*, alteri minimè concedenda, quam Deus, opulentiæ ſuæ alioqui largitor beneficus, tamquam propriam vni ſibi dádam, nec alicui communicandam, vendicat? Communiter hæc *gloria* putatur *laus*, ſeu honor, cuius ſtatim meminit.

Quo pacto Deus Pater gloriam ſuã Deipara dederit.

Richardus.

Prou. 10. v. 1.

Verùm Richardus à S. Laurentio lib. 4 de Laudib. B. Mariæ, ita appoſitè ad rem ſcribit: *Iſaia 42. dicit Deus Pater: Gloriam meam, id eſt, Filium meum (quia gloria Patris filius ſapiens) alteri non dabo quam Mariæ, quia ſoli Mariæ hoc priuilegium debebatur.* Itaque dum Deus Pater dicit: *Gloriam meam*, id eſt, *laudem* & honorem meum *alteri non dabo*, ſic eſt intelligendum, vt alteri præter Virginem Deiparam dandus non ſit Dei Filius, qui eſt Patris gloria, & verus vtriuſque Filius; Filius, inquam, Patris in cælis ſine Matre: in terris verò ſine Patre vnicus Matris Filius. quæ eſt ſumma Deiparæ *gloria, laus*, atque honos.

Ioan. Geom.

Gaude (ait Ioannes Geometra Hymno 1. *qua Regem genuiſti ſola polorum cæleſtûmque: tibi eſt à Triade alter honos.*

Sententioſè dicitur, quòd Virgini Deiparæ eſt à Triade alter honos.

Expende τò *alter*, quæ eſt ſententiæ emphaſis, honorarium Marianæ generoſitatis faſtigium nobiliter elucidans. *Tibi*, ô Deipara, *eſt à Triade alter honos.* Quaſi à Deiparæ dignitate, ſic Maria excellat reliquorum Cælitum honores, & auguſtum ſummæ Triados honorem æmuletur, vt illi ſit *à Triade honos alter*, Triadi ſuppar; ſed cui reliquorum iunctim Cælitum honores minimè comparentur, nec in illâ honoris ſerie cenſeantur. Scilicet à magno hoc Doctore in cælis conſtituitur duplex ſublimiſſimus honor, qui reliquorum Cælitum ſeriem, cenſum, quin & æmulationem excellat, quorum vnum Deitatis iure ſibi Trinitas vendicat; Deiparæ autem, ob diuinæ Maternitatis dignitatem, & gratiarum indè faſtigium, *ſit à Triade alter honos.* O quot Marianarum laudum ſacramenta, hâc vnâ voculâ, *alter*, Geometra glorioſè compendiauit! *Gloriam meam, laudem* meam, honorem meum *alteri non dabo: Tibi*, ô auguſtiſſima generoſè Deipara, *eſt à Triade alter honos: quia ſoli Mariæ hoc priuilegium debebatur.* Gratulor tot Regum & Patriarcharum nobilitati retrò generoſiſſimæ, quòd in Mariâ, per Mariam, & à Mariâ, nobilitata ſit, & auguſtiori ſtemmate aucta:

Geometra. Hymno 2.

Salue Maiorum decus, ſpes, gratia, cantus: de te ſe iactat tota beata cohors. Sic Beata Deipara, nobilitatis decus gloriæ ſpem, & generoſam gratiarum omnium vbertatem in Maiores regerit?

---

§. CCCVI.

Elegantia corporis & animi pulchritudo, in Virgine Deiparâ commendantur.

1.

S. Epiphan.

SAnctus Epiphanius Orat de Laudibus Virg. ad eam Serm. dirigit his verbis: *Quæ ſola Deo excepto cunctis ſuperior exiſtis, formoſior es ipſis Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico.*

Andr. Cret. *Mariana pulchritudinis encomiũ.*

Et Andreas Cretenſis Orat. de Dormit. Deiparã ſic alloquitur: *Eximia pulchritudo, à Deo ſculpta ſtatua, viui archetypi imago.* Georgius Nicomedienſis Orat. de Oblat. Deiparam ſic affatur:

Georg. Nic.

O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum; O Dei genitrix pulchrorum omnium ſummum ornamentum. Hactenùs cap. 5. num. 52. noſter Spinellus.

Spinellus.

2.

Pſal. 44. v. 4. & 5.

Pſalmo 44. ſic profundè Dauid de Salomone, vel potiùs de Chriſto pangit: *Accingere gladio tuo ſuper fæmur tuum, potentiſſime, ſpecie tuâ, & pulchritudine tuâ intende, proſperè procede, & regna, propter veritatem*, &c. Quorsùm accingetur gladio, qui ſpecie ac pulchritudine hoſtes detriumphabit ſuos, proſperéque regnabit? Quæ eſt iſta ſic pugnax pulchritudo, enſe quaſi ad bellum ſuccincta? Richardus lib. 12. de Laudibus B. Mariæ, ita locum exponit: *Species ad diuinitatem* Chriſti, *Pulchritudo refertur ad humanitatem. Dicit ergò opportuniſſimè, Intende, id eſt, hominem pereuntem reſpice ..... Vndè, Proſperè procede, id eſt, Procede de vtero Virginis, ad proſperitatem noſtram, quia omnia bona nobis contulit; & Regna ſuper filios tuos, quos à Diabolo liberaſti*, Ecce tibi Chriſtus Deus *gladio* diuinæ potentiæ accinctus, de almo vtero ſpecioſæ ac puchræ Matris, *ſpecioſus* diuinitate, *pulcher* humanitate, proſperè *procedit*, vt ſpecie ac pulchritudine ſuâ *veritatem* vendicet, errores detriũphet. S. Chryſoſtomus (vel quiſquis eſt auctor Serm. in Annũciat. S. Mariæ apud Combeſis) ſic Deiparæ nomine addubitat ad ea verba Angeli: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regni eius non erit finis.* Nemo Regum, inquit, fuit immortalis. Eorum nemo communem mundi finem euaſit. Omnes transfert immortalis ille Dominus: *cum omnibus vermes rationem ponunt* (ô! priùs nos cum illis rationem ponamus. (Nullus Rex inferni portas effugit. Non Saül qui primus regni diadema induit: non Dauid regno dignus appellatus: *Non Samuel ille Regum, pater qui effuſo oleo, dignum declarauit: Non ſapientiſſimus Salomon, qui gladio forma mendacium arguit.*

Richardus à S. Laurent.

Lucæ 1. v. 32. & 33.

Pſeudo Chr.

Ratio mortalibus, & præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda.

Nimirùm figuratus Salomon, Chriſtus Deus, potentiæ diuinæ *gladio* accingitur; ſed *proſpere procedens* de ſpecioſæ ac pulchræ Virginis vtero ſpecioſus ac pulcher, Deiparam Matrem venuſtate referens, *gladio forma mendacium arguit. Specie tuâ, & pulchritudine tuâ proſperè procede, & regna, propter veritatem*, &c. Profectò *ſpecies*, noua argumentatrix eſt, & *pulchritudinis* ſeu *forma gladio* nouiter *mendacium arguit*, vincit, detriumphat; & veritatem reddit victricem triumphali gloriâ. His pulchritudinis armis, in Virginalis pulchræ puellæ vtero, tamquam in regio armamentario, Filius Deus validiſſimè obarmatus, *proſperè procedit, & regnat.*

Salomon, id eſt, Chriſtus gladio forma quã expreſſit à Matre, mendacium arguit.

3.

Exhod. 2. v. 2.

Exhodi 2. ſæuiente adhuc feralis infanticidij edicto, vir de domo Leui accepit vxorem ſtirpis ſuæ: *Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus.* Nimirùm toto trimeſtri Moyſes ob eximiam venuſtatem à parentibus ſeruatur. Erat, inquit, Ioſephus, infans hic tam ſpecioſus, vt aſpicientium oculos ad ſe raperet, defixóſque teneret.

Ioſephus.

Sanctus Stephanus Actor. 7. pro τò *elegans*, vertit, *fuit gratus Deo*, Alij è Græco exſcribunt, *fuit gratioſus, gratus, charus Deo.* Quaſi dicat Moyſes infans adeò erat elegans, decorus, & gratioſus, vt tam Deum, quàm homines in ſui amorem alliceret, elegantia enim corporis præter ſolitum Moyſi à Deo indita, effectus & indicium erat elegantiæ, quæ animæ erat ab eodem indita, & indenda. Vndè Syrus vertit: *fuit*

Actor. 7. v. 20.

Græcus.

Idémne eſt, elegãtia corporis, & apud Deum gratia?

Syrus.

dilectus

Digitized by Google

S. Chryſoſt. Oecumen. *dilectus Deo.* Sic & S. Chryſoſtomus, & Oecumenius, qui tamen ſecundò vertit, *irreprehenſibilis.* Quidam autem recentiores apud Cornelium ad eum Actorum locum, ſic interpretantur: *Moyſes erat elegans Deo*, id eſt, *inſigniter elegans, eximiè pulcher.* Itaque aſpectu *elegans*, perindè hìc eſt, *gratus Deo*, ac moribus *irreprehenſibilis.* Vndè Maximus Tyrius Serm. 10. *Vt antè*, inquit, *Sol exoriens præmittit fulgorem qui cacumina montium illuſtret, vberioris lucis ſpe: ita ſplendeſcenti animo præfulget in ſuperficie corporis decor, ſpem afferens multò melioris.* Et auctor Panegyrici ad Conſtantinum: *Natura ipſa*, inquit, *magnis mentibus domicilia corporum digna metatur.* Hanc pulchritudinis gnomen vniuerſatim propoſitam, de oris ac corporis *elegantiâ*, mores *inreprehenſibiles*, & *gratiam* apud Deum, haud dubiis characteribus indicantem; S. Ambroſius ſub initium lib. 2. de Virginibus, Beatæ Deiparæ eleganter accómodat, poſt plura eius elogia, ſic tandem fatus: *Corporis ſpecies ſimulacrum fuit mentis, figuráque probitatis*, &c. Quaſi in Mariani oris ac corporis eximiâ venuſtate, ſpecioſa morum elegantia, & intimè arcana omniũ virtutũ, ſanctitatũ ac gratiarum omnium pulchritudo tranſluceret. Quare in Virgine Deiparâ *eximia pulchritudo, à Deo ſculpta ſtatua, viui archetypi imago* nominatur, & pulcherrima pulchritudinum omnium pulchritudo perhibetur Vndè qui à Moyſe dicitur corpore *elegans*, à Sancto Stephano, *gratus Deo* nuncupatur.

Cornelius.

Maxĩ. Tyr.

Panegyriſta.

In Deiparâ ſpecies corporis fuit mentis forma, & probitatis figura.

S. Ambroſ.

4. Iob 5. ſic de adytis diuinæ prouidentiæ loquitur Eliphaz: *Ego vidi ſtultum* (nempè diuitem, & mundialibus bonis abundè felicem) *firmâ radice: & maledixi pulchritudini eius ſtatim.* Benè notant hìc Interpretes, quòd *maledicere* hoc loco, eſt *male ominari.* quaſi huiuſmodi *pulchritudo*, caduca ſit, inſtabilis, fallax, & deformitati confinis: & indè ſiniſtro augurio obnoxia. *Pulchritudo* ſanè videtur; ſed de quâ male ominari licet. Secùs illa *pulchritudo iuſtitiæ*, de quâ loquitur Ieremias. Apud Iſaiam etiam legimus: *Sedebit populus in pulchritudine pacis.* Opinor, pulchritudo iuſtitiæ, virtutum elegantia, & venuſta morum forma, in Mariâ, per Mariam, & à Mariâ eſt. Concinnè Ioannes Geometra Hymno 4. ſic Deiparam affatur: *Salue gratia virtutum quæ moribus inſunt, quæ mentem exornant, munera ſúntque Dei.* Et ſuprà Hymno 3. antedixerat. *Salue præſtans forma animi.* Scilicet Virgo Deipara eleganter dicitur, noſtratum virtutum *forma*, morum elegantia, ſanctitatum *gratia*, & *iuſtitiæ pulchritudo.* quare *Mater pulchra dilectionis*, à Siracide nominatur Porrò ſic eximiè pulchreſcit virtus, quam ſuis clientibus Maria afflat, & interuentu fouet ſuo; vt ipſa à ſuo cognato effectu dicatur, *gratia virtutum quæ moribus inſunt, pulchritudo iuſtitiæ præſtans animi forma*, ſeu morum ſpecies & venuſtas; de eâque fauſtè *ominari* feliciter liceat. Vndè pulchrorum pulcritudo nominatur. De quò aliàs agebamus.

Iob. 5. v. 3.

Pineda ibi.

Ierem. 31. v. 23.

Iſaiæ 32. v. 18.

Deipara dicitur. gratia virtutum. ſpecies iuſtitiæ, & pulchra animi forma.

Ioan. Geom.

Eccli 24. v. 24.

5. Sapientiæ 7. de Sapientiâ diuinâ ita ſcribitur: *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Hæc verba à Sanctis Patribus & Expoſitoribus, Beatæ Deiparæ adaptari, obuium eſt. Appoſitè Syrus ſic locum exſcribit: *Splendor eſt lucis, & incorruptibile ſpeculum gloriæ omnibus ſeruis Dei, & forma gratiæ illius.* quaſi perindè ſit, *Imago bonitatis* Dei, ac pulchritudo, ſiue ſpecies, ſiue *forma gratiæ illius.* Ad hæc duo Deiparæ Virginis elogia, quæ ſcilicet à lucis *ſplendore*, & ab *imagine* bonitatis, ſeu gratioſæ formæ diuinæ mutuantur, adludere videtur Ioannes Geometra Hymno 3. ſic modulatè eam alloquens: *Gaude Virgo abdens Seraphinum lumen, vt almus Sol lucem ſideream obtenebrat.* Hæc de lucis ſplendore. Et de imagine diuinâ ſtatim ſubdit: *Gaude Virgo decus naturæ, pulchráque imago, quæ ſummi genium continet Artificis.* Nimirùm Natura diffamata hactenùs erat tamquam filiorum nouerca, potiùs quàm mater: Maria autem ſic pulchra animo & corpore efformata à Deo opifice eſt, vt prælustre *natura decus* extiterit, & de agnatâ deformitate vindicias egerit. Adeò vt dicatur, *Imago bonitatis* Dei, id eſt, *forma gratiæ illius*, quod alto ſtylo expreſſit Geometra, *Pulchra imago*, inquiens, *quæ ſummi genium continet Artificis.* Num hæc *pulchra* diuinæ pulchritudinis *imago*, & ſpecies ſeu pulchritudo, ſeu *forma gratiæ illius*, ideò ſummi Artificis Dei *genium continet*; quia Dei *genium*, id eſt, increatam Sapientiam rerum opificem, in Virgineis ſuis viſceribus continuit? An ſic *pulchra imago*, & perfectè conſummata *forma gratiæ illius* extitit, quia ſummi Artificis *genium*, id eſt, ingenium, artem artiſque peritiam *continet*, vt quaſi exhauſtis ad vlteriorem pulchritudinis gratiam viribus omnipotentiæ, non poſſit meliorem ac præſtantiorem ſibi Matrem efformare? O quàm eſt *pulchra imago*, & *forma gratiæ, quæ ſummi genium continet Artificis*! O quàm eſt laudum fœcunda, hæc Geometræ ſententia!

Sapient. 7. v. 26.

Syrus.

Ioan. Geom.

Deiparæ pulchritudo, ſũmi Artificis genium continet. quare?

Canticorum 5. filiarum Ieruſalem hæc vox ad ſponſam Deiparam auditur: *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto* (Hebraicè, *dilectus præ dilecto*) *ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?* Reſpondet: Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus, &c. Tempeſtiuè tunc virgo Maria, *pulcherrima mulierum* appellatur, cùm Chriſti Filij ſui pulchritudo eximia, & ſpecies deiformis prædicanda erat: fuit enim ipſa & pulchra, & *pulchripara*, & à quâ Filius pulchritudinem mutuauit. Imò & Filius ſicut in Patre Deo, ſic etiam in Virgine Matre belliſſimè pulchreſcit. Quod ex hoc Canticorum loco S. Bonauentura in Speculo B. Virginis bellè probat. *Dicamus*, inquit, *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? & ecce ipſa reſpondens ſtatim dicit: Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus: ipſe candor lucis æternæ..... Ecce quàm pulcher fructus: pulcher in cælis, pulcher in terris: pulcher in Patre Verbum, pulcher in Matre caro & Verbum.* Itaque Chriſtus Deus non ſolùm eſt in ſe eximiè pulcher, & *ſpecioſus formâ præ filiis hominũ*; ſed etiã *pulcher in Patre Verbũ*, eiuſq; Filius, eadémque cum illo sũma pulchritudo: eſt etiam *pulcher in Matre caro verbum.* quaſi diuinâ ac humanâ pulchritudine Deus homo in Virgine Matre venuſtiſſimâ pulchreſcat. Scilicet quaſi parũ foret in ſe dumtaxat pulchrũ eſſe, velut exambit etiam in Matre *mulierum pulcherrimâ*, glorioſè pulchreſcere: ac ſi Chriſti pulchritudo ſit à Deiparâ, & per Deiparam, atque etiam à Deiparâ. *Pulcher in Patre Verbum, pulcher in Matre caro Verbum*, Pulchre quidèm Bonauentura.

6. Cantic. 5. v. 9.

Hebræus.

Ioann. Geo. Hym. 1.

Chriſtus, pulcher in Patre Verbum, pulcher in Matre caro Verbum.

S. Bonau.

Pſal. 44. v. 3.

Digitized by Google

tura. Recuſet Noëmi appellari pulchra, ne puel-
Ruth 1. v. 10. læ Ruthæ elogio inuidere videatur. Pulchra
Ruth in ſe, pulchrior in ſobole, è quâ Chriſtus
Deus, ac Deipara.

§. CCCVII.

Miriſſima Deiparæ virginitas ſumptuoſiùs prædicatur.

1. Proclus. PRoclus Orat. 4. quæ eſt in diem Chriſti natalem, ſic de eius incarnatione, & Deiparæ virginitate ſcribit: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum, & ex te, ac ante te. In te, vt ei placuit, illapſus: ex te vt voluit, egreſſus: antè te, vt antè omnem animi cogitatum, ineffabili ratione, incorruptè, mirabiliter, ex naturâ, impollutè, impatibiliter, ſine teſte, ſine medio, nullâ alteratione, ineffabiliter, ac eâ, quæ Deum decent, ratione, ex Deo & Patre genitus: qui in cælis ſinè matre; in terrâ ſine Patre eſt.* Ecce tibi humana Chriſti generatio, de *impatibilitatis* elogio, diuinæ generationis æmula; vt adſimiliter de ſolâ Matre in tempore, ac in æternitate à Deo Patre *ineffabiliter* ac *impatibiliter* generatur. Pergit Orat. 5. *Benedictus fructus ventris tui: fructus, inquam, non ſementis; flos, non paſſio; ſplendor, non creatura*, &c.

Chriſtus Deus impatibiliter generatur. quare?

2. Iſaiæ 7. v. 14. Matthæi 1. denarratâ Verbi corporatione in almo Virginis vtero, Ioſephi angore, & Angelicâ admonitione per ſomnium; ſubdit Euangeliſta: Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: *Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium*, &c. Exurgens autem Ioſeph à ſomno accepit Mariam coniugem ſuam. *Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum.* Ex hoc loco imperitè ac ſiniſtrè intellecto, garrit Eunomius, & Heluidius blaterat, poſt Chriſti partum, Beatam Deiparam à Ioſepho cognitam. Aduerſùs quos, Hieronymo, & Chryſoſtomo ſatis victoriatum eſt, vt coaxare ceſſent aliæ ex hoc luto ranæ. Quâ ſuper re luculenter Proclus Orat. 6. in Sanctam Deiparam: *Quibus ergò*, inquit, *encomiorum coloribus Virginalem depingam imaginem? Quibus laudum præconiis incontaminatum exornabo caſtimoniæ characterem? Eſt hæc, penetrale innocentiæ ſacrarium.* Profectò *Character* eſt indelebile notaculum perpetuò hærens ei, cui ſemel imprimitur. Ipſáne Maria Deipara non ſolùm ante partum, in partu, & poſt partum, ſibi virgo eſt, quaſi virginitatis *charactere* typicè impreſſa; ſed aliis etiam, nempè ſuis clientibus, virginitatis, ſeu *caſtimoniæ character* eſt; ſic obſtinatè aduerſùs carnis blanditias impreſſus, vt puritatem fraget, ſpiret, afflet. Sanè quiſquis ſtudiosè ergà Virginem Deiparam affectus eſt, ſic afficitur flecti-neſcio caſtitatis propoſito, quaſi aliquo ſacramentali *charactere* initiatus foret ad exactam mentis & corporis puritatem. O initiemur hoc deuotæ Deiparæ Virginis charactere, illámque ſumptuoſiùs dilaudemus, tamquam *incontaminatum caſtimoniæ characterem.*

Matth. 1. v. 25.

S.Hier. adu. Heluidium. S.Chryſ. hîc. Proclus.

Deipara dicitur, incontaminatus virginitatis character.

3. Lucæ 1. diuinæ corporationis paranymphus adeſt Mariæ Angelus; & de cæleſti politiâ eruditus, eam officioſiſſimè ſalutat. Angelico ſermone turbatur Virgo. Et ait Angelus ei Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiâ apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, &c. *Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.* B. Virgo non dubitat de veritate prophetiæ & promiſſi Angelici, vt blaſphemat Caluinus, qui eam incredulam fingit; ſed de modo ſollicita eſt, ne hic filij cóceptus & partus fieret cũ aliquâ virginitatis & voti ſui de eâ emiſſi iacturâ. Ita Ambroſius, Auguſtinus, Bernardus, Beda, Theophylactus, & alij paſſim. Diſce hîc quantum virginitatis ſtudium & amor fuerit in B. Virgine, quia ipſa caſtitatem prætulit Angelico nuncio, ait Nyſſenus, ac Virgo eſſe maluit quàm mater Dei præcisè, ait Anſelmus; Virginitas enim eſt virtus Deo gratiſſima, maternitas præcisè non eſt. Ita Gregorius Nyſſenus Orat. de Natiuit. Chriſti: *Audi*, inquit, *pudicam Virginis vocem. Angelus partum nunciat: at illa Virginitati inhæret, & integritatem Angelicæ demonſtrationi (Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum) anteponendam indicat.* Et poſt nonnulla: *Verùm quia carnem Deo conſecratam, tamquam ſanctum aliquod oblatum munus oportebat intactam integrámque præſtare, idcircò licet*, inquit, *Angelus ſis, licet è cælo venias, licet id quod oſtenditur naturam ſuperet humanam, tamen me virum cognoſcere nefas eſt. Quomodò ſine viro mater ero? Ioſeph enim ſponſum noui; ſed virum non cognoſco.* Dixi præcisè: nam alioqui maternitas Dei eſt dignitas incomprehenſibilis, & abyſſus gratiarum omnium. Ob hanc enim B. Virgo dotata fuit pluſquam Angelicâ virginitate, vt ſcilicet digna foret quæ fieret Dei mater. Ceterùm S. Athanaſius in Chriſti Domini occurſum; aduertens Beatam Virginem & pauidè timentem, & de modo diuinæ maternitatis ambiguam, eam inducit *Diligenter omnia conſeruantem, & cum virginitatis conferentem ſignaculis.* Adludit Athanaſius ad illud Lucæ 2. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Nimirùm ſicut poſteà Deipara quæ videbat audiebátque de puero Ieſu, diligenter *conſeruabat*, & in corde ſuo animitùs *conferebat*: ita nunc Angelicam vocem, *Ecce concipies & paries filium, confert cum virginitatis ſignaculis*, virginitatis ſtudio ac voto tenaciſſimo reſpondens Angelo: *Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* quaſi in illa modi ambiguitate, conſilium inierit Maria cum ſuâ virginitate, & diuinæ maternitatis nuncium *contulerit cum virginitatis ſignaculo.* O quàm eſt peritè conſilioſa virginitas, quam Beata Virgo ad conſilium aduocat, quò virginitatem præcisè Diuinæ maternitati præponat! *At illa Virginitati inhæret, & integritatem Angelicæ demonſtrationi anteponendam indicat*, dum Diuinam maternitatem *cum virginitatis ſignaculis confert.*

Lucæ 1. v. 34.

Cornelius. ibi. Caluinus.

S.Ambroſ. S. Auguſtin. S. Bernard. Beda. Theophyl.

S.Anſelmus.

S. Nyſſenus

B Virgo præcisè diuinæ maternitati virginitatē anteponit.

S.Ath apud Combefis. Lucæ 2. v. 19.

B Virgo ſermonem Angeli confert cum Virginitatis ſignaculis.

Andreas Cretenſis Orat. in Natiuitatem S. Mariæ, aduertens Annam diu ſterilem, precibus impetraſſe Marianam prolem, ita ſcribit: Súntque ſoluta ſterilitatis vincula: *Ac contrà ſpem, genitalis oratio fuit.* Et Orat. 2. *Sterili quidèm fœtum tribuit, quem antè precatio feciſſet*, Quæ verba Deiparæ generationem mirè emaculant à concupiſcentiæ ardore, etſi non à maritali complexu. Dein ipſe Andreas Cretenſis attendens ad Angeli 4.

Andr. Cret.

Ioachimi & Annæ genitalis oratio dicitur.

Lucæ 1. v. 35. geli ſermonem, Lucæ 1. *Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te,* & *virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: Ideóque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei*; quibus verbis Deipara adnuens, dixit: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum; & tunc Verbum caro factum eſt? ita ſcribit: Quandò vtique aduenit deſponſationis Mariæ tempus; éxque Dauide ortam, Dauidis ortus pro-

Deipara Gabrielis voce, ſeminis vice ſuſcepit? ſapiâ Ioſeph in ſponſam accepit: *Illâque, Gabrielis vocem ſeminis vice ſuſcepit; omniſque expers concubitûs, prægnans effecta eſt; ac Filium genuit, quem pater non ſeuit*, &c. Cretenſi concinit Pro-

Proclus. clus Orat. 3. aiens: *Verbum per aurem inſiliit.* Quid mundius eâ quæ *genitali oratione* concipitur; & Angeli *Gabrielis vocem ſeminis vice ſuſcepit?* Mitto hæc, ne vel humanæ generationis vocabulis, virginem puritatem deuenuſtare videatur.

5. Lucæ 1. v. 26. Lucæ 1. ita ſcribitur: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. ad Virginem*, &c. Vndè Chriſtus Deus à Nazareth, quaſi à patriâ in quâ conceptus fuit (nam in Bethelehem natus fuit,) *Nazaræus* vo-

Matth. 2. v 23. Marcus. Hebræus. catur à Matthæo, à Marco Nazarenus. Sanè vox *Nazareth* non nominatur in toto veteri Teſtamento, quare neſcitur, an per litteram ז *zain*, an per צ *tſade*, ſcripta fuerit. Si per *zain* ſcribatur, Hebraicè idem eſt, quòd *ſanctificata, ſeparata, conſecrata*: Si per *tſade*, idem eſt, quòd *florida*. Conſultiſſimè ergò Chriſtus Deus, non ab opinatiſſimâ vrbe Bethlehem, nominatur Bethlehemites; ſed ab oppido Nazareth, vbi conceptus

Deus ſuo iudicio naſciturus, ex Virgine naſci oportebat. S. Zeno. eſt, Nazaræus vocatur? & cæleſtem nuncium mittit ad floridæ vrbis floridum Virginis domicilium, quò Marianæ virginitatis florem ſumptuoſiùs commendet. Pulchrè S. Zeno Veronenſis ſerm. 3. de Natiuit. adludens ad illud, *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Requieſcit*, inquit, *libens florentiſſimo domicilio, & in viſceribus ſacræ Virginis comparat ſibi corpus, ſuo iudicio naſciturus.* Scilicet ſolus Deus humanâ natiuitate naſciturus, *ſuo iudicio naſcitur*, ſuo iudicio Matrem, ac patriam eligit. Dedecebat autem vt qui Matrem eligit, è cuius viſceribus corporetur (quandoquidèm per omnipotentiam poterat) puriſſimam Virginem non eligere, quò ex Virginali nitore corpus mutuaret. Sanè tametſi omnes virtutes, & ſanctitates omnes Mariam Deiparam mirè exornabant: at *Deus ſuo iudicio naſciturus*, hanc potiſſimùm requiſiiſſe perhibetur; quippè quæ Dei Matrem maximè decebat. Sic de conſultiſſimo Dei *iudicio*, Mariæ virginitas ad diuinam Maternitatem præeligitur? Imò & patria *Nazareth*, tamquam *floridum domicilium*. nequid ſit in Deiparâ, quod virginitatem non ſpiret, non fragret virginitatem.

6. Iſaiæ 7. v. 14. Iſaiæ 7. hoc naſcituri Meſſiæ ſignum præmittitur: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Locus aduerſùs Iudæorum perfidiam, & veterum ac recentium Hæreticorum imperitiam & impudentiam, aliàs examinandus; nunc ethicè perſtringendus pro Virginali Deiparæ elogio, quod humanę mentis aciem difficultate perſtringit, niſi fidei lumine inoculetur. Hoc Marianæ virginitatis ſacramentum luculẽter Bernardus his ver-

S. Bernard. Serm. 3. in Vigil. Natiu. bis ediſſerit: *Tria*, inquit, *opera, tres miſturas fecit omnipotens illa maieſtas in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularia, & ſingulariter mirabilia, vt talia nec facta ſint, nec facienda ſint ampliùs ſuper terram. Coniuncta quippè ſunt adinuicem Deus & homo, mater & virgo, fides &* Deus homo, mater Virgo, & humanus vtrique aſſenſus, Trinitas myſteriorum eſt. *cor hominum. Verbum enim, anima & caro in vnam conuenere perſonam, & hæc tria vnum, & hoc vnum tria ſunt, non in confuſione ſubſtantiæ, ſed in vnitate perſonæ. Hæc eſt prima & superexcellens miſtura. Secunda, eſt virgo & mater, vtique & admirabilis & ſingularis. A ſeculo non eſt auditum, quòd virgo eſſet quæ peperit, & mater eſſet quæ virgo permanſit.* (Nota attentiùs quæ ſubſcribit Bernardus) *Tertia, eſt fides & cor hominum, & hæc quidèm inferior, ſed non minùs forſan fortis. mirum enim quomodò cor humanum his duobus fidem accommodauit: quomodò credi potuit quod Deus homo eſſet, quòd virgo manſerit quæ peperiſſet?* Vide quàm ſit arcanè ineffabilis, hæc noua myſteriorum trinitas, mirabiliter ſingularis, & ſingulariter miriſſima, nempè Deus homo, mater Virgo, & humanus vtrique aſſenſus, quem omnipotens Dei auctoritas mirabiliter fulcit arcanâ dualitatum miſturâ humanum mentis faſtigium longè præcellente. O quàm magnificè hîc à Boozo prædicatur pu- Ruth 3. v. 10. & 11. dicitia Ruthæ, quippè ex quâ olim Virgo Deipara fuerat naſcitura; quò in protoparentibus etiam mundiſſima foret.

---

§. CCCVIII.

Mundiſſima Virginis Deiparæ puritas, multimodè elucidatur.

GEorgius Nicomedienſis Serm. 6. in S. Dei- 1. Georg. Nic. paræ ingreſſum in templum, ſic Angelos mutuò colloquentes inducit: *O terrenam naturam, ſuas ipſius rationes ſupergreſſam! O quæ incomparabilibus modis, eius ſuperauit modos! O quales ſuarum frugum primitias natura humana obtulit Creatori! Qualem oblationem fecit!* Puritas Angelorum, à Marianæ puritatis ſimilitudine deficit? *Planè Deo dignam, noſtróque ipſorum ſpirituali ſacrificio ac oblatione ſpiritualiorem; ſacratiorémque ac puriorem noſtrâ puritate. Etenim, vt noſtra innocentia cum eâ comparetur, prorſùs inuenietur à ſimilitudine deficere; vt eius ſanctitatis ac incontaminatæ munditiei excellentiam, æqualibus modis minimè aſſequatur.* O! Angelorum ſinceriſſima puritas, adſpectu ad Marianam puritatem, *prorſùs inuenietur à ſimilitudine deficere?*

1. Ioannis 2. *Omne quod eſt in mundo concu-* 2. 1. Ioan. 2. v. 16. *piſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ* (id eſt immodica honorum concupiſcentia:) *quæ non eſt ex Patre ſed ex mundo eſt.* Ita quidèm. Sed alicui forſan videbitur, id eſſe nimis verum, & vulgò etiam notiſſimum. Quis enim ambigat eiuſmodi prauas concupiſcentias, & noxios appetitûs, à mundo potiùs, quâm à Deo eſſe; quandoquidèm penè impotenter ad illicita inſtigant? Eſt ne aliqua concupiſcentia à Patre, id eſt, à Deo, quam opponamus cupiditati, quæ à mundo eſt, & ad mundialia bona validiùs inclinat? Forſan hùc adludit S. Damaſcenus Orat. de Natiu. Virg. S. Ioann. Damaſ. ſic eleganter illam alloquens: *Cupiditatem omnem*, inquit, *ad id quod ſolùm expetendum & amandum*

Digitized by Google

amandum eſt, intentam habes: iram verò aduerſus peccatum dumtaxat, illiúſque parentem. Appetitus tuus in hoc ſitus eſt, vt diuinis ſermonibus nutriaris, hiſque ſagineris: ſanctam omnem & cum animæ vtilitate coniunctam cogitationem habes; contrà, ſuperuacaneam & animo exitioſam, ante quàm guſtes, eiicis. Plura ad hunc modum ſubnexit Damaſcenus de Virgineâ ſenſuum puritate, quæ velut Angelificatam Mariæ carnem decent. Nimirùm reliqui homines, noxiâ multimodè *concupiſcentiâ*, & effreni voluptatum *appetitu* ad carnis delicias, & ambitionis faſtum viuidè extimulantur; At Beatæ Deiparæ *cupiditas* non à *mundo* immundiſſimo; ſed à *Patre*, id eſt, Deo erat, ſic inordinationis expers, ac ſi aliquo fere virtutis fomite ad ſanctitates omnes ageretur. Sic in corpore velut exors corporis, *cupiditatem omnem ad id quod ſolùm expetendum & amandum eſt, intentam habebat*; atque *appetitu* ad res cæleſtes, omnémque probitatem quodammodò inclinabat: adeò vt vel ſuperuacuam cogitationem priùs à cogitatorio expueret, quàm exciperet. Sic erat eius mens delicatè pura, & non proficuæ cogitationis præproperè impatiens!

Deipara omnem cupiditatem ad bonum expetẽdum habebat intentã.

3\. Regius Propheta Pſalmo 49. ſic pangit: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Hanc victimam ſeu ſacrificium laudis, Deo deuotè immolandum, aliqui votiuas preces interpretantur; alij ſacerrimum Euchariſtiæ ſacrificium accipiunt; alij confeſſionem peccatorum, quæ eorum veniam operatur, intelligunt. Quâ de re latè inibi Lorinus: qui etiam aduocat Chaldæum Paraphraſtem, qui præſcriptum locum ſic excribit, & exponit: *Immola Deo compreſſionem concupiſcentiæ, quæ omni ſacrificio Deo gratior.* Itaque appetitus coërcitio, & compreſſio concupiſcentiæ, ſacrificij ad inſtar habet, toties Deo ſacrificans, quoties cupiditatis motùs frenat, & aurigatrici rationi obſequenter ſubiicit. Quaſi eiuſmodi concupiſcentiæ imperioſa compreſſio hominem tamquam laudis hoſtiam, Deo victimet, immolet, conſecret. Hæc reliqui homines, qui ad vnum concupiſcentiæ inordinatione acriùs ad vitia extimulantur. Quid Beata Virgo ab huiuſmodi inordinatione prorſùs exempta? Quam victimam pro *concupiſcentiæ compreſſione* conſecrat atque immolat? B. Petrus Damianus Serm. de Aſſumpt. adludens ad illud Cant. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris?* ita ad rem ſcribit: *In myrrhâ continentiam, in thure deuotionem intellige ...... Hæc ſunt duo quæ Virginalem ſubſtantiam totam circumdedere virtute, continentia ſcilicet & deuotio; quorum alterum carnem, alterum mentem ita poſſedit, vt caro mundiſſima, mens puriſſima Genitricem Domini ſingulariùs conſecrarent.* In Virgine Deiparâ non immolatur conſecratúrque Deo *concupiſcentiæ compreſſio*, quod vulgare eſt reliquorum ſacrificium, toties immolandum, Deóque conſecrandum, quoties appetitùs illecebræ concupiſcentiam inſtigant. Porrò Deipara Virgo à felici ſuæ immaculatæ conceptionis auſpicio, ſic munda, ſic pura ſemper extitit, his paſſionum fæcibus exempta. *vt caro mundiſſima, & mens puriſſima Genitricem Domini ſingulariùs conſecrarent. Conſecrarent*, inquam, tamquam iugem atque perpetuam immaculatæ puritatis

Pſal. 49. v. 14.

Lorinus. Chaldæus.

Cantic. 3. v. 6.

B. Per. Dam.

Caro mundiſſima, & mens puriſſima, Dei Matrem ſingulariter cõſecrant.

victimam, de *ſingularitate* opinatiſſimam. *Conſecrarent*, non modò tamquam ſacrificium Deo ſemper immolatum; ſed tamquam aliquod arcanæ puritatis ſingulare ſacramentum, in quo ſub verâ extrinſecùs carnis ſpecie, ex Adamo verè prognatâ eadẽ quaſi altera caro medullitùs latebat præuaricatricis carnis exempta notis, à concupiſcentiæ fomite, & ſubſultibus carnis appendicibus immunis: *Caro mundiſſima, & mens puriſſima Genitricem Domini ſingulariùs conſecrant.* Proh ſingulare Marianæ puritatis ſacramentum.

4\. Lucæ 11. Concionante Ieſu, præ admiratione doctrinæ, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Planè adludit ad illud Matthæi 12. *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt; ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt.* Nam vt S. Auguſtinus lib. de S. Virgin. cap 3. & Tract 10. in Ioannem: *Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde quàm carne geſtaſſet. Beatior ergò Maria percipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti.* Geminata maternitas, geminata puritas eſt, altera mentis, ventris altera, vtraque glorioſè admiranda. Exindè meritò exclamat Richardus Victorinus, in Pſalm. 71. *O puritas mentis, ô fœcunditas ventris! O ſumma puritas, ô ſingularis fœcunditas! Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis.* O grande puritatis miraculum! Ex beatâ corporati Verbi Filij ſui puritate, Virginis Deiparæ puritas intelligenda eſt? Ex immaculatiſſimâ Chriſti Dei puritate, Matris puritas taxanda erit? Mariæ Filius, Filius etiam Dei eſt; in cælis Filius Patris ſine Matre, in terris Filius Matris ſine Patre: vtrobique & ſemper ſplendor eſt Paternæ gloriæ, lucis æternæ candor, ſpeculum ſine macula, & expreſſior ſummæ bonitatis imago, prototypo ſimilliſima, & cum prototypo ipſiſſima atque meraciſſima puritas, impuritatis prorsùs impotens. Hæc ergò ſinceriſſima immeratè puritas, Marianæ puritatis cenſus eſto, & ſublimior menſura. Non quod illam adæquare poſſit, ſed quòd illi quammaximè vicinetur, ſicut Mater Dei, Deo Filio intimiùs appropinquat. *Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas mentis.* Exindè à ventris Maternitate, ad Maternitatem mentis, conſultiſſimè Chriſtus ſermonem deflexit, quò Matris puritatem auguſtiùs commendaret.

Lucæ 11. v. 27. & 28.

Matth 12. v. 50.

S. Auguſt.

Richar. Vict.

Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Mariana mentis.

5\. Baruch cap. 6. de Gentium idolis, quæ tamquam numina Chaldæi colebant, ita ſcribit: Quomodò, inquit, æſtimandum eſt, aut dicendum, illos eſſe Deos? *Quaſi poſſint ſentire qui non habent motum..... ſenſum enim non habent ipſi Dij illorum.* Miriſſimum ſanè eſt, quòd prædurus lapis affabrè expolitus, argutâ artificis manu pereleganter elaboratus, motu atque *ſenſu* carens à ſapientibus olim Chaldæis, tamquam numen adoraretur, illíque diuinos honores barbaricè conſecrarent. Quid cum Diuinitate cognatum ineſt petræ *ſenſu* carenti? Quæ eſt hæc *ſenſùs* carentia, quæ numina inſolenter conſecrat? O figuram è peruerſo auxiliarem! Pulchrè Guarricus Abbas Serm. 2. de Annunc. Virginem Matrem cum Filio Deo his verbis comparat: *Si ergò petra Chriſtus, vt ait Apoſtolus, non de-*

Baruch 6. v. 41.

Guarricus.

 generat

Digitized by Google

generat à Matre Filius, quandò & ipſa Petra nomine cenſetur : an non rectè vocatur petra, quæ in amorem integritatis propoſito firma ; affectu ſolida, Senſu quoque ipſo aduerſus illecebram peccati tota inſenſibilis erat, & lapidea?

Virgo Maria inſenſibilis fuit ad peccati illecebras. Appoſitè quidèm! Scilicet quæ ſic pura eſt, quæ ſine *ſenſu* eſt ad peccati illecebras, & ad voluptatum blanditias *inſenſibilis*, ad quodammodò diuinum diuinæ Maternitàtis faſtigium eligitur, *vt caro mundiſſima, & mens puriſſima Genitricem Domini ſingulariùs conſecrent.* Quid mundiùs quàm quæ ſine *ſenſu* eſt ad voluptatum lenocinium? quid puriùs quàm quæ in humanâ carne velut carnis expers, ad peccati blandimentum *inſenſibilis* erat? Mortua erat concupiſcentiæ, meraciſſimæ puritatis elogio; quæ mente ac corpore eâ prænitebat munditie, quæ vel *cogitationem ſuperuacaneam antè quàm guſtaret, eiiceret.* Meritò Petræ Mater, & ipſa Petra, quæ *aduerſùs illecebram peccati tota inſenſibilis erat, & lapidea*,

Ruth. 4. v. 22. Iſaiæ 16 v. 1. quod Propheta in Ruthæ typo olim antedixerat: *Amitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petrâ deſerti ad montem filiæ Sion:* Petræ autem nomine Rutham intelligi, aliàs ex

S. Hierony. Hieronymo adnotabamus. Numina è lapide ſine *ſenſu* Chaldæi malunt; Matrem ſibi, tamquam *petram* ſine *ſenſu* ad rem peccati, & ad voluptatis illecebras *inſenſibilem*, Deus eligit.

6\. Geneſ. 17. v. 17. Geneſeos 17. Abrahamo diu improli, & Saræ vetulæ ac ſterili, optatiſſimus ab Angelo filius promittitur. Dixitque Abraham in corde ſuo: *Putaſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet?* Adſimiliter accidit ſanctiſſimis Ioachimo & Annæ, qui in effœtâ ſenectute Virginem Deiparam feliciter generant, quò puriſſimam Dei Matrem mundiùs efforment.

Non tā Mariam cōcepit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. S. Chryſol. Serm. 91. Quod S. Petrus Chryſologus his verbis luculenter ediſſerit: *Partus non ablatus eſt, ſed dilatus, donec tranſiret tempus carnis, paſſio corporis, voluptatis cauſſa, cupiditatis ſenſus, & totum quod humanam confundit, grauat, & onerat conſcientiam.* Scilicet non libidinis eſt quod Virgo Maria naſcitur, ſed conſultioris prouidentiæ, quæ Marianæ puritati præmaturè advigilat, vt eius conceptio è ſterili vulvâ, & exhauſtâ ſenectâ, opus ſit potiùs gratiæ, quàm naturæ: ſitque citiùs deuotionis negotium, & otium precum, quàm *cupiditatis ſenſus.* Sic Marianæ puritati vndecumque, atque omnimodè conſulitur!

---

§. CCCIX.

Elucidatur Incarnationis myſterium, tamquam Mariana multimodè laudis diues promptuarium.

1\. Pſeudo Chr. Lucæ 1. v. 28. SAnctus Chryſoſtomus, aut quiſquis eſt auctor Serm. in S. Mariæ Annunciat. apud Cōbefis, inducit B. Virginem turbatam auditâ ſalutatione, *Aue gratiâ plena*, & ſic Angelo reſpondentem: *Qualis eſt noua iſta ſalutatio? nouam vocem nouus nuncius loqueris. An neſcis eorum morem qui ſalutant? Nam prima quidèm*

Deipara ob caſtam Virginitatē dicitur, Gratiâ plena. *vox illa, Aue, communis eſt omnium qui ſalutant; altera verò, Gratiâ plena, noua ac inſolens; atque iis maximè, qui caſta vita pietatem vouerunt.* Quaſi τὸ *Gratiâ plena*, quæ verba omnium virtutum, ſanctitatum, atque gratiarum plenitudinem ſignificant; ſit Marianæ virginitatis elogium, ob nitorem puritatis illi debitum, & quod virginitati ſubeſt, & in virginitatis nitore cum commercio diuinæ Maternitatis tranſparet.

Lucæ 1. negotium ſeculorum, hoc eſt, diuinæ Incarnationis ſacramentum, peracturus cum 2. Lucæ 1. v. 28.
Virgine Angelus, illius primò encomiaſtes fit, ſic Mariam Deiparam obſequenter ſalutans: *Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus*, &c. Angelus nunciat, Spiritus-ſanctus ſuperuenit, virtus Altiſſimi obumbrat, Virgo concipit, & Deus generatur. Nil hîc virtutes non redolet, ſanctitates non fragrat, virginitatem non ſpirat, non afflat gratiam. Cur hîc ſumptuoſiores gratiarum ac virtutum expenſæ, tam largiter impenduntur? Vt alias nunc rationes omittamus, audiendus eſt Leo Auguſtus Orat. 4. qui de hâc re ſic eloquenter philoſophatur: *Nihil Gentilis veritatem derideat,* Leo Aug.
qui ſua ipſe probra Deitate donet, Deorúmque populos ex paſſionibus vitiiſque ſibi conſtituat. Sanè Chriſti Dei ineffabilis œconomia viſa eſt Gentibus ſtultitia; imò ipſi tamquam ſcelerosè ſtulti, & malitiosè fatui, potiùs deridendi, qui Deorum plebem *ex paſſionibus vitiiſque conſtituant, & ſua*, ac generis humani *probra Deitate donent*, Deóſque putent quaſdam propudiosè degeneres paſſionum vitiorúmque abreptiones. *Gentilis ex paſſionibus vniſqueſua numina conſtituit. & ſua probra Deitate donat.*

Chriſtianæ autem *diſciplinæ*, ait Tertullianus, *arbiter & magiſter, illuminator atque deductor* Tertul Apo. cap. 21.
generis humani Filius Dei annunciabatur, nō quidèm ita genitus, vt erubeſceret in Filij nomine: aut de Patris ſemine, non de ſororis inceſto, nec de ſtupro Filiæ, aut coniugis alienæ Deum Patrem paſſus eſt, ſquamatum, aut cornutū, aut plumatum amatorem, aut in aurum conuerſum Danaïdis. Iouis iſta ſunt, & numina veſtra. Ceterùm Dei Filius nullam de impudicitiâ habet Matrem, etiam quam videtur habere non nupſerat. Et poſt pauca ſubdit: *Iſte igitur Dei radius, vt retrò ſemper prædicabatur, delapſus in Virginem quandam, & in vtero eius caro figurata naſcitur homo Deo miſtus. Caro ſpiritu inſtructa nutritur, adoleſcit, affatur, docet, operatur, & Chriſtus eſt.* Ecce tibi cur in Dominicâ Incarnatione, & tanta gratiarum, virtutum, ac ſanctitatum plenitudo in Virgine Matre prædicatur, & tota Deitatis puritas in Filio Deo ſumptuoſiùs commendatur, ne ſcilicet Chriſtianus, ſicut *Gentilis ſua ipſa probra Deitate donet, Deorúmque populos ex paſſionibus vitiiſque ſibi conſtituat.* Indè Virgo Deipara à Ioanne Geo- Ioan. Geom.
metra Hymno 1. concinnè ſalutatur: *Gaude* Ruth. 1. v. 18.
miſcens naturam, haud mixto integra partu, car- Ruth. 3.
ne Deo exhibitâ, carne carente notu. Hinc Rutha v. 11.
Dei ac Deiparæ auia futura, velut *obſtinato animo* Idololatriam abiurat; & de publicâ famâ, *Mulier virtutis* à Boozo prædicatur.

Gentium Doctor, Eccleſiæ Magiſter, & E- 3.
uangelicæ doctrinæ præluſtris commentarius, ad Galat. 4.
ad Galatas 4. de Myſterio Virginis, ſeu Verbi v. 4. & 5.
Incarnatione, ita ſcribit: *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* S. Auguſtinus lib. 3. de Trinit. legit: S. Auguſtin.
Natum ex muliere, factum ſub lege, & ſic ha- Bibl. Regia.
bent Græca Regia. Sed plures cum Vulgato legunt,

Digitized by Google

gunt, & quoad rem attinet perindè eſt. τὸ *mulier* hîc non corruptionem, (abſit) ſed ſexum muliebrem ſignificat, vt aliàs perſæpè in Bibliis, competítque virgini, qualis fuit beatiſſima Virgo Maria. τὸ *factum ex muliere*, ſignificat, Chriſtum Deum ſine patris ſemine conceptum & formatum ex ſolâ Matris ſubſtantiâ, & puriſſimis ſanguinibus. Atque adeò Mariam Virginem eſſe vere Deiparam, & Dei Matrem: *ex muliere* enim Virgine *genitus*, ſeu *factus* eſt Chriſtus Deus. Hem! Deúſne is eſt, qui *factus* ex muliere prædicatur? Leo Auguſtus Orat. 4. poſt creationis opera perſtrictim denarrata, ſubdit: *Longè enim vero maius opus, ac maiorem habens admirationem, vt Deus in vulua capiatur, atque formetur.* An indè Virgo Deipara ab Auguſtino appellatur, *Forma Dei*, nempè formatrix Dei, quia in ſuo Virginali vtero tamquam vera Mater Deum *formauit*? Excellit, excellit humanæ mentis faſtigium, quanta ſit potentia ac dignitas eius, quæ tamquam vera Mater, Deum *formare* valuit. Opinor, plus audet poëſeos licentiâ Ioannes Geometra, hâc de re modulatè agēs: *Salue*, inquit, *ſcala polum penetrans, & ſidera tangens: quaque Deum nobis, nóſque Deo reparas.* Benè eſt, dum Virgo Deipara Deum in almo ſuo vtero verè *format*; tamquam vera ipſius Mater, illúmque ſuis vberibus virgineis dulciter lactat, & velut ſaginat ad victimam in arâ crucis offerendam; ibique illud holocauſtum cruentum cum ſuis meritis arcanè miſtum, velut Corredemptrix, Deo offerat pro mundi redemptione; & ita *nos Deo reparet*: At quo pacto dum in ſuo vtero Chriſtum Deum *format*, *Deum nobis reparare* perhibetur? Audaciuſculè quidèm de Deo loqui, ne dicam poëtari, Geometra præſumit. Profectò alicuius rei ſiue ruina, ſiue amiſſio, *reparationem* anteit: *reparatio* enim quod dirutum amiſſúmue erat, reſtaurat, non id quod nullatenùs caſui obnoxium eſt, qualis Deus eſt, præ immutabilitate caſus arcens, & præ omnipotentiâ anteuertens. Verùm enimverò Tartareus ille Tyrannus cælo pulſus, Dei regnum, hominum gentem inquam, inuaſerat ſubdolis ambitioſæ fraudis ſtratagematis: hoc autem Dei regnum tyrannicè occupatum, tamquam *fortis armatus*, & *mundi rector*, Réxve violenter poſſidebat: Deipara autem dum in ſuo Virgineo vtero Deum *format*, & Chriſtum parit, &c. non tantùm homines *Deo reparat*; ſed dum Dei regnum, per Protoparentum præuaricationem amiſſum, reſtaurat, Deóque reſtituit, *Deum nobis reparare* dicitur. Deum, inquam, *reparare*, non in ſeipſo: quî enim poteſt? ſed in regno, quod per Adamum amiſerat, & per Virginem Deiparam, arcanâ Dei *formatione* reſtaurat, indéque Deum in regnum ſuum reſtituens, illum *reparare* perhibetur: *Quaque Deum nobis, nóſque Deo reparas.* Per me cuique licet, Geometræ ſententiam, ſententiarum grauidam, aliter enucleare, & ſternere ſumptuoſiùs in Virginis Deiparæ laudem.

B. Deipara in Virginali vtero Deum formare dicitur. — Leo Auguſt. — S. Auguſt. in. — Ioan. Geom. Hymno 1 — *Quo pacto B. Deipara Deum hominibus, & homines Deo reparare dicitur?*

4. Exhodi 3. v. 2. & 3.

Exhodi 3. Moyſes paſcebat oues Ietro ſoceri ſui: cúmque minaſſet gregem in interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. *Apparuítque ei Dominus in flammâ ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergò Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Vulgatiſſimus eſt hic Deiparæ typus; indéque *rubus incombuſtus* indies ſalutatur. Verùm Chryſoſtomus num. 1. aduocatus, aliquid forſan non vulgare in hâc vmbrâ vidit. Inducit námque Angelum Gabrielem ad Virginem Mariam mittendum, & peregrinantem in corporatione Dei, qui ignis conſumens eſt, in puellæ Virginis vtero. Cui Deus ſic reſpondit: *Sanè quidèm; ſi læſit ignis rubum in deſerto, lædet omninò & Mariam aduentus meus: ſin autem ignis ille, qui diuini mei ignis è cælo aduentum adumbrabat, rubum quidem rigabat, minimè autem accendebat; quid exiſtimas de veritate dicendum, quæ non in flammâ ignis, ſed in ſpecie pluuiæ deſcendit?* O ignis arcanè riguus! Ignis natura vrere & inflammare ſolet, *rigare* non ſolet: *pluuiæ* diuerſiſſimum officium, typicè in hoc igne peregrinatur. Scilicet Virgo Deipara dum Deum verè generat, & ex ſuis viſceribus Deum format, igne ineffabiliter *rigatur*; & caſtior atque virginior eſt: indè augens virginitatem, vnde credi poterat amiſiſſe. *Gaude*, ait Ioannes Geometra, *Lux hominum: genio vis igne irriguo: ignis es igni, non vreris igne tamen.* Quomodò igne *vratur*, quæ *rigatur* igne? cui ignis pro pluuiâ eſt?

B. Deipara velut rubus, diuino igne rigatur. — Pſeudo Chr. — *Deipara eſt ignis igni.* — Ioan. Geom. Hymno 1.

5. Prou. 9. v. 1. & 2.

Prouerbiorum 9. *Sapientia* (inquit Salomon) *ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas.* Totus hîc ſermo eſt ænigmaticus & parabolicus; idcircò plura ſignificat, quàm dicit in cortice. Per hanc *domum*, quam ſibi ædificauit Sapientia, plures è Sanctis Patribus Virginalem Beatæ Deiparæ vterum idoneè interpretantur; ita S. Ignatius in Epiſt. ad Philippenſes. Per ſeptem *columnas*, Mariæ virtutes intelligit Bernardus Serm. 9. ex paruis. Petrus Damianus Serm. de Natiuit mauult ſeptem dona Spiritus ſancti. Sed quid eſt, quòd poſtmodùm *victimas ſuas immolaſſe* dicitur? Pro τὸ *immolauit*, Aquila habet, *Diſſoluit*; Theodotio, *ſtipauit* quò innumeram victimarum multitudinem denotet: Caietanus. *Laniauit laniationem ſuam*; Tertullianus lib. contrà Gnoſti. c. 7. *Iugulauit filios ſuos.* Quæ eſt hæc filiorum iugulatorum laniena, quæ poſtquam à Deo iam corporato inhabitatur Virginei vteri domus, atrociter perpetratur? O importunè *ſtipatam filiorum laniationem!* Et qui nam ſunt iſti *filij* qui ad *laniationem*, ſeu *iugulationem ſtipantur*? Putauerim eſſe Innocentes Martyres, qui primitias tyrannici furoris contrà Infantem Deum concepti, in corpuſculis ſuis creduliter æquè ac feliciter exceperunt. Belliſſimè Leo Auguſtus Orat. 4. ita fatur: *Par námque erat, vt Deo nato in terrâ Virginalibus ex ſanguinibus, coætanei in cælis fuſo ſanguine naſcerentur.* Notanter ſanguinem ſanguini componit. Nimirùm, quia in *terrâ* Infãs Deus natus eſt *ex Virginalibus ſanguinibus*, idcircò oportebat, vt Infantes eius coætanei, in *cælis fuſo ſanguine* naſcerētur. O arcanam imprimis talionem, Virginalis Dominicæ natiuitatis ſequelam! Quia Deus naſcitur in terrâ *ex Virginalibus ſanguinibus*, ideò Infantes eius coætanei, debent in cælis *fuſo ſanguine* renaſci, vt renaſcantur in cælis, ad eum puritatis & gloriæ modum, quo Chriſtus ex Virgine Deiparâ in terris naſcitur. Hem! ſic ætas Chriſti honoratur? An Chriſtus ex Virginali ſanguine natus, glorioſas ſanguinis effuſiones fauſtè ominatur, aliquâ ſuæ natiuitatis glorioſâ æmulatione? Sic

S. Ignatius. — S. Bernard. — B. Pet. Dam. — Aquila. — Theodot. — Caietanus. — Tertullian. — *Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis naſcuntur?* — Leo Aug.

Digitized by Google

glorioſa in cælis infantium natiuitas, natiuitatis Dominicæ ſimilitudinem præfert? *Par námque erat, vt Deo nato in terrâ Virginalibus ex ſanguinibus, coætanei in cælis fuſo ſanguine naſcerentur.* quaſi virginitati Deiparæ Martyres, præſertim Innocentes, debeant, quòd per glorioſam ſanguinis effuſionem in cælis renaſcantur. Quò Herodis ilia rumpantur.

§. CCCX.

Deipara gratiam homine maiorem conſecuta, Incarnationis commentarius, & horrendum illius inſtrumentum dicitur. quare?

1. Sophron. S. Hierony.

SOphronius Serm. de Aſſump. B. Mariæ ad Paullam & Euſtochium apud Hieronymum, ſic de Marianæ gratiæ plenitudine ſcribit: Ab Angelo, inquit, venerabiliter atque officioſiſſimè ſalutata, qualis & quanta eſſet, ab eodem diuinitùs declaratur, cùm dicitur: *Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* Talibus namque decebat Virginem oppignerari muneribus, vt eſſet gratiâ plena, quæ dedit cælis gloriam, terris Dominum, fidem Gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus diſciplinam..... Etſi in Sanctis Patribus & Prophetis gratia fuiſſe creditur, non tamen eatenùs plena. *In Mariam verò totius gratia, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit.* Hem! totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo in Mariam venit, Virginem oppignerat, Deiparam exornat? O quàm multa quàm breui compendio!

Lucæ 1. v. 28. *In Mariam totius gratia, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit.*

2. Lucæ 1. v. 28.

Lucæ 1. Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo ad Virginem, cui nomen Maria. *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.* Mittitur è cælo Angelus, qui ſummum Incarnationis myſterium in vtero Virginis peragendum, cum Virgine tractet. *Miſſus eſt lychnus, qui Solem iuſtitiæ indicaret.* Et miniſteriale oratoris officium officioſiſſimè auſpicatur, aiens, *aue*, id eſt, *pax tibi*, vt habet Syrus, Æthiopicus, & Perſicus. S. Auguſtinus epiſt. 43. ſcribit *haue* eſſe Hebræum, id eſt, *viue*, ſcilicet ſana æquè ac ſancta, læta & hilaris, felix & beata in Dei gratiâ & gloriâ ſummâ, ad quam ipſe te elegit. (Sic inibi Cornelius) Deipara verò tot gratiis vbertim tum exundabat, vt ei dixerit Angelus, *Gratiâ plenâ Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus*, quibus verbis, *in Mariam totius gratia, quæ in Chriſto eſt, plenitudinem venire*, notanter ſignificauit. Adeò vt tunc Deipara in Angelico colloquio, & digna Dei Mater apparuerit, & auguſtas Verbi Dei corporandi prærogatiuas adumbrarit. Quod Proclus Orat. 6. eleganter ediſſerit: *Aue gratiâ plena: Dominus tecum*, &c. *Sic Virgo Angelico quidèm ſermone muniebatur, Domini verò partum commentabatur.* Nempè Virginalis tunc Mariæ modeſtia, ſidereus pudor, tenax virginitatis ſtudium, ſingularis prudentia, humilitas, obſequium, virtutum ac ſanctitatum omnium concentus, gratiarum plenitudine concinnè modulatus, ſic in hoc colloquio Angelico ſublimiter excelluit, vt ſtatim peragendam in eius Virgineo vtero Dei Incarnationē, haut dubiis characteribus commentatetur. *Domini partum commentabatur.* Quaſi B. Virginis verba, merita, opera, & gratiarum omnifariam plenitudo vberiùs exundans, fuerit diuini *partûs* id eſt, Incarnationis *commentarius*, qui Filij Dei ac ſui arcanam corporationem ſeculis abſconſam dilucidè exponit, ediſſerit, clarat. Porrò quemadmodùm Abrahami virtutes à Philone dicuntur, anticipatus diuinæ legis *commentarius*, illas non emortuo calamo, aut ſermone fugaci expouens, ſed viuis operum characteribus, & morum eloquentiâ: Sic etiam ſermo Mariæ, cultior vitæ elegantia, & exundans gratiarum plenitudo, diuini *partûs*, ſeu Incarnationis nondùm peractæ, viuus *commentarius* perhibetur. *Domini partum commentabatur.* O, in in Mariæ prærogatiuis legamus dilucidum diuini *partûs* commentarium. Qui Mariam neſcit, corporatum Deum ignorat, qui hoc *commentario* egregiè claratur. Hinc forſan idem inibi Proclus, poſt multa ſubdit: *Hæc nouus noui Teſtamenti tomus* eſt, in quo Chriſti Dei ineffabilis œconomia velut *commentario* expoſita legitur. Chriſtum Deum ignorat, qui quanta ſit Virgo neſcit.

Gabriel eſt lychnus, qui Solē indicat. S. Gregorius Tau. Ser. 3. Syrus. Æthiopic. Perſic. S. Auguſtin. Cornelius. Proclus. *Maria eſt dilucidus diuini partûs commentarius.* Philo aliàs expenſus. *Maria eſt nouus noui Teſtamenti tomus.* Proclus.

Redeant iterùm ſemel expenſa Lucæ verba: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de Domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.* Valdè hìc ſatagit Euangeliſta, vt in Mariâ naturam humanam adſtruat, eius patriam, nomen, virginitatis ſtatum, & ſponſum Ioſephum indicans: Gratiæ autem plenitudinem, quâ Deum concipere meruit, & eualuit, mox exponit, eam ore Angelico magnificis encomiis adornans: *Gratiâ plena*, inquit, *Dominus tecum: Sed cùm ita ſit cum omnibus Sanctis, ſpecialiter tamen cum Mariâ* (ait Bernardus.) *cum quâ vtique tanta conſenſio fuit, vt illius non ſolum voluntatem, ſed etiam carnem ſibi coniungeret, ac ſi de ſuâ Virginiſque ſubſtantiâ vnum Chriſtum efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret; qui etſi nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet.* Itaque cùm tot gratiarum prærogatiuæ humano faſtigio maiores, de Virgine prædicentur, conſultiſſimè præmiſit Euangeliſta, eius patriam, nomen, ſtatum, & ſponſum, ne eius natura vltra humanam putaretur. Quod notanter Athanaſius aduertit Orat. in Chriſti Domini occurſum, ſic fatus de Deiparâ: *Námque etiam ipſa humana natura particeps, quamquam dona homine maiora, diuinâ largitate conſecuta ſit.* Hem! tantâ dignitate, & gratiarum plenitudine Deipara exundat, vt Athanaſius præmonendum putauerit, valdè expedire, quòd *ipſa humana natura particeps* fuerit, *quamquam dona homine maiora, diuinâ largitate conſecuta ſit.* O! Beata Deipara, licet naturæ humanæ particeps verè ſit; gratiæ tamen dona homine maiora, & vltrà humanum faſtum ſublimia, conſecuta eſt? Quid eſt *homine maiora*? O quàm multa pauciſſimis hâc ſententiâ Athanaſius compendiauit! 3.

Lucæ 1. v. 26. & 27. & 28. S Ber. Ser. 3. ſuper, Miſſus eſt. *Deipara humanæ naturæ particeps, dona homine maiora cōſecuta eſt.* S. Athanaſ. apud Combefis.

Lucæ 1. ex Angeli ore audit Virgo Maria, diuinæ corporationis in vtero ſuo peragendæ auſpicium, & gratiarum, quibus eminebat, plenitudinem, 4.

Digitized by Google

nitudinem, humano faſtigio maiorem: Aue, inquit Angelus, gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. *Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria.* Pro τὸ *in ſermone eius*, S. Ambroſius è Græcis codicibus habet, *in introitu eius*. Sed in Angeli introitu ac ſermone, quid Maria turbatur? quid timet? quid pauet? quid horret? An veriſſimam æquè ac diſertiſſimam ſuarum laudum panegyrim encomiaſte Angelo? An ſollicito virginitatis ſtudio turbatur, diuinæ maternitatis inchoato præſagio; An ob magnum diuinæ corporationis ſacramentum cuius in ſe iam præſagit auſpicium? Alto ſtilo Proclus in laudatione Mariæ, Orat. 1. *Maria, inquam, Ancilla & Mater? horrendum Incarnationis textorium iugum* (id eſt, *inſtrumentum*, vt inibi notat Combefis) *in quo ineffabili quâdam ratione vnionis illius tunica confecta eſt; cuius quidèm textor extitit Spiritus-ſanctus; nectrix, virtus obumbrans ex alto; lana, antiquum Adami vellus; trama, impolluta caro ex Virgine; textorius radius, immenſa geſtantis gratia; Artifex tandèm, Verbum per auditum illabens. Quis vidit, quis audiuit, inhabitaſſe Deum in vtero incircumſcriptè; ac eum quem cæli capere non poterant, nullis arctatum anguſtiis, ventrem Virginis comprehendiſſe?* Mitto reliqua Procli verba, elucidatione digniſſima; & epitheton illud, nempè *horrendum*, quo Deiparam appellat, & exornare ambit, expendendum eſt. *Horrendum Incarnationis textorium inſtrumentum*, Virgo Deipara idoneè dicatur? Quid *horrendum* in Mariâ, etiam turbatâ, timente, & horrente Matris nomen; & non potiùs illibatâ virginitate ſincerum? Quid non in Deiparâ Virgine, mite, blandum, ſuaue, melleum inueniatur? Vel Mariæ nomen dulcedines ſapit, mella fragrat, blanditias ſubolet, delicias afflat. quis tam oculorum & aurium cæcus, qui hæc non ſentiat? O peregrinum Mariæ epithetum! Opinor, Proclo deerant vocabula in virtutum ac gratiarum cenſu, quibus exponeret Marianas excelsè prærogatiuas; quare, ſi minùs ad vitiorum, ſaltem ad monſtrorum horribilia prodigia confugit, vt audaciora nomina indè mutuaret, euocarétque auxiliaria ad votiuæ laudationis emphaſim. Indè illam ſingulariter appellat, *Horrendum Incarnationis inſtrumentum*.

Lucæ 1. v. 29.

S. Ambroſ. Græcus.

Quâ ratione vnionis hypoſtatica tela confecta ſit.

Proclus.

Combefis.

Deipara appellatur horrendum Incarnationis inſtrumentum.

5. Siracides Eccleſiaſtici 24. de Sapientiæ habitatione ita fatur: Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Sic S. Bernardus Meditat. c. 1. ait. *Beata anima, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requieſcit. Beata, quæ dicere poteſt: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Myſticè, tabernaculum, in quo Deus recondidit ſummam ſapientiam creatam, imò & Sapientiam increatam & incarnatam, eſt Beata Virgo, in quâ Dei Filius, dum ex eius viſceribus conciperetur, nouem menſibus habitauit, ínque eiuſdem vtero velut in tabernaculo requieuit. Indè, vt arguit Cyprianus, *Matri plenitudo gratiæ debebatur.* Grande ei debitum, pro permanenti habitatione in eius vtero, velut in electiſſimo tabernaculo: in quo non in tranſitu, ſicut in Abrahæ tabernaculo; ſed tot menſibus permanenter habitauit, & Paterni pectoris inquilinus requieuit. S. Chryſoſtomus (vel quiſquis eſt auctor Ser. in Annunciationem S. Mariæ, apud Combefis tom. 1.) inducit Angelum Gabrielem mittendum ad Virginem, vt tractet Incarnationis negotium, ita ſuper illo addubitantem, & ſic Deum incarnandum alloquentem: *At etiam*, inquit, *tuum aduentum puella polliceris. Cæli te ac terræ fines non capiũt, quo pacto ergò te capiet vterus Virginis? Tum ad eum Dominus: Quomodo, inquit, me potuit capere tabernaculum Abrahæ? Cui reſpondit Angelus* (Aduerte attentiùs ad Angeli verba: *Nimirùm quia habuit hoſpitalitatis pelagus. Deinde conſidera Domine; illic viſus es Patriarchæ in tabernaculo iuxtà viam poſito, quique omnia imples, pertranſiſti.* Sanè hoſpitalitatis pelagus, quo Abrahamus, & eius ſoboles Maria, miſericorditer ſtagnabant, immenſum Deum, eiúſque immetatam magnitudinem capere potuiſſe perhibetur. Verùm in viâ ac tranſitu, & quaſi obiter in Abrahæ tabernaculo excipitur. Deipara autem planè dicit, *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*: quaſi non tantùm tamquã inquilinus habitauerit in vteri tabernaculo, ſed in eo permanenter requieuerit, quaſi in proprio atque cognato domicilio. Indè Deipara & animatum cælum, & capacior ac immetatior cælis prædicatur. *Matri* enim Dei, & diuinæ *requietis* tabernaculo, tanta *plenitudo gratiæ debebatur*; cuius immenſitas vel ipſis Angelis ſtupor eſſet. Et nota hîc pro re ethicâ, quàm vaſto interuallo diſtent, gratia in tranſitu, & quæ diu hæret, & pectus permanenter implet. Et ſuſcipe nunc ſublimiſſimam Ruthæ dignitatem, quæ inter Chriſti Dei, & Deiparæ Virginis Progenitores meruit numerari, dignáque cenſeri, ex quâ tandem Chriſtus naſceretur.

Eccli. 24. v. 12.

S. Bernard.

S. Cypr. Ser. de Natiuit. Chriſti.

Hoſpitalitatis pelagus in Abrahamo & Deiparâ.

S. Chry apud Combefis.

Deum excipit Abrahamus in tabernaculo iuxta viâ; B. Virgo permanenter in vtero.

Ruth 4. v. 22.

§. CCCXI.

Cæleſtes Incarnationis gazas, in ſe depoſitas, Deipara in homines beneficentiùs erogat.

Baſilius Seleucienſis Orat. in S. Deiparam, 1.
ſic eam ſalutat: *Aue gratiâ plena, Dei ac hominum mediatrix, quò medius paries inimicitiæ tollatur ac cæleſtibus terrena coëant, ac vniantur. Aue gratiâ plena caſtitatis florentiſſime paradiſe, in quo lignum vitæ plantatum, fructûs ſalutis vniuerſis producet: ex quo Euangeliorum quaterno ore ac initio fons, miſerationum flumina credentibus diducet.* Adludit Seleucienſis Baſilius ad paradiſeum fontem, & flumina indè diducta, ad terram abundè irrigandam: *Sed fons aſcendebat à terrâ irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ.* Et rursùs: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui indè diuiditur in quatuor capita.* De Mariæ autem ortu, ita ſcribit Iacobus Monachus Orat. in eius Natiuitate: *Abundantiùs exundat perennis gaudij flumina, terrámque totam in orbem gyrantia, inexhauſtam reſtagnant gratiam.* Nempè Virgo Deipara eſt ille paradiſi fons, in *miſerationum flumina diductus*, quæ totam terram in orbem gyrant, ne quis ſit Marianæ beneficentiæ exors; ſicque vniuerſam terram alluunt ac fœcundant, vt

Baſil Seleuc. ex tranſlat. Combefis.

Gen. 2. v. 6. & 10.

Iacob. Mon.

Marianum miſerationũ flumen inexhauſtam reſtagnat gratiam.

inexhauſtam reſtagnent gratiam. Seilicet vberrima Deiparæ beneficentia, non modo velut multiiugum flumen rabidè dilabitur, *totámque terram in orbem gyrat*, quærens quem gratiis fœcundet; ſed etiam quò vberiùs benefaciat, ſuos repigrat, imò & ſiſtit curſus, vt *inexhauſtam reſtagnet gratiam*, quam de facili quiſque inexhauſtè ſemper poſſit abundè haurire, & gratiis ſtagnãtem animæ agrum, ad omnes ſanctitates vbertim fœcundare. Quid beneficentius?

2. Apocal. 21. v. 2.

Apocalypſis 21. ſic profundè ſcribit Ioannes: *Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo à Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* O ſtupidam hominum deſidiam! quæ tanta eſt hæc hominum inertia, vt pigrè expectent, quòd cæleſtis Ieruſalem, & empyrea Dei regia ad ſe veniat, & in terras deſcendat? An non ſatiùs foret, vt ſibi impenſiùs ſtudentes, ipſi ad ciuitatem cæleſtem properarent? Monſtri adinſtar eſt, quo vrbs cæleſtis, velut ſedibus ſuis relictis, ad terram deſcendere dicatur. An homines in re ſummâ ſuæ, beatæ gloriæ, ſic pigri ac inertes ſunt, vt niſi ipſa cæleſtis Ieruſalem ad ipſos prodigioſè deſcendat, ipſi ad eam aſcendere oſcitanter negligant? Et quomodò poteſt Ieruſalem cæleſtis ad terram deſcendere? Si litteraliſſimum ſenſum ſpectemus, figuratè hîc dicitur Ieruſalem cæleſtis *deſcendere* de cælo, vt electos ad ſe aſſumat. Fingitur enim hîc cælum empyreum, ſiue cœtus Beatorum, in terram deſcendere, vt homines terreſtres ſibi ciues cooptet; quod in re nihil aliud eſt dicere, quàm quòd cæleſtis gloria & beatitudo hominibus terreſtribus obtingat cælitùs per Dei liberalitatem & gratiam: eſt enim cæleſtis & diuina. Vndè cùm cæleſtis gratiâ homo in terris ſe afflati ſenſit, cæleſtem Ieruſalem ad ſe deſcendere reputet. Verùm Georgius Metrop. Nicomedienſis Orat. 5. ad hunc Apocalypſis locum proculdubiò adludens, Virginem Deiparam appellat, *Animatam Dei ciuitatem.* Ecce tibi quo pacto *ſancta Ieruſalem cæleſtis*, id eſt, B. Virgo, quæ eſt, *animata Dei ciuitas*, ad terreſtres homines, è cælo ad terrã deſcendere dicatur, dum illius pio interuentu cæleſtis hominibus gratia inceſſanter afflatur, & ſic illos ad beatã cæli gloriam præproperè aſſumit. Vidit ergò Ioannes, arcanorum Mariæ deuotus ſequeſter, *ſanctam ciuitatem Ieruſalem*, nempè Deiparam, id eſt, *animatam Dei ciuitatem, deſcendentem de cælo à Deo, paratam* omnibus gratiam ſpirare, de Filij ſui meritis & adnutu vberrimam. O Maria, *noua Dei ciuitas*, vt deſcendas ad nos, *animata*; quia nos inertes cunctamur aſcendere ad te. Sanè ad quem deſcenderis, cælum *animatum* deſcendit, & diuinæ gratiæ obſide, in cæleſtem Ieroſolymam præmaturè cooptatur; & adhuc in terris degens, coloniam in cælos duxit. Quid beneficentius

Cùm diuinâ gratiâ afflamur, cælum ad nos deſcendit.

Cornel. ibi.

B. Virgo eſt animata Ieruſalem, quæ ad nos deſcẽdit è cælo.

Geog. Nicõ.

3. Prouerb. 8. v. 18.

Prouerbiorum 8 ſic Salomon de virgine Mariâ anteloquitur: *Mecum ſunt diuitiæ, ac gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Communiter hæc verba de B. Virgine myſticè accipiuntur: nam opulentior gratia, & ſumptuoſior indè glora, inter puras creaturas velut propria Deiparæ dos eſt. Alibi reſcribebam huius loci tranſlationes, quæ dum oppoſitum ſenſum reddere videntur, mirè locum elucidant, & theſim præſentem locupletant. LXX. Interpretes pro τὸ *mecum*, habent *mihi*: & pro *opes ſuperbæ*, excribunt: *poſſeſſio multorum.* In eundem ſenſum penè recidit Symmachi tranſlatio, qui pro, *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria.* &c. vertit, *à me ſunt diuitiæ, & gloria.* Idémne erit, quòd Virgo Deipara dicat, *Mecum ſunt*, vel *mihi ſunt diuitiæ & gloria*; ac diuitiæ & gloria *à me ſunt*? Munificè has diuitias & glorias expendit, eáſque copioſiùs hominibus erogauit, aiens, *à me ſunt*; & dicere audet, ; *mecum ſunt, mihi ſunt*? *Opes ſuperbæ*, quas dicit *ſecum* vel *ſibi* eſſe, dum ſecum vel ſibi ſunt, *poſſeſſio multorum* nominentur? Hùc adludere videtur Iacobus Monachus, inter Græcos Patres ſcriptor locuples, Orat. in Natiuitatem Mariæ, ſic fatus: In Deiparâ ſunt, inquit: *Incarnationis diuitiæ arcanâ ac mirabili ratione depoſitæ.* O quàm eſt opulentus gratiarum theſaurus, qui Incarnatione cenſetur! In Mariâ autem tot gratiarum locupletes gazæ, *arcanâ ac mirabili ratione depoſitæ* & concreditæ ſunt: nam cùm in Mariâ ſunt, & Mariæ ſunt, ab ipsâ Mariâ ſunt, & *poſſeſſio multorum* ſunt, Quod S. Bonauentura luculenter ediſſerit quaſi exponens illud, *Mecum*, vel *mihi*, vel *à me ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ*, id eſt, *poſſeſſio multorum.* Sic ergò Bonauentura fatur: *Glorioſum gloriæ Mariæ priuilegium eſt, quòd quicquid poſt Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius in gloriâ eſt, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam eſt.* Quod dicitur de diuitiis gloriæ, idem de gratiæ opulentiâ gloriâ dictum puta, Quicquid magnificum in gratiâ eſt, hoc Maria hoc in Mariâ, hoc per Mariam eſt; & indè ad homines beneficentiùs venit, tamquam per munificum gratiarum canalem. Quare perindè eſt dicere: *Mecum*, vel *mihi ſunt diuitiæ ac gloria*, ac dicere *A me ſunt diuitiæ ac gloria*, eſt enim *poſſeſſio multorum.* Quid beneficentiùs? Vide hîc quàm beneficè Rutha eroget, quod à Boozo liberaliùs accepit.

LXX. Interp.

Symmach.

Iacob. Monachus.

In Mariâ ſunt Incarnationis gazæ mirabiliter depoſitæ, quomodo?

S. Bonau in Specul. B. Virg. c. 6.

Deipara opulentia eſt poſſeſſio multorum.

Ruth. 2. v. 18.

Eodem Prouerbiorum 8. cap. ſic B. Virgo ſub nomine Sapientiæ, homines ad ſe aduocat: 4.
Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie (quo votiuè officioſum ſtudium ergà Deiparam deſignatur:) *Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Hebræi codices pro τὸ *vitam*, excribunt *vitas*, nempè vitam gratiæ & gloriæ. Prò τὸ *hauriet ſalutem à Domino*, Vatablus vertit: *Hauriet voluntatem à Domino*, bonam, inquam, voluntatem, quæ ab auxiliis gratiæ bonitatem fœnerat. τὸ *hauriet* (vt inibi notat Cornelius) tum facilitatem, tum copiam ſignificat. Quaſi dicat: Qui mei fuerit ſic ſtudioſus, tam facile ac copioſè *hauriet* vitam gratiæ, & omne bonum ad hanc vitam gratiæ ſpectans, à Deo, quàm facile ac copioſè *hauritur* aqua à fonte vel fluuio. Quaſi Beata Virgo ſit vitarum promptuarium, & accipiendæ gratiæ præclarum indicium Nuper laudatus Iacobus Monachus, ſic alloquitur Deiparam: *Magnum quid reipsâ extitiſti, Dominique gratiæ certum argumentum.* Nempe Virgo Maria votiuè inuocata à ſuis clientibus, ſic facile, præſtò, ac copioſè adeſt auxiliatrix, & largè benefica, vt ſit *certum* (an etiam euidens?) *Domini gratiæ argumentum.* Conſultiſſimè ſub *Sapientiæ* nomine ad ſe allicit Deipara, & ſuos erudit *certiſſimo gratiæ argumento.* Pulchrè inquit Damaſcenus Orat de Natiu. Virginis: *Do-*

Prouerb. 8. v. 35.

Hebræus.

Vatablus. Cornelius.

Deipara eſt certum diuinæ gratiæ argumentum.

Iacob. Mon. ſuprà.

Deipara eſt donũ donorum omniũ præſtantiſſimum.

num

Digitized by Google

num donorum omnium præſtantiſſimum eſt Ma-
S. Damaſc. *ria Virgo*; ſiquidèm vnum donum cùm ſit, eſt plurimum inceſſanter donorum gratiæ *certum argumentum*. O ſtudioſiùs frequentemus Marianæ ſapientiæ gymnaſium, vt in illâ & per illam *certiſſimis gratiæ argumentis*, ad morum emendationem, & ad omnes ſanctitates erudiamur! Quid beneficentius?

5. Prouerb. 31. v. 11. Prouerb. 31. ita ſcribit Salomon: Mulierem fortem quis inueniet? procùl, & de vltimis finibus pretium eius. *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit.* Verùm hæc Matrona vſque adeò diuite cenſu locuples, vt ſpoliis non indigeat; quo pacto poſtmodùm luculenta ſpolia inter ſuos domeſticos atque clientes, largiùs diuidit? Subditur enim: *Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis.* Prædam Suis donat, quæ ſpolia negligit? Opinor, *præda*, rapinæ *ſpolium* eſt: qui enim prædam agit, & alium diripit, ſpolia detrahit: nam præda ſine ſpolio non conſtat. Ceterùm illud: *Spoliis non indigebit*, Chaldæus vertit, *Et non ſpoliatur, neque indiget*; Hebræus verò, *Et ſpolium non deficiet.* Itaque Virgo Deipara (quæ per Matronam adumbratur) locuplete in primis cenſu gratiæ opulenta eſt; cenſu autem non de inerte ſucceſſione, aut iure hereditario; ſed de nobiliori & auguſtiori opulentiâ, nempè de victorialibus, *ſpoliis*, & prædiuitibus glorioſè trophæis, quæ à Mundo, ac Diabolo ſumptuoſiùs rapuit, & quibus nobiliùs locupletata eſt. Audiendus eſt Auguſtinus Serm. 45. de Diuerſis, qui ſic luculenter hunc locum exponit: *Mulier hæc ſpoliis non indiget, non quia non quærat, ſed quia abundat multis. Vndique mundum ſpoliat, rapit vndique trophæa Diabolo. Ideò dicit viro ſuo, ſicut ſcriptũ eſt in Pſalmo: Exulto ego in verbis tuis ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quemadmodùm ſpoliis indigebit, quæ vndique rapit, vndique trahit, vndique acquirit, vndique operatur bona?* O quàm piè auara, & auarè furax eſt, quæ tanta támque opulenta ſpolia nobiliter theſaurizat, quò de eiuſmodi ſpoliis, *det prædam domeſticis ſuis!* Aliter Richardus: *Spoliis non indigebit. Quia ſicut quidquid habent ſponſus & ſponſa, vtrique cõmune eſt: ita quidquid habet Filius habet Mater, & è conuerſo. Vndè videtur ei dicere Filius illud Ioannis: Mea omnia tua ſunt. Aliter tamen & aliter, quia non à Matre Filius, ſed omnia à Filio habet Mater.* Itaque Virgo Deipara ſpoliis non indiget, quia *ſpoliis* opulentè abundat, vt domeſticis ſuis tamquam *prædam* donet; *ſpoliis*, inquam, abundat, quibus *mundũ ſpoliauit*, à *Diabolo rapuit*, & quæ à Filio Deo *trahit* & iure Maternitatis acquirit. Piè auarâ rapacitate has congregat gazas, vt ditiorem Suis *prædam* impertiat.

Prouerb. 31. v. 15.

Chaldæus. Hebræus.

S. Auguſt.

Pſal. 118. v. 62.

Deipara opulenta eſt ſpoliis, quæ à mundo, à Diabolo, & Filio trahit.

Richardus à S. Laur. lib. 6.

Ioann. 17. v. 10.

§. CCCXII.

Marianæ ad Filium Deum orationis, arcana vis multimodè expenditur.

1. Pſalm. 122. v. 2. S. Bonauent. ILlud Pſalmi: *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ*, S. Bonauentura in Speculo B. Virginis, ad illam ſic flectit: *Ancilla Dominæ* (Mariæ) *eſt qualibet anima fidelis illi deuota, imò etiam Eccleſia vniuerſalis; oculi huius ancillæ in manibus Dominæ ſuæ ſemper debent eſſe, quia oculi omnium noſtrum ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus.* Sint ergò *oculi* noſtri intenti ad Mariam, precibus ad Mariam linguati; ſiquidèm eius *manus* auritæ ſunt ad audiẽtiam, largæ ad beneficentiam. Appoſitè Petrus Damianus: *In manibus tuis ſunt theſauri miſerationũ Domini, & ſola electa es, cui tanta gratia conceditur.*

Deipara manus auritæ ſunt ad oculorum preces.

B. Petr. Dã. Serm. 1. de Nat. Virg.

2. 1. Regum 1. Anna illa, ſera genitrix Samuëlis, Annam Deiparæ genitricem egregiè adumbrauit. Sterilitatis malo probroſe anxia, obnixiùs prolem à Deo expetit, & conceptum precibus infantem, feliciter parit, ablactatum Domino eum ſiſtit. Et adduxit eum in Domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: & obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna: Obſecro mi Domine, viuit anima tua: Ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hîc orans Dominum. *Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum.* Idcircò ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. *Et orauit Anna.* Sic & altera Anna oratione Mariam concipit, precibus parturit, & vix ablactatam deuotâ ſupplicatione Deo ſiſtitur in templo, vbi à tenellâ ætate vultui Dei pro nobis aſſiſtat. Eleganter Leo Auguſtus Orat. 2. in S. Mariæ Præſentationem, ad rem fatur: *Pro Felici partu gratias habituri* (Ioachime & Anna ad templum Dei cum Infante Deiparâ) *pergitis; ſacriſque initiationibus tamquam ſignaculis filiam obſignaturi: vt cuius germen precibus excoluiſtis, eam precibus augendam ac conſummandam credatis.* Parentúmne precibus puella Deipara *augenda & conſummanda* erit? Parentum precibus paruula tunc Maria creſcat? Deiparæ incrementa precibus æſtimanda ſunt? Marianæ magnitudinis cenſus precibus taxatur? Non putauerim, ad alienæ orationis menſuram, magnam Deiparam creſcere: neque ideò adhuc ætate paruulam in templo ſiſti, & in Sancta Sanctorum introduci, vt alienâ oratione ſuccreſcat; ſed vt alienas orationes excipiens, vberrima populis beneficia exoret. Appoſitè Iacobus Monachus Orat. de Natiuit. Mariæ: *Quàm ſanctus locus, & glorioſi lares, vbi edita eſt Dei ſanctificatio..... Sancta Sanctorum ad eam ſuſcipiendam parabantur, quæ ſola ſanctificatio exiſtis.* Itaque Deipara adhuc puella in Sancta Sanctorum excipitur, vt humanas ad eam preces Deo proponat, & mundo ſceleratiſſimo ſanctitates impetret, *quæ ſola ſanctificatio exiſtit.* Tantam autem bonorum vbertatem orando impetrat, tantáque gloriâ ſublimatur, vt quæ precibus ſata & exculta eſt, *eam precibus augendam & conſummandam crediderint.* O grande Marianæ gloriæ ab humanis precibus incremẽtum! Mariæ in noſtris precibus excipiendis pia audientia, & felix beneficiorum impetratio, ſic eius immenſam taxat magnitudinem, & omnibus ſanctitatibus perfectam & conſummatam probat, vt humanis mendicitatibus, & earum ſubueniendarum *precibus augenda & conſummanda credatur.* Nihil enim egeſtuoſo hominum generi, ſic illius immenſam magnitudinem, & immetatam ſanctitatum atque gratiarum conſummationem probat, quàm excipiendarum

1. Reg. 1. v. 27.

Leo Auguſt.

Deipara humanis precibus augenda & conſummanda, dicitur quare?

Iacob. Mon. *Deipara ſola ſanctificatio eſſe dicitur. quare?*

Digitized by Google

precum exprompta facilitas, & gratiarum impetrandarum experta felicitas. Exindè pia Deipara humanis *precibus agenda & conſummanda* perhibetur.

3. Prou. 8. v. 17. & 18. Prouerbiorum 8. diuinæ Sapientiæ nomine & ore, homines ſic Beata Deipara ad ſe allicit: *Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Mihi*(Symmach. *à me*) *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ*, &c. Vigilare *mane*; eſt citò, maturè, & tempeſtiuè: Seu *mane*, id eſt, diluculo: diluculo enim poſt ſomnum & quietem reſtauratis iam viribus & ſpiritibus, maximè viget mens hominis ad meditandum & orandum. Monet ergò nos piiſſima Virgo, vt quammaximè ſolliciti ſimus de precibus noſtris ad eam quamprimùm fundendis; neque enim ſic illius beneficam largitatem præoccupare poterimus, quin ipſa præuenerit nos. Audi Bernardum Serm. 69. in Cantica: *Et qui mane vigilant ad me, inuenient me. Vides*, ait, *quomodò non ſolùm de amore ſuo certum te reddat, ſed etiam de ſollicitudine ſuâ, quam pro te gerit, ſi te ſenſerit ſollicitum ſui. Vigilas tu, vigilat & ille* (illa, inquam) *conſurge in nocte, in principio vigiliarum, accelera quantum vis, etiam ipſas anticipa vigilias, inuenies eum* (eam) *non præuenies. Temerè in tali negotio, vel priùs aliquid tibi tribuis, vel plus: nam ille* (illa) *te magis amat, & antè.* Nec Deiparæ deeſt quid tibi poſtulanti glorioſè donet, nec benefica donandi voluntas illi deeſt glorioſiùs munifica. Nam confeſtim tempeſtiuè ſubdit: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*, ad munerum expenſas, inquam; vnde Symm. excribit: *A me ſunt diuitiæ, & gloria.* Putauerim autẽ eſſe hendiadem, id eſt, *diuitiæ glorioſæ*, quas ſtatim *opes ſuperbas* nominat. Porrò *diuitiæ glorioſæ* ſunt, quæ dum habentur, iam miſeris ſupplicantibus erogantur. Sanè profundo ſtilo dixit ad rem Leo Auguſtus Orat. 3. *Eâ de cauſſâ*, inquit, *nunc tibi tamquam Reginæ miniſtramus, tuoque vultui ſupplicamus, tua gloria diuitias abundè conſecuti.* (Et poſt paucula) *Vt quid verò quis tuæ conetur gloriæ magnitudinem metiri?* Ecquis verò metiri poſſit Marianæ gloriæ magnitudinem ergà ſibi votiuè ſupplices? Nam *diuitiæ glorioſæ* ſunt quas dum apud ſe abundè habet, *a ſe*, in ſibi ſupplices, iam effluentes publicat: *Mecum ſunt diuitiæ & gloria*, id eſt, *A me ſunt diuitiæ & gloria*, ſcilicet *diuitiæ glorioſæ*, quas Deipara opulentiùs accumulat, vt cumulatiùs ſupplicibus impertiat. Vndè ſcitè dixit, *Tuo vultui*, ô pia Deipara, *ſupplicamus, tua gloria diuitias abundè conſecuti.* Huiuſmodi autem *diuitias glorioſas* ſupplicibus largiùs impendendas, *opes ſuperbas* appellat. Sic enim donare, eſt aliquis opulentioris gloriæ faſtus. *Vt quid verò quis tuæ conetur gloriæ magnitudinem metiri?* Eleganter quidèm Leo Auguſtus!

Symmach.

S. Bernard.

Nemo ſupplicã præuenit Marianæ beneficentia largitatem.

Mariana gloria diuitias, eius ſupplices accipiunt quare?

Leo Auguſt.

4. Pſal. 122. v. 2. Pſalmo 122. ſic occinit regius Vates: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis: *Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri.* Quæ eſt Domina, in quam ſupplices oculi attentiùs figuntur, vt tacitis oculorum precibus cupitam gratiam extorqueant, & vota impleant? Præter Bonauenturam ſuprà num. 1. aduocatum, Richardus lib. 2. de Laud. B Mariæ, eam exponit eſſe *Dominam noſtram*, ad quam, & in quâ debent eſſe oculi noſtri, donec miſereatur noſtri. Sic nuper dixit Leo Auguſtus, Beatam Virginem alloquens, *Tuo vultui ſupplicamus*, nempè, ſupplices oculi noſtri te precariè ſuſpiciunt, vt optaras à te, & per te gratias impetremus. Modulatè Ioannes Geometra Hymno 2. ſic Deiparam ſalutat: *Salue mille oculis Pole prædite, circùm Solem clara gerens innumeras Charites*, id eſt, Gratias. Scilicet procliue, frequens, ac neceſſarium nauigantibus eſt, *Polum* ſuſpicere, oculóſque in illum attentiùs tollere, quò curſum per tumentes ac inſidas pelagi vndas dirigant; quò Syrtes, & naufragia declinent; quò tandem optatũ portum ſoſpites teneant. Alioqui ſinè *Poli* ductu, cæci oberrarent, per marium inuia errones palabundi. Aue, ô Deipara, *Salue mille oculis Pole prædite, circùm gerens innumeras Charites*, id eſt, Gratias, quas te aſpicientium oculis cumulatiùs influis, & cælitùs largiris. Nautæ dum *Polum* multoculi ſuſpiciunt, *Polo* tacitè *ſupplicant*, & optatiſſimam rectionem velut precibus oculorum exorant. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominam noſtram donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri Domina, miſerere noſtri.*

S. Bonauent.
Richardus à S. Laurent.

Ioan Geom.

Deipara appellatur Polus mille oculis præditus, innumeras gerens Gratias.

Ad Hebræos 9. *non*, inquit, *manufacta Sancta* ſanctorum *Ieſus introiuit, ſed in ipſum cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis.* Quomodò? aut quam ob rem, Chriſtus in cælo, potiùs quàm Pontifex intrans in Sancta ſanctorum, vultui Dei pro hominibus apparet? Reſpondet S. Cyprian. Serm. de Baptiſmo Chriſti, *Vt ſemper ſeruata in corpore Chriſti plaga, ſalutis humanæ exigant pretium, & obedientiæ donatiuum requirant.* Benè eſt, ipſæ Chriſti plagæ voce tacitâ, donatiua hominibus precario aſpectu requirant. Ceterùm τὸ *vt appareat*, idem eſt, ac apparẽdo oret, & interpellet pro nobis etiam tacentibus, ſed miſeriarum clamore opem deprecantibus. Simile de Virgine Deiparâ in cælos glorioſè aſſumptâ, dixiſſe, procliue eſt, oſtenſione vberum, quibus Deum Filium ſuauiter lactauit; cuius etiam vultui pro nobis ſemper apparet. Concinnè Græcus Auctor Hymno 5. ſubſcripto poſt quattuor Ioannis Geometræ Hymnos, de Beatâ Deiparâ itaſcribit: *Quæ Deum dedit, pretium Redemptionis exoluit, graues caſus ſuſtulit, & optata largita eſt.* Poſtmodùm illam appellat: *Nouum cælum, nouum mundum ..... felicem, diuitem, feliciter operantem, adiutricem, diuitiarum datricem; potentiſſimam, omnium in ſe vires habentem, omnibus patentem, ab omnibus inuocatam: liberatricem, vrbium tutelam, generis ſui, & mundi præſidium.* Multæ his verbis ſententiæ adglomerantur, quæ accuratiorem expetunt elucidationem, quàm in tranſcurſu donari poſſunt. Illud præſertim, *Potentiſſimam, omnium in ſe vires habentem*, opportunum elogium eſt, vt à nobis inuocata, poſſit opem ac præſidium ferre, & noſtris mendicitatibus diues ac potens occurere. Sed quid eſt, quòd dicitur quòd non ſolùm *optata largita eſt*, quaſi vel tacita animi vota, ad orationis elogium acceptet: ſed etiam *ab omnibus inuocata* perhibetur? Ab omnibúſne Beata Virgo in humanis neceſſitatibus inuocatur? Mille precatij oculi Marianum *Polum* adornant; at non putarim, quòd ab omnibus omninò hominibus Deipara

5. ad Hebr. 9. v. 24.

S. Cyprian.
Chriſti cicatrices, tacitæ ſunt illius preces.

Deipara eſt nouus mundus; & omnium vires in ſe habere dicitur.

Græcus Auctor.

Deipara optata largitur: & ab omnibus inuocata dicitur. quare?

Digitized by Google

Deipara auxiliaris precibus aduocatur. Verùm eniuuerò illa, illa ipſa, inquam, quæ in cælo ſemper *apparet vultui Dei pro nobis*, gratias necdum poſtulatas, ſed dumtaxat *optatas largita eſt*, quaſi precibus exoraretur. Quin & , ad munificæ benignitatis redundantiam, ipſas hominum miſerias, tamquam precariè vocales, ad orationis prærogatiuam ſæpè admittit, & nondùm formata Marianæ opitulationis vota cumulatiùs adimplet. Quare profundè dicitur *Ab omnibus inuocata*; quia vel precantium linguâ, vel miſeriarum ore, *ab omnibus inuocatur*: & ipſa ſic inuocata, Filij ſui diuinam omnipotentiam aduocat, Matris precariè omnipotenti auctoritate. Propter hos precarios clamores, Rutha eius vmbra, *turtur* interpretatur, vt ſuo loco expendebamus.

Ruth I. v. 4.

§. CCCXIII.

Precaria Deiparæ omnipotentia elucidatur: exinde humanæ naturæ facundum os dicitur.

1. SCitè Richardus: *Tam prudens*, inquit, *& diſerta & aduocata Maria, quòd non poteſt Filius vindicare in eos pro quibus ipſa allegat; quod ſignificat in facto Abigail, quæ auertit iram Dauid à Nabal ſtulto, ſubtilitate verborum ſuorum: qui Nabal ſignificat peccatorem.* Sic eſt valida, precaria Marianæ orationis omnipotentia? Tantáne eſt in Deiparæ precibus verborum *ſubtilitas*, an gratia verborum? Arcanâ quâdam vi Filius Deus vltionem inhibet ab eis, pro quibus Maria orat, de eiſque vindictam ſumere neſcit. O ineffabile precum Deiparæ ſacramentum, quo iræ diuinæ ſic potenter exarmantur! *Non poteſt Deus vindicare*, ait Richardus, piè audaci vocabulo. Nempè, ſic Filius Deus ad Matris preces iram iuſtiſſimam, meritiſſimámque vindictam cohibet, ac ſi aliter non *poſſet* facere. Quod ex iam iam ſubſcribendis num. 2. & 4. ampliùs clarabitur.

Richardus à S. Laurentio. I.2. p.I.
I. Reg. 25.

Subtilitas Marianæ orationis, irã Filij velut omnipotenter cohibet.

2. Hìc cap. 3. rem nimis arduam à Boozo Rutha poſtulat, & obtentu valdè difficilem. Sic autem illi Boozus placido ore incunctanter, reſpondet: *Noli ergò metuere, ſed quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intrà portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis. Nec abnuo me propinquum* Profundè Boozus populi Princeps, Chriſti Dei auus ac virtutis gratiâ potenter allectus, præproperum rei cuiuſque petendæ adnutum, beneficentiùs Ruthæ offert aiens,: *Quicquid dixeris mihi faciam tibi.* O peramplam ſponſionem de præcoquâ impetratione ſecuram! Audiendus eſt Germanus Archiepiſc. Conſtantinopolitanus Orat. 2. in Mariæ Dormitionem, ita fatus: *Tu autem* inquit, *quæ maternâ in Deum auctoritate polleas, etiam iis qui enormiter peccant, eximiam remiſſionis gratiam concilias. Non enim potes non exaudiri; cùm Deus, vt vera ac intemeratæ Matri ſuæ, quoad omnia, & per omnia, & in omnibus morem gerat. Hinc meritò afflictus quiſque ad te confugit: infirmus tibi adhæret: bello petitus, te hoſtibus opponit.* Profectò quaſi Deipara de Filij ſui ore audierit, *Quicquid dixeris mihi, faciam tibi*, & fidenter petit, & feliciter impetrat: *non enim poteſt non exaudiri*, quæ Matris *auctoritate pollet*, & hâc largiſſimâ ſponſione ſubnixa precatur. Exindè Boozus Ruthæ (ſicut Abigali Dauid,) id eſt, Chriſtus Deiparæ, *quoad omnia, & per omnia, & in omnibus morem gerit*, ac ſi aliter facere non *poſſet*: quaſi & auctoritati Matris, & liberaliſſimæ ſponſioni ſuæ non obſequi minimè poſſit. Hinc forſan *Domina precum* nuncupatur. De quo aliàs agebamus.

Ruth. 3. v. II.

Quo ſenſu dicatur, quòd Maria non poteſt non exaudiri à Filio Deo.

Germanus. Conſtantin.

3. Paullus ad Romanos 8. ita ſcribit: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: *Nam quid petamus, ſicut oportet, neſcimus.* Multimodè in re precum delinquimus: aut quia inerter deſides cunctamur, aut negligimus ad Deum in ærumnis noſtris accurrere, qui lapſantibus manum porrigat, & auxiliarem opem. Erramus etiam, quia quid petamus, ignoranter neſcimus, & friuola, futilia, & ſæpè noxia nobis obnixiùs poſtulamus: adeò vt quæ putari poſſet felix impetratio, poſſet eſſe inimicorum votum. Quin & in modo petendi ſæpiùs peccamus, quia neque quod oportet, nec *ſicut oportet*, precibus poſtulamus. Oremus ergò cùm rege Ioſaphat ad Deum, ad Deiparam etiam: *Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Tu, ô Deipara, nos dirige per vias illas, officia, exercitia, actiones, paſſiones, quibus præuides nos ad cælum peruenturos: homines enim quid petant, *neſciunt*; & ſicut *oportet*, petere ignorant, & humanâ deſidiâ poſtulare negligunt: elingues ſunt ad ritè orandum, tu eſto precaria hominum lingua. Audiendus eſt Georgius Nicomedienſis Serm. 2. in Conceptionem S. Annæ, ſic de interceſſione Deiparæ luculenter fatus: *Enunciabitur*, inquit *terrarum orbi, celebratiſſima eius, gloria; ſola eius, præclarâ famâ celebris fructificatio; illuſtriſſima creatorum gloriatio & decus.* (Attentiùs excipe quæ ad rem ſubijcit verba.) *Enunciabitur, humanæ illud naturæ facundum os; rationabilis eorum defenſio, quibus pudor abſtuliſſet verba.* Nimirùm Marianæ interceſſionis geminum elogium prædicatur: Alterum eſt, nam cùm homines *quid petamus, ſicut oportet, neſcimus*, quaſi elingues ac muti eſſemus ad precandum; Beata Deipara, tamquam *humanæ naturæ facundum os* prouidentiſſimè ſubſtituitur, quod, & *quid* ſit petendum, & quomodò *oporteat* petere, præcariè expetat, & feliciter petita extorqueat. Sanè alto ſtilo Virgo Deipara dicitur, *humanæ naturæ facundum os*: nam quod homo balbutiendo imperitè poſtulat, aut poſtulare oſcitanter negligit, Maria velut *humanæ naturæ facundum os*, & humanarum neceſſitatum lingua, & eloquenter petit, & feliciter impetrat. Addit Georgius Nicomedienſis, quòd Deipara eſt *rationabilis eorum defenſio, quibus pudor abſtuliſſet verba.* Porrò ſæpè fœdiſſimorum ſcelerum *pudor* verba aufert, & peccatores reddit mutos ad veniam poſtulandam: hoc autem *humanæ naturæ facundum os*, ad omnem impetrationis gratiam concinnatum, *rationabilem eorum defenſionem* allegat; & *ſicut oportet* petens, quod optari poſſet, potenter extorquet.

ad Rom. 8. v. 26.

2. Paral. 20. v. 12.

Deipara eſt humanæ naturæ facundum precariè os

Georg. Nic.

4. Lucæ 13. dicebat Ieſus hanc ſimilitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vineâ ſuâ, & venit quærens fructum in illâ, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum

Digitized by Google

ctum in ficulneâ hâc , & non inuenio : *ſuccide ergò illam :* vt quid etiam terram occupat ? *At ille reſpondens , dicit illi : Domine , dimitte illam*
Lucæ 13. v. 8. & 9. *& hoc anno vſque dum fodiam circà illam, & mittam ſtercora : & ſiquidem fecerit fructum : ſin autem , in futurum ſuccides eam.* Quis eſt iſte colonus , ſeu *vineæ cultor,* ad quem ſpectabat ficulneæ huius fructificatio ; qui obnixiùs ſe hero opponit , ne illam radicitùs ſuccidat, etiam poſt diſtrictum ſucciſionis edictũ? Imò etiam quis eſt iſte colonus precaria interceſſione adeò validè potens, qui diſtrictiorem Domini ſententiam de ficulneæ exciſione, reuocare, aut ſuſpendere eualuit ? Quin & dum cultionem ſpondet , ficulneæ hactenus infructuoſæ optatum fructum iam iam ferre prædicit ? Porrò vbi Vulgatus habet *Et ſiquidem fecerit fructum* , quod ſuſpenſam con-
Arabicus. ditionem importat, Arabicus habet , *Ipſa namque attulit fructum.* Per hunc colonum , qui po-
Num Deipara oratio, latam à Deo ſententiam auertit ? tenti interceſſione exciſionẽ ficulneæ reuocauit, alij Apoſtolos intelligunt ; alij quoſuis Eccleſiæ Sanctos ? ſanctos Angelos alij ; alij Chri-
Germ. Cõſt. ſtum interpretantur. Denique Germanus Archip. Conſtantinopolitanus illo Serm. 2. in Mariæ domitionem , de interuentione Deiparæ præſcripta verba intelligit : *Quis adeò,* inquit, *nihil emendatus , ſponſionem prætendens patrocinatur ? Quiuis enim eorum , qui etiam auxilio eſſe poſſent, parabolicæ ficûs excidium in nobis metuens, ſupplicationem Deo pro nobis offerre detrectabat ; vt ne inutili promiſſione , latâ ſententiâ , non admittenda ſponſio videretur : Tu autem , quæ maternâ in Deum auctoritate polleas, etiam iis qui enormiter peccant , eximiam remiſſionis gratiam concilias.* Hem ! Virgo Deipara iam à Deo *latam ſententiam* reuocat , quâ ficulnea perniciosè inutilis exciſioni damnatur ? Hùc , hùc inquam , idem Germanus ſpectat, cùm poſtmodùm Deiparam appellat : *Damnatorum commendationem;* quæ verba ſenſuum fœcunda , nuper aliorsùm expendimus. Luculenter ſanè Germanus !

5. Ioannis 4. mulier illa Samaritana dum cogno-
Ioan. 4. v. 23. uit Chriſtum eſſe Prophetam , de adorationis loco curioſiùs perquirit. Cui tandem Chriſtus reſpondet : *Venit hora, & nunc eſt , quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.* Copiosè hîc tradunt Interpretes, quid ſit adora-
Vatabl. apud Cornelium. te Deum *in ſpiritu & veritate.* Vatablus, in ſpiritu & *veritate,* id eſt , *in integritate* , vel in perfectione : veri enim , id eſt, integri & perfecti adoratores adorant Deum in ſpiritu & perfectione Euangelicâ. Ceterùm tametſi Commentatores communiter per *τὸ adorare* , adorationem intelligant ; tamen cùm quæſtio de templo præceſſerit , in quo non tantùm adoratur Deus,
Niſi Deipara praeiret, nemo ſpiritualis foret. ſed etiam oratur ; Germanus Conſtantinopolitanus ſuprà aduocatus , per *τὸ adorationem in ſpiritu & veritate* ſeu *integritate* , aut perfectione , factam, Deiparæ orationem , ſiue potiùs illius appendices gratias , intelligere videtur , in
Germ. Cõſt. hunc modum fatus : *Tutela tua,* ô Deipara , *immortalis eſt ; & interceſſio, vita, & protectio perpetua. Niſi enim tu præires* (non loquitur hîc
Marianæ orationis appendices gratiæ recenſentur. de exemplo , ſed de anticipatâ oratione,) *nemo ſpiritualis euaderet ; nemo in ſpiritu Deum adoraret. Tunc enim ſpiritualis factus eſt homo , cùm tu, Deipara , Spiritus-ſancti habitaculum effecta es : Nemo Dei cognitione repletus eſt, niſi per te, ô ſanctiſſima. Nemo ſaluus niſi per te, ô Deipara: Nemo periculorũ expers niſi per te, Virgo parens: Nemo redemptus niſi per te , Dei Mater. Nemo donum per miſericordiam conſecutus , niſi per te, ô digna Deum capere. Quis enim peccatores tantoperè defendit;* Recognoſce hîc Marianæ ad Filium Deum orationis locupletes conſequentias, & appendices illius gratias , quas ſingulatim expendere nimis prolixum foret. Procliue cuique eſto, illas penitiùs enucleare, & enucleatiùs expendere ad Marianæ laudis auctarium.

Iacobus Apoſtolus 1. cap. 1. gratiarum con- 6.
ceptaculum præmonſtrat , ne in noſtris ſuppli- Iacobi 1.
cationibus erremus. *Nolite itaque errare,* inquit, v. 16. & 17.
fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt , deſcendens à Patre luminum, à Deo, inquam , immetatè benefico. It quidèm, Ecquis autem in re hâc vulgatiſſimâ *erret ?* An quia ſine Deiparæ interuentu , numquam Deus beneficia ſua hominibus exhibet ? Eleganter Georgius Nicomedienſis Orat. 6. in Mariæ ingreſſum in templum , ſic Deiparæ ſuffragium, & auxilium im-
plorat : *Vnicum eſt (auxilium,) quod illo for-* Georg. Nic.
tius ſperandum habemus ; nempè tui Filij potentia : quin & eius ipſius beneficium , acceptum tibi
referimus. An non homo expectat opem, & ex- *Pro beneficiis à Filio Deo acceptis gratias Matri referamus.*
petitum auxilium à *Filij* ſui *potentiâ* (nam *omne datum optimum , & omne datum perfectum* ab illo eſt ;) quomodò ergò gratias ſpondet Matri *referendas ?* Opinor , ei reddendæ ſunt gratiæ , qui auctor eſt beneficij accepti : ſi igitur à Filij *potentiâ* beneficium præſtatur, ipſi potiùs Filio, quàm Matri gratiæ agendæ erunt. Imò etiam & Filio per Matrem ; imò & Matri etiam pro beneficiis à Filij omnipotentiâ largiùs acceptis : abſque Matris enim interuentu, nullum exhibet. Quare æquum eſt , vt pro quocumque beneficio à Deo accepto, gratias Deiparæ referamus. Nam licèt *omne datum optimum , & omne donum perfectum* à Filio Deo ſit ; tamen *ipſius beneficium* Deiparæ *referimus* , tamquam per illius preces potenter adeptum.

---

§. CCCXIV.

Præluſtris Mariæ pietas, & largior ergà omnes beneficentia adhuc prædicatur.

SAnctus Bonauentura in Speculo B. Virg. c. 8. 1.
ex Ruthæ ad Mariã comparatione, tamquam S. Bonau.
ex typo ad antitypum, ſummam illius miſericor- Ruth. 3.
diam , his verbis euulgat : *Benedicta filia priorem* v. 10.
miſericordiam poſteriore ſuperaſti : Magna , inquit, *fuit erga miſeros miſericordia Mariæ adhuc* *Mariæ miſericordia ex cõparatione ad Ruthem, tamquam typum.*
exulantis in mundo ; ſed multò maior ergà miſeros eſt miſericordia eius iam regnantis in cælo : Maiorem per beneficia innumerabilia nunc oſtendit hominibus miſericordiam , quia magis nunc videt innumerabilem hominum miſeriam : vndè pro ſplendore prioris miſericordiæ fuit Maria pulchra vt Luna ; pro ſplendore verò poſterioris miſericordiæ eſt electa vt Sol : nam quemadmodùm Sol Lunam ſuperat magnitudine ſplendoris ; ſic priorem Mariæ miſericordiam ſuperat magnitudo

Digitized by Google

tudo ſuperioris. Quis eſt ſuper quem Sol non luceat? quis eſt ſuper quem miſericordia Mariæ non ſplendeat? Quemadmodùm Sol oritur ſuper bonos & malos indifferenter; ſic Maria præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam prabet; omnium denique neceſſitatibus ampliſſimo miſeretur affectu. Bellè pariter ac verè Bonauentura.

2. Siracides Eccleſiaſtici 24. hæc verba refert, quæ de Beatâ Deiparâ myſticè intelliguntur: Et
Eccli. 24. v. 16. radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Meritò in plenitudine Sanctorū Virginis Mariæ detentio eſt, quippè quæ ex omniū defloratione conſtructa eſt: cui nec fides defuit Patriarcharum, nec Prophetarum ſpiritus, nec zelus Apoſtolorū, nec Euangeliſtarū doctrina, nec conſtantia Martyrū, nec Confeſſorū ſobrietas, nec caſtitas Virginum, nec coniugatorum fœcunditas, nec puritas Angelorum. Verùm S. Bonauentura in ſpeculo B. Virginis, apud Cornelium inibi, aliter hunc locum exponit: *Beata*
S. Bonauen. *Quia Deipara in plenitudine Sanctorum detinetur, eius in omnes miſericordia adſtruitur.* Iſaiæ 64. v. 7.
Virgo, inquit, *non ſolùm in plenitudine Sanctorum detinetur, ſed etiam in plenitudine Sanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur: detinet nimirùm virtutes, ne fugiant: detinet merita, ne pereant: detinet Dæmones, ne noceant: detinet Filium, ne peccatores percutiat. Ante Mariam non fuit, qui ſic detinere Dominum auderet, teſte Iſaiâ, qui dixit: Non eſt, qui inuocet nomen tuum, & teneat te.* Et infrà ex Anſelmo ſubdit: *Tibi ſolùm loquor Domina, beneficiis tuis plenum eſſe mundum, inferna penetrarunt, cælos ſuperarunt; per plenitudinem enim gratiæ tuæ, quæ in inferno erant, ſe lætantur liberata; & quæ ſuprà mundum ſunt, ſe gaudent reſtaurata.* Multas his verbis ſententias Bonauentura addenſat, quæ ad miſericordem Deiparæ beneficētiam elucidandam, enucleare procliue eſt.

3. Iſaias cap. 62. ſic ante tot retrò ſecula, pro-
Iſaiæ 62. v. 3. phericè antedixit: *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Etſi manus ſtrenui operis ſollerti induſtriâ, coronæ meritum fabricet, & coronam excudat; opinor, corona, quod eſt capitis ornamentum, otiatur
Sanctius. in manibus. Quare Sanctius noſter inibi cenſet, *coronam* poſſe vocari quoduis ornamentū; vndè hîc ſumi pro annulis aut armillis, in quibus notari ſolent nomina eorum aut effigies, quos amamus, vt ſemper occurſent oculis, vt idē hîc dicat
Iſaiæ 49. v. 16. Iſaias, quod dixit cap. 49. *In manibus meis deſcripſi te.* Hùc abductus eſt vir ſapiētiſſimus, vt ſuæ eruditionis ſollertiâ, otium coronæ in manibus
Cornelius. declinaret. Cornelius verò in ſenſu litterali propiùs ad myſticum accedit. *Eris corona gloriæ in*
Deipara Chriſti capiti coronam æternæ pietatis impoſuit.
manu Domini. Quaſi dicat Propheta: Deus tibi, vt potè ſponſæ ſuæ, erit inſtar coronæ tuum caput, téque totam cingēs & ornans; & tu viciſſim quaſi ſponſa eris Deo inſtar coronæ eum decorans & ornans. Nam nihil aliud eſt eſſe *coronam* gloriæ in manu Domini, quàm eſſe ſponſam quam Dominus ſibi apprehensâ manu ſociauerit. Verùm S. Ambroſius de Inſtit. Virgin. cap. 26. de Virginis Mariæ largiori benignitate ſic
S. Ambroſ. eloquenter ſcribit: *Eum* (Chriſtum) *concepit, & peperit, & coronam capiti eius æternæ pietatis impoſuit.* Scilicet Beata Virgo eſt velut corona in manu Domini, hoc eſt Dominum ac Filium ſuum Chriſtum Deum coronans *æternæ pietatis* coronâ. Porrò in manibus, id eſt, in meritis Chriſti Dei, ſunt tot gloriæ coronæ, quot ſuis meritis hominibus copioſè promeruit: cúmque Deipara præſit eiuſmodi meritorum diſpenſationi, ſitque benigniſſima omnium mater à Filio Deo veniam ac miſericordiam impetrans: indè Beata Deipara *coronam capitis eius æternæ pietatis impoſuit.* O bona *æternæ pietatis corona* quâ Chriſtus à Matre ſuâ, ac Miſericordiæ Matre coro-
natur! *Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum Mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Quippè quæ *eum concepit, & peperit, & coronam capitis eius æternæ pietatis impoſuit.* Cantic. 3. v. 11.
Et nota illud, *æternæ pietatis*; ſignificat enim immeritè continuatam pietatem: nam Virgo Deipara in ſanctis *detinet virtutes, ne fugiant: detinet merita, ne pereant.* In peccatoribus autem *detinet Dæmones, ne noceant: detinet Filium, ne peccatores percutiat:* omni tempore pia, omnibus cumulatiùs benefica; vt *coronam capiti Filij ſui æternæ pietatis imponat.*

Apocalypſis 21. ſic Ioannes ſcribit: *Et vidi* 4.
cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non eſt. Vndè poſt pauca, dixit qui ſedebat in throno: *Ecce noua facio omnia.* Arabicus, *Ecce ego faciam illa noua omnia.* Quænam? nempè cælum, & terram, & elementa reliqua, tamquam antiquata, vetera, & miſera, cum vetere ac miſero homine, vitâ & mundo abierunt. Iam facio & creo celum nouum, terram nouam, elementa noua, vitam nouam, hominem nouum: omnia enim nunc innouantur. *Ecce noua facio omnia.* Appoſitè Richardus: *Quia per eam* (Deiparam) *innouatum eſt genus humanum, quod per Euam inueterauerat, quando ſcilicet nouum factum illud eſt in eâ, de quo loquitur Ieremias per quod noua innouata ſunt omnia. Vndè Filius ei dicit: Ecce noua facio omnia.* Omnia inueterauerant per inolita diu peccata, & auitam delinquendi conſuetudinem; ergò per Mariæ benignitatem, antiquitatem exuant, ſenium deponant, & ad pulchrum nitorem renouentur. *Ecce noua facio omnia, omnia*, inquam. Eleganter Anſelmus lib. de Orat. *Per te* (ô Virgo Deipara) *elementa renouantur, homines ſaluantur, Angeli redintegrantur* Addit Ioannes Geometra nuper laudatus: *Quaque Deum nobis, noſque Deo reparas.* Ecce noua facit *omnia* Virginis Deiparæ beneficentior pietas per quam elementa *renouantur*, homines *ſaluantur*, Angeli *redintegrantur*, Deúſque hominibus *reparatur.* Quo autem ſenſu Virgo Maria, Deum nobis *reparare* dicatur, alibi nuper exponebamus.

Apocal. 21. v. 5. Arabicus.
Richard. à S. Laur. l. 9. Ierem. 31. v. 22.
Per Mariam elementa renouātur, homines ſaluāntur, Angeli redintegrantur.
S. Anſelm.
Geometra. Hymno. 1.

Ioannis 2. Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ: & erat Mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus, & Diſcipuli eius, ad nuptias. *Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.* Quaſi dicat: Conſule, ô Fili, nouorum coniugum verecundiæ, ne coram inuitatis confundantur de inconſultâ ac miſerâ egeſtate: ſcio enim te id poſſe, cùm ſimul ſis Dei Filius, & hoc tuam maximè beneficentiam decere. *Compaſſa eſt enim* (ait Bernardus) *eorum verecundiæ, ſicut miſericors, ſicut benigniſſima. Quid de fonte pietatis procederet niſi pietas?* Et pietas quidèm adeò præpropera, vt ſenſum ac vocem indigentium anteuerteret, valide ſollicitata tacito 5.

Ioann. 2. v. 3.
S. Ber. Ser. 1. poſt Domin. 1. Epiphan.

Digitized by Google

S Ber. Ser. 2. de B. Virgine
Deipara velut impotens eſt ad non ſubuemendū miſeris, etſi miſerias neſciant ſuas.
Cant. 4. v. 5. Richar. Vict.

tacito indigentiæ clamore, quo vehementiùs perurgebatur. *Et u quidèm ſermo* (pergit Bernardus) *certiſſimus index ingenita manſuetudinis, & virginalis verecundia fuit. Aliorum quippe verecundiam ſuam reputans, ſuſtinere non potuit, non potuit vini diſſimulare defectum,* Quid eſt, *non potuit?* Tantáne pietate Beata Virgo exuberat, vt miſeriarum voces non poſſit non exaudire, illíſque precariâ omnipotentiâ quantocyùs ſubuenire? Pulchrè Richardus Victotin. exponens illa Cantic. verba: *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli*, ita ſcribit: *Et quidèm Virginis vbera gemina dilectionis lac fundunt, quia reis impetrat veniam, & iuſtis gratiam. Meritò etiam miſericordia Virginis curſui hinnulorum comparatur, cùm per mundum curras, velociùs occurrat, quàm inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipet,* Addit propiùs ad rem, ſic Deiparam affatus: *A Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miſeria notitiâ tacta, lac fundant miſericordia, nec Poſſis miſerias ſcire, & non ſubuenire.* Nimirùm, quod Beruardus aiebat, *Non potuit vini diſſimulare defectum*, Richardus dixit, *Non poſſis miſerias ſcire, & non ſubuenire.* Quæ eſt beneficentiſſimæ pietatis hyperbole.

Prou. 31. v. 11.
S. Ambr. l. 6. in Lucam poſt initiū.
An in B Virgine confidit Chriſtus, vt eum ſpoliis ditet?
Richardus à S. Laurent.

6. Prouerbiorum 31. Mulierem fortem (alij, omni virtute cumulatam) quis inueniet? Procùl & de vltimis finibus pretium eius. *Confidit in eâ cor viri ſui, & ſpoliis nō indigebit*; quod ad vtrumque referri poteſt, & plures Interpretum referunt. nempè tam ipſi, quàm viro ſpolia ab ipsâ parta, non deficient. *Confidit in eâ vir ſuus* (ait Ambroſius.) *Videamus quid hac viro faciat ſuo, quod opus eius, quod ſit obſequium, cur confidat in eâ Chriſtus.* Quænam eſt hæc ſtrenuè præluſtris Matrona, in cuius opere & obſequio Chriſtus confidere poteſt? Quæ eſt hæc Chriſti ſpes, quæ in huius Heroïnæ prædiuitibus ſpoliis quodammodò collocatur? Diſertè Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laudib. B. Mariæ, eam intelligit, ſic fatus: *Propter hoc dicitur de Mariâ: Confidit in eâ, id eſt, de eius fide & fortitudine, Cor viri ſui, Chriſti ſcilicet; & ſpoliis non indigebit. Ipſa enim quaſi ditat illis ſponſum ſuum, quibus ſpoliat Diabolum aduerſarium.* Scilicet Virgo Deipara, ea eſt, in quâ Chriſtus Deus, eius Filius ac ſponſus quodammodò *confidere* poſſit, ne deſint illi opulenta ſpolia pugnaciter à Diabolo extracta. *Ipſa enim quaſi ditat illis ſponſum.* O glorioſè & opulentè diuitias de ſpoliis partas, quibus hæc Matrona Filium Deum *quaſi ditat*! Gratulor Filio ac ſponſo Deo de prædiuite ſpoliorum cenſu, ſtrenuè per Matrem Virginem acquiſito. Gratulor etiam hominibus, quòd ſic piè pro illis ſtet, & pugnaciter pro illorum liberatione decertet, vt ipſis tamquam victoriæ ſpoliis ditari piè exambiat, vt ipſa opulentè diues, homines liberaliter ditet, & Filium Deum quodammodò opulentet. *Confidit in eâ cor viri ſui, Chriſti ſcilicet: & ſpoliis non indigebit: ipſa enim quaſi ditat illis ſponſum ſuum: quibus ſpoliat Diabolum*, cùm homines ex eius ſeruitute, ad Dei regnum benigniſſimè extrahit.

§. CCCXV.

B. Virgò adeò ſtudioſè ſuſcipit peccatorū tutelam, vt dicatur damnatorum commendatio, peccatorum fideiuſſor: ſícque omnibus omnia fit, vt occultus mundus nominetur. quare?

Cant. 4. v. 5.
Hugo Vict.
Quàm præſto miſeris peccatoribus Maria adſit auxilians.

HVgo Victorinus exponens illud Cantic. 4. 1.
Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis, ſic Marianæ pietati accommodat: *Hinnulorum*, inquit, *velocitati* Deipara *comparatur, quia velocius occurrit eius pietas, quàm inuocetur, & cauſſas miſerorum anticipat. Hinnulis verò comparatur, quia dulcedinem bonitatis, quam impendit, ipſa deſuper ſugit.* (Et poſt paucula cauſſam deſcribit) *Sicut enim*, inquit, *vbicumque fuerit corpus, congregabuntur & aquila, ita vbicumque fuerit miſeria, tua & currit, & ſuccurrit miſericordia. A Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miſeria notitiâ tacta, lac fundant miſericordia, nec poſſis miſerias ſcire, & non ſubuenire* (Altè dictum!) *Et quid mirum ſi miſericordiâ affluis, qua ipſam miſericordiam peperiſti? Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent. Cùm enim miſericordiam lactaſti, ab eâdem miſericordia vbera accepiſti.* Prolixum facerem, ſi Hugonis ſingulas ſententias ſolitâ elucidatione perſequi vellem. Sat eſto, illas hîc ad rem congloballe, & expenſioni obuiæ expoſuiſſe; quò omnibus euulgetur, quàm præſtò, quàm miſericorditer, ac beneficè ærumnosè miſeris peccatoribus Virgo Maria adſit.

Pſalm. 93. v. 17.
Germanus. Conſtantin.
Conglobata Deiparæ epitheta.
Cur Deipara appellatur, Damnatorum commendatio?

Dauid nuper peccator, cum peccatrice plebe, 2.
nouis ſpebus ſtrenuè erectus, ſic pangit Pſalm. 93. Quia non repellet Dominus plebem ſuam, & hereditatem ſuam non derelinquet. *Niſi quia Dominus adiuuit me, paulò minùs habitaſſet in inferno anima mea.* Quod nam eſt hoc auxiliatè iuuamen, quo, ſi Dauid cum Suis deſtitueretur, peccatorum mole oppreſſi ad inferna deſcendiſſent? Germanus Conſtantinopolitanus hæc Pſalmographi verba myſticè flectit ad auxiliarem Virginis Mariæ tutelam, ſic fatus Orat. 2. in Deiparæ dormitionem: *Peccatores*, inquit, *per te Deum exquiſierunt, & ſalui facti ſunt: dixerúntque & ipſi: Niſi quia Dominus carnem de Virgine ſumens, adiuuiſſet nos; paullò minùs habitaſſent in inferno anima noſtra. Potens igitur ad ſalutem auxilium tuum, ô Deipara; tu enim re verâ, vera es vita parens.* Et poſt nonulla, in eandem ſententiam hæc Deiparæ epitheta piè & eloquenter addenſat: *Quis te admirationi non habeat, Spem immutabilem; protectionē immobilem; ſtatum perfugium; Semper vigilem deprecationem; Perennem ſalutem; Auxilium ſtabile; Patrocinium inconcuſſum; Murum inexpugnabilem; Arcem tutam; Vallum vndique munitum: Validam auxilij turrim: Portum tempeſtate iactatorum; Malaciam perturbatorum; Alienatorum conciliationem; Damnatorum commendationem; Maledictorum benedictionem?* Etſi reliqua epitheta ſint expenſionum fœcunda, illud, *Damnatorum commendationem*, vt vulgare non eſt, ita neque inidoneum

Digitized by Google

neum Dauidicæ ſententiæ, Deiparáne eſt, eſſéve poteſt, *Damnatorum commendatio?* Ecquis reum, de reatu apud Deum iure *damnatum commendare* ad abſolutionem poteſt? Qui iam damnatus eſt, fruſtrà commendabitur, & commendatione ac laude dignus ſerò prædicabitur.

3. Combefis. Franciſcus Combefis in ſcholiis ad hanc Germani Orationem, num. 10. ſic locum exponit: *Damnatorum commendationem*, inquit, *quâ Mariæ commendatione, rei iam ac prædamnati, abſolutionem à Deo Iudice, ac veniam conſequantur;* Nempè multorum ſcelerum *rei*, & diuino iudicio *prædamnati*, atque inferno certiſſimè obnoxij, niſi B. Deipara illorum ſuſcepiſſet tutelam, & auxiliatricem opem impenderet: *Niſi quia Dominus carnem de Virgine aſſumens, adiuuiſſet nos, paullò minùs habitaſſent in inferno animæ noſtræ.* At quoniam B. Virgo Deipara huiuſmodi *reis* ac *prædamnatis* adſauet apud eum, qui ex eâ carnem aſſumpſit; dum eos ſic ab inferno velut extrahit, dicitur *Damnatorum commendatio.* Quærit enim ſiquid in eis commendatione & laude dignum olim inueniat, illúdque Filio Deo proponit; ſin minùs ſua merita, ac Filij paſſionem, quò *abſolutionem à Deo Iudice, ac veniam conſequantur.* Inde *Maledictionem* in *Benedictionem* beneficentiùs recudit.

4. Eccli. 29. v. 20. Græcus. Siracides Eccleſiaſtici 29. ita nos admonet: *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam.* Græcè pluratiuo vocabulo, *gratiæ* excribitur: nam fideiuſſor multas *gratias* fideiuſſione dedit. S. Ambroſ. S. Ambroſius lib. de Tobia cap. 23. ſic legit: *Gratiam repromiſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam bonam.* Quaſi dicat: Beneficij, quod tibi præſtitit fedeiuſſor, pro te ſpondendo, memor eſto, vt illum ſponſione ſuâ liberes, illique gratus animitùs exiſtas: ipſe enim pro te ſuas opes & fortunas periculo expoſuit, quod perindè eſt ac ſi vitam expoſuiſſet. Sed conſultiſſimè ex Græcis codicibus addit Ambroſius, *dedit pro te animam bonam:* eſt enim beneficæ *bonitatis* indicium præclarum, pro aliis vadimonio obſtringi. Germanus. Conſtantin. Nuper allegatus Germanus Conſtantinopolitanus Orat. 2. in Deiparæ dormitionem, eam profundè appellat, *Peccatorum vadem, deſperatorum adductionem, exulum reuocationem, pulſorum poſtliminiò reuerſionem.* *Quo ſenſu Deiparam appellent, Peccatorum vadem.* Quid eſt, quòd beatæ Deiparæ benefica *bonitas* adeò exundat, vt improborum hominum, ſeu *Peccatorum vadimonio*, ſpontè dicatur obſtricta? Num ſuo periculo alienum redimere poteſt? Potéſtne Beata Virgo pro peccatoribus exponi periculo, vt pœnam quam illi merentur, quoquo modo ſubeat, aut poſſit ſubiiſſe? Et tamen Germanus eam audet appellare *Peccatorum vadem*; quaſi tantâ *bonitate* præcellat, vt ſe velut adſtrinxerit talionem reddere, niſi ſui clientes in grauius peccatum lapſi, tépeſtiuè reſipiſcant. Sanè hæc Germani ſententia mitiùs intelligenda eſt, & pulchra hyperbole leniter mitiganda. Scilicet Beata Deipara tantâ præſtat *bonitate*, ſic votiuis etiam ſceleratorum precibus præſtò adeſt, eóſque à peccatorum reatu liberat, quaſi exhibito vadimonio, talionem ſubitura eſſet. Itaque ſic inuocata, deſperatos ad ſpem ſollicitè adducit; ſic exules à Dei præſentiâ, ad illam reuocat, & ad cæleſtis patriæ fiduciam, & ſceleſtiſſimos quoſque ad gratiam olim amiſſam, ac ſi pro illis ſe oppigneraſſet, & fideiuſſionem ritè præſtitiſſet. Vndè eam Germanus vocat, *Peccatorum vadem, deſperatorum adductionem*, &c. Quid ſpem in Beatâ Virgine collocandam, adæquè exuſcitet?

5. 1. Cor. 9. v. 22. 1. Corinth. 9. Cùm liber eſſem, ait Paullus, omnium me ſeruum feci. Et factus ſum Iudæis tamquam Iudæus: iis qui ſine lege erant (Gentibus inquam) tamquam ſine lege eſſem Factus ſum infirmis infirmus. *Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Non mentiendo* (inquit Auguſtinus,) S. Auguſt. epiſt 9. & 19. *ſed compatiendo, non ſimulantis aſtu, ſed commiſerantis affectu omnibus omnia factus eſt Paullus.* Verùm Paullus cum Iudæis Iudæus, cum Gentilibus Gentilis, cum infirmis infirmus factus eſt; & vt omnes faceret ſaluos, rationales multifariàm perſonas induit; non irrationales atq; examinales ſubſtantias infimiſſimo naturæ gradu abiectiſſimas. Ad hunc Paulli locum adludens Iacobus Monachus Orat. in Natiuit. S. Mariæ, ſic de eâ Deum alloquitur: Iacob. Mon. *Per eam noſtra natura probrum in gloriam conuertiſti. Per eam noſtram deformitatem ornaſti; ac dedecus decore commutaſti. Eam tu pontem feciſti, quo à mundi fluctibus traiicientes, ad tranquillum portum tuum perueniamus.* *B. Virgo omnibus omnia fit vt natura curet vulnera.* *Tu arma, vi omni belli potentiora, trophæúmque inuictum eam præſtitiſti. Tu opportunam animorum pariter atque corporum officinam medicam, ipſam exhibuiſti; afflictorum ſolatium; eorum recreationem ac leuamen, qui doloribus tenentur; mœſtorum animo refrigerium: omnibus omnia factam, vt natura curet vulnera.* Itaque Virgo Deipara ſiceſt humanæ ſanitatis impensè ſtudioſa, ſic peccatorum vulneribus mederi auet, vt omnia ſiue rationalia, ſiue irrationalia, ſiue exanimalia, ſiue elementaria, ſiue cæleſtia, ſiue terrena quodammodo fiat, vt humanos curet langores. *Omnibus omnia facta* eſt, *vt natura curet vulnera.* *B Virgo arcanâ ratione occultus mundus dicitur.* Quare ſibi cohærens ipſe Iacobus Monachus nuper inibi antedixerat: *Arcanâ ratione in eâ occultum mundum magnificent*, Angeli inquam, qui id norunt, quod homines, etſi id ignorent, beneficentiùs experiuntur. Porrò quæ *omnibus omnia facta* eſt, vt omnibus proſit; hôc charitatis ac beneficentiæ condeſcenſu, *arcanâ ratione occultus mundus* eſt, dignus quem Angeli *magnificent*: ſe enim in omnia velut transformat, & omnia fit præſtantiori modo ac Paullus, vt omnibus vberiùs & expromptiùs proſit. Ergò *arcanâ ratione in eâ occultum mundum magnificemus.*

6. Ad Coloſſenſes 2. ſic eos Paullus admonet: Videte nequis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, *ſecundùm elementa mundi, & non* ad Coloſſ 2. v. 8. & 20. *ſecundùm Chriſtum.* Et infrà verſ. 20. *Si ergò mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: quid adhuc tamquam viuentes in mundo decernitis?* Mundi *elementa* appellat, eiuſdem recèns naſcentis rudimenta, quæ ab ortu ipſo, aut ſub ortum, humanis peccatis velut inolita feneſcunt ac veteraſcunt *Deipara Deiformi elementatione veteraſtũ mundum renouat, atq; reformat.* Andreas Cretenſis ad hunc Paulli locum videtur adludere Orat. 1. in Natiuitatem S. Mariæ, ſic de eius Conceptione aut Natiuitate fatus: Andr. Cret. *Hodie humani generis reformatio incipit, mundúſque veteratus ſummè Deiformem elementationem accipiens, ſecunda à Deo formationis*

tionis inchoationem ſuſcipit. Itaque Apoſtolus *mortuos* nos eſſe vult *huius mundi elementis*, vt non *ſecundum elementa mundi* viuentes, cum ipſo inueteraſcamus peccatorum ſenio. Ergò conceptâ iam Deiparâ, *humani generis reformatio* auſpicatò *incipit*, *mundúſque veteratus Deiformem elementationem accipit.* Hem! ſic per Deiparam originalis mundi ſenectus recuratur, & mundi veterata elementa *Deiformem elementationem* denuò accipiunt? O bona mundi *elementatio*, quæ à Virgine, & per Virginem fit! Ceterùm quàm aptè hàc in re Deipara tâquam
[Ruth. 2. v. 3.] antytipus, typo, id eſt, Ruthæ ſpicilegæ correſpondeat, elucidabitur in auſpicio proximè ſequentis §. qui eandem theſim locupletat.

---

§. CCCXVI.

Deipara eſt deſperatorum aſylum, noſtra ſpongia nequitiæ, commentorum Diaboli expunctio; & iuſtitiam in iuſtam miſericordiam recudit.

1. [S. Bonauent. in Specul. Virg. cap. 5. Ruth 2. v. 3.] [*Vera Ruth derelictas à Correctoribus ſpicas ſtudiosè colligit.*] SCitè S. Bonauentura in Speculo. Virg. ita ſcribit: *Ruth in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inuenit, vt ipſas ſpicas, id eſt, animas à meſſoribus derelictas colligere ad veniam poſſit. Qui ſunt meſſores, niſi Doctores & Rectores? ô verè magna Mariæ gratia, quâ multi ex eis ad miſericordiam colliguntur, qui à Doctoribus & Rectoribus tamquam incorrigibiles relinquuntur.* Non dedignatur vera Ruth poſt Correctorum terga incedere, ne vllam ſpicam velut reiectaneam negligat conculcandam. Illas enim velut ſudato labore ac ſtudio ad electorum faſciculos colligit, ne in gehennalis incendij caminum erogentur. Sic eſt deſperatorum effugium, & aſylum!

2. [Matth. 28. v. 18.] Matthæi 28. Chriſtus Deus, vt ad ſe, & ad Euangelij diſciplinam, & cæli ſpem, totum mundum conuertant, mundum, inquam, deſperatiſſimis belluinæ Idololatriæ vitiis efferatum; Apoſtolos miſſurus, ſic eos anteloquitur: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terrâ. Euntes ergò docete omnes Gentes,* &c. Non hîc morabor Interpretes, an Chriſtus Deus *omnem poteſtatem* [*Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat, precaria omnipotentia vi.*] cum æternâ generatione ſuſceperit; an poſt reſurrectionem, paſſionis ſuæ merito, omnium gratiarum condigno. Sanè omnis poteſtas, quæ in Chriſto eſt, omnipotentia eſt, quâ Deitatis vigore Deushomo viget. Verùm non inidoneè hoc Filij elogium, eius Matri quodammodò aptari poteſt, præclaréque adaptat Petrus Damianus Serm. 1. de Natiuit. Virg. ſic eam alloquens:
[B. Pet. Dam.] *Data eſt tibi omnis poteſtas in cælo, & in terrâ, quid tibi negabitur? Nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt Deſperatos in ſpem beatitudinis releuare.* Proculdubiò ſuo modo data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terrâ, & iure Matris Dei, ſic præcariâ omnipotentiâ excellit, cui *nihil impoſſibile* eſt: quare peccatores omnium ſcelerum flagitiosè reos, & *deſperatione* ferè prædamnatos, ad meliorem vitæ frugem, & certam *beatitudinis ſpem, releuare* eualet, & felici auſpicio ſæpè releuauit, releuabitque eos, qui ad hoc ſpei aſylum confugerint.

3. [Iſaiæ 53. v. 2.] Euangelicus Propheta Iſaias cap. 53. hoc proœmiolo vaticinium de Chriſto pro peccatoribus patiente, auſpicatur: Quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? *Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terrâ ſitienti:* non eſt ſpecies ei, neque decor, &c. Chriſtus Deus dicitur *radix*, id eſt, ſurculus è radice pullulans metonymicè.
[Hebræus.] Hebraicè eſt, *De terrâ ſiccitatis*, hoc eſt, valde ſicca; talis enim ſitit humorem. Quæ Prophetæ verba ſic ibidèm Cornelius exponit: Hæc
[Cornelius.] ergò radix, æquè vt eius ſurculus prognatus eſt è terrâ aridâ & ſqualidâ, ac proindè tam ipſa quàm ſurculus eius fuit aridus & ſqualidus. Nimirùm radix hæc eſt Beata Virgo paupercula & abiecta, ac fabro deſponſata, ex quâ naſcens Chriſtus pauper & abiectus, à Iudæis deſpectus fuit. Hactenùs ille. Qui addit ex Hie-
[S. Hieronyſ. S. Cyrillus. Procopius. S. Auguſt.] onymo, Cyrillo, Procopio, & Auguſtino, quòd vterus Virginis dicitur terra ſitiens, quia nullo humano ſemine humectatus & fœcundatus eſt. Vndè Aquila vertit, *de terrâ inuiâ*: quod
[Aquila. Euſebius. Richard.] Euſebius lib. 3. Demonſt. cap. 2. exponit de Beatâ Virgine. Aptiùs ad rem Richardus à S. Laurent. lib. 8. de laudib. B. Mariæ, vtramque expoſitionem nectit: *Sicut radix de terrâ ſitienti: quia ſitibundum elementum, & hoc per gratiæ deſiderium. Vnde de Chriſto dicitur: Aſcendet ſicut radix de terrâ ſitienti, id eſt Mariâ.* Itaque Chriſtus Deus, verus Filius Deiparæ, ex eius Virginali vtero, tamquam è *terrâ ſitienti*, id eſt, nullo humectatâ aut fœcundatâ ſemine, velut vitæ ſurculus prodiit. Quin & *terra ſitiens*, vel
[*Quo ſenſu dicatur Deipara, noſtra ſpongia nequitiæ.*] *ſitibundum elementum* appellatur, *& hoc per deſiderium gratiæ*, quam peccatoribus immeritiſſimis obnixiùs impetrat velut ſitibundo precum
[Ioan. Geom.] hiatu. Hùc forſan adludit Ioannes Geometra Hymno 4. exponens quàm ſit Deipara peccatoribus piè auxiliaris, quodammodo *ſitiens* atque ebibens eorum peccata: *Gaude*, inquit, *quæ infandi millena volumina ſoluis Dæmonis, vt noſtra ſpongia nequitiæ.* Et Hymno 3. ea concinnè appellatur: *Humens humani ſpongia vt ingenij.* Ecce quàm profundè Virgo Maria ab Iſaiâ dicitur, *Terra ſitiens*; & à Richardo eum Prophetæ locum exponente, *Sitibundum elementum, & hoc per gratiæ deſiderium*, quam peccatoribus hianter deſiderat: quare alto ſtilo appellatur, *Noſtra ſpongia nequitiæ*, quaſi illius ſit auidè ſitibunda, & piè bibula. Porrò ſicut eius Filius Deus, etſi in ſeipſo impeccabilis, à Paullo dicitur, pro nobis *peccatum feciſſe*; quia vadimonio pro hominum peccatis ſuſcepto, alieni peccati reus miſericorditer factus eſt: adſimiliter benigniſſima ergà peccatores Deipara, etſi in ſeipſâ peccati ſemper exors, *terra ſitiens*, & *ſitibundum elementum* hoc eſt, *noſtra ſpongia nequitiæ per gratiæ deſiderium* dicitur; vt quaſi in ſe humanæ nequitiæ vdorem, velut ſpongia hianter ebiberit, quò à noxio peccatorum vdore nos reddat exuccos. O ſublimiter erigantur peccatorum ſpes; & peccatores nobis gratulemur, quòd *per gratiæ deſiderium, noſtra ſpongia nequitiæ*, Deipara nominatur.

4. [Zachar. 3. v. 1.] Zachariæ 3. ita ſcribitur: Et oſtendit mihi Dominus Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini: *Et Satan ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei*, &c. Satan Hebraicè idem eſt,
[Hebræus.] quod Aduerſarius: hinc ſumitur pro Diabolo,
qui

Digitized by Google

qui fidelibus ſummè, vbique, & ſemper aduerſatur. Nunc per me decertent Interpretes, an hic ſummus Sacerdos Ieſus filius Ioſedec, verè deliquerit, an populus cui ipſe præerat. Audio tamen, quod Satan eum accuſans ante tribunal Dei, *ſtabat à dextris eius*, quaſi victor, & in lite potior ac ſuperior, quia videbatur in iudicio præualiturus, ac eum ad ſententiam damnationis adacturus; ſiue quia vera erat accuſatio, ſiue quia apparens delictum, ſic eloquenter colorabat, ſic veroſimili commento exaggerabat, vt iam *à dextris eius ſtare* diceretur, præiudicio iudicium ferè anteuertens. Ecquis Angelorum, ſicut huic magno Sacerdoti nobis adeſt auxiliaris, qui Satanæ malè facunda commenta, technarum plena deludat? Tempeſtiuè nuper aduocatus Ioannes Geometra Hymno 3. ſic ad rem modulatè pangit, Deiparam alloquens: *Gaude*, inquit, *quæ abſterſti* (abſterſiſti) *vitij commenta nefandi, humens humani ſpongia vt ingenij*. Et infrà Hymno 4. *Gaude quæ infandi millena volumina ſoluis Dæmonis*. τὸ *volumina*, vel de ſpiris infernalis colubri, vel de *Voluminibus*, id eſt, tomis, ſeu commentariis poteſt intelligi. Vtrûmque ſignificatum Latinis obuium eſt: & hoc poſterius priori concinit, quò perindè erit, *Vitij commenta*, ac *volumina Dæmonis*. O nefandos, & malè acutos, *vitiorum commentarios*, & Satanæ *volumina* criminoſè ſubtiliſſima! Hæc vitiorum humani generis commenta, & criminationum *volumina*, quibus præſidens Diabolus, in Dei iudicio *à dextris ſtare* præſumit, quaſi in lite potior, ſuperior, ac victor; ſubtiliori pietate Deipara abſtergit delet, expungit, *Gaude* (gaudeamus potiùs homines tantâ aduocatione felices) *quæ abſterſiſti vitij commenta nefandi. Gaude quæ infandi millena volumina ſoluis Dæmonis*.

Diabolica vitiorũ noſtrorum cõmenta, & volumina B. Virgo delet.

Ioan Geom.

5\. Regios Vates Pſal. 32. ſic concinnè pangit: *Rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide*, fidelia, inquam. Pergit Dauid hanc Dei in operibus ſuis, fidelitatis æquitatem adſtruens: *Diligit Deus miſericordiam, & iudicium: miſericordiâ Domini plena eſt terra*. Verùm ſi Deus indulgentiam *miſericordiæ*, & *iudicij* rigores, æquè, vt par eſt, diligit; quo pacto confeſtim ſubdit, *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*. & non potiùs *Miſericordiâ*, & *iudicio*? Difficultatem etiam exaggerat, quòd S. Hieronymus pro τὸ *diligit miſericordiam & iudicium*, ex Hebræâ origine vertit: *Diligis iuſtitiam & iudicium*: ſtatim autem ſubditur: *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*? Imò potiùs *iuſtitiâ*. Ex hoc, & aliis locis, quos addenſare, procliue eſſet, eruditè inibi notat Lorinus, quòd Hebræa vox, quæ *iuſtitiam* ſignificat, ſignificat etiam *miſericordiam*. Vndè quod Vulgatus, *miſericordiam*, Hieronymus *iuſtitiam* excripſit. Quænam eſt hæc, ſiue identitas, ſiue metarphoſis *iuſtitiæ* in *miſericordiam*? Quis nam vtramque rem diuerſiſſimam, in alteram conuertit? Ecquis apud diuinum tribunal, Dei *iuſtitiam* peccatoribus acerbiſſima quæque fulminantem, in *miſericordiam* innocenter conuertit? Opportunè nuper laudatus Geometra Hymno 4. ſic occinit, Beatam Virginem affatus: *Salue captiuos ſoluens: in carcere ſolans, & tortos, vinctos compedibuſque fouens .... Salue ius dirimens lites, & flumina linguæ oratorum obdens, oris & artis opus. Salue iuridicis adſtans tribunalibus æqua*. Ecce tibi Beata Virgo in iuridico Filij ſui tribunali, quâ pollet pietate, reos abſoluit; & tamen *æqua* dicitur, & *ius dirimens lites*. Scilicet *ius* eo dirimit peccatorum cauſſas etſi indulgenter dirimat, quæ ad veniæ impetrationem, ſua merita meritis Filij ſui mixta piiſſimè allegans, *miſericordiam* reddit *iuſtitiæ* ſynonymon. *Iuſtè* enim Matri, pro indigniſſimis veniâ peccatoribus, indulgentiam ſic poſcenti à Filio Deo, debetur miſericordia. Itaque tametſi ſceleſtiſſimis peccatoribus adſpectu ad ſua flagita, *iuſtitiæ* rigor condignè debeatur; at aſpectu ad Deiparam pro illis ſic obnixiùs orantem, venia, ac *miſericordia* indulgenter debetur. Quare in linguâ Sancta myſteriorum grauidâ, *miſericordia* tamquam iuſtitiæ ſynonymon cenſetur. Vndè tametſi in tranſlatione Hieronymi dicatur de Deo: *Diligit iuſtitiam, & iudicium*; tamen quaſi tunc ab eo tribunali abeſſet *iuſtitia*, ac *iudicij* rigor, conſultiſſimè concluditur *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*: eſt enim Virgo Deipara, *Ius dirimens lites*. Vndè Filij ſui iuridico *adſtans tribunali*, iure captiuos abſoluit, tortos ac vinctos, & enormiũ flagitiorũ reos, emendationis gratiâ, pro iuſtitiæ rigoribus piiſſimè cumulat. O! quis, quamuis damnatiſſimus reus, ad hanc Aduocatam & cauſſæ Patronam non fidenter confugiat, tamquam ad tutiſſimum iuſtæ impunitatis aſylum? Quæ peccatorem transformat in iuſtum, iuſtitiam in miſericordiam reformat.

Pſal. 32. v. 5.

S. Hierony. Hebræus.

Lorinus.

Quo ſenſu Deipara iuſtitiã transformet in miſericordiã.

Ioan. Geom.

Deipara à quum ius eſt, dirimens lites

§. CCCXVII.

Quàm ſit Virgini Deiparæ debitrix, hominum natura.

1\. CElebris eſt illa Bernardi gnome opinatiſſima: *Maria* inquit, *omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, Tota Trinitas gloriam*. Hem! ſic Mariana gratia vbertim exundat? ſed in homines præſertim egeſtuosè gratiarum indigos, de lutoſâ paradiſeæ tranſgreſſionis origine miſeriatum locupletes, & miſerabiliter gratiarum inopes. Ex hoc ergò ſuperpleno gratiæ conceptaculo, gratiæ ſumptuoſiùs exuberant. Quod hîc Boozus ingenuè fatetur adſpectu ad Rutham Deiparæ vmbram.

S. Bernard. *Mariana gratia ergà omnes exuberantia.*

2\. Lucæ 1. angelus Gabriel à Deo mittitur ad Virginem, diuinæ corporationis paranymphus. Et encomiaſtes factus, eam obſequentiùs ſalutat. Ambigit Virgo de virginitatis cum diuinâ Maternitate commercio, hactenus inopinato. Et re, de Angelico ore explicatiùs perſpectâ, humile tandèm præſtat obſequium. Dixit autem Maria ad Angelum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Hîc ſolertiùs perueſtigant Interpretes, quo temporis puncto præcisè Filius Dei ſit incarnatus in B. Virgine? Elias Cretenſis Orat. de Annunciat. cenſet eum incarnatum antequam Angelus veniret ad Virginem: illum enim annunciaſſe ipſi incarnationem non futuram, ſed factam, & in eâ non ſentiente, antè conſenſum eius peractam. Probat ex verbis Angeli, dicens: Hoc enim quod

Luc. 1. v. 38.

Elias Cret. *Quo tempore præcisè Incarnatio peracta ſit.*

Digitized by Google

Angelus ait : *Dominus tecum*, Dominum iam illi adeſſe clarè ſignificat. Nicephorus autem lib. 1. cap. 8. ait Chriſtum incarnatum , cùm B. Virginem Angelus ſalutauit , dixitque *Aue gratiâ plena*. Fauere videtur S. Hieronymus Epiſt. 140. S. *Maria* , inquit , *quia conceperas eum , in quo omnis plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter, plena gratiâ ſalutatur*. Auguſtinus Serm. 2. de Annunciat. ſentire videtur Chriſtum incarnatum , cùm Angelus dixit : *Dominus tecum*. Et B. Petr. Damianus Serm. 1. & 3. de Natiuit. Virg. *Dominus tecum. Audiſne* , inquit , *in hoc verbo incarnationem Dei , redemptionem hominum , reuocationem mundi ?* Verùm hæc vera eſſe nequeunt. Quare Bernardo aſſentior , qui ſic de aſſenſu Virginis Angelicis verbis eleganter philoſophatur : *Fiat mihi de Verbo, ſecundum verbum tuum : Verbum quod erat in principio apud Deum , fiat caro de carne meâ , ſecundùm verbum tuum : fiat obſecro mihi verbum , non prolatum , quod tranſeat , ſed conceptum vt maneat carne videlicet indutum , non aere : fiat mihi non tantùm audibile auribus , ſed viſibile oculis , palpabile manibus , geſtabile humeris ..... fiat non imaginariè ſomniatum , ſed ſilenter inſpiratum , perſonaliter incarnatū, corporaliter inuiſceratum.*

Nicephorus.
S. Hierony.
S. Auguſtin.
B.Pet. Dam.
S. Ber. Ser. 4. ſuper Miſſus eſt.
Quomodo Dei Verbum corporari potuerit.

Sed pro S. Bernardi veriſſimâ ſententiâ ,ſagaciùs perueſtiganda eſt ratio,cur liber B.Virginis conſenſus ad incarnationis ſacramentum, expetitus, atque expectatus ſit ? Decétne quod puella velut Incarnationis arbitra aut tanti myſterij ſequeſtra fiat ? Idne ex iuuenculæ Mariæ arbitrio dependeat ? Belliſſimè S. Irenæus & quæſtionem proponit , & his verbis exponit : *Quid eſt* , inquit, *quòd ſine Maria conſenſu non perficitur Incarnationis myſterium ? quia nempè vult illam Deus omnium bonorum eſſe principium.* O benè ! O bonum *omnium bonorum principium* , Maria ! Nil boni hominibus obuenit , niſi ex hoc bonorum principio,& iugi gratiarum conceptaculo ? Ideò igitur Beata Virgo velut Incarnationis arbitra conſtituitur,vt ipſa poſt Deum , ſit omnium bonorum, & gratiarum omnium principium. O, de hâc auguſtiori prærogatiuâ Deiparæ pariter ac nobis exultim gratulemur !

Deipara dicitur incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium ?
S. Irenæus apud Corn. in Prou. c. 31 v. 29.

3. Prouerbiorum 31. de illâ ſtrenuâ Matronâ, quæ Deiparæ typus agnoſcitur , ita ſcribit Salomon : *De nocte ſurrexit , deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* Pro *τὸ cibaria*, Chaldæus Paraphraſtes habet , *dedit penſum*; Syrus , *dedit opus*. Quaſi dare cibum domeſticis perindè ſit ac *penſum* ſeu *opus* conſtituere. Num cibi largitio , eſt faciendi operis præceptio , ſiue penſi iniunctio ? (Sed de hoc aliàs) Ceterùm non parùm laborat Commentatorum induſtria, vt declaret , cur hæc Matrona *prædam* dicatur ſuis domeſticis tribuiſſe ? An alios diripit , quò eorum ſpoliis ſuos ditet? Quænam eſt hæc *præda* ? & cui hæc *præda* donanda eſt ? Tempeſtiſſiè Richardus lib. 2. de laudibus B. Mariæ , ita fatur : *Dedit que prædam domeſticis ſuis. Prædam in ſe ipſis , quando ſcilicet rapiens à Diabolo, quos ipſe Diabolus priùs rapuerat , eos* Deipara *reſtituit ſibi ipſis. Peccator enim (ſicut dixit Auguſtinus) ſe non poſſidet: ergò nihil.* Ecce tibi hominem à ſe per delicta alienatum ac Diaboli ſeruum,Beata Virgo tamquam *prædam* ſibi ipſi donat , dum illum ſibi reſtituit. Nam peccator dum per peccatum fit Diaboli poſſeſſio , per Beatam Virginem ſibi redditur ; vndè , ipſe ſibi ipſi velut *præda* donatur. O ! cognoſcat homo quanto debito Deiparæ obſtringatur Homo , quantus quantus eſt, ſic per B. Virginem eſt ; per eam enim liberatus à captiuitate Diaboli , ſibi iam totus eſt : exindè *præda* nomine ſibi ipſi reſtituitur : *Dedit prædam in ſe ipſis , quandò ſcilicet rapiens à Diabolo , quos ipſe Diabolus priùs rapuerat , eos reſtituit ſibi ipſis.*

Prou. 31. v. 15.
Chaldæus. Syrus.
Cibus ſumitur pro penſo, aut opere.
Richard. à S. Laurent.
S. Auguſt.
Per Deiparam, homo tamquã præda ſibi reſtituitur. quomodo?

Pſalmo 118. ſic de ſe occinit regius Vates : *Os meum aperui , & attraxi ſpiritum.* Nempè Dauid euentilatis bonis deſideriis , & in horas exſuſcitatis fiebat cordis ſacra diaſtole atque ſyſtole ad nouum ſpiritum hauriendum , ne vita ſpiritualis langueſceret. Variis enim rerum humanarum curis , & cognatis vitiorum appetitionibus oppreſſus , penè ſuffocato vitæ ſpiritualis vigore , corde anguſto & compreſſo, vt in cardiogmo & minuendæ vitæ periculo reſpirat, ſacris deſideriis repetitis haurit vitalem aërem, atque motu reciprocante in ſpirituali vitâ perſeuerat. *Oris aperitionem appellat* (aiunt inibi Græci Patres) *meditationem , & ſpiritûs attractionem, gratiæ ſuppeditationem.* Heracleotes verò in Commentario : *Os autem* , inquit , *appellat mentis, quod mandatorum deſiderio aperit : hac enim gratiam ſpiritûs attrahit.* Aptiùs Origenes in Catenâ : *Dum nos dumtaxat os aperimus , illicò etiam ſpiritum è cælis attrahimus.* Ceterùm Germanus Conſtantinopolitanus Orat. 2. nuper è Græcis codicibus Latinâ , apud Combefis , ad præſcripta Pſalmi verba videtur adludere, illáque ad Deiparam eleganter transferre , ſic Deiparam affatus : *Te orthodoxi omnis Chriſtiani flatus ac reſpiratio, ore profert ac enunciat. Nec enim tantum ab aëris haurimus oblectatione, quantùm à tui nominis haurimus protectione.* Scilicet qui os ſuum aperit, vt Mariam proferat , vt de Mariâ loquatur , vt Mariam inuocet ; os ſuum aperit , & attrahit ſpiritum , quo ſpiritualem vitam viuat : eſt enim Maria Chriſtianorum *reſpiratio*, & velut *aëris hauſtus*, quo haurimus vitalem aërem. Porrò *dum nos dumtaxat os aperimus* (& inuocamus Mariam , quæ eſt Chriſtianorum *reſpiratio*) *illicò etiam ſpiritum è cælis attrahimus* , & inuocatione reciprocante , ſpiritualem vitam haurimus ac renouamus.

4.
Pſal. 118. v. 131.
Corder. ibi.
Græci Patt. in Paraphr.
Heracleot.
Origenes.
Deipara eſt Chriſtianorum reſpiratio.
Ger. Conſt. Combefis.

4. Regum 2. conſtanter hæret Eliſeus Eliæ Thesbitæ iam iam diſceſſuri lateri ; cumque pergerent : *Ecce currus igneus , & equi ignei diuiſerunt vtrumque : & aſcendit Elias per turbinem in cælum.* Hunc Eliæ Thesbite currum, Deiparæ concinnè comparat Ioannes Geometra Hymno 1. *Gaude* , inquit , *Thesbita viue & clariſſime currus , virtutum rapidis concite quadrigis.* Hùc, opinor , exaggeratiùs adludit Anaſtaſius Antiochenus Serm. 1. de Annunciat. ſic Deiparam alloquens : *Aue gratiâ plena , quòd facta ſis nobis ſalutis via, aſcenſúſque ad ſuperos, ac locus requietionis , refrigeriique tabernaculum.* Quaſi parùm foret prædicare de Beatâ Virgine, quòd ſit *via* , quæ nos ducit ad cælum, quod inter grandia eius elogia cenſeri potuiſſet ; addit Anaſtaſius adludens ad Eliæ currum , quòd eſt *aſcenſus ad ſuperos*. Illius deuotio , ac inuocatio, non modo *via* aut ſcala , ſed *aſcenſus* ipſe in cælum eſt ? imò & *aſcenſus* celerrimus : *Gaude Thesbite viue & clariſſime currus , virtutum rapidis*

5.
4. Reg. 2. v. 11.
Ioan. Geom.
Anaſtaſius. Antiochen.
Deipara eſt via & aſcenſus in cælũ : & ſuis clientibus atrium cæli. quare?

Digitized by Google

pidis concite quadriiugis. Gratulemur etiam Deiparæ clientibus, quòd illis Deipara ipſa, ipſe *aſcenſus* ad cælum ſit. Quin & terminus ipſius *aſcenſûs*, & peregrinationis meta, nempè cælum ipſum, *requietionis*, inquam, *locus*, *refrigeriiique tabernaculum.* Quaſi Beata Virgo ſit ſuis clientibus *via* ad cælum, & ad cælum *aſcenſus*; &, ac ſi iam eſſent in cæli atriis, beatæ *requietionis locus*, glorioſique *refrigerij tabernaculum.* Sic Beatæ Deiparæ clientela, certò pergit per cæli *viam*; ſic velociter ad cælum *aſcendit*; ſic adeſt cæli veſtibulo, Marianæ deuotionis ope, ſpebus fideliter oppignerata.

6. Gen. 2. v. 18.

Geneſeos 2. ſub finem opificij diuini, dixit Deus: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Imò forſan meliùs fuiſſet hominem fuiſſe ſolum, quàm malè adſociatum. Quod eleganter addubitat Ambroſius lib. de Paradiſo cap. 10. *Non videtur otioſum*, inquit, *quâ ratione vbi ſolus factus eſt Adam, non ſolùm nequaquam prædicatio boni complacito operi adiuncta ſit, ſed etiam dictum ſit non bonum eſſe ſolum hominem, cùm ſciamus quid antequàm foret mulier, non errauerit Adam: poſteà verò quàm mulier eſt facta, prior diuinum præuaricata mandatum, etiam virum ſuum traxit in errorem, & incentiuum eius extitit. Si igitur viro culpæ auctor eſt mulier, quemadmodùm pro bono videtur adiecta?* Confeſtim reſpondet Ambroſius de arcanis diuinæ Incarnationis, & Euæ ſecundæ ſacramento: *Verùm ſi conſideres*, inquit, *quia Deo vniuerſitatis eſt cura, inuenies plus placere Domino debuiſſe id in quo eſſet cauſſa vniuerſitatis, quàm condemnandum fuiſſe illud in quo eſſet cauſſa peccati.* Nimirùm in Euâ efformandâ vidit cauſſam originalis peccati, omnem humani generis maſſam per Adamum corrupturi: at nihilominus bonum eſſe aſſerit Euam producere, ſollerter hominum vniuerſitati prouidens: ex illâ enim primâ Euâ, Eua ſecunda naſcitura erat, quæ humano generi plus prodeſſet, quàm prima mulier obfuit, dum incentiuum peccati extitit. O vide hîc quantum hominum vniuerſitas Deiparæ debeat! Sic à Leone Auguſto dicitur, *Euæ emendatio*; & à Iacobo Monacho, *Prima parentis gloriatio* (vt nuper expendebamus) Glorietur iam Eua, etſi incentiuum delicti, de eâ dictum à Deo fuiſſe, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*; ſed myſticè adſpectu ad ſecundam Euam, Deiparam, inquam, quò hominum vniuerſitati conſuleret.

S. Ambroſ.

Bonum eſt producere Euam peccati cauſſâ, ne vniuerſitas B. Virgine careat.

Leo Auguſt. Orat. 1. Iacobus Mon. Orat. in Natiuit. Mariæ.

§. CCCXVIII.

Virgo Deipara eſt Regum ac regnorum præſidium.

1. Georg. Nic.

GEorgius Metropolita Nicomedienſis Serm. 7. in Sanctam Deiparam, ſic tempeſtiuè illam alloquitur: *Vides*, inquit, *vniuerſam Chriſtiani populi ſpem ex te pendentem. Fac ergò potentiâ tuâ, vt benè illi ac proſperè cedat. Nullum aliud perfugium habet à malis occupantibus, excepto dumtaxat inexpugnabili illo tuo auxilio. Qui rerum ſummâ potiuntur, ſuam tibi ſpem addixerunt: te opponunt, armorum vniuerſorum loco: ſcutum te ac loricam circumpoſita habent, coronámque gloriæ circumquaque geſtant: ſui te Imperij poſuerunt vallum: tibi ſceptra regni crediderunt. Exurge ergò in virtute magnâ in conſpectu populi, tuique inimicos diſſipa Filij: vt ab eorum impio furore liberati, communem lætitiam ac exultationem agamus: tuúmque pariter glorioſum ac ſuprà modum deſiderabile nomen magnificemus.* Benè monentem ſequere: eſt enim Deipara Regum regnorúmque ſubſiſtentia, ne corruant; præſidium, ne hoſtiliter expugnentur; aſylum, quò in periculis tutò confugiant.

Deipara ſceptra regni Reges credant.

Prouerbiorum 8. Salomon Regum apex, generoſam regnandi originem increatæ Sapientiæ, 2. Prou. 8. v. 15.
& indè eius Matri Virgini, adſcribit: *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Hebræi codices explicatiùs ad rem, huius Verſiculi ſententiam tradunt: *In me Reges regnant, & Principes iuſta decernunt.* Quaſi non tantùm per Mariam, ſed etiam in Mariâ Principes, Reges, atque Imperatores ſubiectis populis dominentur. Præſcripta verba de Chriſto intelligit S. Cyrillus Alexandrinus initio libr. de Rectâ fide ad Theodoſium Imperatorem: *Tam pij*, inquit, *ac præclari veſtri imperij ſummum præſidium eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nam per illum Reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam, ſicut ſcriptum eſt. Eſtque illi potentiſſima voluntas, ſolúſque nutus, boni omnis impletio. Diſtribuit autem promptè diligentibus ſe omnia quæ laudabilia, & admirabilia, ac eximia. Adhæc quæ dixi demonſtranda ſufficiant vel ea, quæ veſtra Maieſtati donata ſunt, adhuc danda, vt credimus. Quòd autem glorioſa in Deum pietas, regiis honoribus immobile ſit fundamentum, etiam ex ipſâ diuinâ Scripturâ docere attentabo.* Ecce tibi Chriſtus Deus dicitur regnorum *præſidium* atque *fundamentum*; cuius *potentiſſima voluntas, ſolúſque nutus, boni omnis impletio* eſt. Ceterùm Leo Auguſtus hoc etiam regnorum præſidium ad Chriſtum refert, ſed pio Deiparæ interuentu, ſic Orat. 1. ad eam fatus: *At tu Virgo ac Mater, quæ hæc plurimùm diſtantia, vnita in te oſtendiſti: tu, inquam, contrà quidem ſpem nata, quæque altiori ſuprà rationem partu prolem edideris, ne Filium ac Deum placare deſieris, pro hereditate, quam ei Pater dedit, cui etiam nos Paſtores præfecit; vt ab omnibus rapacium beſtiarum inſidiis illæſos cuſtodiat, tum quotquot obſcurum, tum quotquot apertum, ac quod oculis ipſis videtur periculum afferunt*, &c. Alludit hîc Leo Auguſtus ad ea verba Chriſti Dei ad Deũ Patrem Pſal. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quò ſciant Chriſtiani Reges ac Principes, ſe conſtitui ac præfici *Paſtores* hereditatis Chriſti: vndè ab eo, qui eſt regnorum Dominus, *præſidium*, ac *fundamentum*, per ſuæ Matris, & mundi Reginæ preces, expetendum atque obtinendum eſt regnorum tutamentum, & populorum illæſa cuſtodia à rapaciſſimè cruentâ hoſtium feritate, & à clàm inteſtinis domeſticorum inſidiis. Ne ergò, ô Deipara, & mundi Regina, *Filium ac Deum placare deſieris, pro hereditate, quam ei Pater dedit, cui etiam* Reges, tamquam *Paſtores præfecit*: tua enim vox eſt *Per me*, ſeu *in me reges regnant.* Qui per Mariam & in Mariâ non regnat, cui Maria regni *præſidium* ac *fundamentum* non eſt,

Hebræus.

S. Cyril. Ale.

Chriſtiani Reges ſunt Paſtores hereditatis Chriſti.

In Mariâ, quæ eſt regnorum præſidium ac fundamentum, Reges regnant.

Pſal. 2. v. 8.

Digitized by Google

regnum, cui præeſt, planè renunciauit, abdicauit coronam, & ſceptrum abiecit: habet enim ſine *præſidio* arcem, & culmen ſine *fundamento*. O quàm feliciter in Maria, & per Mariam regnatur!

3. Adhuc enucleanda ſunt præſcripta Salomonis verba, ad thema præſens opportuna: *Per me* (aliàs, *in me*) *Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Chaldæus Paraphraſtes ſic locum excribit, & exponit: *Per me Reges regnant, & Potentes* (alij, *Principes*) *vngo iuſtitia.* Eſto, in Mariâ, & per Mariam Reges regnent; quid autem eſt, quòd Maria dicatur Reges *vngere?* an Reges ſacrâ vnctione in regiam dignitatem conſecrat? Tempeſtiuè S. Proclus Orat. 6. Virginem Deiparam appellat: *Sacrū vnctionis oleum.* An quo Reges inaugurantur? an quo Sacerdotes conſecrantur? Bellè à Georgio Nicomedienſi Beata Virgo ſalutatur: *Decor Sacerdotum, imperij robur..... Magiſtratum ſubditorúmque tranquilla ordinis compoſitio.* Et S. Chryſoſtomus, ſi ipſe eſt auctor Serm. in Annunciat. Dei Genitr. apud Combefis: *Samuel ille,* inquit, *Regum pater, qui effuſo oleo dignum declarauit.* Regum Pater dicitur qui Reges ad regnum inungit: an non etiam Regum Mater dicatur Deipara, quæ de ſe ait, *Per me Reges regnant, & Potentes vngo;* innuens *ſacrum vnctionis oleum,* quo ipſa inſignitur elogio. Et quidèm ſi indè Deipara, Regum Mater poteſt nominari; Ruth etiam eius typus, *vngere* ſe iubetur, & *Mater regni* communiter ab Hebræis nominatur, vt non ſemel aliàs expendebamus.

Prou. 8. v. 15. — Chaldæus. — *Deipara eſt ſacrum vnctionis oleū quo Reges & Sacerdotes vnguntur.* — S. Proclus. — Georg. Nic. Orat. 3. — Pſeudo-Chryſoſt. — Ruth. 3. v. 3.

4. Pergit Salomon cap. illo 8. Prouerbiorum, ſic Deiparæ nomine fatus: *Per me Principes imperant, & Potentes decernunt iuſtitiam.* Pagninus ita ſcribit ex Hebræâ origine: *Per me Principes habent principatum;* Tigurina, *Per me Domini dominantur, & omnes Iudices terræ munifici ſunt & liberales.* Mitto nūc poſterius hemiſtichium, quo *decernere iuſtitiam:* quaſi perindè ponitur, ac *liberalem* atque *munificum* eſſe, & *magnificum & vltro dantem*, vt Symmachus expoſuit. Itaque à Deiparâ, in Deiparâ, & per Deiparam, *Domini dominantur,* vel *Principes imperant,* ſeu *habent principatum;* ab illâ ergò petendum aſciſcendúmque eſt principandi præſidium, quò regna ſtent, ne magnitudinis mole, & hoſtilium incurſionum furore, quæ regnantium peccata ad regni excidium obarmant; labaſcat, labefiat, & corruat. Quâ ſuper re audiendus eſt Leo Auguſtus Orat. 4. in Dominicam Præſentationem, ſic Virginem Deiparam apprecans: O Virgo, Materque Dei, quæ à puero, inque hunc adulto ætatis modum auxiliatrix ades, quæſo ſemper adſis; néve à nobis præſidium tuum elongaueris: quinimò quibus à principio alis protegens fouiſti, vitam compone pro eo ac commodum ſit; *Simúlque fone quod tuis interceſſionibus fouendum imperium fundaſti; magnam illam Filij tui, mihi ſeruans hereditatem: Mihi hoc vniuerſis charius, electa plebis tuæ, nationis illius ſanctæ, perficiens ſalutem. Pro his ſta, ac deprecare; nec quia reus ego ac debitor ſim, calamitatis illi periculum fecerint. Habes quibus exores, habes quibus ſuadeas atque impetres; nempè, manus quibus portaſti; vbera quibus lactaſti. In memoriam pannos reuoca; Infantis aliam educationem, et, qui vt populum ſibi compararet in gloriam, factus eſt infans. Tuis ipſa commiſce quæ illius ſunt, crucem ſcilicet, ſanguinem, vulnera, per quæ ſalutem adepti ſumus; magnificabitúrque peculiaris populus, nunc quoque eius curâ fruens.* O! Principes, Reges, Imperatores, Principem, Regem, Imperatorem, Leonem Auguſtum audiant, & pernoſcant Beatam Deiparam eſſe regnorū fundatricem conſeruatricémque: auriti ſint ad hæc; & æquè ſurdi ad Concionatorum ſæpè orationes, ambitioſâ adulatione colorantes errata, & facundo ſubtiliter ludibrio, ſimplices Principum mentes aſſentatoriè faſcinantes: & quò ſuis lucellis, ambitioni, ac commodis velificent, floſculos propinant theatrales, funeſtâ regnorum cataſtrophe, in luctuoſâ rei Chriſtianæ tragœdiâ. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coràm vobiſmetipſis prudentes.*

Prou. 8. v. 16. — Pagninus. — Tigurina. — Symmach. — *Iudex decernens iuſtitiam, liberalis & munificus dicitur.* — Leo Auguſt. — *Timeat Rex, ne ob ſuum reatum, excidio regnum mulctetur.* — *Regum adulatio in Concionatore vapulat.* — Iſaiæ 5. v. 20. & 21.

5. Numerorum 10. de magno illo Hebrææ gentis duce Moyſe, ita ſcribitur: *Cùmque eleuaretur Arca, dicebat Moyſes: Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tuâ.* Tam notum, quàm quod notiſſimum eſt, in typo Arcam Dei præceſſiſſe eis, quibus omnia in figurâ contingebant. Itaque vel Mariæ vmbra à Principibus adſciſcenda eſt ad arcendos, fugandos, & detriumphandos hoſtes. Quare Deipara ab Auguſtino Serm. de Natiu. B. Virginis, dicitur: *Virtus pugnantium, Palma victorum.* Languet militaris virtus ſine vigore, quem Maria ſpirat: quæ ſic roborat Suos, vt ipſa ſit & pugnatorum *virtus*, & *Palma* victorum. Sic victoria pugnæ vicinatur, vbi à Bellorum Principe Deipara auxiliaris aduocatur! Quod Georgius Nicomedienſis Serm. 6. luculenter ediſſerit, ſic illam votiuè adſciſcens: *Siſte ſuffragiis tuis commota in populum tuum bella: Vindica potenti tuâ virtute gregem in te confidentem. Nullum auxilio tuo firmius trophæum opponimus.* Opinor, numeroſis; pugnaciſſimè hoſtium copiis, opponi ſolet aut arx munitiſſima, aut validus oppugnati populi exercitus, qui prælium primò ineat, & mox in conflictu victor, palmam reportet, & glorioſa de hoſtilibus ſpoliis trophæa erigat. Verùm enimuerò profundo ſtilo ait Nicomedienſis, quòd Deiparæ *auxilium* præproperè iam eſt *trophæum*: quia dum *auxilium* Marianum ferocientibus licet aduerſariis *opponitur*, præcoquâ virtute non ſolùm *auxilium* eſt, ſed & pugnæ victoria, triumphus, & triumphale ſumptuoſiùs *trophæum*: quia iſtiuſmodi *auxilij* oppoſitione, ſatis de hoſtibus victoriatum eſt: qui eſt aliquis piè ambitioſus victoriæ faſtus, Mariano auxilio cognatus; piè etiam ambitioſâ gratitudine celebrandus. Quod Leo Auguſtus Orat. 2. & piè promittit, & abundè præſtitit: *Quibus*, inquit, *illa vt maximi pretij donum eligitur, ambitioſi in eam cultûs noſtri lucra conſequemur.* Sanè qui pretium Mariani doni ac auxilij, dignè æſtimat, militare *auxilium* Regibus donatum, & *opponendum* hoſtibus, piè ambitioſo pugnandi faſtu, *virtus pugnantium* eſt, prælustris victoria & *palma* eſt, atque victoriale *trophæum*: & indè *ambitioſi in eam cultûs noſtri* pompâ celebrandum. O ſciant Principes, Reges, Imperatores, quòd B. Virgo eſt *Arca*, quæ eleuatione hoſtes fugat, quòd auxilium à Mariâ, & per Mariam, eſt virtus militum, præmatura victoria, triumphus,

Num. 11. v. 35. — S. Auguſt. — Georg. Nic. — *Auxiliū Mariæ hoſtibus opponendum, velut palma & trophæū.* — Leo Auguſt. — *Piè ambitioſo cultu celebranda Deipara eſt.*

phus,

Digitized by Google

phus, & trophæum eſt. Ergò *nullum auxilio eius firmius trophæum opponent.* Heu quàm negligitur hoc auxilium facile parabile, & omnibus exprompium! Sibi inuidet victoriam Princeps, qui hoc validiſſimo præſidio ſuas copias votiuè non armat.

---

§. CCCXIX.

E Virginali etiam vtero, hoſtilitatem aliquam aduersùs peccatum, Chriſtus hauſit, arripuit, expreſſit.

1. Proclus. PRoclus Orat. 4. quæ eſt in diem Chriſti natalem: his verbis ad hoc myſterium feſto plauſu celebrandum, inuitat: *Concurrant*, inquit, *Reges, quòd Rex gloriæ pro regali trabeâ faſciis inuolutus ſit. Accurrant Principes, quod Princeps ille pacis in Virginali opificinâ, corporis arma cudens, eâque incontaminatâ Deitate durans, iiſdem Diabolum hoſtem interemit.* En ex Virginali ac puriſſimo Deiparæ ſanguine, in almi vteri officinâ, velut in alicuius Brontis chalybiâ, corporis arma Deus excudit, victriciáque tela ſunt materiata, atque Diuinitate durata, quibus Chriſtus Deus infernales Tartarorum phalangas, & pugnaciſſimum peccati regnum detriumpharet. Scilicet Virgineam Mariæ vuluam, adeò peccati aduerſatricem, & aduersùs illud pugnacem inuenit, vt & omnis armaturæ idoneam opificinam, & armorum excudendorum aptiſſimam materiam elegerit. *In virginali opificinâ corporis arma cudens, iiſdem Diabolum hoſtem interemit.* Hanc autem corporis opificinam, à proauiâ Ruthâ dudùm Deipara mutuauit: ab illâ enim Dauid ortum hîc duxit; indè Virgo Maria, exinde Chriſtus.

Deus in Virginalis vteri officinâ, corporis arma cudit aduerſus peccatũ.

Ruth 4. v. 22.

2. Iudicum 4. Siſara militiæ Chananæorum ſtrenuus Princeps, ab Iſraëlitis malè conciditur; quos fugiens, confugit ad Iahelis tabernaculum; dixítque ad eam: Da mihi, obſecro, paullulum aquæ, quia ſitio valdè. *Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere*; quò illum impunè perimere eualuit. Itaque cùm *Siſara lac auidiùs ingurgitaſſet, in ſomnum ſolutus eſt*, & ſic facile obtruncatus lactis vrbano lenocinio Verè S. Ambroſius lib. de Viduis: *Debbora*, ait, *prelij prophetauit euentum, Barac iuſtus produxit exercitum, Iahel cepit triumphum.* Non vacat myſtico ſacramento, quòd præluſtre hoc facinus mulier perpetrarit: adumbrat enim Mariam, quæ Diaboli caput, ac infernalis militiæ Principem lacte peremerit. Quod tradit Andreas Eremita in Cod. M. S. de excellenti dignit. Virginis, ſic fatus: *Iahel Siſara occidit, hoſtem populi Dei porrecto lacte; Tu quoque* (ô Deipara) *inimicum noſtrum tua clementiæ dulcedine ſuffocaſti.* quaſi B. Deipara ſicut vera Iahel, & illius antitypus, infernalem Siſaram lactis dulcedine ſuffocauerit Sic vera Iahel lactis arbitrio triumphum egit de Tartareo Siſarâ, populi Dei hoſte pugnaciſſimo. Hæc de lacte prælibarim, quò iam iam ſubſcribendis viam ſternamus.

Iudic. 4 v 19.

Ioſephus.

S. Ambroſ.

Vera Iahel lactis dulcedine infernalem Siſaram ſuffocauit.

Andr. Erem. apud Nou. in vmbr. Virg.

3. Cant. 4. v. 10. Canticorum 4. hæc diuini Sponſi ad Deiparam ſponſam vox auditur: *Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Pro *mammis* ſeu *vberibus*, Chaldæus Paraphraſtes vertit *amores*. Dicit autem ſponſæ vbera pulchriora eſſe *vino*, id eſt, omnibus deliciis, & delicioſiſſimis voluptatibus hominem gratiſſimè inebriantibus, Verùm dum ſic peramanter affectus eſt ergà Deiparæ pulchra vbera, & ad mammas auidè hiat, tenellum infantem ſe perſpicuè profitetur; & mammarum pulchritudinem ac ſuauitatem deprecans, illas ſibi ad lactationem porrigi adulantiùs expetit. Proclus Orat. 6. in Deiparæ laudem, aduertens Beatam Virginem tenaciſſimo virginitatis ſtudio cunctanter deuorantem Gabrieli Angelo aſſenſum, quo Incarnationem repigrat; tempeſtiuè inducit Chriſtum, ſic loquentem ad virginem, quò Deo corporando adnuat: *Non vis*, inquit, *Virginalem præbere mammam, quò Diabolicum exugam venenum?* Nuper aliorsùm expendebam, quàm abſfuerit longè lac Virgineum, puritates afflans, ſanctitates ſpirans, virtutes ſapiens, ac cælum fragrans; vt ſit Diabolico veneno peſtilenter infectum. Imò & quàm ſit à Virginali infante, Chriſto Deo alienum, Deiparæ mammis Diabolicum lac ſugere, illúdque ſibi medullitùs concorporare, & animitùs conuiſcerare, & in propriam ipſius Dei ſubſtantiam quoquo modo conuertere. Quare nec Virginis vbera pro Virgineo lacte Diabolicum propinant venenum infanti Deo; nec infans Deus is eſt, qui Diabolicum venenum pro lacte ſugat. Vtrumque dedecet: vtrumque prodigio, aut ænigmati ſimile eſt, & vlteriore elucidatione digniſſimum. Opinor, alto ſtilo, & arcanâ ratione id ſcriptum à Proclo, apud Græcos Patres auctore opinatiſſimo: *Non vis Virginalem præbere mammam, quò Diabolicum exugam venenum?* Quaſi dicat: O Virgo puriſſima & immaculatiſſima, ne recuſes, vt ego verus Deus & Dei Filius, in vtero & ex vtero tuo verus homo fiam, & tamquam tuus Filius ex tuis mammis lac tuum Virgineum lambendo ſugam; eiuſmodi enim gratiſſimo ſuctu & tuo puriſſimo lacte mecum concorporato, *Diabolicum venenum exugam*, id eſt, exhauriam, euacuabo, vt nec veneni Diabolici gutta ſuperſit. Non quòd ex te, ô Deipara, *Diabolicum exugam venenum* (abſit) ſed quia dum homo factus tuas mammas ſugo, eo paſcor lacte, eo ſuſtentor nutrimento, quod mihi concorporatum atque conuiſceratum, ad Diabolicum peccati venenum *exugendum*, id eſt, exhauriendum, euacuandum, & penitus exinaniendum, denuò etiam allicior, & nouâ aliquâ aduersùs illud pugnacitate, illius auerſatrice, nouiter incitor, & exacuor. Quaſi dicat ad virginem Chriſtus: Ego idcircò in mundum venio, vt peccatum profligem ac deſtruam, & venenum à Diabolo propinatum euacuem; & exuccâ inanitione exhauriam; ad quod ſat mihi valentiæ ac roboris per Diuinitatem ſuppetit: at ſic tu, ô Beata virgo, Diabolicum peccati venenum animitùs auerſaris, vt ex te carnem ſuſcipiens, ſugénſque tuum Virgineum lac, Diabolico peccati veneno pugnaciſſimè infenſum, eò medullitùs conuiſceratò, ad peccatum exinaniendum penitúſque perdendum, nouitèr extimuler. Ergò, inquit: *Non vis Virginalem præbere mammam, quò Diabolum exugam venenum?*

Chaldæus.

Proclus.

Chriſtus de Virgineo lacte, etiam incitatur ad exinanitionẽ peccati.

Digitized by Google

4. Cantic. 4. v. 10. Adhuc vterq; locus ad eandem theſim enucleãdus eſt: *Quàm pulchra*, inquit, *ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata.* Cornelius. Quæ verba ſic inibi Cornelius noſter exponit: Vnguenta, intellige aromata ſuaueolentia, *& confortantia cor*, quæ circà vbera ad pectus geſtabant. Quaſi aliquod eſſet antidotum ad vbera, ſeu in mammis, ad *confortandum cor*, ne aliquâ veneni ſpecie forſan affletur. *Chriſtus Deus in vtero Virginis reum induit.* Itaque Chriſtus Deus per Diuinitatem ab omni peccato procùl exors, cùm peccatorum noſtrorum vadem ſe miſericorditer exhibuerit; vt peccatum deſtrueret, inter peccatores deputatus eſt. 2. Cor. 5. v. 21. Adeò vt de eo dixerit Paullus: *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.* Proclus. Quare ſcitè ait idem Proclus ſuprà Orat. 1. *Sed ipſe in Virginis vtero editus, reum induit.* Nempe Chriſtus & peccati *reum* induiſſe, & *peccatum feciſſe* eo ſenſu perhibetur, vt peccatum euacuaret ac penitùs deſtrueret. Redeant ergò iam ſemel expenſa Procli Proclus. verba, aliter etiam expendenda: *Non vis* (ait Chriſtus) *Virginalem præbere mammam, quò Diabolicum exugam venenum*? *Virginalis mamma cõfortat cor aduersùs peccati venenum.* Scilicet cùm *reum* induerim, & inter peccatores deputatus, quodammodò *peccatum fecerim*, vt peccata exinanirem; ſiquidèm ego inter peſtilentes peccatores, & Diabolica peccati venena, ſic verſor, mihi *præbe Virginalem mammam*, & vbera aromatibus fragrantia, & *confortantia cor*, vt peccatorum venena euertam & euacuem. Nempè tutus ſum diuinitatis priuilegio, à peccati diabolico veneno; ſed adhuc antidotum de tuis vberibus expecto, quòd *Diabolicum venenum exugam*, euacuem, exinaniam, euertam. Sic enim hominibus innoteſcet Virgineum lac quo Tuos ſpirituales filios & clientes myſticè potas, aduersùs Diabolicum peccatorum venenum, eſſe ſaluberrimum amuletum. *Quanto ay en Maria es contra veneno del peccato.*

5. Exodi 2. ſub Pharaonis tyrannide, ferale infanticidij edictum ſæuit. Tunc naſcitur Moyſes cuius mater videns eum eleganti formâ, abſcondit tribus menſibus. Exhod. 2. v. 3. *Cumque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: poſuitque intùs infantulum, & expoſuit eum in carectto ripæ fluminis.* Nempè Iochabed mater contexuit arculam è iuncis, quaſi viminibus, exteriùs ad aquam arcendam bitumine oblitam; cui impoſitum infantulum in iunceto expoſuit: & ſic tandèm Moyſes liberatus fuit. S. Paullinus. Allegoricè S. Paullinus in Epiſt. ad Aprum, per Moyſen ſic expoſitum intelligit Chriſtum. Paullino adſentit Proclus Orat. 6. qui etiam fiſcellam interpretatur Deiparam, ſic Proclus. fatus: *Hæc fiſcella intrinſecùs bitumine illita, in quâ Spiritualis Moyſes è miſtico ſaluatur Pharaone.* *Quomodo in B. Virgine, velut in fiſcellâ, Chriſtus ſaluari à Pharaone dicatur.* Benè eſt, Beata Deipara intrinſecùs ac extrinſecùs ſit tot gratiis munita atque exornata: at quo pacto in eâ, velut in fiſcellâ verus Moyſes Chriſtus à myſtico Pharaone *ſaluatur*? Chriſtus Deus eius Filius, is eſt, qui per Deiparam ſaluetur? An quia baiulis Matris vlnis, à ſimili Herodis infanticidio, fugâ ſaluatur? Frigidè, opinor: nam myſticus Pharao, Diabolus eſt, qui peccati vulnere homines perimere, aut ſaltem infeſtare ſatagit. Eſto, Chriſtus Deus tamquam ſpiritualis *Moyſes, Pharaonem myſticum*, id eſt, Diabolum, vicerit, & tandem detriumphauerit; Deipara autem quomodò Filium Deum, à Diabolo peccati veneno, ſeu Diabolorum hoſtilitate *Saluare* potuit! ſiquidèm Diuinitatis oleo vnctus ac præmunitus, obnoxius peccato nullatenùs fuit. Mallem hâc ſuper re aliorum audire expoſitiones, quàm propriam exhibere. Verùm ſi Theologiæ momenta expendamus, Chriſtus præcisè quia homo Deus erat, neceſſè fuit, vt foret ab originali peccato immunis? non autem ab illius contrahendi debito: nam hic numero Chriſtus potuit de ſe naſci per naturalem generationem, atque adeò obæratus debito, peccatum verò contrahendum arceret Diuinitas. At præcisè quia ex Virgine ſine humano patre naſcitur, ſiquidèm non naſcitur per naturalem generationem, per quam (ex communi decretorum conſtitutione) peccatum originale in poſteros propagatur; non tantùm à peccato originali, ſed ab illius contrahendi debito immunis generatur. Quare Chriſtus præcisè quia ex Virgine naſcitur, per Virginalem natiuitatem & à peccato, & ab illius contrahendi debito immunis naſcitur. Hâc ergò arcanâ ratione, per Virginalem vterum, velut per *fiſcellam*, ſpiritualis Moyſes, id eſt, Chriſtus, dici forſan poſſet, *è myſtico Pharaone ſaluari*, hoc eſt, Diabolicâ originalis peccati hoſtilitate, quæ dũtaxat illius contrahendi debito conſtat. Quin & hoc etiam titulo caruit originali peccato.

§. CCCXX.

Mundialem ac Beatam lætitiam Deipara afflat.

ANgelus à Deo ad Virginem mittitur, vt nouam noui partùs lætitiam, nouâ ſalutatione lætanter afflaret: ait enim, *Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* 1. Lucæ 1. v. 28. Quibus verbis, inquit Baſilius homil. de humanâ Chriſti generatione, *Maria edocta & iuſſa eſt ab Angelo Gaudere.* S. Baſilius. *Maria gaudij organum eſt, edocta & iuſſa gaudere.* Ab Angelo in auſpicio ſalutationis, Mariæ dicitur, *Aue*, id eſt, *gaude*, quò è cælo *edocta & iuſſa ſit*, & in ſe vberiùs gaudere, & cæleſtia gaudia quibus exundat, in homines copioſiùs refundere. Appoſitè Andreas Cretenſis Orat. de Annunciat. Andr. Cret. *Decuit*, inquit, *lætis vt præconiis Gabriel Reginam ſalutaret, quæ & lætitiæ organum, & immenſi Gaudij eſt genitrix.* O, quis non exultim lætetur de lætitiæ organo, & perenni exultationis conceptaculo? *Deipara eſt immẽſi gaudij Genitrix.* *Immenſi gaudij genitrix*, gaudia in ſe ſtagnantia facile deriuet, vt quæ *immenſum gaudium genuit, gaudere edocta & iuſſa*, nos gaudere doceat & iubeat. Exindè à Damaſceno dicitur, *Inhauſtum pelagus gaudij, vnica mœroris obliteratio, pharmacum ex omni pectore dolorem propulſans.* S. Damaſc. Orat. 2. de Aſſump.

2. Gen. 2. v. 8. Geneſeos 2. ſic refert ſacer Hiſtoricus: *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem quem formauerat.* Certum eſt paradiſum fuiſſe locum corporeum, amœniſſimum, temperatiſſimum, gratiſſimis ac placidiſſimis refertum deliciis, topiarias voluptates effuſiori lætitia copioſè parturientem, & latè oſtentantem: vndè nomen *paradiſi voluptatis* mutuauit. Sed heu primordialis

Digitized by Google

Deipara eſt Hortus irreprehenſibilis, & theſaurus voluptatum
Ger. Conſt.

dialis Protoparentum præuaricatio, infelicitauit locum, atque illius delicias & gaudia in mœrorem conuertit. Adeò vt Germanus Conſtantinopolitanus Serm. 2. in S. Mariæ dormitionem, illam, non iam *paradiſum voluptatis* appellet; ſed, *Theſaurum voluptatum*, *Hortum irreprehenſibilem*. O quàm pretioſa immeratè gaudia, in hoc *voluptatum theſauro* reconduntur! ô! quid mundialem lætitiam, lætitiæ auaram, hianter venamur, vt de eius inendicitatibus victitemus? Maria, locuples *voluptatum theſaurus* eſt, & indeficiens lætitiæ promptuarium: indè vera gaudia iugiter exundantia auidiùs expetemus. Sanè *voluptatum theſaurus* eſt, quæ *immenſi gaudij Genitrix* eſt.

3. Lucæ 1. Beata Virgo poſt Verbi diuini, in eius vtero corporationem, Deo plena, & ante partum *immenſi gaudij Genitrix*; confeſtim properat ad Eliſabetham ſanguine ac moribus cognatam. Eius domum auſpicatò intrat: *Et factum eſt vt audiuit ſalutationem* (Syrus *pacem*) *Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius.* Notat Ambroſius, quòd ſalutationem & vocem Mariæ prior audiuit Eliſabeth, ſed vim, ſpiritum, & efficaciam ſalutationis prior ſenſit Ioannes; vt potè matre ſuâ dignior & nobilior; ad hunc enim velut futurum Chriſti Præcurſorem, maximè dirigebatur hæc ſalutatio Virginis, imò Chriſti virgineo Mariæ ore. Nam vt ſolerter aduertit Theophylactus, *Vox Virginis, vox erat incarnati in illâ Dei.* quaſi per os Mariæ Chriſtus loquatur, eadémque ſit Chriſti Dei ac Deiparæ vox. Ceterùm ad vocem & præſentiam Mariæ, infans Ioannes exultat. *Ecce enim* (ait Eliſabeth ad Mariam) *vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Græcè *exiliuit in exultatione*; Syrus vertit, *in* (præ) *gaudio magno.* Sanè *gaudium magnum* afflat Virginis os, & Virginis præſentia ſpirat. Adeò vt Iacobus Monachus, inter Græcos Patres locuples auctor, Orat. in Natiuit. S. Mariæ, eam appellarit, *Sempiterni gaudij exordium* Et infrà Beata Virgo ab eo dicatur, *Sempiternæ requiei initiatio.* Quaſi gaudium per Mariam, de Mariâ, & in Mariâ, ſit velut ſempiterni gaudij *initiatio*, beatæ felicitati *exordium*, & empyreæ gloriæ quodammodò auſpicium. Sic lætitia de Deiparâ, & per Deiparam, cæleſti gloriæ vicinatur? ſic cæleſtem Beatitatem oppignerat, vt lætitiæ paradiſeæ *initiatio*, & *ſempiterni gaudij exordium* nominetur?

Lucæ 1. v. 41.
Syrus.
S. Amb. ibi.
Os Mariæ, os Chriſti dicitur.
Theophyl.
Luc. 1. v. 44.
Græcus.
Syrus.
Cur gaudiũ de Mariâ Beatitudinis exordium dicatur?
Iacob. Mon.

4. Oſee 4. Audite, inquit, verbum Domini filij Iſraël, quia iudicium Domini cum habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terrâ. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in eâ, in beſtiâ agri, & in volucre cæli: & piſces maris congregabuntur.* O funeſtum terræ luctum, & hominum habitantium in eâ? Neque tantùm luctuosè mœrent homines, ſed & beſtiæ agri, cæli volucres, & piſces maris; quaſi omnia rationalia, animalia, atque exanimalia, omníſque rerum natura mœſtiſſimè lugeat. Tanti luctûs cauſſam præmonſtrauit Propheta, aiens ſuprà verſ. 1. *Non eſt ſcientia Dei in terrâ*, Et quæ eſt hæc ſcientia, quæ lacrymas abſtergat, & mœſtiſſimi luctûs leuamen offerat, & ſolatium? Vtinàm criminoſa hominum cæcitas, hâc inocularetur *ſcientiâ*, quâ noſſet, vbi nam vera lætitia quærenda ac inuenienda ſit, qua iam hilaris rerum natura luctum deponat. Pulchrè nuper aduocatus Iacobus Monachus, Beatam Deiparam appellat, *Naturæ vniuerſæ delectamentum.* Quaſi vniuerſa rerum natura accurrere debeat ad Mariam, tamquam ad quietis centrum, calamitatum aſylum, lacrymarum ſpongiam, & à frequenti luctu expromptius *delectamentum*. Nempè velut naturæ quodam inſtinctu cæcè oculato, ad Deiparam omnia ferantur, omnia ad eam confugiant, tamquam ad *naturæ vniuerſæ delectamentum*: Ergò *luget terra*, quia caret *ſcientiâ*, quâ velut naturæ voto, ad Mariam accurrat, quaſi ad *immenſi gaudij Genitricem*, atque *naturæ vniuerſæ delectamentum*. O quàm auidè mundialibus gaudiis homo inhiat; & quàm hoc delectamentum negligit, ac ſæpè faſtidit! ô *naturæ vniuerſæ delectamentum* facile parabile, & omnibus expromptum!

Oſee 4. v. 3.
Deipara eſt vniuerſæ naturæ delectamentum.
Iacob Mon.

5. Matthæi 9. acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli Ioannis, dicentes; Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter: diſcipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus: *Numquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Sponſus eſt Chriſtus, quia humanam naturam, & per eam Eccleſiam ſibi in Incarnatione deſpondit, & coniugij vinculo copulauit. Quandiu ſponſæ adeſt, omnia ſunt felicia, iucunda, amœna, & delicias hilariter perſpiranti. Quandò autem venerint dies, vt *ſponſus auferatur*; tunc luctus adeſt funeſtus, & anxia mœſtitudo, atque triſtititia miſerabiliter tragica. S. Ioannes Chryſoſtomus fortè ad hanc ſententiam adludens, ita Deiparam ſalutat Orat. illâ in anunciat. S. Mariæ apud Combefis tom. 1. *Aue gratiâ plena*, inquit, *Aue, quæ mundo in viduitate ſedenti, immaculata ſponſa paris.* Nempè tota Eccleſia, naturáq; hominũ tota, quoniam illi deerat Chriſtus ſponſus, irremediabilibus *lugebat* lacrymis, tanquam *vidua* deſolata: indè lugubris mœror, anxia animi conſternatio, potioris ſui partis ſpoliatio, ſolitudo ineluctabilis; orbitas, ſterilitas, egeſtas, mœſtitudo, & reliquæ viduitatis appendices. Ergò, ô Virgo Deipara. *Aue, quæ mundo in viduitate ſedenti, immaculata ſponſum paris*: & rediuiuâ feliciter gratiâ, proſpera quæque, ac læta omnia auſpicatò reſtauras. *Numquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus?*

Matth. 9. v. 15.
Deiparam mũdo in viduitate ſedenti, ſponſum parit.
Lucæ 1. v. 25.
S. Chryſoſt.

6. Iudith 15. obtruncato viriliter Holoferne, & partâ feliciter victoriâ, Ioachim ſummus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris, vt videret Iudith. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vnâ voce, dicentes: *Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri.* Hanc exultantis populi panegyrim, ſic elucidat Richardus, & Virgini Deiparæ accommodat: *Primum, ſcilicet, Tu gloria Ieruſalem, vox eſt Angelorum, quorum ruina per eam reparata eſt. Secundum ſcilicet, Tu lætitia Iſraël, vox eſt hominum, quorum triſtitia per eam lætificata eſt. Tertium ſcilicet. Tu honorificentia populi noſtri, vox eſt mulierum, quarum infamia per eam deleta eſt.* De hâc omnium lætitiâ per Mariã, ita ſcribit Georgius Nicomedienſis Serm. 6. in S. Deiparæ ingreſſum in Templum: *Angeli*, inquit, *obſequentium*

Iudith 15. v. 10.
Richardus à S. Laur. l. 1.
Rerum vniuerſitas & Angelorum ordines, Deipara Virgini exultant.

Digitized by Google

Georg. Nic.

tium more circundant . . . . . Congaudent in eâ vniuerſa : noſtri illi exultant ordines. Quaſi parùm foret, quòd in Virgine Mariâ *congaudeant vniuerſa*, & ſibi de vniuerſorum gaudio exultim gratulentur (ait Angelus ;) etiam *noſtri illi* Deiparæ inquam) *exultant ordines.* ac ſi omnes Angelorum ordines, non tam ſibi exultent, quàm Mariæ. Deiparæ, & in Deiparâ, & per Deiparam exhilareſcunt : congaudentes vniuerſis, Deiparæ adgaudent, Deiparæ lætitiam ſuam deſtinant, gaudium ſuum Deiparæ conſecrant, *noſtri illi exultant Ordines*. Modulatè Ioannes Geometra hoc vniuerſorũ in Virgine gaudium, gaudiorum auſpicatò fœcundum, Hymno 1. his verbis elucidat : *Gaude Virgo parens Charitum fœcunda Parentum lætitia, atque hominum lætitia, & Superûm.* Scilicet Beata Virgo non ſolùm dicitur Chriſti Dei parens, ſed etiam *Lætitia parens fœcunda Charitum* ſeu Gratiarum. Quaſi iſtiuſmodi lætitia à Deiparâ, de Deiparâ, ac per Deiparam, ſit *lætitia fœcunda parens Charitum*, ſeu Gratiarum. O quàm multa de Charitum ſeu Gratiarum munificâ venuſtate, ſolers veterum peritia ſymbolicè poëtatur! hæc in lætitiam, quam Deipara ſpirat, aptiùs quadrare, alto ſtylo Geometra ediſſerit.

Lætitia per Deiparã, eſt fœcũda Charitũ ſeu Gratiarũ parens.

Ioan. Geom.

7. Canticorum 6. hæc feſtiua adoleſcentularum vox auditur : *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?* Vulgarem hanc Sponſæ ad Solem comparationem, Caſſiodorus & Beda ad Lætitiam flectunt: *Electa vt Sol*, inquit, *in aliâ vitâ, vbi perpetuo reſplendebit gaudio de viſione Conditoris ſui, atque etiam in vita præſenti.* Quaſi vitæ præſentis gaudium, ſub metaphorâ Solis, cum beatâ gloriæ lætitiâ coniungatur, læto gaudiorum commercio : & idcircò *electa vt Sol*, Deipara perhibetur. Alibi enucleauimus ex Clemente Alexandrino, illud Solis elogium, quo profundè appellatur, *Intelligens vinculum :* ecquid Sol quaſi vinculum, intelligenter nectit? Forſan hùc etiam adludit Græcus auctor, Ioannes Geometra, ſic Deiparam reſalutans : *Gaude vincla poli & terræ.* Nimirùm Beata Deipara, quæ dicitur, *electa vt Sol*, ideſt, tamquam *intelligens vinculum* ; *vincla* cæli ac terræ nominatur ; quia vitæ præſentis lætitiam, quam ipſa ſpirat, vincit ac nectit, cum beatis cæli gaudiis. Exindè ei dicitur, *Gaude vincla poli & terræ* ; nam quaſi Sol, ſeu vinculum intelligens, præſentis vitæ gaudia cum beatâ cæli lætitiâ, arcanè iungit, & feliciter connectit. O quàm de cognato Ruthæ commercio, nunc Bethlehem gratulabunda gaudet! quippè ex quâ tandem naſcetur beati gaudij pignus, Chriſtus, inquam, Deus.

Cant. 6. v. 9.

Caſſiodor.
Beda.

Deipara dicitur, gaudiorum vinculum cæli ac terræ.

Clem. Alex.

Ioan Geom. ſuprà.

Ruth 4. v. 11.

§. CCCXXI.

Deipara appellatur, Scripturarum acroſtichis, doctrinæ ſceptrum, prophetiæ ſupplementum, Sophiæ dos, & Apoſtolorum regiſtrum.

1. SI Mariani nominis etymon quæras, illúdque interpreteris ; *Maria* Hebraicè מִרְיָם *Mariam*, id eſt, *Doctrix*, ſeu *Magiſtra*, quod in Matthæi cap. 2. Cornelius adnotauit, vt cognatam ſibi ſapientiam, ſapientiæ diuinæ Mater, ipſo etiam nomine præferret, quò Eccleſiæ Magiſtra palàm euulgetur. Hùc ſpectant Richardi verba, qui lib. 2. part. 2. in hũc modum ſcribit: *Maria Apoſtolorum Magiſtra facta eſt, qui noſtri poſteà magiſtri facti ſunt, & aſcendente Domino Apoſtolos nouum docuit Teſtamentum, quod ad docendum nos iidem Apoſtoli conſcripſerunt.*

Hebræus.

Cornelius.

Maria, id eſt, doctrix, nouum Teſtamentum Apoſtolos docuit.

Richardus à S. Laurentio.

2. Iſaiæ 8. *Et dixit*, inquit, *Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis.* Per me certent Interpretes ſuper huius libri intelligentiâ. Andreas Cretenſis Serm. 1. in S. Mariæ Natiuitatem, per hunc librum ſignatè intelligit Deiparam, ſicque excribit : Maria eſt *Tomus : Et dixit Dominus ad me : Sume tibi volumen noui magni, & ſcribe in eo hominis ſtilo.* Sanè liber hic, *noui magni volumen* dicitur. Hiſpanè, *Libro de vna gran nouedad.* Sed quæ nam eſt hæc magna nouitas in hoc myſtico libro, ſtilo hominis ſcribenda? Altè idem Andreas Cretenſis in eodem Serm. his densè elogiis ſalutat ; *Gaude non ſcriptus virginitatis typus ; ſanctuatis bracteæ, rationale manifeſtationum. Salue veteris, nouique teſtamenti obſignatio ; totius prophetiæ perſpicua plenitudo ; inſpirata à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis ; Dei ac Verbi animatus ac mundiſſimus tomus, in quo ſine voce ac ſcripto, inſcriptor ipſe Deus ac Verbum, quotidiè legitur.* An non eſt *volumen noui magni* Beata Deipara, quæ *animatus ac mundiſſimus tomus* eſt, *in quo ſine voce ac ſcripto, inſcriptor ipſe Deus ac Verbum, quotidie legitur*? Ceterùm profundè additur, quòd *ſtilo hominis*, id eſt, claro ac perſpicuo, ſcribendus ſit hic liber, qui *ſine voce ac ſcripto, inſcriptor ipſe Deus ac Verbum legendum* ſcripſit. Dicitur enim hic liber, id eſt, Deipara : *Inſpirata à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis.* Quid eſt *acroſtichis*? & quomodò hoc elogium, idoneè Deiparæ accommodabitur? Franciſcus Combeſis, qui hunc Andreæ Sermonem è Græco, Latinè legendum propinauit in ſcholiis num. 7. in hunc modum ſententiam exponit : *Salue inſpirata à Deo veritatis Acroſtichis. Vt enim*, inquit, *ſicut in Acroſtichide, totius tractationis argumentum ex ſummis ſtatim litteris cognoſcitur ; ita etiam Scriptura tota in Mariâ intelligitur.* O arcanè perſpicuum ſcripturarum breuiarium, commentum, compendium! Quid tam *ſtilo hominis* ſcribitur, & compendioſâ perſpicuitate legitur, quàm quod *ex ſummis ſtatim litteris cognoſcitur*? O verum illud propheticum : *Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam.* Eſt enim Virgo Deipara, *Totius prophetiæ perſpicua plenitudo, inſpirata à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis.*

Iſaiæ 8. v. 1.

Andr. Cret. apud Combefis. tom 1.

Deipara eſt, inſpirata à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis. quare?

Combefis.

Iſaiæ 10. v. 22.

3. Ezechielis 20. de Iſraëlitico populo ad patriam optatiſſimam poſtliminiò reduce, ſic Dei nomine ſpondet Propheta : *Et ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.* Lyranus per τὸ *ſceptrum*, intelligit *Dominium Dei* : *poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iſraël fuiſſe in idololatriâ.* Porrò ex ſeruili diu Babyloniorum conuictu ſenſim deſciuerat à veri Dei ſapientiâ & cultu, & in fatuam ac brutam idololatriam variis erroribus declinauerat. Theodoretus verò per hoc *ſceptrum*, Apoſtolos intelligit, qui *ſal terræ*, & *lux mundi* dicuntur ; quique cæleſti ſapientiâ homines imbuerunt. Tempeſtiuè S. Cyrillus Alexandrinus homil 6.

Ezech. 20. v. 37.
Lyranus.

Vera doctrinæ ſceptrum, Deipara nominatur.

Theod. ibi. apud Gloſſ.

Digitized by Google

homil. 6. contrà Neſtorium, ſic Beatam Deiparam ſalutat: *Salue per nos Beata Deipara, corona virginitatis, Sceptrum rectæ doctrinæ.* Profectò ſceptrum, prælustre eſt regiæ auctoritatis ac poteſtatis inſigne, quod præeminentiam importat, & ſubiectionem exigit. O, ſubiiciamur huic *rectæ doctrinæ ſceptro*! Quiſquis huic Mariano ſceptro non præſtat obſequium, à rectâ doctrinâ planè exerrat, & in litterarium Mariæ imperium infidè rebellat.

4. Pſal. 17. v. 11.

Regius Pſaltes ſic occinit Pſalm. 17. *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit; & volauit ſuper pennas ventorum.* Magna profectò hinc colligitur diuinæ ſapientiæ ſublimitas, dum *ſuper Cherubim* (id eſt, *ſcientiæ plenitudo*) Sapientiæ pleniſſimos ſedere perhibetur, vt omnem ſapientiam creatam infinito interuallo ſuperare intelligatur. Quare ait Dauid: *Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit.* Quaſi dicat: Altior aſſurgit diuinus intellectus, quâm Cherubicus: ſiquidèm vbi hic ſtat, ille volat: hic eſt infrà, ille ſuperiùs adſurgit: hic eſt plenitudo ſcientiæ ille ſuperplenitudo. Vndè benè Auguſtinus ad hunc

S. Auguſt.

locum: *Exaltatus eſt ſuper plenitudinem ſcientiæ, vt nemo ad eum perueniret.* Nemo, inquam, neque enim vlla eſt creata *ſcientiæ plenitudo*, quæ ad ſcientiam Dei pertingere poſſit. Hanc autem diuinæ ſapientiæ plenitudinem æmulatur Deipara, dum longè excellit ſcientiæ plenitudinem Cherubinorum, ſuper quos etiam ſedere perhibetur. Quod lib. 3. de laudib. Virginis ſubtiliter notauit Richardus: *De aſſumptione Matris congruè poteſt exponi, quod de aſcenſione Filij dicit Pſalmiſta: Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit. Super Cherubim quod interpretatur, Plenitudo ſcientiæ.* Sanè ſuper Cherubim (id eſt, *ſcientiæ plenitudo*) aſcendit, quæ Cherubinos ſapientiâ antiſtat; quæ eſt *Scripturarum acroſtichis*, & *totius prophetiæ perſpicua plenitudo*: exindè vltrà Cherubicam ſcientiæ plenitudinem. Idcircò Germanus Conſtantinopolitanus Deiparam ſententioſè appellat, *Totius prophetiæ clariſſimum ſupplementum.* De quo Virginis elogio, aliàs vbertim: eſt enim ſententiarum fœcundè grauidum.

Deipara ſciẽtiæ ſedet ſuper Cherubim, id eſt, ſcientiæ plenitudinem. quære!
Richardus à S. Laurent.
Deipara eſt Prophetiæ ſupplementũ clariſſimum.
Ger. Conſt. Orat. in Natiu. Virg.

5.

Prouerbiorum 8. ſic ſub nomine ſapientiæ Deipara, veræ Sapientiæ Mater Virgo, ſollicitè clamat, quò idiotas de cælo erudiat, & doctiorum ſapientiam de ſuâ ſapientiâ informet: *Accipite diſciplinam* (Hebraicè, *eruditionem*) *meam & non pecuniam: doctrinam* (Hebraicè *ſcientiam*) *magis, quàm aurum eligite.* Pro *auro*, codices antiqui habent, *theſaurum*. Quare huius theſauri gazas confeſtim exponit, aiens: *Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis: & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.* Symmachus *Melior eſt ſapientia intimis*; Rabbi Salomon, *præ gemmis & lapidibus pretioſis.* Quid habet hæc Deiparæ, aut per Deiparam Sapientia, quò præ ſapientiâ humanâ, huiuſmodi locuplete *theſauro* & tot *gemmarum*, ac pretioſiſſimorum *lapidum* monilibus exornetur? Quid illi ineſt, vt præ *intimis* ornamentis, & cunctis *deſiderabilibus* æſtimanda ſit? Imò & quorſùm hæ *theſauri* gazæ, & pretioſa ſumptuoſiùs monilia, ad illam diuitandam, & exornandam inſolitè aduocantur? Quid ſapientia Mariæ, aut à Mariâ ſapientia, ſic pretioſius, ornatius, & glorioſius comitur, & velut ambitioſo venuſtatur ornatu?

Prou. 8. v. 10.
Hebræus.
Symmach.
R. Salomon.
Sententioſè appellatur B. Virgo, Dos Sapientiæ, & Charitum Mater.

Opinor, rem tetigit Ioannes Geometra Hymno 1. ſic Deiparam ſalutans: *Gaude dos Sophiæ, mater Charitum optima ſalue.* Ecce tibi *dos Sophiæ*, hoc eſt, Sapientiæ, Beata Virgo, diuinæque Sapientiæ Mater, belliſſimè nominatur. Porrò Mariæ ſapientia hominibus ſtillata, & quâ eius clientes erudiuntur, ſumptuoſior humanæ ſapientiæ *dos* eſt, *dos*, inquam, pleno *theſauro* locuples, tot *gemmarum* monilibus culta; imò & pretioſis *intimis*, & cunctis *deſiderabilibus* opulentiùs ornata. Vndè Deipara profundè appellatur, *Dos Sophiæ*, & indè *Mater optima Charitum*, id eſt, Gratiarum; quæ & venuſtant, & fœcundant ſapientiam, pulchro fœtu, & fœcundiori ornatu. Aliis permitto Poëtarum, etſi moraliſſima figmenta. Ioan. Geom.

Lucæ 2. inuento puero Ieſu in templo cum doctoribus diſputante, diligenter notat Euangeliſta, quod arcanis attenta myſteriis, *Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo*, quaſi *ruminanda, & diligentiùs ſeruanda*, ait inibi Beda; nimirùm vt ſucceſſu temporis per omnia quæ acturus & docturus erat Chriſtus, pleniùs ea intelligeret; ſimul vt eadem deindè S. Lucæ, & aliis Apoſtolis ſcribenda, vel poſteris tradenda reuelaret. Vndè *Apoſtolorum Magiſtra* communiter indigitatur. S. Bernardinus tom. 2. Concion. Serm 2. de B. Virgine: *Maria Virgo*, inquit, *quæ ſaluatorem genuit, peperit, & aluit; quæ iugiter eius adhæſit lateri, quæ comes indiuidua nullo ferrè abfuit itinere, quæ intenſa præ ceteris inuigilauit verbo, & operi eius, ſola Saluatoris, actuũ inſignia opera, melliflua prædicationis genera, inaudita contrà mundum & peccatum diuinæ ſeueritatis acerrima eloquia, quod eis diu interfuit, ſecretiùs audiuit, citiùs agnouit, propenſiùs retinuit, & Apoſtolis aliiſque diſcipulis locupletiùs edidit, diligentiùs retulit, feliciùs tradidit. Hinc eſt quòd de eâ legitur in Euangelio: Maria autem conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo.* Et poſt pauca: *Licèt enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet Apoſtolis omnia nota faceret vt amicis; quædam tamen credendum eſt præ ceteris Matrem ſuam, quemadmodùm dilexiſſe, ita etiam propenſiùs erudiiſſe, quædam ei ſecretiùs intimaſſe, frequenter eam in cellam vinariam occultaſſe: ſui, prout nouit & voluit, gloriam deificam, & ſupercæleſtem reuelaſſe notitiam. Vndè Ioannes in Apocalypſi: De throno, ait, procedebant fulgura, & voces, & tonitrua; quia Mater filij Ieſu-Chriſti parabolas, ænigmata, legalia, & mirifica geſta, dicta, opera auidiùs ebibit, fideliùs credidit, ſinceriùs luculentiùſque aliis edidit.* Idcircò S. Bonauentura in Speculo B. Virgin. cap. 2. eam altè appellat, *Regiſtrum Apoſtolorum*: & Germanus Conſtantinopolitanus eam nuper nominauit: *Totius prophetiæ clariſſimum ſupplementum*: quia nimirùm & Prophetarum ænigmata, & Euangeliorum myſteria, & traditionum arcana, tamquam futura *Apoſtolorum Magiſtra, auidiùs ebibit, ſinceriùs luculentiùſque aliis tradidit.* Exindè ſententioſè nominatur, *Prophetiæ ſupplementum, regiſtrum Apoſtolorum*, & eorum *Magiſtra*. Appoſitè ergò Ruth, ſi nominis etymologiam ſpectes, interpretatur, *Prophetia*, ſeu *Viſio*; iam indè in typo, antitypi ſapientiam in vocabulo præmonſtrans.

6. Lucæ 2. v. 51.
Beda.
S. Bernard.
Quare Virgo Deipara Apoſtolorum regiſtrum appellatur.
Apoc. 4. v. 5.
S. Bonau.
Germ. Cõſt.
Ruth 4. v. 10.

ſ. CCCXXII.

Digitized by Google

§. CCCXXII.

Virginis Deiparæ ſumptuoſior humilitas commendatur.

1. Eccl. 3. v. 20. S. Bernard. Serm. 4. ſuper Signum magnum. *Deipara per humilitatẽ, omnibus maior fit.*

ILlam Siracidis gnomen, *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coràm Deo inuenies gratiam*; ſic ad Beatam Deiparam Bernardus deriuat: *Cùm Maria*, inquit, *quantò maior erat, humiliabat ſe in omnibus, certè humiliata eſt præ omnibus, quia maior omnibus extitit. Quapropter meritò facta eſt nouiſſima prima, quæ cùm prima eſſet omnium, ſe nouiſſimam efficiebat: meritò facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibuit ancillam.* Scilicet humilem corde paritura, humilitatem debuit ipſa præferre.

2. Lucæ 11. Chriſto Domino ſublimiùs concionante, præ amore & admiratione doctrinæ & virtutis, extollens vocem quædam mulier de turbâ dixit illi: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* (Lucæ 11. v. 27.) Quaſi dicat: Adeò magnus, diuinus, & beatus es, ô Ieſu, vt propter te beata quoque ſit Mater quæ te genuit, & lacte aluit. Magna magnæ Matris laus! Vndè Methodius (Methodius.) Orat. in Hypapantem: *Tu*, inquit, *cuncta continentis, & comprehendentis comprehenſio. Tu illa geſtatrix es qui verbo ſuo portat vniuerſa.* Tu puriſſimo lacte expetitam ei alimoniam præbes, qui vniuerſa vbertim paſcit, ac nutrit: Quare indè Deipara dignè beatur, & ſublimi voce altiùs prædicatur. S. Cyprianus (S. Cyprian.) Tract. de Natiuitate Chriſti, ſic hâc ſuper re eloquenter ſcribit: *Paruulus ſugens vbera purâ alimoniâ vtebatur, & fons ſacri pectoris defæcatum edulium ori mundiſſimo infundebat. Sed & cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum ſuperant intellectum, imbuebant. erâtque vtrimque mira iucunditas* (Attentiùs nota quæ ſubtexit,) *cùm pia ſancta Matris & deuota Humilitas, & Sancti ſanctorum immenſa Benignitas confœderatis affectibus mergerentur.* (*Filij Benignitas & Humilitas Matris, miſceri, mergive poſſunt?*) Valdè hîc eminet & apparet Infantis Dei immenſa Benignitas, qui de mendicitatibus Materni vberis alimoniam lambere expetit, quò humanum genus ſuo in Cruce effuſo ſanguine ſaginet copioſâ redemptione, & Euchariſtico cibo vberiùs adipet, immortalis vitæ commercio. Cùm verò *immenſitatis* elogio lactentis paruuli *Benignitatem* commendat, illam cum Beatæ Deiparæ glorioſâ *Humilitate* componit, miſcet, ac mergit. Quaſi nihil in lactante Virgine ſublimiùs auguſtiúſque ſuperemineat, & quod poſſit cum *Benignitate* Dei Filij digniùs conferri, quàm Virginis Matris in tantâ celſitudine depreſſior *Humilitas*. Idcircò ait: *Cùm pia Matris Humilitas, & Sancti ſanctorum immenſa Benignitas confœderatis affectibus mergerentur.* O quàm benè fœderantur Virginis Matris ſumptuoſior *Humilitas*, & Filij Dei *immenſa Benignitas*! An vtráque ſic alterutram æmulatur, vt idoneè miſceri, *mergíve* poſſint? O immenſum pelagus, in quo *Humilitas* Matris, & Fili *Benignitas* mergi eualent! Sic profundè humiliatur, quæ ſic indè glorioſè *beatur. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.*

3. Luc. 1. v. 38. Lucæ 1. re illibatæ virginitatis cum diuinâ Maternitate, per legatum Angelum benè compoſitâ; Verbi incarnationi in ſuo vtero, & ex ſuis viſceribus peragendæ, vltrò Maria annuit: *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Nota in his verbis Virginis modeſtiam, charitatem, obedientiam, fidem, & præſertim humilitatem: nam ab Angelo ſalutata Mater Dei, eius ſe *ancillam*, non Matrem nuncupat. Meritò facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam. Pulchrè Bernardus Serm. 1. in Vigil. Natiuit. (S. Bernard.) *Angelus nunciat, virtus obumbrat, Superuenit Spiritus, Virgo credit, fide concipit, virgo parturit, virgo permanet.* Fide Virgo concipit? an obedientiâ? an potiùs humilitate? Opinor, Virgineâ humilitate placuit, quin & humilitate concepit. (*Deipara per humilitatem totam ſuſcipit Conditoris gratiam.*) Appoſitè S. Ildefonſus (S. Ildefonſus) Serm. 2. de Aſſumptione: *Beata Virgo*, inquit, *humiliat ſe in cunctis, vt totam ſuſcipiat in ſe gratiam Conditoris.* O! totam Conditoris gratiam per humilitatem Maria ſuſcipit? O quàm valdè audet vocula, *totam*! Sanè quæ Humilitate Deum genuit, & in ſuis almis viſceribus Deum ſibi *corporalem* fecit; omnes gratias, huius gratiæ conſequentias, ſuſcepit. (Proclus. Orat. 6.) Quaſi Deiparæ Humilitas, omnium gratiarum, quæ in illâ vbertim exundant, conceptaculum ſit, ac fertile ſeminarium.

4. Lucæ 1. v. 48. In illo celebri Cantico ſecunda Maria ſic modulatè pangit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Pro τὸ *humilitatem*, Græcè eſt ταπείνωσιν, id eſt, *vilitatem, exiguitatem, abiectionem*: hanc enim opponit magnitudini Dei: *Excelſus enim Dominus humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit.* (Pſal. 137. v. 6.) Quaſi dicat: Magnifico Deum, & in ipſo exulto, quia ipſe cùm ſit maximus ſummúſque omnium Dominus, me fœminarum, imò creaturarum omnium minimam, id eſt, viliſſimam, pauperrimam, abiectiſſimam, & poſtremiſſimam, oculis benignitatis ſuæ reſpicere, & in Matrem eligere dignatus eſt. Humilitas ergò hîc propriè vilitatem ſignificat, non virtutem humilitatis ſuperbiæ oppoſitam: *Sola enim inter virtutes humilitas ſeipſam ignorat*, (Cornel. ibi.) & qui ſe humilem eſſe iactat, ſuperbus eſt, non humilis. Ceterùm cùm plura, ipſáque quàm aſpectabilia imprimis elogia in Beatâ Virgine eluceant, ſubtiliter perueſtigant Interpretes cur Deus potiùs Marianam humilitatem reſpexerit, quàm aliam ipſius prætogatiuam, vt in Dei Matrem eligatur? (*Quod protoparentis ſuperbia perdiderat, Deus in Maria humilitate recuperauit.*) S. Auguſtinus (S. Aug. ſuper Magnificat.) præſcripta verba exponens, ſic philoſophatur: *Benè ergò Maria ſolam in Humilitatem Dominum reſpexiſſe teſtatur, quia Diuinitatis propitiationem, quam humana natura in primis parentibus per ſuperbiam perdidit, in Mariâ per humilitatem recuperauit.* Nempè humani generis Protoparentes, originalis culpæ contagio per ſuperbiam, humanam naturam inuitiarunt, enecarunt, ac perdiderunt; ergò immenſa Mariæ humilitas ſit medelæ lenocinium, & communis medela Marianæ humilitatis ſtipendium. Idcircò præ reliquis auguſtiſſimis elogiis, in Mariæ *ſolam Humilitatem* Dominus reſpexit: quia diuinitatis propitiationem, quam humana natura in primis Parentibus per ſuperbiam perdidit, *Mariâ per humilitatem recuperauit.* (*Deipara humilitas, Deũ hominibus parit.*) Exindè peridoneè addit Auguſtinus (S. Auguſtin.) Serm. 2. de Aſſump. *O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit,*

Digitized by Google

aperuit, & hominum animas liberauit: facta eſt Maria Humilitas ſcala cæleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras! Quid eſt dicere, Reſpexit, niſi approbauit? Luculenter ſanè Auguſtinus!

5. Lucæ 2. dum in Bethlehem Deipara virgo peregrinatur, peperit Filium ſuum primogenitum; haud dubiè in pecuino ſtabulo: nam pannis infantem Deum recèns natum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Confeſtim Angeli cateruatim de cælo adſunt, & lætam Dei natiuitatem exultim ruſticanis paſtoribus denunciant, atque idoneum euangelizatæ veritatis ſignum præbent: [Lucæ 2. v. 12.] *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.* Quid eſt, quòd viles panni, brutum præſepe, ac belluinum ſtabulum, in recèns nati Dei noſcendi ſignum offertur? Quid, præſepio cum natiuitate Dei? quid ſtabulo cum Dei empyreo palatio? (Idcircò forſan Leo Auguſtus arcaniori ſtylo cælum empyreum appellare videtur, ſtabulum, aiens: *Vbi autem hinc migrare oportuerit, accumbere faciet in ſalutis atriis, atque ſtabulis, vbi nullus timor*, &c. De quo fortè aliàs) O quàm humiles nati Dei notas Angeli exhibent! Imò & indè peridoneas. Quod notauit Bernardus Serm. 4. de Natali Domini, aiens: *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Quid eſt, quod ſola ab Angelo commendari videtur humilitas, nec tamen ſola à paſtoribus inueniri? Fortè ſpecialiùs commendat Angelus humilitatem, quia ruentibus ceteris per ſuperbiam, ipſe in humilitate ſtetiſſet.* Mitto hæc alibi aliorsùm enucleata. Pergit autem ad rem Bernardus: *Propterea certè cælitùs annunciatur Humilitas, quod hæc quaſi propria virtus diuinæ exhibenda ſit Maieſtati.* O! propria virtus diuinæ Maieſtati exhibenda, Humilitas eſt? Paupercula Mater, humilis fabri coniux, pannoſas viliter faſcias, ſtabulum pecuinum, atque brutum præſepe, excipiendæ atque noſcendæ diuinæ auguſtiùs Maieſtati, de cæli œconomiâ ſumptuoſiùs apparat. Nuper aduocatus Leo Auguſtus Orat. 4. elucidans illud Simeonis elogium, qno appellat Chriſtum: *Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël*, ita eleganter ſcribit: *Quomodò*, ait, *in propenſâ adeò paupertate, magna mirandáque conſeris? vocaſque Iſraëlis gloriam, ac Gentium appellas lumen, pauperculæ Matris puellum?* Imò quoniam ex pauperculâ, ex humillimâ, atque humanis oculis abiectâ naſcitur Matre, indè corporati in eâ Dei indicium ab Angelis datur, & à paſtoribus ſumitur. *Propterea certè cælitùs annunciatur Humilitas, quòd hæc quaſi propria virtus diuinæ exhibenda ſit Maieſtati.* Hanc nunc Ruth Boozo propenſiùs exhibuit: & indè Chriſti Dei auia meruit nuncupari.

Lucæ 2. v. 12. *An adſpectu ad Domini præſepe, cæli appellatur ſtabulum?*

Leo Auguſt. Orat. 1.

S. Bernard.

Humilitas, quaſi propria virtus, diuinæ exhibenda eſt Maieſtati.

Lucæ 2. v. 32. Leo Auguſt.

Ruth. 2. v. 10.

6. Redeant iterùm ipſius Mariæ verba ſemel expenſa, ſed ad rem aliter expendenda: [Lucæ 1. v. 48.] *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Sanè cùm in Beatâ Deiparâ fuerit omnium virtutum miriſſimus conuentus, & aſpectabile ſanctitatum omnium theatrum; eccur potiùs humilitatem, quàm aliud elogium quod Mariam eximiè venuſtat, Dominus reſpexiſſe perhibetur? An quia humilitas reliquarum virtutum decus eſt, illáſque ad placendi gratiam venuſtiſſimè exornat? Pulchrè Seleucienſis Baſilius Orat. 28. *Omnibus*, inquit, *humilitatis ornamentum conuenit, eâ comite continentia in admiratione eſt, & fides fit amabilior, & iuſtitia purgatior, & verior miſericordiæ fructus ..... Ideò Primates Sanctorum dignitatem aliquam ſuprà naturam conſecuti, tunc vel maximè humilitatem reſpiciunt.* [Baſil. Seleu.] Ideò etiam & Deus vel maximè Mariæ Virginis humilitatem *reſpexiſſe* dicitur, vt eam ad ſummam diuinæ Maternitatis dignitatem eueheret, & numquam morituram illi laudem in toto orbe polliceretur. Porrò humilitas reliquarum virtutum decus eſt, & ſanctitatum omnium ornamentum: adeò vt non tam in aquirendis denuò virtutibus, quàm in conſummandis laudem ponat. Hinc Deus præ reliquis virtutibus, Mariæ potiùs humilitatem *reſpexiſſe* conſultiùs perhibetur.

Humilitas reliquarum virtutū gratia, ornamētum, & conſummatio eſt.

---

§. CCCXXIII.

Expromptioris obedientiæ elogium, in Virgine Deiparâ auguſtiùs ſupereminet.

GVarricus Abbas Serm. 3. de Aſſumpt. verba illa Chriſti Dei: *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt*, ſic curſim elucidat: *Itaque Mariam, quæ ſecundum carnem Mater erat, aliâ quoque ratione Matrem ſibi Ieſus probat: quandoquidèm & ipſa voluntatem Patris in tantum faciebat, vt de ipſâ prædicaret Pater: Vocaberis voluntas mea in eâ.* Gratulor Virgini Deiparæ, quòd geminato titulo ſit Dei Mater. Gratulor etiam perfectæ obedientiæ, quòd Dei Matrem aut inueniat, aut faciat. Tanta eſt obſequij gratia! 1.

Matth. 12. v. 50.

Guarric. *Deipara titulo obedientiæ dicitur etiam Dei Mater*

Iſaiæ 62. v. 4.

Cant. 2. pulchra pulchræ ſponſæ vox eſt: *Dilectus meus mihi & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* 2.

Hanc ſententiam dum vniuerſatim accipit Bernardus Serm. 69. ſcitè addubitat, quomodò cùm Chriſtus ſit ſponſus multarum, imò omnium animarum ſanctarum, cuilibet totus intendat, ſéque ſingulis impendat totũ? Reſpondet Bernardus: *Primò quidem, quòd habeat in naturâ ſimpliciſſimâ ſponſi diuitias, quaſi vnum reſpicere multos, & quaſi multos vnum. Nec ad multitudinem multus erit, nec ad paucitatem rarus, nec ad diuerſitatem diuiſus, nec reſtrictus ad vnum, nec anxius ad curas, nec perturbatus aut turbulentus ad ſollicitudines: ſic ſanè vni intentus, vt non detentus. ſic pluribus, vt non diſtractus*; nimirùm aliquo immenſæ beneuolentiæ ac beneficentiæ ſacramento, quò omnibus ac ſingulis adeſt. Verùm enimuerò cùm Beata Deipara vna ſit dilecto ſuo, & vnicè præ reliquis dilecta, potiori iure ſponſum ſibi vendicat totum, ſpecialiùs aiens, *Dilectus meus mihi.* O piè audacẽ amoris faſtum! ô piam velut ambitionem Maternitatis diuinæ? Dilectus meus mihi viuit, mihi intimè conuiſceratus adeſt, mihi plenus eſt, mihi totus: E tu, ô ſponſa Deipara, quid illi? quid illi rependis? quam Deo dignam vicem reddis? quid pro toto ſponſo tibi præ reliquis impenſo reciprocas? *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*, Eleganter ad rem inibi Aponius: *Dilectus meus mihi præſtat* [Aponius.]

Cantic. 2. v. 16.

Quomodò Chriſtus omnibus & ſingulis ſponſis impenditur. S. Bernard.

Digitized by Google

gratiam redemptionis inſigne, adoptionis clariſſimam libertatem. Et quid ego illi? Voluntatis obedientiam, conſeruandæ integritatis ſtudium. Quænam æquè ac Beata Virgo, hæc dicere potuit? Sponſus meus, Filius meus, & Deus meus me in primo naturæ auſpicio ab originali contagio, præproperæ gratiæ priuilegio exemit; me elegit in veram veri Dei Matrem, & dignis diuinæ Maternitatis dotibus ſumptuoſiùs ditauit, & glorioſiùs inſigniuit, & tantæ dignitatis appendicibus cumulauit gratiis; mecum arcanè concorporatus, ſe mihi totum impendit ac ſuperimpendit: *Dilectus meus mihi. Quid tu illi?* (ô pulchram velut hyperbolem Mariani expromptiùs obſequij!) *Et quid ego illi? Voluntatis obedientiam, ſeruandæ integritatis ſtudium.* Quaſi dicat Beata Deipara: Deus meus, & Filius meus eſt mihi totus: vices ergò ego non ingrata rependo: *Et ego illi, Voluntatis obedientiam* ad omnia promptiùs exhibeo. Hem! ſuæ obedientiæ pretium, pro Deo toto rependit? Se Dei obſequio impendit pro toto ſibi Deo conuiſcerato? Sanè hinc, hinc, inquam, taxandus eſt opulentus Marianæ obedientiæ cenſus. Similis expenſio ad Mariæ Virginitatem ampliari poteſt, indéque eius dignitas cenſeri.

Deipara pro tot gratiarũ debito, obedientiam rependit.

Deipara pro tot gratiarũ debito, Virginitatem rependit.

3. Lucæ 2. Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in vtero conciperetur. *Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius* (Mariæ? an pueri?) *ſecundùm legem, tulerunt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino. Sicut ſcriptum eſt in lege Domini*, &c. Pro τὸ *eius* (quæ vocula ambiguũ videtur ſenſum reddere an ad Matrem purificandam, an ad Filium, qui immediatè præceſſerat, referendum ſit) Origenes, Theophylactus, & Euthymius habent αὐτῶν, id eſt, *illorum*, pueri Ieſu, & Mariæ Matris. Vt ſenſus ſit: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eorum ſecundùm legem*, &c. Neuter ſcilicet lege tenebatur, & ad obſequij redundantiam vterque pariter legem adimplet, ne Filij obedientiæ non debitæ, obedientiæ ſtudioſiſſima Mater, vllo modo deeſſet. De hoc indebito Filij obſequio, Leo Auguſtus Orat. 4. quæ eſt in Dominicam Præſentat. ita philoſophatur: Qui priùs, inquit hominis matrem terram verbo edidiſſet, ſibi ipſe Matrem condens, naturæ innouauit leges; quâ nimirùm ratione proceſſit è vuluâ, nullâ ſemente fœtâ, quod abhorret à lege: nunc autem pro communis ratione legis, eorum, quorum ex ſemine carnem aſſumpſit; *Qui legem in monte Sinâ ſcripſiſſet, tamquam legis reus, legis conſtitutionem adimplet: ipſe, inquam, gloria Iſraël, ac lumen Gentium. Ecce enim Deus puer factus eſt, ac ſub lege viuit, vt tum iis qui ſub lege, auxilietur, adimplens legis defectum, tum Gentibus ſine lege viuentibus, bonitatis ſuæ diuitias oſtendat.* Leoni Auguſto Cyrillus Ieroſolymit. Orat. in Domini occurſum, eleganter his verbis concinit: *Ipſe* (puer Ieſus) *offerens, quique ipſe ſuſcipiat hoſtiam: ipſe lex, quique hodie legi ſubjicitur.* Ecce tibi Deus, qui in monte Sinâ legem ſcripſit, *legis* ipſe *reus*, vt eſſet implendæ legis viuum exemplar: *ipſe lex, quique hodie legi ſubjicitur.* Quorſùm hæc implendæ legis hyperbole, quæ & Matrem Virginem, & Filium Deum deuenuſtare forſan videbuntur? Nimirùm Chriſtus Deus venerat ſalutem afferre Iudæis, qui ſub lege erant, & Gentibus, qui ſine lege viuebant: vndè ipſe legis obſequio prorſùs exemptus, indebito legis obſequio, *legis defectum adimplet.* Nam & defectum hactenùs in obſeruandæ legis Moſaicæ ſupplet, ſuppletque in Gentibus, qui ſine lege viuunt, ſeruandæ legis neceſſitatem, dum ipſe lege exemptus publicatur. Quæ de infante Deo dicta ſunt, pro ſuo modo de Matre Virgine intelligi etiam debent: nam indebitum legi obſequium nunc pariter exhibuerunt. Idcircò iuxta Origenem, Theophylactum, & Euthymium notanter ſcribitur: *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eorum ſecundum legem, tulerunt illum in Ieruſalem*, &c. O quàm de obſequij ſtudioſiſſimâ Matre, obedientiæ ſuperſtudioſus infans Deus naſcitur!

Lucæ 2, v. 22.

Origenes. Theophyl. Euthymius. Græcus.

Leo Auguſt.

Ieſus & Deipara impletes purificationis ac præſentationis legē, legis defectũ implēt. quare?

S.Cyril. Ier.

4. Prouerbiorum 31. de forti illâ Matronâ, in Deiparæ peridoneo typo, ita Salomon ſcribit: *Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in linguâ eius.* Materfamilias hæc in totam domum ac familiam cui præerat, nempè in filios, ſeruos, & ancilla, mitis, gratioſa ac ſuauis erat, & lege clementiæ potiùs quàm ſeueritatis imperio ſubiectam ſibi familiam gubernabat. Chaldæus, Theodoretus, & Ambroſius pro τὸ *lex clementiæ*, vertunt, *lex gratiæ.* O bona lex, quæ linguâ gratiam imperat. Biblia Complut. habent: *Os ſuum aperuit ſapienter & legaliter*; Hebræa verò, *Lex pietatis ſuper linguâ eius.* Quænam eſt hæc huius Matronæ *lex gratiæ*, quæ non tam ſub linguâ, quàm *ſuper linguâ* eius eſſe dicitur? An quia huic *legi gratiæ*, non tantùm ſubiecta ſibi familia, ſed ipſamet Materfamilias ſubiecta eſt? Ipſamet etiam ſuæ legis vinculis adſtringitur, & ad ſui obſequium accingitur? Profectò nuper de eâ dictum erat: *Cingulũ tradidit Chananæo.* Armena verſio apud Abagarum, pro his verbis ſententioſè habet: *Fecit anima ſua cingulum, & ſibi cingulum.* Ecce tibi quid ſit, *Lex gratiæ*, non *ſub*, vt ſubiectos ſtringat, & ad obſequium accingat; ſed *ſuper linguâ eius*: quia nimirùm etiam *fecit anima ſua cingulum, & ſibi cingulum*, quò ex linguæ ſuæ lege *animam ſuam*, ſéque totam cingeret, ac obſtringeret, quaſi eâ lege, & ipſa, & eius anima arctiùs obligaretur. Hæc eſt Mariana *gratiæ lex*, quæ *ſuper linguâ eius legaliter* reſonat, qua ipſa velut *cingulo* animam ſuam, ſéque totam ſtringit & ad expromptum accingit obſequium. Quaſi ea quæ ſubiectæ familiæ indiceret, ſibi intimata putaret; & ipſa ſibimet obſequeretur; quæ eſt obſequentioris obedientiæ exaggeratio. *Et lex gratiæ ſuper linguâ eius:* quia ſcilicet *fecit anima ſua cingulum, & ſibi cingulum*, quò ipſa ſibi etiam non tantùm obediret, ſed animitùs quoque obtemperaret. Cornelius inibi per τὸ *animam ſuam*, cùm dicitur, *Fecit anima ſua cingulum.* intelligit *ſponſum* ſuum. Viderint Concionatores an id Ioſepho adaptari poſſit.

Prou. 31. v. 26.

Chaldæus. Theodoret. S. Ambr. ibi. Bibl. Compl.

Hebræus.

Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ, quia fecit anima ſua cingulum ad obſequium.

Prou. 31. v. 24. Armena. verſio. Abagarus apud Cornel. ibi.

Deipara fecit anima ſua id eſt, ſponſo Ioſepho cingulum.

5. Iſaiæ 62. Et eris, inquit, corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. *Vocaberis, Voluntas mea in eâ: & terra tua inhabitabitur.* Haymo & Hugo ſic exponunt: *Vocaberis voluntas mea*; quia ſemper obedies voluntati meæ, eámque promptè exequeris. Quæ verba Richardus à S. Laurentio lib. 10. & alibi ſæpè, Beatæ Deiparæ accommodat. Indè luculenter poſteriorem ſententiam exponit: *Vocaberis*

Iſaiæ 62. v. 4.

Haymo. Hugo.

Digitized by Google

caberis voluntas mea in eâ : & terra tua inhabitabitur, id eſt, *caro tua fœcundabitur Chriſto, eam inhabitante.* Nempè *Vocaberis*, id eſt, etis, vt iure vocari poſſis *Voluntas mea* in te, ô Mater Virgo ; & indè terra tua, id eſt, vtetus tuus habitabitur, quia fœcundabitur meâ in te corporatione. Tu enim obedientiâ placuiſti, & obedientiâ concepiſti ; adeò meæ voluntati ac beneplacito ſemper prompta, atque in omnibus ad nutum obſequens, vt appellari poſſis, *Voluntas mea in te.* Tractat eloquenter Georgius Nicomedienſis Serm. 8. in S. Mariam aſſiſtentem cruci, cur Beata Deipara amoris aculeo ſtimulata, non propriùs adfuerit patienti Filio ? & tandem opportunè reſpondet : Non acceſſiſſe propriùs, *Ne quid præter morientis voluntatem faceret*, Parcit amori, ne quid obedientiæ parcat. O ! ſic ſtudet Deipara voluntati Filij in omnibus ſemper exequendæ, vt nil *præter* Filij *voluntatem* facere vmquam præſumat ? Amoris intermittit officia, nequid vel *præter* Filij *voluntatem*, ſed omnia ſecundùm ipſius *voluntatem* faciat ? O quàm plenè Deipara antè tot ſecula vocatur, *voluntas mea in eâ* (adeò vt res nominis in nomen tranſierit ; quæ eſt aliqua rei epithaſis, ſeu antonomaſia nominis,) quæ ſemper vſque eò fuit diuinæ voluntatis conformis, vt vel *præter voluntatem* Dei, nihil facere audeat, & ſi amoris ſtimulo viuaciùs vrgeretur ! Vidè nunc quàm ſit antitypus typo ſimilis, Deipara Ruthæ, *Quæ Noëmi reſpondit : Quicquid præceperis, faciam.* Et quod obſequenter promiſit, abundè præſtitit. Vndè meruit ipſum Deum per ſobolem Deiparam generosè procreare, & inter Chriſti progenitores auguſtè percenſeri.

Richardus.

Deipara vocatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem fecit.

Georg. Nic.

Ruth. 3. v. 5.

§. CCCXXIV.

Quàm ſit Deipara in ſuis clientibus, pacis & concordiæ ſtudioſa.

1. ILlud Pſalmi ? *Et factus eſt in pace locus eius* ſic pulchrè Caſſianus exponit : *Non in conflictu certaminis, neque in colluctationibus vitiorum locus Deo factus eſt, ſed in caſtimoniæ pace, & in cordis tranquillitate perpetuâ.* Quæ expoſitio Virginem Deiparam adumbrare videtur, quæ in caſtimoniæ pace perpetua, & pacificâ concordiæ tranquillitate, locus Dei facta eſt ; & Spiritus-ſancti obumbratione, Deum pacis, ac Regem pacificum meruit generare. Quare ea verba Pſalmi aliqui excribunt. *Factum eſt in pace vmbraculum eius.* Et inibi Hieronym. *Non eſt vmbraculum Domini niſi vbi pax, vbi zelus atque diſcordia, ibi non eſt protector Deus ; locus Dei non eſt niſi in animâ, quæ pacem habet.* O quàm in Deiparâ Virgine pax exuberat, cui virtus Altiſſimi tam arcanè *obumbrauit !*

Pſal. 75. v. 3.
Caſſian. Coll. 12. c. 11.

Deipara obumbratur, vt ſit locus pacis in quo Deus habitet.

S. Hierony.

2. Lucæ 1. Beata Deipara Dei corporati arcanè grauida, non dubia oraculi, ſed obſequij ſtudioſa, exurgens abiit in montana cum feſtinatione. *Et intrauit in Domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.* Fecit hoc beata Virgo inſtinctu Dei qui per Angelum ei ſuggeſſerat conceptionem Eliſabethæ: ad hoc vt tacitè eam ſubmoueret gratum fore Deo, ſi illam viſitaret, & ſalutaret : intendebat enim Deus per Eliſabetham, vt potè matronam grandæuam, prudentem, & Sanctam orbi pandere conceptionem Beatæ Virginis, arcanam Verbi incarnationem in eâ factam, quaſi theſaurum latentem in viſceribus Virginis omnibus patefacere. Quod Eliſabetha præſtitit, dum eam *Domini Matrem* appellauit. Intendebat etiam Ioannis in materno vtero ſanctificationem, inaugurationémque in Chriſti Præcurſorem, *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius : & repleta eſt Spiritu-ſancto Eliſabeth*, &c. Syrus, qui ſuprà verſ. 40. τὸ *ſalutauit Eliſabeth*, verterat, *precata eſt pacem* ; ſibi apprimè conſentiens, & rei præſenti peridoneè, ſic locum excribit : *Et factum eſt, vt audiuit Pacem Mariæ Eliſabeth.* &c. O miriſſimè actuoſam Mariæ, & à Mariâ *Pacem !* Sanè vbi Marianæ *Pacis* vox felix auditur, quaſi foret operatorius ſermo ; illius ſtipendium fit diuinæ Incarnationis reuelatio, & authoratior euulgatio; ſanctificatio Ioannis peccati originarij ab eo exilium, & in Præcurſoris dignitatem mira inauguratio ; linguatus in vtero Infantis ſubſultus, Spiritus-ſancti in matre Eliſabethâ plenitudo, & mirior arcanorum prophetia cælitùs afflata : nam vt audiuit *Pacem Mariæ Eliſabeth*, auſpicatò perfecta ſunt, ineffabili Marianæ pacis ſacramento. O vide hîc, & ſtudioſiùs exambi pacis Marianæ appendices gratias, & ambiendas illius conſequentias. Hanc Ruth iuxta nomen ſuum, inſpirat & prophetat : vndè *inſpiratio*, vel *prophetia* interpretatur, vt adnotabamus ad cap. 1. verſ. 4.

Lucæ 1. v. 41.

Syrus.

Mariana pax Ioannē ſanctificat, & Matrem gratiâ implet.

Ruth. 1. v. 4.

3. Geneſeos 7. animantium omnium aſylum in Noëticâ Arcâ ædificatur. Et ingreſſus eſt Noë & filij eius, vxor eius & vxores filiorũ eius cum eo in arcam propter aquas diluuij. *De animantibus quoque mundis, & immundis. & de volucribus, & ex omni, quod mouetur ſuper terram*, &c. Ceterùm cùm ex omni animantium genere in arcam concurrerint, miriſſimum ſanè fuit, concordiam inibi tanto tempore fuiſſe ſeruatam. Quomodò beſtiæ carniuoræ pacatiora & imbecilliora de more non inuadunt, lacerant, & in eſcas ſternunt ? Lupus agnis, accipiter inermibus auiculis parcit ? vndè tam inopinata concordia ? Vndè pacarè eundi teſſera ? vndè tam diuturnæ ac inſperatæ pacis amicum fœdus, in tantâ naturarum hoſtilitate ? Perquirit inibi Alcuinus: *Quid*, inquit, *de pace, & concordiâ, & vndè ſe non inuicem non debellarent diuerſi generis animantia ſentiendum eſt?* Reſpondet opportunè ad litteralem ſenſum, ad myſticum opportuniùs : *Sicut Dei nutu adducebantur in Arcam, ita & Dei nutu conſeruabantur in Arcâ.* Scilicet qui inteſtinâ animitùs hoſtilitate diſſident, & bella pugnaciſſimè gerunt, dum ad *Arcam*, id eſt ad Mariam vadunt ; dum in *Arcâ* degunt, veteres exuunt inimicitias, & amico fœdere vnanimes adſociantur mutuo pacis commercio. Antequam feræ truculentiores, & altilia carniuora, in *Arcam* intrarent, mutuò diſcerpebantur ; & egreſſa ex *Arcâ* feritatem reſumunt ? quò pacis murpæ ſacramentum, *Arca* myſticæ tribuatur.

Gen. 7. v. 8.

In Arcâ ferarum hoſtilitas deponitur, & concordia ineuntur.

Alcuin interr. 119. in Gen.

4. Canticorum 8. hæc verba ſacræ ſponſæ, Deiparæ, inquam, referuntur : Ego murus, & vbera mea ſicut turris, *ex quo facta ſum coràm eo*

Cantic. 8. v. 10.

P. Didac. Celada in Ruth.

Arabicus. *quaſi pacem reperiens.* Arabicus emphaticè vertit *vnica pacis, vnica ſalutis.* Porrò pro τὸ *pacem*, Hebraicè eſt שָׁלוֹם *ſcalom*, à quâ voce ſponſus dictus eſt Salomon, id eſt, *pacificus*; ſponſa verò dicta eſt, *Sulamitis*, id eſt, *pacifica.* Quaſi dicat: Ex quo verus Salomon, ſeu pacificus, id eſt, Chriſtus, qui pacem è cælo inter Deum & homines detulit, me in ſuam Matrem elegit, & in meo Virginali vtero ineffabiliter corporatus eſt; facta ſum Sulamitis ſeu pacifica, & quaſi pacis inuentrix Quare Guilielmus ſic Beatam Deiparam tempeſtiuè loquentem inducit: *Mox vt ex carne meâ Verbum caro factum eſt, inueni & ſenſi me habere in vtero de Spiritu-ſancto; & reperi in vtero meo quaſi pacem, nondùm quidèm pacem, ſed quaſi pacem.* Itaque Beata Deipara dum ſenſit ſe concepiſſe in vtero de Spiritu-ſancto, & quòd Verbum caro factum in ſuo Virginali vtero inuenit, reperit in eo *quaſi pacem, nondùm quidèm pacem, ſed quaſi pacem.* Hem! Deo iam incarnato, & in eius almo vtero feliciter inuento, quid eſt, quod Deipara *quaſi pacem, nondum quidèm pacem* inuenerit? Quid, quæſo, adhuc deeſt, vt abſolutè pacem integram repererit? An plena, & integrè conſummata mundi pax, Mariano in pacem ſtudio reſeruata eſt, & pacis perficiendæ ac conſummādæ gloriam, *Sulamiti*, id eſt, Matri ſuæ reſeruauit? Num pacis inchoationem & auſpicium ſibi adſcribit, vt perfectam pacis conſummationem, Marianæ ergà pacem ſedulitati ſumptuoſiùs vendicet? Profectò ex interprete Arabico nuper excripſimus: *Ex quo facta ſum coram eo Vnica pacis, vnica ſalutis.* Sanè vbi Deipara ex vtero, & in vtero ſuo Virginali corporatum Deum inuenit, *quaſi pacem, nondùm quidèm pacem* inuenit: deerat enim adhuc vt Filius ſe offerret in cruce, à Matréque offerretur, tamquam hoſtia pacis: adhuc etiam tunc deerat, quòd ipſius Deiparæ ergà pacem impenſo ſtudio, Eccleſiæ negotiaretur pacem, & diſſidentes ad concordiam redigeret, quò plena pax per eam fieret. Vndè dicitur: *Facta ſum coram eo vnica pacis.*

Hebræus.

Guilielm.

Deipara dicitur pacis inuentrix & vnica pacis.

5. Canticorum 6. cæleſtis Sponſus pulchrâ ſuauitate Sponſæ Deiparæ allectus, ſic illam gratiùs affatur: *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Syrus ita locum vertit: *Pulchra es ſecundùm meam voluntatem.* Cùm hæc Epitheta eò vergant, vt tandèm dicatur *ſicut Ieruſalem*, quæ interpretatur, *Viſio pacis*, Hugo Victorinus Erudit. Theolog. ex Miſcellan. 2. lib. 1. ad concordiam benè ordinatam refert: *Suauis es*, ait, *hominibus, decora numinibus* (cælitibus, inquam,) *terribilis Dæmonibus. Quare? quia ambulat vt caſtrorum acies ordinata, non diſſipata per inuidiam, ſed conſtipata per charitatem. Acies eſt per conuentum, ordinata per conſenſum .... Conſenſum præbet concordia.* Hæc vniuerſatim Victorinus Hugo de conſenſu atque concordiâ. Sed nuncupatim Rupertus Tuitienſis apud Cornelium ibi, ſententiam Virgini Deiparæ his verbis accommodat, ita ad rem fatus: *Inueniſti gratiam apud Deum, ô Beata Virgo. Suauis & decora es ſicut Ieruſalem, in eo quòd anima tua ſemper ſupernam videt Pacem, & ex viſitatione tui diſcunt animæ plurimæ cæleſtem ducere conuerſationem; vndè dicuntur, vel ſunt filiæ Ieruſalem* (ſcilicet quæ eſt *viſio pacis*) *Tu quoque terribilis es ſicut caſtrorum acies ordinata, in quâ ſumma omnium eſt concordia ac proinde nullus in eâ per diſcordiam aditus datur hoſti.* Itaque Virginis Mariæ clientes dicuntur *filiæ Ieruſalem*; quia ipſa, *Ieruſalem*, id eſt, *viſio pacis* nominatur. Sed quid eſt quòd Beata Deipara dicitur, *ſēper videre pacem!* An non neceſſe fuit, vt oculis ipſa videret bella plurima, ſimultates, diſcordias, & inimica voluntatum diuortia, etiam inter eos, qui nomen Chriſtianiſmo dederunt? Nimirùm clientes Virginis pacem ſemper ſtudioſiùs colunt; & indè *Filiæ Ieruſalem* appellantur. Quod ſi abiuratâ pace, in diſcordias malè degenerant; ſimul à Deiparæ clientelâ deſciſcunt; eóſque ſic auerſatur pulchræ pacis Mater, vt exinceps non videre dicatur, præ violatæ concordiæ deſtinatione, diſcordiarum faſtidioſè auerſatrice. Hinc appellatur *ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, in eo quòd ſemper videt pacem*, cæleſtis Ieroſolymæ æmulam: *vndè* eius clientes *dicuntur, vel ſunt filiæ Ieruſalem.* Itaque Deipara ſemper videt pacem, quia diſcordias, ſimultates, inimicitias videre non poteſt. Hiſpanè dicimus. *No puede ver diſcordes.* O viderint inimicè diſcordes, ne miſericordes illos Deiparæ oculos diſſidiis effugerint?

Syrus.

Hugo Vict.

Roper. apud Cornel.

Quo ſenſu dicatur de Deiparâ, quod ſemper videt pacem in ſuis clientibus.

Canticorum 2. cæleſtis ſponſa, Deipara. inquam, amoris benè bibula, & charitate amoroſè ebria: *Introduxit me*, inquit, *in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Poſterius hemiſtichium ſic alij vertunt, *Inſignem facite*, vel *magnificate ſuper me charitatem*; Symmachus verò, *Coaceruate ſuper me charitatem*; Titelmanus è Chaldæo excribit: *Glutinum eius* ſeu *iunctura, ad me eſt charitas.* Opinor benè *ordinatur* charitas, cùm quâdam *coaceruatione* ſic *magnificatur* & creſcit, vt ſe extendat ad proximos, & illos tamquam aliquo concordiæ *glutino* iungit, nectit, & counit concordiæ fœdere, & amico pacis commercio. Et quidèm alto ſtilo dicit Beata Deipara, *ordinauit*, cum agitur de concordiæ *glutino*, & diſſidentium *iunctura*: congruus enim ordo, tranquillæ pacis lenocinium eſt. Quare à Georgio Nicomedienſi Orat. 3. Deipara tēpeſtiuè appellatur: *Decor ſacerdotum, Imperij robur, eorum conſummatio qui virtutem colunt; Magiſtratuum ſubditorúmque tranquilla ordinis compoſitio.* Nimirùm Beata Virgo inſpirat Imperatoribus, Regibus, Principibus, vt *decori* ac honori ſint Sacerdotibus; & Sacerdotibus, vt ſanctis precibus, & congruis ſubſidiis ſint illis idoneo *robori*, ſéque metuò foueant: Et perfectis ac *conſummatis* viris ſuggerit, vt imperfectos tolerent, & illos ſenſim promoueant, ne rixis tumultuentur: Denique *Magiſtratus* cohibet, ne inſoleſcant in ſubditos, & *ſubditos* ne Magiſtratibus reluctari aut antiſtari ambiant. Hinc tota fidelium Reſpublica harmoniam ſeruat, nec tumultuum diſcordia abſurdè perſtrepit. Vndè Beata Virgo appoſitè dicitur *Magiſtratuum ſubditorúmque tranquilla ordinis compoſitio.* Porrò diſſentionum ſcintillas, quas præſidentia aut ſubiectio ſæpè flabellat, ſolerter interſtinguit Deipara, dum tamquam *glutinum* & *iuncturam*, charitatem afflat. 6.

Cant. 2. v. 4.

Rabbini.

Symmach.

Titelman. Chaldæus.

Deipara eſt Magiſtratuū ſubditorumque trāquilla ordinis compoſitio.

Georg. Nic. *Deipara eſt eorum conſummatio, qui virtutē colunt.*

§. CCCXXV.

Digitized by Google

§. CCCXXV.

Tenera patientis Filij compaſſio, Matris viſcera quàm duriter lacerat.

Georg. Nic.

1. GEorgius Nicomedienſis Serm. 8 qui eſt in S. Mariam aſſiſtentem cruci Filij ſui, ſic de eis ſimul paſſione ſcribit: *Quis enimuerò enumerare ſufficiat, quanta id temporis tela, viſcera eius peruaſerint? Quis eius dolores vim omnem ſermonis ac rationis ſuperantes, ſermone enarrauerit? Tametſi enim inexpugnabilis erat, ac naturæ affectionibus ſuperior, feruens nihilominùs amor quo ad deſideratum habebat, exuperánſque impietas, ac ferocium hominum inſania, intolerabilem eius animo triſtitiam creabant*, &c. Sanè dolor qui *rationem ſuperat*, ne impatientiæ trophæa erigat, vt Deiparam inueneri*t inexpugnabilem*, & *naturæ affectionibus ſuperiorem*, maximè conueniebat. O, qualis eſt calamitas, quæ *inexpugnabilem* requirit patientiam? Addit poſt multa, nomine Deiparæ alloquentis Filium Deum in cruce pendentem: *Vtinàm tormentorum tuorum dolores in meo ipſa ſuſciperem corpore: Eſſet fortè tolerabilis cordis dolor: nunc verò intolerabilia ſunt ei impacta tela; animi dolor tantus eſt, vt minimè ferri poſſit.* Scilicet niſi ipſa *inexpugnabilis* eſſet calamitatibus, & vltrà communis tolerantiæ metas flecti neſcia; quippè quæ *inexpugnabilis* etiam ſit dolori, qui *minimè ferri poſſit.*

Deipara iuxtà crucē, inexpugnabilis erat, & naturæ affectionibus ſuperior.

Ioannis 19. v. 25.

2. Ioannis 19. ita teſtis oculatus ſcribit Euangeliſta: *Stabant autem iuxtà crucem Ieſu, Mater eius* &c. Voluit hoc eius Filius Deus, tum vt magis pateretur matris dolentis aſpectu; tum vt ipſa ſibi dolentiùs compatiendo perfectum foret tolerantiæ exēplar. *Dolores partûs* (ait Damaſcenus) *quos effugit pariens, illos tempore paſſionis ſuſtinuit ex maternâ compaſſione viſcerum, lacerúmque reparturiens.* Indè exclamat Bernardus in Lament. B. Mariæ: *Nunc ſoluis Virgo cum vſurâ, quod in partu non hauſiſti à naturâ.* Georgius Nicomedienſis Serm. 8. in S. Mariam aſſiſtentem cruci, ſic eam inducit cum Filio Deo crucifixo loquentem: Sic ne, inquit, pro magnis vicem hanc excogitauerunt beneficiis? Hæcne, præ innumerabilibus bonis, ipsóque creationis ac conſeruationis rependunt munere? Tēne occidunt pro mortuis, quos ſuſcitaſti? Pro iis oculis quos illuminaſti, id ſtudiò agunt, vt corporales tuos oculos claudant? *Pro multis illis ſanationibus, tua mihi deſiderata membra perfoderunt.* Quid eſt, *Mihi perfoderunt?* (ſic locum accipio) Deiparæne, an Filij ſui *membra* in cruce *perfoderunt?* An Deipara dicit Chriſti membra ſibi perforata, quia plus gratiæ ex Paſſionis merito, & profuſi ſanguinis redemptione percepit, quàm reliqua ſeculis iunctim omnibus Eccleſia? An quia, vt ipſa Sanctæ Birgittæ reuelauit: *Dolor Filij erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum?* Concinit Amadeus homil. 5. *Stabat autem iuxtà crucem Ieſu, Mater eius. Veneranda*, inquit, *cruci Dominicæ paſſionis inhæſit, hauſit calicem, bibit paſſionem, & torrente doloris potata, nulli vnquam ſimilem potuit perferre dolorem.* Quare conſultiſſimè idem Georgius Nicomedienſis ait ore Matris ad Filium crucifixum: *Tua mihi membra perfoderunt.* Et addit: *Proh! quomodò clauus manui infigebatur, eius autem cordi impingebatur plaga lethalis? Quomodò dum interim ſingula membra perforarentur, miſerabiliùs animo ſauciabatur?* Quid eſt, *Miſerabiliùs?* Porrò Deipara (ſicut & vir fortis atque magnanimus) calamitoſa eſſe potuit, miſera eſſe non potuit. Scilicet *miſerabile* eſt, quod miſeratione dignum eſt; qui autem exteriùs patitur, miſeratione dignus apparet; qui verò medullitùs torquetur, eò grauiùs cruciatur, quò nullius palàm miſerationem commouet; & idcircò *miſerabiliùs animo ſauciatur.* O, tantam Beatæ Deiparæ calamitatem, animitùs toleratam, piâ commiſeratione leniamus; tantò enim eſt miſerabilior ærumna, quantò minùs præ abſconſione, miſerationem commouet.

Damaſc. l. 4. c. 15.

S. Bernard.

Georg. Nic.

An Deipara perforata ſint in cruce Chriſti crucifixi membra?

S. Birgit. l. 4. Reuel. c. 23. & 70.

Amadeus.

Cur Deipara dicitur, miſerabiliùs animo ſauciari?

3. Pergit idem inibi Euangeliſta Ioannes: Cùm vidiſſet ergò Ieſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit Matri ſuæ: *Mulier, ecce filius tuus. Deindè dicit Diſcipulo: Ecce mater tua.* Ad quæ verba exclamat Theophylactus: *Iam papæ! quomodò honorat Diſcipulum, fratrem ſuum illum faciens? vſque adeò bonum eſt* iuxtà crucem ſtare, & *manere apud patientem Chriſtum.* Verùm Georgius Nicomedienſis ita hæc verba elucidat: *Ecce mater tua.* id eſt; *Huic tu velut filius, meum in eâ rependē debitum.* O quàm multa pauciſſimis hæc ſententia compendiat! Ioannéſne is eſt, qui tantum Chriſti detum repenſare valeat? Ceterùm dixit Matri: *Ecce filius tuus* (addit aduocatus Auctor:) *nimirùm commendans eam Diſcipulo. Tu verò rurſùm conſidera, naturæ in eâ ignem vehementiùs accenſum, incontinentem viſcerum excitatam flammam. Dicendo enim, Filium, in memoriam reuocauit nouum ac ineffabilem partum: animo ſuggeſſit mirabile philtrum, àmabilem conuerſationem* (Expende attentiùs quæ ſubiicit verba:) *maiorem luctum quàm vt ratione concipi queat. Prodidit enim blanda Filij ad Matrem verba; ſublimem illam ac mirabilem ſubiectionem; eius ad eum gloriationem; deſiderabiles ac honeſtate plenos congreſſus.* Itaque dum Filius Deus in cruce patibulatus & morti proximus, diuinam eius Maternitatē verbis ſuggerit, & appendices illius gratias inſinuat piæ Matris memoriæ, *maiorem luctum quàm vt ratione concipi queat*, ſilenter ingeſſit. Scilicet placidam diuinæ Maternitatis dulcedinem, & tantæ dignitatis delicias glorioſè ſuauiſſimas, & ſuauiſſimè melleas, iſtiuſmodi dulciloquio acerbiùs inaccreſcunt, & ad moleſtiores acerbitates armantur. Adeò vt mirabile amoris philtrum, de patientis Filij cruciatibus aſciſcat *maiorem luctum, quàm vt ratione concipi queat.* Impar eſt humana *ratio*, quamuis licenter audax, vt penetrare eualeat, quàm grauiter Deiparæ viſcera his verbis lancinentur crucientur, excarnificentur: ſiquidèm non ſolùm tormentorum Filij acerbitate, ſed totâ etiam diuinæ Maternitatis dulcedine ac *gloriatione*, è diuerſo feritur; quod mente aſſequi, mentis faſtum excellit. Similem luctum hîc cernere licet in flebili Ruthæ angore.

Ioan. 19. v. 26. & 27.

Theophyl.

Ioānes Chriſti debitum rependere iubetur Deipara

Georgius. 5.

Deipara diuina Maternitatis ingeſtâ dulcedine, miriſſimè exacerbatur.

Ruth. 1. v. 14.

4. Ad Romanos 8. ſic eos Paullus admonet de ſuccedaneâ paſſionibus gloriâ: Si autem filij,

Ad Rom. 8. v. 17.

inquit, & heredes: heredes quidèm Dei, coheredes autem Chriſti: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Magnum hæc verba pondus habent & ad compariendum cum Chriſto ſtimulum ſuggerunt. Ait enim: *Si tamen compatimur.* quaſi dicat: Chriſtus Dux noſter in cruce præit, quidni eum quaſi milites generoſi ſub crucis vexillo ſubſequamur? Subdit, *Vt & conglorificemur.* quaſi dicat: Non qualem qualem, ſed ipſam Chriſti filij Dei gloriam, pro præmio aſſequemur; ſicut communis fuit nobis paſſio cum Chriſto, ita communis ſit & gloria. *Si tamen cōpatimur, vt & conglorificemur*, quaſi *conglorificatio* ſit *compaſſionis* ſequela & illius indiuiduè cognata. Georgius Nicomedienſis Serm. 8. in S. Mariam aſſiſtentem cruci, illam aduertens præ Filij compaſſione, teneritudine acerbiùs maſculà compatientem, ſic profundè ſcribit: *Planè ei* (Deiparæ) *gloriam habeo, vt quæ ſola ſalutaris paſſionis viſa ſit ſocia.* Sola, ſola, inquam, Deipara *paſſionis* Filij ſui *ſocia* perhibetur. *Quid ergò eſt* (ait Richardus) *quòd Dominus dicit: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum? Verum eſt, Domine, quòd non eſt vir tecum, ſed mulier vna tecum eſt, quæ omnia vulnera, quæ tu ſuſcepiſti in corpore, ſuſcepit in corde; & ſicut lancea militis perforauit latus tuum, ita gladius doloris eius animam pertranſiuit.* Ecce tibi quomodò *ſola ſalutaris paſſionis viſa ſit ſocia.* Propter quam vnicè compaſſionem, vnicè crucifotmem, quâ ipſa Dei Mater, cruci Filij ſui impreſſa fuit, aut ipſa Filij ſui crux, ipſi Matri impreſſa; non agit habétve gratias, ſed *ei gloriam habet:* nam quæ ſic *compatitur*, iam præ compaſſione *glorificari* incipit. Nónne hæc oportuit pati Deiparam, & ita intrare in gloriam ſuam? *Planè ei gloriam habeo, vt quæ ſola ſalutaris paſſionis viſa ſit ſocia.*

Gloria Deiparæ habenda, vt quæ ſola Paſſionis viſa ſit ſocia.

Georg. Nic.

Richardus à S. Laur. l. 1. Iſaiæ 63. v. 3.

5. Ad Coloſſenſes 1. ſic ad eos de ſe Paullus ſcribit: *Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Propriè paſſiones Chriſti vocat ea, quæ paſſus eſt Chriſtus. Ita Ambroſ. Chryſoſtomus, Theophilactus, Oecumenius, Anſelmus, & alij paſſim: ac conſequenter τὸ *in carne meâ*, non referendum eſt ad *ea quæ deſunt*, ſed ad *adimpleo*: Nempè patiendo in carne meâ, adimpleo ea quæ deſunt paſſionibus, quas paſſus eſt Chriſtus in carne ſuâ. Arduum autem intellectu ſemper viſum eſt ſacris Commentatoribus, quomodò verè Paullus dicere potuerit: Patiendo in carne meâ, adimpleo ea quæ deſunt paſſionibus, quas paſſus eſt Chriſtus in carne ſuâ? Quid in Chriſti paſſione defuit, deeſſevè potuit, quod Paullus ſupplere eualuerit? Quòd ſi aliquid ſupplendum aut adimplendum deerat in Chriſti paſſione, an non potiùs à Deiparâ, quæ dignitate, ſanctitate, & crucis proximitate, Paullo quàm ſublimiſſimè antiſtat? Fallor, niſi huc, huc inquam, adludit Georgius Nicomedienſis Serm. illo in S. Mariam aſſiſtentem cruci, &c. expendens illa Chriſti verba, à Matre dolenter audita: *Et clamans voce magnâ Ieſus ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens expirauit.* Sic itaque ſcribit magnus hic Auctor (quò hic Paragraphus indè clauſulam inueniat, à quo ſumpſit exordium) *Sic itaque*, inquit, *conſummato horrendo myſterio, tremore* Deipara *audiuit terribilem vocem illam, quâ ſpiritum in Patris ſui manus commendabat: Vt porrò auribus percepit, viditque, parum abfuit, vt ne vnà cum Filij ſanctiſſimâ animâ migrans, omninò paſſionem compleuerit.* An non Filij morte, eius paſſio, & indè noſtra redemptio, ſatis ſupérque *completa* erat? Quid eſt, quòd ait, tantum támque acerbum dolorem in Filij ſui morte Virginem Matrem concepiſſe, vt parùm ipſa à morte abfuerit, quâ *omninò paſſionem compleret*? An Filij paſſio non *omninò completa* foret, niſi conſummatâ Matris compaſſione compleretur? Quid deerat paſſioni Chriſti, quod compaſſio Deiparæ morte conſummata, *omninò complere* eualuiſſet? Præſtat, præſtat ſanè hanc Georgij ſententiarum fertilem pro Matris anguſtiis, definiendam relinquere lectorum pietati, & ſubtili ſagacitati; quæ pro ipſâ Deiparâ Filij ſui corredemptrice enucleatiùs emedullabitur.

Ad Coloſſ. 1. v. 24.

S. Ambroſ. S. Chryſoſt. Theophyl. Oecumen. S. Anſelm. Cornelius.

Lucæ 23. v. 46.

Georg. Nic.

Num Deipara cōpaſſio, paſſionem Chriſti omninò cōplet?

§. CCCXXVI.

Filius Deus in ſanguine carnis, Virgo Mater in ſanguine animæ, vnum Deo offerunt holocauſtum in redemptionis pretium.

Arnoldus Carnotenſis Tract. de laudibus Mariæ, ſic opportunè ſcribit: *Omninò tunc* (cùm Deipara ſtabat iuxtà Filij patientis crucem) *erat vna Chriſti & Mariæ voluntas, vnúmque holocauſtum ambo pariter offerebant Deo: hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis. Vndè communem in mundi ſalutem cum illo effectum obtinuit.* Vna fuit Filij ac Matris voluntas, idem Redemptionis effectus: hæc de congruo, ille de condigno? hic Redemptor, illa corredemptrix, redēptionis obtulit pretium, & ſumptuoſius humanæ liberationis ſuffragium. 1.

Arnol. Car.

Deipara eſt Corredemptrix cum Filio Deo.

Geneſeos 2. Deus ſummus rerum opifex, formatis de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, *Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Quæ verba Seleucienſis Baſilius ſic luculenter elucidat: *Eſto Adam nominum artifex, quando rerum eſſe non potes. Formentur à me, nominentur à te, quæ procreata: partiamur fictricis huius ſollertiæ gloriam: me cognoſcant artificem naturæ lege, te Dominum intelligant appellationis nomine: inde nomen, quibus ego aſſentiam: non appellationem euerto, non gratiam refugo: omne enim, quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius.* Itaque rerum artifex Deus fictricis ſollertiæ gloriam cum Adamo partitur, vt nomina imponat, quibus ipſe naturam indidit. Sic Deus cum ſuo Adamo rerum à ſe creatarum gloriam diuidit. Euáne ingloriè negligitur? Ita quidèm prima: minimè autem ſecunda, Deipara, inquam; cui Deus non vocalem dominationis gloriam; ſed gloriam reparationis conceſſit, & cum illâ partitus eſt, vt quos Deus, omnipotenter formauit, Deipara glorioſè reſtauraret, reformaretque. Quod pulchrè his verbis notauit Ludulphus de Saxoniâ, de vitâ Chriſti par. 2. cap. 86. *Sicut*, inquit, *Deus ſuâ patientiâ cuncta patrando, Pater eſt & Dominus omnium: ita Beata Maria ſuis meritis cuncta reparando, Mater eſt, & Domina rerum. Deus eſt, & Dominus omnium, ſingula in* 2.

Gen. 2. v. 19.

Baſil. Seleuc. Orat. 2.

Ludulphus.

Digitized by Google

Chriſtus Deus, Redẽptionis gloriã cum Matre partitur. *in ſuâ naturâ propriâ iuſſione conſtituendo; & Maria eſt Domina rerum, ſingula congenita dignitati per illam quam meruit gratiam, reſtituendo.* Faceſſat primus Adam cum ſuâ illâ nominationis linguatâ gloriâ, & inani vocabulorum phantaſiâ: Deus ſibi iure ſumit Conditoris omnium decus, quod eſt omnipotentiæ elogium: Corredemptricis, ſeu Reparatricis gloriam, indulgenter Matri ſuæ permiſit. Quaſi dicat: Eſto, ô Deipara, humanæ *reparationis* mecum artifex, quandò hominum condendorum eſſe non potes. Formentur à me, *reparentur* à te mecum. Partiamur huius fictricis ſollertiæ gloriam: me cognoſcant naturæ & gratiæ artificem, omnipotentiæ elogio, & paſſionis merito; te *Reparatricem* intelligant Corredemptricis nomine, & Reſtauratricis vocabulo. *Deus ſingula in ſuâ naturâ propriâ iuſſione conſtituit; Maria ſingula congenita dignitati per illam quam meruit gratiam, reſtituit.* Eleganter quidèm Ludulphus.

3. AdColoſſ. 1. v. 24. Ad Coloſſenſes 1. ſic ad eos de ſe Apoſtolus ſcribit: *Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis.* Magnum eſt in paſſionibus non mœrere; maximum eſt eſt lætanter gaudere, Quare ſic Paullus in ſuis paſſionibus gaudet, & Chriſto adgaudet? *Adimpleo*, inquit, *ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ.* Non morabor hîc Interpretes, quo pacto potuerit Paullus in carne ſuâ adimplere ea quæ deſunt paſſionibus Chriſti, quaſi aliquid Dominicæ paſſioni defuerit, quod ſupplere Apoſtolus eualuerit. Quod ſparſim non ſemel aliàs expoſuimus. Et quidèm ſi quid Dominicæ paſſioni deforet, opinor, citiùs, & potiùs à Beatâ Deiparâ iuxtà crucem patienti Filio acerbiùs compatiente, *adimpleri* potuiſſe. Tempeſtiuè Georgius Nicomedienſis Serm. 8. proponit Beatam Virginem Filio crucifixo adſtantem, audientémque illam illius poſtremam vocem: *Et clamans voce magnâ Ieſus ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens expirauit*; ita ad rem ſcribit: *Porrò vt auribus percepit, viditque, parum abfuit, vt vnà cum Filij ſanctiſſimâ animâ migrans, omninò paſſionem compleuerit.* Quid eſt, *omninò paſſionem compleuerit?* an ſuam paſſionem? an paſſionem Filij? an vtriuſque paſſionem mundi redemptionem? Certum eſt, per Filij paſſionem morte conſummatam, peractam fuiſſe mundi redemptionem, & valore ſupercõdigno primordialis delicti ſcelus expiatum, humanúmque genus condignè redemptum. At ſicut aliquid defuiſſe adhuc dicitur paſſionibus Chriſti, quod Paullus in ſuâ carne adimpleret (in ſenſu quo Catholici Doctores locum exponunt;) ſic etiam potiori ratione, & ſublimiori metendi modo, aliquid tunc defuit Deiparæ paſſioni, quo diuturniori paſſione ſuâ, & congruo ſuo merito *paſſionem compleuerit.* Adhuc enim deerat diræ lanceæ ferale vulnus, quod non tam inſenſile Filij cadauer, quàm Matris pia viſcera lancinaret: deerat lugubre mœſtiſſimè funus; & aliæ tormẽtorum reliquiæ, quæ Matris *paſſionem omninò complerent*, & ſic hominum redemptionem de congruo peragerent: congrua enim Corredemptricis merita, morte ſuâ conſummauit.

Cùm expirauit Filius, parum abfuit, quin Deipara paſſionem compleret?

Lucæ 23. v. 46.

Georg. Nic.

4. Ad Hebr. 9. v. 27. Ad Hebræos 9. hæc naturæ lex (mitis, an ſeuera?) omnibus intimatur: *ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori.* Sanè, vt ait Siracides: *Teſtamentum huius mundi eſt, Morte morietur.* Morte, inquam, non Mortibus: nam huiuſmodi ſtatutum aut teſtamentum, vnam dumtaxat præſcribit mortem, nempè *ſemel mori.* At de virgine Deiparâ Georgius Nicomedienſis Serm. 8. in S. Mariam aſſiſtentem cruci, ita ſcribit: *Quo precor animo videre poterat* Deipara, *nunc quidèm publicè damnatum, ac flagellis cæſum; nunc autem à militari comprehenſum manu, innumeraque ab eorum malitiâ, ſuſtinentem opprobria? Vt, inquam, viuifica illa facies, prophana reciperet ſceleſtorum hominum ſputa? Quî rogo potens animi erat vt oculos omnia contuentes, velo contueretur obductos? Quomodò caput illud quod venerationi habebat; quod velut Creatoris ac Filij caput oſculans adorabat; ſpineâ coronâ obcinctum, ac arundine percuſſum; omnique maiora honore, ac deſiderabilia ipſi membra, ignominiosè nudata, ac ementitam purpuram induta, aſpicere poterat?* (Nota huius excurſionis clauſulam.) *Hæc illi innumerabiles conſciſcebant mortes. Horum quodlibet, ante etiam mortem Dominicam, lethale illi vulnus infligebat.* Mitto reliqua, quæ perpeſſa eſt, ne longum faciam. Sanè lex Paulli ac Siracidis vnam præſcribit mortem, *ſemel mori*, inquam: at in Filij paſſione ac morte, plura, ipſáque peracerba Deiparæ paſſim occurrũt, quæ *illi innumerabiles conſciſcebãt mortes*; quò vnicæ morti Filij, *innumerabiles mortes* Matris ſociarẽtur, quæ corredemptricem illam efficerent ſimul que facerẽt congruum cum condigno Filio, humanæ redemptionis pretium. Quod idem Georgius Nicomedienſis de eiuſdem Deiparæ in templo præſentatione anteloquitur, aiens de Ioachimo & Annâ Mariam Deiparam in templo offerentibus: *O Iuſtorum præclarè acceptam hoſtiam! O oblationem mundi factam* (futuram, inquam) *redemptionis pretium!* Pende illud, *Mundi factam redẽptionis pretium* Nimirùm Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt quâ morte mundi redẽptio condignè peracta eſt. At Virgo Deipara in Filij paſſione plura patiens, quæ *innumerabiles conſciſcebant mortes*, congruum *redemptionis mundi pretium* obtulit, & Corredemptricis elogium promeruit.

Eccli. 14. v. 12.

Georg. Nic.

B. Deipara propè innumerabilibus mortibus, redemptionis pretium obtulit?

Georg Nic. Serm 6.

5. Prou. 31. v. 22. Prouerb. 31. de forti illâ Matronâ, quæ dudùm in Beatæ Virginis typo præluxit, ita ſcribit Salomon: *Byſſus & purpura indumentum eius.* Suâ induſtriâ ſibi byſſinas & purpureas veſtes confecit: quâ in re ſacerdotales veſtes imitata eſt (vt inibi notant Interpretes) hæ enim contextæ erant ex byſſo & purpurâ: vt ſignificaret ornamentum ſuum eſſe ſacrum & myſticum. Sicut enim ſacerdos iis ornatur ad placendum Deo: ſic & illa ſimilibus ſe decorè ornauit ad placendum, tam Deo quàm ſponſo. *Byſſus* candore ſuo pudicitiam, *purpura* flammeo colore amorem repræſentat. Byſſo ſuam caſtitatem, purpurâ ſuam ex amore paſſionem præ ſe fert & profitetur. Allegoricè hæc adaptat Eccleſiæ Ambroſius lib. de Tobiâ cap. 20. verbis quæ in Beatam Deiparam apprimè quadrant: *Sapientia veſtimentum*, inquit, *eſt ex illis veſtimentis, quæ ex byſſo & purpurâ Sapientia ſibi fecit: hoc eſt, indumentum fidei conſtat ex prædicatione cæleſtium, & Dominica ſanguine paſſionis Byſſo æthera figurantur, purpura ſpecie, myſterium ſacri ſanguinis declaratur.* Addit propiùs ad rem cap. 31. *Fecit de byſſo & purpurâ indumen-* tum

Cornel. ibi.

S. Ambroſ.

Digitized by Google

Deipara paſſio glorioſa dicitur, quâ purpuraſcit ad Corredēptricis elogium.

tum ſibi. De byſſo propter candidam confeſſionem, de purpurâ propter glorioſam paſſionem. (Hæc ille de Eccleſiâ, nos de Mariâ, Eccleſiæ principe.) Itaque Beata Deipara veſtem ſacerdotalem, id eſt, de byſſo & purpurâ induit, vt ſacrificium cruentæ paſſionis Filij, innumerabilibus incruentæ paſſionis ſuæ mortibus offerat in *pretium redemptionis.* Puriſſimæ caſtitatis candorem candore *byſſi* præfert; induitúrque *purpurâ propter glorioſam paſſionem.* Profectò alto ſtilo Virginis Deiparæ *paſſio glorioſa* dicitur: nam tametſi peracerba fuerit immanium dolorum cruciamentis *quæ illi innumerabiles conſciſcebant mortes*; at *glorioſa* meritò perhibetur, quippè quæ illam, ad Corredemptricis cum Filio gloriam ſublimauit, per eámque meruit *mundi redemptionis pretium* offerre. O Deiparæ *glorioſa paſſio*, quæ illi Corredemptricis gloriam fœnerauit!

Arnol. Carnot. ſuprà n. 1. *Omninò tunc erat vna Chriſti & Mariæ voluntas, vnúmque holocauſtum ambo pariter offerebant, Deo: hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis.* In hoc cap. 3. verſ. 2. cùm Boozus appellatur Ruthæ *Propinquus*, in Hebræâ origine, *Redemptor* nominatur. Verus autem Boozus & figuratæ Ruthæ Redemptor fuit, & ad Corredemptricis elogium eam admiſit.

Ruth. 3. v. 2. Hebræus.

6. Matthæi 26. in profano illo Pontificum concilio, ſubdolè interrogatus Ieſus, ritè illis reſpondit ſe eſſe Chriſtum Filium Dei viui. Quo audito omnes vno ore conclamarunt: *Reus eſt mortis.* Tardè quidèm id animaduertit Hebræus populus. Porrò Virgo Deipara noſtrorum ſcelerum reum illum peperit, ac mundo dedit: *Eramus nos* (ait Georgius Nicomed.) *reipœna à tranſgreſſione; reus & ipſe diſpenſationis, quâ clemens humano conſuleret generi factus eſt.* Hinc Ioannes Geometra Hymno 3. ſic Mariam Deiparam ſalutat: *Salue quæ celúmque ſolo, vitámque neci das.* Iam tunc à partu Redemptionis negotium præpropetè auſpicata, dum Chriſtum parit noſtræ culpæ *reum, vitamque neci dat.*

Matth. 26. v. 66.

Georg. Nic. Orat. 6.

Deipara noſtra culpæ reū Chriſtum paris, vitamque neci dat.

Ioann. Geo.

§. CCCXXVII.

Virgo Mater, & Filius Deus, quàm ardenter reciproco flagrarint amore.

1. S. Anſelm. Sancti Anſelmus lib. de excell. Virginis, cap. 4. ſic eleganter ſcribit: *Amorem, quem pater & mater ſinguli debent filio ſuo, debet hæc feliciſſima matrū ſola Filio ſuo; amorem etiam, quem debet filius ſimul patri, & matri, ille Filius vera Virginis ſuæ debet ſoli Matri: nam ſicut alij filij naſcūtur ex patre & matre, ita Filius eius natus eſt ex eâ ſolâ Matre: excedit itaque omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes, amor iſtius Matris in Filium ſuum.* O quot, quantiſque amorum facibus ad Filij amorē Virgo Mater ſufflammatur! Sic Rutha, in ſuæ Deiparæ typo, Obedi ſui, ex quo tandem Chriſtus, miro flagrabat amore.

Patris ac matris amorem, Virgo Deipara Filio Deo impendit.

Ruth 4. v. 22.

2. Prouerb. 31. de forti illâ Matronâ Deiparæ typo, ita ſcribitur: *ſtragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura indumentum eius.* Veſtis *ſtragulata* fuit varietas ſanctarum inſpirationum & deſideriorum, quam tum Angeli phantaſiæ, tum Deus ipſe menti ipſius iugiter ingerebant, ad quaſlibet heroïcarum virturum actiones ſtrenuè obeundas, ſed præcipuè ad ingem & continuum, ardentémque Dei amorem. Veſtis *byſſina* fuit virginitas pluſquam angelica; & *purpura* & flammea charitas, quâ ardentiſſimè flagrabat, quod inibi Interpretes communiter adnotarunt. Et S. Bonauentura in ſpeculo Beatæ Virginis his verbis ediſſerit: *Quis, inquit, dubitare poteſt, omninò in charitatis affectionem tranſiſſe viſcera Mariæ, in quibus ipſa, quæ Deus eſt, Charitas nouem menſibus corporaliter requieuit?* Nempè ipſa Virgo Deipara videtur charitate non tam imbuta aut delibuta, quàm informata aut animata, atque eſſe ipſiſſima ergà Filium Deum charitas: cùm enim ipſa, quæ Deus eſt, charitas, ipſi nouem menſibus corporaliter conuiſcerata ſit, ſic eius viſcera fuerunt inquilinæ charitatis bibula, vt ipſamet eius viſcera non tantùm charitate liqueſcere, ſed *omninò in charitatis affectionem tranſiſſe viſcera Mariæ* viderentur. O beata viſcera, quæ pio beneuolentiæ philtro, arcanâ miriſſimè metamorphoſi quodammodò *tranſiſſe in charitatis affectionem* perhibentur, ineffabili purpurei amoris ſacramento!

Prouerb. 31. v. 22.

Deipara viſcera tranſiſſe in charitatis affectionē perhibentur.

S. Bonauen.

Lucæ 2. nato in Bethlehem Domino, miriſſima eius natiuitas Angelico miniſterio paſtoribus enunciatur. *Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.* Quæ verba S. Cyprianus Tractatu de Natiu. Chriſti, ſic eloquenter elucidat: *Præſentia paruuli*, inquit, *ſic eorum qui aderant oculos occupauerat, ſic illuminauerat animos, ſic corda illuxerat, vt in hoc ſummo bono omnium bonorum vnita collectio videretur, nec opus eſſet euagari, & emendicare per partes, quod ſimul in ſe vno fidelibus omnibus infantia præſentabat:* Quod ſi obuij ſpectatores ſic afficiebantur ergà infantem Deum, *vt in hoc ſummo bono omnium bonorum vnita collectio videretur*; vndè nihil boni aliundè *mendicare* cogebantur; humani ingenij faſtum excellere videtur, quâ amoris exuperantiâ Virgo Mater afficeretur, quæ illum hominem Deum in vtero corporaliter geſtauerat, quem in virginali gremio peramanter fouebat, nutriebátque lacte puriſſimo Pergit Cyprianus nuper aduocatus: *Nec receſſerat à venerabili pectore Matris Spiritus-ſanctus ad verbum Gabrielis illapſus. Poſſidebat domum ſuam; & templum quod ſibi conſecrauerat, adornabat. Seruabat ſacrarium ſuum, & ſanctimonia thalamum honorabat: lætificabant conſolationes huiuſmodi animam benedictam, & tanti habitatoris reuerentia concupiſcientiarum ludibria abigebat; legem mentis lex carnis non infeſtabat; rebellio nulla quietem ſpiritus affligebat. Paruulus ſugens vbera purâ alimoniâ vtebatur, & fons ſacri pectoris defæcatum edulium ori mundiſſimo infundebat.* (Pende quæ ad rem ſubiicit verba) *Sed & cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum ſuperant intellectum imbuebant: erátque vtrimque mira iucunditas, cùm pia ſancta Matris & deuota humilitas, & Sancti ſanctorum immenſa benignitas confœderatis affectibus mergerentur.* Singula Cypriani verba epithaſim afflant. Porrò quaſi parùm foret Matri infantem Filium Deum eo affectu proſequi quo amandus eſt is, in quo *vt in ſummo bono omnium bonorum vnita collectio videretur*, adeò vt nullam bonitatis ſpeciem à ſpectabilibus creaturis emendicet; appoſitè addit,

3. Lucæ 2. v. 16.

S. Cyprian.

In puero Ieſu vnita bonorum omniū collectio dicitur.

S. Cyprianus

4. Filij ac Matris immenſus amor in affectuum pelago mergitur.

Digitized by Google

addit, quòd pia Matris humilitas, & Filij immenſa benignitas, exaggerationis charitatis æſtu, *confœderatis affectibus mergebantur.* Nempè ſic affectuum blanditias reciprocabant, vt affectuum immenſitas *mergeretur.* Superimmenſum videtur amoris pelagus, vbi *mergi* dicitur affectionum *immenſitas*? Quare mirum non eſt, ſi reciprocus Filij Dei, ac Matris Virginis amor *confœderatis affectibus* exundans, *humanum ſuperet intellectum.*

5\. Cant. 2. v 16. Canticorum 2. hæc ſponſæ audaciuſcula amoroſè vox auditur: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* quò expreſſiùs Virgo Deipara delineari videatur. Sanè humanæ mentis audaciam excellere videtur, quòd vna Deipara Dei intentionem, curam, præſentiam, Deúmque totum, quaſi proprium vendicet ſibi, aiens: *Dilectus meus mihi.* Nec eo contenta tamen pergit ampliùs gloriari, & quaſi ex æquo rependere vicem amore reciproco. Sequitur enim: *Et ego illi.* Inſolens verbum, *Et ego illi,* nec minùs inſolens: *Dilectus meus mihi,* niſi quod alterutro inſolentiùs vtrumque ſimul. O quid non audet concitatior amoris vis? Deum ſibi vindicare, illique adhærere audet & ſe Deo conuiſcerare. De Virgine Matre potiùs adſpectu ad Filium Deum dixerit Bernardus Serm. 71. *Mihi adhærere Deo bonum eſt. Bonum planè ſi omni ex parte adhæſeris. Quis eſt, qui perfectè adhæret Deo, niſi qui in Deo manens tamquam dilectus à Deo, Deum nihilominùs in ſe traxit diligendo? Ergò cùm vndique inhærent ſibi homo & Deus; inhærent autem vndique intimâ & mutuâ dilectione inuiſceratis alterutrum ſibi. Per hoc Deum in homine, & hominem in Deo eſſe haud dubiè dixerim.* Itaque Beata Deipara per Incarnationem, Deum ſibi concorporauit atque conuiſcerauit; per amorem verò iterùm ſibi Deum ſibi *conuiſcerauit*; & inſuper ſe *conuiſcerauit* Deo. De priori conuiſcerationis ſeu concorporationis modo, ait Petrus Damianus Serm. 2. de Natiu. *Quarto modo ineſt* Deus *vni creaturæ, videlicet Mariæ Matri, identitate; quia idem eſt cum illâ. Hic taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem. Habitat Dominus in Virgine, cum quâ vnius naturæ habet identitatem.* Hâc priori concorporatione Deus conuiſceratur Virgini Deiparæ, cùm ex eius almis viſceribus, & in eius vtero in hominem coaleſcit, arcanâ corporis identitate. Poſteriori autem modo, priuilegio mutui amoris velut reciprocantis naturam, Filius Deus, & Virgo Deipara quodammodò *inhærent vndique intimâ & mutuâ dilectione conuiſceratis alterutrum ſibi. Per hoc Deum in homine* (Virgine Deiparâ, inquam,) *& hominem* (Deiparam) *in Deo haud dubiè dixerim.* Luculenter ſanè Bernardus!

Pſal. 71. v 28. S. Bernard. *Inter Filium Deum ac Deiparam aliqua identitas eſt.*

B Pet. Dam. *Deo Deipara, & Deipara Deus, per amorem velut conuiſcerantur.*

6\. De ſeipſo, an de ipſius generosâ ſobole, Virgine Deiparâ, inquam, dixit Dauid, nauſeans ad rerum mundialium amorem, & totus diuino amore liqueſcens: Quid mihi eſt in cælo, & à te (ô Deus, & Filij) quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Sanè hanc ſententiam Caſſiodorus de myſterio Virginis, ſiue Incarnationis myſticè intelligit. Itaque non tantùm Chriſtus Deus, *pars* eius dicitur, quia illi, vtpotè verè Dei Matri, Filius Deus concorporatus & conuiſceratus fuit, & aliquâ *identitate* idem ſecum, vt ex B. Petro Damiano nuper adnotabamus: Sed *Deus cordis* ſui dicitur, quia vt alibi ex P. Salmerone expendimus, ex Mariani cordis puriſſimo ſanguine, Filius Deus, Chriſtus, inquam, coalitus perhibetur. Profectò τὸ *Deus cordis*, vox ardentiſſimè amantis eſt. Sic Hiſpanè dicimus, *Dios de mi coraçon.* Potiori autem iure id dixerit Virgo Deipara, quæ Filij Dei amore ardentiùs, & velut impotentiùs flagrabat, & ex cuius cordis puriſſimis ſanguinis guttulis Deus homo coalitus dicitur, & Filius eius extitit. Non ſic impij, non ſic! de quibus dixit Oſeas: *Diuiſum eſt cor eorum, non inueterabunt.* Male diuiſum eſt cor, quod Deum, ac ſimul mundum amare præſumit, partiario fruſtrà amore. Vidè quàm ineffabiliter *cor* Deiparæ *diuiſum* eſt, & verè dicere potuit, *Deus cordis mei.* Audi S. Birgittam libr. 1. Reuelat. cap. 35. Deiparæ nomine loquentem: *Cùm,* inquit, *naſceretur* Chriſtus *ex me, ſenſi ego, quòd quaſi dimidium cor meum naſceretur & exiret ex me; & cùm ipſe pateretur, ſenſi quòd quaſi cor meum patiebatur: ſicut enim illud quod dimidium eſt extrà, & dimidium intrà, ſi illud pungitur quod eſt extra, æquè ſentit dolorē quod intus eſt: ſic ego cùm flagellaretur & pungeretur Filius meus, quaſi cor meum flagellabatur & pungebatur.* Sic etiam cùm glorioſus ſurrexit rediuiuus, & victoriali gloria ad cælos triumphator aſcendit; vices gloriæ cor Deiparæ myſticè reciprocabat, arcano quodam immenſi amoris ſacramento. O quàm verè in Filij ſui aduerſis ac proſperis Deipara amoroſè exclamabat: *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum!* Arcanè *diuiſum eſt cor* meum, ne tota in me viuam; ſed in te, per te, & tibi viuam tota. Cordis mei totus amor, in te vnum indiuiſus tendit; ſed, *O Deus cordis mei, diuiſum eſt cor* meum, & cordis mei dimidium in te & apud te ineffabiliter eſt; vt mei ergà te amoris officina, & mihi non deſit, & à te non abſit; & miro arcanóque modo, dum à me quodammodò abeſt, intimiùs adſit; téque non ſolum in me, ſed in te ipſo diligam.

Pſ. 72. v. 26. Caſſiod. ibi.

B Petr. Dam. P. Salm. alibi expenſus.

Oſee 10 v 2.

S. Brigitta.

Quomodo Chriſtus dicatur, Mariani cordis dimidium. an amoris ſacramento?

Lucæ 2. poſt oblatum in templo Dei infantem Deum, e prophetico Simeonis ore, dura nimis Virgo Deipara audit: *Et tuam,* inquit, *ipſius animam pertranſibit gladius.* Quæ Prophetæ verba, acerbitatum plena, imperterrito animo Maria excepit, etſi diræ mortis præſagium indè augurari potuiſſet. Profectò nil amanti acerbum, vel mortis pericula amore fruſtrante. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Quæ eſt hæc amoris cum morte analogia? Audi Gregorium: *Quod mors agit in ſenſibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus animi. Sunt enim nonnulli, qui ſic diligunt Deum, vt omnia viſibilia negligant; & dum mente in æterna* (in Deum, inquam) *tendunt, ad omnia temporalia penè inſenſibiles fiunt. In his nimirùm vt mors dilectio fortis exiſtit, quia ſicut mors exteriores corporis ſenſus ab omni proprio & naturali appetitu interficit; ſic dilectio,* &c. Luculentiùs, opinor, Ambroſius: *Valida eſt charitas ſicut mors: Charitas mortis ictus interimit.* Non timet Deipara Propheticum gladium, qui ipſius animam sauciet: nam Filij ſui amor ſic eam ad humanas calamitates reddit inſenſilem, vt vel *mortis ictus interemerit. Fortis eſt vt mors dilectio.*

7\. Lucæ 2. v. 35.

Cant. 8. v 6.

S Greg. ibi. *Amor Filij ſui, omnes ictus mortis interemit in Deiparâ.*

S. Ambr. in Pſal. 118. Serm. 15.

§. CCCXXVIII.

§. CCCXXVIII.

Mariana gloria, aliquo velut immenſitatis ſacramento, glorias in Deum, in Angelos, & in homines copioſè reuerberat.

1. S. Bernard.

SAnctus Bernardus Serm. 1. de Aſſumptione, ſic eleganter ſcribit: *Quis cogitare ſufficiat quàm glorioſa hodie mundi Regina proceſſerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cæleſtium legionum prodierit multitudo; quibus ad thronum gloriæ canticis ſit deducta; quàm placido vultu, quàm ſerenâ facie, quàm diuinis amplexibus ſuſcepta à Filio, & ſuper omnem exaltata creaturam; cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit; cum eâ gloriâ, quæ tantum decuit Filium?* Nempe Virginis Deiparæ in cælis honorem, penè immenſa meritorum dignitas taxat: empyreæ autem *gloriæ* menſura eſt, *quantum decuit Filium* Deum. O quantùm huic *decentiæ* licet!

Gloriâ, quâ Filiũ Deum decet, Deipara beatur?

2. Prou. 8. v. 18. Bibl. Comp.

Prouerbiorum 8. ſub Sapientiæ figurâ ſic Deipara homines alloquitur: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ* (Biblia Complutenſia, *ſupernæ,*) *& iuſtitia.* His verbis opulentioris gratiæ, & beatæ gloriæ diuitias, quas Beata Deipara poſſidet, Salomon copioſe declarat. Imò etiam quas aliis munificentiùs largitur. Quare (vt aliàs notabamus) pro τὸ *Mecum ſunt diuitiæ*, &c. Symmachus habet: *A me ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, ſupernæ*, inquam. Quare poſtmodùm verſ. 21. ſubdit: *Vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam.* Quid eſt *theſauros* gratiæ & gloriæ *replere*, niſi eos vberiùs cumulare? Profundè hâc ſuper re S. Anſelmus lib. de Excellentiâ Virg. capit. 8. *Quid ampliùs, ait, dicere poſſum, Domina? Immenſitatem quippè gratiæ, & gloriæ, & felicitatis tuæ conſiderare incipienti, & ſenſus deficit, & lingua fatiſcit.* Opinor, magnus Theologus Anſelmus valdè theologicè loquitur de *immenſitate* Marianæ *gratiæ*, & beatæ *gloriæ*, & æternæ *felicitatis*, eo modò quo illi conuenire poteſt; qui adeò ſublimis eſt, vt illius captum excellere fateatur. Porrò de immẽſitatis attributo venit, vt Deus vbique & in omnibus totus ſit: ſimilem ergò ad modũ, Beata Beatiſſimæ Mariæ *gloria*, non tantùm illam eſſentialiter beat; ſed ex ipſâ beatè ſpectatâ, tot in reliquos Beatos exundant accidentales *gloriæ*, tam glorioſum ſupernæ *felicitatis* auctarium, vt beata Deiparæ gloria, & ſuperna felicitas dicatur *immenſa*. Quaſi ita adaugeat vniuſcuiuſque beatitudinem, vt abſque ſuæ beatitudinis vllo diſpendio, beatitudines omniũ mirè augeat, & ineffabili felicitate incrementet. Vndè verè dicere potuit: *Mecum* (& indè *à me*) *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſupernæ.* Quod ex iam iam dicendis ampliùs elucidabitur.

Symmach.

Mariana gratia ac gloria immẽſitas tribuitur. quare? S. Anſelm.

3. Eccli. 42. v. 16.

Siracides Eccleſiaſtici 42. *Sol*, inquit, *illuminans, ſuper omnia reſpexit: Gloriâ Domini plenum eſt opus eius.* Quaſi dicat: Annunciabo & celebrabo glorioſa opera Domini; quia ea vidi per lumen Solis: Sol enim omnia illuminans inſpicit, ac à ſe illuminata omnibus inſpicienda proponit, ex quâ Solis illuminatione fit, vt ſingulis appareant opera Domini, eorúmque decor ac pulchritudo, ac proindè in iis Domini gloria & maieſtas reſplendens clarè à ſingulis conſpiciatur; vt omnes, ſi verum dicere velint, cogantur exclamare: *Gloria Domini plenum eſt opus eius.* Verùm Richardus à S. Laurent. lib. 10. de Laudib. B. Mariæ hanc ſententiam ad eam, eiúſque gratiam refert ac reſtringit, ſic fatus: *Inter omnia huius artificis* (Dei) *opera, Maria ſpeciale eſt opus, de quo dicitur: Gloriâ Domini plenum eſt opus eius: quam ad hoc fecit, vt quod de priori artificio fuerat deformaretur.* Itaque Deipara & Deum format, & mundum reformat. Vndè de ipsâ dicitur: *Gloriâ Domini plenũ eſt opus eius.* Ceterùm S. Bonauentura in Speculo Virg. c. 7. hoc opus Domini gloriâ plenum, ad plenitudinem Marianæ gloriæ, accommodatiùs refert: *Maria*, inquit, *plena fuit reſultatione, ſiue expreſſione diuinæ gloriæ, iuxtà illud Eccleſiaſtici; Gloriâ Domini plenum eſt opus eius. Antonomaſticè opus Domini eſt Maria, de quâ dicitur: Vas admirabile, opus Excelſi. Verè opus mirabile, quia numquam inuenitur ſimile. Hoc enim opus plenum eſt Dominicâ gloriâ, quia ſuprà omnem puram creaturâ reſultat, & relucet pleniſſimè in Mariâ.* Et infrà ſubiicit: *Plena eſt omnis terra gloriâ eius, ſicut dicitur in Iſaiâ. Plena eſt tota Mariâ, relucẽte in ſe pleniſſimè diuinâ gloriâ.* Itaque ideò ait Salomon: *Gloriâ Domini plenũ eſt opus eius;* quoniam Virgo *Maria plena fuit reſultatione, ſiue expreſſione diuinæ gloriæ.* Imò ex ſumptuoſiori *expreſſione* diuinæ gloriæ, quæ vberiùs exũdabat in Deiparâ, tanta *reſultabat* gloria, vt opulentam in reliquos gloriam vbertim reuerberaret. Sic hoc *opus* Domini, nempè Maria, *plenum eſt gloriâ eius!* Quin & in terrâ etiam copioſè exuberat: nam *plena eſt omnis terra gloriâ eius*, id eſt, *plena eſt tota Mariâ, relucente in ſe pleniſſimè diuinâ gloriâ.* Vndè forſan Marianæ *gratiæ & gloriæ immenſitatem*, nuper Anſelmus adſtruebat. Non dimittam hîc innotatum, quòd licèt Maria Virgo plena dicatur *expreſſione diuinæ gloriæ*, nõ ita idoneè videtur dici *plena* ipſius diuinæ gloriæ *reſultatione*, nempè diuinæ gloriæ reuerberatione, quæ ex illâ in homines exundanter reſultat; niſi forſan in ſuæ *plenitudinis* partem reputet, gloriam quam ex ſuâ ſuperplenitudine in nos vbertim reuerberat beneficâ imprimis exuberantiâ. Quin & *reſultatio* quandam velut naturalem gloriæ ad nos emanationem importare videtur; qui eſt pius aliquis glorioſæ beneficentiæ ac plenitudinis faſtus.

Richardus. *Maria plena eſt expreſſione & reſultatione diuina gloria.*

S. Bonau.

Iſaiæ 6. v. 3.

Omnis terra plena eſt gloriâ Dei, id eſt, Mariâ.

Deipara dicitur plena gloriâ quæ ex illâ ad nos reſultat.

S. Anſelm. ſuprà n. 2.

Regius Propheta Pſalm. 47. in admirationem raptus ob Marianam, & indè diuinam gloriam, ſic modulatè pangit: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.* Intermitto plures huius Pſalmi ſententias, quæ Deiparæ elogia concinnè decantant. Sed quid eſt, quòd ipſe Deus, qui eſt immetata ſumma gloriæ, gloriæque opulentioris conceptaculum, laudabilis nimis, nimiſque glorioſus in Maria antè tot retrò ſecula prædicetur? Scio quid τὸ *nimis* in Bibliis ſignificet; ſed hîc cùm de Mariâ agitur cum ſignificantiori epithaſi ponitur. Quod diſertè Richardus adnotauit lib. 2. de Laudib. B. Mariæ ſic fatus: *Per ipſam, & in ipſâ, & ex ipſâ* Mariâ *augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti. Vndè in Pſalmo: Magnus Dominus, & laudabilis nimis*

4. Pſal. 47. v. 2.

Richardus à S. Laurent.

Gloria totius Trinitatis, Maria auctarium adiicit.

mis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Licet enim in omni creaturâ ſit Deus magnus, & laudabilis nimis; tamen nominatim dicitur magnus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, quæ eſt Maria, de quâ dicitur in Pſalm: Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei.* (Pſal. 86. v. 3.) Verè Dominus dicitur magnus per Mariam, quæ verè dixit: *Magnificat anima mea Dominum.* (Lucæ 1. v. 46.) Magna per omnia Maria, & ſola Deo ac Filio ſuo minor. Ab eâ autem Deus *nimis laudabilis*, ac nimis glorioſus cum emphaſi perhibetur: tanta enim, támque ſublimiſſimè anguſta eſt Mariæ gloria, quæ exundat in cælos, & terram implet, vt *per ipſam, & ipſâ, & ex ipſâ augeatur gloria Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti.* O ſic *gloriâ Domini plenum eſt opus eius*, Maria, inquam, vt per ipſam, & in ipſâ, & ex ipſâ, immenſa infinitè gloria Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti, aliquod auctarium ſuſcipere poſſit? Per Mariam, in Mariâ, & ex Mariâ Deus *nimis* glorioſus nominetur? O quantâ cum emphaſi vocula *nimis* à Prophetâ excribitur! Vltrà humanum faſtigium videtur tantâ auguſtiùs gloriam in Deum reuerberare. (S. Bonauent.) Appoſitè S. Bonauentura in Speculo B. Virg. cap. 6. *Quicquid poſt Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius eſt in gloriâ, hoc Maria, hoc in Mariâ, hoc per Mariam eſt.* Quod alibi quondam expendebamus.

5. (Cantic. 4. v. 15.) Canticorum 4. Sponſa Deipara appellatur: *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Hoc impetu ſignificatur magna aquarum copia ex alto dilabentium. Aquæ viuentes vocantur, quæ è venis terræ iugiter manant & ſcaturiunt, vti fit in puteis & fontibus: hæc enim ſunt quaſi ſanguis terræ, ac inſtar viuentis è ſuis ſcatebris ebulliunt, mouentur, & fluunt perenniter. (Ioan. Geom. *B. Virgo dicitur mens rapida.*) Ad hunc locum adludere videtur Ioannes Geometra Hymno 4. ſic Virginem Mariam ſalutans: *Gaude*, inquit, *mens rapida, & ſubitis quæ motibus altas exuperas mentes, Diua, ſequendo Deum.* Itaque hic Marianus fons *rapidus* dicitur, & fluens cum *impetu*, quo ſignificatur ingens aquarum copia, quæ rapido fluxu ſemper ſcaturiens, numquam deficit, neque vmquam exhauritur; quod elogium ad Deiparæ *mentem* beatâ gloriâ vberiùs exundantem Geometra refert. Quod explicatiùs ediſſerit Guilielmus inibi, qui præſcripta verba ſic myſticè exponit, & Marianæ gloriæ luculenter adaptat: (Guilielm.) Maria Deipara, inquit, *Eſt fons hortorum rigando eos, puteus aquarum viuentium continendo eas. Continet ſibi abyſſos vitæ, & immortalium gaudiorum: ſed non ita continet ſibi, vt non effundat & aliis* (Nam præterquam quòd *per ipſam, & in ipſâ, & ex ipſâ augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti*) (*Deipara, gloria effundens in Angelos & in homines, non minus gloria continet.*) *Effundit Angelis & hominibus participationem pro captu ſingulorum. Angelis quidèm torrentem voluptatis, hominibus in hâc peregrinatione riuulos ſanctitatis, & ſanitatis; donec & ipſi Ciues effecti inebrientur ab vbertate Domûs eius, & torrente voluptatis eius potentur.* (Adnota attentiùs ſententiæ clauſulam) *Sic tamen effundit, vt non minùs contineat.* Ecce tibi Marianæ gratiæ, ac gloriæ ſacramentum; & quare ipſa dicatur *continere ſibi abyſſos vitæ, & immortalium gaudiorum*; imò & ab Anſelmo, *gratiæ & gloriæ immenſitatem*, ſiue gratiam & gloriam, quæ *immenſitatem* de infinitate æmulatur. Nempè cùm per ipſam, in ipſâ, & ex ipſâ *augeatur gloria* Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; cùm tot glorias in homines & in Angelos copioſè reuerberet, quâdam arcanâ immenſitatis æmulatione, abſque vllo ſui detrimento id præſtat, quaſi quod aliis liberaliùs largitur, apud ſe copioſiùs retineat. *Sic tamen effundit, vt non minus contineat.* (*In Deiparâ Deus non incupatim ſuã gloriam oſtendit.*) Idcircò Galatinus lib. 7. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 18. (Galatinus.) *Deus*, inquit, *in Beatâ Virgine oſtenſurus erat gloriam ſuam.* Nulla enim imago ſic exprimit ac *oſtendit* infinitè immenſam Dei gloriam, quàm Beata Virgo Deipara, quæ ſic gloriæ quâdam immenſitate exuberat, vt ſine vllâ ſuæ gloriæ iacturâ, beatas glorias in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, in ſanctos Angelos, atque in homines copioſè reuerberet, *gloriæ reſultatione.* Luculenter quidèm Guilielmus! Hanc, opinor, gloriæ exuberantiam Bethlehemiticus populus ſuæ Ruthæ hîc typicè apprecatur. (Ruth 4. v. 11.)

§. CCCXXIX.

Deipara in templo alitur Euchariſtiæ ſymbolo; hunc panem ſuum quaſi prædam donat; éſtque menſa cibum ferens vitæ rediuiuæ.

1. (S. Bernard. Serm. 2. de Natal. Dom. *In Deipara viſceribus coctus eſt Euchariſticus panis.*) PVlchra S. Bernardi vox eſt: *Felix Mulier, Benedicta in mulieribus, in cuius caſtis viſceribus ſuperueniente igne ſancti Spiritûs, coctus eſt panis iſte*, Euchariſticus, inquam. Sanè Dominicæ carnis panem, & Ieſuani ſanguinis vinum, non oratio, non ſatio, non agricolatio elaborauit; ſed terra virgo permanens intacta, plena fuit pane, vino ſobriè plena, plena ſibi, ſuperplena nobis: quò homines fame ac ſiti auidius extimulati, ad Euchariſticum Virginis myſterium appetentiùs hient, ipſámque eſuriant famem, ac ſitim bibant.

2. (Pſalm. 77. v. 25.) Pſalmo 77. ſic de Euchariſtico cibo occinit regius Vates: *Panem cæli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo: cibaria miſit eis in abundantiâ.* Appellatur Euchariſtia *Angelorum panis*, hoc eſt, panis deſcendens à cæleſti Angelorum habitaculo, non niſi Angelicâ manu ac puritate tractandum. Cùm autem in hoc diuino pane, corpus & ſanguis Chriſti Domini proponatur, portionem aliquam Mariani corporis & ſanguinis, è quibus eſt materiatum, proponi, neceſſè eſt. (*Chriſtus fit concorporalis Deiparæ.*) Nam vt ait Proclus: (S. Proclus. Orat. 6.) *Is qui eodem cum Patre throno ſublimis ſedet, fœmina fit concorporalis.* Ergò hianter appetit participium Euchariſtici panis, cuius ipſa *concorporalis* eſt, illúmque præpropetè eſurit. (*Multiplex ratio cur Deipara in templo præſentatur*) Quare Georgius Nicomedienſis Sermon. 4. qui eſt in S. Deiparæ præſentationem in templo, ita ad rem præſentem opportunè ſcribit: (Georg. Nic.) *Hodie*, inquit, *animatum templum in templo offertur. Ea hodie in templo collocatur, quæ exul humanum genus, per eum quem genuit, in proprias ſedes reduxit. Hodie ſpiritale tabernaculũ fauſta nuncia gratiæ legali ordini perfert, iubétque littera vt locum cedat ſpiritui. Hodie vaſculum Spiritûs in templo depoſitum ſuſcipiendo Dei Verbo aptatur. Neque enim decebat, vt tabernaculum illud mundiſſimũ, in mundi ſordibus verſaretur; ſed vt in irreprehenſibilem tranſlatum*

Digitized by Google

latum locum, primos illic gaudij guſtus ſuſciperet. (Attentiùs adnota quæ ad rem ſubtexit verba:) *Vt illic myſterij ſymbolo ſubminiſtratâ Angeli manu annonâ, aleretur.* Scilicet Sanctiſſima puella Virgo Maria ætate præcoquâ, in templo habitat, ibique Angelorum manu, cæleſti Angelorum annonâ ſubminiſtratâ alitur, & quidèm Euchariſtici *myſterij ſymbolo.* Porrò nondùm *Myſterium Virginis*, hoc eſt, Incarnationis Dominicæ inſtitutum erat; neque illius extenſio, nempè Euchariſticum ſacramentum: quo Chriſti corpus, & indè Mariana portio Euchariſticè propinatur (Chriſtus enim Deiparæ eſt *concorporalis*) Tunc autem, tunc quidèm ante inſtitutionem, ſic Maria Euchariſticum eſuriebat cibum, ex ſuis viſceribus materiandum, vt Angelico cibo, & Angelorum manu, Euchariſtici *myſterij ſymbolo* præmaturè aleretur: vt quæ myſterio nondùm inſtituto ali non potuit, *pane Angelorum*. id eſt, Euchariſtici *myſterij ſymbolo* ſaltem aleretur. Sic anticipatâ eſurie ad hunc hiabat cibum ſibi *concorporalem*, vt ad reliquas nauſearet eſcas, & typico illius ſymbolo cælitùs aleretur in templo, vt *primos illic gaudij guſtus ſuſciperet.* Pergit idem Georgius Nicom. Serm. 6 *Is porrò qui inferebatur cibus, ipſum panem vitæ ſpecie exhibebat; haud obſcuram indicantibus ſimilitudinem habens.*

Deipara in templo, Euchariſtici myſterij ſymbolo alitur.

S. Nyſſen. in Vitâ Moyſis.

3. Prouerbiorum 31. de muliere illa ſtrenuè forti, matronalibus elogijs opinatiſſimâ, in Virginis Deiparæ ſymbolum propoſitâ, ita Salomon ſcribit: *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* Septuaginta Vaticana ſic prius hemiſtichium excribunt: *Facta eſt tamquam nauis.... Congregat autem hæc vitam.* Non mirarer, quòd hæc Matrona *panem ſuum*, à ſe tanto interuallo diſſitum habeat, indéque adducat, vt domeſticos ſuos illo paſcat: At mirifſimum eſt, quòd cùm *panis de longe* adductus, dicatur *ſuus*; cùm illum Suis diſtribuit *præda* dicatur, quaſi foret alienus. Vtrùmque ex alterutro redarguitur, aut quòd non ſit velut furtiua *præda*, cùm *panis ſuus* dicitur; aut quòd *ſuus panis* non ſit, cùm *præda* nuncupatur. Profectò hic *panis* de longinquo adductus à Deiparâ, panis Euchariſticus eſt; eſt enim *panis qui de cælo deſcendit*: & in eius almo vtero ſine viri operâ ſubigitur, fermentatur, atque conditur ad immortalem mortalium vitam. Exindè *de longe portans panem ſuum* dicitur *congregare vitam*; eſt enim *panis vitæ*: cùm verò hæc *cibaria*, ſiue hunc *panem ſuum* Suis diſtribuit, *prædam*, quaſi foret res furtiua, donare perhibetur; an aſpectu ad parùm digna ſuſcipientium merita? an ad auguſtius Euchariſtici doni pretium, & diuinum valorem? Sanè Euchariſticus *panis*, *ſuus* eſt; eſt enim eius Filius ſibi *concorporalis*, & ex ſuo corpore materiatus ac genitus; & indè verè ſuus & ſui aliqua portio. At quia verus Deus eſt, Dei Patris vnigenitus, in ſinu eius de ſuâ ſubſtantiâ natus, Deus de Deo; cùm tantum donum, quo Deus ipſe cenſetur, hominibus Deipara in Euchariſticum cibum præbet velut raptam *prædam dare* perhibetur, quaſi faſtum humani faſtigij excellat, hunc Deificum Euchariſtiæ panem proprio nomine, & tamquam *ſuum* donare, naturalis enim patria Filij Dei eſt Dei Patris mens, in cuius ſinu ab æterno naſcitur? Mariani verò vteri inquilinus eſt, dum in terris peregrinatur Deus homo factus. Itaque quaſi hæc Euchariſtica *cibaria* eſſent velut *abreptiones Diuinitatis*, (vt aliàs aliorsùm expendebamus) cùm illa in ſuo virginali vtero condit Deipara, illaque poſteà hominibus largitur, cùm Deum ipſum donet hominibus in cibum: velut *abreptionem*, aut *prædam dare* perhibetur. *De longè portans panem ſuum. Deditque prædam.* Quæ verba Richardus Virgini Deiparæ adaptans, ait, *Prædam dat, quòd omnes fideles reficit.* quaſi eiuſmodi refectio è prædâ ſit. Porrò dum hæc Matrona fortis ac ſtrenua dicitur, *De nocte conſurgens, dedit prædam domeſticis ſuis*, forſan (vt notat Cornelius) alluditur ad leones, qui ſub auroram exeunt venatum & prædatum. Sic Iob. cap. 24. dicitur: *Quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum: vigilantes ad prædam* (Hebraicè *aurorantes prædæ*, vel *rapinæ*) *præparant panem liberis.* Sic Deipara, quæ *aurora* dicitur, *aurorat præda* vel *rapina*, quò *panem liberis præparet*? Vndè *deditque prædam domeſticis ſuis.*

Prou. 31. v. 14. & 15.

Lxx. Vatic.

Cur Deipara dū ſuum panem donat, prædam dare dicatur.

Deipara dicitur aurorans præda.

Richardus à S. Laur. l. 2. p. 1. de Laud. Virg.

Iob 24. v. 5

4. Salomon Prouerb. 9. ſic habet: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. *Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam.* Nemo tam eſt alienus à Biblicâ eruditione, & Sanctorum Patrum ſcriptis, qui neſciat, quòd *menſa* huius cibus Allegoricè intelligitur Euchariſtia Vnde & hìc vtriuſq; ſpeciei, ſcilicet panis & vini fit mentio, ac victimæ carnis & ſanguinis Chriſti. Ita Athanaſius, Auguſtinus, Cyprianus, & alij paſſim. Quin & myſticè B. Virgo Deipara, hæc *menſa* eſt; ipſa eſt menſa hoc cibo inſtructa, ſiquidèm Chriſtum panem animarum verum, in eius almo vtero de ſuis viſceribus conceptum, nobis peperit, nobis dedit: ipſe enim eſt Euchariſtitica alimonia, quæ in hâc Marianâ menſâ proponitur. Ita S. Epiphanius Serm. de laudibus Virg. *Ipſa eſt*, inquit, *fidei menſa intellectualis, quæ vitæ panem mundo ſuppeditauit.* Et Andreas Cretenſis homil. 2. de Dormitione Virg. *Oſtendit*, inquit *ſuam ſanctiſſimam menſam, vtpote quæ ipſum totum viuificum panem Dominum noſtrum Ieſum, qui eſt vita æterna, qui creatam continet naturam, ex fermento Adamicæ conſperſionis panem factum in vtero geſtauit œconomicè; quæ eos qui ſanctè ad eum accedunt reducit ad vitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos. Quo quidem modo eos quoque expurgat, & reddit immortales, qui participatione noua illius & pulchra eius communionis ei coniunguntur.* Itaque B. Deipara eſt inſtructiſſima menſa, quæ dum *œconomicè* Euchariſticum cibum fidelibus exhibet, nouam illi *pulchritudinem communionis* fœnerat. Verùm Iacobus Monachus inter Græcos Patres auctor opinatiſſimus, Serm. in Natiuitatem S. Mariæ, ita luculenter ſcribit: Deipara eſt *Inſtructa Menſa panem ferens vitæ rediuiuæ.* Profectò quæcumque alia menſa dapes illi ſuperpoſitas ſuſtinet, vt ad illam de facili conuiuatum manus ad eſum ac potum porrigantur: at Mariana menſa Euchariſticum cibum *ferre* dicitur: nam ſine aratione, ſatione, agricolatione, hæc terra virginaliter fœcunda Euchariſticum *panem fert*, coquit, condit, & fidelibus offert ad animarum alimoniam, & paradiſeas vbertim delicias. Addit Iacobus quòd hæc inſtructa menſa panem

fert

Prou. 9. v. 2.

S. Athanaſ. S. Auguſtin. S. Cypr. apud Cornelium.

Deipara Euchariſtico pani pulchritudinem œconomicè fœnerat.

S. Epiphan.

Andr. Cret.

Iacob Mon. apud Combefis.

Deipara eſt menſa panē ferens vitæ rediuiuæ. quare?

Digitized by Google

fert vitæ rediuiua. Sanè *rediuiuum* eſt, quod ex vetuſto ac ſemimortuo iuueneſcit. An hoc *pane vitæ rediuiua*, anni recurantur; & hominis cadauerosa vita renouatur ad iuuentutis gratiam? Nonnũquam *rediuiua*, in ædificiis dicimus materiam diruti ædificij, quæ rurſus ad nouum ædificium applicatur. An quod per Adamicam,& noſtram etiam ruinam eſt dirutum, ad nouam reædificationem è diuerſo materiam præbet, Euchariſtici epuli effectu *rediuiuo?* Opinor, hoc breui verborum compendio, plura ſignificat Iacobus, quàm dicit. Sat eſto ad illius acumen intendiſſe digitum.

5. Eccl. 15. v. 3.
Deipara vitæ cibus, & fons immortalitatis nominatur.
Ioan 6. v. 51.
Anaſt. Anti. Serm. 1. de Annun.

Siracides Eccleſiaſtici 15. ita de Sapientiâ ſcribit: *Cibabit illum* (nempe qui ipſam eſurit, ac ſitit) *pane vitæ & intellectûs, & aquâ ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* Communiter hic locus in ſenſu Allegorico intelligitur de Chriſto, qui ſeipſo quaſi pane diuino nos realiter paſcit in Euchariſtiâ, itaque nos viuificat, & faciet reſurgere ad vitam immortalem, iuxtà illud Ioannis: *Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi: ſiquis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vitâ.* Verùm cùm ipſa Chriſti Dei caro, ex ipſâmet Deiparæ carne coalita ſit, id Anaſtaſius Antiochenus Virgini attribuit: *Salue ergò*, ait, *Mater pariter & virgo, Vitaque cibus, ac fons immortalitatis.* Ecce tibi Beata Virgo, vitæ cibus, & immortalitatis poculum nominatur, arcano cum Euchariſtiâ fœdere, quod hactenùs multis elucidauimus. Exacuendus eſt *intellectus*, vt penetret quid in hoc pane lateat.

6. Prou. 31. v. 16.
Syrus.
Cornelius.
Zach. 9 v. 17
Leo Auguſt. Combeſis.
Deipara eſt ager, qui vniuerſum orbem Euchariſticâ meſſe repleuit.
Ruth. 2. v. 7.

Prouerb. 31. de Muliere illâ forti, quæ in Deiparæ typum proponitur, ita ſcribit Salomon: *Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam.* Syrus, *Agriculturam meditatur.* Sed agriculturam, quâ ager, pannis ac vini ferax excolatur. Quare, vt inibi notat Cornelius, ipſa Deipara Virgo ex agro & vineâ ſuâ profert fidelibus in Euchariſtiâ *frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* De diu infœcundis Ioachim & Annâ, ita ſcribit Leo Auguſtus Orat. 1. apud Combeſis tom. 1. *Velut ager quidam, generationis humanæ ſpicam produceret..... Tardum fuit genitale germen, at naturæ totius germen gloriâ obſcurauit. Defuit aruo flos, at vniuerſum orbem meſſe impleuit.* Sic Rutha Deiparæ auia, & ipſius vmbra, Boozi Oeconomum obnixiùs *rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia: & de mane vſque nunc ſtat in agro.* Sanè Deipara eſt ager, qui vniuerſum orbem Euchariſticâ meſſe repleuit; cuius ſpicas ſic auidè eius vmbra colligit, ad immortalitatis alimoniam.

---

§. CCCXXX.

E copioſâ Marianæ laudis meſſe, ſpicilegium cum Ruthâ ſaltuatim facimus.

1. Georg. Nic.

NEque ſic debitis ei elogiis vtcumque ſatisfacitur. Paucula tamen è multis, in hunc faſciculum mixtim colligimus, vel ſtringimus. Georgius Nicomedienſis Serm. 6. in S. Deiparæ ingreſſum in templum, de eâ templum inhabitante, ita ſcribit: Sacerdos *Zacharias in ſtupo-*

rem actus, quî non ſuprà modum admiraretur? Quâ non honoris excellentiâ, plenam gratiâ Mariam proſequeretur? Quid non cogitare ac præſtare vellet, vt quicquid mundus glorioſum habet, illi tribueret? Quid enim eius non humanos palàm excedebat modos? Quid non eorum, quæ vel minima habebat, magnorum quoque præclara quæque vincebat?

Impar eſt humanæ cogitationis pia audacia, Deiparam laudare.
Quicquid mundus glorioſum habet, Mariæ tribuendum.

Magna quidèm Deiparæ laus, & fœcunda laudum prærogatiua, quòd ſanctiſſimus Dei ſacerdos Zacharias, vel *cogitando* aſſequi vellet, quod poſſet elogium Virgini tribui illi condignum; quaſi Deiparæ laudum vel impar menſura ſit, piè audacior hominum *cogitatio.* (ô quàm multa perpaucis!) Saltem *quicquid mundus glorioſum habet*, in cælo & in terrâ, illi auguſtiùs tribuere ſatagit; nec vltrà poteſt humana tenuitas. In tam opulentâ ergò laudum vbertate, omnia perſequi quæ vel in Ruthâ tranſlucent, prolixum foret. Pauca è multis ſeligam & ſparſim perſtringam, quæ Deiparam prædicent, tenui ſpicilegio Rutham imitatus; nihil tenue, nihil exiguum in Deiparâ eſt: ab illius enim magnitudine magnitudinem fœneratur.

2. Prou 7. v. 7.
Chaldæus. Lxx. Interp. Tigurina. Vatablus.
Hebræus.
Bibl. Rom.
Deipara eſt hominibus ſpiritus, mês, & ratio.
Ioan. Geom.

Prouerbiorum 7. ſic Sapientia homines ad ſe allicit: Dic ſapientiæ, ſoror mea es: & prudentiam vocam amicam tuam: *Video paruulos, conſidero vecordem iuuenem*, &c. Quibus verbis hominum inconſulta mẽs, & puerilis inſipientia denotatur, quò auidiùs hient ad mentis conceptaculum, & ſapientiæ promptuarium, Deiparam, inquam. Pro τὸ *paruulos*, Chaldæus Paraphraſtes habet, *inſipientes*; Lxx. Interpretes, *ſtultos*; Biblia Tigurina, *Stupidos*; Vatablus, *ſimplices*, id eſt, *inexpertos*, imperitos. Pro τὸ *vecordem*, Hebræa vertunt, *carentem corde*; Chaldæus, *deficientem intellectu*; Lxx. *inopem mentis*; Biblia Romana, *indigum ſensûs*; alij, *indigum ſenſu.* Scilicet homo ſic in tenebris ignorantiæ caligat cæcus, vt dicatur, *deficiens intellectu, inops mentis, ſenſûs indigus, & ſenſu indignus.* Ergò accurrant homines ad Deiparam, quæ eſt ſapientiæ atque mentis largitrix munifica. Pulchrè Ioannes Geometra Hymno 3. *Gaudet*, inquit, *grata Parens Sophiæ, Rationis, & Aequi.* Et Hymno 2. dixerat: *Salue lux, decus, & Ratio, ſpes, ſpiritus, & mens, ſperati à cunctis iudiciumque boni.* Nimirùm homines *mentis inopes, ſensûs indigos, intellectu deficientes*, & ſi *ſenſu indigni* ſint, *ratione*, atque *mente*, tamen piiſſima Virgo Deipara, tamquam *Parens Sophiæ ac Rationis*, beneuolè inuitat ad ſe, quæ eſt hominum *lux, ſpiritus, mens* ac *ratio.* O quam clara *lux* degentibus in vmbrâ mortis; ô quàm vitalis *ſpiritus* cadaueraſcenti homini; ô quàm perſpicax *mens* humanæ naturæ mentis inopi; ô quàm recta *ratio* vecordiſſimis mortalibus, in Deiparâ, per Deiparam, & à Deiparâ promptè ſuppetit! ô quàm feliciter ſapiens, qui in ſe, & per ſe, ſtultè deſipiens, Deipara, Sapientiæ Mater, illi eſt *lux, mens, & ratio!*

3. Oſee 11. v. 3.
Hebræus.

Oſee 11. Quia puer Iſraël, inquit, & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum. *Et ego quaſi nutritius Ephraim* (Iſraëlis, inquam) *portabam eos in brachijs meis.* Pro τὸ *nutritius*, aliqui ex Hebræo vertunt, *incedere feci, in pedes erexi, ambulare docui*, hoc eſt, pedetentim deduxi, vti faciunt nutrices, dum infantes deducunt, docentque incedere. Alij, *pedatio.* Quaſi

dicat:

Digitized by Google

dicat: *itio*, vel *ambulatio mea erat ad Ephraim*, ad Iſraëlem, inquam. Lxx. vertunt, συνεπόδιζα, id eſt, *colligaui pedes*, ſcilicet faſciis infantilibus,

Theophyl.

quod etiam eſt nutricum, ait ibidèm Theophylactus. Sed Vulgatus magis preſsè vertit, *nutritius*, id eſt, nutritor, vel nutrix; quæ præter congrui alimenti præbitionem, eiuſmodi reliqua officia, & obſequia omnia importat. Andreas Cretenſis Orat. 1. in Natiuit. S. Mariæ, ſic de eius in Templum præſentatione: Tunc planè, inquit, tunc ſanctorum illa patuerunt Sancta, cùm ſanctiſſimam Sancti Matrem, intrà adytorum gremium reciperent. *Porrò congrua ei profertur eſca; hactenúſque alit nullâ hominum manu comparato cibo, qui modicum aliquantulùm eius eſt alendus lacte: ac Spiritus-ſanctus Nutritius efficitur Virginis.*

Andr. Cret. *Spiritus-ſanctus, nutritius Virginis efficitur. quare?*

Itaque puella Virgo, futura poſtmodùm Dei Mater, & expectatiſſimum omnium ſeculorum negotium cum Filio peractura, munerum mox cum eo peragendorũ quodammodò talionem præproperè ex parte recipit, Spiritus-ſancti velut obſequio expromptiſſimo. Nimirùm ipſa lactabit infantem Deum puriſſimo vberum lacte; illa illum faſciis ſtringet, tamquam gerula in ſinu portabit, in pedes eriget, & incedere docebit ac faciet. Ergò huiuſmodi quodammodò officia, Spiritus ſanctus puellæ Deiparæ præmaturè exhibet, dum *Spiritus-ſanctus nutritius efficitur Virginis.* Nempè futura eſt Mater ac nutrix Filij Dei: cum eâ igitur anticipato ſumptuoſiùs obſequio vices ex parte reciprocet, & *Spiritus....ſanctus, nutritius efficiatur Virginis*; quod eſt grande imprimis eius elogium. Gratulor bonæ Noëmi, quòd è

Ruth 4.v.16 Ruthæ vtero *ſuſceptum puerum* Obed, ex quo Deipara Virgo, & Chriſtus Deus; *poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.*

4. Ruth 2. futurus Ruthæ maritus inducitur:

Ruth.2.v.1. *Erat autem*, inquit, *vir Elimelech conſanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz.*

Serarius. Imperfect.

Boozi nomen teſte Serario quæſt. 1. ſignificat, *In fortitudine*, vel *in eo fortitudo.* Dubius Chryſoſtomus homil. 1. in Matthæum, plures eius laudes addenſans, eiuſdem nomen *præualens* interpretatur. Ceterùm Vatablus τὸ *homo potens*, exponit, *potens virtute*, aut *vir virtutis*; quaſi virtus ſit illi impreſſa, vt virtute honoretur; aut ipſe impreſſus ſit virtuti, vt illam venuſtet; quæ eſt magna magni Boozi laus, quæ in eius ſobole, Beatâ Virgine, inquam, micantiùs tranſlucet.

Vatablus. *Deipara eſt Virginitatis honor, & virtutũ gratia.*

Ioan.Geom.

Sic enim Ioannes Geometra Hymno 1. dę illâ modulatè pangit: *Gaude .... libertatis fons, integritatis honor.* Scilicet nobilis putatur Deiparæ laus, quòd cum Maternitate decus virginitatis adſociauerit; quod ſicut ratum, ſic & miriſſimum Deiparæ cenſetur elogium, humanæ tenuitatis faſtigium excellens. Plus autem audet Geometra, cùm ait, non tam Virginẽ Deiparam commendari Virginitatis laude, quàm ipſam virginitatem commendari, & *integritatem honorari*, quoniam in Beatâ Deiparâ reperiuntur. Nimirùm reliqui homines, virtutum, quas habent, dotibus egregiè honorantur, & aſpectabiles nobiléſque exindè prædicantur: at Virgo virginitatem ipſa venuſtat, & *integritatem honorat*, dum indè præluſtre decus mutuatur. Quare Hymno 4. ſic eam Salutat: *Salue gratia virtutum quæ moribus inſunt, quæque mentem exornant, munera ſúntque Dei.*

Iob cap. 14. ita fatur: *Putáſne mortuus homo rurſùm viuet cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.* Hoc poſterius hemiſtichion ſic vertunt Lxx. Interpretes: *Suſtinebo donec rurſus fiam.* Quod Symmachus explicatiùs expreſſit, *Donec veniat ſancta natiuitas mea.* Reſurrectio enim natiuitatis & generationis nomen habere ſolet; renaſcitur enim qui reſurgit, & ingreditur in vitæ nouæ curriculum, numquam omninò abſoluendum.

5. Iob 14.v.14.

Lxx. Interp. Symmach.

Sic illud Pſalmi: *Ego hodie genui te*, quod Paulus de Chriſti reſurrectione interpretatus eſt. Itaque Chriſtus Deus triduo mortuus, dum de ſepulcro nouo, velut de terrâ virgineâ reſurgit, iterùm naſci perhibetur, natiuitate æmulâ eius, quâ dudùm è Virginis vtero prodierat. Nullámne operam in hanc ſecundam è tumulo natiuitatem Virgo Deipara poſuit? Imò multam, ne illius etiam exſors foret.

Pſal.2.v.7. ad Hebr. 1. v 5.

Deipara in inſtauratricis ſepulturæ curâ ſollerter incubuit.

Georg. Nic.

Georgius Nicomedienſis Serm. 8. in Sanctam Mariam aſſiſtentem cruci, de eâ, poſtquam expirauit Filius, ita ſcribit: *Sic itaque miſerantis affectu oculis intenta, quæ ex eius latere defluebant ſanguis & aqua, colligebat: multóque deſiderio ac honore accipiens, tota in inſtauratricis ſepulturæ curam incumbebat.* Nimirùm pia Mater poſt cruentam immaturè Filij mortem, benè ſcia reſurrectionis quæ tamquam altera natiuitas futura erat; ſedula ſtudioſiùs atque obnixiùs incumbit, *in inſtauratricis ſepulturæ curam*, ne ſecundæ in terris Filij natiuitati deſit: ſed *inſtauratricem ſepulturam* Filio Deo procurans, illius *inſtaurationi* quo poſſit modo ſollertiùs cooperetur. Hinc forſan (quod nuper aliorsùm expendebamus) Ioannes Geometra de Virgine Deiparâ concinnè dixit illâ alloquens: *Quæque Deum nobis, nóſque Deo reparas* Num *Deum nobis reparat*, quæ ſic ſollicitè *in Filij Dei inſtauratricem ſepulturam incumbit?* Mariáne Filium Deum ſic *reparet, & inſtauret?*

Quo ſenſu Deipara Deum reparare dicatur. Geometra.

Prouerb. 31. de forti illâ Matronâ, in Deiparæ ſymbolo, ita ſcribit Salomon: *Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Chaldæus & Vatablus pro *Chananæo*, habent, *Mercatori*; Pagninus verò *negotiatori*, perindè eſt. Nempè hæc Matrona *ſindonem*, id eſt, lineam, ſupellectilem ſubtilem ac pretioſam, vel aliquod elegantis veſtimenti genus fecit domeſticâ ſollertiâ, & *vendidit negotiatori.* Addidit cingulum ſiue zonam, quâ veſtis illa ſtringeretur. Mirum autem eſt, quod prænobilis Matrona domeſticam ſupellectilem pretio nundinetur. Exindè totus contextus allegoricum ac myſticum ſapit ſenſum.

6. Prou. 31. v.24.

Chaldæus. Vatablus. Pagninus.

Euangelicæ prædicationis pretium, eſt populorum conuerſio. S. Gregor.

Allegoriam tradit S. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 16. *Quid*, inquit, *ſignatur per linteum ſindonis, niſi ſubtilis intextio ſanctæ prædicationis. Hanc ergò ſindonem Eccleſia fecit & vendidit, quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus vitam rectæ conuerſationis accepit.* O bonum Euangelicæ prædicationis pretium!! taceo. Ceterùm Interpretes hunc locum myſticè de Virgine Deiparâ intelligunt: neque in eâ peregrinatur verbum, *vendidit*, etſi liberalitate præniteat. Appellatur enim à Proclo, *Salutaris commercij nundina.* Richardus autem lib. 2. de Laud. B. Mariæ, ſic locum exponit: *Sindonem fecit, & vendidit, &c. Hanc veſtem nobis quodammodò vendit, quandò eam nobis largitur, & indè à nobis dignè glorificatur.* (O quàm eſt nobis pretioſè proficuum,

Deipara eſt ſalutaris commercij nundina. Procl. Orat 1. Richardus.

Digitized by Google

proficuum,huius emptionis pretium!) *Hanc etiam ſindonem ſibi tunc fecit, quandò caſtitatem vouit: tunc vendidit, quandò per votum virginitatis Filio Dei complacuit, vt incarnaretur in eâ.* O ſumptuoſioris commercij cum Filio Deo nundinas! Virgo Mariâ tot gratiis à ſuæ conceptionis inſtanti cælitùs exornata, Deo placuit; & ex ſuis puriſſimis viſceribus, tamquam è pretioſiſſimâ telâ,illum humanâ carne induit: *Tunc vendidit, quandò Filio Dei complacuit, vt incarnaretur in eâ.* Humanam corporationem incarnando Deo Virgo Deipara *vendidit?* O quàm multa vno verbo! Euge Maria Virgo,cum enim debitorem habes, cui omnes immenſum debemus, atque ſoluendo non ſumus.

Num corporationem humanam Deipara Deo vendidit?

§. CCCXXXI.

Mariani ſpicilegij varium penſum abſoluitur.

1. PVlchrè Petrus Damianus Serm. 1. de Natiuit. Virgin. *Vita actiua*, inquit, *& contemplatiua Virginem perfectiori diligentiâ ambierunt.* O bona vitæ actuoſioris *ambitio*, quæ vt honoretur in Mariâ negotioſè procurat, in qua ſedulò,inueniatur,auguſtius ſe putat ſublimari. Sanè *vita actiua* negotioſa diligentia ſolerter ſatagit, vt antitypus typo reſpondeat, figuratum figuræ, & vmbræ corpus, nempe Ruthæ Deipara. Rutha enim non ſedebat inertter delicata, ſed operi ſedula, ſedulo ſpicilegij labori inſtabat maſculo robore, & vltrà feminæ vires actuoſo. Vndè Deiparatam Ruthæ ſobolem,ſic Bernardus affatur: *O certè vita*, inquit, *amabilis, deſiderabilis! ô vita quæ nutris tuos caleſtibus alimentis! qui enim vult te habere, ſe affligat, delicias reſpuat delicata quæque contemnat.* Hàc, hàc, inquam, ſollertiâ *vita actiua Virginem ambit.*

Petr. Dam.

Vita actiua operibus ſedula, Deiparam ambit.

Ruthæ 1. v. 17.

S. Bern. in Medit. ſuper Salue Regina.

2. Iob. 1. præmittitur procemiolum, quo ſumma virtutum eius continetur. Vir, inquit, erat in Terrâ Hus nomine Iob, *Et erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo* Sanctitatis Iobi auſpicium, ac primum elogium ſcribitur, quòd erat vir *ſimplex*, quod nomen plura Hebraicè dicit, quam Latinè ſignificat. Porrò *τὸ ſimplex* dicitur à radice תמם *Thamam*, quod *finire*, vel *conſummare*, aut *conſummari* ſignificat, Hiſpanè *ſer, ò eſtar acabado*. Et cùm ad mores transfertur, vti hîc transferri conſtat,conſummatum,atque perfectum,& omni ex parte abſolutum ſignificat. Quare Latinus interpres non vno modo hanc vocem alibi vertit,*innocentem, immaculatum, plenum,perfectum, integrum*, vt eruditè inibi Pineda noſter adnotauit. Itaque cùm de ſancti Iobi probitate agitur, déque inculpatis moribus, eius virtus dicitur *plena, perfecta, integra*, quaſi illi ad perfectionem nihil deſit. Quæ eſt hæc virtutum *integritas*, quam Iobo tot virtutum facinora perfecerunt? Faciliùs in lege Euangelij & gratiæ, quàm in naturæ lege, id definiri poterit. Quâ de re S. Hildefonſus Ser. 3. de Aſſumpt. S. Mariæ, ſic peritè ſcribit: *Vita Beatæ Mariæ ſpeculum & ſpecies fuit totius caſtitatis, & Integritas virtutum, decus pudicitiæ, & magiſterium valdè eximium probitatis.* Ecce tibi in re morum, tot virtutum facinora Iobum effecere virum plenum, perfectum, & *integrum*; nunc verò Mariæ Deiparæ, vita, eius deuotio, aduocatio, & interuentio, non modo eſt *ſpecies* ſeu venuſtas pudicitiæ; ſed etiam virtutum *integritas*, plenitudo, & perfectio. quaſi murila & imperfecta ſit virtus, quam non ſingulàriter Deipara fouet.

Iob 1. v. 1.

Hebræus.

Pineda.

Deipara ſententioſè dicitur, Virtutis integritas.

S. Ildefonſ.

3. Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, &c. Pro *τὸ virga*, Symmachus & Theodotion vertunt *germen*, ramus inquam: nam è radice ramus, è ramo flos. Porrò virga ſeu ramus eſt B. Virgo Maria, flos eſt Chriſtus, radix eſt familia Dauidis. Hæc obuia ſunt, & memini non nota. Ceterùm Abſalom Abbas Serm. 28. de Natiuit. B. Virgin. profundiùs hàc ſuper re philoſophatur, & huius radicis plures vnum ramos agnoſcit, ſic fatus: *Rami ſunt ſancti viri, qui imitatione virtutis, & ſanctitatis propoſito Beatæ Virgini quodammodò inſerti ſunt, longitudine ſpei, & latitudine charitatis circumquaque diffuſi.* Scilicet ſancti viri, qui Deiparæ Virgini addicti ſunt, ſunt etiam *rami*, huic Virgineo ramo ſeu *virgæ quodammodò inſerti*, quâdam deuotionis vnione inſitionis æmulâ: quod eſt aliquod Marianæ deuotionis ſacramentum; illúdque Georgius Nicomed. Orat. 3. his verbis ediſſerit, ſic de Virgine Deiparâ ſcribens: *Altigena ille ſacramenti ramus, ex quo aſcendens immortalitatis flos, æternam odoris ſuauitatem perſpirauit.* Ecquod eſt huius *rami ſacramentum?* An quòd tamquam ramus florem, Chriſtum Deum floridè parturierit? An huius *rami ſacramentum* eſt, quòd ſancti viri Mariæ imitatione, interceſſione, ac fotu, huic Virgineo ramo tamquam ſurculi *quodammodò inſerantur?* O bonam ethicè inſitionem, quâ Deiparæ clientes illi inſeruntur!

Iſaiæ 11. v. 1.

Symmach. Theodotion

Abſal. Abb.

Deipara clientes, velut rami ramo, quodammodo inſeruntur.

Georg. Nic.

Deipara eſt Sacramenti ramus.

4. Danielis 6. de ſubdolâ Satraparum inuidiâ, ſuperbiſſimus rex Darius hoc edictum arroganter propoſuit: *Rex* (aiunt ad illum Satrapæ) *numquid non conſtituiſti, vt omnis homo, qui rogaret quemquam de Diis, & hominibus vſque ad dies triginta, niſi te, Rex, mitteretur in lacum leonum?* Opinor, elogium quod regiæ ambitionis faſtus ſibi inſolenter ad breue tempus arrogauit; hoc Deiparæ Virginis pietati ac beneficentiæ Filius Deus quodammodò in perpetuum conceſſit, dum illam tamquam humanarum precum Dominam mundo præpoſuit. Illud Pſalmi: *Preparationem cordis eorum audiuit auris tua*, ſic ad Deiparam flectit Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laudib. B. Mariæ, p. 2. *Preparationem cordis eorum*, inquit, *id eſt, humilium, audiuit auris tua, id eſt, Beata Virgo, quia eâ mediante pauperes exaudis, homo mediante aure ſuâ.* Proh, qui in humanis mendicitatibus non clamat ad Deum per Mariam, mutus eſt,etſi garrulè multiloquus! Maria Deipara humanis ad Deum precibus ſic Præpoſita eſt, & diuinæ audientiæ Præſes, vt velut ſurdus ſit Deus, niſi ad orationem, quam Maria, velut eius *auris* exaudit. Quæ ſemper eſt *auris* Dei, auditionis ſenſum iure arroganter ſibi Darius arrogauit, dum Dei ac Deiparæ abreptiones, licet ad breue tempus affectarit.

Daniel. 6. v. 12.

Pſal 9 v. 17

Richardus.

Deipara Virgo ſententioſè dicitur, Dei auris.

5. Eccleſiaſtici cap. 24. ſic ore Sapientiæ Virgo Deipara loquitur: *Ego mater pulchræ delectionis*

Eccli. 24. v. 24.

Digitized by Google

& timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me.* Sanè tot humanas vtilitates Deipara proponit hominibus, quò illam diligant, ſaltem amore concupiſcentiæ qui ad propriam vtilitatem in re amandâ potiùs attendit. Quare ait: *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini.* Syrus rem explicatiùs tradit: *declinate ad me omnes, qui concupiſcitis me, & de fructibus meis optimis voluptatem accipietis.* Verùm concupiſcentiæ amor, propriæ vtilitati velut auarè intentus, à generoſitate *pulchra dilectionis* deſciſcit. Vndè Ioannes Geometra ſic profundè Deiparam ſalutat: *Salue quam ſolus dilexit amabilis vnus, qui Pater eſt, & amans ingeniti decoris. Salue prima, & aue ſola.* Quid eſt quòd *ſolus* Deus Virginem Deiparam *diligere* perhibetur? An non homines, & Angeli etiam, omnéſque Cælites eam impensè *diligunt*? diligunt ſanè, ſed *vnam* ac *ſolam* Deiparam *ſolus* Deus hâc *pulchrâ dilectione*, & digno Marianæ bonitatis amore, eam dignè diligit, in eáque gaudenter complacet. Faceſſant Angeli, erubeſcant homines, quia Mariæ bonitatem digno amore proſequi non eualent: *ſolus* enim Deus Marianæ pulchritudinis plenè conſcius, Mariam hâc *pulchrâ dilectione* proſequitur. Quantum poſſunt creaturæ Mariam ament, certatim contendant amoris vires; maior eſt omni dilectione Maria. *Salue quam ſolus dilexit amabilis vnus* Quaſi adſpectu ad amorem, quo Deus Mariam diligit, & in eius pulchritudine gratiùs complacet, omnis creaturarũ amor vix ad amoris elogium reputetur. Vis noſſe quàm ſit degener hominum ergà Mariam amor? audi Bernardum Serm. de Aquæd. *Totis ergò medullis cordium*, inquit, *totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam veneremur: quia ſic eſt voluntas eius qui totum nos habere voluit per Mariam.* Idcircò ſe *concupiſci* dicit; an queritur?

Syrus. — Ioan. Geom. — *Quo ſenſu ſolus Deus dicatur Mariam diligere* — S. Bernard.

6. Lucæ 1. cunctanti Virgini, ne virginitatis iacturâ diuinam etiam Maternitatem mercaretur; reſpondit Angelus: *Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: Ideóque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei.* Quibus verbis diuinæ corporationis myſterium in ſe, & ex ſe diuinitùs peragendum pollicetur: adeò vt Maria & ſemper Virgo, & vera Dei Mater ineffabiliter extiterit; quę eſt eximia Dei laus, & ſingulare Deiparæ præconium. Quare eleganter dixit Proclus homil. de Natiu. Chriſti: *Maria eſt vnitarum inter ſe naturarum officina: Maria thalamus, in quo Verbum humanam carnem deſponſauit: Maria ſalutaris reconciliationis Panegyris.* Sic altè laudat, eloquenter commendat, & nobiliter deprædicat magnum Incarnationis negotium, quod Spiritus ſanctus in Virgine operatur. Quare Athanaſ. Serm. de ſanctiſſ. Deiparâ, ita ſcribit: *Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te*, &c. *Quemadmodum nunc in præſentia, & in æternum vſque habet hæc Virgo ſibi obumbrantem virtutem Altiſſimi, & ſuperuentum Spiritus-ſancti, vt ſit gratiâ plena* (expende ſollertiùs quæ ſubiicit verba) *Ita enim iſthic opinamur omnia illi per gratificationem Spiritus-ſancti, & virtutem Altiſſimi donata fuiſſe.* O, tantæ plenitudinis ac diuinæ Maternitatis gratiam, per Spiritus-ſancti *gratificationem* Deipara excepit? Ecquid Spiritus-ſanctus Virgini Deiparæ *gratificatur?* An quòd Virgo & Mater exiſtens, diuinæ Incarnationis ac Redemptionis *Panegyris* fuerit? O quàm latus Marianæ laudis campus in vno *gratificationis* verbo perpatet!

Luc. 1. v. 35. — *Maria eſt Incarnationis, & Redemptionis Panegyris.* — Proclus. — S. Athanaſ. — *Spiritus-ſanctus per ſuperuentum Virgini Deiparæ gratificatur.*

7. Prouerb. 31. de forti illâ Matronâ in typo Virginis Deiparæ, ſic Salomon ſcribit: *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt* Digna enim ſunt Mariæ elogia, quæ omni æuo à filiis prædicentur. Tempeſtiuè Richardus l.4. de Laud. B. Mariæ: *Et ipſe Chriſtus, qui antiquos inſpirauit, vt de Matre ſuâ ſub ænigmatibus glorioſa prædicarent; ipſe & quoſdam modernos illuſtrat, vt de eâ glorioſa non taceant; & etiam vſque ad finem mundi ſemper aliquos illuſtrabit, vt Matris præconio noua ſemper aliqua ſuperaddant.* Felix Mariæ ſoboles, quæ acceptas à beneficâ Matre gratias laudatione rependit; felix qui non inidoneus Mariæ extiterit encomiaſtes. Nec deerit laudum materia, ſi vota non deſint, ſi facultas adſit. Nam vt ait Damaſcenus Orat. 2. de Natiuit. *Virgo omnium encomiorum legem excedit, nec, ſi omnes toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant, eius laudes oratione conſequi poſſent.* Parum eſt ore & calamo Deiparam laudare, niſi opere, id eſt, morum elegantiâ potiùs dilaudetur: *Mariam induite* (ait Bonauentura) *quotquot diligitis eam: hæc luceat in moribus, ſplendeat in actibus.* O feliciſſimus ille, qui moribus Mariam deprædicat! Clauſulam laudationi Marianæ imponat Ioannis Geometræ diſticon: *Gaude & aue, ô clemens Regina, benignáque laudes ex oris noſtri percipe nequitiâ.*

Prou 31. v. 28. — Richardus à S. Laurent. — *Numquam defuit, deeritve, qui Deiparam laudet.* — S. Damaſc. — *Deipara ſplendeat in ſuorum moribus.* — S. Bonauent. in Pſalter. — Ioan. Geom. Hymno 4.

Siquid in hoc Opere humana tenuitas deliquit, lubens ſubiicio correctioni ſanctæ matris Eccleſiæ Romanæ, & eruditorum cultiori iudicio.

Siquid fortè laude dignum appareat, vltrò deſtino Deo O. M. Virgini Deiparæ, & S. Ignatio Protoparenti optimo.

INSTITVTIO

Digitized by Google

INSTITVTIO
POLITICO-CHRISTIANA,
Ad ſupremos, medianos, & infimos Eccleſiaſticæ, atque ſecularis politiæ Antiſtites.

Primus numerus §. Secundus numerum marginalem, Tertius paginam deſignat.

CAPVT PRIMVM.

Excelſus principandi honos, arrogantiæ confinis.

Princeps colendus eſt, tamquam à Deo ſecundus, & ſolo Deo minor. §. 9. num. 3. pag. 34
Qui verè pro ſe loquitur coràm Iudice, irreuerentiæ damnatur? Inibi. n. 2. 34
Fideles Iudices creat Apoſtolus, vt fideles ad Chriſtianæ religionis amorem incitentur. quomodo §. 9. n. 4. 34
Iudiciarius honor dicitur gloria & maieſtas. quare? Inibi n. 5. 35
Præfectorum honos quomodò vices cum vitâ reciprocat. §. 9. n. 6. 35
Iudex tantùm Iudex eſt, reliqua nemo. §. 8. n. 6. 34
Num Ioab putauerit, regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad alienæ ouiculæ raptum? §. 13. n. 3. 41
Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de famæ ſuffragio valenter armata toto §. 25. 61
Principali opulentiæ cognata & confinis eſt ſuperbia. §. 136. n. 2. 253
Princeps ſtupore intactus, faſtidoſus & inſolens eſſe ſolet. ibi. n. 4. 253
Principes ingrediuntur pompaticè, id eſt, ſibi, vel ad ſeipſos. §. 136. n. 5. 254
Opulenti Proceres dicuntur, Perforati quare? ibid. 254
Sicut vermis pomo, ita principali opulentiæ ſuperbia innaſcitur. §. 136. n. 3. 253
Ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda. §. 306. n. 2. 561
Eheu! quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto. §. 263. 483
Hem! caduca mortalium vita, mundialium bonorum ſubſiſtentia nominatur. §. 6. n. 6. 30

Male ergò Iudicum ac Principũ ardor, ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto. §. 13. 41.

CAPVT. II.

Princeps ac Superior variis notitiis inſtructus eſto.

Multiiuga rerum notio, peritiam Rectoris adornet. §. 255. n. 1. & 2. 470
Superior ſit ſtenui vir ingenij. ibi. n. 2. 470
Princeps qui non ſcientificatur, nudum principatûs nomen gerere videtur. §. 255. n. 3. 471
In labiis Regis ſit velut diuinatio, quæ fata decernat. ibi. n. 4. 471
Regis mens ſit inſtar ſpeculi, quod diuinis ſplendoribus niteat. ibidem. 471
Intelligentia Regibus ſuadetur, vt reuertantur ad dignitatem, quam habebant. §. 247. n. 5. 458
Rex carens prudentiâ, caret etiam intelligentijs miniſtrorum. ibi. n. 4. 459
Gubernator qui non habet ingenia, Gubernator non eſt. §. 245. n. 6. 454
Numeroſus populus ſine ingenioſo Rege, eſt velut folia. inibi. 454
Ignorantia Iudicis, eſt innocentis calamitas. §. 244. num. 2. 452
Iudex ne committat, vt eius eruditio ſit mortis armatura. §. 271. n. 4. 498

CAPVT III.

Qualis ergà Conſiliarios.

Conſultores ſunt velut quiddam ſacrum. §. 245. num. 6. pag. 454
Senatorum approbatio eſt tutela auctoritatis in Prin-

Digitized by Google

cipe ac Rectore. §. 245. n. 1. 453
Seniorum conſenſus & fauor, ornamentum & reuerentiam Rectori conciliant. ibid. n. 2. 453
Cur à Rege ad Diuinatorem diuinatores Principes mittuntur? §. 245. n. 3. 454
Seniornm quanta auctoritas apud regem Moab, & apud Deum. ibid. n. 4. 454
Seniores dicuntur, Principes Dei. inibi. 454
Cùm Seniores Deum circundant, Dei veritas in circuitu eius eſſe dicitur. §. 245. n. 5. 454
Valdè periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit. toto §. 246. 455
In Senatorum conſilio aliquid de ſuo Princeps decernat. §. 10. n. 1. 35
Conſiliarius dicitur, Dux, Doctor, & Præceptor Principis ibid. n. 2. 36
Conſultoris ſententia tamquam cibus eligendus, mandendus, & digerendus, Principi proponatur. §. 10. num. 2. 36
Princeps in deliberando, ſuam & conſultorum voluntatem, & iudicium examinet. ibid. n. 3. 36
Princeps nihil faciat, & ſine ipſo fiat nihil. §. 10. n. 4. 37
In bono Conſiliario exulat affectus, cognatio exulat; vitæ probitas, & cæleſtium amor, optima conſilia excudunt. toto §. 188. 347
Voluntas & iudicium potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur toto §. 219. 400
Princeps imperitus, peritiſſima etiam conſultorum ſuffragia infatuat. §. 247. n. 1. 457
Fatuum dicitur prudentiſſimum conſilium, quod inerti Principi vanum & inutile videtur. ibid. n. 2. 457
Princeps inſipiens ſapientes conſultores reddit ſtultos. §. 247. n. 3. 457
Rex carens prudentiâ, caret etiam intelligentiis miniſtrorum. ibid. n. 4. 458
Attentior cura ſuper Præfectis, Regiæ politiæ ſumma eſt. §. 247. n. 5. 458

CAPVT IV.

Moroſus, & ſuſpicioſus Rector damnatur: non damnetur indefenſus reus.

MOroſus Iudex, dum delicta diu diſcutit, reatum ampliat, & exaggerat. §. 240. n. 1. 434
Cur pœnalis Gehennæ flamma, culpas dicatur inquirere? ibid. n. 2. 435
Dum rei examinatur reatus, reus perit præ examinis moleſtiâ. §. 240. n. 3 435
Nimia ſceleris inquiſitio, ſæpè ſceleris emendationem faſcinat. ibid. n. 4. 435
Iudicium ſeu ſententia poſt delicti inquiſitionem, cur Dies appellatur? §. 240. n. 5 436
Qui indefenſum etſi nocentem damnat, innocentem condemnat. §. 244. n. 1. 451
Proponatur delictum in iudicio, cum delinquētis commentario. ibid. n. 2. 452
Dauid inauguratus Rex, reo Saüli occaſionem excutiendi reatum offert. §. 244. n. 3. 452
Qui iudicio adeſt, & obiectum crimen commentatur, iuſtus dicitur. ibid. n. 5. 453
Iudices in reis damnandis omnes excuſandi ſceleris rimulas præcludant. toto §. 11. 37
Siniſtram ſuſpitionem leuicula occaſio pernicioſe fundat, & ex affectu colorat. toto §. 233. 423
Dei cautela, non eſt ſuſpicioſa Præſidentis circunſpectio. § 234. n. 5. 426
Benedica ſuſpicio Gubernatorem, maledica calumniatorem excudit. §. 233. n. 6. 424
Rectè iudicat, qui malè cogitauit. 92. n. 2. 174

CAPVT V.

Clementia eſt proprium Principum, ac Gubernatorum elogium.

POtentes parcè vtantur poteſtate, vt ſemper vti poſſint. §. 48. n. 5. 49
Ipſa Principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ generosè obærata naſcitur. toto §. 129. 241
Regni magnitudine ira diluitur. §. 121. n. 3. 228
Boni Principis eſt, tranſilire terminos æquitatum §. 129 num. 5. 242.
Pia clementia, ſollicitior cura, & largior erga ſubditos beneficentia, boni Iudicis ſtipendium eſt. toto §. 12. 39
Vincit Iudex, cùm reum reddit purum, illúmque abſoluit. Inibi. n. 5. 40
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. toto §. 256. 472
Poteſtas quæ in te, tibi videtur virga, in alio tibi videtur draco. Inibi. n. 4. 476
Pia contentio inter regem Dauidem ac Deum, ad quem eorum ſpectet oppreſſæ plebis liberatio. §. 153. n. 2. 281
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergò iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit patibulum, quo rigorum ardor fouetur. toto §. 48. 99
Miſericordia Iuſtitiæ admixta, pœnam refingit in clementiam. §. 50. n. 3. 105
De peccatis occultis miſericordia præcedit iudicium. ibi. num. 5. 105
Deus priùs miſeretur, quàm in iudicio ſententiam pronunciet. Inibi. 105
Populorum Rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus Medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed honeſtæ etiam cicatricis curam agit. toto §. 120. 266
Principum potentia ſic in flagitiorum confinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. toto §. 250. 462
Chriſtiani Reges ſunt paſtores hereditatis Chriſti. §. 118. num. 2. 222

CAPVT VI.

Zelus Rectorum eruditur.

PRincipi ac Iudici peccat, quiſquis contrà alium delinquit. toto §. 271. 497
Eſt zelus ad culpam, & eſt zelus ad gratiam. §. 269. num. 1. 493
Zelus peridoneè comparatur fami: nemo enim propriè aliis, ſed ſibi fameſcit. §. 269. n. 2. 493
Conſultò poſt eſuriem, id eſt, zelum, ponitur miſericordia, & pacis ſtudium. inibi. 493

Zelus

Digitized by Google

Zelus abſque ſcientiâ, curtus ſine aurigatore eſt.§.169. num. 3. 494
Phariſæi violationem ſabbati obiiciunt & ipſi in ſabbato cædem Domini moliuntur. Ibi. n.5. 494
Eliæ zelus dum cælum continet, cælum ipſe ſuſtinet. §. 169. num. 6. 308
Zeli ſpecie paruulorum ambitio ſe ſubdolè inſinuat. §. 110. num. 3. 209
Sincerior Iudicum ratio nocentes puniat.§. 11. n. 1. p.37
Peritus Iudex, non homini, ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans. toto §.155. 287
Cur vaſtatores dicuntur Ordinatores? §. 195. num. 5. 361
Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. toto §.288. 524
Malè Iudicum zelus ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto §. 13. 41

CAPVT VII.

In ſuppliciis infligendis æquus Iudicum rigor, iuſtitiæ vigor eſt.

Facilitas veniæ ſæpè tribuit incentiuum delinquendi §. 50. num. 3. 104
Miſericordia ſine Iudicio, iniquè fieret. quare? ibid. num. 4. 104
Iudex neque pro Iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet. §. 48. n. 6. 101
Seueritas Iudicis in condignis ſcelerum ſuppliciis, vigor iuſtitiæ eſt. §. 49. n. 1. 101
Elias igne, quo puniuit, triumphum ſuum in cælos adornat, ad Iudicum eruditionem. ibid. n. 2. 101
Abſalom quia impunè parricida, in conniuentem Patrem molitur parricidium. §. 49. n. 3. 102
Dauid læſiſſe dicitur Abſalomum, quia fratricidij reum non læſit. inibi. 102
Heli ſceleroſos filios, non debuit filios appellare. §. 49. num. 4. 102
Acerba iuſtè punitio hoſtilitatem æmulatur. ibid. 102
Pater ergà filium reum meritò diſſimulat Iudicem, ne vel iuſtâ ſententiâ feriat hoſtili gladio. toto §. 210. 384
Seuera punitio, miſera curatio eſt, ſed neceſſaria. §.261. num. 1. 481
Retionabilis dicitur pœna, quæ modum culpæ æmulatur. inibi. n. 3. 482
Ægyptij bibūt in flumine innocentem infantiū ſanguinem, quem nocenter fuderunt. §. 262. n. 4. ibid.
Sapiens pœna, in bono æmuletur ſceleris malitiam. ibid. n. 2. 482
Iuſtitiæ miniſter ſit propheta Superioris, & plagæ quam infert, quare? §. 262. n. 5. 483
Culpam punitio diluit: an & conſecrat? §.287. n. 1. 523
Sacrilega thuribula, Dei altari affiguntur. quare? ibid. num. 2. 523
Vile etiam membrum, ſupplicio nitet, & gloriam Dei prædicat. §. 287. n. 3. & 4. 523. 524
Cilicium, quod caſtigat culpam, Dei altaria veſtit. ibid. num. 5. 524
Iudex decernens iuſtitiam, liberalis ac munificus dicitur. §. 318. n. 4. 582
Deíne iudicium erit miſericordiæ expers? §. 278. n. 5. 509
Conſecrari dicuntur ranæ, dum in miniſterium diuinæ iuſtitiæ aſſumuntur. §. 22. n. 2. 56
Sumptuoſo ſplendidioris gloriæ apparatu, Crux in cælo reprobos accuſat, & prædamnat. ibid. n. 3. 57
Dum Chriſtus negotiatores in templo flagellat, diuinitatis maieſtas in eo prælucet. §.22. n.4. 57
Cum Dei manus eſt in ſuppliciis terribilis, dicitur, Manus ſolij Domini. inibi. n. 5. 57

CAPVT VIII.

Incuſſus ſceleroſis metus, adminiſtrandæ iuſtitiæ egregiè militat.

Suppliciorum metus, effrenem peccantium cohibeàt audaciam. §. 16. n. 1. 46
Pœnarum timore, velut ex neceſſitate homo rectè agere dicitur. ibid. n. 2. 46
Suppliciorum horrore, licentia peccandi aut ligatur, aut eripitur. §. 16. n. 3. 46
Homo accerbiſſimâ vratur pœnâ, tamquam virtutis magiſtrâ. ibid. n.4. 47
Num pœnarum metu, velit nolit, ſceleroſus peccator conuertitur? §. 16 n. 5. 47
Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur de timoris ſuffragio. toto. §. 25. 61
Cauſſa quæ timorem acceſſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat. toto. §. 119. 224
Seruilis & humani timoris inſida pædagogia eſt. toto. §. 145. 268
Sceletis in ſcelere ſupplicium eſt, præ acerbiori morſicatione conſcientiæ. toto. §. 17. 48
Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 162. n. 2. 296
Dei timor velut eſſentialiter homini hærens, è gehennâ gloriæ coronam recudit. toto. §. 158. 289
Lex per metum eſt omnium bonorum radix. §. 158. num. 1. 289

CAPVT IX.

Præmia palàm proponere, opinatiſſimum politiæ arbitrium eſt.

Præmio bono, malóve, facies quem bonum ac malum. §. 295. n. 1. 536
Alte Chriſtus Euangelicam doctrinam ſub beatis præmiis inducit. ibid. n. 2. 536
Beatum præmium eſt ſtrenuæ virtutis baſis, & corona; principium, & finis. §. 295. n. 3. 537
Præmium nunc velut folia, fructum beatitudinis protegit; & cuſtodit? ibid. n. 4. 537
Quomodo corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat. §. 295. n. 5. 537
Spes rem optatam præſumere dicitur, & præmij tempus anticipare. §. 166. n. 3. 303
Spei nomen victoriale eſt, victoriam vocabulo præferens. § 167. n. 3. 304
Pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. toto §. 295. 536

Digitized by Google

CAPVT X.

Legum condendarum politia eruditur.

LEx per metum eſt omnium bonorum radix. §. 158. num. 1. 289
Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret,& cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. toto §. 193. 355
Quare leges nonnullis videntur inutiles? §. 205. n. 1. 376
Lex dicitur hominis eſſentia, ſubſiſtentia, & fortuna. inibi. n. 2. 376
Lex Dei, eius eſſentia, & cogitatio nominatur. §. 205. n. 2. 376
Leges dicuntur, Dei oculi. §. 205. n. 3. 377.
Qui cæcè obedit, lege tamquam Dei oculis inoculatur inibi. 377
Animæ velut emortuæ, diuinâ lege animari dicuntur. §. 205. n. 4. 377
Lex diuina dicitur Dei requies, & ſanctitatis effectrix. ibidem. n. 5. 377
Scientia Sanctorum eſt, vniuerſam Scripturam ſibi ſpiritualem putare legem. §. 205. n. 6. 377
Lex quæ foris ſonat, veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 219. n. 3. 400
Lex Dei habenda non eſt in corde, ſed cor in lege? §. 228. n. 2. 415
Quilibet eſt ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator. §. 272. num. 6. 499
Ad quem lex conuertitur, gaudium conuertitur. §. 284. num. 2. 518
Amanti multæ leges, plures vna ſunt; odienti, vna plures. §. 288. n. 5. 526
Solúſne legiſlator, legis obſequium perfectè complet? §. 298. n. 4. 542
Immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. 473
Multiplices leges perinde ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. §. 257. n. 5. 475
Voluntas piè affecta, leges quamlatiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415

CAPVT XI.

Eruditur etiam ſubiectorum obſequium.

IN parendi gymnaſio, imperandi peritia eruditur. toto §. 221. 403
Magnanimitas, non tam Superioris, quàm ſubiectorum elogium eſt. ibid. n. 4. 404
Poſt pauidam ſubiectionem, Principes tribuum virgas geſtant. §.221. n. 2. 403
Ruth de obſequio erudita, Mater regni nominatur. ibid. n. 5. 404
Voluntas alteri ſubiicienda eſt, ne contumaciæ vepribus hæreat. §. 219. n. 4. 401
Apoſtolorum vltrà vires & captum obſequium prædicatur. §. 219. n. 5. 401
Obedientia mandatorum, fidei ſeruit. §.217.n.2. 396
Propheticæ arboris *fructus*, eſt fides: *folia* verò mandatorum obſeruatio. inibi. 396
Qui mandata non cuſtodit, vera credere, ſed non verè credere perhibetur. §. 217. n. 4. 397
Nexus fidei cum mandatis, vt iuſtè ac rectè credatur. ibid. n. 5. 397
Qui cæcè obedit, lege, tanquam Dei oculis inoculatur. §. 205. n. 3. 377
Dei mandata, intellectus ſunt, eorum obſequium eſt potior eorum ſcrutatio. §. 193. n. 4. 357
Scientia mandatorum, eſt illis cæcâ peritiâ credere. §. 193. n. 3. 356
De humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §. 189. n. 3. 349
Num Deus velut recuſat imperare, vt benè ſubditis obediat? §. 180. n. 5. 328
Homóne eſt conformis diuinæ voluntati? an Deus humanæ voluntati conformis? toto §. 163. 297
Voluntas piè affecta, leges quamlatiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415
Lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt. ibid. n. 3. 415
Lex Dei habenda non eſt in corde, ſed cor in lege? §. 228. n. 2. 415
Pauperi omnis lex dicitur Spiritualis. §. 160. n. 2. 292
Anguſta innocentia eſt, ad legem bonum eſſe. §. 141. num. 1. 261

CAPVT XII.

Auara vectigalium impoſitio, & exactio culpatur.

REx auarus, non Rex, ſed Vir exactionum nominatur. quare? §. 292. n. 5. 532
Immodicis tributis populus liqueſit. ibi. n. 3. 531
Dura vectigalium exactio, populos è centro auellit, & excentricos facit. §. 292. n. 5. 532
Cur Aaron inaures aureas à populo erogatas, in crumena obſignat? ibid. n. 2. 531
Pergraue eſt, Nabuchodonoſori, & Satrapis, id eſt,eius miniſtris, tributa pendere §. 292. n. 3. 531
Exactor eſt velut ſomnus, qui dimidium vitæ tempus ſenſim ſuffuratur. inibi. n. 4. 532
Sub bono etiam Principe, Miniſtrorum furacitas in tributorum exactione. §. 292. n. 1. 531
Potentes parcè vtantur poteſtate, vt ſemper vti poſſint. §. 48. n. 5. 101
Pulchra inter regem Dauidem cum Deo contentio ad quem ſpectet plebs oppreſſa. §. 153. n. 2. 281

CAPVT XIII.

Ambitioſa Sapientum adulatio exulet ab aulâ.

NEfariis Principium ſceleribus, aulici Sapientes indulgentiam ambitioſè exhibent. §. 201. n. 3. 370
Cur Dauid aulicis adſcribit, Saülis contra ſe hoſtilitatem? ibid. n. 4. 370
Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorium ei ſilentium, indulgentiam tribuere videatur. toto ferè §. 201. 369
Ne mobilis palatij aura, rectam Sapientum peritiam reddat ad quiduis flexilem. §. 246. n. 1. 455
E cathedrâ peſtilentiæ docetur, ad placitum Dynaſtarum

Digitized by Google

rum ſententiam flectere. ibid. n. 2. 455
Regis obiurgator, improſpera enuncians, idiota nominatur. quare? §. 246. n. 3. 456
Daniel etiam dum vera Regi enunciat, ſcrupulum Sapientum non effugiit. ibid. 4. 456
Regis Miniſtri cur omiſſo Daniele, Chaldæos aduocent ad ſomnij interpretationem? 246. n. 5. 456
Principum adulatio in Concionatore egregiè vapulat. §. 186. n. 4. & §. 318. n. 4. 344
Aſſentatoria improbitatis laudatio, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magno luenda. toto §. 148. 272

CAPVT. XIV.

In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt.

AVlicarum mulierum mores & ingenium. §. 220. num. 1. pag. 401
Per ſpiritum prophetiæ nouit Abrahamus, Saram in aulâ p[illegible]cam fuiſſe. quare? ibid. n. 1. 401
In Holofernis aulâ, feminarum libido appellatur honor. §. 220. n. 3. 402
Herodis aula aulicæ libidinis theatrum eſt, & laſciuæ ſaltationis gymnaſium. ibid. n. 4. 402
Demortui Præcurſoris oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur. §. 220. n. 5. 403
Num Ioab putauerit, regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad alienæ ouiculæ raptum? §. 13. n. 3. 41
Sub inhoneſto Principe regna nutant ad interitum §. 226. n. 1. 411
Cur Dauid adulterij veniam petens, murorum reædificationem ſimul expoſcit? ibid. n. 2. 411
Regis Abimelechi ſpeciem impudicitiæ, omne regnum luet? §. 226. n. 3. 411
Inhoneſtus Princeps omnia ad terram, & per terram trahit ibid. n. 5. 411
Apud Principem feminea ſpecies, non ſit incitatrix licentiæ, ſed pudoris ornatrix. §. 226. n. 4. 411
Virgo Deipara eſt Regnum ac regnorum præſidium. toto. §. 318. 581

Digitized by Google

COPIA
AD SACRAS CONCIONES
DE TEMPORE, ET DE SANCTIS.

PROOEMIOLVM

Pro expromptiori vſu huius Compendij, aut Copiæ ad ſacras Conciones.

S*ÆPE mihi à tergo ſuggeri ſubaudio gladiatoriam illam vocem :* Repete : *numquam enim ſatis dicitur, quod numquam ſatis diſcitur. Scilicet (quod ſæpè aliàs expetebam) non aduoco ad hoc Concionum ſacrarum conceptaculum, ſiue ſuccinctum Concionum materiandarum compendium, eos, qui præter memoriam aut naturalem, aut factitiam, & vocem ſiue de naturæ dote, ſiue de medicamentorum arte defæcatam, & politulum elaboratè geſtum (quæ eſt hiſtrionum ſupellex,) nil vltrà ad concionandum afferunt. Quibus nec mica ingenij, nec ſacræ eruditionis gutta adeſt : oſcitantis inertiæ, & otioſæ deſidiæ multum : quos vnâ dieculâ videas & ſatos & adultos, tamquam ex argillâ efformatos, quales finxit gigantes ambitioſa Poëtarum vanagloria : quibus vel totâ ipsâ concione integrè conſummatâ vix, aut ne vix quidèm ſatisfacitur. His enim fagineis hominibus nimis operoſum eſt, vel theſim Latinam fideliter in linguam vernaculam tranſtuliſſe, quin vel in Grammaticorum obuias Syrtes paſſim impingant, conſulto etiam identidèm Dictionario. Indè querulas cient in Auctorem tragœdias, quòd ſub ſtili obſcurioris nubilo, rerum medullam auarè contegat, aut politè compoſitâ obſcuritate ſubtilitates fuſtrà mentiatur. Quare rei inuidiam non ad cauſſam (quæ eſt ſuæ naturæ, aut eruditionis inopia,) ſed ad perſonas, & rerum aut verborum ambitionem referunt, quo ſe defectu eximant, eximie amantes ſui ſine riuali. Igitur hoc Biblicæ ſapientiæ poculum, his tantùm propinamus, qui ad rem Concionatoriam cum reliquis dotibus ſollertiam, & iudicium quoque afferunt æquo rerum tractandarum cenſu. Porrò non abſolutas Conciones ſcribimus (quod aliorum labor eſt,) ſed exegeticis Commentariis theſes parænecticas de more atteximus : has hîc pro Concionibus concinnandis (vt vt fieri poteſt) in vnum corpus digerimus : contenti aliquandò Concionatoris ingenium ad themata inquietare, & idoneum fors aſſumptum perſtringere, quod de ſuo, vel de alieno locupletet, ſin minùs illibatum dimittat, aut per me negligat. Plerumque tamen vel vſque ad lectoris nauſeam multa addenſantur (quod ſacer textus inibi exigebat,) vt ex multis eligat Concionator, quæ idoneè ipſe digerat, & pro rei occaſione, non cruda egerat ore ; omiſſis quibuſdam, aut aliorſum peritè flexis, aut aliundè comptiùs adornandis. Ergò plura dedolanda ſunt, aliqua aut excaudicanda aut reſecanda, alia vberiùs exacianda & adipanda, alia ſubtilioris ingenij limâ aut ad panegyrim expolienda, aut ad moralitatem auditoribus proficuam, adaptanda, complananda, ſternenda. Itaque ſæpè rerum ſemina dumtaxat ſpargimus, quæ de alieno fotu & cultione fructificent. Alibi runcinâ opus eſt, inſitione, falce ; ſemper ingenio, ſollertiâ, iudicio.* Multi Tyrſigeri, pauci ſunt re quoque Bacchi.

Dominica I. Aduentus.

LVCÆ. XXI.

E*Runt ſigna in Sole, & Lunâ, & ſtellis.* Eccur tot funeſti luctûs ſigna cælum exhibet ? Quid cælum patitur ? quid mali imminet cælo ? An funeſtè luget cælum vniuerſale hominum exitium ? §. 110. n. 2. pag. 208

Erunt ſigna in Sole, & Lunâ, &c. Quod Matthæus explicatiùs expreſſit : *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* An non Sol, ſed Luna lumen appellat *ſuum*, vaniſſimâ arroganter præſumptione ? §. 285. n. 6. 521

Erunt ſigna in Sole, & Lunâ, & ſtellis. Hæc in ſtellis ſigna, Matthæus expreſſit : *Stellæ*, inquit, *cadent de cælo* : nam earum lux otioſè vacabit. Quare ſtellæ cadent de cælo, quia iam non erit nox, in quâ luceant. §. 110. n. 4. 209 An ſtellæ cadent de cælo quia adſuetus lucere, ſi non ſplendidè luceat, funeſtè tabeſcit ? §. 110. n. 5. 210 O cognatam rebus ambitionem ! Stellæ luce orbatæ, malum eſſe in

Digitized by Google

in terra, quam excellunt, quàm in ipſo ſuo cælo? ibidem. 210

Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis: quia Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum. An tanta caligo luci per humilitatem lenocinatur? Scilicet humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140. n. 4. 260

Erunt ſigna in Sole & Lunâ, & ſtellis. Eſto, miſeris damnatis tenebreſcant aſtra: ân Beatis etiam tenebreſcunt? Nempè dulcior eſt lux, quæ aliquandò deſinit. quare? §. 243. n. 4. 451

Et in terris preſſura gentium, areſcentibus hominibus præ timore. Cur in die Iudicij cælum & terra tot horroris ſigna atrociter vibrant? Scilicet meditatus extremi iudicij horror, in re virtutis miracula patrat, lenocinia voluptatis abſentat, & peccandi fomitem interſtinguit. toto §. 53. 108

Areſcentibus hominibus præ timore. Tot in cælo, atque in terris timendi cauſſæ, humanum timorem fruſtrà negotientur. Nam ſeruilis, & humani timoris inſida pædagogia eſt. toto §. 145. 268

Areſcentibus hominibus præ timore. Idoneè ante finale iudicium peccatrix hominum gens, tanto metu concutitur, ſi fortè reſipiſcat. Nam pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſſitas emendationis eſt, & in timoris ſcholâ virtutis magiſter. toto §. 16. 46

Areſcentibus hominibus præ timore. Opportunè cùm Gehenna atrociter imminet, metus hominibus incutitur. Porrò Dei timor velut eſſentialiter homini hærens, è gehennâ gloriæ coronam recudit; Deum nobis præſentem facit, & Deus dicitur. toto. §. 158. 289

Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Quid timori anxiè pauido, cum lætâ *expectatione?* Scilicet cauſſa, quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat. toto §. 119. 224

Areſcentibus hominibus præ timore, &c. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magnâ, & maieſtate.* Humani timoris apparatu præſtruit Chriſtus ſuæ gloriæ maieſtatem? Ita quidèm: nam hominum timore ſuam auctoritatem, pulchritudinem & gloriam Chriſtus Deus adornat. toto §. 26. 63

Areſcentibus hominibus præ timore, &c. *Tunc videbunt Filium hominis venientem,* &c. Antequam Chriſtum Deum videant, illum timent? Quid timori ad Dei viſionem? Sanè Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 161. n. 2. 296

Areſcentibus hominibus præ timore. O Tunc videbunt Filium hominis venientem cum poteſtate magnâ, & maieſtate, &c. Profectò oſtentandæ maieſtati diuinæ timor præmittitur. Nam potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de timoris ſuffragio. toto §. 25. 61

Tunc parebit ſignum Filij hominis in cælo. Matthæi 24. Quare Chriſti Crux aduocatur ad iudicium? Sanè benefica Chriſti Crux, in die Iudicij accuſabit, & condemnabit reprobos. quare? §. 264. n. 3. 485

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Matth. 25. Cur reprobi non dicuntur Maledicti à Patre; ſecùs electi, Benedicti à Patre dicuntur? §. 90. n. 2. 170

Diſcedite à me maledicti. &c. Electis dicitur, *Venite,* & reprobis dicitur, *Diſcedite.* Cur ergò in Iudicio dicitur Chriſtus nemini proximus? §. 74. n. 7. 145

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. O! cui ignis inferni ardebit, niſi reſipiſcat; iam nunc meditatione viuaciter ardeat. §. 15. n. 2. p. 44 In meditatione ignis inferni benè exardeſcit. ibid. n. 3. 45

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Sanè Gehennæ ignis in oſſe meditatione immiſſus, eſt virtutum gymnaſium. §. 15. n. 4. p. 45 Meditata Gehenna concupiſcentias vertit in lacrymas. inibi. 45

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Cogitatio de gehennâ, à Gehennâ aſylum eſt. § 15. n. 5. 47 Nudum inferni nomen pigritiam excutit. ibid. n. 6. 47

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Heu Gehennæ mors immortalis! §. 240. n. 2. 435. Cur Gehennæ ignis culpas iubetur inquirere? ibid. 435

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Sanè ex Gehennæ metu, gloriæ corona materiata eſt. §. 158. n. 3. 289 Vix timetur Gehenna, cùm Beatitudo impenſius amatur. §. 152. n. 7. 280

Quare in valle Ioſaphat V. Deipara commoratur, & ſepelitur? §. 53. n. 3. 109

Dominica II. Aduentus.

MATTHÆI XI.

AVdiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. Ioannes in carcere audire potuit opera Chriſti, illa videre non potuit. Ideò Diſcipulos ſuos mittit, vt illa ad credibilitatem oculis videant. Nam verum à falſo diſtat, quantum oculi ab auribus. §. 143. n. 1. 264

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. Ioanneſne is eſt, qui in carceris ſqualore iaceat? Sanè feliciter ſunt miſeri, qui miſeriam non merentur. §. 1. n. 17. & 18. p. 4. & 5. Ei qui ſine peccato eſt, calamitas nulla appropinquare poteſt. § 90. n 5. 171

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti. Audiens Ioannes miraculosè benefica Chriſti opera, Diſcipulos ſuos ad illum mittit, qui ea oculis videant: & indè ſublimiorem ebibant de Chriſto opinionem. Nam quod in ſe bonum eſt, dum beneficè operatur, perfici ac compleri putatur. §. 173. num. 3. & toto ferè §. 314 142. & 574

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Ideò mittit, vt quod ipſe Ioannes audiuit, ipſi Diſcipuli oculis videant. Nam mutus teſtis, omnibus vocem habentibus euidentior eſt. §. 268. n. 2. 492

Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Eccur ipſe Ioannes, tantâ apud ſuos auctoritate pollens, Magiſtri iure non eos erudit de fide in Chriſtum? Sanè explorandum potiùs ſæpè eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. toto §. 69. 135

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Eccur interrogatione, non exerto magiſterio Suos erudit Ioannes? An Ioannes, ſicut Chriſtus, tunc magis docere dicitur, cùm prudenter interrogat? §. 109. n. 2. 207 Profectò Ioannis, ſicut & Samaritanæ immenſa ſapientia, quaſi dubitando felicius perſuadet. §. 109. n. 3. 207

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Cum Chriſto Deo præſente loquuntur, & an venturus ſit, interrogant, quaſi cum abſente loquantur? An Deus etiam inuentus, adhuc quærendus eſt? §. 74. n. 6. 144 Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. quomodò? §. 41. n. 6. p. 89 Deus præſens adeſt, vt quæratur tamquam abſens. §. 74. n. 6. 144 Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur.

Digitized by Google

tur. §. 162. num. 4. & 5. 296

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? An non Ioannes Chriſti Præcurſor, & index, Chriſtum Iudæis præmonſtrans, hanc veritatem iam diu Diſcipulis ſuis intentiùs annunciauerat? Ita quidem. ſed adhuc poſt perſpectam denuò rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto §. 58. 116

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Sanè hanc veritatem Ioannes Diſcipulos ſuos impenſiùs edocuerat; ſed adhuc benè ergà ſe animatos, male verò ergà Chriſtum perſpexerat. Hem! ab amoris & odij affectu veritas nimis patitur. toto §. 288. 524

Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Operibus fidem ſuam fundat ac perſuadet Chriſtus. Porrò non eloquenter ſapiens, ſed operoſa morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133

Cæci vident. Profectò bona eſt cæcitas, quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ & affectu inoculatur. §. 151. n. 4. p. 278. Alioquin mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. n. 2. 189

Claudi ambulant. An malepedati adhuc claudicantes? Etſi claudices, ambula per viam, quæ Chriſtus eſt. §. 43. n. 4. In viâ quæ Chriſtus eſt, poſſibilitas eſt. quare? ibid. n. 4. 189

Surdi audiunt. Donentur auribus ad obſequium: nam res deſiderata auribus deſiderantis parere dicitur. quare? §. 239. n. 3. 433

Pauperes euangelizantur. Miraculúmne eſt, quod pauperes, qui nihil retribuere poſſunt euangelizentur? Concionatorum auaritia diſtrictiùs vapulat. §. 149. num. 4. p. 275. Et auaritia Sacerdotum, toto §. 107 203

Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Cùm videri poſſet, aliquis in Ioanne næuus, illum laude Chriſtus extergit. Nam opportuna laus, teſſera virtutis eſt; laudabilem inuenit, aut facit. toto §. 223. & 224. 406. & 408

Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Conſultò ait, *Cœpit*; non, finem laudandi fecit; quo Deo quodammodò ſimilem faceret. Sanè vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere. §. 162. n. 6. 297

Quid exiſtis in deſertum videre? Deſerti laudes vide §. 24. & §. 31. 60. 71

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Inconſtantiæ næuum à Ioanne remouet. Nam homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & varietatibus temperatus, malè audit de non bono inconſtantiæ elogio. toto §. 62. p. 123. Porrò homo in terris, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, & non alius toto §. 63. 125

Ecce ego mitto Angelum meum. An Ioannem nunc appellat Angelum Chriſtus, quaſi ſibi, & Apoſtolis concordem? Porrò à concordiâ eſt, vt homo ab Angelis habitu differre dicatur. §. 142. n. 5. 264

Dominica III. Aduentus.

IOANNIS I.

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem. Ieroſolymitani Senatores dum ſublimiſſimum Meſſiæ munus Ioanni offerunt, illum cognationis affectu diligunt, non iudicij maturitate; & ita parum diligunt. Ideóne Deus expetit iudicio amari, ad nimietatem amoris? §. 155. n. 2. 284

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, &c. Amor ergà cognatum Ioannem, an odium aduersùs Chriſtum, huius legationis aut electionis iudicium extorſit? Sanè amoris vel odij affectus tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. toto §. 288. 524

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, &c. Magnus ergà Ioannem amor videtur, & mera tentatio eſt. Profectò charitas ergà me, ſententioſè dicitur charitas, ſeu tentatio contrà me. quare? §. 194. n. 4. 357

Miſerunt, &c. vt interrogarent eum; Tu quis es? Ambitioſi ipſi, humillimo Ioanni ambitionem ſuadere affectant. Sic ambitioſus Dæmon ambitionem vel Chriſto Deo ſuadere præſumpſit. §. 71. n. 5. 140

Miſerunt, &c. vt interrogarent eum: Tu quis es? Sublimiſſimam Ioanni Dignitatem offerunt, quam de facili capiat, tametſi ſciant, quàm humilitate Ioannes præcellat. Sciunt etiam quòd Dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit, & pertinaciter ſtimulat. toto §. 85. 162

Miſerunt, &c. vt interrogarent eum: Tu quis es? Procùl magnus Ioannes ab ambitione. Nam ſumptuoſior prælucendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110. 208

Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Magna ſanè Ioannis humilitas, quâ vltrò oblatam à Senatoribus Dignitatem Meſſiæ opinati, conſtanter recuſat! Num tanta fuit Ioannis humilitas, vt repudiatam Meſſiæ opinionem abiectione recuperet? §. 137. num. 2. 254

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Et quomodò verè dicit, quòd non eſt Elias, neque Propheta, qui Elias & Propheta appellatur à Chriſto? Eſtne hoc ab humilitate miraculum? Scilicet Humilitas eſt gratia animæ, nominis expers. §. 297. n. 3. 540

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Ioannes præ humilitate, ſeipſo euacuar, & ſeipſum diffitetur? Nempè Humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dediſcit, vltrà ſeipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. toto §. 137. 254

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. An ignorat Ioannes ſe eſſe Eliam, & Prophetam eſſe? An humilitas neſcit ſe eſſe virtutem? §. 137. n. 5. 255

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Dum Ioannes ſeipſo euacuat, quàm ſit Deo plenus oſtentat. Nam cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt toto §. 138. 256

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Ex tantâ humilitate, ſublimius Ioannis faſtigium taxare licet. Nam præcelſæ virtutis ſublimitas, infimiſſimæ humilitatis ſtipendium eſt. toto §. 189. 349

Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Tanta ſui exinanitio, humilitatis videtur metas tranſilire. An ſic demiſsè humilis eſt ſuperbus, quia laudes contemnit? §. 262. n. 5. 483. Quin & ſic humiliter velut liqueſcens in nihilum, ſuum Ioannes cor reddit potabile. §. 297. n. 4. 540

Ego vox clamantis in deſerto. Peridoneè quidèm Ioannes, qui eſt vox, naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio. §. 232. num. 2. 421

Ego vox clamantis in deſerto. Sed Ioannis voce verbum conſecrari dicitur. §. 275. n. 6. 505

Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Iudæi nolunt

Digitized by Google

nolunt inuenire Chriſtum, dum eum expectate volunt, quærere nolunt. Nam Chriſtus dum ideò ab homine quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt, vt quæreretur. toto §. 74. & §. 214. num. 4. 143. & 391. Profectò ibi vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 41. 88

Dominica IV. Aduentus.

LVCÆ III.

ANno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Hi magni Principes ingrediuntur pompaticè, id eſt, ſibi, vel ad ſeipſos. §. 136. num. 5. p. 254. Ibi etiam Principes dicuntur perforati.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. O quàm eſt cognata opulenta Dignitatum felicitas, cum ſuperbiæ faſtu! toto §. 136. 252

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Heu ſub his ſceleroſis Principibus populorũ oppreſſionẽ! Pia ſanè contentio inter regem Dauidem ad Deum, ad quemnam ſpectet plebs oppreſſa. §. 153. n. 2. 281

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Tanta poteſtas ſceleribus immiſericorditer vicinatur. Nam Principum potentia ſic in flagitiorum confinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. toto §. 250. 462

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæſaris, &c. Breui annorum curriculo, Principum vita cenſetur. Hem! Ratio mortalibus, & præſertim Regibus cum vermibus eſt ponenda. §. 306. n. 2. p. 561. Heu vitæ radix dicitur inutilis! §. 6. n. 6. p. 30. Homo iuxtà non eſſe, aut propè nihil eſſe perhibetur. toto §. 5. 27

Procurante Pontio Pilato Iudæam. Sub Procuratoris ſpecioſo vocabulo, malitiam Pilatus tectiùs abſcondit. Vaſtatores dicuntur Ordinatores. quare? §. 195. n. 5. p. 361. Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud magis publicat. toto §. 259. 477

Procurante Pontio Pilato Iudæam. Amico Procuratoris nomine, ſuam Pilatus nequitiam obarmat. Porrò nihil acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. 120

Tetrarchâ autem Galilææ Herode. Tot miracula à Chriſto patrata ſub Herode & Pilato, illorum animos ad fidem non flexerunt? Opinor, id mutuæ vtriuſque hoſtilitati adſcribendum. Porrò occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarũ negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, obtenebrat. toto §. 21. 54

Tetrarchâ autem Galilææ Herode. O quàm pernicioſè Herodis ac Pilati, ſicut & reliquorum Principum ardor, ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit! toto §. 13. 41

Sub Principibus ſacerdotum Annâ, & Caiphâ, apud quos Sacerdotium auariſſimè venale erat. Sacerdotum auaritia, opum congerendarum ambitioſa, multis culpatur. toto §. 107. p. 201. Heu ex auro Sacerdoti dato, Idololatriæ vitulus egreditur! ibi. n. 2. 203

Sub Principibus ſacerdotum Annâ & Caiphâ. Vidiſti tot ſceleſtiſſimos ac ſuperbiſſimos homines faſtigio Dignitatum ſublimes? ne illis inuideris. Nam quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §. 262. 481

Sub Principibus ſacerdotum Annâ & Caiphâ. Tot flagitioſiſſimi Principes, & oppreſſores Præfecti, hâc recenſitione conſultiùs præmittuntur, vt præmonſtretur expectatiſſimi Meſſiæ propinquus iam iam aduentus. Nam tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus adeſt præſtò auxiliatis. toto §. 153. 281

Factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannem. Scilicet inauguratur Ioannes Euangelij Prædicator egregius. Porrò dignus Euangelij Concionator, dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Factum eſt Verbum Domini ſuper Ioannem. Non dicitur verbum Domini dictum eſſe ad Ioannem; ſed factum eſſe verbum Domini, ſententioſè dicitur. Sanè non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra operum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133. Item improbitas Concionatoris Euangelium vituperat; probitas verò non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. toto §. 257. p. 475. Et ſanè factũ Dei verbum ad Ioannem, plura dicit, quàm ſignificat. §. 68. n. 4. 134

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Num Ioannis voce verbum Domini conſecratur? §. 68. num. 6. 135

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem in deſerto. Ergò declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. 60

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem in deſerto Benè in deſerto factum eſt ſuper Ioannem verbum Domini. Nam frequentia hominum alea eſt vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita autem ſolitaria, ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix eſt. toto §. 31. 71

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Hoc Ioannis baptiſmate, euangelici baptiſmatis ſacramentum præſtruitur, quo auguſtior Chriſtianorum nobilitas cenſetur. Nam Chriſtus originem, quam ſumpſit ex Virgine, poſuit in Baptiſmi fonte. §. 154. n. 5. 283. Vbi Chriſti fotu pennati naſcimur. ibidem. 283

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Porrò Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160 292

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Conſultò Ioannes prænuncians Chriſti aduentum, pœnitentiam præcinit. Nam pœnitentia cum Incarnatione confinium habet, &c. toto §. 294 534

Parate viam Domini. Præparanda eſt via in Chriſti aduentu. Porrò Chriſtus, qui via eſt, in viâ naſcitur, §. 67. n. 3. p. 132. Profectò nimis errat, qui aberrat à viâ. §. 43. n. 1. 91

Parate viam Domini. Paranda eſt Iuſtis via; nam via Peccatorum, viatores parturit. §. 67. n. 2. 132

Omnis vallis implebitur. Sanè viam iniquitatis amouent, & ſuſtollunt Angeli. §. 95. num. 5. & 6. 180. Humilitas eſt via, quæ ducit ad veritatem. §. 297. num. 3. 540

Et omnis mons & collis humiliabitur. Nam ſuperbus vno pede in viâ nititur: quare facilis eſt ad lapſum. §. 93. n. 6. 177. Quin & quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §. 263. 483

In Vigiliâ Natiuitatis Domini.

MATTHÆI I.

EVangelium habetur ethicè elucidatum, in feſto S. Ioſephi. Reliqua peti poſſunt ex feſto Natiuitatis, Incarnationis.

Index Concionatorius.

In Natiuitate Domini.

LVCÆ II.

EXiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hoc auarum Cæſaris edictum, cum reliquo populo extrahit è domo Deiparam Deo grauidam, & Ioſephum, vt pergant in Bethlehem. Nam dura vectigalium exactio, populos è centro auellit, & excentricos facit. §. 292. n. 5. p. 532

Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Necdum nato Ieſu parcit auara tributorum exactio? Heu immodicis tributis populus liqueſcit! §. 292. num. 3. p. 531. Profectò exactor eſt velut ſomnus, qui dimidium vitæ tempus ſenſim ſuffuratur. ibi. n. 4. 532

Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Sub bono etiam Principe, Miniſtrorum rapacitas in tributorum exactione ſuggillatur. §. 291. num. 1. p. 531 Exindè Aaron populi inaures aureas in crumenâ obſignat ibid. n. 2. p. 531 Demùm Rex auarus, non Rex, ſed vir exactionum nominatur. §. 291. n. 5. 532

Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis..... Aſcendit autem & Ioſeph. &c. Sic Chriſti Dei natiuitas arcanè paragitur. Nam per media diuerſiſſima, & ſpecie tenùs oppoſita fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. toto §. 290. 518

Aſcendit autem Ioſeph..... cum Mariâ deſponſatâ ſibi vxore prægnante. Indè B. Deipara in Virginali vtero Deum formare dicitur. §. 309. n. 3. 566 An etiam Deum hominibus, & homines Deo reparare? ibid. 566

Et peperit Filium ſuum primogenitum. Quare ergo Chriſtus, qui via eſt, in viâ naſcitur? §. 67. n. 3. 132

Et peperit Filium ſuum primogenitum. Deum autem iudicio ſuo naſciturum, ex virgine naſci oportebat §. 307. n. 4. p. 563 Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Maternæ mentis. §. 308. n. 4. p. 565 Quare Virgo Deipara eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. 567

Et peperit Filium ſuum primogenitum. Deipara mundo in viduitate ſedenti ſponſum parit. §. 320. n. 5. p. 585 Deiparæ in vnâ carne, & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium. §. 305. n. 3. 560

Peperit Filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit. Faſciarum vinculis infantem Deum Deipara lætanter ſtringit. Quare Deipara dicitur, Gaudiorum vinculum cæli & terræ. § 320. n. 7. p. 586

Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. Chriſtus Natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit. §. 189. n. 7. 190

Et reclinauit in præſepio. Num adſpectu ad Domini præſepe, cælum appellatur ſtabulum? §. 322. n. 5. p. 589

Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt tamquam è cathedrâ, ſit gratitudinis magiſter. §. 135. n. 7. 252

Et reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. In diuerſorio loco nobis emit Chriſtus æternas in cælo manſiones. §. 102. n. 5. 191

Et reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Benè naſcenti Deo locus in diuerſorio non eſt. Nam Deus localis non eſt; homines locales ſunt. §. 33. n. 3. p. 75 Proprius autem hominis locus, Deus eſt. ibid. n. 6. 76

Et reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Non eſt Deo locus in diuerſorio, in præſepio locus eius eſt. O! ibi. vbi eſt, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 41. p. 88. Deus tamen vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. quare? §. 161 n. 4. 296

Et paſtores erant in regione eâdem, &c. Ecce tibi Angeli ruſticanos quærunt, qui ſedulò ſua obeunt officia. §. 121. n. 5. 222

Et claritas Dei circumfulſit illos. Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfundit? §. 162. n. 3. 296

Et claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Quò Deum videntes agnoſcant, timore concutiuntur? Sanè Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 161. n. 2. 296

Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Eccur Angelus ad ſuadendam Chriſti Dei humilitatem eligitur? §. 71. n. 2. 139

Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Ecce ſignum facile inueniendi Chriſtum Deum. At propè eſt Deus; ſed cùm acceſſeris, longius abeſt. §. 162. n. 5. p. 296 Deus, qui ideò tam ſolicitè quærit hominem, vt inueniat, iam propè inuentus eſt ab homine, qui Deum quærit. toto §. 75. 145

Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo, &c. laudantium Deum. Sed vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere. §. 161. n. 6. p. 146. Quantumvis autem Angeli incarnatum Deum concinnè laudent, Maria eſt Incarnationis panegyris. §. 331. n. 6. p. 604

Gloria in altiſſimis Deo. Gloriam in cælis altiſſimis Deo canunt Angeli, ſed ipſi in terrâ verſantes. Cur ergò non tam cæli, quam terra dicitur plena gloriâ Dei? §. 7. n. 2. p. 31. Profectò Chriſtiana philoſophia diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit, abiectâ mundi gloriolâ. toto §. 29. 68

Et in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Multa de Pace habentur in Syllabo rerum, verbo, *Pax.*

In Natiuitate Domini.

IOANNIS I.

IN principio erat verbum. Sed cur in Euangelij auſpicio, non Dei filius, ſed Verbum nominatur? §. 58. n. 3. 117

In principio erat Verbum. Magna in re diuiniori ethicè eruditio, vt exemplo Verbi diuini, homo à ſe exiens, exeundo non recedat. §. 144. n. 4. p. 267 Et homo ſit primus ſibi, & vltimus. ibid. 267

In principio erat Verbum. Porrò diuinum Verbum eſt Dei Patris definitio, ratio, forma, demonſtratio, &c. §. 279. n. 2. 510

In principio erat Verbum. Ex Mariæ taciturnitate quale verbum prodit. §. 232. n. 4. 422

In principio erat Verbum. Auguſtè ſublimiſſimum Dei Verbum deſcendit, vt capi poſſit, §. 109. n. 4. 207

In principio erat Verbum. Verbi generatio ſic eſt arcanè auguſta, vt regeneratio per baptiſmum, terrena dicatur adſpectu ad æternam Verbi generationem. §. 73. n. 5. 143

Hoc (Verbum) *erat in principio apud Deum.* Quin & aliter proprius hominis locus, Deus eſt. §. 33. n. 6. 76

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

E diuerſo

Digitized by Google

E diuerſo Princeps nihil faciat, & ſine ipſo fiat nihil. Quæ morum gnome valdè erudit Principum conſilia. §. 10. n. 4. 37

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Sic Deus beneficia ſua vniuerſatim parturit! An ſi Deus ceſſaſſet benefacere, ceſſaret eſſe Deus? §. 204. n. 4. 375. Cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur? ibid. n. 3. 375

Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Sic quicquid factum eſt in Chriſto, vita hominum erat. quare? §. 72. num. 6. 141

Et lux in tenebris lucet. Humilitas etiam per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140 n. 4. 260

In propria venit, & ſui eum non receperunt. Porrò cognatorum amor, ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230. 418

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. O auguſtam à baptiſmate nobilitatem! Sanè Chriſtus originem, quam ſumpſit ex Virgine, poſuit in baptiſmi fonte. §. 154. n. 5. 283

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis. Eccur carnis concupiſcentia, Voluntas nominatur? §. 229. n. 5. 417

Et Verbum caro factum eſt. Hem, ſic Chriſtus natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit! §. 189. n. 7. p. 350 Sic per hominem Deus cognationem contrahit cum creaturis omnibus. §. 291. n. 4. 530

Et Verbum caro factum eſt. Exponitur quâ ratione tela vnionis hypoſtaticæ confecta ſit. §. 310. n. 4. 568

Et Verbum caro factum eſt. Quo nam pacto Verbum carni hæſit? Sanè Virgo Deipara eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. 567

Plura de Verbi Incarnatione, habes in Syllabo rerum, verbo, *Incarnatio, Maria Virginitas.*

In feſto S. Stephani Protomartyris.

MATTHÆI XXIII.

ECce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes Imò ex obuiis lacubus Piſcatores ruſticanos. An vt nos erudiret, explorandum potiùs ſæpè eſſe quid dixerit, quàm quis dixerit? toto §. 69. p. 135

Profectò Diſcipuli Chriſti ſciebant, & ſe ſcire neſciebant. §. 108. n. 3. p. 205. Quin & Apoſtolica paupertas eſt paleſtra, & gymnaſium ſapientiæ. §. 174. n. 4. 316

Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & Scribas. Porrò virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa in ſe ſuſcipit incrementum: niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. 160

Et ex illis occidetis, & crucifigetis; & ex eis flagellabitis. Tot triſtiſſimas calamitates mittendis Diſcipulis prædicit? Ecquis ire audebit? An in acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 171. 312

Et ex illis occidetis, & crucifigetis; & ex eis flagellabitis. Sed patientia ex perſecutorum inſaniâ, coronam gloriæ Stephano excudit. §. 46. n. 3. 97

Et ex illis occidetis, & crucifigetis; & ex eis flagellabitis. Sanè de Iudæorum furore contrà Chriſtum concepto, Stephanus paſſionem ſubiicit. §. 296. num. 4. 538

Et ex illis occidetis, & crucifigetis: & ex eis flagellabitis. Sed glorioſi eſt athletæ, cædi, & vincere. §. 46. num. 4. Sic Stephani corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat. §. 295. n. 5. 537

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, &c. Quotsùm à Deo tam dura vindicta, vbi tam glorioſa offenſarum venia in Stephano proponitur? Quia Stephanus iniurias beneficiis rementitur, peruerſo gratus officio. toto §. 275. 500

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, &c. Sanè vindicta de effuſo Stephani ſanguine otiari videtur, cùm eius inimici tantam illius gloriam viderint. An tanta eſt gloria beatorum corporum, vt dicatur vindicta de perſecutoribus? §. 152. n 6. p. 280. Quin & Paullus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. §. 157. n. 2. 287

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. O quàm flebiliter de lapidatione Stephani Chriſtus conqueritur! Indè in Martyribus Chriſtus pati, & occidi perhibetur. §. 89. n. 5. 170. Profectò Chriſtus martyribus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. n. 5. 310

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Hæc cruciamenta non timet Stephanus. Animus enim beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per ardua quæque it alacris. toto §. 151. 277

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Sic exambit Deus paſſiones ac cædes Martyrum, vt pœnâ mortis Adamum punierit, præſcius futuros eſſe Martyres? §. 88. num. 2. 167

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Stephanus autem videns cælos apertos, & Chriſtum beatas glorias ſpirantem, conſtantiam fundat. Porrò beatum præmium eſt ſtrenuæ virtutis baſis, & corona; principium, & finis. §. 295. n. 3. 537

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis, Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Stat autem Stephanus in ſtadio ſtrenuè alacris, videns Chriſtum ſibi adeſſe. Nimirum tribulatis & oppreſſis hominibus Chriſtus Deus præſtò adeſt auxiliaris. toto §. 135. 251

Ieruſalem. Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Stephanus autem deludit Tyrannorum tormenta, videns cælos ſibi apertos. Sed cur cælum videns, in eo aſtra non videt? Sanè Martyrum glorioſa vulnera, cæli aſtra referunt. quare? §. 88. n. 4. 168

In feſto S. Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

IOANNIS XXI.

COnuerſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Non eſt vehementior natura ad amandum, quàm gratia. §. 1. num. 16. p. 4. Profectò Dei amor hominem format. § 214. n. 4. 392

Vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Hinc arcanior & ſubtilior Ioannis de Chriſto Deo ſapiẽtia. Nam paſſiuus amor cæcè inoculat Ioannem, & ſenſuum acumen eſt. §. 154. n 6. 283

Vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Tantus Chriſti ergà Ioannem amor, tot illi gratiarum prærogatiuas parturit. Nam vis diuini amoris ergà homines, munificè fœcunda eſt. toto §. 154. p. 282. Quin & beneficiis nos obruit Deus, vt noſtrum amorem magnificè extorqueat. §. 135. n. 6. 252

Vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Quaſi ex tanti amoris debito ſtipendio, Ioannes Chriſti de-

Digitized by Google

bitum iubetur rependere Virgini Deiparæ. §.325.n.3. Quin & Dei amor maritat ſponſæ mentem. §.154. num. 4. 283

Conuerſus Petrus vidit Diſcipulum illum, quem d ligebat Ieſus, ſequentem. Benè de Chriſti ſequela Ioannes commendatur; imò & beatur. Nam bonum virtutis exemplum, *Be re* noſtrum imitatione dicitur ſui appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. toto §.66. 130

Vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem. Expetibiliùs ne eſt, Chriſtum, ſequi, quàm habere? §. 187. n. 6. An manifeſtè Chriſtum ſequi, eſt Chriſti in eo permanentia? §.147.n. 3. 271

Hic autem quid? Non præluſtris ſecum martyrij palma, ſed bona temporalia, interrogando, & dubio affectu quæri debent. §. 149. n. 2. 274

Hic autem quid? Petri, ſicut Samaritanæ immenſa ſapientia, dubitando perſuadet. §. 109. n. 3. 207

Hic autem quid? Erit né ipſe qui eſt? an alter ipſe? Sie homo in gratiæ officinâ, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur? toto §. 214. 391

Hic autem quid? Dilectiſſimus Apoſtolus eſt? erit autem Euangeliſta Chriſti diuinitatem elucidans. Sic etiam per gratiam reformatur Ioannes, vt ipſe dicatur commentarius diuinitatis Chriſti? §. 214. num. 4. 392

Hic autem quid? Nam Ioannis feruor inexplebili cupiditate etiam vltrà vires operari ambit. §. 123 n. 4. 232

Hic autem quid? Quid tam ſollicitus eſt Petrus, ne glorioſa martyrij palma, Ioanni deſit? Scilicet vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt. & idem omnes, de beneuolæ ae beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289 516

Hic autem quid? Cur dubitat Petrus, an martyrij paſſionem ſubiturus ſit? An quia paſſionum mortificatio propè impaſſibilem fecerat Ioannem? §. 19. n.7. 52

Hic autem quid? An quia Ioannes alius à carne, & à ſeipſo alius eſſe perhibetur? §. 38. n. 4. 84

Et non dixit Ieſus: Non moritur. Nam per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat. §. 30. n. 5. 71

Et non dixit Ieſus: Non moritur. Nam poſſe mori, gratia vitæ eſt. §. 30. n. 4. p. 70 Porrò bona mors, mortis pœnam in præmium immortalitatis reformat. Inibi. Num mors & ſanctitas idem eſt? §. 30. num. 7. 31

Et non dixit Ieſus: Non moritur. Nam qui in vitâ eſt iuxtà mortem, ſuprà mortem eſt. §. 81. n. 5. 156

Et ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Idémne eſt, legere Euangeliſtas, ac videre quæ referunt? §. 143. n. 4. p. 265 In humanâ autem ſapientiâ, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper tranſlucet. toto §. 108. 205

Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius, Licèt laudatoria veritas victoriâ conſtet, vt fidem faciat. §.112. num. 5. 405

In Feſto Sanctorum Innocentium.

MATTHÆI II.

ANgelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens. Deus ipſe Magis reditum ſuggerit, & itum in Ægyptum Ioſepho Angelus perſuadet? Sanè Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. quare? §. 141. n. 5. p.261

Angelus Domini apparuit in ſomnis, Ioſeph, dicens. Eccur ſomno tanta res creditur? Sanè vir bonus velut ſomniorum arbiter eſt. §. 231. n. 1. p 419. Quin & in ſomno per imaginationes ad decentiam attendit. ibid. n. 2. p. 419 Sanctis ipſe ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. n. 4. 420

Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens. Inde Ioſeph, ſicut Iacob, bonus in ſomno operarius dicitur. § 231. n 3. 420

Dicens: ſurge, accipe puerum, & Matrem eius, & fuge. Chriſtus Deus is eſt, qui fugiat? Sanè Chriſtus fugere & errare dicitur, vt errones ac fugaces reuocet. §. 160. n. 6. 293

Surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum. In idololatram ſceleroſè Ægyptum mittuntur, vt boni exempli illicio, virtutum ſemina ſpargant. Nam bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia, &c. toto §. 213. 389

Fuge in Ægyptum, & eſto ibi. Ad exilium damnantur? Sed eorum patria, virtus eſt. §. 1 n. 4. 2

Fuge in Ægyptum, & eſto ibi. In ſceleroſam ſuperſtitioſè Ægyptum mittuntur ſanctiſſimi inquilini? Profectò locus ſæpè vitiis obnoxius eſt, ſæpè virtuti auxiliaris. toto §. 33. 75

Fuge in Ægyptum, & eſto ibi. E terrâ ſanctâ in ſuperſtitioſam mittuntur Ægyptum? Sanè aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodò afflat. toto §. 79. 152

Fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat, &c. Scilicet rationem affert, vt ad rem difficilem Ioſephi voluntatem permoueat. Porro voluntas eſt facilium, ac difficilium arbitra.toto.§. 241. & §.228. 436. & 414

Qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum. Re indiſcuſſâ confeſtim Ioſephus paret. Porrò Dei mandata, intellectus ſunt: eorum obſequium eſt potior eorum ſcrutatio. §. 193. n. 4. 357 Qui cæcè obedit, præcepto, tamquam Dei oculis inoculatur. ibid. n. 3. 357

Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem. Recèns nato Redemptore, Innocentium puerorum ſanguis, ſic crudeliter effunditur? Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus in terrâ naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis renaſcuntur? 309. num. 5. 566

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Puerorum etiam dies dicuntur veteres? §. 6. n. 6. 30

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Innocentes ex Herodis inſaniâ, gloriæ coronam excudunt. §. 46. n. 5. 97 Glorioſi eſt athletæ, cædi, & vincere. ibid. n. 4. 97

Et mittens occidit omnes pueros, &c. O quàm delieiatur Chriſtus in cæde Innocentium, quorum vulnera ſtellas præferunt, Chriſtum etiam coronant, &c. toto §. 88. 167

Et mittens occidit omnes pueros, &c. In quibus Chriſtus pati, & occidi dicitur. §. 89. n. 5. 170

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Chriſtus ne in Ægypti exilio abſens, non compatitur de Innocentium martyrio? Imò compatitur gloriæ celebritate. §. 170. num. 5. 310

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Innocentes paſſione ſuâ anticipatam pro Chriſti paſſione gratiam referunt? §. 89. n. 2. 169

Et mittens occidit omnes pueros, &c. Num Deus pœnâ mortis Adamum puniuit, præſcius futuros eſſe hos Martyres? §. 88. n. 2. 267

De

Index Concionatorius.

De fugâ in Ægyptum.

Euangelium ethicis expenſionibus illuſtratum eſt in feſto Sanctorum Innocentium.

In Feſto Circumciſionis Domini.

LVCÆ II.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Chriſtus à lege immunis, ſic vel cruentæ legi obſequenter paret? Scilicet legem antiquam complet Chriſtus, quò ſe probet illiùs, & nouæ legis conditorem. §. 298. n. 4. p. 542 Solúſne Legiſlator, legis obſequium perfectè complet? Inibi. 542

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Legem veterem implet Chriſtus: nam lex vetus, legis nouæ initium fuit. §. 298. n. 2. p. 541 Lex fuit velut Præcurſor Euangelij Inibi n. 6. p. 542 Legi antiquæ noua inſeritur. §. 298. n. 5. p. 542 Lex antiqua, de quâ Euañgelium naſcitur, illud conſecrat. ibid. n. 3. 541

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Chriſtus lege exemptus, legem implet? Anguſta ſanè virtus eſt, ad legem bonum eſſe; auguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §. 141. 261

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Puer Ieſus, legem, quâ non tenetur, obſequenter implet: nam voluntas piè affecta, leges quamlatiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. O quàm præproperè Chriſtus legem, quâ non tenetur, adimplet! Sanè lex dicitur eſſentia, & fortuna: Dei eſſentia, atque oculi; noſtræ animæ vita, & Sanctorum ſcientia. toto §. 205. 476

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Secundùm legem octauo die obſequenter circumciditur; an quia legem habet in corde? an cor in lege? §. 228. n. 2. 415

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Profectò octo diebus conſummatis, nonus incipit, qui inidoneus circumciſioni eſt. An dies octauus feliciter inchoatus, conſummatus dicitur? Porrò res dicitur perfecta, cùm operari incipit. §. 274. n. 2. p. 501 Sic etiam prima Luna totam lucendi plenitudinem continet. § 113. n. 2. 214

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer. Eccur Euangeliſta non expreſsè dicit, ſed ſupponit pueri Ieſu circumciſionem? Appoſitè inibi noſter Salmeron: *Horruit Euangeliſta infantulum innocentem nota & cauterio ſubiicere circumciſionis, cùm eſſet innocens, impollutus, &c.*

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Grande quidèm nomen, & muneri ſuo peridoneum. Nomen enim Ieſu eſt ſanctificatio, conſecratio, ſeparatio, corona. §. 28. num. 4. 67

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. quod Redemptoris munus mirè publicat. Sic etiam Angelorum nomen mirabile eſt, quia ab officio plenè adimpleto eſt. §. 121. num. 4. 228. Sic Angelus etiam inferior, *Seraph* ab officio nominatur. inibi. 228

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Quid vltrà quæris Deo nomen? Deo qui ſolus eſt, Deus vocabulum totum eſt. §. 162. n. 7. 197

Et vocatum eſt nomen eius Ieſus. Deus ex nomine egregiè innoteſcit. Nam Dei nomen dicitur eius cognitio & contemplatio. §. 111. n. 4. 211

Et vocatum eſt nomen eius Ieſus. Num Chriſtus Deus poſtulat, vt quod iure præhabet, nomine præferat? §. 28. num. 5. 68

Et vocatum eſt nomen eius Ieſus. Res muta eſt, quam nominis ſignificantia facit linguatam, nominis auſpicio, & vocabuli ſacramento. toto §. 28. 66

In Epiphaniâ Domini.

MATTHÆI II.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt, &c. Profectò ex aduerſariis fidei Magis, validum fidei ſuffragium ſumitur. § 143. num. 6. p. 266

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt, &c. Magi id eſt, Sapientes, ad fidem primi aduocantur. Porrò negat ille ſe credere, qui negat ſcire. §. 108. n. 6. 206. Tametſi fides dicitur carere arte. quare? §. 193. num. 3. 356

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Profectò non Deus, Deique fides; ſed bona temporalia, interrogando, & dubio affectu quærenda eſſe perhibentur. §. 149. n. 2. 274

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? An Magorum, ſicut Samaritanæ immenſa ſapientia, quaſi dubitando feliciùs perſuadet? §. 109 n. 3. 207

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? An Magi, ſicut Chriſtus, tunc magis docent, cùm prudenter interrogant? §. 109. n. 2. 207

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? In Ieroſolymâ flagitioſè ſceleſtâ Deus quæritur? ibi vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 41. 88

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Sanè Deus dum ab homine ideò quæritur, vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur. toto §. 47. & § 214. num. 4. 392

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Deus qui tam ſollicitè quærit hominem, vt inueniat; iam propè inuentus eſt ab homine, qui Deum quærit. toto §. 75. 145

Dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Gentiles Magi populum Dei in fide erudiunt? An vt erudiamur, quod explorandum potius ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm Quis dixerit? toto §. 69. 135

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? De regiâ dignitate tantùm commendant Puerum recens natum. Nam moderata idoneè laudatio eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium. toto §. 221. 405

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, &c. Incredibile videbatur, Ieroſolymis ignorari, vbi natus eſſet rex Iudæorum; & veroſimile erat, id eſſe notiſſimum. At ſæpè in incredibili eſt verum, & in veroſimili mendacium. §. 4. num. 3. 25. Et quidèm mutus teſtis, omnibus vocem habentibus euidentior eſt. §. 268. n. 2. 492

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Ex Baalami oraculo hæc perſuaſio apud Magos increbruerat. Quod ſi auita tantùm credulitas Idololatriam perſuaſit, perſuadeat etiam Iudæis fidem.

§. 58. n. 5. 118

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Herodis turbatio ac metus, fuit illius excidij teſſera §. 145. num. 6. 269

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Recèns natus infantulus tantum Regi, ac regni Proceribus metum incutit? Scilicet hominum timore ſuam auctoritatem, pulchritudinem, & gloriam Chriſtus Deus adornat. toto §. 26. 63

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Timeant, qui neſciunt Deum apud ſe eſſe. Nam Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. § 162. n. 2. 296

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Meritò timet Herodes, qui ad regni faſtigium ſuperbè aſcenderat. Nam quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §. 261. 481

Et congregans Principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. Benè peritos conſultores Rex in conſilium aduocat, Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decernat. toto §. 10. 35

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam, &c. Verum Conſultores dixerunt: ſed, opinor, conſultiùs veritatem diſſimularent apud Tyrannum. O quàm periculoſum eſt apud Reges perite philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit! toto §. 246. 455

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Ex hoc Herodis metu tragicus contrà Innocentes furor armatur. Profectò minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium. toto §. 54. 110

Ite, & interrogate diligenter de puero, &c. *vt & ego veniens adorem eum.* O vulpem! Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198. 364

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius: & procidentes, &c. Quid auguſtè regium Magi in puerulo vident, vt eum adoraturi procidant? An ſumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt. §. 137. n. 3. 255. Chriſtus natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit. §. 189. n. 7. 350

Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera. Theſauros ſuos Magi palàm aperiunt? Profectò humilis ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit. §. 137. n. 4. 255

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & mirrham. Tam pretioſa Magi munera pauperculo infanti offerunt? Sanè Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt velut è cathedrâ ſit gratitudinis Magiſter. §. 135. num. 7. 252

Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem. Profectò Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum ſicut Magi, ſed per Angelum admoneri. §. 141. n. 5. 262

Dominica infrà octauam Epiphaniæ.

LVCÆ II.

Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim. Æterno Deo anni numerantur? Quin puerorum etiam dies dicuntur veteres. §. 6. n. 6. p. 30. Et iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis præmaturè cumulat. toto §. 35. pag 78

Aſcendentibus illis Ieroſolymam, ſecundùm conſuetudinem diei feſti. Eccur Deipara per omnes annos, poſtpoſito Archelai metu, cum puero Ieſu vadit in Ieruſalem? An vt ſuas laudes, in ſe iam completas, in templo decantandas audiat? §. 225. n. 2. 406

Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem. In ſanctâ ciuitate, & cum viris ætate maturis, & eruditione opinatiſſimis. Quò homines erudiret, quòd iuuenum cum ſenibus tutior conuerſatio eſt. §. 1. num. 12. 3

Et requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, &c. Nam ibi vbi eſt, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 41. 88.

Et requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes. Mirùm eſt, quòd Chriſtum Deum ſic ſollicitè quærentes, non inueniſſent. Nam Deus dum ab homine ideò quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur toto §. 74. p. 143 & §. 214. n. 4. p. 392. & ferè §. 75. pag. 143.

Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo. In templo inuenitur: quia templum Dei ipſius facies dicitur, Ægypti obliuio, & beatæ gloriæ proœmium. toto §. 39. 85

Sedentem in medio Doctorum: audientem illos, & interrogantem eos. Comiter iuuenis Doctores audit, & interrogat. Nam vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam quodammodò ſuboleant, minimè negligere oportet. toto §. 114. 215

Sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Humiliter audit, humiliter interrogat. Nam ſublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. 206

Sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Profectò Chriſtus tunc magis docere dicitur, cùm prudenter interrogat. §. 109. n. 2. 207

Audientem illos, & interrogantem eos. Qui interrogat, neſcire, aut ſaltem dubitare ſpecie tenùs videtur. Num Chriſti, ſicut & Samaritanæ immenſa ſapientia, quaſi dubitando feliciùs perſuadet? quare? §. 109. n. 3. 207

Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Chriſtus abeſt, vt auidiùs quæratur, quaſi de abſentiâ æſtimationem præſentiæ augeat. Porrò beneficia, quæ accepta adſunt, non ita æſtimamus; quæ abſunt, requirimus. toto §. 267. 490

Quid eſt, quòd me quærebatis? Porrò Deus etiam inuentus, quærendus eſt. §. 74. n. 6. 144. Deus præſens abeſt, vt quæratur tamquam abſens. §. 34. n. 3. 77. Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. quomodò? §. 41. n. 6. 89

Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe? Sic officio ſuo plenè adimplendo totus officialis inuigilet. toto §. 8. §. 116. §. 121. p. 32. 219. 227

Et ipſi nihil horum intellexerunt. Scilicet Ieſus ad erudiendos ſuos parentes, humilitatem conſultò adiicit. §. 109. n. 4. 208

Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Ecce tibi magnanimitas, non tam Superioris, quàm ſubditi elogium eſt. §. 221. num. 4. 404

Et erat ſubditus illis. Sanè vniuerſatim in parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. §. 221. num. 4. & toto §. 404

Et Ieſus proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum, & homines. Ieſus gratiâ apud Deum proficere dicitur, cùm per eum homines ad diuinam gloriam proficiunt. §. 282. n. 3. 515

Digitized by Google

Index Concionatorius.

Dominica II. poſt Epiphaniam.

IOANNIS II.

N*Vptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ*, In Bibliis, *requies* pro nuptiis vſurpatur. §. 184. n.2. 249. At nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt. toto §.265. 486

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ. Pulchritudo, nuptiarum lenocinium eſt. Verùm non tam corporis, quàm motuum elegantia in vxoribus expetenda eſt. toto §.181. 513. Porrò bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri. inibi. n.5. 514

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ. Maritus autem vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. toto §.206. 378

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ. Nemo benè Catholicus culpet nuptiarum bonum. Sed virginitas dicitur *homo*, viduitas *femina*, iugalitas *corpus*, nuncupatur. §. 207. n.2. 380

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ & erat Mater Ieſu ibi. Omnium propè vota trahit, dulcis nuptiarum libido. Sed virtus magnetica virginitatis, naturam ad ſe arcanè attrahit. §.207 n. 5. 380

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi. Sobolis ſpes, nuptias conciliat. Sed virginitas fœcunda eſt, & virtutum copula. §. 207. n. 3. 380. Virginitas eſt ſpiritus ſuprà germen. ibi. n. 4. 380. Virginitas, flos, & fructus eſt. ibidem. 380

Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ & erat Mater Ieſu ibi. Benè adeſt nuptiis Deipara Virgo, quæ mundo in viduitate ſedenti ſponſum parit.§.320.n.5.585

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Pocula deſunt præſente Deiparâ, cuius præclaris virtutibus Angeli potantur? §.94. num. 2. 177

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Deipara oblita Matrem, prece obtinet, vbi neceſſitas propoſita rogat. §. 286. num. 2. & toto §. 521

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Sanè Deipara velut impotens eſt ad non ſubueniendum miſeris, etſi inopiam ipſi neſciant ſuam. §.314. num. 5. 575

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Scilicet Beata Deipara aliorum verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit. §. 170. n. 2. 309

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Eccur neceſſitas cognitionem, & illius remediandæ preces, Mariæ pietas non expectat? Videlicet nemo ſupplicum præueniet Marianæ beneficentiæ largitatem. §. 312. n. 3. 571

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Nec ipſi agnoſcunt neceſſitatem, nec pro illâ auertendâ ſupplicant, & Virgo Deipara ſola rogat? Scilicet Maria eſt humanæ naturæ facundum precariè os. § 313. n. 3. Marianæ orationis appendices gratiæ recenſentur. ibid. n. 5. 571

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Ipſis defectum neſcientibus, Maria remedium impetrat. Quare pro beneficiis à Filio Deo acceptis, gratias Matri referamus. §. 113. num. 6. 215

Deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Scilicet adſpectu ad Mariam, ipſa indigentia precariè vocalis eſt. Nam Deiparæ manus auritæ ſunt ad oculorum preces. §. 312. n. 1. 571. Exindè Deipara Virgo optata largitur, & ab omnibus inuocari dicitur. §. 312. n. 5. 572

Quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Sanè Deiparæ videtur beneficium non concedi, vt Chriſtus ab indigentibus rogaretur. §. 286. num. 3. 522

Quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Hem! re petitâ excidere, illam aſſequi eſt? quomodo? §. 225. n. 5. 411

Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam. Vtili diſpendio perdiderunt ſuperfluum, quod impleuerant, & reperiunt neceſſarium, quod deerat. §. 236. n. 4. 428

Dominica in Septuageſima.

MATTHÆI XX.

S*Imile eſt regnum calorũ homini patri-familias.* Deúſne idoneè dicitur humanæ familiæ Pater, an Dominus? An qui erat Dominus in Patris vocabulum attollitur? §. 142. n. 3. 263

Simile eſt regnum calorum homini patri-familias. Deus ad exaggerandam, ſuam ergà homines ſollicitudinem, Patris nomen accipit? Imò & homines dicuntur Patres ex indulgentiâ, vmbraticè, & abuſiuè. §. 118. num. 3. 223

Simile eſt regnum calorum homini patri-familias, qui exiit primo mane conducere operarios. Non valdè honorum agricolæ nomen & munus Deus hîc aſſumit, & ſedulò obit. Bona planè eruditio! Non enim ex amplitudine officij, ſed ex illius exacta adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. 219

Conuentione autem factâ cum operariis ex denario diurno, miſit illos in vineam ſuam. Denarius diurnus pro ſtipendio laboris promittitur. Quin & debitus pro opere cibus, ipſum penſum & opus nominatur. §. 317. num. 3. 580

Conuentione autem factâ ex denario diurno, miſit illos, &c. Vt fundus fructificet, agricolationem præmittit, & illius præmium. Porrò præmium nunc velut folia, fructum beatitudinis protegit, & cuſtodit. §. 295. num.4. p.537. Et quidèm beatum præminm eſt ſtrenuæ virtutis baſis, & corona; principium, & finis. ibidem. num. 3. 537

Vidit alios ſtantes in foro otioſos. Quod nam eſt ergò otium legis, & opus gratiæ? 141. num. 3. 261. Fora declinet, plateas fugiat quiſquis virtutem amat. toto §. 24. 60

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Sanè operatio humanam vitam à corruptione redimit. §. 124. num. 5. 234. Læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto §. 124. p. 234

Quid hîc ſtatis totâ die otioſi? Bonus hic paterfamilias à reliquis muniis otiatur, vt vni muneri vineæ colendæ impenſiùs vacet. Porrò homo negotioſis occupationibus obſeſſus, vnum hominem non agit; Deo euacuatur, ſibi deeſt, neque negotiis par eſt. toto §. 270. 495

Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem. O! ſerò, & cum murmure tandem ſoluit bonus etiam pater-familias? §. 128. n. 6. 241

Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo, &c. Hic pater familias alioqui largè

 munificus,

Digitized by Google

munificus, is eſt, qui ſero ſoluat? Profectò hominibus faciliùs eſt propria largiri, quàm aliena reſtituere. quare? § 128. n. 4. & toto ferè §. 240

Redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis vſque ad primos. Opinari licet, hos nouiſſimos non minus, etſi breuiùs laboraſſe, quàm primos. Alioqui congruus rerum ordo, inconfuſa diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. toto §. 194. & §. 195. 357. 359

Redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis vſque ad primos. Conſultiſſimè quidèm: nam præcelſæ virtutis ſublimitas, infimiſſimæ humilitatis ſtipendium eſt. toto §. 189. 349

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt, quòd plus eſſent accepturi, &c. Et accipientes murmurabant. Non obmurmurant, quia ſatis non accipiunt, ſed quia ſuprà reliquos non accipiunt. Sic ſtellæ cùm nocti præſunt, planè lucent; ſecùs è cælo cadunt, vt ſaltem ſuprà terram ſint. §. 110. n. 4. & 5. 209. 210

Et accipientes murmurabant aduerſùs Patrem-familias. &c. Magnitudo gloriæ Apoſtolorum, aliorum murmure denotatur. §. 51. n. 2. p. 105 Diuturnæ etiam ſpei explicatio, aut ſynonymum putatur operariorum murmuratio. ibid. n. 3. 105

Et accipientes murmurabant aduerſùs Patrem-familias, dicentes. &c. Vide hìc quàm ex leui occaſione murmuratio ſuboriatur. Sanè pernicioſus ex aliquâ occaſiunculâ maledicentia commentarios exaggerat. §. 233. num. 2. 423

Et accipientes murmurabant aduerſùs patrem-familias, dicentes, &c. Profectò puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. toto §. 248. p. 458 Et quidèm ſilentium à querelis, cultus iuſtitiæ eſt. §. 232. n. 6. 422

Tolle quod tuum eſt, & vade. O quàm inops ac inanis dimittitur homo, qui quod ſuum eſt dumtaxat habet! Porrò homo iuxtà noneſſe aut propè nihil eſſe perhibetur. §. 5. n. 2. p. 27 Qui Deo non viuit, neque integer, nec plenus, nec verus homo dicitur. §. 164. n. 2. 299

Aut non licet mihi quod volo, facere? Deo quidèm licet, non homini. Nam humana voluntas quâ facie libet, res humanas colorat, &c. § 258. 475

Aut non licet mihi quod volo, facere? Deo quidèm licet. an etiam homini? Profectò qui animosè vult, ſtrenuè poterit, quaſi affecta animoſius voluntas ſit poſſibilitatis cenſus. toto §. 228. p. 414 Velle Dei, Dei poſſe dicitur: ſic quodammodò hominis. §. 258. num. 5. 476

An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Heu! ne peccatori diuina bonitas, & benignior indulgētia, incentiuum tribuat delinquendi. toto §. 50. 103

Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Mores antiquant dies, & nouellos annos. §. 35. n. 4. p. 79 Æſtimatione ſequentium vetuſta ſuperantur. §. 4. n. 2. 25

Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Nam humilis ſeipſo vacuus dum ſe dediſcit, vltrà ſeipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. toto §. 137. 254

Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Quomodò ex tanto numero, qui per gratiam vocantur, pauci homines tandem eliguntur? Num hominis natura eſt pugnax cum gratiâ? toto §. 38. 83

Dominica in Sexageſimâ.

LVCÆ VIII.

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Exemplo verbi, homo à ſe exiens, exeundo non recedat §. 144 n. 4. 267

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, &c. Dum exit ſeminare, iam ſeminat? Nil de eo auditur, niſi quòd ſeminet. Scilicet bonus ſeminator (ſicut & bonus Iudex) tantùm ſeminator eſt, reliqua nemo. §. 8. n. 6. 34

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Non valdè honorum ſatoris munus Chriſtus Deus aſſumit. Sed cui plenè obeundo totus inuigilat. Scilicet non eſt magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam, & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p. 227 Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. 219

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. &c. Necdum domo aut vrbe ad ſeminandum exierat, & iam ſeminare perhibetur? Scilicet antequam ore ſpargat verbi ſemen, oculos bono exemplo fœcundat. Porrò bonum virtutis exemplum B[illegible]re noſtrum imitatione dicitur, ſui appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione toto §. 66. 130

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Dei verbum prædicat Euangelicus Concionator, & ſemen ſuum fœcundè ſeminare dicitur: Nempè dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti os, & cor, eiuſdem fœcunditas; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Eccur foràs exit, vt doceat? Heu Sapiens non vitæ: ſed ſcholis diſcit! § 4. n 1 Ergò impenſiùs ſibi totus attendat, cùm ſe totum aliis impendit. toto §. 144. 266

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Non alienam, & indè male aſſutam ſapientiam Sapiens erudiet. O! Dimidium animæ reliquit litteras. §. 4. n. 2. 25

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Quare non dicit, quiſnam ſit hic ſeminator, qui Dei verbum ac ſapientiam ſpargit? An quia explorandum potiùs ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm Quis dixerit? toto §. 69. 135

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Num ſapientia dum ſpargitur, ſimul fœcundè multiplicatur? Nimirùm virtutis ſcientia, ore calamo, opere diſtributa & ſparſa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. 160

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. &c. Eccur foràs exit hic cæleſtis Sator, vt fœcundè fructificet? Sanè de rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*? ſed quòd fructum ſuum *dabit*: parum enim eſt, quod fructum in ſe ferat, niſi illum aliis det. §. 173. num. 2. 314

Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Quare ſiletur, quiſnam ſit hic homo ſapiens, diuinæ ſapientiæ ſeminatur? An ſapiens hominem dediſcit, & in merè ſapientem ſubſtantiatur? Sic hominis ſapientia, eſſentiæ appellationem ſortitur! quare? §. 108. n. 2. 205

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt. Non mirarer conculcatum fuiſſe granum, quod in viâ cecidiſſet, crebris viatorum veſtigiis. Aſt granū propè viam, quomodò proculcatur? Scilicet propè eſt, vt via ſit, qui prope viam eſt. §. 203. num. 2. 373

Et dum cecidit, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt. Granum proculcandum proiicitur, & *cadere* ſe prudenter dicit, quò in imaginationis officinâ calamitatem mitiget, non exaggeret. toto §. 44. 95

Et conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. Volucres

Digitized by Google

Volucres cæli, quæ aluntur immundo ſpiritu, Euangelij doctrinam prædicando corrumpunt. §. 68. n. 2. 133

Et conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud. Heu electum diuini ſatoris granum, male vertitur in aduerſarij Dæmonis cibum. §. 238. n. 2. Dæmones ac Hæretici malè comedunt, & peiùs digerunt verbi Dei granum electiſſimum. ibid. n. 3. 133

Et aliud cecidit ſuprà petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. (Matthæus cap. 13. verſ. 5. *Non habebant terram multam*) Res ſanè miriſſima, quòd ſpirituale ſemen Diuini verbi, terræ defectu ſteriteſcat. §. 7. num. 3. Conſule totum §. 31

Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ (id eſt, diuitiæ) *ſuffocauerunt illud.* Quid mirum ſi virtus diuitiis opulentis ſuffocetur, & pereat. Nam auara opulentia, vitiorum ſupellex eſt, cæli exheredi-tatio, & impius Chriſti contemptus. toto §. 149. 274

Et aliud cecidit in terrã bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Semen diuini verbi à Concionatore ſeminatum, non faciat ſibi fructum copiosè fœcundum, ſed Deo. Concionatorum ergò auaritia diſtrictiùs vapulat §. 149. num. 4. 275. Arbor illa prophetica Pſalmi 1. verſ. 3. non *fert* ſibi fructum, ſed aliis *dabit.* §. 137. num. 2. 254

Quod autem in ſpinas cecidit; hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, &c. Heu temporalium bonorum ſollicitudo facit, vt homo inter ſpinas panem comedat! § 125. num. 6. 235. Sanè vacatio adulatur religioni; ſollicitior temporalium cura, teſſera damnationis eſt. inibi. n. 7. 238

Qui habet aures audiendi audiat. Quis autẽ audiat Concionatorem ſqualidè mutum? Profectò Manna, id eſt, verbum Dei, in malemorati Concionatoris ore, vermes facit. §. 68. n. 3. Conſule totum. § 134

Dominica in Quinquageſima: & in Feſto 40. horarum.

LVCÆ XVIII.

E*Cce aſcendimus Ieroſolymam*, &c. Arduus eſt *aſcenſus* in viâ ad cæleſtem Ieruſalem. Ergò agonizandum eſt, vt incedamus per arctam viam, quæ ducit ad cælum. §. 43. num. 5. pag. 92

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Cum Chriſto, & in Chriſto aſcendere debemus in Ieroſolymam. Exindè Chriſtus via viuens nominatur. §. 43. num. 3. 92. Heu nimis errat, qui aberrat à viâ! §. 43, num. 1. 91. In viâ quæ eſt Chriſtus poſſibilitas eſt. quare? ibid. num. 4. pag. 92

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. An Diſcipuli ſic erant viarum ignari, vt neſcirent, ſe aſcendere in Ieroſolymam? Scilicet diſſimulanter admonet, ne ceſſent aſcendere. Sanè perpetuo tenore virtutis via premi debet, ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculosè corruat. toto §. 93. 175. Profectò ſtitio in viâ virtutis, velox diſceſſus à Chriſto eſt. §. 43. num. 2. 91

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Chriſtus præit, vt Iuſti Ieroſolymam magno numero aſcendant. Econtrariò peccatorum via, de non bono exemplo viatores parturit. §. 67. n. 2. 132

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. An non Diſcipuli vel ex labore ardui aſcenſûs, & ſudato laboriosè adnixu, probè norunt, ſe Ieroſolymam aſcendere? Quid neceſſe eſt, vt à Chriſto admoneantur, ſe aſcendere, cùm ipſe aſcenſus id ſatis admoneat? An quia in laborum acerbitate, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet? toto §. 172. p. 312. Sanè læta in laboribus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. 342

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. An quia vltrò aſcendunt, ardui aſcenſûs defatigationem non ſentiunt? Profectò voluntarius operator ſenſum laboris furatur. §. 228. num. 3. 415

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Laborem ardui itineris non ſentiunt, qui neceſſe eſt, vt admoneantur, ſe aſcendere. Scilicet pulchra ſpes beatæ Ieroſolymæ tenendæ, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. toto §. 295. 5, 6 Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. toto §. 151. 277

Ecce aſcendimus Ieroſolymam. Sanè ad cæleſtem Ieruſalem per arduum ac difficile iter aſcenditur, An quia de re facili, & abundè exprompta, ſatietati vicinus affectus eſt: toto §. 199. 366

Et conſummabuntur quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis. O quàm certò Deus promiſſa implet ſua! An vetatur Iſaaci immolatio, vt Abrahamus quod ſeruis promiſerat, adimpleat §. 16. num. 4. 298. An Deus vel quod dixit ironicè, verum facit? §. 143. n. 2. 264. O! Scripturam oportet ſcrutari, vt eam ſcrutari deſinamus! § 4. n. 9. 27

Et conſummabuntur quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis. Profectò non qui bonum incipit, ſed qui conſummat, beatur. §. 51. n. 2. 105

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, &c. Paſſionis acerbitatem non tantùm ſubiicit Chriſtus, cùm paſſus eſt; ſed cùm eam mente verſat, & ore tractat Scilicet anxius periculi timor in imaginationis officinâ, calamitatem anticipat. toto § 44. 93

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, &c. Horum præſcius, Chriſtus Ieroſolymam ſpontè aſcendit alacris? Porrò Chriſtus dum vltrò Paſſionem ſubit, eâ potiri dicitur. §. 258. num. 4. 476

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, &c. Num Chriſtus Deus, is eſt, qui hæc decenter patiatur? Imò Chriſtus Deus patibilis impatibilitatem diuinitatis oſtendit. §. 47. n. 4. 48

Et poſtquam flagellauerint, occident eum, & tertiâ die reſurget. Paſſionis ac Reſurrectionis nexus, ſpem noſtram egregiè integrant. Nam ſine Paſſione nemo habet vndè ſperet, ſine Reſurrectione, in quem ſperet. §. 143. n. 4. 265

Et poſtquam flagellauerint, occident eum, &c. Euchariſtia eſt cenſus Dominicæ Paſſionis; illamque reparare, & demonſtrare perhibetur. toto §. 181. 330

Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, &c. Neſciebant enim adhuc rudes, quanta gloria ærumnis & calamitatibus ſubſit. Sanè gloria exultantium in laboribus, pia ſuperbia dicitur. §. 284. n. 5. & toto. §. 185. & §. 172. p. 519. 342. & 312

Quiſquis in 40. horarum concione velit aliqua de Euchariſtiâ delibare, eligat è multis quæ hîc habentur, à §. 177. vſque ad §. 183. p. 321. vſque ad 331. vbi agitur de myſtico Boozi conuiuio. De Oratione, præſertim multorum, conſule in Syllabo rerum, verbum, *Oratio.* De mundialium voluptatum fallacibus præſtigiis, vide verbo, *Voluptas, Felicitas, Diuitiæ.* Exinde forſan ad materiandas ſuper hoc argumento conciones, non valdè paupertinam rerum moralium venam fodicare licet.

Feria

Digitized by Google

Feria IV. Cinerum.

GENESIS III.

Memento homo, quia Puluis es, & in puluerem reuerteris. Cineri cum deliciis, quas turbat, & eneeat, arcana cognatio eſt. quæ? §. 172. num. 3. pag. 312

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Humanæ ſpei mors, puluis ſepulcralis eſt, quo iam iam meditatione dicinereſcimus. Imò ſpes germinat, vbi in puluere, id eſt, in ſepulcri foſſurâ os ponitur. §. 80. n. 3. 154

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hinc humana inconſtantia natales trahit. Nam terra dicitur mutationum hypoſtaſis. §. 243. num. 5. 451

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Heu lutoſam humani corporis materiam, vitiis inteſtinis prurientem! Sanè immundi etiam Spiritus luto carnis conuiſcerantur. §. 229. num. 3. 417

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Profectò puluis cohærentiæ neſcius, impium aliis inutilem moraliſſimè adumbrat. §. 274. n. 3. 502

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Porrò terrena natiuitas cæleſtem renaſcentiam inaugurat. §. 7. n. 4. 32

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Eſto, terra ſit infimiſſima, & viliſſima; cur non tam cæli, quàm terra à Seraphinis dicitur plena gloriâ Dei? §. 7. n. 2. p. 31 Cùm dicitur Deus ſine terrâ, cur etiam dicitur terram gloriâ ſuâ implere? inibi. Hem! terræ defectu ſemen diuini verbi ſterileſcit. §. 7. n. 3. 31

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulchri, Deiparæ ingeritur. §. 81. n. 3. p. 156 Chriſto non tam terra donatur, quàm fines terræ. §. 102. num. 4. 191

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. O! ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda. §. 306. n. 2. 561

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Sanè qui mortem ſemper cogitat, numquam timet. §. 30. n. 1 p. 70 Felix, id eſt, victorialis dicitur, tabernaculi Petri depoſitio. quare? ibid. n. 2. & 3. 30

Memento homo quia, puluis es, & in puluerem reuerteris. At poſſe mori, gratia vitæ eſt. §. 30. n. 4. p. 70 Sanè bona mors, mortis pœnam in præmium immortalitatis reformat, inibi. 70

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Euge moriturus: nam per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat. §. 30. n. 5. p. 71. Sanè qui mortem timet, non vult ire ad Chriſtum. ibid. Heu metus mortis non ad mortem, ſed ad vitam referendus eſt. §. 30. n. 7. p. 71 Num mors, & ſanctitas, idem ſit? ibid. 71

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Eheu! non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debemus? §. 30. n. 6. p. 71 Quomodò viuere potes, vbi non audes mori? §. 35. n. 3. p. 79. In quâcumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, vita tota eſt. §. 35. n. 1. 78

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Profectò mortis memoria hebetat pulchritudinis tela, virtutes germinat, eáſque quaſi in ſanctitatis gymnaſio erudit, toto §. 80. 153

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Recordatio mortis, mortis declinatio eſt. §. 81. n. 1. p. 155 Meditatio ſepulturæ, inſtauratricem ſepulturam faciet. ibid. n. 4 p. 156 Qui eſt in vitâ iuxtà mortem, ſuprà mortem eſt. §. 81. n. 5 156

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Conſultiſſimè Eccleſia mortis memoriam inculcat Heu quanta mala mortis obliuio accerſit! §. 81. n. 2. 155

Feria IV. Cinerum.

MATTHÆI VI.

Cum ieiunatis. Bonum ieiunium, quod de ſuis viſceribus auxilium exigit. §. 18. n. 6. p. 51 Bonum ieiunium, quod libidinis æſtum extinguit, & caſtitatis lucem accendit. ibid. n. 1. 49

Cùm ieiunatis. Virtutis ſtudioſis non tam ſuadetur ieiunium, quàm ſupponitur. Porrò ieiunij beneficio, eſuries, imò & cupiditas virtutum ingeritur. §. 18. num. 2. 49

Cùm ieiunatis. A ieiunio arma aduerſùs Dæmonem petamus. Nam ieiunij noſtri ictibus immundi ſpiritus verberantur. §. 18. n. 3. 50

Cùm ieiunatis. Quiſquis cælum amat, amet & ieiunium quod altè dicitur, Radix gloriæ. §. 18. n. 4. 50

Cùm ieiunatis. Qui longè eſt à Deo, ieiunium aſſumat, quod Deo appropinquat, & cum Deo hominem copulare dicitur. §. 18. n. 5. & 6. 50. 51

Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, &c. Sic Hypocrita per vanægloriæ præſtigias transfiguratur! §. 168. n. 6. 307

Nolite fieri ſicut hypocritæ, &c. Porrò quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud citiùs ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259. 477

Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ &c. Porrò acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie, ac nomine virtutis colorat. toto §. 186. 344

Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, &c. Profectò Hypocriſis vnægloriæ arbitrio, ſicut Amaſias Idumæos vincens, eorum Deos adorat. §. 168. n. 2. p. 306 Quin & virtutum triumphis cadit oppreſſa. ibid. num. 5. 306

Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, &c. Sanè Chriſtiana philoſophia humanam gloriam Deo victimat, &c. toto §. 29 p. 68 Nam vanægloriæ ambitio ſuos appetitores, deprauat, inuitiat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat. toto §. 261. pag. 480. O quàm de facili hominibus vanagloria ſubrepit! toto §. 285. 519

Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c. Miſera hypocriſis triſtitiam accerſit; vera autem mortificatio gaudium & voluptatem decipit. §. 150. n. 6. 27

Ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito, &c. Profectò Hypocrita etiam in oculto publicè operatur. §. 168. n. 1. p. 306 Humilis verò ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit. §. 137. n. 4. 255

Ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito, &c. Porrò qui Deo non viuit, ſed ſibi ac mundo, nihil eſſe incipit: exindè Sanctorum proceres, Dei gloriam reputant ſuam. toto §. 164. 299

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terrâ. Culpatur hominum

Digitized by Google

hominum cum auro connubium, §.23. num. 3. p.58. Auri copia dum robur dicitur, ſtultitia exponitur. ibi. p.58. Mundialia bona nec homini, nec ſibi ſatis ſunt. §. 23. n. 5. p.59. Mundialium bonorum auida eſt, & ieiūna poſſeſſio. toto §. 252. 465

Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum. Sanè homo de neceſſitatibus corporis nimis ſollicitus, cor duplicat. §. 125. n.2. 234

Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor & tuum. Scilicet huic ſeruit quiſque quo vincitur. §. 104. num. 3. 194

Feria VI. poſt Cineres.

MATTHÆI V.

Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem, &c. Scilicet Chriſtus licentiam vetuſtatis Euangelicâ perfectione reprehendit. §.272.n.1. p.498. Profectò veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt propè ad vltionem cogere dicantur. toto §. 256. pag.488

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. Quid Iudæi hanc præceptionem auerſantur? Nam Sapientum gnome eſt: Vltio à contumeliâ non differt niſi ordine. §. 251. num. 1. 463

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Hæc Chriſtiana beneuolentia, & beneficentia, inermem inimicis produnt hominem. Imò triumphalem. Porrò in Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. 463

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Summa Dauidis ergà inimiciſſimum Saülem beneficentia, ſtupor à quibuſdam putatur. §. 273. num.5. 501. Nam Chriſtianiſmi notaculum eſt, inimicos diligere. §. 273. n.3. 501

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Porrò offenſa patienter accepta, offenſoris gratiam quærit. §. 272. num. 3. 499. Quare ſiniſtra tranſit in dexteram, cum offenſoris gratiam quærit inibi. Quin & offenſarum venia dicitur redemptio maxima peccatorum. §. 271. num. 5. 499

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Quin & gratitudinis titulo Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio, toto §. 273. 500

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. &c. Num Chriſtus expetit reſurrectionem ſuam, vt crucifigentibus benè faciat? §. 173. n.4. p.314 Poteſtne inimicus perſecutor, Angelus appellari? ibid. n. 3. 314

Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos..... vt ſitis filij Patris veſtri, &c. Sanè in diligentibus inimicos, diuina generoſitas filiatione prælucet. §. 272. n. 2. 498

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. &c. Ex veniâ inimicorum, quilibet poterit eſſe ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator. §. 272. n. 6. 499

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Sanè in reconciliatione cum inimicis, propè impoſſibilia Deus mandare putatur. §. 272. n. 7. p.499. Et tamen Moyſes ipſo aduerſæ contrà ſe hoſtilitatis inſtrumento largiùs benefacit. §. 119. num.4. & 2. 224. 225

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Res hominibus difficilis, ſed perutilis. Porrò iniuria ab iniuſto offenſore æquanimiter tolerata, iniurias à ſe Deo illatas, beneficâ manſuetudine redimit. toto §. 76. 147

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Hæc Chriſti præceptio, generoſos inuenit, aut facit. Nam ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori ergà offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. toto §. 129. 241

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. Fraterna inter inimicos, concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio abundè eruditur. toto §. 142. 262

Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c. O quàm eſt potens beneficentia ergà inimicos! §.163. n.2 p.297. Sanè nil magnum parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate. §. 25. n.4. 62

Diligite inimicos veſtros. benefacite his, qui oderunt vos, &c. Dilige, & benefac inimico, ſed cautè cum illo age, etſi videatur amicus. Porrò nil acerbiùs, atrociùs nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. 120

Et orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Hæc præceptio precationis, vtilior offenſo, quàm offenſori eſt. Nam quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. toto §. 277. 506

Et orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos Porrò perſeuerans diſcordia vim orationis hebetat. Num inimica diſcordia, Deum ad audiendas preces humanas ſurdum reddit? §. 176. n. 3. & 4. 319. 320

Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt. An parcendum eſt inimicis, vt homines ſint filii Dei, vera illius notione, & fide? Porrò occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarum negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, tenebrat. toto §. 21. 54

Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt. An ex concordiâ filialem Deo reuerentiam negotiatur? Sanè diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet. toto §. 260. 478

Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt. Sed aliud eſt appellare filium, aliud filium ſuum appellare. §.118. num. 5. 223

Eſtote ergò & vos perfecti, ſicut & Pater veſter caleſtis perfectus eſt. An hîc tranſilitur terminus æquitatum? §. 129. n. 5. 242

Eſtote ergò & vos perfecti, ſicut & Pater veſter caleſtis perfectus eſt. Scilicet quantò perfectio vltrà vires noſtras eſt, tantò intenſiùs deſideriis ambienda eſt. §. 190. n. 4. 351

Eſtote ergò & vos perfecti, ſicut & Pater veſter caleſtis perfectus eſt. Deſiderium enim, cùm ad infinitum ſe extendat, nullum habet deſiderandi finem. §. 190. num. 5. 352

Dominica I. Quadrageſimæ.

MATTHÆI IV.

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Spiritúſne is eſt, qui hominibus tentationes negotietur? Profectò recuſant refici, qui tentari recuſant. Nam homines velut figmentum in manu artificis, tentationibus arcanè reficiuntur.

Digitized by Google

ciuntur. §. 77. n. 5. 150

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Vt tentationes à Diabolo patiatur, Chriſtus Deus in deſertum à ſpiritu ducitur? Verùm Chriſtus Deus hoc modo magis impatibilis demonſtratur, quòd & patibili celatus ſit corpore, & quòd impatibilitatem Diuinitatis oſtendat. §.47.n.4. 99

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, &c. Benè ſpiritus vt proponatur hominibus perfectionis idea, in deſertum ducit. Nam frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix: hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. toto §. 31. 71

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, &c. Declinet turbas ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto § 24. 60

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Spiritus, qui amor eſt, vt tentetur, eum adducit? Charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio. §. 194. n. 4. 357

Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. At *Nemo* dicitur, Dæmon conſcientiæ tortor. §. 14. n. 4. 43

Ductus eſt Ieſus .... vt tentaretur à Diabolo. Et cum ieiunaſſet. &c. Tentat Diabolus poſt ieiunium, vt ſe de ieiunante vindicet. Porrò Dæmonum verbero, ieiunium dicitur. §. 18. n. 3. 50

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. An non totidèm diebus ac noctibus Moyſes, & Elias ieiunarunt? Scilicet in re virtutis, ſingularitatis fama non benè ambitur. §.25.n.2. 61

Poſtea eſuriit. Et accedens tentator, &c. Non acceſſit quouſque famis paſſionem, eum pati videt. Porrò impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum pernitiem potenter armatur. toto § 77. p. 148 Exindè humanæ paſſiones dicuntur Dæmoniacæ. §. 19 n. 6. 52

Poſteà eſuriit. Et accedens tentator, &c. Non acceſſit ad tentandum, quouſque illum vidit neceſſitate premi; benè ſcius, quòd dura neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat. toto §. 208. 381

Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Stultè lapides eſurienti offert. Scilicet Superbia Diabolum hîc fecit malum Diabolum, id eſt, impetitum tentatorem. §. 261. n. 2. 480

Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Eccur Diabolorũ aſtutiſſimus, rem leuiculam offert ad tentationis materiam? Nimirùm ſæpè qui in re virtutis tentationes maximas ſuperauit, in minimis turpiùs vincitur. toto § 112. 212

Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Sed eſto, duros lapides trãsformet in panes, quid malitiæ indè extorquebit à Chriſto? Scilicet hîc Diabolus ſatagit Chriſto illudere. §. 112. n. 5. 213

Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Non tam expetit, vt lapides tranſmutet in panes, quàm vt ſoluat ieiunium, quod ſcit in hominibus eſſe radicem gratiæ. §. 18. n. 4. 50

Qui reſpondens dixit: Non in ſolo pane viuit homo, &c. Confeſtim Chriſtus tentationem excuſſit. Nam primos tentationum ſubſultus excudere, aliquis virtutis faſtus eſt. toto §. 77. 148

Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit homo. Moraliſſimè Scripturis ſe clypeat Chriſtus. Num qui Scripturis ſacris vacat, impoſſibile eſt à vitiis ſuperari? §.4.n.5.p.26. Scientia Sanctorum eſt, vniuerſam Scripturam ſibi ſpiritualem putare legem. §. 105. n. 6. 377

Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem. In ſanctam ciuitatẽ adducit Diabolus, quò viuaciùs hominem tentet? Sanè acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie virtutis & nomine ſanctitatis colorat. toto §. 186. p. 344 Quin & ſuperbia natione cæleſtis eſt. §. 1. n. 24. 6

Et ſtatuit eum ſuprà pinnaculum templi, & dixit ei .... Mitte te deorſum. Ad faſtigium ambitioſè ducit homines, vt lapſum clàm negotietur. Nam quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §.263. 483

Mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: Angelis ſuis mandauit de te, &c. Inanis glorìolæ ſtudium ingerere ſatagit. Nam vanagloria virtutum triumphis cadit oppreſſa. §. 168. n. 5. & toto fere §. 306

Et oſtendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum, &c. Si Filium Dei eſſe putat, vt ambigit, ſtultè illi ſuggerit ambitionem. Scilicet ambitioſus Dæmon ambitionem Chriſto ſuadere præſumit. §. 71. n. 5. 140

Et oſtendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum. Mundi gloriam obtendit, vt incautos præſtringat, benè ſcius, quod mundialium bonorum auida eſt, etſi ieiuna poſſeſſio. toto §. 252. 465

Et oſtendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum, Sed mundialium bonorum expetita voluptas, emphaticè dicitur, carnis afflictio, querela, error, elatio, extaſis, & mera voluptatis narratio. toto §. 103. 192

Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Lucas addit: *Quia mihi tradita ſunt.* Scilicet mundi gloria Diabolo traditur, vt per eam homines tentet. §. 104. num. 2. 193

Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Fatuè præſumeret Demon, ſe à Chriſto adorandum. Sed aliud dicit, & intendit aliud. Nempè ſpecie expetitæ adorationis, ad iracundiam Chriſtus tentatur. §. 71. num. 5. 140

Feria IV. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XII.

ACceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes Magiſter volumus à te ſignum videre. Scribæ & Phariſæi hoſtilitate aduerſùs Chriſtum notiſſimi, bonitatis verba prætendentes, tamquam diſcipuli accedunt ad Chriſtum. At falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198. 364

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Magiſter, &c. Dum eum appellant Magiſtrum, non renuuntur ſe nominare Chriſti diſcipulos. Dauid etiam dicitur Chriſti diſcipulus. §.295. n.3. 537

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre. Ex miraculis Magiſtri auctoritatem taxare cupiunt; non ex ipſius doctrinæ bonitate, & veritate. O! explorandum potiùs ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm Quis dixerit. toto §. 69. 135

Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ, & Phariſæi, dicentes: Magiſter, &c. Dum Chriſtum appellant Magiſtrum, in quanto verſetur periculo augurantur. Porrò homines in litteris perindè ac in aleæ ludo verſamur. §. 4. num. 1. 24

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Magiſter,

Digitized by Google

Magiſter, &c. Vnus eſt enim Magiſter noſter, Chriſtus Deus, Dei ſapientia; reliqui abuſiuè. Porrò in humanâ ſapientiâ, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper tranſlucet. toto §.108. 205

Magiſter volumus à te ſignum videre. An non plura ab eo ſigna olim patrata ſciebant, & nuper excantatum miriſſimè Diabolum viderant; quid noua miracula expetunt? Scilicet quæ adſunt, contemnimus; quæ abſunt, maiori in pretio ſunt, & auidiùs requirimus. toto §. 267. 490

Magiſter volumus à te ſignum videre. Qui reſpondens, ait illis: Generatio mala, &c. Acri quidèm reprehenſione dignus eſt, qui ad Magiſtrum exertam voluntatem, potiùs quàm nudam mentem, diſciplinis addiſcendis, obſtinatus adducit. Mens & voluntas potioribus optanda ſunt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §. 119. 400

Magiſter volumus à te ſignum videre. Qui reſpondens, ait illis: Generatio mala, &c. Eccur tam acri reprehenſione verberantur? An quia dum aliud nouum ſignum expetunt, antiqua ſigna, vera non fuiſſe ſubdolè inſinuant? Scilicet malitiam, quam corde gerunt, ore tectiùs produnt. Sic Orpha interpretatur, *Ore nudata*. §. 32. n. 3. Conſule totum §. 73

Generatio mala, & adultera, &c. Quaſi Hebræa gens tunc degenerauerit à nobili protoparentis Abrahami proſapiâ. Profectò nobilitas generoſiùs refluit, quàm fluit. §. 1. n. 5. p. 2. Et quidem præcipua nobilitas à motibus eſt. ibi. n. 4. & 5. 2

Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Hebræa gens tunc dicitur mala & adultera, quia tot beneficis ſignis ingratiſſima fuit. Porrò ingratitudo ſeruile ingenium inuenit, aut facit. §. 238. n. 4. p. 432. Heu opulentiùs ſoluuntur maleficia, quàm beneficia! §. 245. n. 3. 454

Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Notat Iudæorum infidelitatem à fideliſſimo Abrahamo nimis degenerem; adeò vt filij non parentis dicantur. Nam verus pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo, &c. toto §. 283. p. 516. Et legitimus filius eſt patris definitio, ratio, eruditio, forma, & compendioſa demonſtratio. toto §. 279. 510

Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei. Heu Iudæorum ingratitudo infidelis, tot benefica miracula à ſe arcet! Scilicet ingratitudo gratiam rodit, oblitterat, extinguit. §. 135. n. 2. p. 251. Sanè obſtinata Iudaicæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. §. 293. 533

Ita erit Filius hominis in corde terræ. Nam in ſepulturæ labyrintho, vias vitæ per Reſurrectionem Chriſtus inuenit. §. 82. n. 6. 158

Ita erit Filius hominis in corde terræ. Infideliſſimæ & ſceleroſiſſimæ Iudæorum genti, ſepulcri ingerit memoriam, ſi fortè indè fiant reſurrectionis participes. Nam meditatio ſepulturæ, inſtauratricem ſepulturam facit §. 81. n. 4. 156

Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſtâ, & condemnabit eam, quia pœnitentiam egerunt, &c. Porrò bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia, &c. toto §. 213. 389

Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam, &c. Nam relabi adſuetus, ideò ſe videtur lacrymis lauare, vt mundus redeat ad ſordes. §. 55. num. 3. 112

Feria VI. poſt Dominicam I. Quadrageſimæ,

IOANNIS V.

IN *his iacebat multitudo magna languentium .... expectantium aquæ motum.* Geminato morbo laborant, & præſenti languore, & anxiâ diu ſanitatis ſpe. Porrò dilata diu ſpes expectatione ſuſpensâ, ſperantis animum acerbè vrit, mortificat, fatigat. toto §. 51. pag. 105. Sanè memoriæ minimum tribuit, quiſquis ſpei plurimum. §. 267. num. 4. 491

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, &c. Ô bona ſæpè cæcitas! Nam mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. n. 2. 189 Bona eſt cæcitas, quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ, & affectu inoculatur. §. 151. n 4. 278

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum. O! etſi malè pedatus claudices, ambula per viam, quæ Chriſtus eſt. §. 43. n. 4. 91. *Aridorum*; & indè perpetuò inertes otiantur. Sed operatio noſtra noſtram vitam à corruptione redimit. §. 124. n. 5. 234

Expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini.... deſcendebat, &c. Seculo maior, ne de ſeculo ſperet, ſed è cælo. §. 167. n. 4. 305

Angelus autem Domini ſecundùm tempus deſcendebat in piſcinam. Quid Angelus deſcendit ad copioſas piſcinæ aquas; ſiquidèm præluſtribus Deiparæ virtutibus Angeli potantur? §.94. n.2. 177

Angelus autem Domini ſecundùm tempus deſcendebat in piſcinam. Benè ſalutaris Angelus ſecundùm *tempus* deſcendit. Nam Angeli dicuntur, præſidium, vmbra, & *tempus* noſtrum. § 94. num. 5. 178

Angelus autem Domini ſecundùm tempus deſcendebat in piſcinam, &c. Ergò fit nobis Raphaël, Dei curatio, detentio Dei, Dei diues, & beatitudo Dei. §. 97. n. 5. p. 183. Noſtram materialem vitioſitatem abſumunt Angeli §. 91. num. 1. p. 172. Mandare ſalutes Iacob eſt Angelorum miniſteria illi deputare. §. 96. n. 1. p. 180. Cur ſit Angelus Dominicæ incorruptionis aſſertor? §. 95. n. 2. 179

Angelus autem Domini ſecundùm tempus deſcendebat in piſcinam, &c. Cur hic Angelus nominatur Angelus: ſæpè enim Angeli in Bibliis viri nuncupantur? Scilicet Angeli vocantur viri, quouſque beneficentiam ergà homines oſtentent. §. 97. n. 1. 182

Deſcendebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Eccur non exprimitur, quis aquam mouerit, ſeu turbauerit? Scilicet fauore vnius, reliqua turba dimittebatur querulè immedicata, concordiâ tantiſper perturbatâ. Profectò à concordiâ eſt, vt homo ab Angelis differre dicatur. §. 141. n. 5. 164

Deſcendebat in piſcinam: & mouebatur aqua. Quare non dicitur, quòd ipſe Angelus aquam mouebat, & languidos ſanabat? An Deus præcauet, ne Angeli tot beneficia hominibus præbere videantur? §. 97. num. 2. 182

Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ. Sic diuturnitate infirmitas inoleuerat! Porrò conſuetudo dicitur hominis ſubſtantia, & ſimul eius occaſus. 78. n. 3. p. 151. Conſuetudinis vis neceſſitati confinis dicitur. quare; inibi. n. 4. Quin & conſuetudo peccandi hominem anathematizat. §. 78. n. 5. 151

Dicit ei: Vis ſanus fieri? Eccur Chriſtus ad largiendam ſanitatem,

ſanitatem, prætes paralytici non expectat? Scilicet ipſa diuturna miſeria, precarius clamor eſt, oris preces anteuertens toto §. 45. 94

Dicit ei: Vis ſanus fieri? Sanitatis beneficium, tamquam gratiam, an tamquam debitum illi offert? Num miſericordia ex iuſtitiâ à Deo debetur? §. 204 num. 2. 375. An ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſet eſſe Deus? ibid. n. 4. 375 Cùm Deus non benefacit, rapta illi miſerendi poteſtas dicitur. §. 204. n. 3. 375

Vis ſanus fieri? Domine, hominem non habeo. Hominem non habet, ſed habet Deum, qui tribulatis hominibus præſtò adeſt auxiliaris. toto §. 153. 281

Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Quia etiam poſt pœnitentiam portatur tentationum grabatum, in quo æger iacuit. §. 254. n. 7. 470

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Eccur tam graue illi onus imponit, & ſic eum ambulare iubet? Nempè Chriſtus oneratos ad ſe vocat, non tamen onus ſubtrahit. §. 124 n. 2. 234

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Surgenti per pœnitentiam à diuturnâ ægritudine, iubet, vt lectum, in quo diu iacuit, ſecum portet, quia valdè relapſui vicinatur. toto §. 59. & §. 192. 118. & 354

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Nondùm ſanatus erat paralyticus, & ſurgere, & portare grabatum iubetur? Nempè Deus cùm aliquid vltrà vires iubet, ipſa iuſſione vires præbet §. 219. n. 5. 401

Ieſus autem declinauit à turbâ conſtitutâ in loco. Ergò declinet turbas, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. & 31. 60. & 71

Dicebant ergò Iudæi .... Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum, &c. Ecce otium legis, gratiæ impedit opus. §. 141. n. 3. 261

Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Quare aduerſùs præſcriptum, & intimatum ſabbati otium, lege præceptum, ſanatori ſuo obſequitur? Num gratitudo exlex eſt? §. 135. num. 3. 251. Et quidèm Chriſti Dei mandata, intellectus ſunt; eorum obſequiũ eſt potior eorum ſcrutatio. §. 193. n. 4. Conſule totum §. 357

Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Porrò infidus poſt pœnitentiam relapſus propè Deum negat, Deo præfert Diabolum, cui habitaculum adornat: quare de ſic recidiuis infrequens dicitur venia. toto §. 55. 111. Quàm acerbè punitur relapſus, habes §. 135. n. 5. 252

Dominica II. in Quadrageſimâ.

MATTHÆI XVII.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius; & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſùm. Petrus nondùm Eccleſiæ Primas, & Iacobus & Ioannes, reliquis Apoſtolis ſemper præferuntur? Ita quidem, ſed pro cuiuſque merito, & meritorum dignitate. Porrò ordo dum floret, dominatur, & ſtabilitatem rebus largitur. §. 194. n. 5. 359 Concinnè ordinata Charitas dicitur conſeruata. quare? ibid. num. 4. 358

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, &c. Ordinem dignitatis ſeruat in horum prælatione, ad videndas cæleſtes Taboris glorias. Porrò beata cæli gloria ordine cenſetur §. 195. n. 3. p. 358 Et ordine potiùs quàm pulchritudine, diuinam gloriam cælum prædicat. §. 194. n. 3. 358

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſùm, & transfiguratus eſt ante eos. In locum ſeorſùm, & à turbis remotum, Chriſtus Diſcipulos ducit, vt videant Transfigurationis myſterium. O! declinet turbas, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. 60. Frequentia hominum, alea eſt; vita verò ſolitaria, ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix: hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. toto §. 31. 71

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſùm, & transfiguratus eſt ante eos. In arduum montem alacres Diſcipuli aſcendunt, ſpe animoſâ gloriæ videndæ in Taboris vertice. Scilicet, pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. toto §. 195. 536

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſùm, & transfiguratus eſt ante eos. Porrò animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. toto §. 151. 277

Et transfiguratus eſt ante eos. Quid eſt, *Transfiguratus?* Scilicet homo in Beatitudinis gloriâ ſe dediſcens, erit ipſe alius §. 152 n. 2. 279. Hinc terrenus homo in cælis peregrinus non erit. inibi. 279

Et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol. Iuſti in cælo, & Chriſtus in Tabore, ſicut Sol fulgere dicuntur. quare? §. 221. n. 3. 405

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et quæ eſt ſocietas Niuis cum Solis ardore? §. 187. n. 3. 346

Et transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius. &c. Eccur non ſic corpore glorioſus apparet coràm Iudâ, & reliquis perſecutoribus Iudæis? An quia præproperam de eorum hoſtilitate vindictam piè recuſat? Scilicet tanta eſt gloria beatorum corporum, vt dicatur vindicta de perſecutoribus. §. 152 num. 6. 280

Et ecce apparuerunt ei Moyſes & Elias cum eo loquentes. Et quidẽ de exceſſu Paſſionis. Sed quid pœnaliſſimæ Paſſioni cum beatâ gloriâ quam ſumptuoſiùs in Tabore cupit oſtentare? Nempe ex Chriſti Paſſione ac morte, æſtimanda & taxanda eſt cæleſtis gloriæ magnitudo §. 152. n. 5. 280

Et ecce apparuerunt ei Moyſes & Elias cum eo loquentes, & quidem de exceſſu Paſſionis. Paſſionis acerbitatem cum gloriâ Taboris miſcet? Nimirùm Chriſtus dum vltrò paſſionem ſubit, eâ potiri perhibetur. §. 258. n. 4. 476

Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Tanta gloria ex gloriâ Chriſti in diſcipulos exuberauit? Sanè beata gloria dicitur ſupereffluens. 152 n. 4. 280 Num cuiuſque beatitudo, ex beatitudine aliorum integratur? ibid. num. 6. p. 280. Beatæ gloriæ encomium. §. 152 n. 1. 279

Si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Congruo ordine tabernacula gloriæ extruenda ſuggerit. Porrò beata cæli gloria ordine cenſetur. §. 195. n. 3. 360

Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Non appellat Filium vniuerſaliter, ſed Filium meum. Aliud eſt enim appellare filium, aliud, Filium ſuum appellare. §. 118. n. 5. 223

Hic eſt Filius meus dilectus ..... ipſum audite. id eſt, opere exequimini, quæ ore iubet, ne in eum fide ieiunâ credideritis Nam vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. toto §. 217. 396

Et audientes Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè Nimirum Diſcipuli in Tabore timent à gloriâ, à Moyſe, & ab Eliâ. quare? §. 16. n. 6. Et §. 26. n. 3. p. 47. & 64

Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. O feliciſſimum illum,qui ſic poteſt à terrenis leuare oculos, vt ſolùm Ieſum videat !

Nemini dixeritis viſionem, &c. Poſt Transfigurationis glorias, humilitatem intentiùs profitetur. Nam etiam ſuperbus per vanægloriæ præſtigias aliter transfiguratur. §. 169. num.7. pag. 307. An humilis ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit? §.137. num. 4. 255

Feria IV. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

Hoc Euangelium ethicis adnotationibus illuſtratum eſt ſuprà, Dominicâ in Quinquageſimâ.

Feria IV. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XXI.

HOmo erat pater-familias, qui plantauit vineam. Diues hic pater-familias diuitem diffitetur, dum vineam plantat, cuius fructibus ſuſtentetur. Porrò diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ auarè diteſcere ſatagit. toto §.253 467

Homo erat pater-familias, qui plantauit vineam. Hic paterfamilias, Deus ac Dominus eſt. Sed qui erat Dominus ad patris vocabulum attollitur. §. 142. num. 3. 263

Et ſepem circumdedit ei. id eſt præſidium ſeu cuſtodiam Angelorum. An Deus quà Iudex debet cuſtodes Angelos ad tutelam? §. 12. n.4 p.40. Angeli dicuntur præſidium, vmbra, & tempus noſtrum. §. 94. n. 5. p.178. Angelica ergà homines obſequia,demonſtratio Dei præſentis dicitur. §. 96. n. 5. 180

Et ſepem circumdedit ei. id eſt,Angelorum præſentiam, & cuſtodiam. Angeli, qui huic vineæ præſunt, guſtantné huius vineæ vinum, in hoc *torculari* expreſſum; Saltem prælustribus Deiparæ virtutibus Angeli potantur. §. 94. n.2. 177

Et ædificauit turrim. id eſt, Legem. Anguſta Iudæorum virtus fuit, ad legem bonum eſſe: auguſtior Chriſtianiſmi ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat.toto §.141.p.261.Sanè voluntas piè affecta leges quamlatiſſimè extendit. §.228. n.4. 415

Et ædificauit turrim. id eſt, legem. Vnam quidèm turrim. Porrò immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. 473. Multiplices leges perindè ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. ibi. n.5. 475

Et locauit eam agricolis. O ſciant Chriſtiani Principes, non dominos, ſed paſtores eſſe hereditatis Chriſti. §. 318. n.2. 581

Et locauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Ad timoris autem arbitrium, hominibus Deus adeſt, aut abeſt. §. 158. n.4. 290. Deus vbique ſimul, & nuſquam eſſe dicitur. §.161. n.4. & 5. 296

Miſit ſeruos ſuos, vt acciperent fructus eius. Sic debitores ſolutioni expromptos exiſtimat, vt non mittat, qui debitum exigat. ſed qui vltrò oblatum *accipiant?* Scilicet de propheticâ arbore dicitur, non quòd fructus ſuos, *fert*, ſed quòd fructus ſuos *dabit.* §. 175. num. 2. 314

At agricolæ apprehenſis ſeruis eius, &c. O quàm eſt ad ſolutionem debiti, tardum ac difficile humanum ingenium! toto §. 128 259

Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Bonus pater familias, qui de patrato priore ſcelere, adhuc ſibi non perſuadet, fore vlterius ſceleroſos Scilicet irreprehenſibilis eſt,qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §.212 n. 3. 388

Verebuntur fortè filium meum. Cur hic pater-familias, poſt tot agricolarum repetita flagitia, non ſibi ab illis cautiùs præcauet? Profectò repetita aſſiduè ſcelera, velut cathedra, aut gymnaſium eſt, adſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §.192. 354

Verebuntur fortè filium meum. Repetita venia tot agricolarum ſceleribus, adhuc veniam extorquet? Num in Deo ſic præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouæ miſerationis obſes? toto §. 278. 505

Hic eſt heres, venite occidamus eum. O inconſultam fatuè temeritatem! Eſto, filium occiderint: cur ſuperſtitem patrem Deum omnipotenter iratum, non verentur? Scilicet obſtinata humanæ malitiæ impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. toto §.293. 533

Hic eſt heres, venite occidamus eum. Poſtquam pater Deus toties veniam miſericorditer indulſit, ſic malitiosè furunt? Nempè humana malitia, Dei miſericordiæ proportionari è peruerſo præſumit. §.278. num. 2. 508

Et apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Longè extrà vineam, heredem flagitiosè occidunt, ne occiſionis indicia in vineâ appareant. Sed quò rectiùs quis affectat celare vitium, illud magis publicat. toto §.259. 477

Aiunt illi: Malos malè perdet, &c. Male perdiderunt agricolæ ſeruos, & heredem; malè & ipſi perdantur. Acerba iuſtè punitio hoſtilitatem æmuletur. §.49. num. 4. p. 102. Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §. 50. 103

Aiunt illi: Malos malè perdet, &c. Non id dixit Pater peregrè profectus, nec Filius Deus occidendus; ſed ipſi Iudæi. Porrò ipſa Principalis potentiæ ſublimitas, largiori ergà ſuos offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. toto §. 129. pag. 241. Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §.294. 534

Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti, &c. An non nuper erat vinea, quomodò iam regnum appellatur? Scilicet poſſeſſam vineam, illius ablatio recudit in regnum. §. 267. num. 2. Conſule totum §. 490

Dominica III. in Quadrageſimâ.

LVCÆ XI.

ERat Ieſus eiiciens Dæmonium. τὸ *erat*, pertinaciam Dæmonis arguit tenaciùs hærentis. Profectò humanæ paſſiones medullitùs conuiſceratæ, Dæmoniacæ etiam dicuntur. §. 19. num.6. pag. 51. Porrò impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum perniciem potenter armatur. toto §.86. 164

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Sanè Cato, formidabile periculum,

periculum, & Dæmon in luto deliteſcens nominatur. toto §.129. 416

Erat Ieſus eijciens Dæmonium. Profectò peccatoris emortuo animo, inſtar vermium ſunt Dæmones. § 95. n. 2. 179

Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum. A muto Dæmonio eſt, cùm præ verecundiâ vetatur peccatorum nuda confeſſio. Porrò peccata, quæ excuſatio mirè auget, mitius confeſſio diluit. toto §.91. 172

Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum. In manibus animoſæ linguæ, & verecundi ſilentij, vita & mors eſt. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti confeſſionis pudore mercari. toto §.169. 307

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Dæmon erat mutus, an homo, malignâ Dæmonum vi? An ſceleroſi hominis non bona elogia, ad malitiæ auctarium, malus Dæmon vſurpat?

Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum. Os & linguam huic homini reſtituere Chriſtus adnititur. Heu oris ac linguæ pericula! An idcircò Deiparæ os, os Chriſti nominatur? §. 320. n. 3. 585

Et cùm eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus. Hem! linguam Chriſtus homini reſtituat, & expediat? Sanè humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis culpatur. toto §. 268. pag. 491. Et quidèm mendacium energumenos facit. inibi. num. 3. 492

Et cùm eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus. Muto homini linguam Chriſtus reſtituit? An non lingua gehennæ ſcintillas flabellat? §. 32. num. 6. pag.74. Profectò venenata lingua mentis vſurpat munia, ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa, ipſi concupiſcentiæ malitiam ſpirat. toto §. 32. 73

Et cùm eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus. Mutus adhuc dicitur, qui Dæmone iam excantato, benè loquitur? Sic vitiis diu adſueto pronus eſt in eadem vitia relapſus, de inceſſanter pertinaci in eadem vitia lenocinio! toto §. 78. 150

Et cùm eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Sanè qui mutus eſt, mortuus dicitur. Vnde verbum ex ſilentio, quaſi è tubulo reſurgit. §. 232. n. 3. 424

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. O inſanè temerarium Iudæorum commentum! Profectò ſic eſt malecogitantia, & maledicentia hominibus cognata, vt irreprehenſibilis dicatur, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §.212.n.3. 388

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Vide maledicentiæ ac ſuſpicionum licentiam audacter temerariam. Quare Dominus linguæ ſceleroſior dicitur, quàm Chriſti carnifices. § 233.n.5. 424

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. O! quis ſiſtat licenter vagam ſuſpicionum temeritatem? Etiam poſt mortem neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſteritatem præcludat §.234. n.2. 425

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Iudæi male affecti ergà Chriſtum, peius iudicant. Porrò amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, ritè in iudiciis recuſatur. toto §. 288. 524

Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, &c. Palàm maledicè obmurmurant, & illi coràm detrahunt, venenatâ linguâ; & *vidiſſe cogitationes eorum* dicitur? Scilicet lingua maledica cogitare dicitur. quare? §.32.n.2. 73

Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, &c. fugiens ſalutarem lacrymarum vdorem, quo anima Deo adſociatur. Porrò Dei manus tractat peccatorum lacrymas: quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §.57. p.115. O! voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ, in lacrymas conuertantur. § 215. num.4. 394

Inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Num conſcientia per pœnitentiam mundata, Diabolo ornatur? Scilicet relabi adſuetus, ideò ſe videtur lacrymis lauare, vt mundus ad ſordes redeat. §. 55. n. 3. Conſule totum. §. 111

Feria IV. poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ.

MATTHÆI XV.

QVare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Dum ſuperuacuo zelo legis, vel quaſi legis obſeruandæ, Chriſtum calumniantur Phariſæi eorum lingua exlex eſt. §.32. n. 7. pag.75

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Ceremoniales quaſdam ſeniorum traditiones adſuere nitebantur legi, & velut legis appendices obſeruari zelabant. At immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §.257. 473

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Leges inaniſſimè ac pœnaliſſimè multiplicant, quas violari queruntur. Nam multiplices leges perindè ſunt ac earum violatarum ſupplicia. §. 257. num. 5. 475

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? O futiles ceremonialium traditionum legiſlatores! Vtinam ex alacri virtutis propoſito quilibet foret ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator. §. 272. n.6. 499

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Opinor, Iudæorum amor ergà Deum nimis languebat, dum leges multiplicant. Nam amanti plures leges vna ſunt, odienti vna plures. §.288.n.5. 526

Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Ipſi virtute pueri, ſeniorum obſeruationes ambitioſè obtendunt. Porrò zeli ſpecie, paruulorum ambitio ſe ſubdolè inſinuat §.110.n.3. 209

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei? Vide hos traditionum zelatores, egregios diuinæ legis contemptores. Sit ergò zelus velut fames: propriè quis ſibi eſurit, impropriè aliis, &c. toto §. 269. 493

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionẽ veſtram? Phariſæi diuinæ legis violationem zelo obſeruandarum traditionum diſſimulare præſumunt. Aſt quò tectiùs quis affectat zelare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259 477

Et vos quare tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Qui Dei legem tranſgreditur, infortunatè ſe hominem diffitetur. Porrò lex dicitur hominis eſſentia, & fortuna, &c. toto §. 205. 376

Et vos quare tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Lex antiqua per ſeniorum traditiones, ſeneſcere incipit ad interitum, vt lex gratiæ tandem viueſcere incipiat. Scilicet lex, quæ foris ſonat,

Digitized by Google

…at, veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 119. n. 3. 400

Vos autem dicitis: Munus, quodcumque ex me eſt, tibi proderit. &c. O auarum impiè legis commentarium, quò lex Dei palàm violatur! Et tamen ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107 n. 1. 203

Vos autem dicitis: Munus quodcumque ex me eſt, tibi proderit, &c. Quibus verbis acerrimè culpatur Sacerdotum auaritia. Porrò ex auro Sacerdoti dato, Idololatriæ vitulus egreditur. §. 107. num. 2. p. 203 Ipſa domus Sacerdotum iubetur, vt miſeris ſuccurrat. ibid. num. 5. pag. 205. Conſule totum illum. §. 107

Scis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? O quàm eſt difficilis concordia inter correptum? & correptorem! nam correptor putatur aduerſarius. §. 202. n. 1. & 2. &c. 371

Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. O! ſic ſacietas delicatioribus cibis contumelioſè illudit? §. 132. n. 5. 247

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt. Porrò os ſtulti calumniatoris, ipſum eſt cor eius. §. 32. n. 3. pag. 74. Apud homines cor in verbis, apud Deum verba penſantur ex corde. ibid. pag. 74. E contrario pia compaſſio ore expreſſa, cor reddit potabile. §. 52. num. 2. 106

Feria VI. poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ.

IOANNIS IV.

V*Enit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.* Tranſiens Chriſtus per Samariam, veniſſe in Sichar dicitur. Non enim deſtinato itinere Samaritanos adibat, ne Phariſaicis calumniis occaſiunculam præberet. Nam puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. toto §. 248. 458

Ieſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Fatigatus ex itinere Ieſus, vt reficiat fatigatos, &c. §. 187. n. 3. 346

Ieſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Chriſtus Deus ſic fatigatur. Scilicet Chriſtus patibilis impatibilitatem diuinitatis oſtendit. §. 47. num. 4. 48

Ieſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Sed Chriſtum ex itinere fatigatum ſequamur. Nam illius veſtigia, *Beare* noſtrum dicitur. §. 66. n. 2. 130

Ieſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuprà fontem. Ex ſudato itinere fatigatus, etiam dùm ad requiem ſedet, ſedet fatigatus? Sic mundana requies, ſeu voluptas emphaticè dicitur querela. §. 103. n. 3. 192

Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Potum à Samaritanâ abiectiſſimâ Chriſtus expetit, & dum humillimè illi Euangelium annunciat, cor ſuum illi reddit potabile. §. 297. n. 4. 540

Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Rem leuiſſimam, id eſt, calicem aquæ frigidæ, Chriſtus à Samaritanâ expoſcit. Sed mel de petrâ lambere dicitur, qui ſitis moleſtiam bibendo excuſſit. toto §. 132. n. 4. 247

Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Ad bibendum petit aquam temporariam, quæ ibi affluebat, vt neceſſariam æternorum ſitim Samaritanæ ingerat. Nam dum pia beneficentia vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §. 236. 428

Quomodò tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Profectò malè iudicat, qui citò, & ex rei ſuperficie licenter cenſuram vibrat. toto § 197. 363

Quomodò tu Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? O non bonum piæ petitionis commentum! Sanè irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. n. 5. p. 378. In aliorum actibus, aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore. Inibi n. 4. 389

Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Porrò non bonum exemplum bonos mores pernicioſè toxicat. toto §. 64. 127

Si ſcires donum Dei..... tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi. &c. Quia grande donum dedit, ideò ab eo aliud petendum eſt? Num ſic in Deo præſcribit miſerendi conſuetudo, vt prior miſeratio ſit vlterioris obſes? toto §. 278. 508

Et dediſſet tibi aquam viuam quæ perenni fluxu ſemper labitur inexhauſtâ iugiter mutatione. Scilicet varietas ſic eſt hominibus grata, vt rebus dulcem placendi gratiam fœneret. toto §. 243 450

Et dediſſet tibi aquam viuam. &c. Hoc eſt, quæ ſemper fluit perenni fonte. Porrò bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. 190

Et dediſſet tibi aquam viuam, &c. Myſticam aquam dicit; non viuam fluminum aut fontium aquam. Hem! dulces fluminum aquæ, ad amaritiem feſtinant maris. §. 42. n. 2. p. 90. Maris ſalſugo amariſſima, dulcibus fontium ac fluuiorum aquis paſcitur. ibid. 90

Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, &c. Samaritana id expetit, neſcia quòd mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio. toto §. 252. 465

Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Ieroſolymis eſt locus, &c. Sed Deus localis non eſt. homines autem locales ſunt. §. 33. n. 2. 75

Vos adoratis quod neſcitis. An quia Samaritani Deum non ſatis timebant? Nempè Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 162. n. 2. 296

Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus; quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt. Scilicet Chriſtus præcauet, ne dum cognatos Iudæos Samaritanis præfert, cognatis gratificari putetur. §. 222. n. 2. 405

Et continuò venerunt Diſcipuli eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo autem dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum eâ? Adeò vt Chriſtus à Phariſæo inſcitiæ damnetur, ne vllo modo libidinis arguatur. §. 61. n. 6. 123

Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Inhoneſtam dixit, & omnia quæcumque in vitâ ſuâ fecerat, renunciauit? Scilicet vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. 122

Numquid ipſe eſt Chriſtus? Quare à ſuis Samaritis infidelibus interrogat, quod ipſa ſcit, & credit, & illis ſuadere nititur? nempè Samaritanæ immenſa ſapientia, quaſi dubitando, feliciùs perſuadet. quare? §. 109. n. 3. 207

Dominica IV. in Quadrageſimâ

IOANNIS VI.

A*Biit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis.* Moraliſſimè Ieſus abiit trans mare, & longè

Digitized by Google

ab eo commoratur, propter prauum eius ingenium. Portò maris ſalſugo amatiſſima dulcibus aquis iugiter paſcitur. §. 32. n. 2. p. 90. Quin & dulces fluminum aquæ, ad amaritiem feſtinant maris. inibi. 90

Et ſequebatur eũ multitudo magna, Manifeſtè Chriſtum ſequi, eſt Chriſti in eo permanentia? §. 147. n. 3. p. 271. Expetibilius nè eſt, Chriſtum ſequi, quàm habere? §. 187. n. 6. p. 347. In viâ, quæ Chriſtus eſt, poſſibilitas eſt. quare? §. 43. n. 4. 92

Cùm ſubleuaſſet ergò oculos Ieſus. Sic Chriſtus Deus modeſtiæ ſtudebat, vt cenſuerit Euangeliſta notatione dignum, quòd oculos ſubleuarit? Quid mirum ſi Chriſtus Deus ſic colat modeſtiam: modeſtia enim, Dei portio dicitur. §. 1. n. 21. p. 5. O! modeſtiæ ſcopuli cautè ab hominibus declinandi ſunt. ibid. n. 24. 6

Dicit ad Philippum: Vndè ememus panes, vt manducent hi? Turbæ Chriſti ſequaces, triduanæ famis neceſſitatem non ſentiunt, nec ſubſidium expetunt, & Chriſtus ſic eſt ſolicitus de ope abundantiùs largiendâ? Imò arcanè petunt. Nam precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. p. 521. Sanè humana miſeria precarius clamor eſt, diuinæ opis exactor egregius, Neceſſitatis voce. toto §. 43. 91

Dicit ad Philippum: Vndè ememus panes, vt manducent hi? Compaſſio inediæ triduanæ tot milia in deſerto paſcere ſatagit. Portò compaſſio eſt miſericordiæ calcar, quo homo vltra poſſibilitatem audet §. 170. n. 6. 310

Dicit ad Philippum: Vndè ememus panes, vt manducent hi? Eccur Chriſtus, & ipſe pauper, de tot millium cibatione agit cum Apoſtolis, qui nec ſibi quod manducent, habebant? Scilicet homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. toto §. 175. 317

Dicit Philippo: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Cur Philippum præ reliquis conſulat, traditur §. 188. n. 4. p. 348. Nimirùm Philippus, etſi illius rei non ſatis peritus, quia erat cæleſtis gloriæ impensè ſtudioſus, ad conſilium aduocatur à Chriſto. inibi. 348

Vndè ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Cùm is qui conſulit antè decreuit & præſciuit quid ſit facturus, rei faciendæ conſultatio, *tentatio* dicitur. Ergò humanus Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decernat. toto §. 10. 35

Reſpondit ei Philippus: Ducentorum, Denariorum panes non ſufficiunt, &c. Chriſtus, vnde eſſent emendi panes interrogat; Philippus nimis de annonâ ſollicitus, de inopiâ denariorum angitur? vtrúque duplici curâ. Scilicet homo de neceſſitatibus corporis nimis ſolicitus, cor duplicare dicitur. quare? §. 225. n. 2. 234

Dicit ei vnus ex Diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Eſt puer vnus hic, &c. Et vbi nunc eſt ipſe Simon Petrus, qui ad alia quæuis opportunè importunè proſilire, & ſe ingerere ſolitat? Cùm de re nummariâ quærendâ, aut expendendâ agitur, ſic mutus ſilet? Id dedecet Petrum ſpiritualia tractantem? An ſi Sacerdos tractat ſecularia diuinum opus degenerat in humanum? §. 13. n. 4. p. 42. Sacerdotum auaritia multis vapulat. toto §. 107. 203

Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? ſpes Andreæ defuit, & indè ſufficiens apud eum alimentum defecit. Sanè ſpes dicitur animæ & virtutum alimentum. §. 157. n. 5. p. 289. Seculo maior, ne de ſeculo ſperet, ſed de cælo. §. 167. n. 4. 305

Accepit ergò Ieſus panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Gratias Deo agit, an etiam miſeris indigentibus, qui cibos accepturi erant? Ergà pauperes ac miſeros grati ſimus. §. 235. n. 2. 426

Accepit ergò Ieſus panes, & cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus. Eccur panes priùs accepit Chriſtus, quàm multiplicet? Scilicet accepit in pauperibus, vt largiùs redonet. Portò miſericordibus Deus plura reſtituit. §. 235. n. 3. p. 427. Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt. toto §. 134. 249

Similiter & ex piſcibus quantum volebant. O latiſſimam ſumptuoſiùs menſuram! Scilicet miſericordiæ virtus neſcit menſuram gratiæ. quomodo? §. 235. n. 2. 426

Diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. Sanè largior miſericordia eſt diuini operis interpres. §. 130. n. 2. 243

Similiter & ex piſcibus quantum volebant. Alij excribunt *Quantum volebat*, ipſe Chriſtus, inquam. An idem eſt, Quantum vult Chriſtus Deus, ac Quantum ipſi volunt? Homóne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis? toto §. 163. 297

Et ex piſcibus quantum volebant. Sed ſatiati miraculoſo cibo, reliquias dimittant. Portò ſacietas delicatioribus cibis illudit. §. 132. n. 5. 247

Dixit Diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. Vile ſanè munus Chriſtus iniungit Diſcipulis, qui futuri erant Eccleſiæ Præſules. Nimirùm non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. p. 219. Et §. 121. 227

Collegerunt ergò, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Abundè ſaturi relinquunt quæ ſuperauerunt fragmenta. Num maior in fide plus in Euchariſtia comedit? §. 178. n. 6. p. 324. Plura qui volet de Euchariſtiâ, conſulat. §. 177. vſque ad §. 183. p. 321. vſque ad 331.

Ieſus ergò cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent .... vt facerent eum Regem, fugit, &c. Quia pium vident, ideò Regem conſtituere volunt; ſed fugit Chriſtus, vt fugiant terreni Principes. Nam Regum potentia, ſic in flagitiorum confinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. toto §. 250. 462

Feria IV. poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ.

IOANNIS IX.

PRæteriens Ieſus vidit hominem cæcum. Manſitne cæcus poſtquam Chriſtus Deus illum vidit? Nimirùm Deus dum ad miſeros per compaſſionem reſpicit, oculos mittere perhibetur. §. 52. n. 3. 107

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Sed bona eſt cæcitas quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ, & affectu inoculatur. §. 251. n. 4. p. 278. Sanè mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. n. 2. p. 189. At etiam in cæco pura intentio (qui eſt oculus animæ) poteſt videre, & videri. §. 165. n. 4. 301

Rabbi,

Digitized by Google

Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Quænam ſunt peccata occulta, quæ aliena? §. 38. n. 5. p. 84. Sic rationis lumen obcæcatur in hominem, vt rationem ad peccandum inuenire præſumat. inibi. 84

Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Supponunt Diſcipuli, tantam támque diuturnam miſeriam, in grauioris peccati pœnam infligi. Porrò grauis peccati malitia, omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, &c. toto §. 56. 113

Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Supponunt Diſcipuli, parentes in filiis puniri. Sanè pater cum filio eſt quaſi idem alter, & vnum ambo §. 34. n. 1. p. 77. Tot filiorum orbitati patiendæ impar cenſebatur Iobus ab aduerſario. §. 34. n. 2. p. 77. Non antè, ſed poſt reſtitutam ſobolem, Iobi patientia dicitur commendata. quare? inibi. 77

Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? O! Male iudicat, qui citò, & ex rei ſuperficie licenter cenſuram vibrat. toto §. 197. 363

Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Rudes adhuc Diſcipuli, non boni fuerunt cæcitatis interpretes. Sanè laudandus eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. num. 3. 388

Neque hic peccauit, neque parentes eius, &c. Feliciter eſt miſer, qui miſeriam non meretur. §. 1. num. 17. & 18. p. 4. 5. Ipsâ etiam miſeriâ Deus tenebras illuminat. §. 92. n. 5. 175

Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos eius .... & venit videns. Puluere ac luto excæcari, non illuminari oculi ſolent. Nimirùm per media oppoſita fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. toto §. 290. Sic virga, quæ fluuium euacuauit, ſumitur vt ſaxum aquas præbeat. §. 119. n. 2. 224

Et fecit lutum ex ſputo, & liniuit oculos eius .... & venit videns. Luto Chriſtus corporale oculorum lumen accendit. Immundi ſiquidem ſpiritus carnis luto conuiſcerantur. §. 129. n. 3. 230

Vade, & laua in natatoriâ Siloë.... & venit videns. Quare Chriſtus Deus à ſe ablegat eum, cui viſum præbet? Nempè Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens, non videtur. §. 41. n. 6. 89

Vade, & laua in natatoriâ Siloë. Luti ſordes abluere ſatagit, qui non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. 292

Erat autem ſabbatum quandò lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius, &c. Ecce otium legis, & opus gratiæ. §. 141. n. 3. 261

Erat autem ſabbatum quandò lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Porrò lutoſus terræ limus, è quo materiatus eſt homo, reformationi in hominem cæleſtem ſæpè adulatur. toto §. 7. 31

Iterùm ergo interrogauerunt eum Iudei quomodò vidiſſet, &c. An non atteſtatiſſimam veritatem audiunt? Sed erroribus primò imbutus, meliùs putat errare, quam recentem veritatem amplecti. §. 58. n. 5. 118 Laudatoria veritas, victoriâ conſtat, vt fidem faciat. §. 222. num. 5. 406. Quin & Iudæum cæcum iterùm interrogant, ſi fortè etiam poſt perſpectam rei veritatem antiqui erroris reliquiæ ſuperſint. toto §. 58. 116

Feria VI. poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ.

IOANNIS XI.

Erat quidam languens Lazarus à Bethaniâ, de caſtello Mariæ & Marthæ. Hoc eorum patrium ſolum fuit, ſed eorum patria fuit virtus. §. 1. n. 4. p. 2

Erat quidam languens Lazarus à Bethaniâ, de caſtello Mariæ & Marthæ. Eccur tam exactè Euangeliſta eorum deſcribit patriam? Scilicet aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodò afflat. toto §. 79. pag. 152. Porrò locus ſæpè vitiis obnoxius eſt; ſæpè etiam virtuti auxiliaris. toto §. 33. 75

Miſerunt ergò ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Chriſtum orant hæ ſorores, quò earum familia, de orationis elogio Cæleſtis reſpublica fiat. §. 156. n. 4. 286

Domine, ecce quem amas infirmatur. Nihil petunt, ſed miſeriam proponunt. Imò dum miſeriâ proponunt, intentiùs petunt. Nam ipſemet langor & miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exactor egregius, neceſſitatis voce. toto §. 43. pag. 91. Precaria neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. 460

Domine, ecce quem amas infirmatur. Pauciſſimis agunt, quaſi fratris opem, tamquam rem ſuam exigant. Porrò oratio, quæ miſericordiam quaſi ex iuſtitiâ petit, velut incantationes piè æmulatur. §. 204. num. 6. 376

Domine, ecce quem amas infirmatur. O! ſic infirmatur, quem Chriſtus Deus ſic amat? Scilicet charitas, in me, dicitur charitas, ſeu tentatio contrà me. §. 194. num. 4. p. 358. Qui corde amat, dolebit & corde. §. 234. nuum. 5. p. 426. Ibi compaſſionis dolor eſt, vbi amor eſt. §. 170. n. 4. 310

Domine, ecce quem amas infirmatur. Amorem prætendunt, vt beneficentiam extorqueant. Porrò vis diuini amoris, beneficiorum fœcunda eſt. toto §. 154. 282

Tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus, vt de metu mortis Lazari, ſpem alat. Nam cauſſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerit. toto §. 119. 224

Lazarus mortuus eſt: & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. Quia Chriſtus Deus ad languoris leuamen vocatus, non erat ibi, ideò Lazarus mortuus eſt? An largè miſereri, eſt Deum eſſe §. 130. num. 5. & 6. p. 244. & §. 204. n. 3. & 4. p. 375. Sed Deus homines tribulatos magis reſpicit, illiſque ſe immiſcet. §. 153. n. 4. 281

Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, &c. Dominum nuncupatim appellat: nam in *Domini* vocabulo adiutorium legitur. §. 143. n. 5. 265

Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Æquiuocè, aut vniuerſatim Chriſtum in hâc promiſſione loqui, Martha putat. At Deus vel quod alioqui dixit ironicè, verum facere perhibetur. §. 143. n. 2. 264

Ego ſum reſurrectio, & vita. Porrò in Adamo naſcituri moriuntur, in Chriſto nondùm nati reſurgunt. §. 81. n. 6. 158

Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Martha ob

Digitized by Google

fœtorem, Chriſtum Deum à ſepulcro arcere ſatagit. Porrò Spiritus-ſanctus improbos propter peccati fœtorem foràs expuit §. 56. n. 4. 114

Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Et tamen cum totâ illâ hominum turbâ, ſepulturæ Chriſtus appropinquat. Porrò qui ſunt in vitâ iuxtà mortem, ſuprà mortem ſunt. §. 81. n. 5. p. 156. Meditatio ſepulturæ inſtauratricem ſepulturam faciet. ibid. n. 4. p. 156. Num mors & ſanctitas idem ſunt? §. 30. num. 7. 71

Voce magnâ clamauit: Lazare veni foràs. Cur Lazaro peccatorum ſymbolo, non dicitur, Reuiuiſce, ſed, Veni foràs? Scilicet foràs prodeundo reuiuiſcet. quare? §. 91. n. 5. 173

Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes inſtitis. Ipſa mortis vincula, & ſigna, reſurrectioni ac vitæ moraliſſimè iam militant. Porrò vel ipſas paſſiones ad vitia præcipites, aduocandæ ſunt, tamquam virtuti auxiliares. toto §. 215. 393

Dixit ei Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. Si Chriſtus Deus paullò antè dixit: *Ego ſum reſurrectio & vita,* quare vt probet Lazarum reſuſcitatum fuiſſe, & vitam iam habere, eum *abire*, & à ſe abſentari iubet? Num Chriſtus vita eſt eorum, qui abſunt, an potiùs qui adſunt? O arcana à Chriſto abſentia! An Deus etiam præſens, tamquam abſens quærendus eſt? §. 74. n. 6. 144

Multi ergò ex Iudæis, qui.... viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam autem, &c. Qui benè affecti erant ergà Chriſtum, ob miraculi magnitudinem crediderunt in eum; qui ſecùs, Chriſtum indè Phariſæis produnt. Sanè ab amoris & odij affectu, veritas nimis patitur. toto §. 288. 524

Dominica in Paſſione.

IOANNIS VIII.

Q*Vis ex vobis arguet me de peccato?* Eſto nemo condemnare Chriſtum de peccato poſſit? at ſuſpicax maledicentia, aut maledicta hoſtilitas, illum de peccato arguere præſumet. Nam licenter maledicentia ex leui etiam occaſiunculâ commentarios exaggerat. §. 233. n. 3. pag. 423

Quis ex vobis arguet me de peccato? Miriſſimum ſanè eſt, quòd Chriſtus, etſi impeccabilis, ſuam innocentiam argutiis aliorum exponat. Deeritne aliquis Dominus linguæ? Hinc Dominus linguæ ſceleroſior quam Chriſti tortores reputabitur? §. 233. n. 5. 414

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sed improbus quiſque in innocente etiam fingit ſcelera, quæ maledicè ventilet. quare? §. 233. n. 2. 413

Quis ex vobis arguet me de peccato? ſed adhuc viuit Chriſtus. Hem! poſt mortem etiam neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſteritatem præcludat? §. 234. n. 2. p. 415. Quin & Angeli in Aſcenſione, Diſcipulorum ſuſpiciones reprehenſione præcludunt. ibid. n. 4. 415

Quis ex vobis arguet me de peccato? Chriſtus Deus, qui ſic innocenter hactenùs vixerat tutò ſe permittit aliorum iudicio. Porrò anteacta vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. toto §. 216. 394

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sic eſt rarum ac præluſtre, poſt auditos diffamiæ rumuſculos, probè de Chriſto opinari, & loqui, vt non Nathanaël, ſed Petrus ob adſimilem confeſſionem, magnificè beatificetur? §. 212. n. 2. 389

Quis ex vobis arguet me de peccato? Etſi humana lingua falſitatis ſit rea, & mendaciis garrula. toto §. 268. 491

Quis ex vobis arguet me de peccato? Irrefragabile quidèm innocentiæ teſtimonium! Nam detractoris lingua, mentis vſurpat munia, & ſubdolè ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa ipſi concupiſcentiæ malitiam afflat toto §. 32. 73

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Perfidia Iudæorum ſeriò dicenti Deo non credit: etſi Deus vel quod dixit ironicè verum fecerit. §. 143. n. 2. 264

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? An quia Iudæis Chriſti inimiciſſimis, adhuc poſt perſpectam denuò rei veritatem, antiqui erroris reliquiæ ſuperſunt toto. §. 58. 116

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quia ſcilicet laudatoria veritas victoriâ conſtat ad faciendam fidem. §. 222. n. 5. 406

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Iudæi ſuperbiſſimi à veritate longiùs aberrant. Quia humilitas eſt vita, quæ ducit ad veritatem. §. 297. n. 3. 540

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quia erroribus primùm imbutus, meliùs putat errare, quàm recentem veritatem amplecti. §. 58. n. 5. 118

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quia apud quoſdam error putatur laudabilis, ouans, vtilis. §. 103. n. 4. 192

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quandoquidèm Euangelica fides, Dei ſummâ veritate ſubnixa, meraciſſimam propinat veritatem. toto §. 143. 264

Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Quia ſcilicet homo ſe detriumphat, dum Deo magis, quàm ſibi credit. §. 143. n. 5. 265

Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Hi Iudæorum ſapientes, Chriſto veritatem dicenti neſciunt quid reſpondeant, & contumelias eructant. O procùl à Sapientibus conuitia! pacata eſt Chriſtiana philoſophia. §. 4. n. 8. 27

Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Ob regiæ dignitatis ambitum, Chriſtus crucifigitur; nunc linguæ temeritas eum Hæreticum, & dæmoniacum appellat. Sanè Dominus linguæ ſceleroſior dicitur, quàm Chriſti carnifices. §. 233. n. 5. 424

Ego dæmonium non habeo. O reſponſum humillimè modeſtum! Porrò modeſta Euangelici Prædicatoris humilitas cor reddit potabile. §. 297. n. 4. 540

Ego dæmonium non habeo. Hinc Iudæi Chriſti diuinitatem cognoſcere potuiſſent. Modeſtia enim portio Dei nominatur. §. 1. n. 21. 5

Feria IV. poſt Dominicam in Paſſione.

IOANNIS X.

F*Acta ſunt Encania in Ieroſolymis.* Encænia, id eſt, *feſtum renouationum*, templi inquam. Porrò mundi antitypus dicitur templum, ad Ægyptiarum voluptatum obliuionem extructum. §. 39. n. 4. pag. 85

Facta ſunt Encania in Ieroſolymis. In templi inſtauratione mundus inſtauratur. Nam Dei templum, creationi mundi aſſimilari dicitur. §. 39. n. 3. 85

Facta ſunt Encania in Ieroſolymis. Benè feſtum renouati templi, Ieroſolymis peragitur. Porrò templum, cæleſtis Ieroſolymæ, id eſt, beatitudinis proœmium nominatur. §. 39. n. 5. p. 89. Et ſanè qui Dei templa

Digitized by Google

pla non frequentant, à Dei facie proiici perhibentur. ibi. n. 2. 85

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Encænia, id eſt, *feſtum renouationum.* Siquidèm inchoatæ probitatis vigorem, ne in vitæ progreſſu, aut fine periculoſiùs langueſcat, identidem renouare neceſſè eſt. toto §. 83. 158

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Encænia, id eſt, *feſtum renouationum.* Et quidèm qui languidum cor excitat ac renouat, illud creare dicitur. §. 123 n. 5. 232

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Encænia, id eſt, *feſtum renouationum.* Profectò lex quæ foris ſonat, veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. § 219. n. 3. 400

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis. Encænia, id eſt, *feſtum renouationum.* Sanè Virgo Deipara Deiformi elementatione veterem mundum renouat, atque reformat. §. 315. n. 6. 577

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis; & hiems erat. Porrò fulguris ardor cum frigore niuis ethicè miſcendus eſt; & contrà. §. 187. n. 3. 346

Facta ſunt Encænia in Ieroſolymis; & hiems erat. Renouatio quæ fit per pœnitentiam, non benè hiemi cognata eſt. Nam infidus poſt pœnitentiam frigidam relapſus, propè Deum negat, Deo præfert Diabolum, &c. toto §. 55. p. 111. Plúſne eſt à vitio ſe reuocare, quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Palàm & candidè ſibi loqui expetunt, qui ſub dolo tectiùs obſcuro fraudulenter loquuntur. Nam eorum fraudulenta lingua, dum dolos cogitat mentis vſurpat munia: & ſecat vt nouacula, quaſi ornatum negotietur, &c. toto §. 32. 73

Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ facio, &c. Prædicantis opera, potiùs quàm verba, aduocat ad veritatis ſuffragium. Porrò non eloquenter ſapiens, & moribus atque operibus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce doctrinam Euangelij perſuadet. toto §. 68. 133

Multa bona opera oſtendi vobis..... propter quod eorum opus me lapidatis? Sanè qui malo benefacit, ſerpentem alit. §. 238. num. 5. p. 432. Opulentiùs ſoluuntur maleficia, quàm beneficia. §. 245. num. 3. p. 454. Et quidèm ingratitudo ſeruile ingenium inuenit, aut facit. §. 238. n. 4. 432

Multa bona opera oſtendi vobis.... propter quod eorum opus me lapidatis? Heu obſtinatæ humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit! toto §. 293. p. 533. Hem! beneficentia ſibi quodammodò ingrata eſt. quomodo? §. 238. n. 6. 432

Propter quod eorum opus me lapidatis? Lapides inhumanè armantur in Chriſtum Deum; ſed dum patitur præ compaſſione lapides ſcinduntur. §. 119. n. 5. 225

Multa bona opera oſtendi vobis.... propter quod eorum opus me lapidatis? Sic humanum ingenium, maleficentiam beneficentiæ debere putat. §. 293. num. 3. 533

Feria V. poſt Dominicam in Paſſione.

LVCÆ VII.

Adi feſtum S. Mariæ Magdalenæ, vbi hoc Euangelium ad mores elucidatur.

Feria VI. poſt Dominicam in Paſſione.

IOANNIS XI.

COllegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum. In concilio ambiunt Chriſtum damnare, quò eum tamquam ſacrilegum condemnent. Porrò conſultores ſunt velut quoddam ſacrum. §. 245. n. 6. pag. 454

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum. Sacro concilij vocabulo malitiam velant. Sceleroſior enim malitia eſt, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat. toto § 186. 344

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum. Specioſo concilij vocabulo, odij, ac inuidiæ rancorem, fruſtrà diſſimulare præſumunt Nam quò tectiùs quis affectat, celare vitium, illud citiùs ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259. 477

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum. Phariſæi de hoſtilitate aduersùs Ieſum notiſſimi, illius cauſſam iudicant? Sanè amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. toto §. 288. 524

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Sed male proponitur delictum in iudicio abſque citati rei commentario. toto §. 244 451

Et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? O inuidioſum ſcelus! Qui ſigna petunt vt credant, ſigna facientem damnant, quia *multa ſigna facit?*

Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. Cur vaſtatores dicuntur ordinatores? §. 195. n. 5. 361

Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. Ecce tibi ſeruilis timor in imaginationis officinâ, miſerias anticipat, amplificat, exaggerat. toto §. 44. 93

Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. Seruilis & humani timoris inſida pædagogia eſt. toto §. 145. 268

Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. Ex timore aduersùs Chriſtum crudeliter ſæuiunt. Porrò minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium. toto §. 54. 110

Vos autem neſcitis quicquam, nec cogitatis, &c. Profectò ignorantia iudicis eſt innocentis calamitas. §. 244. num. 2. Gubernator qui non habet ingenia, gubernator non eſt. §. 245. num. 6. 454

Vos autem neſcitis quicquam, nec cogitatis, &c. Sanè ignorantia Principem ac Iudicem deponit. Idcircò ipſis intelligentia ſuadetur, vt reuertantur ad dignitatem, quam habebant. §. 247. num. 5. 458

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, &c. Summus totius populi Pontifex, ſic crudeliter ſæuit? Scilicet Principum potentia ſic in ſceleſtum confinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. toto §. 250. 462

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, &c. Ipſe Pontifex, qui præſumit cogitare & ſcire, quod alij nec ſciunt, nec cogitant, mortis ſententiam aduersùs Chriſtum vibrat? O! ne Iudex committat, vt eius eruditio, ſit mortis armatura. § 271. num. 4. 498

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, &c. Et ſanè id valdè expedit. Rectène iudicat, qui male cogitauit?

Digitized by Google

cogitauit? § 91. n. 2. 174

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Chriſtus Deus is eſt, qui mortem patiatur? Imò Chriſtus Deus patibilis impatibilitatem oſtendit. §. 47. num 4. & §. 148. num. 5. 48. & 460

Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius prophetauit, &c. Porrò per media oppoſita fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. toto §. 290. 528

Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed cùm eſſet Pontifex anni illius prophetauit, &c. Hinc liquidò conſtat; quod explorandum potiùs ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm Quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. toto §. 69. 135

Sed vt filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Phariſæi, id eſt, filij Diaboli, concilium congregant, vt Chriſtum occidant: & indè *Filij Dei congregentur in vnum?*

Sed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum. Porrò à paſſione & morte Chriſti eſt, vt vniuerſi Iuſti, vnus plures ſint, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526

Dominica in Palmis.

MATTHÆI XXI.

INuenietis aſinam alligatam, & pullum cum eâ, ſoluite, & adducite mihi. Qui à peccatis ſoluuntur arcanâ pœnitentiæ vi, elegit Chriſtus ad ſui triumphi gloriam, quâ homo Deus declaretur? Scilicet pœnitentia cum Incarnatione confinium habet, verecundiam ſanctificat, & Sancta ſanctorum appellatur. toto §. 254. 468

Soluite, & adducite mihi. A peccatorum vinculis abſolutos, ſibi adduci iubet, quaſi ſibi ſoli iam viuant? Hem! ſola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. p. 534. Tribuitne innocentiam pœnitentia non iterata? §. 55. num. 5. 56

Soluite, & adducite mihi, iam ſolutos legis antiquæ vinculis, Porrò immodica legum multitudo violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. 473

Dicite, quia Dominus his opus habet. Cùm indigam pauperiem profitetur, *Domini* vocabulo, ac titulo rem exigit? Num perfectus pauper, Totius naturæ Dominus verè nominatur? §. 161. n. 3. 294

Dicite, quia Dominus his opus habet. Chriſtus Deus beneficum ſpontè opus exigit ſibi impendi. Nam hominis miſericordia eſt diuini operis interpres. §. 130. n. 2. 243

Dicite, quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Porrò dum largior beneficentia vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §. 236. p. 428. Quin & facultatum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §. 237. 429

Dicite, quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Non ſolet Chriſtus quicquam ab hominibus ſic poſtulare: at vbi proclamatur Rex *Ecce rex tuus,*) confeſtim reculis pauperum *opus habere* dicitur, eáſque per miniſtros ſuos exigit, adumbrans, & taxans humanorum Principum ingenium. Porrò Princeps non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ diteſcere ſatagit. toto §. 253. Et §. 292. p. 467. 531

Ecce Rex tuus venit. Chriſtus venit ad te, quia tu non vadis ad Chriſtum, nec illum quæris. Eccur Deus dicitur bonus dumtaxat quærenti illum? §. 74. n. 4. 144

Ecce Rex tuus venit tibi. O perpendat homo ſuam dignitatem, & quanti apud Deum æſtimetur, ne vitiis ignobiliter vileſcat! toto §. 291. 529

Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Ad tot inimicos venit mitis ac beneficus? Scilicet ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori ergà offenſores beneficentiæ generosè obærata naſcitur. toto §. 129. p. 241. Boni Principis eſt tranſilire terminos æquitatum. ibid. n. 5. 242

Et eum deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Chriſtus vinciendus, & velut vincendus in ſuâ paſſione ac morte, iam triumphat: Profectò in Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. 463

Turba autem quæ præcedebant, & ſequebantur; clamabant, dicentes: Hoſanna, &c. O quàm fuit breuis huius mundialis gloriæ gratia: poſtmodum enim illi inſultant, & cruci deſtinant. Heu! humana felicitas herbacea eſt, rerum abuſus, & vocabulum abſque re. toto §. 101. p. 188. Bonum quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. 190

Clamabant, Hoſanna filio Dauid. Benedictus, &c. Fit Sanctis proximus, qui illorum prædicat ſanctitatem. §. 1. n. 2. p. 1. Superfluam laudem prædicare iactantiæ neceſſariam reticere, contemptus. ibid. n. 1. p. 1. Et quidèm opportune laus, vniuerſatim virtutum cupiditatem ingerit. & laudatores facit eiuſdem coronæ participes arcano laudis ſacramento. toto §. 224. p. 408. Conſule. §. 222. & §. 225.

Pro oratione Chriſti in horto.

LVCÆ XXII.

ET cùm perueniſſet ad locum, dixit illis: Orate. Vbi primùm acceſſit ad locum pugnæ, oratione armantur. Nam oratio eſt robur militum, & militaris diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. 210

Et cùm perueniſſet ad locum dixit illis: Orate. Quò diſcipuli orantes fiant cæleſtis Reſpublica. §. 156. n. 4. 286

Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis; Orate, &c. Diſcipulos etiam ſuos ſecum orantes expetit. Nam multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit ſumat, toto §. 176. 319

Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis: Orate, &c. Paſſionis tribulatione iam iam imminente, Diſcipuli iuſſi orare, altè dormiunt. Nimirùm Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. n. 4. 420

Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis: Orate, &c. Dum tribulatio paſſionis impendet, tempeſtiuè orare iubentur. Nam calamitas dicitur precandi officina, & deprecandi vigor. toto §. 280. p. 511. Quin & precaria neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. 521

Et cùm perueniſſet ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem. Et ipſe auulſus eſt ab eis, &c. De glutino mutuæ charitatis eſt, tanta in diſcedendo violentia. Porrò charitas in me, dicitur charitas, ſeu

tentatio

Digitized by Google

tentatio contrà me. quare? §. 194. n. 4. p. 358. Concinnè ordinata charitas dicitur coaceruatio. quare? inibi. Profectò vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. p. 516. O! qui corde amat, dolebit & corde. §. 234. n. 5. 426

Et poſitis genibus orabat, dicens: Pater, ſi vis, &c. Chriſtus virtutes omnes in Paſſione exhibiturus, ab oratione orditur. Porrò oratio dicitur baſis operum omnium virtutum. §. 122. n. 4. Oratio de ſcholâ Deitatis erudita, columba virtutum eſt. §. 156. n. 1. 285.

Et poſitis genibus orabat, dicens: Pater, ſi vis, &c. Humi genua humillimè ponit. Nam oratio humilis, vera oratio eſt. §. 139. n. 1. p. 257. Profectò humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. §. 139. n. 6. Præſumptio & ſuperbia quantum in ſe eſt, preces aufert. ibid n. 2. & 5. 258. 259

Et poſitis genibus orabat, dicens: Pater, ſi vis &c. τὸ *orabat*, perſeuerantiam in oratione denotat. Nam oratio perſeuerans dicitur piè ſuperba, & vitalis anhelitus, &c. toto §. 225. 409

Orabat, dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me. Homóne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis? toto §. 163. 297

Orabat, dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me. Eccur petit quod ſcit à ſe minimè impetrandum fore? An ne non ſubeat repulſæ moleſtiam? Porrò repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale & acerbum nimis perhibetur. toto §. 70. 137

Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Chriſtús ne is eſt, qui ab Angelo confortetur? An Angelus confortat Chriſtum, quia Angeli à Chriſto confortantur? §. 96. n. 4. 181

Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Num Angelus confortat Chriſtum, dum compatitur gloriæ celebritate? §. 170. n. 5. 310

Et factus in agoniâ, prolixius orabat. Dum tribulatio Paſſionis imminet, orationi ſe totum impendit. Nam oratio in tribulatione, incantatio dicitur. quare? §. 153. num. 3. 281

Et factus in agoniâ, prolixiùs orabat. Benè dum agoniâ, angitur, prolixiùs orat. Siquidem oratio orantem pleno gaudio cumulat. §. 156. n. 4. 286

Et factus in agoniâ, prolixius orabat. Beneficium petiturus, prolixiùs, & adulantiùs orat. Nam peti à Deo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num. 4. 434

rum pollicetur? Sanè homo in terris præ mutabilitate, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, & non alius. toto §. 63. p. 125. Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & veritatibus temperatus, malè audit. toto §. 62. 123

Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum. Dum Chriſtus Deus Petrum reſpicit, illum inoculat. Porrò dum Deus ad humanam miſeriam per compaſſionem reſpicit, oculos mittere perhibetur. §. 52. n. 3. 107

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Foràs confeſtim egreditur, loci, vbi peccauit, refuga: Nam locus ſæpè vitiis obnoxius eſt, ſæpè etiam virtuti auxiliaris. toto §. 33. & §. 79. 75. & 152

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. O, ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt! toto §. 201. 373

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Vt priſtinæ negationes in lacrymas conuertantur. §. 215. n. 4. 394

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Abnegator Petrus corpore abſentatur à Chriſto Deo, vt ad eum per lacrymas, propiùs accedat. Porrò Dei manus tractat peccatorum lacrymas; quæ intra Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §. 57. 115

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Profectò quod fleri ſolet, non ſolet excuſari; & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. §. 92. num. 2. 174

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Et quomodò Petrus amarè flet, cùm lacrymæ cæleſtibus deliciis exuberent? §. 172. n. 5. & 4. 313

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Iugi ſemper fletu. An vt vel cicatricem ex vulnere peccati, lacrymis ablueret, & deleret? §. 40. n. 5. 87

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Amarè flet: nam in lubrico periculosè titubat tepiditas iners pœnitentium, ruinæ ſemper proxima toto §. 123. 231

Et egreſſus foras, fleuit amarè. Opplorat amariſſimè, intentiùs dolet, vt commiſſum ſcelus expungat. Pluſne eſt à vitio ſe reuocare, quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Et egreſſus foràs, fleuit amarè, ſpe erectus de ſcelere lacrymis eluendo Porrò Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. 292

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Porrò ſola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. 534

Et egreſſus foràs, fleuit amarè. Dum flebilis Petrus cruci abeſt, miniſterióne ſuo deeſt? §. 8. n. 2. 32

De S. Petri negatione, & lacrymis.

LVCÆ XXII.

QVem cùm vidiſſet ancilla quædam, &c. O Petre, Redemptorem ſequens, dum redemptio peragitur, tibi à feminis ſollicitiùs non caues? Eheu femina peccatores ad Adamum congregat! quare? §. 99. n. 4. 186

Quem cùm vidiſſet ancilla .... dixit: Et hic cum illo erat. Vilis ancillæ loquelam, tamquam rem modicam Petrus negligit & contemnit; & tamen illum ad negationem impulit. Profectò bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. 214

Et hic cum illo erat. At ille negauit, &c. Citò negat Petrus, quem nuper animoſiùs ſe numquam negatu-

Pro bono Latrone.

LVCÆ XIII.

DOmine memento mei. In tantæ calamitatis agone, Chriſtum Deum conſultò appellat *Dominum*. Nam in *Domini* vocabulo adiutorium legitur. §. 153. n. 5. 282

Domine memento mei. Quem credit Deum, largiùs miſericordem expetit. An ſumptuoſiùs miſereri, perindè eſt, ac Deum eſſe? §. 130. n. 5. & 6. Et §. 204. num. 3. & 4. 244. & 375

Domine memento mei. &c. Beneficam miſericordiam, quam Latro non rapuit, à Chriſto Deo expetit. Nam cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur. §. 204. n. 3. 355

Domine memento mei, &c. Petróne antiſtat latro, ſpei ſuffragio;

Digitized by Google

ſuffragio ! An plus quàm Chriſti ſequela præmiatur ſpes ? §. 166. n. 2. 302

Domine memento mei, &c. O piè furax huius Latronis ſpes ! Scilicet ſpes rem optatam præſumere dicitur, & præmij tempus anticipare. §. 166. n. 3. p. 303. Spes in extremâ calamitate dum cælum fragrat, gaudium afflat. Ibi. n. 5. 303

Domine memento mei, &c. Tot cruciamentorum oblitus Latro, totus paradiſi ſpebus agitur. Scilicet pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos merendi labores fallit, felicitat, beat. toto §. 295. 536

Domine memento mei, &c. Latro peccatis grauatus, ſpe ſublimiùs quàm cruce erigitur. Nimirùm peccatis degrauatus, ſaltibus ſpei corpus attollit. §. 167. n. 7. 306

Domine memento mei, &c. In memoriâ Chriſti valdè confidit, licet memoriæ minimum tribuere ſoleat, quiſquis ſpei plurimum. §. 267. n. 4. 491

Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Manus ac pedes cruentis clauis in cruce terebratum videt, & fore munificum Regem confitetur ? Scilicet Principes dicuntur perforati. §. 136 n. 5. p. 254. Proprium Principum elogium, clementia eſt. toto §. 12. 39

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. O ſic velut prodige totum paradiſum latroni donat ? Nimirùm boni Principis eſt tranſilire terminos æquitatum. §. 129. n. 5. 242

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Ecquis latroni paradiſum aperiet ? ſiquidèm flebilis Petrus paradiſi clauiger abeſt. §. 8. n. 2. 32

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Nam cum Chriſto, & in Chriſto, qui eſt via, eundum eſt in paradiſum. toto §. 41. 91

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Beatâ paradiſi gloriâ glorificatur Latro, an Chriſtus glorificatur lattonis gloriâ ? §. 164. n. 6. 300

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Per gratiam ſic reformatur Latro, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti ? §. 214. n. 4. 392

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Illâ ipsâ die incunctanter paradiſo donatur. Nam largior beneficentia moram non admittit, ne expectatione læſuram faciat. §. 51. n. 5. 106

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Suorum ſcelerum animoſâ confeſſione paradiſum emit. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti pudore confeſſionis mercari. toto §. 169. 307

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiſo. Tot ſcelerum flagitioſè reus, ſic de facili paradiſum à Deo obtinet ? Scilicet ſola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. 534

Hodie mecum eris paradiſo. Apoſtolus ex futuro ad Dei proditionem facile venit; latro ad paradiſum. §. 149. n. 3. 275

Feria V. in Cænâ Domini.

IOANNIS XIII.

Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Per mortem ex hoc mundo ad Patrem Chriſtus tranſit. Quin & per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat, §. 30. n. 5. pag. 71. Poſſe mori, gratia vitæ eſt. ibid. n. 4. Bona mors, mortis pœnam, in præmium immortalitatis reformat. §. 30. n. 5. ibid. Num mors, & ſanctitas, idem eſt ? ibid. n. 7. ibid.

Sciens Ieſus quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Iugis mortis memoria hîc commendatur. Nam homo qui eſt in vitâ iuxtà mortem, ſuprà mortem eſt. §. 81. n. 5. p. 156. Meditatio ſepulturæ, ſepultutam faciet inſtauratricem. ibid. n. 4. ibid. Quàm multa accerſat mala mortis obliuio §. 81. n. 2. 155

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Non enim vehementior eſt natura ad amandum, quàm gratia. §. 1. n. 16. p. 4. Vis diuini amoris ergà homines, quàm ſit beneficè fœcunda. toto §. 154. 282

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sanè Dei amor hominem format §. 214. n. 4. 392

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Concinnè ordinata charitas dicitur coacervatio. quare ? §. 194. n. 4. p. 358. Verùm charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio contrà me. inibi. Porrò qui corde amat, dolebit & corde. §. 234. num. 5. 426

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quos tot beneficiis obruebat, vt eorum amorem magnificentiùs extorqueat §. 135. n. 6. p. 252. Chriſtus ſe nominat filium hominis, vt maternum hominum amorem negotietur. §. 155. n. 3. 284

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sic amat, qui amari intenſiùs expetit. Expetitne iudicio & mente amari, ad nimietatem amoris? §. 155. n. 2. 284

Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Amor cæcus dicitur. Sed paſſiuus amor cæcè inoculat, & ſenſuum acumen eſt. §. 154. n. 6. 283

Cùm Diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas. Sceleroſiſſimo infidè proditori Dæmon ſeſe conuiſcerat. Porrò peccatoris cordi emortuo, inſtar vermium ſunt Dæmones. §. 95. n. 2. 179

Vt traderet eum Iudas. Hem ! ſic furax auaritia Exapoſtolum fecit Iudam ? §. 107. n. 3. p. 204. Iudas ex furto ad Dei proditionem facile venit. §. 149. n. 3. 275

Vt traderet eum Iudas. Ex amico Apoſtolo inimicus infidè proditor ? Profectò falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198. 364

Vt traderet eum Iudas. Et quidèm ad mortem probroſiſſimam & cruentiſſimam. Porrò nil acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. 120

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. In manus dedit, vt expromptiùs manibus daret, & hoc etiam titulo poſſideret. Si quidèm benefica largitio, eſt rei donatæ poſſidendæ arbitrium. §. 173. n. 4. p. 314. De rationali arbore non dicitur, quòd fructum *feret*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. ibid. n. 2. ibid.

A Deo exiuit & ad Deum vadit. Diuini Verbi exemplo, homo à ſe exiens, exundo non recedat. §. 144. num. 4. 267

A Deo exiuit, & ad Deum vadit. Porrò hominum etiam proprius locus, Deus eſt. §. 33. n. 6. p. 76. Deus hominibus totum eſt, omnia eſt. §. 162. n. 1. p. 295. Deus autem vbique ſimul, & nuſquam eſſe dicitur, quare ? §. 162. n. 4. 296

Surgit à cænâ, & ponit veſtimenta ſua, &c. Rex regum non ſolùm formam ſerui induit; ſed etiam ſeruile miniſterium obit. Num Dauid, & Chriſtus ante regnum,

Digitized by Google

regnum, formam ſeruitutis affectant? §. 221. n. 3. 404

Cœpit lauare pedes Diſcipulorum, &c. Porrò Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. 292

Cœpit lauare pedes Diſcipulorum, &c. Pulchri Diſcipulorum pedes, ne puluere, aut luto ſqualeant. §. 282. num. 5. 516

Cœpit lauare pedes Diſcipulorum, &c. Conſultè dicit, quòd *cœpit*; ne ergò vlteriori & vlteriori ablutione opus nobis ſit. Porrò infidus poſt pœnitentiam relapſus, propè Deum negat: quare ſic recidiuis infrequens dicitur venia, ſeu peccatorum ablutio. toto §. 55. 111

Venit ergò ad Simonem Petrum. Vt ſcilicet à Petro quaſi à capite, vt aliàs, ita & hîc lotionem inciperet. Porrò vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſuboleant, minimè negligere oportet. toto §. 114. 215

Et dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Profundè inibi Auguſtinus: *Cogitanda ſunt hæc potiùs quàm dicenda: ne forſè quod ex iis verbis aliquatenùs dignum concepit anima, non explicet lingua.*

Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Qui totus eſt mundus, & grauibus delictis immunis, adhuc minimis ſordidatur, & degrauatur? Heu! qui in re virtutis magna operatus eſt, & tentationes maximas ſuperauit, minimis turpiùs ſuccumbit. toto §. 112. 212

Exemplum enim dedi vobis. &c. Nam bonum virtutis exemplum, *Beare* noſtrum imitatione dicitur, &c. toto §. 66. p. 130. Et Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia, &c. toto §. 213 p. 389. Quin & characterem inprimere perhibetur. §. 47. num. 6. 99

Feria VI. in Paraſceue.

HIſtoria Dominicæ Paſſionis ex Euangeliſtis intertexta, feriatim referenda eſt; intermixtis breuiculis expenſionibus: non quas eruditio, aut acumen excitet, ſed quas meditationis, ac deuotionis ardor excoxit. Iſtiuſmodi meditationes in piis hâc de re libellis, abundè ſuppetunt. Vide in Syllabo rerum, *Paſſio Domini.*

Virgo Deipara Filio Deo crucifixo compatitur.

IOANNIS XIX.

S*Tabat autem iuxtà crucem Ieſu, Mater eius*, &c. Deipara iuxtà crucem, inexpugnabilis erat, & naturæ affectionibus ſuperior. §. 325. num. 1. pag. 593

An Deiparæ perforata ſint in cruce Chriſti crucifixi, membra? §. 325. n. 2. ibid.

Cur Deipara dicitur, miſerabiliùs animo ſauciari? §. 325. num. 2. ibid.

Deipara Virgo diuinæ maternitatis ingeſtâ dulcedine, miriſſimè exacerbatur. §. 325. num. 3. ibid.

Gloria Deiparæ habenda, vt quæ ſola Paſſionis viſa ſit ſocia. §. 325. num. 4. ibid.

Num Deiparæ compaſſio, Paſſionē Filij omninò complet? 325. num. 5. 594

Cùm expirauit Filius Deus, parum abfuit, quin Deipara Paſſionem compleret? §. 326. n. 3. 595

Beata Deipara propè innumerabilibus mortibus, noſtræ redemptionis pretium obtulit? §. 326. num. 4. ibid.

Deiparæ paſſio glorioſa dicitur, quia purpuraſcit ad Corredemptricis elogium. §. 326. n. 5. ibid.

Deipara in inſtauratricis ſepulturæ curam ſollerter incumbit. §. 330. n. 5. 602

In Reſurrectione Domini.

MARCI XVI. LVCÆ XXIV.

CHriſti Dei Reſurrectio mortuis eſt vita, peccatoribus venia, Sanctis eſt gloria. §. 81. num. 1. pag. 177.

Rex Dauid de notitiâ Dominicæ Reſurrectionis lætari exambit. §. 81. num. 2. ibid.

Quare ſtatim poſt Chriſti mortem, Sanctorum ſepulcra aperta ſunt? Scilicet vt luce Dominicæ Reſurrectionis illuminentur. §. 82. n. 3. & 4. 157. 158

In ſepulturæ labyrintho Chriſtus vias vitæ per Reſurrectionem inuenit. §. 82. num. 5. 158

Principium Reſurrectionis, & Aſcenſionis finem, Diſcipuli non vident, Quare? § 73. num. 4. 142

Cur ſit Angelus Dominicæ incorruptionis & Reſurrectionis aſſertor? §. 95. num. 2. 172

Auſpicium credendæ Reſurrectionis, cur clarâ diei luce Chriſtus dedicauit? §. 143. num. 3. 265

Terra terræmotu luget Chriſti mortem; & terræmotu gloriæ Reſurrectionis gratulatur. §. 187. n. 2. 346

Terræmotu quatitur terra, quòd Chriſtus reſurgens, in terram non conuertitur. §. 248. num. 2. 459

Mortificatio noſtra dicitur manifeſtatio Reſurrectionis, & beatæ gloriæ §. 133. n. 3. p. 248. Noſtra mortificatio eſt Dominicæ Reſurrectionis ſuffragium. §. 150. num. 4. 276.

Sine paſſione nemo habet vndè ſperet, ſine Reſurrectione, in quem ſperet. §. 143. num. 4. p. 265.

Titulóne ſuſceptę Euchariſtiæ, debetur Chriſto glorioſa Reſurrectio §. 177. num. 5. 322

Chriſtúſne expetit Reſurrectionem ſuam, vt crucifigentibus benefaciat? §. 273. num. 4. 500

Quot cuſtodes apponuntur ſepulcro, tot teſtes Reſurrectionis ſiſtuntur. §. 290. num. 2. 528

In Adamo naſcituri moriuntur, in Chriſto nondùm nati reſurgunt. §. 81. num. 6. 158

Deipara in reſtauratricis ſepulturæ curam ſollerter incumbit. §. 330. num. 5. 602

Dominica in Albis.

Hoc Euangelium ethicè elucidatur in feſto S. Thomæ Apoſtoli.

In Litanijs maioribus, & minoribus.

LVCÆ XI.

Q*Vis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte*, &c. Amicus ad amicum vadit, & licet importuno tempore fauorem impetrat. Porrò reciproca rerum inter ſe fauentia, perfectionem, compleHHh

Digitized by Google

complementum, ac robur ipſis fœnerat. toto § 274. pag. 501. Vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes,de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526

Et ibit ad illum mediâ nocte. &c. Somnum intermittit vt oret? Verùm Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. num. 4. 420

Et ibit ad illum mediâ nocte. &c. Importuno etiam intempeſtæ noctis tempore, audientiam hic amicus præſtat orantibus? Nimirùm peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num. 4. 434

Amice commoda mihi tres panes. &c. Cibos non ſibi, ſed amico precatur, ipſe precibus abundè refectus. Nam oratio velut ſpiritualis cibus, omnes virtutes fouet ac nutrit. §. 156. num. 5. 287

Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de viâ ad me. Conſultò vtitur *commodandi* verbo, quaſi à redditurо ſatis. Porrò miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò indigentibus, ne quid tibi deſit. toto §. 134. 239

Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus. &c. Petit ergò quaſi ex debito redditurus. Quia miſericordibus Deus plura reſtituit. §. 235. n. 3. 427

Commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de viâ ad me, & non habeo quid ponam ante illum. Neceſſitatem tamquam deprecatricem optimam conſultiſſimè apponit. Porrò humana indigentia & miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exactor egregius, neceſſitatis voce. toto §. 43. 91

Et non habeo quid ponam ante illum. Sed habet neceſſitatem, quam ponat ante Deum. Porrò precaria neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. 521

Noli mihi moleſtus eſſe. &c. Et quomodo hominum preces poſſunt eſſe moleſtę Deo; ſiquidèm peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet? § 239. n. 4. 434

Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum. &c. Moraliſſimè bonus hic paterfamilias ſollicitus eſt de ſeruorum quiete. Porrò Dominorum ergà ſeruos ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur. toto §. 131. pag. 244. ſerui nomen, inhumanæ Dominorum auſteritati non ſit obnoxium. toto §. 115. 217.

Non poſſum ſurgere, & dare tibi. Scilicet qui non vult dare, rectè dicit, ſe dare non poſſe. §. 241. n. 4. 437

Non poſſum ſurgere, & dare tibi. Non poteſt, quiſquis non vult. Nam voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra. Velis, & poteris. toto §. 241. pag. 436 Quin & voluntas quâ facie liber, res humanas colorat; & faciles aut difficiles reddit. toto §. 258. 475

Non poſſum ſurgere, & dare tibi. Deuſnè is eſt, qui dare non poſſit, aut nolit? Num ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſabit eſſe Deus? §. 204. n. 4. pag. 375. An cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur? Ibi num. 3. Quo ſenſu dicitur, quòd miſereri, eſt Deum eſſe. §. 130. n. 5. & 6. 144

Non poſſum ſurgere, & dare tibi. An difficultate concedendi muneris, illud condit ad placendi gratiam? Porrò breuis de abundè expromptis, & ſtatim ſatietati vicinus affectus eſt. toto §. 199. 366.

Non poſſum ſurgere, & dare tibi. Sanè repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur. toto §. 70. 137

Et ſi perſeuerauerit pulſans dico vobis, ... propter improbitatem tamen eius ſurget. &c. Num oratio piâ impudentiâ perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus. &c. toto §. 225. 409

Propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi &c. Scilicet etiam quod non poſſumus petenti demus, ſaltem propter eius verecundiam. §. 70. n. 2. 137

Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis. Exindè oratio, quæ ritè peragitur, ſecura impetrationis accedat. Porrò ille benè Deum orat, qui ſic confidenter petit, ac ſi petitum beneficium ei ex iuſtitiâ debeatur. §. 204. pag. 374 Nam velut incantationes piè æmulatur. Ibi. num. 6. 376

Quærite, & inuenietis. Nam Deus dum ideò quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur. toto §. 74. Et §. 214. num. 4. 143. & 392

In die Aſcenſionis.

MARCI XVI.

R*Ecumbentibus vndecim Diſcipulis, apparuit illis Ieſus.* Recumbentibus apparet Chriſtus à mortuis glorioſè rediuiuus, quaſi reſurrectio ſit ſacro epulo cognata. Num titulo etiam ſuſceptæ Euchariſtię, debetur Chriſto glorioſa reſurrectio? §. 177. n. 5. pag 322.

Et increpauit incredulitatem eorum. &c. Duritiam cordis, ſed blandè increpat. Porrò acerba reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò, atque ex amore nata, hominem reprehenſum reſtituit, ac redintegrat. toto §. 209. pag. 383

Et increpauit incredulitatem eorum &c. Sic de incredulitate Diſcipulos Chriſtus reprehendit, vt illos etiam fidei Magiſtros conſtituat. Sanè reprehenſio facienda eſt velut nouaculâ, quæ dum ſuperflua reſecat, ſimul ornat. §. 37. n. 4. pag. 74 Correptionis lima detergit rubiginem, quam de mundi lenocinio contrahimus. §. 202. n. 4. pag. 372. Ergò iuſtæ & iniuſtæ reprehenſioni gratitudo debetur. ibid. n 5. pag. 372

Quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et quidèm præter Diſcipulos, quot cuſtodes apponuntur ſepulcro, tot teſtes reſurrectionis ſiſtuntur. §. 290. n. 2. 528

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. In mundum vniuerſum Apoſtolos, Euangelium annunciaturos mittit? Scilicet Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur §. 101. n. 4. pag. 191 Qui Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. Inibi.

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Quò eant quaſi alter ipſe Chriſtus, homines ad Deum conuerſuri. Porrò dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os & cor, atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 18

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Quò non tam Euangelij doctrinam & mores ferant, quàm ingerant. Nam de rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *feret*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. &c. 314

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omnium creaturæ. Non tantùm ore, ſed etiam opere legem Euangelicam in toto orbe Apoſtoli condunt, & eulgant. Porrò bonum exemplum, Euangelicarum virtutum Legiſlator eſt. &c. toto §. 213. pag. 389. Boni mores conſummant Concionatorem; de cuius ore, & cælum, & coronas auditores expectant. toto §. 218. pag. 398 Improbitas Concionatoris, Euangelium vituperat; probitas verò non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. toto §. 275. pag. 503

Et

Digitized by Google

Et Dominus quidèm Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. De abſentiæ arbitrio reuerentiam negotiatur. Nam beneficia, quæ accepta non valdè æſtimamus, dum abſunt, auidè requirimus. toto §. 267. pag 490

Et Dominus quidèm Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. Abeſtne Chriſtus Deus, in cælum aſſumptus? Deus autem vbique ſimul, & nuſquam eſſe dicitur. §. 162. num. 4. & 5. p. 296. Quin ad timoris arbitrium Deus aut adeſt, aut abeſt. §. 158. num. 4. p. 290

Et Dominus quidèm Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. Sed quare reſurrectionis principium, & aſcenſionis finem Diſcipuli non vident? §. 73. num. 4. 142

Et Dominus quidèm Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. Atroci ſuâ morte inultâ Chriſtus glorioſè aſcendit in cælum? Verùm Chriſti pulchritudo, & glorioſus ſplendor dicitur vlciſcendi potentia. §. 26. n. 2. p. 62. Expetitne Chriſtus ſuam gloriam, vt vel crucifigentibus benefaciat? §. 273. num. 4. 500

Et Dominus quidèm Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum. In cælo eſt Chriſtus Deus, ibi ſedens ad Patris dexteram. Ergò ibi vbi eſt quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto. §. 41. p. 88. Cum Chriſto, & per Chriſtum, qui eſt via, eundum nobis in cælum eſt. toto §. 43. p. 91 Chriſti veſtigia, *Beatè* noſtrum dicitur. §. 66. n. 2. 67

Et Dominus quidèm Ieſus..... aſſumptus eſt in cælum. Domini vocabulo Chriſtus Deus inducitur. Porrò in Domini vocabulo adiutorium legitur. §. 153. n. 5. 282

Et Dominus quidèm Ieſus.... aſſumptus eſt in cælum. Angeli autem in eius aſcenſione, Diſcipulorum ſuſpiciones reprehenſione præcludunt. §. 234. n. 4. 425

Et Dominus quidèm Ieſus..... aſſumptus eſt in cælum Apoſtoli autem Chriſtum oculis proſequentes, à Chriſto auelluntur, vt Euangelium prædicent. §. 282. n. 2. 515

Illi autem profecti prædicauerunt vbique. Duodecim homines vniuerſum orbem peragrent, prædicantes Chriſti Euangelium? Miriſſimum fuit vltrà vires & captum, Apoſtolorum obſequium. §. 219. n. 5. 401

In die Pentecoſtes.

IOANNIS XIV.

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Quaſi mandatorum obſeruatio, ſit diuini amoris ſequela. § 217. num. 2. pag. 396

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Porrò alacris ſpontaneè voluntas, Spiritus principalis eſt, vltrà virtutem generoſè audax. toto. §. 191. 352

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Quin & voluntas intentiùs affecta, leges ad obſequium quamlatiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Non ait, legem, aut præcepta mea; ſed *ſermonem meum*, qui conſilia Euangelica complectitur. Porrò auguſta virtus eſt ad legem bonum eſſe: auguſtior Euangelij ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §. 141. 261

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Porrò lex, quæ foris ſonat, veteraſcit; quæ verò per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 219 n. 3. 400

Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Lex Dei habenda non eſt in corde, ſed cor in lege? quare? §. 228. n. 2. pag. 417. Lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt. Ibidem n. 3.

Et Pater meus diliget eum. Grande donum, & donorum fertile eſt Dei amor. Porrò vis diuini amoris ergà homines eſt gratiarum vbertim fœcunda. toto §. 154 282

Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Tanti boni permanentiam dicit Nam bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. 190

Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Sed quid eſt, quòd dum agit de legum obſeruatoribus, *Sermonem* dicit; adſpectu autem ad violatores, pluratiuo nomine *ſermones* appellat? An quia Iuſtus eſt ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator? §. 272. num. 6. 499

Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Benè dicit *ſermones*, cùm de violatoribus agit. Porrò immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. p. 473. Multiplices leges perindè ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. inibi n. 5. pag. 475

Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Mittitur Spiritus-ſanctus, vt iuſtos ad ſe trahat. Sed Spiritus-ſanctus improbos ob peccati fœtorem foràs expuit. §. 56. n. 4. 114

Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Et ſanè pura in bonis operibus intentio, characterem columbæ & Spiritus-ſancti ebibit. §. 165. n. 6. 302

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Sed quare Spiritus-ſanctus peccatorum redargutioni deſtinatur? §. 209. n. 3. 383

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Sed quare Chriſti corpus in Euchariſtiâ, Corpus diuini Spiritûs appellatur? §. 183. n. 2. p. 331. Quin & Spiritus-ſanctus nutricius Virginis efficitur. quare? §. 330. n. 3. 602

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Quò per Spiritus-ſancti gratiam, ſic homo reformetur, vt dicatur commentarius diuinitatis Chriſti §. 214. n. 4. 392

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Vt homo in gratiæ officinâ, in alium hominem quodammodò ſubſtantietur. toto §. 214. 391

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Spiritus-ſanctus ad nos de cælo deſcendit. Imò & cùm Spiritus-ſancti gratiâ afflamur, ipſum cælum ad nos deſcendit. §. 311. n. 2. 570

Paraclitus autem Spiritus-ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. Mittitur ſub formâ igneæ linguæ, ne exinceps humana lingua gehennæ ſcintillas flabellet. §. 32 num. 6. 74

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Semel & iterùm pacem commendat. Nam perarduum eſt cum omnibus pacem habere. §. 157. n. 1. 287

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Quò de acceptâ Chriſti pace vniuerſi Iuſti vnus plures ſint, & idem omnes, de beneuolo, ac benefico mutuæ charitatis ſacramento. toto §. 289. pag. 526 Quin & gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia. toto §. 227. 413

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. O quàm ſtudioſè Chriſtus pacem commendat! Porrò diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet toto §. 260. 478

Digitized by Google

In Feſto SS. Trinitatis

MATTHÆI XXVIII.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terrâ. Omnis Filij regia poteſtas, indiuiſa cum Deiparâ dicitur. §. 305. n. 3. p. 560. Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat precariæ omnipotenter poteſtatis vi. §. 316. n. 2. pag. 578

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terrâ. Conſultò ſuam omnipotentem poteſtatem Chriſtus publicat. Nam Principum potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de famæ ſuffragio valenter armata. toto §. 25. 61

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Sic à Iudæis hoſtiliter offenſus, ſuam omnipotentem poteſtatem publicat? Minas putabis, & mera benignitas eſt. Porrò ipſa excelſioris poteſtatis ſublimitas, largiori ergà offenſores beneficentiæ generosè obærata naſcitur. toto §. 129. 241

Euntes ergò docete omnes gentes. Ruſticanos piſcatores in Euangelij doctores inaugurat. Nam ſæpè explorandum potius eſt, Quid dixerit, quàm Quis dixerit. toto §. 69. 135

Euntes ergò docete omnes gentes. Pauperculos & humiles Diſcipulos ad erudiendas omnes gentes deſtinat? Scilicet Euangelicus Doctor vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. & §. 109. p. 539. & 206. Quin & paupertas eſt palæſtra & gymnaſium ſapientiæ. §. 174. n. 4. 316

Euntes ergò docete omnes gentes. Ne Euangelicus Doctor expectet, vt gentes veniant ad eum; ſed ipſe ad omnes gentes edocendas eat. Porrò de rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*; ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Euntes ergò docete omnes gentes. In omnes gentes quamuis remotiſſimas Diſcipuli mittuntur. Nam Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. §. 102. n. 4. p. 191. Qui Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. inibi. ibid.

Euntes ergò docete omnes gentes. Ruſticani & idiotæ peragrent vniuerſum orbem, eúmque ad Chriſtum conuertant? Apoſtolorum vltrà vires & captum, obſequium miriſſimum fuit. §. 219. n. 5. 401

Euntes ergò docete omnes gentes. Omnes homines conuertent ad Chriſtum homines idiotæ, viles, pauperes? Verùm dignus Euangelij Miniſter dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor, atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Euntes ergò docete omnes gentes. Scilicet non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. p. 133. Boni mores conſummant Concionatorem, de cuius ore cælum, & coronas auditores expectant. toto §. 218. 398

Euntes ergò docete omnes gentes. Quò Euangelium ore prædicent, & morum elegantiâ interpretentur. Porrò improbitas Concionatoris Euangelium vituperat; probitas verò, non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. toto §. 275. 503

Baptizantes eos, &c. O arcanam ex aquis natiuitatem! Siquidèm Chriſtus originem quam ſumpſit ex Virgine, poſuit in Baptiſmi fontem. §. 154. n. 5. p. 283. Indè Chriſti fotu pennati naſcimur. ibid.

Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus-ſancti. Conſultò dicit in *nomine*. An Deus, vocabulum totum eſt? §. 162. n. 7. p. 297. Dei velum nemo vmquam reuelauit. §. 178. n. 1. p. 323. Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfudit? §. 162. n. 3. p. 296. Quomodò Dei nomen dicatur eius cognitio. §. 111. n. 4. 211

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti. Caſtitatis ſatores præmiſſo nomine Trinitatis mittit. Nam libido, totius Trinitatis contumelia eſt. §. 61. n. 3. p. 122. Inde gloriæ totius Trinitatis Virgo Deipara auctoritatem adiecit. §. 328. n. 4. 598

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti. Benè pòſt ſubdit: Ecce ego vobiſcum ſum (in Euchariſtiâ) vſque ad conſummationem ſeculi. Nam Euchariſtia totius Trinitatis lætitia dicitur. §. 179. n. 6. p. 326. Quin & concordia in precibus Trinitatem adumbrat quare? §. 176. n. 3. 319

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti. Arcanum Triados myſterium, humanam rationem longè excellit. At vt credamus fide diuinâ, humanam rationem Deo credamus. §. 73. n. 2. p. 140. Propriæ rationis præſumptio, fidem non accipit, ſed rapit. ibid. n. 3. p. 141. Fides dicitur carere arte, quare? §. 193. n. 3. 356

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti. Quis credat verum eſſe, quod humanæ rationis captum ſuperat? Aſt diuina fides, Dei ſummâ veritate ſubnixa, meraciſſimam propinat veritatem. toto §. 143. p. 264. Homo fide ſe detriumphat, dum Deo magis quàm ſibi credit. ibid. n. 5. 265

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus-ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcùmque mandaui vobis. Benè vltrà fidem, opera iniungit. Nam vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. toto §. 217. 396

Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Vel ſpeciali prouidentiâ. De quâ vide verbo, *Prouidentia*. Vel in Euchariſtiâ. Vide verbo, *Euchariſtia*.

In feſto Corporis Chriſti.

IOANNIS VI.

Caro mea verè eſt cibus. Cùm de Euchariſtiâ agitur, cur apponitur vocula. *verè*? Num vel audacior fictio impar eſt ad exponendam veram Euchariſtiæ præſtantiam? §. 178. n. 4. p. 324. An coniecturis & imaginatione veram Euchariſtiæ excellentiam aſſequi poſſumus? ibid. n. 3. 323

Caro mea verè eſt cibus. Veritas eſt, an vmbra? Sanè Euchariſtici myſterij vmbra, ex vero Chriſti corpore naſcitur. §. 178. n. 5. 324

Caro mea verè eſt cibus. O quàm arcanâ obſcuritate Chriſtus in hoc Sacramento latet! Scilicet in Euchariſtiæ ſymbolum, nocturna alimenta ſententiosè præbentur. §. 178. n. 2. 323

Caro mea verè eſt cibus. Profectò reliqui omnes cibi ſine pane, quaſi crudi ſunt. §. 179. n. 2. 325

Caro mea verè eſt cibus, &c. Ergò bonorum operum impenſus labor, hunc cibum negotietur. Vndè Euchariſticum cibarium perindè eſt, ac laboris penſum. §. 180. n. 2. p. 327. Vultûs ſudore Euchariſticus panis acquiritur. ibid. n. 3. ibid.

Caro mea verè eſt cibus. Exindè laborioſa panis comeſtio in hoc Sacramento exigitur §. 180. n. 1. p. 326. Otium aut ſoletria ſumentis Euchariſticum cibum

in

Digitized by Google

in ipſum refunditur? §. 180. n. 4. 327

Caro mea verè eſt cibus, &c. *Verè* dicit. Porrò ſiniſtra Euchariſtiæ intelligentia, agni oſſa myſticè frangere perhibetur. §. 183. n. 6. 333

Qui manducat meam carnem, &c. Arcanum quidèm fidei ſacramentum! Num maior in fide, plus in Euchariſtiâ comedit? §. 178. n. 6. 324

Qui manducat meam carnem, &c. Quare geminato Carnis vocabulo Euchariſtiæ ſacramentum nobilitatur? §. 183. n. 5. p. 332. Quare etiam corpus Chriſti in Euchariſtia, Corpus diuini ſpiritus nominatur § 183. n. 2. 331

Qui manducat meam carnem. &c. Euchariſticus panis, tametſi cibus eſt, eſt cæleſtium fames, & mundialium voluptatum nauſea. §. 183. n. 1. ibid. Euchariſtici cibi arcano guſtu fames antiqua ceſſat. ibidem. n. 4. 332

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem. &c. Porrò omnes qui cum Chriſto Euchariſticum biberunt calicem, in cælo bibent. §. 177. n. 3. 322.

Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Quaſi de Chriſti paſſione ac morte vitam mutuetur. Nam Euchariſtiam ſumere, eſt Dominicæ paſſioni communicare. §. 182. n. 3. pag. 339. Num Euchariſtia Dominicam paſſionem reparat? Inibi. n. 2. ibid.

Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Porrò mors Chriſti, Euchariſtici ſpica frumenti facta eſt. §. 182. n. 6. pag. 331 Paſſio & mors Chriſti eſt Euchariſtiæ cenſus §. 183. n. 4. 330 Quomodò Euchariſtia Chriſti paſſionem ac mortem demonſtrare dicatur. ibid. n. 5. 331

Et qui manducat me. &c. Dignè ergò manducetur; ne canum more, furto rapiatur Euchariſticus panis §. 181. n. 5. 329

Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit..... *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Porrò Euchariſtiæ vſus in confinio cæleſtis immortalitatis hominem conſtituit. §. 177. n. 1 p. 321. Qui Euchariſtiam ſumit, cæleſtem beatitudinem prælibat. ibi. n. 2. ibid. Euchariſtia dicitur, Myſterium gloriæ filiorum. §. 177. n. 4. p. 322. Euchariſtia eſt portio vitæ æternæ. Inibi. n. 6. 323

Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Qui dignè manducat, inquam. Nam Euchariſtia indignis, infernalis gehennæ viaticū eſt. §. 181. n. 3. p. 328 Iudas indignè communicans, non extinguit ſitim ignis æterni. ibid. n. 4. 329. Euchariſtia indignè ſumpta, panis impietatis, & oppreſſionum nominatur. §. 181. n. 6. ibid. Conſulendus eſt hâc ſuper re, totus ille §. 181. p. 328 Ergà Euchariſtiam qualis Maria, vide in Syllabo rerum, verbo, *Maria*.

Dominica infrà octauam Corporis Chriſti.

LVCÆ XIV.

ET Euangelium, & Feſtum, Euchariſtiam ſpirant: ergò ad materiandam vbertim concionem, indidèm copia petenda, digerenda, & egerenda eſt. Itaque à §. 177. vſque ad §. 183. incluſiuè p. 320 vſque ad 181. affatim multa ſuper hâc theſi ſuppetunt.

P. Didac. Celada in Ruth.

DE SANCTIS.

In feſto S. Andreæ Apoſtoli.

MATTHÆI IV.

AMbulans Ieſus iuxtà mare Galilæ, vidit duos fratres. In rudibus imperitè piſcatoribus idoneos erudiendo orbi doctores Chriſtus videt? Scilicet per media, quæ apparent inidonea, fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. toto §. 190. pag. 350

Ambulans Ieſus iuxtà mare Galilaæ, vidit duos fratres. Ibi inambulat, idoneos quærens Apoſtolos. Porrò Chriſtus Deus, qui ideò tam ſollicitè quærit hominem, vt inueniat, iam propè inuentus ab homine, qui Deum quærit. toto §. 75. 145

Ambulans Ieſus iuxtà mare Galilaæ, vidit duos fratres. Sed quare Deus quærens Adamum, non tam *ambulare* quàm *deambulare* perhibetur? §. 75. n. 2. & 3. & 4. pag. 145. 146

Ambulans Ieſus iuxtà mare Galilaæ, vidit duos fratres. &c. Benè iuxtà *mare*, vt mundi voluptates, de maris ſymbolo contemnere diſcant. Porrò dulces fluminum aquæ, ad amaritiem feſtinant maris. Sic homo ad voluptates. §. 42. n. 2. pag. 90. Heu maris ſalſugo, dulcibus fluuiorum aquis paſcitur! Inibi. pag. 90

Mittentes retia in mare; erant enim piſcatores. Vile quidèm munus obibant; ſed ſollerter ac operosè ſeduli. Porrò non eſt magnus, qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. 227

Mittentes retia in mare; erant enim piſcatores. Profectò non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. pag. 219. Officio ſuo plenè adimplendo totus officialis inuigilet. toto §. 8. 32

Venite poſt me, & faciam vos fieri. &c. Manifeſtè Chriſtum ſequi, eſt Chriſti in eo permanentia? §. 147. n. 3. pag. 271 Expetibiliúſne eſt, Chriſtum ſequi, quàm habere? §. 187. n. 6. 347

Venite poſt me, & faciam vos fieri. &c. Vt ſe præeuntem ſequatur, expetit Chriſtus. Nam bonum exemplum. Legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut prophetia. &c. toto §. 213. 389

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Retia reliquiſſe, parum forſan videbitur. At bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. 214.

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Facultates priùs dimittunt, vt Chriſtum ſumptuoſiùs ſequantur. Nam pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ Dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. toto §. 161. 294

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Conſultò priùs efficiuntur pauperes, quò per Euangelij doctrinam, regnum cælorum hominibus annuncient. Nùm pauper donandi diuitibus regnum cælorum, arbiter eſt? toto §. 171. 310

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum, Perbreui mandato parent cæco obſequio. Porrò lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: manda-

torum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. toto §. 193. 355

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Ad ſequelam dumtaxat eos vocat, & quæ poſſident, renunciant? Scilicet voluntas piè affecta, mandatum quamlatiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415. Anguſta virtus eſt ad legem bonum eſſe: auguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exubetat, toto §. 141. 261

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Dum vel nutui Chriſti, ſic alacres parent, Deum eſſe qui illos vocauit, palàm oſtendunt. Porrò ſic per gratiam reformatur homo, vt dicatur commentatius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. 392

At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Retia Petrus & Andreas relinquunt, & omnia ſe teliquiſſe iactant? Scilicet qui quod in ſe eſt facit, omnia feciſſe dicitur. §. 255. n. 2. p. 470. Deus homini totum eſt, omnia eſt. §. 162. n. 1. 295

In feſto S. P. N. Franciſci Xauerij Orientis Apoſtoli.

LVCÆ XII.

EVangelium ethicè elucidatum habetur in feſto S. P. N. Ignatij. Extrà Euangelicam elucidationem accipe nonnulla forſan non inidonea eius elogia Quaremagnus hic Orientis Apoſtolus, quaſi anguſti eſſent Europæ fines, in finem orbis ſeſe latè intulir, vt Chriſtum annunciaret? Scilicet Chriſto Deo non tam terra donatur, quam ea, quibus terra finitur. §. 102. num. 4. pag 191

Dum Indos euangelizaturus, totum Orientem Xauerius peragrat, alio etiam tirulo poſſideri à Chriſto exambit. Porrò qui Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. §. 102 4. ibid.

Vel in ſomno Xauerius vſque ad ſanguinem impuræ phantaſiæ reſiſtit. Scilicet in ſomno etiam, per imaginationes ad decentiam attendit. §. 221. n. 2. conſule totum §. 419.

Tabida ægroti vlcera lambit Xauerius; vt quam-affectuosè beneficia impendat infirmo. §. 235. n. 7. 427.

O quàm operoſos labores ſubit Xauerius! Nempè viuidus illius feruor inexplebili cupiditate etiam vltrà vires operari audet. § 123. n. 4. 232

Regnis, inſulis, prouincijs, ædibus, nauibus, & quibuſuis hominibus ſeſe vltrò inſinuat Xauetius, vt omnes ad meliorem frugem conuertat. Porrò de tationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Vno S. Ignatij verbulo immenſis laboribus ac itineribus ſe Xauerius accingit. Indè illius obſequium vltrà vires & captum expromptiùs alacre commendatur. §. 219. n. 5. 401

Quomodò Xauerius tot labores ſubire, atque exanthlare potuit? Scilicet Apoſtoli, poſſe ſe dicunt, quæ obnixè volunt. §. 241. n. 2. 436

Vndè paupertas Xauerio Indorum Apoſtolo? An quia auaritia Exapoſtolumfecit Iudam? §. 107. n. 3. 204

Cur Xauerius natalis ſoli fugax, per fines terræ tandiu inerrat? An vt imitetur Chriſtum, qui fugere, & errare dicitut, vt errores ac fugaces reuocet? §. 160. n. 6. 293

Tanto gaudio in ærumnis Xauerius exundat? Scilicet læta calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185 p. 342. In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172. 312

De humilitate Xauerij venit, vt ſic foret acceptus tot barbaris nationibus, quibus Euangelium prædicabat. Porrò humilitas Prædicaroris cot teddit potabile. §. 297. n. 4. 540

Vndè eualuit Xauerius tót obſtinatiſſimis infidelibus, Chriſti diuinitatem euincere? Scilicet inculpata Concionatoris ptobitas, non ſolum Euangelicæ doctinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. roto §. 275. 530. Quin & verbum conſecrari voce Doctoris perhibetur Ibi n. 6. 504

Quo pacto vnus Xauerius tot agreſtes. nationes ad Chriſti Euangelium conuertere eualuit? Scilicet dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor, atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Xauerius (ſicut & Paullus) omnem hominem exhibebat Deo. Quomodo? §. 164. n. 4. 300. Gloria Xauetij erat Dei gloria. Ibi. n. 5. ibid.

Sublimiſſimum ſanè fuit ſanctitatis faſtigium, ad quod Xauerius aſcendir. Scilicet priorem iuſtitiam vlteriore Xauerius deprimebat. §. 176. n. 4. 306

Quaſi ad Xauerij arbitrium tot prodigia miriſſimè patrantur. Xaueriúſne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus Xauerij volūtati conformis? toto §. 163. 297

Omnia audet, omnia Xauetius tentat, & voto vires tranſcendit. Scilicet pia deſideria immetatè audent, nec piæ audaciæ merito defraudātur toto §. 190. 350

Sanè Deus in Sanctis ſuis glorioſus apparet, ne ſolus habeat laudis glotiam. §. 223. n. 4. & 7. 407

In feſto S. Nicolai Epiſcopi.

MATTHÆI XXV.

HOmo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. An non præſtaret, vt præſens ſeruorum negotiationi adeſſet? Verùm Deus cùm abſens putatut, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. Quomodo? §. 41. n. 6. 89. Ceterùm Deus vbique ſimul, & nuſquam eſſe dicitur. §. 162. n. 4. & 5. 296

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Setuis ſuis potiſſimùm benefacit. Potrò dominorum ergà ſeruos ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur. toto §. 131. 244

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Dum hic homo largiùs benefacit, lōgius ab hominibus abſentatur. Nam vit miſericors eſt Dei vicinus, vicinus paradiſi, à gehennâ remotus. §. 130. n. 3. 243

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Hic homo diues plura talenta poſſidens, illa titè erogat. Porrò largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §. 237. 429.

Homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Ex largiori beneficentiâ, diuinitas hîc tranſparet. Nam hominis miſericordia eſt diuini operis intetpres. §. 130. n. 2. 243. Quo ſenſu dicirur, quòd miſereri eſt Deum eſſe. Ibi. n. 5. & 6. 244

Vni dedit quinque talenta, alij autem duo. &c. In menſurâ quidèm talenta piè largitur. Sed miſericordiæ virtus neſcit menſuram gratis. quomodò? §. 235. n. 2. 426

Abiit

Digitized by Google

Abiit ergò qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Ecce tibi certum miſericordiæ lucrum. Porrò miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus, ne quid tibi deſit. toto §. 134. 249

Operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Grande ſanè lucrum pio largitori obuenit, è talentis, quibus non egebat. Porrò dum miſericors beneficentia vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §. 236. 428

Operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. Grande quidèm lucrum! Nam miſericordibus Deus plura reſtituit. §. 235. n. 3. p. 427. Igitur ergà pauperes ac miſeros grati ſimus. ibid. n. 2. 416

Venit Dominus ſeruorum, & poſuit rationem cum eis. Rationem poſuit ſuper his, quæ largiùs dederat? Scilicet vir miſericors mundo naſcitur, & eſt forma iuſtitiæ. §. 130, n. 2. 243

Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Non ſibi vſurpat lucrum, ſed illud Deo reddit. Porrò Chriſtiana philoſophia diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit, abiectâ propriâ gloriolâ. toto §. 29. 68

Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Deo vixit, ne ſibi deeſſet. Nam qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit. quare? §. 164. n. 2. p. 299. Qui Deo non viuit, neque integer, nec plenus, nec verus homo dicitur. ibid. n. 3. ibid. Profectò vanægloriæ ambitio ſuos appetitores deprauat, & ſeipſis è peruerſo euacuat. toto §. 361. 480

Euge ſerue bone, & fidelis. Meritò laudat hominem, qui lucrum reſtituit. Nam ad reſtitutionem debiti, tardum eſt, ac difficile humanum ingenium, toto §. 128. 239

Euge ſerue bone, & fidelis. Benè laudat hominem gratum ergà gratiam acceptam. Siquidèm gratitudo velut vita gratiæ eſt. §. 135. n. 2. 251

Euge ſerue bone, & fidelis. Sic Deus in Sanctis ſuis glorioſus apparet, ne ſolus habeat laudis gloriam. §. 223. n. 4. 407

Euge ſerue bone, & fidelis. Planè Sancti glorificantur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ Sanctorum glorificari dicitur. §. 164. n. 6. 300

Euge ſerue bone, & fidelis. De opportunâ laude coràm etiam faciendâ, conſule Syllabum rerum verbo, *Laus.*

In Feſto immaculatæ Conceptionis Deiparæ.

MATTHÆI I.

EVangelium ethicè elucidatum eſt in feſto Natiuitatis B. Virginis. Extrà Euangelicam elucidationem, hæc accipe fortè non importuna.

Victâ ne fuit in primo ſui in mundum ingreſſus, quæ ante omnes greſſus, victrix ac triumphalis extitit? §. 241. n. 5. 437

Qui in rectæ opinionis luce ambulat, non offendit in Virginalem gratiæ diem. §. 301. n. 1. 553

Chriſtús ne conceptus ac natus eſt de Matre aliquandò infectâ? Sanè Deipara concepta eſt nullo Chriſti dedecore, de vuluæ hoſpitio. §. 300. num. 1. p. 551

Faceſſat ſubtilior ſcrupuloſè ſcrutatio. Porrò Euæ formatio, & Mariæ Conceptio non eſt curioſiùs ſcrutanda. quare? §. 300. n. 2. ibid.

Si potuit Deus Matrem ſuam ab originali labe præſeruare proculdubiò id præſtitit. Nam potentia Dei dicitur menſura gratiarum, quibus in ſuâ Conceptione immaculatâ Maria dotatur. §. 300. n. 2. ibid.

Etſi omnium gratiarum plenitudo in Chriſto Deo exundauit; tamen conſultiſſimè poſt conceptam Mariam dicitur, Nihil tunc Chriſto defuiſſe. §. 330. n. 3. 602

Sanè Beata Virgo de limo terræ formata fuit in Adamo ſordidè præuaricatore. Sed in Deiparâ ſordidi luti nullæ ſunt depræhenſæ reliquiæ. §. 300. n. 4. 552

Mammam aliquandò venenatam Chriſtus Deus lambit? Num Deipara Virginalem præbet mammam, quò Chriſtus diabolicum exugat venenum? §. 301. n. 2. 553

Virgo Deipara ab originali anathemate exempta, quare adhuc anathema nominatur? §. 301. n. 3. 553

Subſtantia Virginis Deiparæ dicitur vna, & ſingularis, quia numquam ei defuit gratia. §. 301. n. 4. 554

Victâ ne fuit in ſuâ Conceptione, quæ in ſuâ Conceptione Victoriæ fructus appellatur? §. 301. n. 5. ibid.

Procùl à Deiparâ ſepulcrum, quia inexplicabilis ſublimitatis diuinum eſt fundamentum. §. 302. n. 2. 554

Quia in Deiparæ genealogiâ, eius parentes expreſsè non recenſentur, eius immaculata Conceptio adſtruitur. §. 302. n. 3. 555

Deiparæ pulchritudo in Conceptione, ne putetur incredibilis, cùm tunc ſpoliis non caruerit. §. 302. num. 4. ibid.

Quia Chriſtus eſt Deiparæ portio, ideò ipſa Deipara in ſuâ Conceptione infernales feras rectà euadit. §. 302. n. 5. 556

Plura qui volet hâc ſuper re, conſulat in Syllabo rerum verbum, *Maria* præſertim, *Varia de Mariâ*; indéque è pluribus aliqua loca ſponte flectere, procliue erit.

In feſto Expectationis B. Mariæ.

LVCÆ I.

Adi feſtum Annunciationis, vbi Euangelium elucidatur: & Concionem primam in Natiuitate Domini: & in Syllabo rerum verbo, *Maria*, & verbo, *Deſiderium.*

In feſto S. Thomæ Apoſtoli.

IOANNIS XX.

CVm ſero eſſet die illâ ..... & *fores eſſent clauſæ.* &c. Heu beneficentiæ diuinæ ſæpè fores habemus clauſas. Num quia hominis natura eſt pugnax cum gratiâ? toto §. 38. 83

Et fores eſſent clauſæ propter metum Iudæorum. Dum pauidè timent, ſperatâ Chriſti reſurrectione fruuntur. Porrò cauſſa quæ pauidè timorem acceſſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat. toto §. 119. p. 224. Num ſpes cum timore vices reciprocat? quare §. 51. n. 4. 105

Et fores eſſent clauſæ propter metum Iudæorum. Præſtò adeſt Chriſtus, vt metum Iudæorum à diſcipulorum animis excutiat. Nam ſeruilis & humani timoris inſida pædagogia eſt. toto § 145. p. 168. Et qui-

dèm timor in imaginationis officinâ, miſerias anticipat, amplificat, exaggerat. toto §. 119. 224

Et dicit eis: Pax vobis. Benè concordiam ſuggerit, cùm Chriſtianam religionem implantare expetit. Porrò diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet. toto §. 160. 478

Et dicit eis: Pax vobis. Quâ Chriſti voce, vniuerſi Diſcipuli, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ pacis & charitatis ſacramento. toto §. 289. 526

Gauiſi ſunt ergò Diſcipuli, viſo Domino, glorioſè reſuſcitato. Porrò Sancti glorificantur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ Sanctorum glorificari perhibetur. §. 164. n. 6. 300

Gauiſi ſunt ergò Diſcipuli, viſo Domino. Benè mœſtiſſimi hactenùs Diſcipuli gaudent de gloriâ Chriſti. Sit porrò inops humani gaudij, quiſquis glorioſam humani gaudij opulentiam exambit. toto §. 284. 518

Gauiſi ſunt ergò Diſcipuli, viſo Domino. Quid mirum, quòd Diſcipuli nunc gaudeant de Chriſti reſurrectione; ſiquidèm olim Dauid de notitiâ Dominicæ reſurrectionis lætari ambiuit? §. 82. n. 2. 157

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum ..... non credam. Veroſimilem coniecturam expetit ad credendum. At ſæpè in incredibili eſt verum, & in veroſimili mendacium. §. 4. n. 3. 25

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum..... non credam. O, vt credamus fide humanam rationem Deo credamus! §. 73. n. 2. p. 142. Nam propriæ rationis præſumptio, fidem non accipit, ſed rapit. ibid. n. 3. 142

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum..... non credam. Ex aduerſariis fidei Magis, & ex infideli Thomâ, validum fidei Chriſti ſuffragium ſumitur. §. 143. n. 6. p. 266. Profectò homo fide ſe detriumphat, dum Deo magis quàm ſibi credit. §. 143. n. 5. 265

Deindè dicit Thomæ: infer digitum tuum hùc, & vide manus meas? &c. Quare Chriſtus vulnerum cicatrices reliquit? An vt tacitæ ſint pro nobis preces? §. 312. n. 5. 572

Deindè dicit Thomæ: Infer digitum tuum hùc, & vide manus meas, &c. Scilicet quia nos de medicinâ vulnus facimus, facit Deus de plagâ medicinam. §. 290. num. 4. 528

Deindè dicit Thomæ: Infer digitum tuum hùc, & vide manus meas. O, diuina prouidentia de vulnere medicinam facit? Scilicet qui nimis noſcit de diuinâ prouidentiâ, eam magis miratur. quare? §. 290. ibid.

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dum ratione vincitur, *Dominum* appellat: Nam ei ſeruit quiſque, quo vincitur. §. 104. n. 3. 194

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Infidelitate proſtratus, Chriſtum appellat *Dominum.* Nam in Domini vocabulo adiutorium legitur. §. 153. n. 5. 282

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Hem! ſola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam culpæ, ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. 534

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Ore, geſtu, & opere Thomas Chriſtum fatetur Deum. Sic enim per gratiam reformatur homo vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. p. 392. Conſule totum §. 391

In feſto ſancti Silueſtri.

LVCÆ XII.

Ethicum Euangelij commentarium habetur in feſto S. P. N. Ignatij.

In feſto ſancti Sebaſtiani Martyris.

LVCÆ VI.

Deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri. &c. Quò Euangelicam doctrinam turbas doceat, de ſublimi montis faſtigio in depreſſam vallem Chriſtus deſcendit? Scilicet vt ſimul doceat, quod Euangelij Miniſter vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. 539

Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri. &c. In loco humili Chriſtus opportunè Euangelium prædicat. Porrò humilitas Prædicatoris, cor reddit potabile. §. 297. n. 4. 540

Et multitudo copioſa plebis..... qui venerant, &c. Turbæ è longinquo veniũt, vt Chriſtum inueniant, quem dum quærerent, inuenerunt. Porrò Deus dum ab homine ideò quæritur aut inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur. toto §. 74. & §. 214 n. 4. 143. & 392

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabãtur. Opinor, ſpiritus immundi ſunt agreſtiores, & viliores. Nam generoſiores Dæmones ad libidinem non tentant. §. 61. n. 1. 122

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Studioſiùs immundos ſpiritus eiicit Chriſtus Deus. Nam immunda libido, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. n. 3. ibid.

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. O quàm eſt difficilis curatio à ſpiritibus immundis! Porrò vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. 122. Et ſanè immunda libido infernalis gehennæ memoriam abolet. ibid. n. 5. 123

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. O mira curatio! Nam ipſamet caro eſt Dæmon in luto deliteſcens, &c. toto §. 229. 416

Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Sic pulchra impudicè femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio: quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p. 185. Quin & libidinoſus Dæmoniaco ſimilis eſt, crucis aduerſarius. &c. toto §. 196. 361

Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat: Beati pauperes. Diſcipulorum paupertas, ſic præcelsè beat? O paupertatis piè ſuperba gloria! §. 284. n. 5. p. 519. Qui totum mundum abdicauit, toto mundo adæquatur. §. 27. n. 4. 66

Beati pauperes. Conſultò pauperes beantur. Profectò non rem habere, ſed illâ non indigere, rem potentiùs, & opulentiùs habendi arbitrium eſt. toto §. 27. 65

Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Porrò ieiuna eſuries, virtutum cupiditas, radix gratiæ, mater ſanctitatis, vnio cum Deo, & Diabolorum verbero nominatur. toto §. 18. p. 49. Sanè ieiunium de ſuis viſceribus auxilium exigit. ibid. n. 6. 51

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Porrò lacrymæ cæleſtibus

Digitized by Google

leſtibus deliciis exuberant. §. 172. n. 5. & 4. Et quidèm lacrymæ intrà Deum eſſe dicuntur, &c. toto §. 57. 115

Beati eritis cùm vos oderint homines, &c. Sic beatur inuicta martyrum patientia, quæ de perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n 3. 97

Beati eritis cùm vos oderint homines. &c. Sic odium, & perſecutio beat? Indè inimicus Iuſti, eius amicus nominatur. §. 198. num.3. p. 365. Exindè Chriſtianus perſecutorum iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. §.273. n. 3. & 6. 500. 501

Beati eritis cùm vos oderint homines. &c. Tyrannus vulnera negotiatur ad necem. Sed diuina prouidentia vitales infligit plagas §. 290. n. 3. & 4. 528

Beati eritis cùm vos oderint homines, &c. Ex odio tyrannicè vulnerant & perimunt. Sed corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat. §. 295. num.5. 537

Vide in Syllabo rerum,verbo, *Martyr*.

In feſto S. Agnetis.

MATTHÆI XXV.

Simile eſt regnum cælorũ decem virginibus. Multæ hìc virgines conſultiſſimè inducuntur, ne hæc virtus videatur impoſſibilis. Porrò virginitatem ſeruare non poſſe,idem eſt, ac nolle. §.241. num.3.pag.437. Multiiuga virginitatis laus addenſatur. § 207. n. 7. & 4. p. 381. & 380

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Tot virgines inducuntur, vt virginitatis arcana prærogatiua exprimatur. Nam virtus magnetica virginitatis, naturam ad ſe arcanè attrahit. §. 207. n. 5. 380

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Sed cur virginitas dicitur *homo*, viduitas *femiuira*, ingalitas *corpus* nuncupatur? §. 107. num. 2. p. 380 Licet virginitatis magiſterium, viduitatis valeſcat exemplis. §. 1. n. 28. 7

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Sed quid virginitati cum regno cælorum? Scilicet virginitas eſt Angelis cognata. 207. n.1. 379. Virginitas, diuini muneris officium eſt. inibi. ibid. Vera virtus, ſicut virgo pudiciſſima eſt. §. 140. n. 3. 260

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Plures cenſentur virgines, ne ſolitaria ac ſterilis putetur. Porrò virginitas fœcunda eſt, & virtutum copula. §. 207. n. 3. pag. 380. Virginitas, flos, & fructus eſt ibid. n. 4. Virginitas eſt ſpiritus ſuprà germen. §. 207 num. 4. ibid.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Virgines corpore ac mente, an veſte? Nimirùm affectatur virginum habitus, vt adulterij ſuſpicio amoueatur. §. 259. n. 2. p. 477. Semper enim virginitas, omnis bonæ mentis præiudicium putatur. §. 207 n. 6. p. 381. Multiiuga elogia caſtitatis, cui virginitas prænitet ibid. n. 2. 380

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Virginitatis pudicitiam prædicat; an pulchræ ſint, an deformes, negligit. Porrò mulieris pudicitia, deformem redi-redimit, pulchram exornat. §. 99. n. 2. 185

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus Moraliſſimè ſilet, an pulchræ & ornatæ fuerint. Siquidèm eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §. 211. 386

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Cùm de virtutibus agitur, harum virginum anni tacentur. Nam virtus longam vitam breuiori compendiat. §. 35. num. 4. 79

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Siletur earum pulchritudo,tamquam futile bonum. Nam pulchritudo eſt temporis ac morbi ludibrium.§ 98 n. 2. p. 184 Eſt phlegma venuſtè per cutem pellucens.ibid. num. 4. Pulchritudinem puta ſilentem fraudem §. 98 num. 5. ibid. Pulchritudo eſt modici temporis tyrannis ibid. num. 3. Eſt bonum alienum. §. 98. num. 5. ibid.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Tacetur earum pulchritudo, dum virginitas publicatur. Nam abſconſio pulchritudinis, pulchritudinis honor dicitur. §. 216. n. 2. 395

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Tacetur earum pulchritudo, dum de ſponſi aduentu mors inſtat. Porrò mortis memoria hebetat vibrata à pulchritudine tela. § 88.n.2. 154

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Tacetur earum pulchritudo, dum agitur de re virtutis. Nam pulchra femina dicitur,ſceptrum inferni,Dæmonum officina;& quæ præuaricatores ad Adamum congregat toto §. 99. 185

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Tacetur earum pulchritudo, ne forſan eas infamet. Porrò muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis indiga, &c. toto §. 100. 187

Quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Lucidas in manibus faculas præferunt. Porrò virtus etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecùs publicata,altiùs,& permanentiùs fundatur. toto §. 147. 271

Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis. Hìc deſideres beneficentiæ iubar viſceroſum. §.289. n.4. 527

De paſſione S Agnetis verba facturus, conſulat in Syllabo rerum, verbum, *Martyr*, & *Perſecutio*; & è pluribus aliqua ad Concionem dedolet.

In conuerſione S. Paulli Apoſtoli.

MATTHÆI XIX.

Ecce nos reliquimus omnia. Non ait, ſe non habere omnia, ſed omnia reliquiſſe. Scilicet non rem habere, ſed illâ non indigere, rem potentiùs & opulentiùs habendi arbitrium eſt. toto §.27. p.65

Ecce nos reliquimus omnia. Non ait, pauperes ſumus, ſed reliquimus omnia. Porrò nemo pauper aut diues naſcitur? ſed opinione pauper aut diues fit. toto §. 174. 315

Ecce nos reliquimus omnia. Facultatum ſuarum abdicationem proponit, tamquam ſpeciale Apoſtolorum elogium. Porrò auaritia Exapoſtolum fecit Iudam. §. 107. num. 3. 204

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Petrus Apoſtolici collegij vertex, Apoſtolos omnes iunctim nominat, ne vlli in recenſione ſe præferat. Profectò vrbana comitas obſequia, etſi ſecularem politiam ſuboleant, minimè negligere oportet toto §. 114. 215

Ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Num Petrus in piâ paupertatis gloriâ ſuperbit? §. 161. num.5. p. 295. O paupertatis piè ſuperba gloria! §. 284. n. 5. 519

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Ambigit de præmio digno in terris. Nam qui totum mundum abdicauit, toti mundo adæquatur. §.27. n.4. 28

Digitized by Google

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Tantæ paupertati dignum non inuenit præmium. Nam pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſupetbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. roto §. 161. 294

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Petrus omnia relinquens, ſollicitus de ſe eſt; Verùm habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit. ferè toto §. 125. p. 134 Eccur pauper idem eſt, ac exercitus? §. 27. n. 4. 66

Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Timéntne Apoſtoli, ab egeſtate? Profectò dira egeſtas, ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat. toto §. 208. 381

Et ſecuti ſumus te: quid ergò erit nobis? Sanè Paullus ignorat, quid illi continget. Porrò Chriſtiani gregis balatus, lupum Saülum conuertit in agnum. §. 176. num. 5. p. 320. Quin & Paullus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. §. 157. n. 2. 287

Quid ergò erit nobis? Vt qui nuper erat Euangelij ac Chriſti iuratus hoſtis, iam ille ore & opere dicatur, non tam Euangelij, quàm Chriſti interpres. §. 275. num. 5. p. 504. Gloria Paulli erat Dei gloria §. 164. n. 5. p. 300 Omnem hominem Paullus exhibebat Deo. quomodò? ibid. n. 4. ibid.

Quid ergò erit nobis? Quid erit Paullo miriſſimè ad Chriſtum conuerſo, niſi quòd in lacrymarum officinâ, ſumma eius elogia arcanè excudantur? §. 57. num. 4. 115

Quid ergò erit nobis? Meritò id ambigit Paullus, qui in gratiæ officinâ, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur. toto §. 214. 391

Quid ergò erit nobis? Meritò id ambigit Paullus, qui de perſecutore, ſic per gratiam reformatur, vt ipſe dicatur, Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. num. 4. 392

Quid ergò erit nobis? Erit Paullo poſt ſuam conuerſionem, vt non iam ipſe viuat, ſed viuat in eo Chriſtus. Nam cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §. 138. 256

Quid ergò erit nobis? Erit quidèm vt Paullus glorificetur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ Paulli glorificari dicatur. § 164. n. 6. 300

In feſto Purificationis B. Virginis.

LVCÆ II.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ *ſecundùm legem.* Nempe Ieſus & Maria implentes præſentationis ac purificationis legem, legis defectum implent. quare? §. 323. n. 3. 590

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis. Mariæ, &c. Num Deipara obedientiæ titulo dicitur Dei Mater? §. 323. n. 1. p. 589. Quæ pro tot gratiarum debito obedientiam rependit. inibi. n. 2. ibid.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ *ſecundùm legem.* Sic incunctanter paret voluntati diuinæ? Nempè Deipara vocatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem facit. §. 323. num. 5. p. 590 Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ? quia fecit animæ ſuæ cingulum ad obſequium. ibid. n. 4. ibid.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariç, &c. Quid purificatur, quæ dicitur, Gratia virtutum, ſpecies iuſtitiæ, & pulchra animi forma? §. 306. n. 4. 561

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, &c. Quid purificetur, quæ adhuc poſt partum dicitur, Incontaminatus virginitatis character? §. 307. n. 2. p. 563. Porrò Chriſtus Deus impatibiliter generatur. ibid. n. 1.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, &c. Quid purificetur Maria; ſiquidèm puritas Angelorum, à Marianæ puritatis ſimilitudine deficit? §. 308. n. 1. 564

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, &c. Quid purificetur; quandoquidèm eius caro mundiſſima, & mens puriſſima Matrem Dei ſingulariter conſecrant? §. 308. n. 3. 565

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, &c. Quid purificetur, quæ eſt dilucidus diuini partûs commentatius? §. 310. n. 2. 568

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ, &c. Quid purificetur Maria, cuius præclaris virtutibus Angeli potantur? §. 94 n. 2. 177

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Sic legem, quâ non tenebantur, expromptiùs implent? Scilicet anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe, auguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §. 141. 261. Voluntas piè affecta, leges quam ſanctiſſimè extendit. §. 228. n. 4. 415

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi. Solus nè legiſlator, legis obſequium perfectè complet? §. 298. n. 4. 541. Legem antiquam complet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. inibi.

Et vt darent hoſtiam ..... par turturum, aut duos pullos columbarum. Scilicet non ſalaces columbæ, ſed columbarum pulli, qui neſciunt libidinem, offerri iubentur. §. 61. n. 2. 122

Et vt darent hoſtiam .... par turturum, aut duos pullos columbarum. Per columbas puta offerentis intentio deſignatur. Nam puta intentio characterem columbæ, & ſpiritus-ſancti ebibit. §. 165. n. 6. 302

Et vt darent hoſtiam ..... par turturum, aut duos pullos columbarum. Turtur moraliſſimè offertur in ſymbolum inconſtantiæ mundialium bonorum. Porrò gemit turtur, quia gratus coniux ad perpetuitatem infidelis fuit. §. 102. n. 2. p. 190. Nam bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto illo §. 102. ibid.

Et homo iſte (Simeon) *iuſtus, ac timoratus, expectans conſolationem Iſraël.* Quid pauido timori cum erectâ expectatione? Scilicet cauſſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat. toto §. 119. 224

Et venit in Spiritu in templum. O, in ſpiritu veniamus in templum! Nam templum Dei ipſius facies dicitur mundiali opificio ſimile, & gloriæ procemium. toto §. 39. p. 85. Et quidem Beata etiam Deipara vadit ad templum, vt ſuas ibi laudes audiat. §. 223. n. 2. 406

In feſto S. Blaſij Epiſcopi, & Martyris.

MATTHÆI XVI.

Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. &c. Valdè hìc homini ſui abnegationem, ſeu mortificationem commendat. Porrò caro per mortificationem fit ſpiritualium trophæorum baſis. §. 133. n. 2. 247

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Mortificationem ſuadet, vt ſe caro per mortificationem

Digitized by Google

nem deſueſcat. Nam cur poſt mortificationem, futura velut ſpiritualis creditur. quare? §. 133. n. 4. 248.

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam. &c. Sententioſè mortificatio noſtra dicitur Mors Chriſti, & manifeſtatio reſurrectionis, ſeu beatitudinis. §. 133. n. 3. 248

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam. &c. Benè ante martyrium, paſſionum mortificationem præmittit. Nam paſſionum mortificatio propè impaſſibiles facit. §. 19. n. 7. 52

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Quomodò homo per mortificationem ſe verè negare poteſt? Scilicet homo iuſtus alius à carne, & à ſeipſo alius eſſe perhibetur. §. 38. n. 4. p. 84

Siquis vult venire poſt me abneget ſeipſum. &c. Abnegat ſeipſum, qui per mortificationem, paſſiones rationi ſubiugat. Nam ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §. 87. p. 165. Quin & ipſas paſſiones ad vitia præcipites, aduocat mortificatio tamquam virtuti auxiliares. toto §. 215. 393

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Suadet viuidè mortificationem, quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatum deceptio. toto §. 150. 276

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam &c. Siquis ſponte id *vult*, proculdubiò poterit. Num ſpontanea voluntas totam poſſibilitatem exhaurit, & vltrà poſſibile audet? §. 191 n. 4. 353

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum tollat crucem ſuam. &c. Qui vltrò velit, haud difficilè poterit. Nam ſpontanea voluntas ſenſum laboris furatur. §. 228. n. 3. p. 415. Spiritus principalis eſt animus ad virtutem ſpontaneus. §. 191. n. 1. 352

Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. &c. Sic lætanter martyrij cruciamenta ſubibit. NamChriſtus dum ſpontè paſſionē ſubit, eā potiri dicitur. §. 258. n. 4. 476

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Velit, & poterit tot cruciamenta exantlare. Nam qui animoſè vult, ſtrenuè poterit, quaſi affecta animoſiùs voluntas ſit poſſibilitatis cenſus. toto §. 228. 414

Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. &c. Volenti nihil eſt arduum, nihil difficile. Porrò voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra. §. 241. 436

Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam. &c. Animoſè velit ſubire martyrij certamen, & proculdubiò vincet. Porrò voluntas fert ſinum victoriarum plenum. §. 228. n. 5. 416

Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam &c. Carnis abnegationem priùs ſuadet, & poſteà vt crucem tollat. Porrò libido ſubuertere nititur fortitudinem crucis. §. 196. n. 2. 361

Abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Opus ne eſt Chriſtum ſequi, ei qui crucem ſuam tollit? Profectò per crucis diſciplinam immotus quiſque feſtinat ad Chriſtum. §. 41. n. 2. p. 88. Sanè deſpectui eſt virtus, quæ Chriſtum crucifixum foris non quærit. §. 147. n. 4. 271

Quiſquis S. Blaſij ſanctitatem prædicare velit, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Perfectus vir.* Quiſquis Martyrium, adeat verbum, *Martyr, Perſecutiones.*

Pro S. Matthiâ Apoſtolo.

MATTHÆI XI.

COnfiteor (id eſt gratias ago) *tibi Pater .... quia abſcondiſti hæc à ſapientibus.* &c. Quia Pater Deus myſteria à ſapientibus abſcondit, gratias agit Chriſtus! Num gratitudo exlex eſt? §. 135. n. 3. p. 251 Porrò qui malo benefacit, ſerpentem alit. §. 238. n. 5. p. 432. Liberalitas ſibi quodammodò ingrata eſt quomodò? Ibi. n. 6. ibid.

Confiteor tibi Pater ..... quia abſcondiſti hæc à ſapientibus. &c. Gratias agit Patri, quòd his ſapientibus inſipienter ingratis, hæc beneficia negauerit. Porrò quod ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. toto §. 264. 485

Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus. &c. Gratias agit, quia his potenter ingratis hæc beneficia non præſtitit. Siquidèm obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, omnipotentem Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. toto §. 293. 533

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Adhuc appellat paruulos, qui tam magna operati ſunt? Scilicet magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. p. 307. Bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum. &c. toto. §. 113. 214

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Gratias meritò agit, quia à ſeculari ſapientiâ præditis, hæc abſcondit. Porrò in humanâ ſapientiâ, aut præuia, aut comes aut ſequela ignorātia ſemper trāslucet toto § 108. p. 205. Tametſi quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluiſſe dicitur. §. 7. n. 5. 32

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis An non præſtaret cæleſtem ſapientiam à ſapientibus, quàm à paruulis diſcere? Scilicet explorandum potius ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm quis dixerit. toto §. 69. Cur malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinat? §. 83. n. 2. 159

Quia abſcondiſti hæc à Sapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Litteratorum Sapientia ſterilis ſæpè eſt, humilium autem fœcunda. Nam doctor vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. 539

Quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Comparatione ſapientum huius ſeculi, paruulos appellat Apoſtolos. Nam Apoſtoli ſciebant,& ſe ſcire neſciebāt. § 108. n. 3 p. 205. Humilitas neſcit ſe eſſe virtutem? §. 137. n. 5. p. 255. Humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140. n. 4. 260

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis & ego reficiam vos. Vide hîc Euangelicæ doctrinæ ſacramentum. Scilicet Chriſtus Deus laborantes & oneratos ad ſe vocat; non tamen onus ſubtrahit aut laborem. §. 124. n. 2. p. 233. Porrò læta nunc requies & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto illo §. 124. ibid.

Tollite iugum meum ſuper vos. Oneratos ad ſe vocat, & illis iugum imponit ad leuamen? Nimirum Chriſti iugum voluntariè ſuſceptum, pennas habet; & inde leue eſt. §. 191. n. 3. 353

Et diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Diſcent à Chriſto

Digitized by Google

à Chriſto, quia humilis eſt, an quia ſapiens? Nimirùm humilitas Doctoris eſt doctrinæ vigor, & ſuadelæ energia. §. 297. n. 3. 540
Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Porrò ſublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. 206
Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Humilitatem cordis in primis exigit in doctore. Nam humilitas Concionatoris cor reddit potabile. §. 297. num. 3. 540
Quiſquis S. Matthiæ laudes prædicare velit, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Concionator, Sapiens, Martyr, Perfectus vir.*

In feſto S. Ioſephi Deiparæ Sponſi.

MATTHÆI I.

CVm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Prudens eximiè Ioſephus, qui morum elegantiam in vxore potiùs expetiuit. toto §. 281. 513
Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Felix Ioſephus tali connubio fundatus. Porrò bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri. §. 281. n. 5. 514
Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu-ſancto. De puriſſimâ Deiparæ virginitate, & diuinâ maternitate, adi feſtum Annunciationis.
Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus. &c. Nimirùm Ioſeph cinctus erat iuſtitiæ zonâ. Nam coniux Deipara fecit animæ ſuæ, ideſt, Ioſepho cingulum. §. 323. n. 4. 590
Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Cur tumentem ſponſæ vterum videns Ioſephus, nil ſiniſtrum de eius pudore cogitauit? Scilicet virginitas eſt omnis bonæ mentis præiudicium. §. 207. n. 6. 381
Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Prudenter peritum patrem-familias Ioſephus implet, nec leui ſuſpicione culpans vxorem. Porrò beneuola ſuſpicio gubernatorem, maleuola calumniatorem excudit. §. 233. n. 6. p. 424. Innocens de ſe alios æſtimat. §. 203. n. 4. 374
Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Iuſtus Ioſeph nil ſiniſtrum de ſponſâ cogitat. Sanè irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. n 3. p. 388. Et ſanè anteacta vita vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. toto §. 216. 394
Hæc autem eo cogitante, &c. His cogitationibus Ioſephi animus cruciabatur. Heu, nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt! toto §. 265. p. 486. Et ſi *requies* in Bibliis pro nuptiis vſurpetur. §. 184. n. 2. 334
Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini, &c. Sed cur Magos ipſe Deus, Ioſephum verò Angelus admonet? Scilicet Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. quare? §. 141. num. 5. 262
Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, &c. Imaginationi ſomniantis tanta res creditur? Scilicet vir bonus & iuſtus eſt velut ſomniorum arbiter. §. 231. n. 1. p. 419. Perfectus vir etiam in ſomno, per imaginationes ad decentiam attendit. ibid. n. 2.
Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens &c. Opinor in tantâ zelotypiæ agoniâ, ſatiùs foret orationi, quàm ſomno vacare. At Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. n. 4. p. 420. Dicatur ergò Ioſeph, ſicut Iacob, Bonus in ſomno operarius. §. 231. n. 3. 420
Noli timere accipere Mariam, &c. Quæ per diuinæ corporationis ſacramentum, Deum hominibus, & homines Deo reparare dicitur. §. 309 n. 3. 566
Et vocabis nomen eius Ieſum. Nomen autem Ieſu, eſt ſanctificatio, conſecratio, ſeparatio, & corona. §. 28. n. 4. 67
Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini. Vnde Ioſephi ſuffragio, inuiolabile redditur Marianæ virginitatis iudicium. §. 206. num. 5. p. 397. Porrò maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & Domus aſyli nuncupatur. toto illo §. 206. 378

In feſto Annunciationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

MIſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ..... ad Virginem, &c. Gabriel, id eſt, Deus homo, Deum hominem naſciturum faciliùs perſuadet. §. 71 n. 4. 139
Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ..... ad Virginem, &c. Porro Deus ſuo iudicio naſciturus, ex Virgine naſci oportebat. §. 307. n. 5. 564
Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilaæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem, &c. Cur patriam, nomen, ſponſum. &c tam exactè Euangeliſta recenſet? Scilicet ne Deiparæ natura vltrà humanam putetur. §. 310. n. 3. 568
Et nomen virginis Maria. Mariam autem nominare, eſt eius nomen inſculpere. §. 304. num. 2. pag. 558. Mariæ nomen vices cum ipsâ reciprocat, & ipſa cum nomine. ibid. num. 4. Maria autem roganda eſt, vt ipſa nobis ſit ſui nominis interpres. §. 304. num. 5. p. 559
Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena. Quàm putetur efficax Angeli vox ad Deiparam. §. 97. n. 3. p. 182. Num Deipara Gabrielis vocem, ſeminis loco ſuſcepit? 307. n. 4. 563
Aue gratiâ plena. Deipara ob caſtam virginitatem dicitur gratiâ plena: ne Gentiles Incarnationis veritatem derideant, qui ex paſſionibus vitiiſque ſua Numina conſtituunt, & ſua probra Deitate donant. §. 309. n. 1. & 2. 566
Et ingreſſus Angelus (Gabriel eſt lychnus, qui Solem indicat,) *dixit: Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* Quare Virgo Maria eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. 568
Aue gratia plena: Dominus tecum. Quæ immenſi gaudij genitrix nominatur. §. 320. n. 1. 584
Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. An quia Deipara perſeuerauit virgo, Benedicta nominatur? §. 40. n 3. 87
Quæ cùm audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Audiens humilis Virgo ſuas laudes ex ore Angelico, turbata eſt. Verùm idonea opportunè laus, virtutum cupiditatem ingerere ſolet, & laudatores facit eiuſdem coronæ participes toto §. 224. & §. 223. 408. & 406
Inueniſti enim gratiam apud Deum. Nimirùm Beata Virgo gratiâ plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit. §. 190. n. 3. 351
Inueniſti enim gratiam apud Deum. Quod de experientiâ Angelus noſcit. Nam præluſtribus Mariæ gratijs Angeli

Angeli potantur. §. 94. n. 2. 177

Inuenisti enim gratiam apud Deum. Nam Deipara humanæ naturæ particeps, dona homine maiora conſecuta eſt. §. 310. n. 3. p. 568. Num in Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit? ibid. n. 1. Hinc Deipara dicitur, Gratia virtutum, ſpecies iuſtitiæ, & pulchra animi forma. §. 306. n. 4. 561

Ecce concipies, & paries filium, &c. Ecce iam iam adeſt expectatiſſimum Incarnationis myſterium, ex quo mirè erigitur ſpes humana. toto §. 72. 140

Dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, &c. Num Dauid & Chriſtus ante regnum formam ſeruitutis affectant? §. 221. n. 3. 404

Et regni eius non erit finis. Hæc ſolius regis Chriſti prærogatiua eſt. O! ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus ponenda eſt. §. 306. n. 2. 561

Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Scilicet Beata Virgo Angeli ſermonem confert cum virginitatis ſignaculis. §. 307. n. 3. p. 563. Et præcisè diuinæ maternitati virginitatem præfert. ibid.

Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, &c. Nempè Spiritus-ſanctus per ſuperuentum Virgini Deiparæ gratificatur. §. 331. n. 6. 604

Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Nimirùm Beata virgo velut rubus diuino igne rigatur. §. 309. n. 4. 567

Ecce ancilla Domini, &c. Cùm Mater Dei nominatur, ſe appellat ancillam? Num ſumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. p. 255. Filij benignitas, & humilitas Matris miſceri? mergive poſſunt? §. 322. n. 2. p. 588. Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. ibid. Quare Mariæ humilitas, Deum hominibus parit. ibid. n 4.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Exindè Mariæ deſiderio adſcribitur, Verbi in eius vtero Incarnatio. §. 239. n. 2. 433

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Pacatè quidèm, & obſequenter. Et tamen Deipara appellatur, Horrendum Incarnationis inſtrumentum. §. 310. n. 4. 569

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Indéne Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium? §. 317. n. 2. 579

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Deus homo, Mater virgo, & humanus vtrique aſſenſus, Trinitas myſteriorum eſt §. 307. n. 6. p. 564. Deiparæ in vna carne, & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium. §. 305. n. 3. 560

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. An propter hanc expectatiſſimam vocem, Maria dicitur Incarnationis, & redemptionis panegyris? §. 331. n. 6. 604

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Deipara appellatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem fecit. § 323. n. 5. p. 590. Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ, quia fecit animæ ſuæ cingulum, ad obſequium. ibid. n. 4. ibid.

In feſto S. Marci Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

Adi feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ? ibi enim hoc Euangelium ethicè elucidatur.

In feſto Inuentionis Sanctæ Crucis.

IOANNIS III.

Conſule in Syllabo rerum, verbo, *Crux*.

In feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli.

IOANNIS XV.

Ad ſimile Euangelium elucidatur in feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Conſule etiam in Syllabo rerum, verbo, *Apoſtolus*, *Concionator*, *Perfectus vir*.

In feſto B. P. N. Ludouici Gonzaga.

LVCÆ XII.

EVangelium in feſto S. P. N. Ignatij elucidatum eſt. Extrà Euangelicam elucidationem, hæc accipe forſan non inidonea. Vide in Syllabo rerum, verbo, *Gonzaga*.

In iuuenili ætate vitam finiuit, Sed in quacumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, tota vita eſt §. 35. n. 1. 78

In iuuenili ætate vitam finiuit. Sed breuioris ævi actuoſior manus, pulchrioris gratiæ compendium eſt. §. 35. n. 2. ibid.

In iuuenili ætate vitam finiuit. Sed mores antiquant dies, & nouellos annos. §. 35. n. 4. p. 79. Puer centum annorum: diu fuit, non diu vixit: ibid. n 6. p. 80. Non annis, ſed moribus ſenex æſtimandus. §. 35 n. 5. 79

Cùm prælucere virtutibus cœpit, extinctus eſt. At prima Luna totam lucendi plenitudinem continet, & ſenſim explicat. §. 113. n. 2. 214

Vel à cunis virtutum exercitia in ſe dedicauit. Sanè res dicitur perfecta cùm operari incipit. §. 274. n. 2. 501

Ad mundialem opulentiam & gloriam faſtidioſè nauſeabat, hiabat ad æterna. Porrò bonum quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. 190

Cautè declinauit ſcopulos modeſtiæ, illius eximiè ſtudioſus; benè ſcius, quòd modeſtia, Dei portio nominatur. §. 1. n. 21. & 24. p. 5. & 6

Virtutis riualis quam ſtudioſè ambiuit ſeculo renunciare. Nimirùm declinat turbas, ſecularia negotia fugit, quia virtutis teſſeram ſeruare ambiuit. toto §. 24. p. 60. Frequentia hominum alea eſt; vita verò religioſa ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix, &c. toto §. 31. 71

De minimis ſollicitus, nil apud illum in re virtutis exiguum erat. Profectò bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum: ne ergo modica ſpernas. toto §. 113. p. 214. Magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. 307

Tametſi mundò iam mortuus, delinquendi pericula cautiùs declinabat. Nam parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. quare? §. 117. n. 4. 221

Digitized by Google

Puer Angelicæ indolis, & paſſionum exors putabatur, quaſi alius à carne, & à ſeipſo alius. §. 38. n. 4. p. 84. Scilicet ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virturis obſequium trahit. toto §. 87. 165
Aſſidua paſſionum mortificatio, propè impaſſibilem illum fecit §. 19. n. 7. p. 52. Quin & ipſas paſſiones aduocat tamquam virtuti auxiliares. toto §. 215. 393
Sedulus inceſſanter erat mortificationi; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, &c. toto §. 150. Trophæorum baſis, gloriæ pignus, & pia inferni æmulatio. toto §. 133. 247

In feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

LVCÆ I.

Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Stato nouem menſium tempore Ioannes naſcitur. Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret, §. 37. n. 5. p. 83
Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius. &c. Scilicet Ioannes, qui vox, idoneè naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio. §. 232. n. 2. 421
Apertum eſt autem illicò os eius, lingua eius, &c. Nempè Patris taciturnitas in ſignum datur, quòd vocem generabit. §. 187. num. 7. p. 347. Et quidèm Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur. §. 37. n. 5. 83
Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, &c. Porrò vel Ioannis nominatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. §. 28. num. 2. 67
Qui putas puer iſte erit? &c. Cuius laudibus delectabatur Dominus immorari. §. 223. n. 6. 407
Qui putas puer iſte erit? quem Mariana pax in vtero ſanctificauit. §. 324. n. 2. 591
Quis putas puer iſte erit? &c. qui in vtero matris, gaudio in Chriſto vegetatur. §. 284. n. 4. p. 519. Qui exultatione in matris vtero, prædicationem ſuam dedicauit. inibid.
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui vox eſt, quâ verbum conſecrari perhibetur. §. 275. n. 6. 505
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui de boni exempli blandimento, dicitur caſtitatis Legiſlator. §. 213. n. 2. 390. Vbi conglobata Ioannis elogia perſtringuntur.
Quis putas puer iſte erit? &c. Cuius emortui oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur. §. 220. n. 5. 403
Quis putas puer iſte erit? &c. Cuius in eremo cibus, index officij prophetici, & nuncius miniſterij erat. quare? §. 197. n. 3. 363. Qui mauult melle veſci in eremo, quàm extrà eremum auſteriores cibos quærere. §. 197. n. 4. & §. 24. n. 2. 364. & 60
Qui putas puer iſte erit? &c. Cui ſilueſtres auſteritates, melleæ ſunt, deliciæ mundi ſunt fella. §. 104. num. 4. 194
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui veritatē humilitate præſtruxit. §. 109. n. 1. 206. Num Ioannis humilitas tanta erat, vt repudiatam Meſſiæ opinionem recuperare poſſet? §. 137. n. 2. 254
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui cùm ſpiritum ad menſuram acceperit, mauult in ſe ardere, quàm lucere alijs. § 144. n. 5. 267

In feſto SS. Apoſtolorum Petri & Paulli.

MATTHÆI XVI.

Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Quid incertum geminum vulgus de ſe ſentiat, Chriſtus interrogat? Profectò male iudicabit, qui ex rei ſuperficie cenſuram vibrat. toto §. 197. p. 363
Quem dicunt homines eſſe Filiū hominis? Nec pili quidèm faciendum eſt, quid homines etiam de ſanctiſſimo quoque dicant. Nam ſiniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §. 233. 423
Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Non boni, ſed non valdè mali Chriſti cenſores. Heu! irreprehenſibilis hodie eſt, qui de alienis rebus ſaltem non malus commentator exiſtit. §. 212. n. 3. 388. Porrò in aliorum actibus, aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore. ibid. n. 4. 389
Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit, &c. Omnes interrogantur, & vnus, tamquam omnium os, interrogationi reſpondet? Scilicet omnes Apoſtoli, vnus plures erant, & idem omnes, de beneuolæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526
Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Sed cur myſterium Incarnationis hîc Chriſtus non per ſe, ſed per diſcipulos docet? §. 69. n. 5. 136. Nimirùm explorandum potiùs ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. toto illo §. 69. 135
Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona. Sed cur ob adſimilem confeſſionem, non Nathanaël, ſed Petrus beatificatur? Nempè quia Petrus prauas Phariſæorum cenſuras neglexit, quas Nathanaël tunc forſan ignotabat. §. 212. n. 2. 388
Beatus es Simon Bar-Iona, id eſt, Filius columbæ, auis gemitu notiſſimæ. Porrò negationem, quam fletu diluerat, toto adhuc mari diluere perſeuerat. §. 40. n. 4. 87
Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi. Quia Petri peramantis ſui iudicium adprobauerat, conſultò addit, id non ſuggeſſiſſe carnis ac ſanguinis affectum. Nam in amantis ore ipſa veritas, aſſentatiuncula gratificans multis videtur. §. 288. n. 3. 525
Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, &c. Sed quare Chriſtus hoc myſterium per ſe non reuelat, ſed interrogatione à diſcipulis extorquet? Scilicet Chriſtus tunc magis docere dicitur, cùm prudenter interrogat. §. 109. n. 2. 207
Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, &c. Petrum ſic coràm Chriſtus laudat? Sanè opportuna laus, teſſera virtutis eſt: & laudabilem inuenit, aut facit. toto §. 223. 406
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues, &c. Ecce tibi Petrus in terris cōſtituitur Chriſti vicarius. An etiam vices clauigeri Petri Chriſtus ſubſtituit? §. 8. n. 2. 32
Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Ecce tibi Petrus in terris eſt alter ipſe Chriſtus, qui in Petro patitur, aut miſericordis compaſſione, aut gloriæ celebritate. §. 30. n. 3. 70
Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Claues regni cæleſtis

Digitized by Google

leſtis Petro traduntur. An ſi Sacerdos tractat ſecularia, diuinum opus degenerat in humanum? §. 13. n. 4. 42

Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Hanc auguſtam poteſtatem à Petro Sacerdotes participant. Petrus autem non dedit ſacerdotibus quod non habebat aurum. §.107. n.3. p.204. Porrò ex auro Aaroni ſacerdoti dato, Idololatriæ vitulus egreditur. ibid. n. 2. 203

Et quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſẽti pudore cõfeſſionis mercari. toto §.169. p.307

Plura, qui hâc ſuper re volet, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Pœnitentia*, & verbum, *Petrus*, & verbum, *Paulus*.

In feſto Viſitationis S. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

EXurgens Maria abijt in montana. Exurgere adhuc poteſt Maria, & in montana ex depreſſo loco conſcendere; quæ per humilitatem omnibus maior eſt? §. 322. n. 1. 589. Sumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. 255

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Ad Eliſabetham feſtinat hoſpes Maria, in quâ eſt hoſpitalitatis pelagus. §. 310. n. 5. 569

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Præ omnibus feſtinat Maria; quæ niſi præiret, nemo ſpiritualis foret. §. 313. n.5. p.574. Properanter feſtinat, quæ mens rapida nuncupatur. §. 328. n. 5. 599

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Exurgat, & in montana aſcendat Maria; quæ via eſt, & aſcenſus in cælum: & ſuis clientibus cæli atrium. §. 317. n. 5. 580

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Exurgens in montana aſcendit Maria, quæ eſt animata Ieruſalem, quæ ad nos deſcendit è cælo? §. 311. n. 2. 570

Intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Porrò vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſubolere videantur, minimè negligere oportet. toto §. 114. 215

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem (Syrus *pacem*) *Mariæ Eliſabeth, exultauit infans*, &c. Per os Mariæ, infans Deus ad infantem Ioannem loquitur, Quare os Mariæ, os Chriſti nominatur. §. 320. n. 3. 585

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exultauit infans in vtero eius. Syrus habet. *Exultauit in gaudio magno.* Porrò gaudium de Mariâ, Beatitudinis exordium dicitur. §.320. n. 2. p.584. Quin & Deipara eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. ibid. n. 3. 585. & toto illo §. 320. 584

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret? §. 37. n. 5. 83

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Hâc Ioannes exultatione prædicationem ſuam dedicauit. §. 284. n.4 p.519. Ioannes in vtero matris, gaudio in Chriſto vegetatur. ibid.

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur, implétque euangelizantis officium. §. 37. n. 5. 83

Et audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Modò infans Ioannes exultatione prænunciat, quod poſteà voce conſecrate dicitur. §. 275. n. 6. 505

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Benè ad præſentiam & vocem Mariæ, Ioannes exultat. Nam Deipara dicitur, gaudiorum vinculum cæli & terræ. §. 320. n. 7. 586

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exultauit infans in vtero eius. Benè, infans Ioannes exultat deiparæ, cui rerum vniuerſitas, & Angelorum ordines exultant. §.320. n.6. p.585. Profectò lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum ſeu gratiarum parens. inibi. 585

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. In vitæ aurorâ Ioannes è Diaboli poteſtate eripitur Deiparæ præſentiâ, ac voce. An ideò Deipara dicitur, Aurorans prædæ? §. 329. n. 3. 600

Et clamauit voce magnâ, & dixit Benedicta tu. &c. Magnâ voce, & piè ambitioſo cultu Deipara celebranda eſt. §. 118. n. 5. 223

Et clamauit voce magnâ, & dixit Benedicta tu, &c. Audeat ne Eliſabeth in has voces erumpere, cùm impar ſit humanæ cogitationis pia audacia, Deiparam laudare? §. 330. n.1. p.601. Quicquid mundus glorioſum habet, Mariæ tribuendum inibi. Numquam defuit, deeritve, qui Deiparam laudet. §. 331. n. 7 604

Vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Vndè Eliſabethæ, vt ad illam veniat Maria; quæ de diuinæ Maternitatis elogio, & homines Deo, & Deum hominibus reparare perhibetur? §. 309. n. 3. 566

In feſto S. Mariæ Magdalenæ.

LVCÆ VII.

ECce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Pulchra hæc mulier, peccatricis elogio benè culpatur. Nam pulchra impudicè femina dicitur, Sceptrum inferni, dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen; & quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. 185

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Eſto pulchra Magdalena non fuerit ſcortum, ſed inuerecundè leuicula; meritò peccatricis nomine diffamatur. Nam muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimis honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. 187

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Tanta ne infamiâ puniatur nobilis feminæ inhoneſtas? Imò indè pœnaliſſimè caſtigatur. Nam nobilium feminarum libido acerbiſſimè à Deo punitur. §. 303. n.3. p. 577. Et quidèm nobilitas à moribus eſt. §. 1. n.4. & 5. p.2. Generoſiores dæmones ad libidinem non tentant. §. 61. n. 1. 112

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Sic diffamatur, & culpatur femina, quæ per libidinem, toti Trinitati contumeliam irrogat! §. 61. n. 3. ibid.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix; &c. Mirum forſan videbitur, quòd hæc mulier libidine famoſa, ad Chriſtum venerit. Porrò libidinoſus dæmoniaco ſimilis eſt, crucis aduerſarius, quotidie moritur, & impœnitentiæ vicinatur. toto §. 196. 361

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Amoris, non timoris inſtinctu, hæc mulier venit ad Chriſtum. Nam libido infernalis gehennæ memoriam

Digitized by Google

ſenſim abolet. §. 61. n. 5. 123

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. &c. Iure merito ſic diffamatur de carnis concupiſcentiâ. Nam caro, formidabile periculum, Dæmon in luto deliteſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. toto §. 219. 416

Et ſtans retrò ſecus pedes Et ſi retrò præ verecundiâ accedit, huiuſmodi acceſſu ſe peccatricem cõfitetur. Sanè verecundiam confeſſionis præit gratia, & gratia ſubſequitur origini reſpondens. §. 254. n. 5. 468. Ne ergò erubeſcat peccator, æternam vitam præſenti confeſſioni s pudore mercari. toto §. 169. 307

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Ipſa lacrymis ad pedes accedit: ſed Dei manus tractat peccatorum lacrymas; quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §. 57. 115

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Scilicet voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ in lacrymas conuertebantur. §. 215. n. 4. 394

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Nimirùm amoroſa cordis contritio, peccatum expunxerat: ſed cicatrix ex vulnere peccati, lacrymis abolenda erat. §. 42. num. 5. 87

Lacrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat, &c. O quàm ſedulò, & inſtanter peccatorum veniam procurat! Plúſne eſt à vitio ſe reuocare quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Lacrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat, &c. Felices lacrymæ, quas benigna Conditoris manus abſterget. §. 57. n. 3. 115

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. Scilicet Chriſtus inſcitiæ damnatur, ne ex tactu mulieris, libidinis arguatur. §. 61. n. 6. 123

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, &c. Quid eſt, τὸ *Quæ*? Num libido in hominis ſubſtantiam abit? Saltem vita animæ dicitur *Senſualitas*. §. 61. n. 4. 122

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum, &c. Indignatur Phariſæus, quia cum obſcœnè lapſis odium cum charitate non miſcet. §. 203. n. 3. 373

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum. &c. Deus enim inhoneſtos nec apud ſe peregrinari vult. §. 205. n. 3. 377

Sciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Timétne de attactu libidinis ſordes? Sed Chriſtns Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos maculet. toto §. 160. 292

At ille (Ieſus) *dixit Rectè iudicaſti.* Nempè hâc in re laudatur Phariſæi ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur. §. 92. n. 3. p. 531. Quin &, *Rectè iudicat* qui male cogitauit. §. 92. n. 2. ibid.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Num dilectio hic dicitur confeſſionis ſynonymum? quare? §. 254. n. 4. 469

Vade in pace. Excuſſâ Phariſæi calumniâ illam in pace abire iubet. O quàm eſt arduum cum omnibus pacem habere! §. 157. n. 1. 287

In feſto Sancti Iacobi Apoſtoli.

MATTHÆI XX.

Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis. &c. Dum ad obtinendas dignitates, matrem inducunt, ſeipſos illis extorquendis impares fatentur. Scilicet ambitio ſuos appetitores inuitiat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat toto §. 261. p. 480. ſumptuoſior prælucendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110. 208

Adorans, & petens aliquid ab eo. Prius humiliter adorat, vt petat. Nam humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. §. 139. n. 6. 259

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram, &c. Heu ſic dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit; & pertinaciter ſtimulat! toto §. 85. 162

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Reliquis Apoſtolis prælucere & præſidere ambitioſè expetunt. Et tamen de humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §. 189. n. 3. 349

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Sollicitè ambiunt, vt id Chriſtus Deus vel obiter *dicat*, vt certò adimpleatur. Num vel quod ironicè dixit Deus verum facit, ad fidelitatis redundantiam? §. 143. n. 2. 264

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam. &c. Malè obnixiùs orant, vt otioſè *ſedeant*. Porrò oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis actuoſè operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. 229

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam &c. Malè orant, vt otioſè quieti *ſedeant*. Nam læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto §. 124. 233

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. In regno Chriſti neſcit quid petit, qui magna duntaxat expetit. Porrò non eſt magnus qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. 227

Neſcitis quid petatis. Quibus verbis ſuperba ambitio ignorantiæ damnatur. Nam ſublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. 206

Neſcitis quid petatis. Neſcit quid petit, qui faſtigia ambitioſè petit porrò humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dediſcit, vltrà ſeipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. toto §. 137. p. 254. Homo euacuetur vnde plenus eſt, vt impleatur vnde vacuus eſt. §. 122. n. 3. 230

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis, quid petatis, Mater dignitates petit, & ſermonem conuertit ad filios, tamquam ambitionis reos. Profectò quod quis tectiùs affectat celare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat toto. §. 259. 477

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Nimirùm Apoſtoli poſſe ſe dicunt, quæ obnixè volunt. §. 241. n. 2. p. 436. Nam voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra. Velis, & poteris. toto illo §. 241. 436

Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Sine culpâ bibitur hic mortificationis calix; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatum deceptio. toto §. 150. 276.

Calicem quidèm meum bibetis. Sanè calix perſecutionum victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt. §. 46. num. 5. 97

Calicem quidèm meum bibetis. Quid eſt, *Meum*? Quia in Martyribus Chriſtus pati, & occidi perhibetur. §. 89. n. 5. p. 170. Et ſanè Martyribus Chriſtus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. n. 5. 310

Sedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis. Chriſtus iuriſdictioni ſuæ cedit, ne repulsâ petitores pudefaciat §. 70. n. 3. & toto ferè. §. 137

In

Digitized by Google

In feſto S. Annæ, matris Deiparæ.

MATTHÆI XIII.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. &c. At virtus etſi in intimis & abſcondito perficitur; opportunè autem aliquandò extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. toto §. 147. p. 271. Verùm qui gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. 306

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. &c. Tantáne abſcondendorũ operum ambitio? Scillicet humilis ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit. §. 137. n. 4. 256. Humilitas neſcit ſe eſſe virtutem? §. 137. n. 5. ibid.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. O arcanam inuiſè abſconſionem! Porrò magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. 168. n. 7. 307

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Geminatâ virtutum abſconſione opus eſt, ad earum tutamentum? O quàm de facili hominibus vana gloria ſubrepit! toto §. 285. 519

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Valdè ſollicitè ſemel abſconſum, iterùm abſcondit, ne vanagloria bonorum mercaturam faciat. §. 168. n. 3. 306. Porrò vanagloria, ſicut Amaſias Idumæos vincens, eorum Deos adorat. Ibidem n. 2. ibid.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Non vt vni ſibi hunc theſaurum ſeruet ſed vt ſibi ſeruet, alijs eum donando. Sic Ioachim & Anna non fraudantur cæleſti munere, quod mundo donant. §. 303. n. 4. p. 557. Beata Anna parit Mariam, ne deſit humano generi munus, quod Deo donet. ibid. 557

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo. &c. Hunc Mariæ theſaurum Ioachim & Anna, non tam feciſſe, quàm *inueniſſe* dicuntur. Porrò Ioachimi & Annæ genitalis oratio dicitur. §. 307. n. 4. p. 563. Non tam Mariam concepit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. §. 309. n. 6. 568

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo. &c. Hic theſaurus, verè Mariæ eſt; in quâ ſunt Incarnationis gazæ mirabiliter depoſitæ. quomodo? §. 311. n. 3. 570. Deiparæ opulentia eſt poſſeſſio multorum. ibidèm 570. Deipara opulenta eſt ſpolijs, quæ à mundo, & Dæmone, & Filio trahit. §. 311. n. 5. 571. Num in B. Deiparâ, confidit Chriſtus, vt eum ſpolijs ditet? §. 314. n. 6. 576

Quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, &c. De inuento Mariano theſauro pulchrè gaudet. Nam Mariæ eſt theſaurus voluptatum. §. 320. n. 2. 584. Maria eſt immenſi gaudij genitrix: gaudij organum eſt, edocta, & iuſſa gaudere. ibid. n. 1. Maria eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. §. 320. n. 4. 585

Quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, &c. Benè de Mariâ gaudet, quæ gaudiorum vinculum cæli ac terræ nominatur. §. 320. n. 7. 586 Gaudium de deiparâ, Beatitudinis exordium dicitur. ibid. n. 3. 585. Lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum ſeu gratiarum parens. §. 320. n. 6. 585

Præ gaudio illius (theſauri inquam *vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.* Quid emptioni, & venditioni ad Deiparam ſumptuoſiùs poſſidendam? Sanè Deipara eſt, ſalutaris commercij nundinæ. §. 330. n. 6. 602

Vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Rerum omnium abdicatione theſaurum virtutum emit. Porrò pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. toto §. 161. p. 294. Num pauper hoc theſauro diues, donandi diuitibus regni cælorum arbiter eſt? toto §. 171. 310

Pro feſtis ſanctarum viduarum, vide in Syllabo rerum, verbo, *Vidua, Mortificatio, Caſtitas, Labores, Perfectus vir.*

In feſto S. P. N. Ignatij.

LVCÆ XII.

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic ſe per mortificationem præcinxit Ignatius, vt acre olim ac præruptum ingenium, in lene ac placidum velut ſubſtantiauerit. §. 214. n. 2. 391

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic ſe per aſſiduam mortificationem præcinxit Ignatius, vt ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium traxerit. toto §. 87. 165. Parum hoc, niſi ipſas paſſiones aduocaret virtuti auxiliares. toto §. 215. 393

Sint lumbi veſtri præcincti. Ad virtutis iter præcingitur Ignatius, qui à Manreſſæ raptu, ſic beatæ gloriæ amore impreſsè effectus fuit, vt per obſtantia, & ardua quæque alacris ierit. toto §. 151. 277

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic concupiſcentiam ac cupiditatem præcinxit, quaſi ei foret cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis. §. 215. n. 5. 394

Sint lumbi veſtri præcincti. Exprompte ad obſequium præcinctus, in parendi gymnaſio, ſublimiorem imperandi politiam erudiuit. toto §. 221. 403

Sint lumbi veſtri præcincti. Vltrà vires, & captum, Apoſtolorum obſequium imitatus. §. 219. n. 5. 401

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Per iubar viſcerosum beneficentiæ, cui ſe & ſuos prorſùs impendit. §. 289. n. 4. 527

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Vt Domino, quem expectant, luceant; non ſibi. Porrò tota Ignatij Philoſophia diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit, abiectâ mundi gloriolâ. toto §. 29. 68

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Ioannem imitatus, qui mauult ardere, quàm lucere alijs. §. 144. n. 5. 267

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Porrò Ignatius inſtar Angeli, quaſi ignis flando volat. §. 95. n. 4. 179. Imò & qui nuper facer ignis erat, contrarium atque humile aquæ miniſterium obit. §. 116. n. 2. 219

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non ſibi, ſed Deo prælucens. Nam prælustris Ignatij dignitas, diuinæ gloriæ tota militat. toto §. 282. p. 515. ſe propriâ gloriâ exuere, & diuinam dumtaxat ſpectare, paucorum eſt. §. 261. n. 6. 481

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non ſibi, ſed Deo perlucens. Nam humanam gloriolam Ignatius Deo victimat, & diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit. toto §. 29. p. 68 Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §. 138 256

Digitized by Google

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non tam lucet, quàm ardet, & ardendo conſumitur. Tunc enim homo ſublimiùs proficit, cùm à ſeipſo funditùs deficit. §. 189. n. 5. 350

Et vos ſimiles hominibus. Dum Sāctorum perfectiſſimos depingit, ſimiles hominibus tradit. Nam in re virtutis, ſingularitatis fama non benè ambitur. §. 25. n. 2. 61

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. Apoſtoli Chriſtum ſequentes, ſubſelliis munerantur; his ſeruis expectantibus & ſeſſio, & Chriſti miniſterium promittitur. Plúſne quàm Chriſti ſequela præmiatur ſpes? §. 166. n. 2. 302

Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, &c. Chriſtúſne ſe reſtringit, ne omnium bonorum affuſionem nobis ſuppeditet? §. 179. n. 4. 325

Et ſi venerit in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, &c. Cur ſenes ſicut pueri (qui in primâ, & quartâ vigiliâ ſunt) non admonentur, vt vigilent? 83. num. 5. 160

In feſto Transfigurationis Domini.

MATTHÆI XVII.

Vide in Dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ.

In feſto S. Laurentij Martyris.

IOANNIS XII.

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Granum frumenti exanimale quippiam eſt, & ſenſu carens; huic aptè Laurentius comparetur? Eſtne à mortificatione impaſſibilis Laurentij tolerantia? §. 31 n. 6. pag. 73

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. &c. Tam glorioſè moritur, qui *in terram* cadit? Eccur non tam cæli, quàm terra dicitur plena gloriâ Dei? §. 7. num. 2. 31

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. &c. Sed quomodò terræ defectu ſemen diuini verbi ſterileſcit? §. 7. num. 3. ibid.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram, & ſic glorioſè Laurentius vincit? Profectò glorioſi eſt athletæ, cædi, & vincere. §. 46. n. 4. p. 97 Calix perſecutionum, victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt ibid. num. 5.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit, & vincit? Scilicet in Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis perſecutoribus, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. 463

Cadens in terram, mortuum fuerit. Sic caro per mortificationem fit ſpiritualium trophæorum baſis. §. 133. num. 1. 247

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Moritur victrici ac glorioſâ renaſcendi ſpe. Porrò ſpei nomen victoriale eſt, victoriam vocabulo præferens. §. 167. n. 3. 304

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram Martyr; ſed eius patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n. 3. 97

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram Martyr, cuius vulnera cæleſtes præferunt ſtellas, Chriſtum etiam coronant, dum patientiæ maieſtate cruciamenta calcat. toto §. 88. 167

Cadens in terram mortuum fuerit, &c. Sic eſt glorioſa Martyrum mors, vt Deus pœnâ mortis Adamum punierit, præſcius indè futuros eſſe Martyres? §. 88. num. 2. ibid.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Patienti Laurentio Chriſtus cōpatitur, an in eius paſſione exultat? Certè Chriſtus Martyribus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. n. 5. 310

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit, moritur Laurentius, pauidè ferociente Tyranno Nam minax atrociter Tyrannorum furor, plerumque ſumit à puſillanimitate principium. toto §. 54. 110

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ecquis eſt hic fructus? Non Martyr paſſione ſuâ debitam pro Chriſti paſſione refert gratiam? §. 89. n. 2. p. 169 Martyr vicem pro Dominicâ Paſſione rependere dicitur. quare? ibid. num. 3. ibid. Quare Deus dicatur Martyribus non tam gratiam tribuere, quàm retribuere? §. 89. n. 4. ibid.

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd paſſio Martyris, Chriſti paſſionem honorat? §. 89. n. 5. 170

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd vitam à morte mutuatur: Porrò diuina prouidentia vitales inflegit plagas. §. 190. n. 3. & 4. 528

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd vulnera corona premit, & palma effuſum ſanguinem obſcurat? §. 295 n. 5. 537

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, exultans lætitia? Porrò læta in duris calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Martyrum ſuperbia. toto §. 185 p. 342. Sane in acerbitate calamitatum, & exultiu lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172. 312

In feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. id eſt, in oppidum muris circumdatum ad hoſtilitatem arcendam. Sanè Deiparæ auxilium hoſtibus opponendum eſt velut palma & trophæum. §. 318. n. 5. p. 581 legatur totus §. vbi Maria probatur regnorum præſidium. Num è Virginali etiam vtero, hoſtilitatem aliquam aduerſus peccatum, Chriſtus hauſit, arripuit, expreſſit toto §. 319. 585

Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Fuit in Deiparâ hoſpitalitatis pelagus. §. 310. n. 5. 569. Quomodò Chriſtus exceptus ſit in vtero Virginis, vide in feſto Annunciationis.

Et huic erat ſoror nomine Maria. Si iuuat aliquid libare de Mariæ nomine, conſule totum §. 304. 558.

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat, &c. Benè demiſſa ad pedes Domini. Porrò humilitas, quaſi propria virtus, diuinæ exhibenda eſt maieſtati. §. 322. n. 5. p. 520. Humilitas eſt reliquarum virtutum Mariæ gratia. ibid n. 6. 591

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat, &c. Sic Dominus excipitur. Num ſumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt §. 137. num. 3. p. 255. Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. 590

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Sed Mariæ ſcientia ſedet ſuper Cherubim, id eſt ſcientiæ plenitudinem. §. 321. p. 586. De Mariæ ſapientiâ conſule totum illum §. 321. ibid.

Non

Digitized by Google

Non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Hæc dixit Martha, operoſior ſollicitè hoſpes. Nimirùm vita actiua operibus ſedula, Deiparam ambit. §. 331. num. 1. 603

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Sic numquam defuit, deeritue qui Mariam laudet. §. 331. num. 7. 604

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Sed cur Maria, quæ optimam partem elegit, in valle Ioſaphat commoratur, ac ſepelitur. §. 53. n. 3. p. 20. Et quidem cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Mariæ ingeritur. §. 81. n. 3. 156

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nam Mariæ eſt alter à Triade honos. §. 305. n. 5. 560

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nimirùm gloriâ, quâ Filium Deum decet, Deipara beatur. §. 328. num. 1. 598

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Optimam in cælo partem Deipara elegit, cui gratiæ & gloriæ immenſitàs tribuitur. quare? 328. n. 2. ibid.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Optimam partem elegit, cui Deus Pater gloriam ſuam dedit. quomodo? §. 305. num. 5. 560

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Siquidèm omnis terra plena eſt gloriâ Dei, id eſt, Mariâ. §. 328. n. 3. 598

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Porrò Deipara plena eſt exultatione, & reſultatione diuinæ gloriæ. §. 328. n. 3 ibid. Maria dicitur plena gloriâ, quæ ex illâ ad nos reſultat. inibi.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nam gloriæ totius Trinitatis Maria auctarium adiicit. §. 328. num. 4. ibid.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Porrò Deipara gloriam effundens in homines, & in Angelos, non minùs gloriæ continet. §. 328 n. 5. p. 599. Deiparæ prælustribus virtutibus Angeli potantur. §. 94. n. 2. 177

Oratio Mariæ, & ad Mariam; & eius Miſericordia, quâ nobis auxiliatur, & de cælo præſtò adeſt, vide in Syllabo rerum, verbo, *Maria*.

In feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

LVCÆ VI.

Exiit Ieſus in montem orare. Electurus Apoſtolos, cum illis orationi vacat, quò Apoſtolorum collegium, de oratione fiat Cæleſtis Reſpublica. §. 156. num. 4. 286

Exiit Ieſus in montem orare. Oratione armat futuros ſtatim Apoſtolos, quos ad mundum expugnandum elegit. Nam oratio eſt robur militum, & militaris Diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. p. 210. Salutari orationis magiſterio omnem pacem noſtram Deus breuiauit. ibid. n. 5. 211

Exiit Ieſus in montem orare. Otium orationis mauult Chriſtus, quàm actuoſa virtutum opera? Verùm oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. 229

Exiit Ieſus in montem orare. Poſtmodùm operaturus, priùs orat. Nam oratio eſt baſis operum omnium virtutum. §. 122. n. 4. p. 230. Quin & opera orationem complent. ibid. n. 5.

Exiit Ieſus in montem orare. Chriſtus orans nos docet. Nam oratio de ſcholâ Deitatis erut lumna virtutum eſt, cæleſtis doctrinæ compen. & perfectionis plenitudo. §. 156. n. 1. & 2. 285

Exiit Ieſus in montem orare. Poſt diuturna opera, oratione nos refici cupit. Nam oratio velut ſpiritualis cibus, omnes virtutes fouet ac nutrit. §. 156. n. 5. p. 287. Quin & oratio vitæ ſpiritualis anhelitus & reſpiratio nominatur. inibi. 287

Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Nox ſomno potiùs, quàm orationi deſtinatur. At Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 131. n. 4. 420

Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Mirùm eſt, quòd Apoſtoli in oratione pernoctent ad impetrandum beneficium. Porrò peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num. 4. 434

Et erat pernoctans in oratione Dei. Ad impetrandum beneficium, opus eſt vt etiam Apoſtoli in oratione pernoctent? An non deſiderium inchoatum audit Deus; imò & auribus perſpicit? §. 239. n. 4. 434

Et erat pernoctans in oratione Dei. Benè pernoctat. Nam oratio perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus. &c. toto §. 225. 409

Et erat pernoctans in oratione Dei. Chriſtus in oratione Dei pernoctat, pernoctant & Apoſtoli. Porrò multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. 319

Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit. Tempus congruè partitur; nocte orat, die eligit, nequid alterutri deſit. Sanè nox & dies ſibi expromptè reſtituunt, quod mutuò viciſſim acceperant. §. 128. n. 2. 239

Et elegit duodecim ex ipſis ..... Simonem, &c. Primò conſtituitur Petrus, Apoſtolici collegij vertex; exinceps reliqui congruo ordine. Porrò congruus rerum ordo, & inconfuſa diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. toto §. 194. p. 357. Congruus ordo facit benefacere etiam de malo: ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas conſtat. toto §. 195. 359

Et Bartholomæum. Pro Bartholomæi elogijs, vide in Syllabo rerum, verbo, *Apoſtolus*, *Concionator*, *Perfectus vir.*

Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Quare Iudam elegit Chriſtus proditionis ſcius? Scilicet maluit Chriſtus iudicium ſuum, quàm affectum apud homines periclitari. §. 154. n. 2. 282

Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. O quanta eſt Euangelij veritas, quam nec Apoſtolus aduerſarius infirmat? §. 275. n. 3. 501

Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Quem præuiâ oratione diuina electio Apoſtolum conſtituit, auaritia Exapoſtolum fecit. §. 107. n. 3. 204

In feſto S. Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.

MATTHÆI V.

Vos eſtis ſal terræ. Scilicet Apoſtoli ſunt ſal terræ, quod voluptatum putredinem curet. §. 42. n. 5. pag. 91

Vos eſtis ſal terræ. Quid Euangelico Doctori cum terrâ? An quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit? §. 7. n. 5. 32

Vos eſtis ſal terræ. Sapientiæ ſale *terram* ſpeciatim condire ſatagit. Tametſi Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. quare? §. 102. n. 4. 191

Vos eſtis ſal terræ. Sale autem terra ſterileſcit. Indè Doctorum auaritia culpatur. §.149.n.4. 275

Vos eſtis ſal terræ. Sal ſtringit,ſed cum eſculentorum ſapore & gratiâ; non merâ auſteritate exaſperat. Sic acerba Concionatoris aut Doctoris reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò cum ſale, & ex amore nata, reprehenſum reſtituit, & redintegrat. toto §. 209. 383

Vos eſtis ſal terræ. Cùm *ſal terræ* Doctores nuncupatim appellat, humilitatem ſuadet. Porrò Euangelij Miniſter, vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. 539

Vos eſtis ſal terræ. Doctrinam cum humilitate expetit in Euangelij miniſtro. Nam humilitas Prædicatoris cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat & indurat. §. 297. n. 4. 540

Vos eſtis ſal terræ. Quia eius verbo terra conditur. Imò & verbum conſecrari dicitur voce Doctoris. §. 275. num. 6. 505

Vos eſtis ſal terræ. Sal propheticum, inquam, quo aquæ ad fœcunditatem condiuntur. Porrò dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti fœcunditas,eiuſdem os & cor: atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. p. 81. quo elogio mirè Auguſtinus inſignitur.

Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Si Doctor euanuerit, & inuitietur, Deóne deeſſe videtur, in quo populos ſaliat, & doctrinâ condiat?

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur forâs, & conculcetur ab hominibus. O grandius peracerbè ſupplicium? Scilicet Concionator, etſi eruditè doceat, malè verò viuat, Deum inſtruere dicitur, quomodò illum damnet. §. 218 n 5. 400

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur forâs, & conculcetur ab hominibus. Mirum non eſt, tam acerbâ mulctari pœnâ. Nam improba Prædicatoris vita, contemptibile reddit Euangelium. §.275.n.2. 603

Vos eſtis lux mundi. Sed quare Diſcipuli, qui dicuntur lux mundi,ſtatim lucerna domûs appellantur? §.261. num. 5. 481

Vos eſtis lux mundi. Sed cur lux Solis triduo ante Solem ſuum præluxit? Scilicet ne de lucis præclaro elogio, tamquam de re ſuâ inaniter glorietur. §. 285. num. 5. ibid.

Vos eſtis lux mundi. Cur lucem præclarè mundam, mundo tenebroſè immundiſſimo deſtinat,& immiſcet? Nimirùm Deus etſi lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque diei appellatione mirabiliter adſociauit. §. 142. n. 2. 263

Vos eſtis lux mundi. Lucis vocabulo, & re lucis, iubar viſceroſum beneficentiæ luculenter exponit. §. 289. num.4. 527

Vos eſtis lux mundi. Sed neque nomen, neque miniſterium bonæ luci permittitur, quouſque à tenebris ſeparetur. §. 64. n. 2. p. 127. Et quidèm moraliſſimè ab exordio mundi, lux à tenebris diuiditur. §. 186. num. 4. 344

Vos eſtis lux mundi. Stultum eſt luce lucem perdere. Humilitas autem per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140. n. 3. & 4. 260

Vos eſtis lux mundi. Quæ bonam cæli ſapientiam dilucidè doceat. Porrò malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinat. §. 83. n. 2. 159

Vos eſtis lux mundi. Lux autem & fulgorum fœcunda, quos toti mundo defert, & communicat. Sic de myſticâ illâ arbore, Prædicatorum ſymbolo non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Vos eſtis lux mundi. Quo lucis elogio perennis fœcunditas deſignatur. Porrò virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. 160

Vox eſtis lux mundi. Hâc luce Sapiens ſcrutetur Scripturas, vt eas ſcrutari deſinat. §. 4. n. 9. 27

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Bonorum operum publicationem hîc mandat Chriſtus? At quî in bono opere gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. 306

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Porrò boni Prædicatorum mores, ipſis etiam inuitis, probitatem perſuadent. §. 275. num. 4. 504

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, &c. Sic puer Ieſus.gratiâ apud Deum proficere dicitur, cùm per eum homines ad Dei gloriam proficiunt. §. 282. num. 3. 515

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Porrò non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt vidant opera veſtra bona &c. Nam boni mores conſummant Concionatorem, de cuius ore cælum & coronas auditores expectant, toto §. 218. p. 398. Bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt &c. toto §.213. 389

Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere. Legem antiquam implet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. §.298. n. 4. p. 542. Solúſne Legiſlator, legis obſequium perfectè implet? inibi.

In feſto Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

MATTHÆI I.

Liber generationis Ieſu-Chriſti. Bonus arcanè liber Maria, quæ eſt nouus noui Teſtamenti tomus. §. 310. n. 2. p. 568. Veræ doctrinæ ſceptrum, Deipara nominatur. §. 321. n. 3. p. 586. Os Mariæ, os Chriſti dicitur. §. 320. n. 3. 585

Liber generationis Ieſu-Chriſti. Bonus arcanè liber Maria, quæ eſt, Inſpiratæ à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis. §. 321. n. 2. p. 586. Maria, id eſt, Doctrix, nouum Teſtamentum Apoſtolos docuit. ibid. n. 1. Maria eſt Prophetiæ ſupplementum. ibid. n. 4. p. 587. Dos ſapientiæ, & Charitum mater. §. 321. n. 5.ibid. Quare Maria Apoſtolorum regiſtrum nuncupatur? ibid. n. 6.

Liber generationis Ieſu-Chriſti filij Dauid, filij Abraham Qui eſt cenſus nobilitatis Deiparæ, quæ ethicè traditur,toto §. 305. p. 559. Qui autem volet genealogiam Deiparæ, litteraliſſimè tradere, conſulat totum §. 299. 543

Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. At ante exilium Babylonicum Ioſias obiit. Sed minas corruentis regni doluit. Etiam qui futurus eſt miſer, ſtultè nunc eſſe miſer incipit, miſeriarum præſumptione. §.44.n.5. 94

Ioſias autem genuit Iechoniam,&c. Ioſias rex fuit probus; plures autem ante illum, ſceleroſè improbi. Sed boni filij ex imbonis parentibus nati, læta prophetant, flores

Digitized by Google

flores & roſæ ſunt, & ferè non patentum filij. toto. §. 118. 222

De quâ natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Scilicet Deus regalem inficiens purpuram, Dauidico Mariæ ſanguine purpurauit. §. 305. n. 2. 560

Trinitas eſt Deiparæ ſtirps, inde vnum è Triade parit. §. 305. n. 4. ibid.

Ioachimi & Annæ genitalis oratio dicitur. §. 307 n. 4. 563

Virginis Deiparæ, & auię Ruthæ adſimilis nobilitas. §. 305. n. 1. 559. Ob futuram Ruthæ natiuitatem, olim Moabitis parcitum eſt. §. 203. n. 3. 557

Naſcitur deipara, ne deſit humano generi munus, quod Deo offerat. §. 303. n. 4. ibid. Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod Deo donant. inibi. ibid.

Deipara eſt Euæ emendatio, & gloriatio. §. 303. n. 5. ibid. Secũda Eua debitum acceptæ coſtæ nouo Adamo perſoluit. ibi. n. 6. 558

Deipara dicitur mortalis generis fundamentum, quare? §. 303. n. 2. p. 556. Marianæ Natiuitatis conglobata elogia. ibidem. n. 1. ibid. Per Chriſtum conſtat Deiparæ halitus. §. 304. n. 6. 559

Plura Virginis Deiparæ elogia, quæ flexu procliui aptari poſunt ad Natiuitatis feſtum, abundè ſuppetunt à §. 300. vſque ad §. 331. quæ ſeriatim delibantur in Syllabo rerum, verbo. *Maria.*

In feſto SS. Nominis Mariæ.

EVangelium ethicè expenditur in feſto Annunciationis de Mariæ nomine conſule §. 304. 558. & & verbo *Maria.*

In feſto S. Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

MARCI IX.

VIdit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Auaritia Principum in durâ vectigalium exactione, multis culpatur. toto §. 292. p. 531

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine. Opulentum munus, ſed furacitate infame. Porrò diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ diteſcere ſatagit. toto §. 253. 467

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, Auarum ſcilicet lucrum anxiè & ſollicitè captantem. Heu anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam infidelitatem æmulatur. & craſtinum diem reddit querulum. toto §. 125. 234

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Sedet in vitijs, qui lucra captat. Porrò opulentia auara, vitiorum ſupellex eſt, cæli exhereditatio, & impius Chriſti contemptus toto §. 149. 274

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Vndè ingenuo olim Hebræorum populo tam rapax auaritia, vt vſque ad vectigalium exactionem ſeſe abijceret? Nimirùm aureum vitulum bibentes Hebræi, auaritiam biberunt. §. 117. n. 2. p. 221. Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107. n. 1. 203

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine In auaro telonio ſedet, nec ſurgere eualet. Nam ad reſtitutionem debiti, nimis tardum ac difficile eſt magnum ingenium. toto §. 128. 239

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Matthæi ſceleroſum probrum, quod ceteri Euangeliſtæ diſſimulant, ipſe palàm publicat. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti pudore confeſſionis mercari, toto §. 169. 307

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Vidit diu in telonio velut in cathedrâ *ſedentem* Matthæum, ſui diſcipulum pariter & magiſtrum. Nam repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §. 192. 354

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. &c. hominem ſordidi lucelli ſqualore inquinatum videns, ad ſe ſingulariter vocat? Scilicet Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. 292

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Dum ſic alacer nutui Chriſti paret, Deum eſſe, qui illum vocauit, palàm oſtendit. Porrò ſic per gratiam reformatur homo, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. 392

Et ait illi: ſequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Telonium Matthæus reliquit, & cum Petro omnia reliquiſſe ſeriatur? Nimirùm qui quod in ſe eſt facit, omnia feciſſe dicitur. §. 255. n. 2. 470. Deus homini totum eſt, omnia eſt. §. 162. n. 1. 295

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Pluſne eſt, à vitijs ſe reuocare, quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Apoſtolorum vltrà vires & captum, obſequium, mitiſſimum fuit. §. 219. n. 5. 401

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Felix qui ſic Chriſtum ſequitur. Porrò illius ſequela. *Beare* noſtrum imitatione dicitur, imitandi appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. toto §. 66. 130

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Expetibiliuſnè eſt, Chriſtum ſequi, quam habere Chriſtum? §. 187. n. 6. 347. Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret. §. 311. n. 5. 574

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Sanè detractoris lingua, mentis vſurpat muria; ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa ipſi concupiſcentiæ malitiam afflat. toto § 32. 73

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Porrò peccatorum viæ viatores parturiunt, de non boni exempli imitatione; quod aëra toxicat, cælum claudit, turbo eſt, diabolus eſt, & velut coactio ad malum. toto § 67. 132

Pro S. Matthæi laudibus, conſule in ſyllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Perfectus vir, Concionator, Scriptor, Sapiens.*

In feſto S. Michaëlis Archangeli.

MATTHÆI XVIII.

DE Angelis copioſè agitur §. 94. & 95. & 96 & 97. 177. vſque ad 182. Et cum auctario in Syllabo rerum, verbo *Angelus.*

Digitized by Google

In feſto S. Angeli cuſtodis.

Adi feſtum S. Michaëlis Archangeli.

In feſto B. P. N. Franciſci de Borgia.

LVCÆ XII.

Euangelium ethicè elucidatum eſt in feſto S. P. N. Ignatij. Pro eius laudibus conſule in Syllabo rerum, verbum, *Perfectus vir Mors, Homo,*

In feſto Sancti Lucæ Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Ante electionem diu apud ſe ſubiectos habuit. Nam de humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §. 189. num. 3. p. 349

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Non elegit Chriſtus tantæ dignitatis appetitores, ne muneri impares eligat. Nam ſumptuoſior prælucendi ac præſidendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110 Heu dignatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit! toto §. 85. 162

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Ante elegerat ad magna culminis Apoſtolici munera; nunc ad minora munera plures eligit. Ceterùm non eſt magnus qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. 217

Et miſit illos binos. Ob bonum exemplum alterutrius ad alterum, quod characterem imprimere dicitur. § 47. num. 6. p. 99. Porrò bonum virtutis exemplum, Legiſlator virtutum eſt, & earum arripiendarum velut prophetia, adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur. toto §. 213. 389

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Ante faciem ſuam Diſcipulos Chriſtus mittit in mundum. Res autem mundi, etſi inaniſſimæ, multas habent facies. §. 101. num. 3. 189

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Miſſi dicuntur, & adhuc ante Chriſti Dei faciem eſſe perhibentur? Scilicet Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur, quomodo? §. 41. n. 6. p. 89. Deus præſens adeſt, vt quæratur tamquam abſens. §. 74. n. 6. p. 144. Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. §. 162. n. 4. & 5. 296

Et miſit illos binos antè faciem ſuam. Ab ſe Diſcipulos mittit, vt exinceps ſuam ipſius præſentiam de abſentiâ magis æſtiment. Porrò beneficia quæ accepta adſunt, non valdè æſtimamus; quæ abſunt, auidè requirimus. toto §. 267. 490

Et miſit illos binos antè faciem ſuam, &c. Ante faciem ſuam adhuc miſſi adſunt, qui in prædicatione Chriſti gloriam ſpectant. Siquidèm præluſtris Euangelici Concionatoris dignitas, non ſibi, ſed diuinæ gloriæ tota militat. toto §. 282. 515

Et miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus. Quaſi parum foret, cæleſtem Euangelij doctrinam præſentibus communicare, remotas etiam regiones peragrant, vt illam abſentibus communicent. Scilicet de rationali propheticè arbore, non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Meſſis quidèm multa: operarij autem pauci. Pauci ſunt Euangelici operarij, in tantâ, támque politulâ Prædicatorum turba? Scilicet non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133

Ite: Ecce ego mitto vos. An non præſtaret, vt in Chriſti ſcholâ adhuc diutiùs verſarentur, quo Euangelicam doctrinam profundiùs noſſent? Ceterùm virtutis ſcientia, ore & opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. pag. 77.

Ite: Ecce ego mitto vos. Quiſque Diſcipulorum à Chriſto mittitur ad prædicandum Euangelium, tamquam alter ipſe Chriſtus. Porrò dignus Euangelij Cōcionator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Ite: Ecce ego mitto vos ſicut agnos. Itaque Concionator ſit mitis ſicut agnus. Procùl ergò ab Euangelico Concionatore conuitia: pacata eſt Chriſti ſapientia §. 4. num. 8. 27

Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Sic patientiæ maieſtas, & tormenta calcat, & fidem fundat nobili teſtimonio. §. 88. n. 5. 168

De eximiâ paupertate, quâ Diſcipuli mittuntur, vide in Syllabo rerum, verbo, *Paupertas, Diuitiæ, Auaritia.*

Pro laudibus S. Lucæ, vide verbo, *Apoſtolus, Concionator, Scriptor, Sapiens, Perfectus vir.*

In feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

IOANNIS XV.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Vnum dat dilectionis mandatum, & ait, *Hæc* mando vobis, quaſi multa mandauerit? Scilicet dat mandatum amoris. Amanti autem multæ leges, plures vna ſunt; odienti vna plures. §. 288. n. 5. p. 526. Etſi voluntas piè affecta mandata quamlatiſſimè extendat. §. 228. n. 4. 415

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Plura mandare præmittit, aiens, *Hæc*; & vnum dumtaxat mandat? Nimirùm legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi; vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. p. 473. Multæ leges perinde ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. toto § 257. ibid.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Ex hâc mutuâ dilectione venit, vt vniuerſi iuſti, vnus plures ſint, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Dilectionem indifferenter mandat, nec exprimit, an proximus diligendus, amore, an odio dignus ſit. Porrò Chriſtianorum præluſtre elogium eſt, inimicos etiam diligere. toto §. 272. p. 498. Imò Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. toto §. 273. 500

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Obnixiùs mutuam dilectionem Chriſtus mandat, cùm Euangelicam doctrinam tradit. Porrò fraterna charitas, naturæ

Digitized by Google

turæ eruditio eſt, & virtutum ſubſiſtentia. §. 142. n. 1. 262

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nullo diuini obſequij prætextu, hoc mutuæ charitatis fœdus violetur. Licet enim Deus lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque *Diei* appellatione adſociauit. §. 142. n.2.p.263.Coalitus dies vnus ex veſpere & mane, concordiam inter diſcordes erudit. ibi. n. 4. 263

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Porrò mutua charitas, cognatio quædam eſt: adeò vt ab eâ habeat homo, quòd ab Angelis habitu differre dicatur. §. 142. n. 5. 264

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Beneuolam amicitiam mandat Deus: homo autem ſolletter caueat ab amicitiæ fraude. Nil enim acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. 120

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Porrò reciproca ac beneuola rerum inter ſe fauentia, perfectionem, complementum, fœcunditatem, ac robur ipſis fœnerat. toto §. 274. 501

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Spiritualem amorem etiam inter extraneos mandat. Porrò non eſt vehementior natura ad amandum, quàm gratia. §. 1. n. 16. 4

Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. Profectò concinnè ordinata charitas dicitur coaceruatio. quare? §. 194. n. 4. 358. Quin & charitas in me, dicitur chatitas, ſeu tentatio contrà me. ibidem. ibid.

Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Hìc in te Chriſtus ſibi ſimiles vult eſſe Chriſtianos: quò ſic per Chriſti gratiam reformetur homo, vt dicatur Commentarius Diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. 392.

Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Porrò de Iudæorum furore contrà Chriſtum concepto, Diſcipuli paſſionem ſubeunt. §. 296. n. 4. 538

Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Sanè imitatio patientis Chriſti, imitatores beare dicitur. quare? §.172. n.2. p. 312. Expetibiliusnè eſt, Chriſtum ſequi, quàm habere Chriſtum? §. 187. n. 6. 347

Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Porrò Apoſtolicus Euangelij Prædicator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 57. 81

In feſto omnium Sanctorum.

MATTHÆI V.

Videns Ieſus turbas, aſcendit in montem. In arduum montem cum Diſcipulis Chriſtus aſcendit, vt declinet turbas. Porrò qui non eſt ſuprà turbam, turbarum pericula non videt. §. 24. n. 3. p. 60. Turbarum frequentia Nazaræos ſenſim decolorat. in ibi. n. 4. ibid.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Euangelicæ doctrinæ auſpicium à paupertate eſt Paupertas enim eſt palæſtra, & gymnaſium ſapientiæ. §. 174. n. 4. 316

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Diues enim poſſidendo diuitias mendicat; pauper verò contemnendo ſeruat. §.174. n. 4. p.316. Conſule totum §.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Altè Chriſtus Deus Euangelicam doctrinam ſub præmijs beatitudinum inducit. §. 295. n. 2. p. 536 Nam pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos vitæ viris labores fallit, felicitat, beat. toto illo §. 295. ibid.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Num pauper (ſiquidèm eius eſt regnum cælorum), donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? §. 171. n. 2. 311. & toto §.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Si per *τὸ pauperes ſpiritu*, intelligantur humiles, conſule in Syllabo rerum, verbum, *Humilitas, Superbia.* Si verò *pauperes* intelligantur, vide verbo, *Paupertas, Diuitiæ, Auaritia.*

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. O! cælum pauperibus, mitibus terra promittitur; quid contentioſis reſtat, niſi infernum? §. 249. n. 2. 460

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Imò è contrario etiam, Qui poſſident terram, mites eſſe debent. Nam regni magitudine ira diluitur. §. 121. n. 3. p. 228. Boni Principis eſt, tràſilire terminos æquitatum. §. 129. n. 5. p. 242. Proprium Principum elogium clementia eſt. toto §. 12. 39

Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. O! ſic lacrymæ cæleſtibus delicijs exuberant? §. 172. n. 5. & 4. 313

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c Et quidèm ieiunij beneficio, eſuries, imò & cupiditas virtutum ingeritur. §. 18. n. 2. 49

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c. Scilicet cupiditate & concupiſcentiâ eſurire ac ſitire debemus iuſtitiam §. 128. n. 5. pag. 240. Quia ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile humanum ingenium. toto illo §. 128. 239

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Ceterùm virtutum fames in ſitim conuertitur. §. 190. n. 2. 351

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam &c. Sic enim quis debet ſtudioſus eſſe virtutis, vt priorem iuſtitiam vlteriore ac vlteriore inceſſanter deprimat. §. 276. n. 5. 506

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c. Per eſuriem ac ſitim, peridoneè zelus exponitur; qui debet eſſe velut fames, & ſitis. Nemo enim propriè alijs eſurit, ſitit alijs; ſed potiùs ſibi. §. 269. n. 2. 493

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam..... Beati miſericordes. &c. Conſultò poſt eſuriem, id eſt, zelum, ponitur miſericordia. & pacis ſtudium; ne quis nimio zelo immiſericorditer agat, & pacem inquietet. §. 269. n. 2. ibid.

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Nimirùm eſt etiam piiſſimis viris concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis, quæ in virtute inuenitur. §. 215. n. 5. 394

Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Nam plenitudo virtutum eſt miſericordia, cui Deus plura reſtituit. §. 235. n. 5. & 3. 427

Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Indè arcanè eſt, quòd Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. §. 41. n. 6. 89

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam &c. Tyrannorum perſecutio beat? Nempe corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat. §. 295. n. 5. 537

Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. Porrò Chiſtianiſmi character eſt, quòd inimicis perſecutoribus gratias agit. §. 273. n. 3. 500

Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. Nimirùm Chriſtiana patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n. 3 97

Gaudete, & exultate, &c. Porrò in acerbitate perſecutionum & calamitatum, & exultim lætari, & mutuò gratulari

Digitized by Google

gratulari nos decet. toto §. 172 p. 312. Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. & §. 284. n. 5. p 342. & 518

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. De cæleſti Beatorum gloriâ, conſule in Syllabo rerum, verbo, *Beatitudo.*

In feſto Præſentationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ XI.

E*Xtollens vocem quædam mulier de turbâ*, &c. Etſi vocem ſublimiùs extollat, impar eſt humanæ cogitationis pia audacia, Mariam dignè laudare. §. 330. n. 1. p. 601. Quicquid mundus glorioſum habet, Deiparæ tribuendum eſt. ibi.

Extollens vocem quædam mulier de turbâ, &c. Benè extollit vocem, vt incarnatum Verbum in Mariâ laudet. Porrò Maria eſt Incarnationis, & Redemptionis panegyris. §. 331. n. 6. 604

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Nimirùm quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Marianæ mentis. §. 308. n. 4. 565

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Hinc arcanè Filij benignitas, & humilitas Matris miſcentur, ac merguntur. §. 322. n. 2. 588

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Dum Filium laudare ambit, Mariam laudat? Inter Filium Deum ac Deiparam aliqua identitas eſt. §. 327. n. 5. p. 597. Deiparæ in vnâ carne, & in vno ſpiritu cum Filio Deo indiuiſum fuit vnitatis myſterium. §. 305. num. 3. 560

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Blandà lactantium vberum compellatione nominatur Deipara, tametſi appellatur, Horrendum Incarnationis inſtrumentum. §. 310. n. 4. 569

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Beatus inquam: porrò Chriſtus virgineo lacte excitatur ad exinanitionem peccati. §. 319. n. 3. p. 583. Virginalis mamma confortat cor aduersùs peccati venenum. ibi. n. 4. 584

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Num Deipara Virginalem præbet mammam, quò Chriſtus Diabolicum exugat venenum? §. 301. n. 3. 553

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Sic Chriſtus Deus dicitur, Mariani cordis dimidium. §. 327. n. 6. p. 597. Deus Deiparæ, & Deipara Deo, per amorem velut conuiſcerantur. ibid. n. 5. Filij ac Matris immenſus amor, in affectuum pelago mergitur. §. 327. n. 4. 596

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. An ventre ac vbere Deipara Deum reparare dicitur? §. 330. num. 5. 602

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. In eius ventre Chriſtus hoſpitatur. Indè hoſpitalitatis pelagus eſſe dicitur in Deiparâ? §. 310. n. 5. 169

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Inde etiam beata. Porrò Maria ex ore Dei prodit, quia os Dei peperit. §. 305. n. 4. p. 560. Quin & os Mariæ, os Chriſti dicitur. §. 320. n. 5. 585

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. De obedientiâ Deiparæ, vide in verbo. *Maria.*

Multiplex ratio cur Deipara in templo præſentatur §. 329. num. 2. 599

An quia in tam tenerâ ætate præſentatur in templo indè Maria dicitur, Aurorans prædæ? §. 329. n. 3. p. 600. Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret §. 313. n. 5. 574

Adducitúrne Deipara ad templum, quia eſt ſacrum vnctionis oleum, quo Sacerdotes vnguntur? §. 318. num. 3. 582

Quia in tam tenerâ ætate Maria it præproperè in templum, ideóne dicitur, Mens rapida? §. 328. n. 5. 599.

In terrâ eſt Maria, & in Dei templo, cæli ſymbolo lætanter habitat. An indè appellatur, Gaudiorum vinculum cæli & terræ? §. 320. n. 7. 586

Puella Maria in templo, Euchariſtici myſterij ſymbolo alitur. n. §. 329. n. 2. p. 599. Quin & Spiritus-ſanctus, nutricius Virginis efficitur. quare? §. 330 n. 3. 602

Plura qui volet, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Maria*: vnde è multis aliqua de proprio genio ad hoc feſtum adaptare, procliue erit. Adeat etiam verbum, *Templum*, & pro eius pueritiâ §. 35. 78

DE COMMVNI.

FESTA omnia Beatæ Virginis, ſuis locis elucidantur. Omnia etiam Chriſti Dei, & fidei Chriſtianæ myſteria; & Apoſtolorum feſta.

De Communi vnius Martyris.

Adi feſtum ſancti Blaſij Epiſcopi & Martyris, & ſancti Laurentij.

De Communi plurimorum Martyrum.

Adi feſtum S. Sebaſtiani.

De Communi Confeſſorum Pontificum.

Adi feſtum S. Nicolai.

De Communi Doctorum.

Adi feſtum S. Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.

De Communi Confeſſorum non Pontificum.

Adi feſtum S. P. N. Ignatij.

De Communi Abbatum.

Adi feſtum de conuerſione S. Paulli.

De Communi Virginum, & Martyrum.

Adi feſtum S. Agnetis.

De Communi non Virginum, & Viduarum.

Adi feſtum S. Annæ.

Pro Dedicatione Eccleſiæ.

Adi §. 39. Vbi multa de Templo. 85

Pro Defunctorum funereis exuuiis.

Adi in Syllabo rerum, verbum, *Mors, Sepultura, Homo, Voluptas.*

Ethica

Index Concionatorius.

Ethica perſtrictim elucidatio

PSALMI L.

Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. &c. Scilicet Dauid, pœnitentium idea, magnæ Miſericordiæ crebras Miſerationes aduocat auxiliares, ne facilioris veniæ ſpes inaniter præſumpta commeatum faciat delinquendi. §. 50. n. 2. p.103. Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto illo §. 50. pag 103

Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Nimirùm delicti ſui magnitudinem, magnæ Dei miſericordiæ prædicatione exaggerat. §. 294. num. 2. 534

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Num miſericordiæ diuinæ magnitudo, magnitudini peccati proportionatur? §. 194.n.3. 535

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Nempè magna diuinæ Incarnationis miſericordia, neceſſaria fuit magno delicto expiando. §. 294. num. 4. ibid.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Cur miſerationes aduocat, vt miſericordiam excitet? An vſu miſerendi, miſericordia Dei, potiùs quàm eius iuſtitia præſcribit? §. 278. n. 1.p. 508. Conſule totum §. huic themati peridoneum.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Satagítne Dauid, non ſolùm vt peccati vulnus curetur, ſed ne cicatrix quidèm vulneris relinquatur. §. 110. n. 2. 60

Amplius laua me ab iniquitate meâ: & à peccato meo munda me. Quid eſt *amplius* laua me? Scilicet expetit, vt non ſolùm curetur iniquitatis vulnus, verùm ne illius quidèm cicatrix relinquatur. §. 40. num. 5. 87

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contrà me eſt ſemper. Ad peccati veniam allegat, quòd illud benè cognoſcit. Nimirùm faſcino voluptatis conſopitur homo, ne ad enorme flagitium attendat. §. 200. n. 6. 369

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, &c. Mirum ſanè eſt quòd iniquitatem cognoſcat ſuam. Nam libido rationis expertem facere dicitur. §. 61.n. 5. & §. 99. n. 3. p.123. & 186. Vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. 122

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, &c. Benè eſt, peccatum ſuum cognoſcat; ſed cautè illud cognoſcere expedit. Nam in pœnitente voluptuoſi ſceleris recordatio, ſæpè inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur toto §. 59. p. 128. præſertim n. 1. 119

Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Porrò vita luxurioſorum quotidie moriens effertur. §. 196. n. 3. p. 361. Inueterata libido impœuitentiæ vicinatur. ibi. n. 4. 362

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Siquidèm grauis peccati malitia omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit. toto §. 56. 113

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Porrò peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationum lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exaggerat. toto §. 90. 170

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Conſultò ait *ſemper.* Scilicet nimis tenax eſt peccati malitia, & peccatorum fœcunda. toto § 146. 169

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Sic diabolicam inceſſanter hoſtilitatem in pecccato agnoſcit. Nam peccatoris animo emortuo inſtar vermium ſunt dæmones. §. 95. n. 2. 179

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Soli Deo peccaſſe dicitur, quia non aduersùs hoſtes ſuos, ſed contrà Deum ingratus & iniurius extitit. §. 76. n. 2. 147

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci Quare Dauid ſoli Deo peccaſſe dicit, cùm aduersùs Vriam atrociter pecccauerit? Scilicet quia nullus hominum Dauidem reprehenderat, ſed ſolus Deus, ideò ſoli Deo peccaſſe dicit. §. 201. n. 2. 370

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Quia nullus hominum, ſed ſolus Deus Dauidem reprehenderat. Heu nefarijs Principum ſceleribus, aulici Sapientes *indulgentiam* ambitioſè exhibent! §. 201. n. 3. ibid.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Potiò libidinis peccatum, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. n. 3. 122

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Et ſoli Deo peccaſſe dicit, qui ſic enormiter aduersùs Vriam deliquit? Scilicet Principi, ac iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. toto §. 271. præſertim n. 1. 497

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Non dicit ſe peccaſſe in ſolum Deum; ſed ſoli Deo peccaſſe. Nam Dauidici peccati occaſione Dei Iuſtitia, & diuina Miſericordia prælucent, & illuſtriores micantiùs apparent. §. 294. n. 2. 534

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Soli Deo peccaſſe dicit; quia nemini mortalium, ſed ſoli Deo notum fuit illius flagitium. Sed quid dicetur de Ioabi coniecturis? Num Ioab putauit regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad alienæ ouiculæ raptum? §. 13. n. 3. 41

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Hem! vincit Iudex cùm reum reddit purum, illúmque abſoluit. §. 12. n. 5. 40

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Quæ eſt hæc Dei victoria in humano iudicio: Nimirùm Chriſtus Deus cùm in iudicio damnatur, plenam victoriam reportat. §. 251. n. 5. 464

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Quorsùm cùm ſui ſceleris veniam expoſcit, commune originis delictum adducit? Nempè Dauid ex ſceleroſâ multorũ malitiâ, ſuũ ſcelus ad punitionem exaggerat quare? §. 65. n. 3. p. 129

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea. An à peccato venit, vt per nuptias homo naſcatur? §. 265. n. 2. 487

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis, concepit me mater mea. Scilicet Dauid allegat, ad veniam Maiorum delicta, quibus pepercit Deus; illúmque ſupplicat, vt ſeipſum imitetur. §. 278. n. 3. 509

Ecce enim veritatem dilexiſti. Adeò vt Deus vel quod dixit ironicè, verum faciat. §. 143. n. 3.p.265. Homo mendax, ſummam veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere molitur. §. 268. n. 3. 492

Incerta & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi. Quaſi peccatum tectiùs abſconſum, & quod ſcandalum non ciet, incertum quodammodò cenſeatur ad ſupplicij rigores. §. 193. n. 2. 356

Incerta & occulta ſapientia tua manifeſtaſti mihi. Videlicet *Incerta* vocantur, quæ priùs incerta erant, etſi certa iam ſint. §. 58. n. 4. p 117. Hem! homini adhuc poſt denuo perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto illo §. 58. 116

à Chriſto, quia humilis eſt, an quia ſapiens ? Nimirùm humilitas Doctoris eſt doctrinæ vigor, & ſuadelæ energia. §. 297. n. 3. 540

Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Porrò ſublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. 206

Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Humilitatem cordis in primis exigit in doctore. Nam humilitas Concionatoris cor reddit potabile. §. 297. num. 3. 540

Quiſquis S. Matthiæ laudes prædicare velit, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Concionator, Sapiens, Martyr, Perfectus vir.*

In feſto S. Ioſephi Deiparæ Sponſi.

MATTHÆI I.

Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Prudens eximiè Ioſephus, qui morum elegantiam in vxore potiùs experiuit. toto §. 281. 513

Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph. Felix Ioſephus tali connubio fundatus. Porrò bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri. §. 281. n. 5. 514

Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu-ſancto. De puriſſimâ Deiparæ virginitate, & diuinâ maternitate, adi feſtum Annunciationis.

Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus. &c. Nimirùm Ioſeph cinctus erat iuſtitiæ zonâ. Nam coniux Deipara fecit animæ ſuæ, ideſt, Ioſepho cingulum. §. 323. n. 4. 590

Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Cur tumentem ſponſæ vterum videns Ioſephus, nil ſiniſtrum de eius pudore cogitauit? Scilicet virginitas eſt omnis bonæ mentis præiudicium. §. 207. n. 6. 381

Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Prudenter peritum patrem-familias Ioſephus implet, nec leui ſuſpicione culpans vxorem. Porrò beneuola ſuſpicio gubernatorem, maleuola calumniatorem excudit. §. 233. n. 6. p. 424. Innocens de ſe alios æſtimat. §. 203. n. 4. 374

Ioſeph autem vir eius cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, &c. Iuſtus Ioſeph nil ſiniſtrum de ſponsâ cogitat. Sanè irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. n. 3. p. 388. Et ſanè anteacta vita vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. toto §. 216. 394

Hæc autem eo cogitante, &c. His cogitationibus Ioſephi animus cruciabatur. Heu, nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt! toto §. 265. p. 486. Et ſi *requies* in Bibliis pro nuptiis vſurpetur. §. 184. n. 2. 334

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini, &c. Sed cur Magos ipſe Deus, Ioſephum verò Angelus admonet? Scilicet Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. quare? §. 141. num. 5. 262

Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, &c. Imaginationi ſomniantis tanta res creditur? Scilicet vir bonus & iuſtus eſt velut ſomniorum arbiter. §. 231. n. 1. p. 419. Perfectus vir etiam in ſomno, per imaginationes ad decentiam attendit. ibid. n. 2.

Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens &c. Opinor in tantâ zelotypiæ agoniâ, ſatiùs foret orationi, quàm ſomno vacare. At Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. n. 4. p. 420. Dicatur ergò Ioſeph, ſicut Iacob, Bonus in ſomno operarius. §. 231. n. 3. 420

Noli timere accipere Mariam, &c. Quæ per diuinæ corporationis ſacramentum, Deum hominibus, & homines Deo reparare dicitur. §. 309 n. 3. 566

Et vocabis nomen eius Ieſum. Nomen autem Ieſu, eſt ſanctificatio, conſecratio, ſeparatio, & corona. §. 18. n. 4. 67

Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini. Vnde Ioſephi ſuffragio, inuiolabile redditur Marianæ virginitatis iudicium. §. 206. num. 5. p. 397. Porrò maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & Domus aſyli nuncupatur. toto illo §. 206. 378

In feſto Annunciationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ..... ad Virginem, &c. Gabriel, id eſt, Deus homo, Deum hominem naſciturum faciliùs perſuadet. §. 71 n. 4. 139

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ..... ad Virginem, &c. Porro Deus ſuo iudicio naſciturus, ex Virgine naſci oportebat. §. 307. n. 5. 564

Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem, &c. Cur patriam, nomen, ſponſum, &c tam exactè Euangeliſta recenſet? Scilicet ne Deiparæ natura vltrà humanam putetur. §. 310. n. 3. 568

Et nomen virginis Maria. Mariam autem nominare, eſt eius nomen inſculpere. §. 304. num. 2. pag. 558. Mariæ nomen vices cum ipsâ reciprocat, & ipſa cum nomine. ibid. num. 4. Maria autem roganda eſt, vt ipſa nobis ſit ſui nominis interpres. §. 304. num. 5. p. 559

Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratiâ plena. Quàm putetur efficax Angeli vox ad Deiparam. §. 97. n. 3. p. 182. Num Deipara Gabrielis vocem, feminis loco ſuſcepit? 307. n. 4. 563

Aue gratiâ plena. Deipara ob caſtam virginitatem dicitur gratiâ plena: ne Gentiles Incarnationis veritatem derideant, qui ex paſſionibus vitiiſque ſua Numina conſtituunt, & ſua probra Deitate donant. §. 309. n. 1. & 2. 566

Et ingreſſus Angelus (Gabriel eſt lychnus, qui Solem indicat,) *dixit: Aue gratiâ plena: Dominus tecum.* Quare Virgo Maria eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. 568

Aue gratia plena: Dominus tecum. Quæ immenſi gaudij genitrix nominatur. §. 320. n. 1. 584

Aue gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. An quia Deipara perſeuerauit virgo, Benedicta nominatur? §. 40. n. 3. 87

Quæ cùm audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Audiens humilis Virgo ſuas laudes ex ore Angelico, turbata eſt. Verùm idonea opportunè laus, virtutum cupiditatem ingerere ſolet, & laudatores facit eiuſdem coronæ participes toto §. 224. & §. 223. 408. & 406

Inueniſti enim gratiam apud Deum. Nimirùm Beata Virgo gratiâ plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit. §. 190. n. 3. 351

Inueniſti enim gratiam apud Deum. Quod de experientiâ Angelus noſcit. Nam præluſtribus Mariæ gratijs Angeli

Digitized by Google

Angeli potantur. §. 94. n. 2. 177

Inueniſti enim gratiam apud Deum. Nam Deipara humanæ naturæ particeps, dona homine maiora conſecuta eſt. §. 310. n. 3. p. 568. Num in Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit? ibid. n. 1. Hinc Deipara dicitur, Gratia virtutum, ſpecies iuſtitiæ, & pulchra animi forma. §. 306. n 4. 561

Ecce concipies, & paries filium, &c. Ecce iam iam adeſt expectatiſſimum Incarnationis myſterium, ex quo mirè erigitur ſpes humana. toto §. 72. 140

Dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, &c. Num Dauid & Chriſtus ante regnum formam ſeruituris affectant? §. 221. n. 3. 404

Et regni eius non erit finis. Hæc ſolius regis Chriſti prærogatiua eſt. O! ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus ponenda eſt. §. 306. n. 2. 561

Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Scilicet Beata Virgo Angeli ſermonem confert cum virginitatis ſignaculis. §. 307. n. 3. p. 563. Et præcisè diuinæ maternitati virginitatem præfert. ibid.

Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, &c. Nempè Spiritus-ſanctus per ſuperuentum Virgini Deiparæ gratificatur. §. 331. n. 6. 604

Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Nimirùm Beata virgo velut rubus diuino igne rigatur. §. 309. n. 4. 567

Ecce ancilla Domini, &c. Cùm Mater Dei nominatur, ſe appellat ancillam? Num ſumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. p. 255. Filij benignitas, & humilitas Matris miſceri? mergive poſſunt? §. 322. n. 2. p. 588. Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. ibid. Quare Mariæ humilitas, Deum hominibus parit. ibid. n 4.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Exindè Mariæ deſiderio adſcribitur, Verbi in eius vtero Incarnatio. §. 239. n. 2. 433

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Pacatè quidèm, & obſequenter. Et tamen Deipara appellatur, Horrendum Incarnationis inſtrumentum. §. 310. n. 4. 569

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Indéne Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium? §. 317. n. 2. 579

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Deus homo, Mater virgo, & humanus vtrique aſſenſus, Trinitas myſteriorum eſt §. 307. n. 6. p. 564. Deiparæ in vna carne, & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium. §. 305. n. 3. 560

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. An propter hanc expectatiſſimam vocem, Maria dicitur Incarnationis, & redemptionis panegyris? §. 331. n. 6. 604

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Deipara appellatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem fecit. § 323. n. 5. p. 590. Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ, quia fecit animæ ſuæ cingulum, ad obſequium. ibid. n. 4. ibid.

In feſto S. Marci Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

Adi feſtum S. Lucæ Euangeliſtæ? ibi enim hoc Euangelium ethicè elucidatur.

P. Didac. Celada in Ruth.

In feſto Inuentionis Sanctæ Crucis.

IOANNIS III.

Conſule in Syllabo rerum, verbo, *Crux.*

In feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli.

IOANNIS XV.

Ad ſimile Euangelium elucidatur in feſto S S. Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Conſule etiam in Syllabo rerum, verbo, *Apoſtolus*, *Concionator*, *Perfectus vir.*

In feſto B. P. N. Ludouici Gonzaga.

LVCÆ XII.

EVangelium in feſto S. P. N. Ignatij elucidatum eſt. Extrà Euangelicam elucidationem, hæc accipe forſan non inidonea. Vide in Syllabo rerum, verbo, *Gonzaga.*

In iuuenili ætate vitam finiuit, Sed in quacumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, tota vita eſt §. 35. n. 1. 78

In iuuenili ætate vitam finiuit. Sed breuioris æui actuoſior manus, pulchrioris gratiæ compendium eſt. §. 35. n. 2. ibid.

In iuuenili ætate vitam finiuit. Sed mores antiquant dies, & nouellos annos. §. 35. n. 4. p. 79. Puer centum annorum: diu fuit, non diu vixit: ibid. n 6. p. 80. Non annis, ſed moribus ſenex æſtimandus. §. 35 n. 5. 79

Cùm prælucere virtutibus cœpit, extinctus eſt. At prima Luna totam lucendi plenitudinem continet, & ſenſim explicat. §. 113. n. 2. 214

Vel à cunis virtutum exercitia in ſe dedicauit. Sanè res dicitur perfecta cùm operari incipit. §. 274. n. 2. 501

Ad mundialem opulentiam & gloriam faſtidioſè nauſeabat, hiabat ad æterna. Porrò bonum quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. 190

Cautè declinauit ſcopulos modeſtiæ, illius eximiè ſtudioſus; benè ſcius, quòd modeſtia, Dei portio nominatur. §. 1. n. 21. & 24. p. 5. & 6

Virtutis riualis quam ſtudioſè ambiuit ſeculo renunciare. Nimirùm declinat turbas, ſecularia negotia fugit, quia virtutis teſſeram ſeruare ambiuit. toto §. 24. p. 60. Frequentia hominum alea eſt; vita verò religioſa ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix, &c. toto §. 31. 71

De minimis ſollicitus, nil apud illum in re virtutis exiguum erat. Profectò bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum: ne ergo modica ſpernas. toto §. 113. p. 214. Magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. 307

Tametſi mundò iam mortuus, delinquendi pericula cautiùs declinabat. Nam parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. quare? §. 117. n. 4. 221

Puer Angelicæ indolis, & paſſionum exors putabatur, quaſi alius à carne, & à ſeipſo alius. §. 38. n. 4. p. 84. Scilicet ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §. 87. 165
Aſſidua paſſionum mortificatio, propè impaſſibilem illum fecit. §. 19. n. 7. p. 52. Quin & ipſas paſſiones aduocat tamquam virtuti auxiliares. toto §. 215. 393
Sedulus inceſſanter erat mortificationi; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, &c. toto §. 150. Trophæorum baſis, gloriæ pignus, & pia inferni æmulatio. toto §. 133. 247

In feſto S. Ioannis Baptiſtæ.

LVCÆ I.

Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Stato nouem menſium tempore Ioannes naſcitur. Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret, §. 37. n. 5. p. 83
Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, &c. Scilicet Ioannes, qui vox, idoneè naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio. §. 232. n. 2. 421
Apertum eſt autem illicò os eius, lingua eius, &c. Nempè Patris taciturnitas in ſignum datur, quòd vocem generabit. §. 187. num. 7. p. 347. Et quidèm Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur. §. 37. n. 5. 83
Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, &c. Porrò vel Ioannis nominatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. §. 28. num. 2. 67
Qui putas puer iſte erit? &c. Cuius laudibus delectabatur Dominus immorari. §. 223. n. 6. 407
Qui putas puer iſte erit? quem Mariana pax in vtero ſanctificauit. §. 324. n. 2. 591
Quis putas puer iſte erit? &c. qui in vtero matris, gaudio in Chriſto vegetatur. §. 284. n. 4. p. 519. Qui exultatione in matris vtero, prædicationem ſuam dedicauit. inibid.
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui vox eſt, quâ verbum conſecrari perhibetur. §. 275. n. 6. 505
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui de boni exempli blandimento, dicitur caſtitatis Legiſlator. §. 213. n. 2. 390. Vbi conglobata Ioannis elogia perſtringuntur.
Quis putas puer iſte erit? &c. Cuius emortui oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur. §. 220. n. 5. 403
Quis putas puer iſte erit? &c. Cuius in eremo cibus, index officij prophetici, & nuncius miniſterij erat. quare? §. 197. n. 3. 363. Qui mauult melle veſci in eremo, quàm extrà eremum auſteriores cibos quærere. §. 197. n. 4. & §. 24. n. 2. 364. & 60
Qui putas puer iſte erit? &c. Cui ſilueſtres auſteritates, melleæ ſunt, deliciæ mundi ſunt fella. §. 104. num. 4. 194
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui veritatẽ humilitate præſtruxit. §. 109. n. 1. 206. Num Ioannis humilitas tanta erat, vt repudiatam Meſſiæ opinionem recuperare poſſet? §. 137. n. 2. 254
Quis putas puer iſte erit? &c. Qui cùm ſpiritum ad menſuram acceperit, mauult in ſe ardere, quàm lucere alijs. § 144. n. 5. 267

In feſto SS. Apoſtolorum Petri & Paulli.

MATTHÆI XVI.

Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? Quid incertum geminum vulgus de ſe ſentiat, Chriſtus interrogat? Profectò male iudicabit, qui ex rei ſuperficie cenſuram vibrat. toto §. 197. p. 363
Quem dicunt homines eſſe Filiũ hominis? Nec pili quidèm faciendum eſt, quid homines etiam de ſanctiſſimo quoque dicant. Nam ſiniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §. 233. 423
Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Non boni, ſed non valdè mali Chriſti cenſores. Heu! irreprehenſibilis hodie eſt, qui de alienis rebus ſaltem non malus commentator exiſtit. §. 212. n. 3. 388. Porrò in aliorum actibus, aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore. ibid. n. 4. 389
Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit, &c. Omnes interrogantur, & vnus, tamquam omnium os, interrogationi reſpondet? Scilicet omnes Apoſtoli, vnus plures erant, & idem omnes, de beneuolæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526
Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Sed cur myſterium Incarnationis hîc Chriſtus non per ſe, ſed per diſcipulos docet? §. 69. n. 5. 136. Nimirùm explorandum potiùs ſæpè eſt, Quid dixerit, quàm quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. toto illo §. 69. 135
Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona. Sed cur ob adſimilem confeſſionem, non Nathanaël, ſed Petrus beatificatur? Nempè quia Petrus prauas Phariſæorum cenſuras neglexit, quas Nathanaël tunc forſan ignorabat. §. 212. n. 2. 388
Beatus es Simon Bar-Iona, id eſt, Filius columbæ, auis gemitu notiſſimæ. Porrò negationem, quam fletu diluerat, toto adhuc mari diluere perſeuerat. §. 40. n. 4. 87
Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi. Quia Petri peramantis ſui iudicium adprobauerat, conſultò addit, id non ſuggeſſiſſe carnis ac ſanguinis affectum. Nam in amantis ore ipſa veritas, aſſentatiuncula gratificans multis videtur. §. 288. n. 3. 525
Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, &c. Sed quare Chriſtus hoc myſterium per ſe non reuelat, ſed interrogatione à diſcipulis extorquet? Scilicet Chriſtus tunc magis docere dicitur, cùm prudenter interrogat. §. 109. n. 2. 207
Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, &c. Petrum ſic coràm Chriſtus laudat? Sanè opportuna laus, teſſera virtutis eſt: & laudabilem inuenit, aut facit. toto §. 223. 406
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues, &c. Ecce tibi Petrus in terris cõſtituitur Chriſti vicarius. An etiam vices clauigeri Petri Chriſtus ſubſtituit? §. 8. n. 2. 32
Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Ecce tibi Petrus in terris eſt alter ipſe Chriſtus, qui in Petro patitur, aut miſericordis compaſſione, aut gloriæ celebritate. §. 30. n. 3. 70
Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Claues regni cæleſtis

leſtis Petro traduntur. An ſi Sacerdos tractat ſecularia, diuinum opus degenerat in humanum? §. 13. n. 4. 42

Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Hanc auguſtam poteſtatem à Petro Sacerdotes participant. Petrus autem non dedit ſacerdotibus quod non habebat aurum. §.107. n.3. p.204. Porrò ex auro Aaroni ſacerdoti dato, Idololatriæ vitulus egreditur. ibid. n. 2. 203

Et quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti pudore cõfeſſionis mercari. toto §.169. p.307

Plura, qui hâc ſuper re volet, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Pœnitentia*, & verbum, *Petrus*, & verbum, *Paulus*.

In feſto Viſitationis S. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

EXurgens Maria abijt in montana. Exurgere adhuc poteſt Maria, & in montana ex depreſſo loco conſcendere; quæ per humilitatem omnibus maior eſt? §. 322. n. 1. 589. Sumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. 255

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Ad Eliſabetham feſtinat hoſpes Maria, in quâ eſt hoſpitalitatis pelagus. §. 310. n. 5. 569

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Præ omnibus feſtinat Maria; quæ niſi præiret, nemo ſpiritualis foret. §. 313. n.5. p.574. Properanter feſtinat, quæ mens rapida nuncupatur. §. 328. n. 5. 599

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Exurgat, & in montana aſcendat Maria; quæ via eſt, & aſcenſus in cælum: & ſuis clientibus cæli atrium. §.317. n. 5. 580

Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione, &c. Exurgens in montana aſcendit Maria, quæ eſt animata Ieruſalem, quæ ad nos deſcendit è cælo? §. 311. n. 2. 570

Intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Porrò vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſubolere videantur, minimè negligere oportet. toto §. 114. 215

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem (Syrus *pacem*) *Mariæ Eliſabeth, exultauit infans*, &c. Per os Mariæ, infans Deus ad infantem Ioannem loquitur, Quare os Mariæ, os Chriſti nominatur. §. 320. n. 3. 585

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exultauit infans in vtero eius. Syrus habet. *Exultauit in gaudio magno*. Porrò gaudium de Mariâ, Beatitudinis exordium dicitur. §.320. n. 2. p.584. Quin & Deipara eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. ibid. n. 3. 585. & toto illo §. 320. 584

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret? §. 37. n. 5. 83

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Hâc Ioannes exultatione prædicationem ſuam dedicauit. §. 284. n.4. p.519. Ioannes in vtero matris, gaudio in Chriſto vegetatur. ibid.

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur, implétque euangelizantis officium. §. 37. n. 5. 83

Et audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Modò infans Ioannes exultatione prænunciat, quod poſteà voce conſecrare dicitur. §. 275. n. 6. 505

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. Benè ad præſentiam & vocem Mariæ, Ioannes exultat. Nam Deipara dicitur, gaudiorum vinculum cæli & terræ. §. 320. n. 7. 586

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exultauit infans in vtero eius. Benè, infans Ioannes exultat deiparæ, cui rerum vniuerſitas, & Angelorum ordines exultant §.320. n.6. p.585. Profectò lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum ſeu gratiarum parens inibi. 585

Vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius. In vitæ aurorâ Ioannes è Diaboli poteſtate eripitur Deiparæ præſentiâ, ac voce. An ideò Deipara dicitur, Aurorans prædæ? §. 329. n. 3. 600

Et clamauit voce magnâ, & dixit Benedicta tu. &c. Magnâ voce, & piè ambitioſo cultu Deipara celebranda eſt. §. 118. n. 5. 223

Et clamauit voce magnâ, & dixit Benedicta tu, &c. Audeat ne Eliſabeth in has voces erumpere, cùm impar ſit humanæ cogitationis pia audacia, Deiparam laudare? §. 330. n.1. p.601. Quicquid mundus glorioſum habet, Mariæ tribuendum inibi. Numquam defuit, deeritve, qui Deiparam laudet. §. 331. n. 7 604

Vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Vndè Eliſabethæ, vt ad illam veniat Maria; quæ de diuinæ Maternitatis elogio, & homines Deo, & Deum hominibus reparare perhibetur? §. 309. n. 3. 566

In feſto S. Mariæ Magdalenæ.

LVCÆ VII.

ECce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Pulchra hæc mulier, peccatricis elogio benè culpatur. Nam pulchra impudicè femina dicitur, Sceptrum inferni, dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen; & quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. 185

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Eſto pulchra Magdalena non fuerit ſcortum, ſed inuerecundè leuicula; meritò peccatricis nomine diffamatur. Nam muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimis honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. 187

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Tanta ne infamiâ puniatur nobilis feminæ inhoneſtas? Imò indè pœnaliſſimè caſtigatur. Nam nobilium feminarum libido acerbiſſimè à Deo punitur. §. 303. n.3. p. 577. Et quidèm nobilitas à moribus eſt. §. 1. n.4. & 5. p.2. Generoſiores dæmones ad libidinem non tentant. §. 61. n. 1. 122

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Sic diffamatur, & culpatur femina, quæ per libidinem, toti Trinitati contumeliam irrogat! §. 61. n. 3. ibid.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Mirum forſan videbitur, quòd hæc mulier libidine famoſa, ad Chriſtum venerit. Porrò libidinoſus dæmoniaco ſimilis eſt, crucis aduerſarius, quotidie moritur, & impœnitentiæ vicinatur. toto §. 196. 361

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, &c. Amoris, non timoris inſtinctu, hæc mulier venit ad Chriſtum. Nam libido infernalis gehennæ memoriam

Digitized by Google

ſenſim abolet. §. 61. n. 5. 123

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. &c. Iure merito ſic diffamatur de carnis concupiſcentiâ. Nam caro, formidabile periculum, Dæmon in luto deliteſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. toto §. 219. 416

Et ſtans retrò ſecus pedes Et ſi retrò præ verecundiâ accedit, huiuſmodi acceſſu ſe peccatricem cõfitetur. Sanè verecundiam confeſſionis præit gratia, & gratia ſubſequitur origini reſpondens. §. 254. n. 5. 468. Ne ergò erubeſcat peccator, æternam vitam præſenti confeſſioni s pudore mercari. toto §. 169. 307

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Ipſa lacrymis ad pedes accedit: ſed Dei manus tractat peccatorum lacrymas; quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §. 57. 115

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Scilicet voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ in lacrymas conuertebantur. §. 215. n. 4. 394

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Nimirùm amoroſa cordis contritio, peccatum expunxerat: ſed cicatrix ex vulnere peccati, lacrymis abolenda erat. §. 42. num. 5. 87

Lacrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat, &c. O quàm ſedulò, & inſtanter peccatorum veniam procurat! Plúſne eſt à vitio ſe reuocare quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Lacrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat, &c. Felices lacrymæ, quas benigna Conditoris manus abſterget. §. 57. n. 3. 115

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt. Scilicet Chriſtus inſcitiæ damnatur, ne ex tactu mulieris, libidinis arguatur. §. 61. n. 6. 123

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, &c. Quid eſt, τὸ *Quæ*? Num libido in hominis ſubſtantiam abit? Saltem vita animæ dicitur *Senſualitas*. §. 61. n. 4. 122

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum, &c. Indignatur Phariſæus, quia cum obſcœnè lapſis odium cum charitate non miſcet. §. 203. n. 3. 373

Hic, ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum. &c. Deus enim inhoneſtos nec apud ſe peregrinari vult. §. 205. n. 3. 377

Sciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt. Timétne de attactu libidinis ſordes? Sed Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos maculet. toto §. 160. 292

At ille (Ieſus) *dixit Rectè indicaſti.* Nempè hâc in re laudatur Phariſæi ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur. §. 92. n. 3. p. 531. Quin &, *Rectè indicat* qui male cogitauit. §. 92. n. 2. ibid.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Num dilectio hic dicitur confeſſionis ſynonymum? quare? §. 254. n. 4. 469

Vade in pace. Excuſâ Phariſæi calumniâ illam in pace abire iubet. O quàm eſt arduum cum omnibus pacem habere! §. 157. n. 1. 287

In feſto Sancti Iacobi Apoſtoli.

MATTHÆI XX.

Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis. &c. Dum ad obtinendas dignitates, matrem inducunt, ſeipſos illis extorquendis impares fatentur. Scilicet ambitio ſuos appetitores inuitiat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat toto §. 261. p. 480. ſumptuoſior prælucendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110. 208

Adorans, & petens aliquid ab eo. Prius humiliter adorat, vt petat. Nam humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. §. 139. n. 6. 259

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram, &c. Heu ſic dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit; & pertinaciter ſtimulat! toto §. 85. 162

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Reliquis Apoſtolis prælucere & præſidere ambitioſè expetunt. Et tamen de humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §. 189. n. 3. 349

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Sollicitè ambiunt, vt id Chriſtus Deus vel obiter *dicat*, vt certò adimpleatur. Num vel quod ironicè dixit Deus verum facit, ad fidelitatis redundantiam? §. 143. n. 2. 264

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, &c. Malè obnixiùs orant, vt otioſè *ſedeant*. Porrò oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis actuoſè operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. 229

Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam &c. Malè orant, vt otioſè quieti *ſedeant*. Nam læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto §. 124. 233

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. In regno Chriſti neſcit quid petit, qui magna duntaxat expetit. Porrò non eſt magnus qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. 227

Neſcitis quid petatis. Quibus verbis ſuperba ambitio ignorantiæ damnatur. Nam ſublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. 206

Neſcitis quid petatis. Neſcit quid petit, qui faſtigia ambitioſè petit porrò humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dediſcit, vltrà ſeipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. toto §. 137. p. 254. Homo euacuetur vnde plenus eſt, vt impleatur vnde vacuus eſt. §. 122. n. 3. 230

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis, quid petatis, Mater dignitates petit, & ſermonem conuertit ad filios, tamquam ambitionis reos. Profectò quod quis tectiùs affectat celare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat toto. §. 259. 477

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Nimirùm Apoſtoli poſſe ſe dicunt, quæ obnixè volunt. §. 241. n. 2. p. 436. Nam voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra. Velis, & poteris. toto illo §. 241. 436

Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Sine culpâ bibitur hic mortificationis calix; quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatum deceptio. toto §. 150. 276

Calicem quidèm meum bibetis. Sanè calix perſecutionum victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt. §. 46. num. 5. 97

Calicem quidèm meum bibetis. Quid eſt, *Meum*? Quia in Martyribus Chriſtus pati, & occidi perhibetur. §. 89. n. 5. p. 170. Et ſanè Martyribus Chriſtus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. n. 5. 310

Sedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis. Chriſtus iuriſdictioni ſuæ cedit, ne repulsâ petitores pudefaciat §. 70. n. 3. & toto ferè. §. 137

In

Digitized by Google

Index Concionatorius.

In feſto S. Annæ, matris Deiparæ.

MATTHÆI XIII.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. &c. At virtus etſi in intimis & abſcondito perficitur; opportunè autem aliquandò extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. toto §. 147. p. 271. Verùm qui gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. 306

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. &c. Tantáne abſcondendorũ operum ambitio? Scilicet humilis ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit. §. 137. n. 4. 256. Humilitas neſcit ſe eſſe virtutem? §. 137. n. 5. ibid.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. O arcanam inuiſè abſconſionem! Porrò magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. 168. n. 7. 307

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Geminatâ virtutum abſconſione opus eſt, ad earum tutamentum? O quàm de facili hominibus vana gloria ſubrepit! toto §. 285. 519

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Valdè ſollicitè ſemel abſconſum, iterùm abſcondit, ne vanagloria bonorum mercaturam faciat. §. 168. n. 3. 306. Porrò vanagloria, ſicut Amaſias Idumæos vincens, eorum Deos adorat. Ibidem n. 2. ibid.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit. Non vt vni ſibi hunc theſaurum ſeruet ſed vt ſibi ſeruet, alijs eum donando. Sic Ioachim & Anna non fraudantur cæleſti munere, quod mundo donant. §. 303. n. 4. p. 557. Beata Anna parit Mariam, ne deſit humano generi munus, quod Deo donet. ibid. 557

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo. &c. Hunc Mariæ theſaurum Ioachim & Anna, non tam feciſſe, quàm *inueniſſe* dicuntur. Porrò Ioachimi & Annæ genitalis oratio dicitur. §. 307. n. 4. p. 563. Non tam Mariam concepit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. §. 309. n. 6. 568

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo. &c. Hic theſaurus, verè Mariæ eſt; in quâ ſunt Incarnationis gazæ mirabiliter depoſitæ. quomodo? §. 311. n. 3. 570. Deiparæ opulentia eſt poſſeſſio multorum. ibidèm 570. Deipara opulenta eſt ſpolijs, quæ à mundo, & Dæmone, & Filio trahit. §. 311. n. 5. 571. Num in B. Deiparâ, confidit Chriſtus, vt eum ſpolijs ditet? §. 314. n. 6. 576

Quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, &c. De inuento Mariano theſauro pulchrè gaudet? Nam Mariæ eſt theſaurus voluptatum. §. 320. n. 2. 584. Maria eſt immenſi gaudij genitrix: gaudij organum eſt, edocta, & iuſſa gaudere. ibid. n. 1. Maria eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. §. 320. n. 4. 585

Quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, &c. Benè de Mariâ gaudet, quæ gaudiorum vinculum cæli ac terræ nominatur. §. 320. n. 7. 586 Gaudium de deiparâ, Beatitudinis exordium dicitur. ibid. n. 3. 585. Lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum ſeu gratiarum parens. §. 320. n. 6. 585

Præ gaudio illius (theſauri inquam *vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.* Quid emptioni, & venditioni ad Deiparam ſumptuoſiùs poſſidendam? Sanè Deipara eſt, ſalutaris commercij nundinæ. §. 330. n. 6. 602

Vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Rerum omnium abdicatione theſaurum virtutum emit. Porrò pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. toto §. 161. p. 294. Num pauper hoc theſauro diues, donandi diuitibus regni cælorum arbiter eſt? toto §. 171. 310

Pro feſtis ſanctarum viduarum, vide in Syllabo rerum, verbo, *Viduæ, Mortificatio, Caſtitas, Labores, Perfectus vir.*

In feſto S. P. N. Ignatij.

LVCÆ XII.

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic ſe per mortificationem præcinxit Ignatius, vt acre olim ac præruptum ingenium, in lene ac placidum velut ſubſtantiauerit. §. 214. n. 2. 391

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic ſe per aſſiduam mortificationem præcinxit Ignatius, vt ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium traxerit. toto §. 87. 165. Parum hoc, niſi ipſas paſſiones aduocaret virtuti auxiliares. toto §. 215. 393

Sint lumbi veſtri præcincti. Ad virtutis iter præcingitur Ignatius, qui à Manreſlæ raptu, ſic beatæ gloriæ amore impreſsè effectus fuit, vt per obſtantia, & ardua quæque alacris ierit. toto §. 151. 277

Sint lumbi veſtri præcincti. Sic concupiſcentiam ac cupiditatem præcinxit, quaſi ei foret cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis. §. 215. n. 5. 394

Sint lumbi veſtri præcincti. Expromptè ad obſequium præcinctus, in parendi gymnaſio, ſublimiorem imperandi politiam erudiuit. toto §. 221. 403

Sint lumbi veſtri præcincti. Vltra vires, & captum, Apoſtolorum obſequium imitatus. §. 219. n. 5. 401

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Per iubar viſcerofum beneficentiæ, cui ſe & ſuos prorſùs impendit. §. 289. n. 4. 527

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Vt Domino, quem expectant, luceant; non ſibi. Porrò tota Ignatij Philoſophia diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit, abiectâ mundi gloriolâ. toto §. 29. 68

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Ioannem imitatus, qui mauult ardere, quàm lucere alijs. §. 144. n. 5. 267

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Porrò Ignatius inſtar Angeli, quaſi ignis flando volat. §. 95. n. 4. 179. Imò & qui nuper ſacer ignis erat, contrarium atque humile aquæ miniſterium obit. §. 116. n. 2. 219

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non ſibi, ſed Deo prælucens. Nam prælustris Ignatij dignitas, diuinæ gloriæ tota militat. toto §. 282. p. 515. ſe propriâ gloriâ exuere, & diuinam dumtaxat ſpectare, paucorum eſt. §. 261. n. 6. 481

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non ſibi, ſed Deo perlucens. Nam humanam gloriolam Ignatius Deo victimat, & diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit. toto §. 29. p. 68 Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §. 138 256

Digitized by Google

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Non tam lucet, quàm ardet, & ardendo conſumitur. Tunc enim homo ſublimiùs proficit, cùm à ſeipſo funditùs deficit. §. 189. n. 5. 350

Et vos ſimiles hominibus. Dum Sāctorum perfectiſſimos depingit, ſimiles hominibus tradit. Nam in re virtutis, ſingularitatis fama non benè ambitur. §. 25. n. 2. 61

Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. Apoſtoli Chriſtum ſequentes, ſubſelliis munerantur; his ſeruis expectantibus & ſeſſio, & Chriſti miniſterium promittitur. Plúſne quàm Chriſti ſequela præmiatur ſpes? §. 166. n. 2. 302

Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, &c. Chriſtúſne ſe reſtringit, ne omnium bonorum affuſionem nobis ſuppeditet? §. 179. n. 4. 325

Et ſi venerit in ſecundâ vigiliâ, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, &c. Cur ſenes ſicut pueri (qui in primâ, & quartâ vigiliâ ſunt) non admonentur, vt vigilent? 83. num. 5. 160

In feſto Transfigurationis Domini.

MATTHÆI XVII.

Vide in Dominicâ ſecundâ Quadrageſimæ.

In feſto S. Laurentij Martyris.

IOANNIS XII.

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Granum frumenti exanimale quippiam eſt, & ſenſu carens; huic aptè Laurentius comparetur? Eſtne à mortificatione impaſſibilis Laurentij tolerantia? §. 31 n. 6. pag. 73

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. &c. Tam glorioſè moritur, qui *in terram* cadit? Eccur non tam cæli, quàm terra dicitur plena gloriâ Dei? §. 7. num. 2. 31

Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit. &c. Sed quomodò terræ defectu ſemen diuini verbi ſterileſcit? §. 7. num. 3. ibid.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram, & ſic glorioſè Laurentius vincit? Profectò glorioſi eſt athletæ, cædi, & vincere. §. 46. n. 4. p. 97 Calix perſecutionum, victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt ibid. num. 5.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit, & vincit? Scilicet in Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis perſecutoribus, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. 463

Cadens in terram, mortuum fuerit. Sic caro per mortificationem fit ſpiritualium trophæorum baſis. §. 133. num. 1. 247

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Moritur victrici ac glorioſâ renaſcendi ſpe. Porrò ſpei nomen victoriale eſt, victoriam vocabulo præferens. §. 167. n. 3. 304

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram Martyr; ſed eius patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n. 3. 97

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit in terram Martyr, cuius vulnera cæleſtes præferunt ſtellas, Chriſtum etiam coronant, dum patientiæ maieſtate cruciamenta calcat. toto §. 88. 167

Cadens in terram mortuum fuerit, &c. Sic eſt glorioſa Martyrum mors, vt Deus pœnâ mortis Adamum punierit, præſcius indè futuros eſſe Martyres? §. 88. num. 2. ibid.

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Patienti Laurentio Chriſtus cōpatitur, an in eius paſſione exultat? Certè Chriſtus Martyribus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. n. 5. 310

Cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Cadit, moritur Laurentius, pauidè ferociente Tyranno Nam minax atrociter Tyrannorum furor, plerumque ſumit à puſillanimitate principium. toto §. 54. 110

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ecquis eſt hic fructus? Non Martyr paſſione ſuâ debitam pro Chriſti paſſione refert gratiam? §. 89. n. 2. p. 169 Martyr vicem pro Dominicâ Paſſione rependere dicitur. quare? ibid. num. 3. ibid. Quare Deus dicatur Martyribus non tam gratiam tribuere, quàm retribuere? §. 89. n. 4. ibid.

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd paſſio Martyris, Chriſti paſſionem honorat? §. 89. n. 5. 170

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd vitam à morte mutuatur: Porrò diuina prouidentia vitales inflegit plagas. §. 290. n. 3. & 4. 528

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, quòd vulnera corona premit, & palma effuſum ſanguinem obſcurat? §. 295 n. 5. 537

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. An hic fructus eſt, exultans lætitia? Porrò læta in duris calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Martyrum ſuperbia. toto §. 185 p. 342. Sane in acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172. 312

In feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. id eſt, in oppidum muris circundatum ad hoſtilitatem arcendam. Sanè Deiparæ auxilium hoſtibus opponendum eſt velut palma & trophæum. §. 318. n. 5. p. 581 legatur totus §. vbi Maria probatur regnorum præſidium. Num è Virginali etiam vtero, hoſtilitatem aliquam aduerſus peccatum, Chriſtus hauſit, arripuit, expreſſit toto §. 319. 585

Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Fuit in Deiparâ hoſpitalitatis pelagus. §. 310. n. 5. 569. Quomodò Chriſtus exceptus ſit in vtero Virginis, vide in feſto Annunciationis.

Et huic erat ſoror nomine Maria. Si iuuat aliquid libare de Mariæ nomine, conſule totum §. 304. 558.

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat, &c. Benè demiſſa ad pedes Domini. Porrò humilitas, quaſi propria virtus, diuinæ exhibenda eſt maieſtati. §. 322. n. 5. p. 510. Humilitas eſt reliquarum virtutum Mariæ gratia. ibid n. 6. 591

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat, &c. Sic Dominus excipitur. Num ſumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt §. 137. num. 3. p. 255. Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. 590

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Sed Mariæ ſcientia ſedet ſuper Cherubim, id eſt ſcientiæ plenitudinem. §. 321. p. 586. De Mariæ ſapientiâ conſule totum illum §. 321. ibid.

Non

Digitized by Google

Non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Hæc dixit Martha, operoſior ſollicitè hoſpes. Nimirùm vita actiua operibus ſedula, Deiparam ambit. §. 331. num. 1. 603
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Sic numquam defuit, deeritue qui Mariam laudet. §. 331. num. 7. 604
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Sed cur Maria, quæ optimam partem elegit, in valle Ioſaphat commoratur, ac ſepelitur. §. 53. n. 3. p. 20. Et quidem cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Mariæ ingeritur. §. 81. n. 3. 156
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nam Mariæ eſt alter à Triade honos. §. 305. n. 5. 560
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nimirùm gloriâ, quâ Filium Deum decet, Deipara beatur. §. 328. num. 1. 598
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Optimam in cælo partem Deipara elegit, cui gratiæ & gloriæ immenſitàs tribuitur. quare? 328. n. 2. ibid.
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Optimam partem elegit, cui Deus Pater gloriam ſuam dedit. quomodo? §. 305. num. 5. 560
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Siquidèm omnis terra plena eſt gloriâ Dei, id eſt, Mariâ. §. 328. n. 3. 598
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Porrò Deipara plena eſt exultatione, & reſultatione diuinæ gloriæ. §. 328. n. 3. ibid. Maria dicitur plena gloriâ, quæ ex illâ ad nos reſultat. inibi.
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Nam gloriæ totius Trinitatis Maria auctarium adiicit. §. 328. num. 4. ibid.
Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ. Porrò Deipara gloriam effundens in homines, & in Angelos, non minùs gloriæ continet. §. 328 n. 5. p. 599. Deiparæ prælustribus virtutibus Angeli potantur. §. 94. n. 2. 177
Oratio Mariæ, & ad Mariam; & eius Miſericordia, quâ nobis auxiliatur, & de cælo præſtò adeſt, vide in Syllabo rerum, verbo, *Maria.*

In feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

LVCÆ VI.

Exiit Ieſus in montem orare. Electurus Apoſtolos, cum illis orationi vacat, quò Apoſtolorum collegium, de oratione fiat Cæleſtis Reſpublica. §. 156. num. 4. 286
Exiit Ieſus in montem orare. Oratione armat futuros ſtatim Apoſtolos, quos ad mundum expugnandum elegit. Nam oratio eſt robur militum, & militaris Diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. p. 210. Salutari orationis magiſterio omnem pacem noſtram Deus breuiauit. ibid. n. 5. 211
Exiit Ieſus in montem orare. Otium orationis mauult Chriſtus, quàm actuoſa virtutum opera? Verùm oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. 229
Exiit Ieſus in montem orare. Poſtmodùm operaturus, priùs orat. Nam oratio eſt baſis operum omnium virtutum. §. 122. n. 4. p. 230. Quin & opera orationem complent. ibid. n. 5. ibid.
Exiit Ieſus in montem orare. Chriſtus orando, orare nos docet. Nam oratio de ſcholâ Deitatis erudita, columna virtutum eſt, cæleſtis doctrinæ compendium, & perfectionis plenitudo. §. 156. n. 1. & 2. 285. 286
Exiit Ieſus in montem orare. Poſt diuturna opera, oratione nos refici cupit. Nam oratio velut ſpiritualis cibus, omnes virtutes fouet ac nutrit. §. 156. n. 5. p. 287. Quin & oratio vitæ ſpiritualis anhelitus & reſpiratio nominatur. inibi. 287
Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Nox ſomno potiùs, quàm orationi deſtinatur. At Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? §. 231. n. 4. 410
Exiit Ieſus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Mirùm eſt, quòd Apoſtoli in oratione pernoctent ad impetrandum beneficium. Porrò peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num. 4. 434
Et erat pernoctans in oratione Dei. Ad impetrandum beneficium, opus eſt vt etiam Apoſtoli in oratione pernoctent? An non deſiderium inchoatum audit Deus; imò & auribus perſpicit? §. 239. n. 4. 434
Et erat pernoctans in oratione Dei. Benè pernoctat. Nam oratio perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus. &c. toto §. 225. 409
Et erat pernoctans in oratione Dei. Chriſtus in oratione Dei pernoctat, pernoctant & Apoſtoli. Porrò multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. 319
Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit. Tempus congruè partitur; nocte orat, die eligit, nequid alterutri deſit. Sanè nox & dies ſibi expromptè reſtituunt, quod mutuò viciſſim acceperant. §. 128. n. 2. 239
Et elegit duodecim ex ipſis ..... Simonem, &c. Primò conſtituitur Petrus, Apoſtolici collegij vertex; exinceps reliqui congruo ordine. Porrò congruus rerum ordo, & inconfuſa diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. toto §. 194 p. 357. Congruus ordo ſcit benefacere etiam de malo: ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas conſtat. toto §. 195. 359
Et Bartholomæum. Pro Bartholomæi elogijs, vide in Syllabo rerum, verbo, *Apoſtolus, Concionator, Perfectus vir.*
Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Quare Iudam elegit Chriſtus proditionis ſcius? Scilicet maluit Chriſtus iudicium ſuum, quàm affectum apud homines periclitari. §. 154. n. 2. 281
Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. O quanta eſt Euangelij veritas, quam nec Apoſtolus aduerſarius infirmat? §. 275. n. 3. 501
Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Quem præuiâ oratione diuina electio Apoſtolum conſtituit, auaritia Exapoſtolum fecit. §. 107. n. 3. 204

In feſto S. Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.

MATTHÆI V.

Vos eſtis ſal terræ. Scilicet Apoſtoli ſunt ſal terræ, quod voluptatum putredinem curet. §. 42. n. 5. pag. 91
Vos eſtis ſal terræ. Quid Euangelico Doctori cum terrâ? An quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam celeſti ſapientiâ excelluit? §. 7. n. 5. 32

Vos eſtis ſal terræ. Sapientiæ ſale *terram* ſpeciatim condire ſatagit. Tametſi Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. quare? §. 102. n. 4. 191

Vos eſtis ſal terræ. Sale autem terra ſterileſcit. Indè Doctorum auaritia culpatur. §.149.n.4. 275

Vos eſtis ſal terræ. Sal ſtringit,ſed cum eſculentorum ſapore & gratiâ; non merâ auſteritate exaſperat. Sic acerba Concionatoris aut Doctoris reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò cum ſale, & ex amore nata, reprehenſum reſtituit, & redintegrat. toto §. 209. 383

Vos eſtis ſal terræ. Cùm *ſal terræ* Doctores nuncupatim appellat, humilitatem ſuadet. Porrò Euangelij Miniſter, vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. 539

Vos eſtis ſal terræ. Doctrinam cum humilitate expetit in Euangelij miniſtro. Nam humilitas Prædicatoris cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat & indurat. §. 297. n. 4. 540

Vos eſtis ſal terræ. Quia eius verbo terra conditur. Imò & verbum conſecrari dicitur voce Doctoris. §. 275. num. 6. 505

Vos eſtis ſal terræ. Sal propheticum, inquam, quo aquæ ad fœcunditatem condiuntur. Porrò dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti fœcunditas,eiuſdem os & cor: atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. p. 81. quo elogio mirè Auguſtinus inſignitur.

Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Si Doctor euanuerit, & inuitietur, Deóne deeſſe videtur, in quo populos ſaliat, & doctrinâ condiat?

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus. O grandius peracerbè ſupplicium? Scilicet Concionator, etſi eruditè doceat, malè verò viuat, Deum inſtruere dicitur, quomodò illum damnet. §. 218 n 5. 400

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus. Mirum non eſt, tam acerbâ mulctari pœnâ. Nam improba Prædicatoris vita, contemptibile reddit Euangelium. §.275.n.2. 603

Vos eſtis lux mundi. Sed quare Diſcipuli, qui dicuntur lux mundi,ſtatim lucerna domûs appellantur? §.261. num. 5. 481

Vos eſtis lux mundi. Sed cur lux Solis triduo ante Solem ſuum præluxit? Scilicet ne de lucis præclaro elogio, tamquam de re ſuâ inaniter glorietur. §. 285. num. 5. ibid.

Vos eſtis lux mundi. Cur lucem præclarè mundam, mundo tenebroſè immundiſſimo deſtinat,& immiſcet? Nimirùm Deus etſi lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque diei appellatione mirabiliter adſociauit. §. 142. n. 2. 263

Vox eſtis lux mundi. Lucis vocabulo, & re lucis, iubar viſceroſum beneficentiæ luculenter exponit. §. 289. num.4. 527

Vos eſtis lux mundi. Sed neque nomen, neque miniſterium bonæ luci permittitur, quouſque à tenebris ſeparetur. §. 64. n. 2. p. 127. Et quidèm moraliſſimè ab exordio mundi, lux à tenebris diuiditur. §. 186. num. 4. 344

Vos eſtis lux mundi. Stultum eſt luce lucem perdere. Humilitas autem per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140. n. 3. & 4. 260

Vos eſtis lux mundi. Quæ bonam cæli ſapientiam dilucidè doceat. Porrò malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinat. §. 83. n. 2. 159

Vos eſtis lux mundi. Lux autem & fulgorum fœcunda, quos toti mundo defert, & communicat. Sic de myſticâ illâ arbore, Prædicatorum ſymbolo non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Vos eſtis lux mundi. Quo lucis elogio perennis fœcunditas deſignatur. Porrò virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. 160

Vox eſtis lux mundi. Hâc luce Sapiens ſcrutetur Scripturas, vt eas ſcrutari deſinat. §. 4. n. 9. 27

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Bonorum operum publicationem hîc mandat Chriſtus? At qui in bono opere gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. 306

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Porrò boni Prædicatorum mores, ipſis etiam inuitis, probitatem perſuadent. §. 275. num. 4. 504

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, &c. Sic puer Ieſus.gratiâ apud Deum proficere dicitur, cùm per eum homines ad Dei gloriam proficiunt. §. 282. num. 3. 515

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. Porrò non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt vidant opera veſtra bona &c. Nam boni mores conſummant Concionatorem, de cuius ore cælum & coronas auditores expectant, toto §. 218. p. 398. Bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt &c. toto §.213. 389

Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere. Legem antiquam implet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. §.298. n. 4. p. 542. Solúſne Legiſlator, legis obſequium perfectè implet? inibi.

In feſto Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

MATTHÆI I.

Liber generationis Ieſu-Chriſti. Bonus arcanè liber Maria, quæ eſt nouus noui Teſtamenti tomus. §. 310. n. 2. p. 568. Veræ doctrinæ ſceptrum, Deipara nominatur. §. 321. n. 3. p. 586. Os Mariæ, os Chriſti dicitur. §. 320. n. 3. 585

Liber generationis Ieſu-Chriſti. Bonus arcanè liber Maria, quæ eſt, Inſpiratæ à Deo veritatis Scripturarum acroſtichis. §. 321. n. 2. p. 586. Maria, id eſt, Doctrix, nouum Teſtamentum Apoſtolos docuit. ibid. n. 1. Maria eſt Prophetiæ ſupplementum. ibid. n. 4. p. 587. Dos ſapientiæ, & Charitum mater. §. 321. n. 5.ibid. Quare Maria Apoſtolorum regiſtrum nuncupatur? ibid. n. 6.

Liber generationis Ieſu-Chriſti filij Dauid, filij Abraham Qui eſt cenſus nobilitatis Deiparæ, quæ ethicè traditur,toto §. 305. p.559. Qui autem volet genealogiam Deiparæ, litteraliſſimè tradere, conſulat totum §. 299. 543

Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. At ante exilium Babylonicum Ioſias obiit. Sed minas corruentis regni doluit. Etiam qui futurus eſt miſer, ſtultè nunc eſſe miſer incipit, miſeriarum præſumptione. §.44.n.5. 94

Ioſias autem genuit Iechoniam,&c. Ioſias rex fuit probus; plures autem ante illum, ſceleroſè improbi. Sed boni filij ex imbonis parentibus nati, læta prophetant, flores

Digitized by Google

flores & roſæ ſunt, & ferè non parentum filij. toto. §. 118. 222

De quâ natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Scilicet Deus regalem inficiens purpuram, Danidico Mariæ ſanguine purpurauit. §. 305. n. 2. 560

Trinitas eſt Deiparæ ſtirps, inde vnum è Triade parit. §. 305. n. 4. ibid.

Ioachimi & Annæ genitalis oratio dicitur. §. 307 n. 4. 563

Virginis Deiparæ, & auię Ruthæ adſimilis nobilitas. §. 305. n. 1. 559. Ob futuram Ruthæ natiuitatem, olim Moabitis parcitum eſt. §. 203. n. 3. 557

Naſcitur deipara, ne deſit humano generi munus, quod Deo offerat. §. 303. n. 4. ibid. Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod Deo donant, inibi. ibid.

Deipara eſt Euæ emendatio, & gloriatio. §. 303. n. 5. ibid. Secũda Eua debitum acceptæ coſtæ nouo Adamo perſoluit. ibi. n. 6. 558

Deipara dicitur mortalis generis fundamentum. quare? §. 303. n. 2. p. 556. Marianæ Natiuitatis conglobata elogia. ibidem. n. 1. ibid. Per Chriſtum conſtat Deiparæ halitus. §. 304. n. 6. 559

Plura Virginis Deiparæ elogia, quæ flexu procliui aptari poſſunt ad Natiuitatis feſtum, abundè ſuppetunt à §. 300. vſque ad §. 331. quæ ſeriatim delibantur in Syllabo rerum, verbo. *Maria.*

In feſto SS. Nominis Mariæ.

EVangelium ethicè expenditur in feſto Annunciationis de Mariæ nomine conſule §. 304. 558. & & verbo *Maria.*

In feſto S. Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ.

MARCI IX.

V*Idit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine.* Auaritia Principum in durâ vectigalium exactione, multis culpatur. toto §. 292. p. 531

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine. Opulentum munus, ſed furacitate infame. Porrò diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopiâ diteſcere ſatagit. toto §. 253. 467

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine, Auarum ſcilicet lucrum anxiè & ſollicitè captantem. Heu anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam infidelitatem æmulatur. & craſtinum diem reddit querulum. toto §. 125. 234

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Sedet in vitijs, qui lucra captat. Porrò opulentia auara, vitiorum ſupellex eſt, cæli exhereditatio, & impius Chriſti contemptus toto §. 149. 274

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Vndè ingenuo olim Hebræorum populo tam rapax auaritia, vt vſque ad vectigalium exactionem ſeſe abijceret? Nimirùm aureum vitulum bibentes Hebræi, auaritiam biberunt. §. 117. n. 2. p. 221. Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107. n. 1. 203

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine In auaro telonio ſedet, nec ſurgere eualet. Nam ad reſtitutionem debiti, nimis tardum ac difficile eſt magnum ingenium. toto §. 128. 239

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Matthæi ſceleroſum probrum, quod ceteri Euangeliſtæ diſſimulant, ipſe palàm publicat. Ne ergò erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti pudore confeſſionis mercari, toto §. 169. 307

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Vidit diu in telonio velut in cathedrâ *ſedentem* Matthæum, ſui diſcipulum pariter & magiſtrum. Nam repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §. 192. 354

Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio, Matthæũ nomine. &c. hominem ſordidi lucelli ſqualore inquinatum videns, ad ſe ſingulariter vocat? Scilicet Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. 292

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Dum ſic alacer nutui Chriſti paret, Deum eſſe, qui illum vocauit, palàm oſtendit. Porrò ſic per gratiam reformatur homo, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. 392

Et ait illi: ſequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Telonium Matthæus reliquit, & cum Petro omnia reliquiſſe ſeriactat? Nimirùm qui quod in ſe eſt facit, omnia feciſſe dicitur. §. 255. n. 2. 470. Deus homini totum eſt; omnia eſt. §. 162. n. 1. 295

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Pluſnè eſt, à vitijs ſe renocare, quàm vitia ipſa neſcire? §. 146. n. 2. 269

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Apoſtolorum vltrà vires & captum, obſequium, miriſſimum fuit. §. 219. n. 5. 401

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Felix qui ſic Chriſtum ſequitur. Porrò illius ſequela, *Beare* noſtrum imitatione dicitur, imitandi appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. toto §. 66. 130

Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Expetibiliuſnè eſt, Chriſtum ſequi, quam habere Chriſtum? §. 187. n. 6. 347. Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret. §. 311. n. 5. 574

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Sanè detractoris lingua, mentis vſurpat munia; ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa ipſi concupiſcentiæ malitiam afflat. toto § 32. 73

Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Porrò peccatorum viæ viatores parturiunt, de non boni exempli imitatione; quod aëra toxicat, cælum claudit, turbo eſt, diabolus eſt, & velut coactio ad malum. toto § 67. 132

Pro S. Matthæi laudibus, conſule in ſyllabo rerum, verbum, *Apoſtolus, Perfectus vir, Concionator, Scriptor, Sapiens.*

In feſto S. Michaëlis Archangeli.

MATTHÆI XVIII.

DE Angelis copioſè agitur §. 94. & 95. & 96 & 97. 177. vſque ad 182. Et cum auctario in Syllabo rerum, verbo *Angelus.*

In

Digitized by Google

Index Concionatorius.

In feſto S. Angeli cuſtodis.

Adi feſtum S. Michaëlis Archangeli.

In feſto B. P. N. Franciſci de Borgia.

LVCÆ XII.

Euangelium ethicè elucidatum eſt in feſto S. P. N. Ignatij. Pro eius laudibus conſule in Syllabo rerum, verbum, *Perfectus vir Mors, Homo,*

In feſto Sancti Lucæ Euangeliſtæ.

LVCÆ X.

D*Eſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos.* Ante electionem diu apud ſe ſubiectos habuit. Nam de humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §. 189. num. 3. p. 349

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Non elegit Chriſtus tantæ dignitatis appetitores, ne muneri impares eligat. Nam ſumptuoſior prælucendi ac præſidendi ambitio. paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110 Heu dignatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit! toto §. 85. 162

Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos. Ante elegerat ad magna culminis Apoſtolici munera; nunc ad minora munera plures eligit. Ceterùm non eſt magnus qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. 227

Et miſit illos binos. Ob bonum exemplum alterutrius ad alterum, quod characterem imprimere dicitur. § 47. num. 6. p. 99. Porrò bonum virtutis exemplum, Legiſlator virtutum eſt, & earum arripiendarum velut propheria, adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur. toto §. 213. 389

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Ante faciem ſuam Diſcipulos Chriſtus mittit in mundum. Res autem mundi, etſi inaniſſimæ, multas habent facies. §. 101. num. 3. 189

Et miſit illos binos ante faciem ſuam. Miſſi dicuntur, & adhuc ante Chriſti Dei faciem eſſe perhibentur? Scilicet Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. quomodo? §. 41. n. 6. p. 89. Deus præſens adeſt, vt quæratur tamquam abſens. §. 74. n. 6. p. 144. Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. §. 162. n. 4. & 5. 296

Et miſit illos binos antè faciem ſuam. Ab ſe Diſcipulos mittit, vt exinceps ſuam ipſius præſentiam de abſentiâ magis æſtiment. Porrò beneficia quæ accepta adſunt, non valdè æſtimamus; quæ abſunt, auidè requirimus. toto §. 267. 490

Et miſit illos binos antè faciem ſuam, &c. Ante faciem ſuam adhuc miſſi adſunt, qui in prædicatione Chriſti gloriam ſpectant. Siquidèm præluſtris Euangelici Concionatoris dignitas, non ſibi, ſed diuinæ gloriæ tota militat. toto §. 282. 515

Et miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus. Quaſi parum foret, cæleſtem Euangelij doctrinam præſentibus communicare, remotas etiam regiones peragrant, vt illam abſentibus communicent. Scilicet de rationali propheticè arbore, non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. n. 2. 314

Meſſis quidèm multa: operarij autem pauci. Pauci ſunt Euangelici operarij, in tantâ, támque politulâ Prædicatorum turba? Scilicet non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. 133

Ite: Ecce ego mitto vos. An non præſtaret, vt in Chriſti ſcholâ adhuc diutiùs verſarentur, quo Euangelicam doctrinam profundiùs noſſent? Ceterùm virtutis ſcientia, ore & opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84. pag. 77.

Ite: Ecce ego mitto vos. Quiſque Diſcipulorum à Chriſto mittitur ad prædicandum Euangelium, tamquam alter ipſe Chriſtus. Porrò dignus Euangelij Cócionator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

Ite: Ecce ego mitto vos ſicut agnos. Itaque Concionator ſit mitis ſicut agnus. Procùl ergò ab Euangelico Concionatore conuitia: pacata eſt Chriſti ſapientia §. 4. num. 8. 27

Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Sic patientiæ maieſtas, & tormenta calcat, & fidem fundat nobili teſtimonio. §. 88. n. 5. 168

De eximiâ paupertate, quâ Diſcipuli mittuntur, vide in Syllabo rerum, verbo, *Paupertas, Diuitiæ, Auaritia.*

Pro laudibus S. Lucæ, vide verbo, *Apoſtolus, Concionator, Scriptor, Sapiens, Perfectus vir.*

In feſto SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.

IOANNIS XV.

H*Æc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Vnum dat dilectionis mandatum, & ait, *Hæc* mando vobis, quaſi multa mandauerit? Scilicet dat mandatum amoris. Amanti autem multæ leges, plures vna ſunt; odienti vna plures. §. 288. n. 5. p. 526. Etſi voluntas piè affecta mandata quamlatiſſimè extendat. §. 228. n. 4. 415

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Plura mandare præmittit, aiens, *Hæc*; & vnum dumtaxat mandat? Nimirùm legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi; vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. p. 473. Multæ leges perinde ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. toto § 257. ibid.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Ex hâc mutuâ dilectione venit, vt vniuerſi iuſti, vnus plures ſint, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. 526

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Dilectionem indifferenter mandat, nec exprimit, an proximus diligendus, amore, an odio dignus ſit. Porrò Chriſtianorum præluſtre elogium eſt, inimicos etiam diligere. toto §. 271. p. 498. Imò Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. toto §. 273. 500

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, Obnixiùs mutuam dilectionem Chriſtus mandat, cùm Euangelicam doctrinam tradit. Porrò fraterna charitas, naturæ

Digitized by Google

turæ eruditio eſt, & virtutum ſubſiſtentia. §. 142. n. 1. 262

Hac. mando vobis, vt diligatis innicem. Nullo diuini obſequij prætextu, hoc mutuæ charitatis fœdus violetur. Licet enim Deus lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque *Dies* appellatione adſociauit. §. 142. n.2.p.263. Coalitus dies vnus ex veſpere & mane, concordiam inter diſcordes erudit. ibi. n. 4. 263

Hac mando vobis, vt diligatis innicem. Porrò mutua charitas, cognatio quædam eſt: adeò vt ab eâ habeat homo, quòd ab Angelis habitu differre dicatur. §. 142. n. 5. 264

Hac mando vobis, vt diligatis innicem. Beneuolam amicitiam mandat Deus: homo autem ſollerter caueat ab amicitiæ fraude. Nil enim acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. 120

Hac mando vobis, vt dil gatis in icem. Porrò reciproca ac beneuola rerum inter ſe fauentia, perfectionem, complementum, fœcunditatem, ac robur ipſis fœnerat. toto §. 274. 501

Hac mando vobis, vt diligatis innicem. Spiritualem amorem etiam inter extraneos mandat. Porrò non eſt vehementior natura ad amandum, quàm gratia. §. 1. n. 16. 4

Hoc eſt praceptum meum, vt diligatis inuicem. Profectò concinnè ordinata charitas dicitur coaceruatio. quare? §. 194. n. 4. 358. Quin & charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio contrà me. ibidem. ibid.

Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Hàc in re Chriſtus ſibi ſimiles vult eſſe Chriſtianos: quò ſic per Chriſti gratiam reformetur homo, vt dicatur Commentarius Diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. 392.

Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Porrò de Iudæorum furore contrà Chriſtum concepto, Diſcipuli paſſionem ſubeunt. §. 296. n. 4. 538

Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Sanè imitatio patientis Chriſti, imitatores beare dicitur. quare? §.172. n.2. p. 312. Expetibiliusnè eſt, Chriſtum ſequi, quàm habere Chriſtum? §. 187. n. 6. 347

Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Porrò Apoſtolicus Euangelij Prædicator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os, & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto §. 37. 81

In feſto omnium Sanctorum.

MATTHÆI V.

V*Idens Ieſus turbas, aſcendit in montem.* In arduum montem cum Diſcipulis Chriſtus aſcendit, vt declinet turbas. Porrò qui non eſt ſuprà turbam, turbarum pericula non videt. §. 24. n. 3. p. 60. Turbarum frequentia Nazaræos ſenſim decolorat. in ibi. n. 4. ibid.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Euangelicæ doctrinæ auſpicium à paupertate eſt Paupertas enim eſt palæſtra, & gymnaſium ſapientiæ. §. 174. n. 4. 316

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Diues enim poſſidendo diuitias mendicat; pauper verò contemnendo ſeruat. §.174. n. 4. p. 316. Conſule totum §.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Altè Chriſtus Deus Euangelicam doctrinam ſub præmijs beatitudinum inducit. §. 295. n. 2. p. 536 Nam pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. toto illo §. 295. ibid.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Num pauper (ſiquidèm eius eſt regnum cælorum), donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? §. 171. n. 2. 311. & toto §.

Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Si per τὸ *pauperes ſpiritu*, intelligantur humiles, conſule in Syllabo rerum, verbum, *Humilitas, Superbia.* Si verò *pauperes* intelligantur, vide verbo, *Paupertas, Diuitiæ, Auaritia.*

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. O! cælum pauperibus, mitibus terra promittitur, quid contentioſis reſtat, niſi infernum? §. 249. n. 2. 460

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Imò è contrario etiam, Qui poſſident terram, mites eſſe debent. Nam regni magitudine ira diluitur. §. 121. n. 3. p. 228. Boni Principis eſt, trãſilire terminos æquitatum. §. 129. n. 5. p. 242. Proprium Principum elogium clementia eſt. toto §. 12. 39

Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. O! ſic lacrymæ cæleſtibus delicijs exuberant? §. 172. n. 5. & 4. 313

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c Et quidèm ieiunij beneficio, eſuries, imò & cupiditas virtutum ingeritur. §. 18. n. 2. 49

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c. Scilicet cupiditate & concupiſcentiâ eſurire ac ſitire debemus iuſtitiam § 128. n. 5. pag. 24. Quia ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile humanum ingenium. toto illo §. 128. 239

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Ceterùm virtutum fames in ſitim conuertitur. §. 190. n. 2. 351

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam &c. Sic enim quis debet ſtudioſus eſſe virtutis, vt priorem iuſtitiam vlteriore ac vlteriore inceſſanter deprimat. §. 276. n. 5. 506

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. &c. Per eſuriem ac ſitim, peridoneè zelus exponitur; qui debet eſſe velut fames, & ſitis. Nemo enim propriè alijs eſurit, ſitit alijs; ſed potiùs ſibi. §. 269. n. 2. 493

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam ..... Beati miſericordes. &c. Conſultò poſt eſuriem, id eſt, zelum, ponitur miſericordia. & pacis ſtudium; ne quis nimio zelo immiſericorditer agat, & pacem inquietet. § 269. n. 2. ibid.

Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Nimitùm eſt etiam piiſſimis viris concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis, quæ in virtute innenitur. §. 215. n. 5. 394

Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Nam plenitudo virtutum eſt miſericordia, cui Deus plura reſtituit. §. 235. n 5. & 3. 427

Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Indè arcanè eſt, quòd Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. §. 41. n. 6. 89

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam &c. Tyrannorum perſecutio beat? Nempe corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat. §. 295. n. 5. 537

Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. Porrò Chiſtianiſmi character eſt, quòd inimicis perſecutoribus gratias agit. §. 273. n. 3. 500

Beati eſtis cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. Nimitùm Chriſtiana patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n. 3 97

Gaudete, & exultate, &c. Porrò in acerbitate perſecutionum & calamitatum, & exultim lætari, & mutuò gratulari

Digitized by Google

gratulari nos decet.toto §.172 p.312 Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. & §. 284. n. 5. p 342. & 518

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. De cæleſti Beatorum gloriâ, conſule in Syllabo rerum, verbo, *Beatitudo.*

In feſto Præſentationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ XI.

Extollens vocem quædam mulier de turbâ, &c. Etſi vocem ſublimiùs extollat, impar eſt humanæ cogitationis pia audacia, Mariam dignè laudare. §. 330.n.1.p.601. Quicquid mundus glorioſum habet, Deiparæ tribuendum eſt. ibi.

Extollens vocem quædam mulier de turbâ, &c. Benè extollit vocem, vt incarnatum Verbum in Mariâ laudet. Porrò Maria eſt Incarnationis, & Redemptionis panegyris. §. 331. n. 6. 604

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Nimirùm quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Marianæ mentis. §. 308. n. 4. 565

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Hinc arcanè Filij benignitas, & humilitas Matris miſcentur, ac merguntur. §. 322. n. 2. 588

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Dum Filium laudare ambit, Mariam laudat? Inter Filium Deum ac Deiparam aliqua identitas eſt. §. 327. n. 5. p. 597. Deiparæ in vnâ carne, & in vno ſpiritu cum Filio Deo indiuiſum fuit vnitatis myſterium. §. 305. num. 3. 560

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Blandâ lactantium vberum compellatione nominatur Deipara, tametſi appellatur, Horrendum Incarnationis inſtrumentum. §. 310. n. 4. 569

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Beatus inquam: porrò Chriſtus virgineo lacte excitatur ad exinanitionem peccati. §. 319. n. 3. p. 583. Virginalis mamma confortat cor aduerſùs peccati venenum. ibi. n. 4. 584

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Num Deipara Virginalem præbet mammam, quò Chriſtus Diabolicum exugat venenum? §. 301. n.3. 553

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Sic Chriſtus Deus dicitur, Mariani cordis dimidium. §. 327. n. 6. p.597. Deus Deiparæ, & Deipara Deo, per amorem velut conuiſcerantur. ibid. n. 5. Filij ac Matris immenſus amor, in affectuum pelago mergitur. §. 327. n. 4. 596

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. An ventre ac vbere Deipara Deum reparare dicitur? §. 330. num. 5. 602

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. In eius ventre Chriſtus hoſpitatur. Inde hoſpitalitatis pelagus eſſe dicitur in Deiparâ? §.310. n.5. 569

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Inde etiam beata. Porrò Maria ex ore Dei prodit, quia os Dei peperit. §.305.n.4. p.560. Quin & os Mariæ, os Chriſti dicitur. §. 320. n. 3. 585

Quinimò beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. De obedientiâ Deiparæ, vide in verbo, *Maria.*

Multiplex ratio cur Deipara in templo præſentatur §. 329. num. 2. 599

An quia in tam tenerâ ætate præſentatur in templo indè Maria dicitur, Aurorans prædæ? §. 329. n. 3. p. 600. Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret §. 315. n. 5. 574

Adducitúrne Deipara ad templum, quia eſt ſacrum vnctionis oleum, quo Sacerdotes vnguntur? §. 318. num. 3. 582

Quia in tam tenerâ ætate Maria it præproperè in templum, ideóne dicitur, Mens rapida? §. 328. n. 5. 599.

In terrâ eſt Maria, & in Dei templo, cæli ſymbolo lætanter habitat. An indè appellatur, Gaudiorum vinculum cæli & terræ? §.320. n. 7. 586

Puella Maria in templo, Euchariſtici myſterij ſymbolo alitur. n. §. 329. n. 2. p. 599. Quin & Spiritus-ſanctus, nutricius Virginis efficitur. quare? §. 330 n. 3. 602

Plura qui volet, adeat in Syllabo rerum, verbum, *Maria*: vnde è multis aliqua de proprio genio ad hoc feſtum adaptare, procliue erit. Adeat etiam verbum, *Templum*, & pro eius pueritiâ §. 35. 78

DE COMMVNI.

Reſta omnia Beatæ Virginis, ſuis locis elucidantur. Omnia etiam Chriſti Dei, & fidei Chriſtianæ myſteria; & Apoſtolorum feſta.

De Communi vnius Martyris.

Adi feſtum ſancti Blaſij Epiſcopi & Martyris, & ſancti Laurentij.

De Communi plurimorum Martyrum.

Adi feſtum S. Sebaſtiani.

De Communi Confeſſorum Pontificum.

Adi feſtum S. Nicolai.

De Communi Doctorum.

Adi feſtum S. Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.

De Communi Confeſſorum non Pontificum.

Adi feſtum S. P. N. Ignatij.

De Communi Abbatum.

Adi feſtum de conuerſione S. Paulli.

De Communi Virginum, & Martyrum.

Adi feſtum S. Agnetis.

De Communi non Virginum, & Viduarum.

Adi feſtum S. Annæ.

Pro Dedicatione Eccleſiæ.

Adi §. 39. Vbi multa de Templo. 85

Pro Defunctorum funereis exuuiis.

Adi in Syllabo rerum, verbum, *Mors, Sepultura, Homo, Voluptas.*

Ethica

Digitized by Google

Index Concionatorius.

Ethica perſtrictim elucidatio

PSALMI L.

MIſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. &c. Scilicet Dauid, pœnitentium idea, magnæ Miſericordiæ crebras Miſerationes aduocat auxiliates, ne facilioris veniæ ſpes inaniter præſumpta commeatum faciat delinquendi. §. 50. n. 2. p. 103. Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto illo §. 50. pag 103

Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Nimirùm delicti ſui magnitudinem, magnæ Dei miſericordiæ prædicatione exaggerat. §. 294. num. 2. 534

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Num miſericordiæ diuinæ magnitudo, magnitudini peccati proportionatur? §. 194. n. 3. 535

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Nempè magna diuinæ Incarnationis miſericordia, neceſſaria fuit magno delicto expiando. §. 294. num. 4. ibid.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Cur miſerationes aduocat, vt miſericordiam excitet? An vſu miſerendi, miſericordia Dei, potiùs quàm eius iuſtitia præſcribit? §. 278. n. 2. p. 508. Conſule totum §. huic themati peridoneum.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Satagitne Dauid, non ſolùm vt peccati vulnus curetur, ſed ne cicatrix quidèm vulneris relinquatur. §. 120. n. 2. 60

Amplius laua me ab iniquitate meâ: & à peccato meo munda me. Quid eſt amplius laua me? Scilicet expetit, vt non ſolùm curetur iniquitatis vulnus, verùm ne illius quidèm cicatrix relinquatur. §. 40. num. 5. 87

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contrà me eſt ſemper. Ad peccati veniam allegat, quòd illud benè cognoſcit. Nimirùm faſcino voluptatis conſopitur homo, ne ad enorme flagitium attendat. §. 200. n. 6. 369

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, &c. Mirum ſanè eſt quòd iniquitatem cognoſcat ſuam. Nam libido rationis expertem facere dicitur. §. 61. n. 5. & §. 99. n. 3. p. 123. & 186. Vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. 122

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, &c. Benè eſt, peccatum ſuum cognoſcat; ſed cautè illud cognoſcere expedit. Nam in pœnitente voluptuoſi ſceleris recordatio, ſæpè inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur toto §. 59. p. 128. præſertim. n. 1. 119

Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Porrò vita luxurioſorum quotidie moriens efferrur. §. 196. n. 3. p. 361. Inueterata libido impœnitentiæ vicinatur. ibi. n. 4. 362

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Siquidèm grauis peccati malitia omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit. toto §. 56. 113

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Porrò peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationum lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exaggerat. toto §. 90. 170

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Conſultò ait ſemper. Scilicet nimis tenax eſt peccati malitia, & peccatorum fœcunda. toto §. 146. 269

Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Sic diabolicam inceſſanter hoſtilitatem in peccato agnoſcit. Nam peccatoris animo emortuo inſtar vermium ſunt dæmones. §. 95. n. 2. 179

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Soli Deo peccaſſe dicitur, quia non aduerſùs hoſtes ſuos, ſed contrà Deum ingratus & iniurius extitit. §. 76. n. 2. 147

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci Quare Dauid ſoli Deo peccaſſe dicit, cùm aduerſùs Vriam atrociter peccauerit? Scilicet quia nullus hominum Dauidem reprehenderat, ſed ſolus Deus, ideò ſoli Deo peccaſſe dicit. §. 201. n. 2. 370

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Quia nullus hominum, ſed ſolus Deus Dauidem reprehenderat. Heu nefarijs Principum ſceleribus, aulici Sapientes indulgentiam ambitioſè exhibent! §. 201. n. 3. ibid.

Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Porrò libidinis peccatum, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. n. 3. 122

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Et ſoli Deo peccaſſe dicit, qui ſic enormiter aduerſùs Vriam deliquit? Scilicet Principi, ac iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. toto §. 271. præſertim n. 2. 497

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Non dicit ſe peccaſſe in ſolum Deum; ſed ſoli Deo peccaſſe. Nam Dauidici peccati occaſione Dei Iuſtitia, & diuina Miſericordia prælucent, & illuſtriores micantiùs apparent. §. 294. n. 2. 534

Tibi ſoli peccaui, & malum coràm te feci. Soli Deo peccaſſe dicit; quia nemini mortalium, ſed ſoli Deo notum fuit illius flagitium. Sed quid dicetur de Ioabi coniecturis? Num Ioab putauit regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad alienæ ouiculæ raptum? §. 13. n. 3. 41

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Hem! vincit Iudex cùm reum reddit purum, illúmque abſoluit. §. 12. n. 5. 40

Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Quæ eſt hæc Dei victoria in humano iudicio? Nimirùm Chriſtus Deus cùm in iudicio damnatur, plenam victoriam reportat. §. 251. n. 5. 464

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Quorſùm cùm ſui ſceleris veniam expoſcit, commune originis delictum adducit? Nempè Dauid ex ſceleroſâ multorũ malitiâ, ſuũ ſcelus ad punitionem exaggerat quare? §. 65. n. 3. p. 129

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum; & in peccatis concepit me mater mea. An à peccato venit, vt per nuptias homo naſcatur? §. 265. n. 2. 487

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis, concepit me mater mea. Scilicet Dauid allegat, ad veniam Maiorum delicta, quibus pepercit Deus; illúmque ſupplicat, vt ſeipſum imitetur. §. 278. n. 3. 509

Ecce enim veritatem dilexiſti. Adeò vt Deus vel quod dixit ironicè, verum faciat. §. 143. n. 3. p. 265. Homo mendax, ſummam veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere molitur. §. 268. n. 3. 492

Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Quaſi peccatum tectiùs abſconſum, & quod ſcandalum non ciet, incertum quodammodò cenſeatur ad ſupplicij rigores. §. 193. n. 2. 356

Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Videlicet *Incerta* vocantur, quæ priùs incerta erant, etſi certa iam ſint. §. 58. n. 4. p 117. Hem! homini adhuc poſt denuo perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto illo §. 58. 116

Digitized by Google

Aſperges me hyſſopo, & mundabor : lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Notant politiores Interpretum, hæc verba *Aſperges*, & *lauabis*, pro imperatiuis accipienda eſſe, nempe *Aſperge* & *laua.* Sed non ſine morali epitaſi ita excribitur:nam quod pœnitens rogat fieri ad veniam, quaſi indubiè futurum, ethicè prophetat.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exultabunt oſſa humiliata. Scilicet Dauid pœnitentiâ lugubris, de notitiâ Dominicæ reſurrectionis lætari exambit. §. 82. n. 2. 157

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. &c. Nempè tunc Dauid oculis flebilis, & auditu per Nathan Prophetam, reprehenſione verberatus; non oculis gaudium expetit (ſat gaudens lacrymis. §. 172. n. 5. & 4. pag. 318.) Sed auribus duriori increpatione ſauciatis.

Auerte faciem tuam à peccatis meis. &c. Licet dum Deus per compaſſionem ad miſeriam reſpicit, oculos mittere dicatur. §. 52. n. 3. 107

Cor mundum crea in me Deus. &c. Porrò qui languidum cor excitat ac renouat, illud *creare* perhibetur. §. 123. n. 5. p. 232. Nam in lubrico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima. toto illo §. 123. p. 231

Ne proijcias me à facie tuâ. Scilicet quiſquis Dei templa non frequentat, à Dei facie eijci perhibetur. §. 39. n. 2. 85

Et Spiritum-ſanctum tuum ne auferas à me. Nempe donum non ablatum tempore peccati, tempore pœnitentiæ præſumptione tepidæ auferri timetur §. 123. num. 2. 231

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Id eſt, conuerte ad me legem tuam, vt gaudeam in ſalutari tuo. Ablatáne ei videbatur lex diuina ob peccatum ſuum ? §. 284. n. 2. p. 518. Sanè voluptas expoliatio lætitiæ eſt. inibi. 518

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Ideſt, *Ieſu tui.* Lætitiam Ieſu Dauid expetit ? §. 284. n. 2. ibid.

Et ſpiritu principali confirma me. Quis,qualíſue eſt hic ſpiritus principalis, quo Dauid confirmari exambit. Nimirùm ſpiritus Principalis eſt animus ad virtutem ſpontaneus. §. 191. n. 1. p. 352. Num alacris ſpontaneè voluntas, vltrâ virtutis metas generosè audet? toto illo §. 191. ibid.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Si Dauid ſe per pœnitẽtam ad priſtinos mores reſtituat, impiorum ad Deum conuerſionem certò pollicetur ? Scilicet bonum exemplum velut prophetia imitationis eſt. §. 215. n. 3. p. 390. Porrò bonum exemplum, Legiſlator virtutum eſt, quaſi vaticinium earum arripiendarum : adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur. toto illo §. 213. 389

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Nimirùm ab inhoneſtis deſideriis, quæ venuſtior pulchritudo afflat, liberari expetit. Nam pulchra impudicè femina dicitur, Sceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen; quæ præuaricatores ad Adamum congregar. toto §. 99. 185

Libera me de ſanguinibus Deus ..... & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Iuſtitiam an potiùs miſericordiam votiua gratitudo concelebret ? Num gratitudo eſt exlex ? §. 135. n. 3. p. 251. Gratitudo velut vita gratiæ eſt. n. 2. ibid.

Domine, labia mea aperies : & os meum annunciabit laudem tuam. A Domino ſua labia eſſe aperienda dicit, vt lingua probè loquatur. Nam de ſe humana lingua, tamquam falſitatis rea, & mẽdaciis garrula, meritò culpatur. toto §. 268. p. 491. Lingua gehẽnæ ſcintillas flabellat. §. 32. n. 6. p. 74. Conſule totum. §. 73

Et os meum annunciabit laudem tuam. Porrò Dei vera definitio eſt, finem in laudibus non habere. §. 162. num. 6. 297

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem..... Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. Cor enim pœnitentiâ contritum, cum Incarnatione confinium habet, dilectio dicitur, & Sancta Sanctorum appellatur. toto §. 254. 468

Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Quippè in corde contrito & humiliato, velut in arcanâ ſanctitatum officinâ, voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ, in lacrymas conuertuntur. §. 215. num. 4. 394

Benignè fac Domine in bonâ voluntate tuâ Sion : vt ædificentur muri Ieruſalem. Quare rex Dauid adulterij veniam petens, murorum reædificationem ſimul expoſcit ? §. 226. n. 2. p. 411. Profectò diruta tunc non erant Ieroſolymorum mœnia : at vaga Principum libido, vrbium, ac regnorum excidio plerumque mulctatur. toto illo §. 226. ibid.

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, &c. His verbis propheticè adumbratur veri agni ac vituli victima, quæ in Euchariſtiæ ſacrificio & ſacramento, in Eccleſiâ iugiter immolatur. De quo latè à §. 177. vſque ad §. 183. à p. 321. vſque ad 331

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

Ex vtroque Teſtamento.

§. *Paragraphum*; n. *Numerum marginalem*; p. *Paginam deſignat.*

Ex Geneſi.

Cap. 1. v. 1. IN principio creauit Deus Cælum & Terram. §. 12. n. 3. p. 39. & §. 194. n. 2. pagina 357
3. Dixitque Deus: Fiat lux. §. 285. n. 5. p. 520
4. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris, §. 64. n. 2. p. 127. & §. 186. n. 4. p. 344
5. Appellauítque lucem diem, & tenebras noctem: &c. §. 114. n. 2. p. 216
Factum eſt veſpere & mane, dies vnus. §. 83. n. 4. p. 159. & §. 142. n. 2. & 4. p. 263. & 264
7. Et fecit Deus firmamentum, diuiſitque aquas, &c. §. 195. n. 4. p. 360
9. Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. §. 227. n. 3. p. 413
14. & 15. Dixit autem Deus: Fiant luminaria, &c. §. 285. n. 5. p. 520
16. & 17. Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: &c. & luminare minus, &c. §. 113. n. 2. p. 214. & §. 116. n. 4. p. 220
22. Benedixítque eis, dicens: Creſcite & multiplicamini, &c. §. 297. n. 2. p. 540
31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. § 294. n. 6. p. 536. & §. 195. n. 2. p. 359
2. v. 1. & 2. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque, &c. §. 8. n. 3. p. 33. §. 173. n. 3. p. 314. & §. 274. n. 2. p. 501
2. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requieuit, &c. §. 124. n. 3. p. 233
Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. §. 204. n. 4. p. 375
6. & 10. Fons aſcendebat à terrâ irrigans vniuerſam ... Fluuius egrediebatur, &c. §. 311. n. 1. p. 569
8. Plantauit autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, &c. §. 320. n. 2. p. 584
17. In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. §. 30. n. 4. p. 70
18. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. §. 281. n. 5. p. 514
Non eſt bonum eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium, &c. §. 318. n. 6. p. 581
19. Adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: §. 326. n. 2. p. 594
21. Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam, &c. §. 80. n. 4. p. 155. §. 300. n. 2. & 3. p. 551. & 552. & §. 303. n 5. p. 557
3. v. 1. Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c. §. 234. n. 3. p. 425
5. Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum. §. 83. n. 2. p. 159. & §. 86. n. 2. p. 164
6. Et tulit de fructu illius, & comedit, &c. § 112. n. 2. p. 212
7. Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus. §. 259. n. 5. p. 478
8. Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo. &c. §. 75. n. 2. & 4. p. 145. & 146
10. Vocauítque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? &c. §. 18. n. 5. p. 50. & §. 33. n. 6. p. 76. & §. 75. n. 3. p. 145. & §. 146. n. 3. p. 270
15. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. §. 93. n. 3. p. 176
16. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. §. 265. n. 5. p. 488
17. Maledicta terra in opere tuo: &c. §. 159. n. 4. p. 291
19. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. §. 180. n. 3. p. 327
Puluis es, & in puluerem reuerteris. §. 248. n. 2. p. 459. & §. 285. n. 4. p. 520
22 Ecce Adam quaſi vnus ex nobis, &c. §. 143. n. 2. p 264
25. Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis. §. 33. n. 2. p. 75
4. v. 2. Rurſúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel, &c. §. 114. n. 3. & 5. p. 216. & 217
7. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. §. 91. n. 4. p. 171
9. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego, &c. §. 91. n. 2. p. 172
14. Maledictus eris ſuper terram. §. 20. n. 4. p. 53
5. v. 1. Hic eſt liber generationis Adam, &c. §. 291. n. 5. p. 531
6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, &c. §. 249. n. 4. p. 460
5. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, &c. §. 119. n. 6. p. 225
6. Et tactus dolore cordis intrinſecùs, Delebo, hominem, &c. §. 170. n. 4. p. 310. §. 234. n. 5. p. 426. & §. 154. n. 3. p. 183
7. v. 8. De animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, &c. §. 324. n. 3. p. 591
8. v. 21. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum

lum prona ſunt ab adoleſcentiâ ſuâ, &c. §. 119. n. 6. p. 225

9. v. 22. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui, &c. §. 65. n. 4. p. 129

25. Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. §. 179. n. 6. p. 511

11. v. 7. Venite, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, §. 40. n. 2. p. 86. & §. 262. n. 2. p. 482

15. Sepultus in ſenectute bona, &c. §. 117. n. 4. p. 221

12. v. 2. Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi.... eriſque benedictus. §. 102. n. 3, p. 190

3. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam, &c. §. 148. n. 4. p. 275. & §. 224 n. 3. p. 409

5. Vniuerſámque ſubſtantiam quam poſſederant, &c. §. 205. n. 4. p. 377

15. v. 15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bonâ. §. 234. n. 2. p. 425

16. v. 5. Dixítque Saraï ad Abraham: Iniquè agis contrà mei: &c. §. 238. n. 4. p. 432. & §. 111. n. 2. p. 210

17. v. 17. Putaſne centenario naſcetur filius? &c. §. 308. n. 6. p. 566

18. v. 2. Apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum. §. 179. n. 6. p. 326

27. Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis. §. 139. n. 6. p. 259

19. v. 20. Eſt ciuitas hæc iuxta ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in eâ. §. 117. n. 5. p. 222

34. Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum, &c. §. 65. n. 5. p. 130

20. v. 7. Nunc ergò redde viro ſuo vxorem, quia Propheta eſt. §. 220. n. 2. p. 401

9. Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, &c. §. 226. n. 3. p. 412

16. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. §. 58. n. 2. p. 117
Hoc erit tibi in velamen oculorum, &c. §. 80. n. 2. p. 154. & §. 99. n. 5. p. 186. & §. 206. n. 2. p. 378. & §. 216. n. 2. p. 395. & §. 259. n. 2. p. 477

22. v. 2. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, &c. §. 14. n. 3. p. 77
Offeres eum in holocauſtum. §. 47. n. 5. p. 99. & §. 186. n. 3. p. 344. & §. 219. n. 3. p. 401

5. Ego & puer illuc vſque properantes. &c. §. 163. n 4. p. 298

14. Appellauítque nomen loci illius, Dominus videt, &c. §. 34. n. 4. p. 77

16. Per memet ipſum iuraui, dicit Dominus; &c. §. 266. n 3. p. 489

24. v. 16. Puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro. §. 211. n. 5. p. 387

26. v. 8. & 9. Perſpiciens Abimelech. rex Palæſtinorum per feneſtram, &c. §. 216. n. 3. p. 395

27. v. 23. Et non cognouit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. §. 216. n. 4. p. 396

38. Num vnam tantùm benedictionem habes? §. 149. n. 2. p. 274

28. v. 12. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram.... & Dominum innixum ſcalæ. §. 138. n. 4. p 257. & §. 231. n. 3. p. 420. & §. 75. n. 6. p. 146

16. Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. §. 96. n. 5. p. 182

31. v. 42. Niſi Deus patris mei Abraham, &c. §. 158. n. 5. p. 290

32. v. 9. & 11. Deus patris mei Abraham, & Deus Patris mei Iſaac, &c. §. 280. n. 2. p. 512

10. Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua, &c. §. 204. n. 2. p. 375

29. Interrogauit eum Iacob: Dic mihi quo appellaris nomine? &c. §. 162. n. 7. p. 297. Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile. §. 121. n. 3. p. 228

34. v. 12. Augete dotem. & munera poſtulate, & libenter tribuam, &c. §. 226. n. 4. p. 412

35. v. 4. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures, &c. §. 117. n. 3. p. 221. & §. 147. n. 5. p. 272

38. v. 14. & 15. Quæ depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum; &c. §. 126. n. 3. & 5. p. 236. & 237

39. v. 8. & 9. Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, &c. §. 168. n. 7. p. 307

12. & 13. Et illa apprehensâ laciniâ veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum, &c. §. 77. n. 3. p. 149

49. v. 14. & 15. Iſſachar aſinus fortis &c. §. 151. n. 3. p. 278

17. Fiat Dan coluber in viâ.... mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. n. 93. n. 4. p. 176

18. Salutare tuum expectabo Domine. §. 72. n. 2. p. 140

27. Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. §, 176. n. 5. p. 310

Ex libro Exhodi.

Cap. 2. *v.* 2. Videns eum elegantem, abſcondit, &c. §. 306. n. 3. p. 561

3. Cúmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, &c. §. 319. n. 5. p. 584

5. & 6. Quæ cum vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è famulabus ſuis, &c §. 52. n. 4. p. 107

10. Vocauítque nomen eius Moyſes, dicens: quia de aqua tuli eum. §. 28. n. 3. p. 67

3. v. 2. & 3. Vadam & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus, &c. §. 309. n. 4. p. 567

5. Locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. §. 138. n. 2. p. 256

7. & 8. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, &c. §. 153. n. 4. p. 181

14. Ego ſum qui ſum. Ait: ſic dices filiis Iſraël: qui eſt, miſit me ad vos. §. 5. n. 2. p. 28

4. v. 2. & 3. Quid eſt quod tenes in manu tuâ? §. 256. n. 4. p. 473

4. Dixítque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. §. 256. n. 5. p. 473

5. v. 1. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. §. 12. n. 2. p. 39. & §. 13. n. 2. p. 41

2 Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, &c. neſcio Dominum, &c. §. 21. n. 4. p. 55

8. Vacatis.... ac ideò dicitis: Dominum Deum noſtrum adorabimus. §. 125. n. 7. p. 236

17. Vacatis otio, & idcircò dicitis: Eamus, & ſacrificemus Domino. Ite ergo, &c. §. 21. n. 5. p. 55

7. v. 1. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. §. 262. n. 5. p. 483. & §. 130. n. 6. p. 244

17. & 18. In hoc ſcies quòd ſim Dominus: &c. §. 262. n. 4. p. 482

22. Fecerunt ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis: §. 258. n. 3. p. 476

24. Fo

Digitized by Google

24. Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam, &c. §. 44. n. 2. p. 93
8. 2. Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. §. 22. n. 2. p. 56
9. & 10. Dixitque Moyſes Pharaoni : Conſtitue mihi quandò deprecer pro te,&c. §.163. n.3. p.298
Conſtitue mihi quandò deprecer pro te, &c. §.285. num. 2. p. 520
Qui reſpondit : Cras. §. 163. n. 2. p. 297. & §. 252. n. 2. p.465
9. 22. Extenditque virgam in cælum & Dominus dedit tonitrua, &c. §. 185. n. 2. p. 342
23. & 24. Pluitque Dominus grandinem, &c. §.187 n. 5. p. 346
10. 19. Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſſimum, &c. §. 264. n. 4. p.486
12. v. 10. & 46. Siquid reſiduum fuerit, igne comburetis. §. 183. n. 5. p.332
14. v. 15. Quid clamas ad me ? §. 51. n. 6. p. 106. & §. 166. n. 6. p.304
15. v. 25. Quod cùm miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt. §. 258. n. 2. p.474
16. v. 15. Quod cùm vidiſſent filij Iſraël, dixerunt ad inuicem : Manhu ? &c. §. 108. n. 4. p.206
Et aſcendens coturnix, cooperuit caſtra : §. 179. num. 2. p.325
20. Scatere cœpit vermibus, &c. §. 68. n.3. p.134
Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis, &c. §. 264. n. 2. p.485
17. v. 5 & 6. Virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tuâ... percutieſque petram, & exibit ex eâ aqua, &c. §. 119. n. 2. & 4. p. 224. & 225. & §. 121. n. 1. p. 228. & §.245. n.2. p.453
16 Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, &c. §. 22. n. 5. p.57. & § 111 num.2. p.210. §.29. n.2. p.68
18. v. 18. & 19. Vltrà vires tuas eſt negotium,&c. §.270. num. 2. p.495
25. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël, & §.255. num. 2. p.470
25. v. 8. Faciéntque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum, &c. §. 39 n. 2. & 4. p.85
32. v. 2. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, &c. §. 260. n. 2. p.478
4. Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, §. 292. n. 2. p 531.
Fecit ex eis vitulum conflatilem, &c. §. 146. n.4. p. 270
Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti. §. 146. n. 4. p.270
19. Iratúſque valde proiecit de manu tabulas, & confregit, &c. §. 256. n. 2. p.472
20. Arripiénſque vitulum quem fecerant, combuſſit, & contriuit, &c. §. 117. n. 2. p.221
24. Quis veſtrum habet aurum ? Tulerunt, & dederunt mihi .... egreſſúſque eſt hic vitulus. §. 107. n. 2. p.203
31. Aut dimitte ei hanc noxam; aut ſi non facis, dele &c. §. 274. n. 4. p.503

Ex Leuitico.

Caput 6. *v.* 25. ISta eſt lex hoſtiæ pro peccato. §. 254. num. 6. p.469
11. v. 18. Et cygnum, & onocrotalum. §.62. n.3. p.124
12. v. 4. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium, &c. 197. n. 2. p.363
6. & 7. Siue turturem pro peccato, ad oſtium taberna-

culi teſtimonij, &c. §. 102. n. 2. p. 190
13. v. 6. Si obſcurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia ſcabies eſt. §.42. n.4. p.90
40. & 41. Vir, de cuius capite capilli fluunt, &c. §. 236. n. 6. p.429
51. & 52. Pellutum iudicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta, &c. §.165. n.4. p.301

Ex Numeris.

Cap. 10. *v.* 31. ERis Ductor noſter, &c. 256. n. 3. pag. 472.
11. v. 8. Circuibat populus, & colligens illud, frangebat molâ &c. §. 185. n. 3. p.342
16. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſraël, &c. §. 35. n. 5. p.79
35 Cùmque eleuaretur arca, dicebat Moyſes : Surge. Domine, &c. §. 318. n. 5. p.582
14. v 9. Sicut panem ita eos poſſumus deuorare. §. 86. num. 3. p.164
Receſſit ab eis omne præſidium : Dominus nobiſcum eſt, &c. §. 94. n. 5. & 6. p.178
16. v. 7. Multùm erigimini filij Leui. §.136. n.2. p.253
38. Quoniam ſanctificata ſunt in mortibus peccatorum, §. 387. n. 2. p.523
17. v. 2. Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas, &c. §. 221. n. 2. p.403
3. & 5. Nomen Aaron erit in tribu Leui, &c. §.199. num. 2. p.366
7. & 8. Quem ex his elegero, germinabit, virga eius.... quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonij, &c. §.85. n.2. p.162
10. & 11. Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël, &c. § 85. n. 3. p.163
19. v. 10. Immundus erit vſque ad veſperam, &c. §. 138. n. 3. p.256
22. v. 7. 15. & 16. Pertexerúntque Seniores Moab, &c. §. 245. n. 3. & 4. p.454
23. v. 13. Veni mecum in alterum locum vndè partem Iſraël videas, §. 260. n. 3. p.479
25. v. 1. Et fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, §. 303. n. 3. p.557.
26. v. 10. & 11. Et factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte, filij eius non perirent. §. 118. num. 2. p.222
28. v. 2. Oblationem meam, & panes, & incenſum odoris ſuauiſſimi, &c. §. 236. n.5. p.429
35. v. 6. De ipſis oppidis, quæ Leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia ſeparata, &c. §. 107. num. 5. p.204

Ex Deuteronomio.

Cap. 1. *v.* 13. DAte ex vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum conuerſatio &c. §. 163. n. 5. p.298
6. v. 3. Audi Iſraël, & obſerua vt facias quæ præcepit tibi Dominus, &c. §. 64. n.3. p.127
27. v. 5. & 6. De lapidibus quos ferrum non tetigit, &c. §. 145. n. 4. p. 268
15. Et reſpondebit omnis populus, & dicet : Amen. §. 145. n. 2. p. 268
33. v. 2. Dominus de Sinaï venit & de Seit ortus eſt nobis. §. 185. n. 4. p.343

Index Locorum

Ex Libro Iudicum.

Cap. 4. v. 19. QVæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere. §. 319. n. 2. p.583

16. v.19. Et raſit ſeptem crines eius,&c.§.141.n.7.p.262

30. Moriatur anima mea cum Philiſthiim. §. 61. n. 4. p. 122.

Ex Ruth.

Cap. 1. v. 1. IN diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant. §. 8. n. 6. pag.34

2 Facta eſt fames in terrâ. Abiitque, &c. §. 134. n. 5. p. 251.

20. Ne vocetis me Noëmi, &c. §. 98. n. 2. p.184

2. v. 1. Nomine Booz, &c. §. 330. n. 4. p.602

v.11. & 12. Nunciata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ, &c. §. 148. n. 5. p.274

3. v. 11. Quicquid dixeris mihi faciam tibi, &c. §. 313. num. 1. p.573

8. & 13. Iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere. §. 221. n. 5. p.404

Ex libro I. Regum.

Cap. 1. v. 1. FVit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana. §. 270. n. 4. p.496.

27. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, &c. §. 312. n. 2. p.571.

28. Idcircò & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. §. 283. n. 3. p.517.

2. v. 23. & 24. Quare facitis res huiuſmodi quas ego audio, &c. §. 230. n. 4. p. 419. & §. 49. n. 4. p. 102. & §. 210. n. 3. p.385

6. v. 5. Facietiſque ſimilitudines anorum veſtrorum. &c. §. 287. n. 3. p.523

10. v. 6. Et mutaberis in virum alium, §.214.n.2. p.391

15. v. 30. Peccaui: ſed tunc honora me coràm ſenioribus populi mei, &c. §. 261. n. 3. p.480

32. Oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus, & tremens. Et dixit Agag Siccine ſeparat amara mors. §. 30. num. 6. p.71

18. v.7. & 8. Et præcinebant mulieres laudantes: Percuſſit Saül,&c.§.140.n.2.p.259.& §.259.n.3.p.477

24. v. 5. Et dixerunt viri Dauid ad eum: Ecce dies, &c. §.186. n. 2. p.344

6. Poſt hæc percuſſit cor ſuum Dauid, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saül. §.77. n.2. p.149

8. Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos vt conſurgerent in Saul. §. 129. num. 2. p.241. & §.273. n.5. p.501

10. Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduerſum te. §. 244.n.3. p.452. & §. 201. n. 4. p.370

11. & 12. Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus, &c. §. 268. n. 2. p.492

12. Quin potius pater mi, vide, & cognoſce orã chlamydis tuæ in manu mea, &c. § 25. n.4. p.62

15. Iudicet Dominus inter me & te, &c. §. 157. n. 3. p. 288

18. Iuſtior tu es quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona; ego autem, &c. §.251. n.6. p.465

20. Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. §. 266. n. 2. p. 488

21. Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, &c. §. 129. n. 4. p.242. & §. 157. n. 3. p.288

Ex libro II. Regum.

Cap. 12. v. 9. & 10. VRiam Hethæum percuſſiſti gladio, &c. §. 69. n.3. p.136

13. & 14. Et dixit Dauid ad Nathan. Peccaui Domino, &c. §. 246. n. 3. p. 455

15. Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam. §. 246. n. 3. p. 455

30. Tulit diadema Regis eorum, de capite eius, pondo auri talentum, &c. §. 29. n. 6. p.70

13. v. 15. Deperiuit eam, vt propter amorem eius ægrotaret: §. 199. n.5. p.367

14. 21. Vade ergo & reuoca puerum Abſalom. §. 49. n. 3. p.102

15. v. 14. Et ait Dauid ſeruis ſuis, qui erant cum eo in Ieruſalem: ſurgite &c. §. 230. n. 2. p.418

Neque enim nobis erit effugium à facie Abſalom, &c. §. 49. n. 3. p.102

31. Infatua, quæſo, Domine, conſilium Achitophel. §. 247. n. 2. p.457

18. v. 5. Et præcepit Rex Ioab, & Abiſaï, &c. §.210. n. 2. p. 385

18. Et appellatur Manus Abſalom. §. 35. n. 2. p.78

33. Contriſtatus Rex, aſcendit cœnaculum portæ, &c. §. 230. n. 3. p. 418

Et ſic loquebatur, vadens: Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi, &c. §. 283. n. 7. p. 517

19. v. 22. An ignoro hodie me factum Regem ſuper Iſraël? §. 129. n. 3. p.242

24. v. 5. Surrexit ergò Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül ſilenter. §. 215. n. 3. p.393

Ex Libro III. Regum

Cap. 2. v. 32. ET occidit eos gladio.... Abner filium Ner principem militiæ Iſraël, & Amaſam, &c. §. 11. n. 2. p. 37

4. v. 24. Habebat partem ex omni parte in circuitu. §. 76. n. 5. p. 148

17. v. 1. Viuit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, &c. §. 16. n.4. p. 47. & §.20. n.3. p. 53. & §.204. n. 3. p. 375. & §. 293. n. 2. p.533

9. Surge, & vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis, &c.§.237.n.2. p.429.& §.296.n.5. p.539

10. Apparuit ei mulier vidua colligens ligna, &c. §. 36. n. 4. p.81

10. & 11. Da mihi paullulum aquæ in vaſe,& bibam. Cùmque illa pergeret, &c §. 134. n.2. p.249

20. v. 23. Dij montium ſunt Dij eorum, &c. §. 33. n.5. p.76

21. v. 2. Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, &c. §. 252. n. 5. p. 466. & §. 253. n. 2. & 3. p. 467

4. Et proiecit ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, &c. §. 253. n. 4. p. 467

10. Submittite duos viros Belial contrà eum, & falſum teſtimonium dicant, &c. §. 250. nu. 2. p. 462

Ex

Digitized by Google

Ex Libro IV. Regum.

Cap. 2. v. 9. OBſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. §. 84. n. 2. & 3. p. 160. & §. 151. n. 2. p. 278

10. Attamen ſi videris me quando tollar à te, &c. §. 66. n. 4. p. 131

11. Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt, &c. §. 49. n. 2. p. 101. & §. 213. n. 4. p. 390. & §. 317. n. 5. p. 580

12. Eliſeus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, &c. §. 141. n. 3. p. 263. & §. 269. n. 3. p. 494. & §. 282. n. 4. p. 516

Ex Libro II. Paralipomenon.

Cap. 20. v. 12. CVm ignoremus quid agere debeamus, &c. §. 313. n. 3. p. 573

25. v. 14. Amaſias poſt cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seïr. &c. §. 168. n. 2. p. 306

Ex Libro Tobiæ.

Cap. 5. v. 18. EGo ſum Azarias Ananiæ magni filius. §. 97. n. 5. p. 183

Ex Libro Iudith.

Cap. 1. v. 12. TVnc indignatus Nabuchodonoſor Rex &c. §. 250. n. 4. p. 461

4. v. 9. & 10. Et altare Domini operuerunt cilicio. &c. §. 287. n. 5. p. 524

8. v. 10. Quod eſt hoc verbum in quo conſenſit Ozias, &c. §. 54. n. 5. p. 111

12. v. 12. Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, &c. §. 220. n. 3. p. 402

13. v. 20. Viuit ipſe Dominus, quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, &c. §. 100. n. 3. p. 187. & §. 220. n. 3. p. 402

15. v. 10. Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri. §. 320. n. 6. p. 585

11. Eò quòd caſtitatem amaueris, &c. §. 36. n. 2. p. 80

16. v. 11. & 12. Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, &c. §. 98. n. 1. p. 184

23. Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit populus illi, &c. §. 301. n. 3. p. 554

Ex Libro Eſther.

Cap. 2. v. 7. QVæ altero nomine vocabatur Eſter. . . . pulchra nimis, & decora facie §. 100. n. 2. p. 187

15. Erat enim formoſa valde & incredibili pulchritudine, &c. §. 302. n. 4. p. 555

14. v. 16. Tu ſcis quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, &c. §. 29. n. 5. p. 69

16. v. 2. & 3. Multi bonitate Principum, & honore qui eis collatus eſt, &c. §. 238. n. 5. p. 432

Ex Libro Iob.

Cap. 1. v. 1. ERat vir ille ſimplex, &c. §. 150. nu. 3. p. 276. & §. 164. n. 3. p. 299. & §. 331. n. 2. p. 603

20. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, &c. §. 34. n. 2. p. 77

21. Dominus dedit, Dominus abſtulit, &c §. 47. n. 6. p. 99

5. v. 2. Paruulum occidit inuidia. §. 110. n. 3. p. 209

3. Ego vidi ſtultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius ſtatim. §. 306. n. 4. p. 562

18. Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt. §. 290. num. 3. & 4. p. 528

6. v. .... Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? §. 280. n. 4. p. 512

7. v. 6. & 7. Dies mei velociùs tranſierunt quàm à texente tela ſucciditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. Memento quia ventus eſt vita mea. §. 5. n. 5. p. 28

9. v. 20. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me, &c. §. 9. n. 2. p. 34. & §. 259. n. 4. p. 478

10. v. 5. & 6. Numquid ſicut dies hominis dies tui. &c. §. 240. n. 5. p. 436.

16. & 17. Reuerſúſque mirabiliter me crucias. Inſtauras teſtes tuos, &c. §. 17. n. 3. p 48

22. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, &c. §. 195. num. 3. p. 360

11. v. 4. Dixiſti enim: Purus ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo. §. 233. n. 2. p. 423

7. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum Omnipotentem reperies? §. 162. num. 4. p. 296

13. v. 3. & 4. Prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. §. 45. num. 5. p. 96

14. v. 14. Donec veniat immutatio mea, &c. §. 330. num. 5. p. 602

15. v. 4. Quantum in te eſt, euacuaſti timorem, & tuliſti preces coram Deo. §. 139. n. 2. p. 258

5. Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blaſphemantium. §. 192. n. 5. p. 355

16. Qui bibit quaſi aquam, iniquitatem. §. 200. n. 4. p. 368

20. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, &c. §. 23. num. 2. p. 58

21. & 22. Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cum pax ſit, &c. Non credit, quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique gladium. §. 17. n. 2. p. 48

19. v. 20. Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum; §. 280. n. 5. p. 512.

27. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. §. 63. n. 2. p. 125.

Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. §. 166. n. 5. p. 303.

23. v. 10. Probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit. §. 46. n. 2. p. 96

11. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui, & non declinaui ab eâ. §. 172. n. 2. p. 312. & §. 66. n. 2. p. 130

25. v. 2. Poteſtas & terror apud eum eſt, &c. §. 227. n. 5. p. 414.

Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. §. 94. n. 6. p. 178

Digitized by Google

27. v. 10 Aut poterit in Omnipotente delectari & inuocare Deum in omni tempore? §.280.n.3. p 512
31. v.7. Si ſecutum eſt oculos meos cor meum.§.188.n.2. p. 347.
18. Ab infantia creuit mecum miſeratio, &c. §. 113. num. 4. p.215
24. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. §. 25. n. 3. p.58
35. v.10. Et non dixit: Vbi eſt Deus, qui fecit me: qui dedit carmina in nocte. §. 12. n. 4. p.40. & §. 194. n. 5. p.359.
42. v. 14. & 15. Et vocauit nomen vnius diem, &c. §. 98. n. 7. p.185

Ex Pſalmis.

Cap. 1. *v.* 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, &c. §.295. n.3. p.537. & §.192. n. 2. &. 3. p. 354. &. §.212.n. 3. p.388.
Et in cathedra peſtilentiæ, &c. §. 246. n. 2 p. 455. & §. 65. n. 2 p. 128
2. Sed in lege Domini voluntas eius, &c. §. 16. n. 2. p.46. & §. 66. n. 3. p. 130. & §. 228. n.2. & 3. p. 415. & §. 122. n. 4. p. 230. & §. 231. n. 4. p. 423.
3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecùs decurſus aquarum, &c. §. 173. n. 2. p. 314. & §. 122. n. 4. p. 229. & §. 175. n. 2. p. 317. & §. 215. n. 2. p. 393. &. §. 217. n. 2. p. 396. & §. 237. n. 5. p. 431. & §. 274. n. 3. p. 502. & §. 295. n. 4. p.537
4. Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, &c. §. 31. n. 2. p. 72. & §. 246. n. 2. p.455
6. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum, &c. §. 296. n. 2. p.538
2. v. 8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, &c. §. 318. n. 2. p. 581. & §. 28. n. 5. p 68. Et poſſeſſionem tuam terminos terræ. §. 102. n. 4. p.191
9. Reges eos in virga ferrea, &c. §. 26. n.4. p. 64. & §. 157. n. 4. p.288
Et tanquam vas figuli confringes eos, §. 26. num. 5. p.64
10. Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. § 255. n. 3. p. 471. & §. 247. n. 5 p. 458. & §. 250. n. 6. p.463
3. v. 7. Non timebo millia populi circumdantis me. §. 249. n. 4. p.461
4. v. 2. Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ. &c. 204. n. 6. p.376
3. Filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, &c. §. 101. n. 5. p.190
5. v. 6. Neque habitabit iuxtà te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. §. 205. n. 3. p. 377
6. v. 5. In inferno autem quis confitebitur tibi? §. 21. num. 5. p.56
8. Inueteraui inter omnes inimicos meos, &c. §. 56. num. 5. p.114
Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui &c. §. 90. n. 3. p.171
8. v. 5. Quid eſt homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? §. 291. n. 3. p. 530
9. v. 17. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. §. 331. n. 4. p.603
25. Exacerbauit Dominum peccator: &c. §. 159. n. 5. p. 292
26. Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. §. 67 num. 2. p.132
Auferuntur iudicia tua à facie eius. §. 267. num. 3. p.490
34. Propter quid irritauit impius Deum: Dixit enim in corde ſuo: Non requiret. §.240.n.3. p.435
Vides quoniam tu laborem, & dolorem conſideras, &c. §. 56. n. 2. p.114
35. Tibi derelictus eſt pauper, &c. §.153.n.6. p.282
36. Contere brachium peccatoris & maligni quæretur peccatum illius, & non inuenietur. §. 240. num. 4. p.435
38. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. §. 239. n. 4. p. 434
10. v. 5. Oculi eius in pauperem reſpiciunt. § 27. n. 4. p. 66. & §. 208. n. 4. p.382
11. v. 9. In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum. §. 288. n. 2. p. 525
15. v. 10. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. §. 95. n. 2. p. 179. Notas mihi feciſti vias vitæ, &c. §. 82. n. 5. p 158
17. v. 11. Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit: & volauit ſuper pennas ventorum. §. 321. n. 4. p. 587
12. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, &c. §. 162. num. 3. p. 296
35. Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.§.111.n.3. p. 211
18. v. 2. & 3. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. §. 194. n. 3. p. 358. Dies diei eructat verbum, &c. §. 47. n. 2. p.98. & §. 128. n. 2. p.239
13. Delicta quis intelligit? §. 38. n. 5. p. 84. & §. 192 n. 4. p. 355.
19. v. 2. Protegat te nomen Dei Iacob. §. 304. num. 4. p. 558
21. v. 3. Clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad inſipientiam mihi. §. 70. n. 4. p. 138. & §. 225. n. 3. p. 410
4. Tu autem in Sancto habitas, laus Iſraël. §. 39. n. 5. p. 86
25. Neque deſpexit deprecationem pauperis, &c. §. 45. n. 2. p.95. & §. 70. n. 5. p. 138
24. v. 16. Reſpice in me, & miſerere mei. §. 52. n. 3. p. 107
17. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt, &c. §. 208. n. 6. p.382
26. v. 12. Ne tradideris me in animas tribulantium me, &c. §. 268. n. 6. p.493
30. v. 3. Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, &c. §. 14. n. 5. p. 43
31. v. 1. & 2. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. §. 59. n. 2. p. 118. & §. 120. n. 5. p.227
5. Dixi, Confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, &c. §. 169. n. 3. p. 308
32. v. 5. Rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide, §. 316. n. 5. p.579
18. & 19. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, &c. §. 167. n. 5. p.305
33. v. 1. Pſalmus Dauid, cùm immutauit vultum ſuum coràm Abimelech. §. 177. n. 2. p. 321
11. Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum, &c. §. 253. n. 5. p.468
12. Venite filij, timorem Domini docebo vos. §. 53. n. 5. p. 109

Digitized by Google

34. v. 12. Retribuebant mihi, mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. §. 293. n. 5. p. 534. & §. 198. n. 2. p. 364. & §. 20. n. 5. p. 54. & §. 37. n. 2. p. 82
13. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio. §. 277. n. 2. p. 507
35. v. 9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. §. 172. n. 3. p. 312
12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, &c. §. 93. n. 6. p. 177.
36. v. 20. Inimici Domini, mox vt honorificati fuerint & exaltati, &c. §. 263. n. 1. p. 485
37. v. 19. Et cogitabo pro peccato meo. §. 9. n. 4. p. 171
38. v. 4. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. §. 15. n. 3. p. 45
5. Locutus ſum in linguâ meâ; notũ fac mihi Domine finem meum. Et numerum dierum, &c §. 6. n. 2. 3. 4. & 5. p. 29. & 30
6. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea, &c. §. 6. n. 6. p. 30. & §. 78. n. 3. p. 151
7. Veruntamen vniuerſa vanitas, omnis homo viuens §. 5. n. 3. p. 28
39. v. 5. Et non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. §. 5. n. 4. p. 28
8. & 9. In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam: &c. §. 258. n. 4. p. 476
40. v. 11. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis. §. 273. n. 4. p. 501
43. v. 2. Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri, &c. §. 38. n. 4. p. 84
44. v. 1. Pro iis qui commutabuntur, filiis Core. §. 118. n. 4. p. 223
2. Eructauit cor meum verbum bonum, &c. §. 144. num. 4. p. 267
3. Specioſus forma præ filiis hominum, &c. §. 306. n. 6. p. 561
4. & 5. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime. Specie tua, &c. §. 25. n. 2. p. 61. & §. 27. n. 3. p. 65. & §. 306. n. 2. p. 561. & §. 26. n. 2. p. 63
11. Et obliuiſcere populum tuum, &c. §. 302. n. 3. p. 555
45. v. 10. Et ſcuta comburet igni. §. 91. n. 6 p. 173
11. Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus. §. 21. n. 2. p. 55. &. §. 122. n. 3. p. 230
47. v. 2. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, &c. §. 328. n. 4. p. 598
10. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam medio templi tui, &c. §. 178. n. 3. p. 323
11. Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ, &c. §. 304. n. 5. p. 559
15. Ipſe reget nos in ſæcula §. 81. n. 5. p. 156
48. v. 6. Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. §. 93. n. 2. p. 176. & §. 53. num. 5. p. 109
14. Immola Deo ſacrificium laudis, &c. § 308. n. 3. p. 565
16. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras, &c. §. 68. n. 5. p. 135
50. v. 1. & 2. &c. In finem Pſalmus Dauid cùm venit ad eum Nathan Propheta, &c. Miſerere mei Deus ſecundum, &c. §. 123. n. 2. p. 231. & §. 50. n. 2. p. 103. & §. 278. n. 2. p. 508. & §. 294. n. 3. & 4. p. 535
3. 4. & 5. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me, &c. §. 59. n. 3. p. 119. & §. 120. n. 2. p. 226
4. Amplius laua me ab iniquitate mea. & §. 40. n. 5. p. 87.
5. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. §. 200. n. 6. p. 369
6. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &c §. 294. n. 2. p. 534. & §. 12. n. 5. p. 40. & §. 13. n. 3. p. 41. & §. 76. n. 2. p. 147. & §. 251. n. 5. p. 464. & §. 201. n. 2. & 3. p. 370. & §. 271. n. 2. p. 497
7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. §. 265. n. 2. p. 487. & §. 65. n. 3. p. 129. §. 278. n. 3. p. 509
8. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta &c. §. 193. n. 2. p. 356
Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. §. 58. n. 4 p. 117.
10. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. § 82. n. 2 p. 157
12. Cor mundum crea in me Deus, &c. §. 121. n. 5. p. 232
13. Ne proicias me à facie tua, &c. §. 39 n. 2. p. 85
Et Spiritum-ſanctum tuum ne auferas à me, &c. §. 123. n. 2. p. 231.
14. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. §. 284. n. 2. p. 518. & §. 191. n. 1. p. 352
15. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. §. 213. n. 3. p. 390
20. Benigne fac Domine in bona voluntate tuâ Sion vt ædificentur muri Ieruſalem. §. 226. n. 1. p. 411
51. v. 4. Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua. §. 32. num. 2. p. 73.
Sicut nouacula acuta feciſti dolum. §. 32. n. 4. & 5. p. 74
52. v. 5. Nonne ſcient omnes, qui operantur iniquitatem, &c. §. 155. n 2. p. 181
53. v. 8. Voluntariè ſacrificabo tibi, &c. §. 141. n. 6. p. 262
54. v. 8. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine §. 24. n. 6. p 61
9. Expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritûs, &c. §. 54 n. 2. & 3. p. 110
13. 14. & 15. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi.... Tu verò homo vnanimis, &c. §. 60. num. 7. p. 121
14. & 15. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus. Qui ſimul, &c. §. 10. n. 2. p. 36
54. v. 16. Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viuentes: Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, &c. §. 81. n. 2. p. 155. & §. 15. n. 1. p. 44. & §. 17. n. 4. p. 48
23. Iacta ſuper Dominum curam tuam, &c. §. 125. n. 1. p. 234
55. v. 9. Vitam meam annunciaui tibi, &c. §. 57. n. 2. p. 115
63. v. 8. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. §. 162. n. 5. p. 296
11. Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas; §. 224 n. 4. p. 409
64. v. 6. Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate. §. 39. n. 6. p. 86
67. v. 6. Patris orphanorum, & Iudicis viduarum. §. 36. n. 5. p. 81
67. v. 18. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, &c. §. 94. n. 4. p. 178
35. & 36. Date gloriam Deo ſuper Iſraël §. 223. n. 4. p. 407
72. v. 26. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. §. 327. n. 6. p. 597

27. Quia

Digitized by Google

27. Quia ecce qui elongant ſe à te,&c.§.158. num. 4. p. 290

75. v. 2. Et factus eſt in pace locus eius, &c. §. 77. n. 4. p. 149

6. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. §. 173 n. 6. p.315

76. v. 4. Et exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus. §. 189. n. 5. p.350

77. v. 25. Panem Angelorum manducauit homo, &c. §. 94. n. 2. p. 177. & §. 329. n. 2. p. 599

80. v. 16. Inimici Domini mentiti ſunt ei, &c. §. 55. n. 2. p. 112

17. Cibauit eos ex adipe frumenti:& de petrâ, melle ſaturauit eos.§. 132. n.4. p.247

81. v. 11. Facti ſunt velut ſtercus terræ. §. 252. n. 4. p. 466

86. v. 1. & 2. Fundamenta eius in montibus ſanctis, &c. §. 302. n. 2. p.554

88. v. 6. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine,&c. §.94. n. 3. p. 177

33. Spiritus contribulatus. §. 157. n. 4. p. 288

50. Vbi ſunt miſericordiæ antiquæ Domine? §. 278. n. 4. p.509

89. v. 5. Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. §.112. n. 4. p. 213

90. v. 6. Et dæmonio meridiano §. 86.n.5. p.165

10. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. §. 90. num. 5. p.172

11. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis, §. 95. num. 5. p. 180

12. Cum ipſo ſum in tribulatione,&c.§.153.n.1. p.181

93. v. 17. Niſi quia Dominus adiuuit me, paullò minus habitaſſet in inferno anima mea. §. 315. n. 2. p. 576

94. v. 6. Venite adoremus .... ante Dominum qui fecit nos. §. 77. n. 5. p. 150

100. v. 1. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi,Domine. §.50.n.5.p.104.& §.278.n. 5. p.509

2. Pſallam, & intelligam in viâ immaculatâ, &c. §. 59. n. 5. p. 110

102. v. 4. Qui coronat te in miſericordiâ & miſerationibus.§ 158.n. 3. p.289.& §.29.n. 5. p. 69

103. v. 4. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, &c. §. 95. n. 3. & 4. p. 179. & 180

32. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, &c. §. 139. n. 5. p.259

104. v. 3.& 4. Lætetur cor quærentium Dominum.Quærite Dominum, & confortamini, &c. §.74. n. 5. p. 144

4. Quærite faciem eius ſemper. §. 74. n.6. p.144

105. v. 20. Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem, &c. §. 164. n. 5. p. 300

106. v. 18. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquauerunt vſque ad portas mortis. §. 181. n. 3. p.328

108. v. 2. Deus laudem meam ne tacueris: &c. §. 223. n.7. p. 407

110. v. 10. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, §. 217. n. 6. p.398

111. v. 1. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. §. 228. n. 4. p. 415

4. Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors,& miſerator, & iuſtus. §. 289. n. 4. p. 527

9. Diſperſit, dedit pauperibus; iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. §.237. n.4. p.430

113. v. 9. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. §. 29. n.4. p.69

115. v. 2. 3. & 4. Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax. Quid retribuam, &c. §. 89. n. 2. 3. & 4. p. 169. & §. 46.n. 5. p. 97. & §. 150. n. 2. p.276

15. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. §. 88.n.2. p.167

117. v. 5. De tribulatione inuocaui Dominum; &c. §. 153.n. 5. p. 182.

6. Dominus mihi adiutor; &c. §.153. n. 5. p.182

118. v. 11. In corde meo abſcondi eloquia tua. §.239. n.3. p. 434

20. Confige timore tuo carnes meas, &c.§. 158. n.2. p. 289

29. Viam iniquitatis amoue à me. §. 95. num. 6. p. 180

34. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, §. 193. n.4. p. 357

57. Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam. §. 161. n. 2. & 3. p.294

58. Deprecatus ſum faciem tuam:miſerere mei ſecundum eloquium tuum. §.50.n. 3. & 4. p.104

66. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. §. 193. n 3. p.356. & §. 217. n. 5. p.397

70. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum. §. 297. n. 4. p.541

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum, &c. §.52. n. 2. p. 107

97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? totâ die meditatio mea eſt. §.288.n.5. p.526

105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. §. 193. n. 5. p.357

131. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. §. 317. n.4.p.580. & §. 156. n. 5. p.287

118. v. 176. Erraui ſicut ouis quæ periit, &c. §. 101. n. 2. p. 189. &. §. 75. n. 5. p. 146. & §. 146. n. 2. p. 269

119. v. 6. Cum his qui oderant pacem, &c. §. 157.n.1. p. 287

122 v. 2. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, &c. §. 312. n. 4. p.572

125. v. 3. Magnificauit Dominus facere nobiſcum, &c. §. 135. n. 6. p. 252

127. v. 2. Labores manuum tuarum quia manducabis, &c. §. 124. n. 4. p. 234

131. v. 8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.§.205.n.5. p.377

18. Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. §. 28. n.4. p.67

136. v. 4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ §.79.n.5. p.153

138. v. 12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur §.92.n. 5. p.175

14. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis. §.290.n.5. p.529

139. v. 10. Caput circuitus eorum: labor labiorum, &c. §. 252.n.3. p.465

140. v. 4. Ad excuſandus excuſationes in peccatis. §. 91. num. 3. p.172

141. v. 6. Tu es mea, Portio mea in terrâ viuentium. §. 177.n. 6. p.323

143. v. 4. Homo vanitati ſimilis factus eſt. §.231. n. 5. p. 421

144. v. 3. Magnus Dominus, & laudabilis nimis; & magnitudinis eius non eſt finis. §.162. num. 6. p.297

149. v. 5. Exultabunt ſancti in gloriâ, &c. 130. n. 3. p. 243

Lætabuntur in cubilibus ſuis.ibid. n. 4. &c. §. 14. n. 2. p.42

150.v.6.

Digitized by Google

150. v. 6. Omnis ſpiritus laudet Dominum. §. 225. n.4. p. 410. &. §. 156. n. 5. p. 287.

Ex Prouerbiis.

Cap. 1. v. 17. & 18. ET qui mane vigilant ad me, inuenient me, &c. §. 312. n.1. p.572
23. Conuertimini ad correptionem meam; & proferam vobis ſpiritum meum. §.202.n.4. p.372
2. v. 1. &2. Si ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis pænes te, &c. §. 239. n. 3. p. 433.
7. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter §. 108. n. 2. p. 205. &. §. 205. n. 2. p.376. & §. 40. n. 6. p.87. & §.167. num. 2. p.304
3. v. 16 Conſiderauit agrum & emit eum &c. §. 329. num. 6. p.601
29. Ne moliatis amico tuo malum,&c. §.60.n.3.p.120
4. 17. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. §. 181. n. 6. 329
5. v. 2. Ne attendas fallaciæ mulieris: fauus enim diſtillans labia meretricis, &c. §. 99. num. 2. p. 185
3. & 4. Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; §. 200. n.5. p.369
9. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. §. 9. n. 5. p. 35
7. v. 7. Video paruulos, conſidero vecordem iuuenem. §. 130. n. 2. p.601
8. v. 10. Accipite diſciplinam, eruditionem meam & non pecuniam: &c. §. 311. n. 5. p.587
15. Per me Reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt. §. 318. n. 1. & 3. p.581
16. Per me Principes imperant,& Potentes decernunt iuſtitiam. §. 318. n. 4. p.582
18. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia. §. 173. n. 4. p. 314. & §. 328. n. 2. p. 598. & §. 185. n. 5. p. 343. & §. 311. n. 3. p. 570. &c. §. 303. n. 4. p.557
29. Quando appendebat fundamenta terræ,&c. §.303. num. 2. p.556
35. Qui me inuenerit inueniet vitam, &c. §. 311. n.4. p. 570
9. v. 1. & 2. Sapientia ædificauit ſibi domum, &c. §. 309. n 5. p.567
2. Propoſuit menſam, &c. §. 329. n.4. p.600
17. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. §. 199. n. 3. p.367
11. v. 14. Vbi non eſt gubernator, populus corruet, &c. §. 245. n. 6. p.454
24. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. §. 173. n. 5. p.315
13. v. 1. Filius ſapiens, doctrina patris. §. 279. n. 3. p. 510
7. Eſt quaſi diues, cùm nihil habeat: & eſt quaſi pauper; cùm in multis diuitiis ſit. §. 174. n. 2. p. 315
14. v. 5. Teſtis fidelis non mentitur,&c. §.88. n.5. p.168
10. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, &c. §. 172. n. 4. p. 313
13. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat, §. 185. n.6. p.343
15. Innocens credit omnis verbo: aſtutus conſiderat greſſus ſuos. §. 203. n. 4. p.374
30. Vita carnium, ſanitas cordis. §. 288. num. 4. p.525
32. Sperat autem iuſtus in morte ſua. §. 30. num. 7. p.71
15. v. 7. Labia ſapientium diſſeminant ſcientiam, &c. §. 63. n.4.p.126. & § 84. n. 4. p. 161. §. 147. n.6 p.272.&c. §.218 n.4. p 399
15. Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuium. §. 174. n. 5. p.316
16. v. 4. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. §. 261. n. 4. p.481
5. Initium viæ bonæ facere iuſtitiam, &c §.128.n 3. p.240
10. Diuinatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius §. 255. n. 4. p.471
18. Contritionem præcedit ſuperbia, & antè ruinam exaltatur ſpiritus. §. 263. n. 4. p.484
18. v. 10. Turris fortiſſima nomen Domini,&c. §. 111. n.4. p 211
17. Iuſtus prior eſt accuſator ſui: venit amicus eius, & inueſtigabit eum. §.198. n. 3. p. 365. & §.169. n. 2. p.307. & §.244. n.5. p.453
19. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma; & iudicia quaſi vectes vrbium. §.274. num. 5. p. 503. &. §. 230. n.1. p.418
20. v. 6. Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? §. 128. num. 4. p.240.& § 130. n.2.& 5. p.243. & 244
27. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, &c. §.304. n.6. p.559
28. Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius.§.48. n.3. & 4. & 5. p.100.& 101
21. v. 21. Stragulatam veſtem fecit ſibi: byſſus & purpura, &c. §. 327. n.2. p.596
28. Vir obediens loquetur victoriam. §. 127. num 4. p.239
22. v. 22. & 23. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, &c. §.253.n.6. p 468
24. & 25. Noli eſſe amicus homini iracundo, &c. §. 60. n. 5. p.121
23. v. 28. Inſidiatur in viâ quaſi latro, & quos incautos viderit interficiet. §. 99. n. 3. & 4. p.185
27. v. 2. Laudet te alienus, & non os tuum,&c. §.140. n.5. p.260
6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. §.60.n.6. p.121
7. Anima ſaturata calcabit fauum, & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. §. 132. n. 5. p.247
11. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, &c. §.279.n.4. p.510
28. v. 1. & 2. Fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem, &c. §. 17. n.5.p.49. &. §.14 n.4. p.43
16. Dux indigens prudentiâ, multos opprimet per calumniam.§.247 n.4. p.458
23. Qui corripit hominem, gratiam poſteà inueniet apud eum, §.202. n.5. p.372
29. v. 4. Rex iuſtus erigit terram, vir auarus deſtruit eam §.250 n. 3.p.461. & § 292. n.5. p.532
30. v. 8. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, §.208. n.5. p.382
31. v. 11. Confidit in eâ cor viri ſui, &c. §.311. n.5. p. 571. & §. 314. n. 6. p.576
14. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, &c. §. 329. n. 3. p.599
15. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis & cibaria ancillis ſuis. §. 178. n. 2. p.323. & §. 180. n. 2. p. 327. & §.317. n. 3. p.580
21. Byſſus & purpura indumentum eius. §. 326. n. 5. p.595
24. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit

Digitized by Google

dit Chananæo. §. 183. n. 3. p. 332. & §. 330. num. 6. p.602
26. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in linguâ eius. §. 323. n. 4. p 590
27. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. §. 180. n. 4. p.327
28 Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt. §. 331. n. 7. p.604
30. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur. §. 281. n. 3. & 4. p. 513. & §. 98. n. 4. & 5. p.184

Ex Eccleſiaſte.

Cap. 1. v. 4. VAnitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes, &c. §. 101. n. 3. p.189
Generatio præterit, & generatio aduenit, &c. §. 243. n. 5. p 451
5. & 6. Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, &c. §. 243. n. 4. p.451
7. Omnia flumina intrant in mare, &c. §. 42. n. 2. p. 90
2. v. 1. Vadam & affluam deliciis, & fruar bonis, &c. §. 103. n. 5. p.193
Et vidi quod hoc quoque eſſet vanitas, &c. §. 232. n. 2. p. 246. & §. 243. n. 2. p.450
2. Et gaudio dixi: Quid fruſtrà deciperis? §. 42. n. 6. p. 91
Riſum reputaui errorem, &c. §. 103. n. 4. p. 192. & §. 150. n. 5. p.277
3. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, &c. §. 87. n. 2. p 165
3. v. 14. Didici, quòd omnia, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum, &c. §. 243. n. 3. p.450
4. v. 25. Eſt confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. §. 169. n. 6. p. 309
31. Non confundaris confiteri peccata tua, &c. §. 169. n. 4. p.308
5. v. 1. Deus enim in cælo, & tu ſuper terram: idcircò ſint pauci ſermones tui. §. 45. n 4. p.95
4. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam &c. §. 92. n. 6. p.175
9. Auarus non impletur pecuniâ, &c. §. 149. n. 6. p. 275
10. v. 11. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minùs habet qui occultè detrahit, §. 233. n. 5. p.424
11. v. 1. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, &c. §. 106. n. 2. p.202
12. Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate. §. 175 num. 5. p.318
12. v. 13. Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo §. 47. n. 3. p. 98. & §. 164. n. 3 p. 299. & §. 158. n. 2. p.289
30. v. 4. Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum. §. 283. n. 2. p.516

Ex Canticis Canticorum.

Cap. 1. v. 3. TRahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. §. 207. n. 5. p. 380
5. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, &c. §. 230. num. 5. p.417
15. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum, §. 165. n 6. p.302
2. v. 3. Sub vmbra il'ius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. §. 178. n. 5. p. 324
4. Introduxit me in cellam vinariam, Ordinauit in me charitatem. §. 194. n. 4. p. 358. & §. 324. n. 6. p. 592. & §. 228. n. 5. p.416
16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia. §. 323. n. 2. p. 589. & §. 327. n. 5. p. 597. & §. 154. n. 4. p.183
3. v. 1. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. §. 41. n. 3. p.88
2. Per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea, &c. §. 41. n. 4. p.89
Surgam & circuibo ciuitatem, & §. 152. n. 3. p. 179
3. Num quem diligit animea mea, vidiſtis. §. 96. n. 3. p. 181
4. v. 6. Vadum ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. §. 166. n. 4. p.303
9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, §. 165. n. 5. p. 301
10. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa, &c. §. 319. n. 3. & 4. p.583
11. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub linguâ tuâ. §. 172. n. 6. p.313
12. Hortus concluſus ſorror mea ſponſa, &c. §. 300. num. 4. p.552
15. Quæ fluunt impetu de Libano, &c. §. 328. n. 5. p. 5. p.599
5. v. 1. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. §. 179. n. 5. p.316
5. Manus meæ ſtillauerunt myrrham, &c. §. 124. n. 5. p. 234
8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, &c. §. 150. n. 1. p. 276. & §. 302. n. 5. p.556.
9. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, &c. §. 306. n. 6. p. 562
6. v. 3. Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem, &c. §. 324. n. 5. p. 592. & §. 301. num. 5. p.554
8. Vna eſt columba mea, &c. § 301 n. 4. p.554
9. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol? §. 320. num. 7. p.586
7. v. 1. Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? §. 206. n. 4. p.379
Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis! §. 93. n. 5. p. 176. & §. 241. num. 5. p.437
8. v. 1. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ. §. 301. n. 2. p.553
Vt inueniam te foris, &c. deoſculer te, &c. §. 147. n. 4. p.272
6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum . . . fortis eſt vt mors dilectio, & §. 133. n. 5. p. 249. & §. 48. n. 2. p.100
10. Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. §. 324. n. 4. p.592

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 1. v. 11. OS quod mentitur, occidit animam. §. 268. n. 3. p.492
4. v. 1. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate: &c. §. 207. n. 3. p. 380. & §. 211. n. 2. p. 386.
7. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Digitized by Google

erit. §. 35. num. 3. p.79
8. Sanctus enim venerabilis eſt, &c. §. 35. num.4. p.79
12. Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitiâ. §. 19. n. 3. p. 51
Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. §. 19.n.4. p.51
13. Conſummatus in breui expleuit tempora multa. §. 190.n. 7.p. 352. & §. 276. n.5. p.505
5.v.9. Tranſierunt omnia illa tanquã vmbra.§.6.n.6.p.29
6. v. 6. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem, &c.§.106. n. 3. p.202
7. Potentes potenter tormenta patientur, &c. §. 250. n.5. p.463
7. v. 26. Candor enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine maculâ Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. §. 279. num. 5. p. 510. & §. 306. num. 5. p. 562
9. v. 15. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: &c. §. 167. n.6. p.305
10. v. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, &c. §.276. n.2.p.505. & §. 205. n. 6. p. 377
16. v. 29. Ingrati enim ſpes tamquam hybernalis glacies tabeſcet, & §. 267.n.4. p.491
17. v. 10. Cùm ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis, &c. §. 14. num. 3. p.43

Ex Eccleſiaſtico.

Cap. 3. v. 14. ANte verecundiam præibit gratia, & pro reuerentiâ accedet tibi bona gratia. §.254.n.5. p.469
4. v. 2. & 3. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem, &c. §. 51. n.5. p.106
25. Eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam. §.100. n. 5. p.188
35. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, &c. §. 115. n. 5. p.218
7. v. 40. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.§.302.n. 2. p.555
10. v. 2. Secundùm Iudicem populi, ſic & miniſtri eius. §.247.n.3. p.457
11. v. 2. Non laudes virum in ſpecie ſuâ. §. 98. num.6. p.184
10. Fili ne in multis ſint actus tui: &, ſi diues fueris, non eris immunis à delicto.§. 270.n.3. p.495
33. Ante mortem ne laudes hominem quemquam.§. 127. n.3. p.238
12. v. 13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. §. 164.n.2. p.299
15. v. 3. & 5. Et firmabitur in illo, & non flectetur.... In medio Eccleſiæ aperiet os eius, &c. §. 37. n.4. p.82
Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, &c. §. 329.n.5. p.601
16. v. 10. Non miſertus eſt illis, gentem totam perdens, &c. §. 78 n.5. p. 151
18. v. 6. Cum conſummauerit homo tunc incipiet: & cum quieuerit operabitur.§.83.n.3. p.159
19. v. 26. & 27. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, &c. §. 113.n.5. p.215
21. v. 29. In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium,&c. § 32 n.3. p.74
22. v. 28. & 29. Fidem poſſide cum proximo, in paupertate illius, &c.§.289.n.3. p.527
24. v. 5. Ego ex ore Altiſſimi prodiui, &c. §. 305. n. 4. p.560
12. Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, &c. §. 310. n. 5. p.569
16. Et in plenitudine Sanctorum detentio mea, &c. §.314.n. 2. p.575
23. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris.§.207.n.4. p.380
24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c.§.331. n. 5. p.604
25. v. 1. & 2. In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coràm Deo & hominibus.§. 176. n.4. p.320. & §. 265. n. 4. p.487
5. Quæ in iuuentute tua non congregaſti, quomodo, &c. §. 35. n. 3. p.79
28. v. 1. & 2. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam, &c.§.272. n.5. p.499
3. 4. & 5. Homo homini reſeruat iram & à Deo quærit medelam,&c.§.76.n 4. p.148
10. & 11. Abſtine te à lite, & minues peccata,&c. §. 249.n.5. p.461
29. v. 20. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam. §.315. n.4. p.577
31. v. 9. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ.§.223.n.5. p.407
33. v. 20. Non des poteſtatem ſuper te in vitâ tuâ: & non dederis alij poſſeſſionem tuam: §. 238. n. 6. p.432
23. &24. In omnibus operibus tuis præcellens eſto. §.270.n.5. p 496
31. Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, &c.§.115.n.2. & 3. p.217.& 218
34. v. 30. Qui baptizatur à mortuo, &c. §. 55. num. 5. p.113
36. v. 26. Qui poſſidet mulierem bonam, &c. §. 281. n.5. p.514
42. v. 12. Omni homini noli intendere in ſpecie, &c. §. 100. n.4. p.188
16. Sol illuminans, ſuper omnia reſpexit: &c.§.328. n.3. p.598
48. v. 1. Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, &c. §. 49. n 2. p.102
2. & 3. Qui induxit in illos famem... Verbo Domini continuit cælum. §. 20. n. 2.p. 53. & §. 269. n.6. p.495

Ex Iſaia.

Cap. 1. v. 16. LAuamini, mundi eſtote, &c. §. 55.n.5. p.113
2. v. 2. Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini, &c §.189. n.6. p.350
3. v. 22. & 23. Et mutatoria, & palliola, & linteamina, &c.§.126.n.4. p.237
5. v. 20. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras,&c.§.92.n.4. p.174
6. v. 1. Vidi Dominum ſedẽtem ſuper ſolium excelſum, &c.§.41.n.5. p.89
3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ eius. §. 7. n.2. p.31. & 213. n.5. p. 391. & §.84. num. 5. p.162
7. v. 14. Ecce Virgo in vtero habebit, &c.§. 307. num.2. p.563. & §. 307. n. 6. p. 564
15. Vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. §. 143. n.2. p.265

Digitized by Google

8. v. 1. Et dixit Dominus ad me, ſume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis.§.321. n. 2. p.586
10. v. 22. & 23. Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam,&c.§.156.n.3. p.286
11. v. 1. Egredietur virga de radice Ieſſe, &c. §. 331. n.3. p.603
10. Erit ſepulchrum eius glorioſum. §. 84. num. 4. p.156
16. v. 1. Emitte agnum Domine .... de Petra deſerti, &c.§.87.n. 3. p.166
19. v. 14. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, &c.§.42.n.3. p.90
26. v. 16. Domine in anguſtia requiſierunt te, &c.§.153. n.3. p.181
28. v. 24. Numquid totâ die arabit arans, vt ſerat? &c. §. 217. n.3. p.399
32. v. 17. Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. §. 257.n.3.p.474.& §.232.n.6. p.422
35. v. 8. Erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur, &c.§.43.n.4. p.92
38. v. 8. Et reuerſus eſt ſol decem lineis, &c. §. 86. n. 4. p.165
42. v. 3. In veritate educet iudicium.§.122.n 5. p.406
8. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo.§.305.n.5. p.560.& 561
43. v. 26. Narra ſiquid habes, vt iuſtificeris, §.169. n. 5. p.308
45. v. 8. Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. §. 81. n.3. p.156
48. v. 9. & 11. Propter nomen meum longè faciam furorem meum. Laude meâ infrenabo te, ... Propter me, propter me faciam, & gloriam meam alteri non dabo. §. 29.n. 3. p.69
52. v. 7. Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. §.282.n.5. p.516
53. v. 2. Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terrâ ſitienti. §. 316.n. 3. p. 578
55. v. 1. Omnes ſitientes, venite ad aquas: &c. §. 190. n. 6. p.352. & §. 191. n. 2. p.352
6. Quærite Dominum, dum inueniri poteſt, &c. §.74.n.7. p.145
57. v. 20. Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, &c. §. 19.n. 5. p.52
59. v. 4. Non eſt qui inuocet iuſtitiam.§. 204. num. 5. p.376
62. v. 2. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.§. 304.n.2. p.558
3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, &c.§.314. n. 3. p.575
4. Vocaberis, Voluntas mea in eâ: & terra tua inhabitabitur. §.323.n 5. p.590
65. v. 20. Non erit ibi ampliùs infans dierum, &c. puer centum annorum morietur.§.35. n.6. p.80
66. v. 24. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur:&c.§.140. n.2. p.435

Ex Ieremia.

*Cap.*2.v,13. ME dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas. §. 199. num.4. p.367.
3. v. 4. Ergò ſaltem amodò voca me: &c. §. 206. n. 3. p.378
6. v. 7. & 8. Iniquitas, & vaſtitas audietur in eâ, coram me ſemper infirmitas, & plaga. Erudire Ieruſalem.§.16. n. 5. p.47
7. v. 4. Nolite confidere in verbis mendacij, &c. §.159. n. 2. p.291
8. v. 5. Quare ergò auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſâ? §. 293.n. 4. p.533
11. v. 19. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terrâ viuentium, §.183. n.4.p.332. & §. 182. n. 6. p.331
13. v. 23. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, &c. §. 78. num. 4. p.151
15. v. 19. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris, &c.§.37. n. 3. p.82
35. v. 8. Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabitur: &c. §. 160. n.4. p.293
48. v. 12. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei Ordinatores,§.195.n.5. p.361

Ex Threnis.

*Cap.*1.v.1. QVomodò ſedet ſola ciuitas plena populo: §.292. n.3. p.531
13. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis,& erudiuit me: &c.§.215.n.4.p.394. & §.15. n.4. p.45
25. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum §.74 n. 2. & 3. & 4. p. 144. & §.51. n. 4. p.105
28. Sedebit ſolitarius, & tacebit, &c. §.31.n.5.& 6. p.73. & §.24. n.5. p.61
29. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. §. 80. n.3. p.154
4. v. 8. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, &c. §. 24. n.4. p.60

Ex Baruch.

*Cap.*6.v.41. QVaſi poſſint ſentire qui non habent motum, &c.§.308.n 5. p.565

Ex Ezechiele.

*Cap.*3.v.16.& 17. CVm autem pertranſiiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad me,&c.§. 232. n.5. p.422
20. v.36. Et ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.§.321.n.3. p.586
22. v. 18. Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: &c. §.202.n.3. p.361

Ex Daniele.

Cap. 4. v. 4. CVncti ſapientes Babylonis, &c. §. 246. n.5. p.456
12. & 20. Et vinciatur ferro & ære in herbis foris, &c.§. 200.n.2. p.368
27. Reſpondit Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna,&c.§.263.n.3. p.484
6.v.7.& 12. Vt omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine,&c.§.139. n.5. p.259
12. Rex, numquid non conſtituiſti, vt omnis homo qui rogaret quemquam de diis,&c.§.331. n.4. p.603

7.v.10. Iudi

Digitized by Google

7. v. 10. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. §. 244. n. 2. p.452
31. & 32. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. §. 211. n. 4. p.387
46. Exclamauit voce magnâ: Mundus ego ſum, &c. §. 71. n. 3. p.139

Ex Oſea.

Cap. 2. v. 2. & 3. AVferat fornicationes ſuas, &c. §. 116. n. 2. p.236
14. Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, &c. §. 31. n. 4. p.72
4. v. 3. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in eâ, &c. §. 320. n. 4. p.585
5. v. 12. Et quaſi putredo domus Iuda. §. 285. num. 3. p.510
8. v. 12. Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt. §. 257. n. 5. p.475
10. v. 2. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. §. 327. n. 6. p.597
7. Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ. §. 23. n. 4. p.59
11. v. 3. Et ego quaſi nutritius Ephraim, &c. §. 330. n. 3. p.601

Ex Amos.

Cap. 6. v. 1. VÆ qui opulenti eſtis in Sion, &c. §. 136. num. 5. pag.254

Ex Michæa.

Cap. 1. v. 8. FAciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. §. 62. numer. 2. pag.123
5. v. 10. Auferam equos tuos de medio tui, &c. §. 149. n. 5. p.275
6. v. 15. Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis &c. §. 168. n. 4. p.306

Ex Habacuc.

Cap. 2. v. 3. SI moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. §. 166. n. 3. pag.303

Ex Sophonia.

Cap. 1. v. 14. IVxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt, & velox nimis. §. 53. n. 4. p.109

Ex Zacharia.

Cap. 3. v. 1. ET Satan ſtabat à dextris eius vt aduerſaretur ei. §. 97. n. 4. p. 183. & §. 316. num. 4. p.578

P. Didac. Celada in Ruth.

5. v. 9. Et leuauerunt amphoram inter terram & cælum. §. 62. n. 4. p.124
13. v. 6. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? &c. §. 90. n. 5. p.172

Ex I. Machabæorum.

Cap. 6. v. 46. ET iuit ſub pedes elephantis, & ſubpoſuit ſe ei, &c. §. 168. numer. 5. p. 306

Ex II. Machabæorum.

Cap. 1. v. 19. ACceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle, &c. §. 79. num. 3. p. 152. & §. 53. n. 2. p.108
Nam cùm in Perſidem ducerentur patres noſtri, &c. §. 44. n. 3. p.94
20. 21. & 22. Et non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam, &c. §. 116. n. 2. p. 219. & §. 79. num. 2. p. 152
22. Accenſus eſt ignis magnus, itaut omnes mirarentur. §. 78. n. 2. p.150

Ex Nouo Teſtamento.

Ex Matthæo.

Cap. 1. v. 5. BOoz autem genuit Obed ex Ruth, &c. §. 305. n. 2. p.560
11. Ioſias autem genuit Iechoniam... in tranſmigratione Babylonis. §. 44. n. 5. p.94
17. Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, &c. §. 11. n. 4. p.38
19. Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eam traducere. §. 207. n. 6. p.381
20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei, &c. §. 233. numer. 6. p.424
25. Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum §. 233. n. 4. p.423
2. v. 1. & 2. Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam, &c. §. 143. n. 6. p.266
3. Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt, &c. §. 145. n. 6. p.269
11. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Mariâ matre eius, &c. §. 137. numer. 3. p.255
2. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt, &c. §. 137. n. 4. p. 255
12. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent, &c. § 141. n. 5. p.261
14. Qui conſurgens accepit puerum & Matrem eius nocte, &c. §. 160. n. 6. p.293
3. v. 2. Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. §. 254. n. 2. p.469
4. Habebat veſtimentum de pilis camelorum, &c. §. 68. n. 4. p. 134. & §. 197. n. 3. & 4. p. 363. & §. 258. n. 2. p. 475. & §. 24. n. 2. p. 60. & §. 104. n. 4. p.194
7. Progenies viperarum, &c. §. 135. n. 2. p.251
10. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, §. 298. n. 5. p.542

Digitized by Google

11. Cuius ventilabrum in manu ſua, &c. §. 165. n. 2. p. 301. & §. 165. n. 3. p. 301. & §. 236. n. 1. p. 428
15. Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. §. 275. n. 6. p.505
Reſpondens autem Ieſus, dixit ei, &c. §. 298. n. 3. p.541
16. Et ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem, §. 160. n. 5. p.293
4. v. 3. Dic vt lapides iſti panes fiant, &c. §. 112. n. 5. p. 213. & §. 261. n. 2. p.480
8. & 9. Et oſtendit ei omnia regna mundi, &c. §. 71. n. 5. p.140
5. v. 1. Videns Ieſus turbas aſcendit in montem, & cum ſediſſet, &c. §. 24. n. 3. p.60
3. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. §. 174. n. 4. p. 316. & §. 295. n. 2. p. 536. & §. 171. n. 2. p.311
4. Beati pauperes ſpiritu.... Beati mites, &c. §. 249. num. 2. p.460
6. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam; quoniam ipſi ſaturabuntur. § 18. n. 2. p. 49. & §. 269. n. 2. p.493. & §. 276. n. 5. p. 506. & §. 190. n. 2. p. 351. & §. 128. n. 5. p. 240. & §. 215. num. 5. p.394
7. Beati miſericordes: qnoniam ipſi miſericordiam conſequentur. §. 235. n. 5. p.427
8. Beati mundo corde: quoniam, &c. §. 41. numer. 6. p. 89
10. & 11. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, &c. §. 295. n. 5. p.537
11. & 12. Beati eſtis qui cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, &c. §. 46. n. 3. p. 97. & §. 273. n. 3. p.500
13. Vos eſtis ſal terræ, &c. §. 42. n. 5. p.91
14. & 15. Vos eſtis lux mundi. §. 261. numer. 5. p. 481
16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. §. 275. n. 4. p.504
17. Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut Prophetas, &c. §. 298. n. 4. p.542
19. Qui ergò ſoluerit vnum de mandatis, &c. §. 275. num. 2. p.503
23. & 24. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. §. 272. n. 7. p.499
29. & 30. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, &c. Si dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, &c. §. 60. n. 4. p.121
39. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, &c. §. 272. n. 5. p.499
40. Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, &c. §. 249. n. 3. p.460
44. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros; benefacite his, &c. §. 277. n. 4. & 5. p. 507. & §. 272. n. 2. p. 498. & §. 266. n. 5. p. 489. & §. 2-2. n. 4. p.499
45. Vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt. §. 118. num. 5. p.223
48. Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. §. 190. n. 4. & 5. p. 351. & §. 129. n. 5. p 242
6. v. 6. Tu autem cum oraueris, intrà cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum in abſcondito: &c. §. 286. num. 4. p. 522. & §. 275. num. 5. p. 504
7. Orantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici: putant enim, &c. §. 122. n. 5. p.231
9. Sic ergò vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis; &c. §. 176. n. 2. p.319
11. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. §. 286. n. 5. p.522
12. Et dimitte nobis debita noſtra, &c. §. 76. n. 3. p. 147
13. Et ne nos inducas in tentationem, &c. §. 112. num. 5. p.211
16. Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, &c. §. 168. numer. 6. p. 307
20. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. §. 104. n. 3. p.194
24. Nemo poteſt duobus dominis ſeruis &c. §. 149. num. 4. p.275
25. Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, &c. §. 125. n. 2. p.234
Nonne anima plus eſt quàm eſca, &c. §. 144. num. 2. p.266
26. Reſpicite volatilia cæli, &c. §. 125. numer. 3. p.235
28. & 29. Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. §. 211. numer. 3. p 386
33. Quærite ergo primùm regnum Dei, &c. §. 125. num. 4. p.235
34. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum: Craſtinus enim dies, &c. §. 44. n. 4. p. 94. & §. 125. n. 5. p. 235. &. §. 208. n. 4. p.282
7. v. 1. Nolite iudicare, vt non iudicemini. §. 197. num. 6. p.364
6. Sanctum dare canibus, &c. §. 181. n. 5. p.329
11. Si ergò vos cùm ſitis mali, &c. §. 155. n. 4. p.285
12. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. §. 272. n. 6. p.499
14. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit, &c. §. 43. n. 5. p. 92
21. Sed qui facit voluntatem patris mei, &c. §. 141. num. 4. p.261
22 & 23. Et in nomne tuo virtutes multas fecimus? §. 168. n 3 p. 306. & §. 197. n. 5. p.364
8. v. 2. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare, §. 258. num. 5. p.476
3. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens: volo Mundare. §. 235. n. 7. p. 427. & §. 254. num. 3. p.469
4. Et ait illi Ieſus; Vide, nemini dixeris. §. 191. n. 5. p. 353
6. & 7. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, &c. §. 131. n. 2. 3. & 4. p.244. & 245
8. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, &c. §. 189. n. 2. p.349
9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, &c. §. 189. n. 3. p.349
10. Non inueni tantam fidem in Iſraël. &c. §. 69. num. 4. p.136
Audiens autem Ieſus miratus eſt, §. 189. n. 4. p. 349
13. Et ſanatus eſt puer in illâ horâ. §. 131. num. 6. p. 245
9. v. 12. Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. §. 160. n. 3. p.293
13. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. §. 160. n. 2. p 292
14. Quare nos, & Phariſæi ieiunamus frequenter; Diſcipuli autem tui non ieiunant. §. 269. n. 4. p.494
15. Numquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis eſt ſponſus? §. 320. n. 5. p.585
30. & 31. Aperti ſunt oculi eorum: & comminatus eſt illis Ieſus, dicens: videte, &c. §. 135. n. & 3. 4. p.251. & 252

Digitized by Google

10. v. 9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, &c. §.27.n.5. p.66
13. Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet pax illa ſuper eam : §.277.n.3. p.507
11. v. 7. Quid exiſtis in deſertum videre ? arundinem vento agitatam ? §.252. n.6. p.466
11. Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. §.223. n.6. p.407
12. Regnum cælorum vim patitur, &c. §.57. num.5. p.116.& §.155.n.5. p.285
13. Omnes enim Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. §.298. n.7. p.542
28. Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite, &c. §. 124. num. 2. p.233.& §.191.n.3. p.353
29. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, &c. §.297.n.3. p.540
12. v. 2. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce &c. §. 269. num. 5. p. 494. & §. 141. num. 3. p.261
50. Quicumque enim fecerit voluntatem patris &c. §. 155. n. 3. p.284
13. v. 5. & 6. Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æſtuauerunt. §. 7. num. 3. p.31.
29. & 30. Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, &c. §.212.n.4. p.389
31. & 32. Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, &c. §.113.n.3. p.214
Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. &c. §. 257. n.4. p.474
43. Tunc Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. §. 222.n.3. p.405
15. v. 22. Miſerere mei Domine, Fili Dauid: filia mea male à Dæmonio vexatur. §. 283. numer. 4. p.517
16. v. 14. At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, &c. §. 212. n.2. p.388
13. & 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui, &c. §. 69. n. 5. p. 136. & §. 288. n.3. p.525
24. Abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, &c. §.133.n.4. p.248
26. Quid prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, &c. §.144.n.3. p.266
17. v. 2. Et transfiguratus eſt ante eos, &c. §. 26. n. 3. p 64
6. Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valdè. §.16.n.6. p. 47.& §. 26. n. 3. p. 64
18. v. 6. Qui autem ſcandalizauit vnum de puſillis iſtis, &c. 64. n.6. p.128
18. Tibi dabo claues regni cælorum. §. 8. num. 2. p.32
19. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. §. 201. num. 2. p.371
Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet &c. §. 265. n.3. p.487. & §. 56. n.2. p.113. & §. 176. num.3. p.319
20. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum §. 235. numer. 6. p.427
34. Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadvſque redderet vniuerſum debitum. §.266.n.4. p.489
19. v. 12. Non omnes capiunt verbum iſtud. §.241.n.3. p.437
27. Tunc reſpondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, &c. §.161. n. 5. p.295
29. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, &c. centuplum accipiet, &c. §. 27. n. 2. p. 65. & §. 151. n. 6. p.295
20. v. 8. Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios, &c. §. 128. num. 6. p. 241
11. & 12. Et accipientes murmurabant aduerſus Patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi, &c. §. 51. num. 2. p. 105
22. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? §. 241. n. 2. p. 436
23. Non eſt meum dare vobis, &c. §. 70. num. 3. p. 137
Sedere ad dexteram meam vel ſiniſtram; non eſt meum, dare, &c. §. 85. n. 4. p. 163
21. v. 26. Si dixerimus è cælo, dicet nobis: quare ergo non credidiſtis illi, &c. §. 145. num. 5. p. 269
43. Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. §. 267. n. 2. p. 490
22. v. 37. Ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum, &c. 155. n. 2. p. 284
23. v. 3. Secundùm opera verò eorum nolite facere, &c. §. 218. n. 5. p. 399
9. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, &c. §. 118. num. 3. p. 223
37. Quoties volui congregare filios tuos, &c. §. 154. num. 5. p. 183
24. v. 29. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, &c. §.110. n.2.& 4. p.208. & 109. & §. 116 n.3. p.219
Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, &c. §. 286.n.6. p.521
30. Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo, &c. §.264. numer. 3. p. 485. & §. 22. numer. 3. p.57
25. v. 29. Ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.
41. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c. §.90. n.2. p.170. & §.15. n.4. p.45
42. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. §. 237. numer. 5. p.430
45. Amen dico vobis: Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, &c. §.271.n.1. p.497
26. v. 8. & 10. Videntes autem Diſcipuli, indignati ſunt dicentes: &c. §.209.n.2. p.383
12. Mittens autem hæc vnguentum hoc in corpus meum, &c. §.134.n.4. p.250
13. Amen dico vobis, vbicumque fuerit prædicatum hoc Euangelium, &c. §.224.n.2 p.408
21. Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt. §.112.n.3. p.213
26. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. §. 73. num. 2. & 3. p. 142. & §. 143. numer. 5. p.265
29. Dico autem vobis, non bibam amodò ex hoc genimine vitis, &c. §. 177. numer. 3. & 4. 5. p.322
51. Exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum principis ſacerdotum, &c. §. 54. numer. 6. p.111
66. Reus eſt mortis, &c. §. 316. n.6. p.596
27. v. 14. Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer. §. 251. num. 3. p.464

34. Cùm guſtaſſet noluit bibere. §. 60. n. 2. p. 120
42. Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, &c. §. 248. n. 5. p. 460
51. Et terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt §. 187. n. 2. p. 346
52. Et monumenta aperta ſunt, &c. §. 82. num. 3. p. 157
59. Et accepto corpore, Ioſeph, &c. §. 83. num. 3. p. 132
65. & 66. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cuſtodite ſicut ſcitis §. 290. n. 2. p. 528
28. v. 1. Veſpere autem ſabbati, &c. § 143. n. 3. & 4. p. 265
2. Ecce terræmotus factus eſt magnus. §. 248. num. 2. p. 459
3. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix. § 187. n. 4. p. 346
5. Nolite timere vos: ſcio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. &c. §. 41. n. 2. p. 88
18. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terrâ. §. 316. n. 2. p. 578. & §. 305. n. 3. p. 560

Ex Marco.

Cap. 1. v. 40. ET ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens: Domine ſi vis, potes me mundare. §. 258. n. 5. p. 476
3. v. 5. Extende manum tuam, &c §. 124 n. 3. p. 233
Et circumſpiciens eos cum irâ, &c. §. 159. n. 3. p. 291
28. & 29. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata, &c. §. 196. n. 4. p. 361
Qui autem blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, &c. §. 148. n. 3. p. 273
6. v. 9. Sic ergò vos orabitis: &c. §. 156. n. 2. p. 286
20. Herodes metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum, &c. 145. n. 1. p. 268
22. Cúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, &c. §. 220. n. 4. p. 402
27. & 28. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco. §. 220. n. 5. p. 403
10. v. 29. & 30. Nemo eſt qui reliquerit domum... aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc, &c. § 134. n 3. p. 250
11. v. 13. Cúmque vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit &c. §. 175. n. 4. p 318
16. v. 14. Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit Ieſus, & exprobrauit, &c. §. 73. num. 4. p. 142
15. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ; &c. §. 217. n. 5. p. 401
22. Et valde mane vna ſabbatorum, &c. §. 143. n. 3. p. 265

Ex Luca.

Cap. 1. v. 5. FVit in diebus Herodis Regis Iudææ ſacerdos quidam, nomine Zacharias. §. 201. n. 5. p. 371
6. & 7. Incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querelâ, &c. § 103. n. 3. p. 192
18. Vnde hoc ſciam. §. 108. n. 6. p. 206
20. & 24. Ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant, &c. §. 187. n. 7. p. 347. & §. 232. n. 2. & 3. p. 421
24. v. 25. Concepit Eliſabeth, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens: Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum, &c. §. 103. n. 2. p. 192
26. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, &c. §. 71 n 4. p. 139. & §. 307. n. 5. p. 564
27. Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, &c. §. 206. n. 5. p. 379
28. Aue gratiâ plena; Dominus tecum: Benedicta tu, &c. §. 40 n. 3. p. 87. & §. 97. n. 3. p. 182. & §. 304. n. 3. p. 558. & § 320. n. 1. p. 584. & §. 309. n. 2. p. 566. & §. 310. n. 2. & 3. p. 568
29. Turbata eſt in ſermone eius, &c. §. 310. num. 4. p. 569
30. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, §. 232. n. 4. p. 422
30. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. §. 190. n. 3. p. 351
32. & 33. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius §. 221. n. 3. p. 404
34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, &c. §. 307. n. 3. p. 563. & §. 108. n. 6. p. 206
35. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c. § 331. n. 6. p. 604
38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. § 317. n. 2. p. 579. & §. 239 n 2 p. 433. & §. 321. n. 3. p. 588
41. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Mariæ Elizabeth, &c. §. 320. n 3. p. 585. & §. 324. n. 2. p. 591
44. Ecce vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit, &c. § 37. n. 5. p. 83. & §. 284. n. 4. p. 519
48. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. &c. §. 322. n. 4. p. 588. & §. 322. n. 6. p. 589
56. Manſit autem Maria cum illâ quaſi menſibus tribus: & reuerſa eſt in domum ſuam §. 284. n. 3. p. 518
63. & 64. Et poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius, &c. Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, &c. §. 28. num. 2. p. 67
80. Erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ, &c. §. 67. n. 4. p. 132
2. v. 6. &c. Peperit filium ſuum primogenitum, &c. §. 67. n 3 p. 132
7. Et reclinauit eum in præſepio. §. 135. n. 7. p. 252
8. Et paſtores erant in regionem eadem vigilantes, &c. §. 121. n. 5. p. 229
11. & 12. Et hoc vobis ſignum; Inuenietis infantem, &c. § 71. n. 2 p 139. & §. 322. n. 5. p. 589
16. Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, &c. §. 327. n. 3. p. 596
22. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius, &c §. 323. n 3. p. 590
24. Par turturum, aut duos pullos columbarum. §. 91. num. 2. p. 122
41. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem, &c. §. 223. n. 2. p. 406
46. & 47. Inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem, &c. §. 109. n. 2. p. 207
49. Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? &c. §. 109. n. 4. & 5. p. 208
Et ait ad illos: Quid eſt quòd me quærebatis? §. 219. n. 2. p. 400

51. Deſcen

Digitized by Google

51. Deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis, §.221. n. 4. p 404

Mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo, &c. §. 321. n. 6. p.587

52. Et Ieſus proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum, &c. §. 282. n. 3. p 515

3. v. 2. & 3 Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium, &c. §. 68. n. 4. p. 34

4. v. 5. & 6. Oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, &c §. 104. n. 2. p.193

5. v 5. &c Exiit qui ſeminat, &c. §. 152. n. 7. p.180

8. Exi à me, quia homo peccator ſum, Domine. §. 187. n. 6. p. 347. & §. 148. n. 5. p.257

6. v. 16. Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. §. 275. num. 3. p. 504. & §. 154. n. 2. p.182

30. Omni autem petenti te, tribue. §. 235. n. 3. & 4. p. 417. & §. 175. n. 3. p.317

31. Prout vultis faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. §. 235. n. 1. p.416

38. Menſuram bonam, & confertam, &c. §.152. n.4. p. 180. & §. 141. n. 2. p.261

7. v. 3. Miſit ad eum ſeniores Iudæorum, &c. §. 73. num. 6. p.143

11. Et factum eſt, deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim. &c. §. 131. n. 5. p.245

38. Et capillis capitis ſui terg bat §. 57. n. 3. p.115

Stans retrò ſecùs pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius. §. 236. n. 2. p.428

39. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier quæ tangit eum &c. §. 61 n.6. p.123

43 At ille dixit ei: Recte iudicaſti, §. 91. n. 3. p.174

47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum §. 254. n. 4. p.469

Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. §. 238. n. 2. p.431

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, &c. § 203 n. 2. p.373

8. v. 5. Et volucres cæli comederunt illud, &c. § 68. num. 2 p 134

6. Et aliud cecidit ſuper petram, & natum aruit, &c. §. 7. n. 1. p.31

15. Quod autem in ſpinas cecidit; hi ſunt qui audierunt, & a ſollicitudinibus, & diuitiis, &c. §. 125. n 6 & 7. p. 235 & 236

45 Præceptor turbæ te comprimunt, & affligunt, &c. §. 64. n. 4. p 27

46. Dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exiiſſe §. 236. n. 3. p 428

47. Videns mulier quia non latuit, tremens venit, &c. §. 54. n. 4. p.11

10. v. 4. Nolite portare ſacculum, neque peram, &c. §. 107. n. 4. p.204

31. 32. & 33. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eâdem viâ. .. Similiter & Leuita... Samaritanus autem, &c. §. 64. n 5. p.128

11. v. 7. Non poſſum ſurgere, & dare tibi. §. 241. n. 4. p. 437

8. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, &c. §. 225. n. 2. p.410

Propter improbitatem tamen eius ſurget, &c. §. 70 n. 2. p. 137

14. Erat eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum, &c. §. 19. n. 6. p.52

25. Inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam, &c. §. 55. n. 3. p.112

27. & 28. Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. §. 322. n. 2. p. 588. & §. 308 n. 4. p. 565

12. v. 35. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. §. 226. n. 5. p. 412

37. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. §. 166. n. 2. p.302

Amen dico vobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, §. 179 n. 4. p.325

38 Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertiâ vigiliâ venerit, &c. §. 8[illegible]. n. 5. p 160

13. v. 8. 9. Domine dimitte illam, & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, &c §. 31[illegible]. n. 4. p.574

14. v. 14. Et Beatus eris, quia non habent retribuere tibi. §. 1[illegible]1 n. 6. p.3[illegible]2

15. v. 9. & 10. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore, &c. § 96. n. 2. p.180

18. Surgam, & ibo ad patrem meum. §. 210 n. 1. p. 384.

20 Vidit illum pater ipſius... & cecidit ſuper collum eius, &c. §. 59. n. 4. p. 117. & §. 120. n. 3. p. 126

21. Pater peccaui in cælum, & coram te iam non ſum dignus vocari filius tuus. & §. 210. n. 5 p. 386. & §. 291. n 2. p.529

Iam non ſum dignus vocari filius, §. 137. n. 5. p. 255

22. Citò proferte ſtolam primam, &c. §. 120. n. 4. p. 227

16. v. 8. 9. Laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet... Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. § 87. n. 4 p. 166. & §. 171. n 3. & 4. p.311.

22. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. §. 2[illegible]7. n 4. p. 414 & §. 152. n 2 p.179

24. Vt intingat extremum digiti ſui in aquam, &c. §. 106. n 5. p.203

17. v. 7. 8. &c Quis veſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi, &c. §. 115 n. 4. p. 2[illegible]8

15. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt; &c. § 122. n 4. p. 206

18. v. 11. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi &c. §. 139. n. 3. p.258

14. Dico vobis deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo §. 272. n. 2. p 500

21. v. 36. Vendat tunicam ſuam, & emat gladium. §. 88 n. 3. p.168

43. Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans eum. §. 96. n. 4. p.181

22. v. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite: &c. §. 179. n. 3. p.325

35. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. §. 327. n. 7. p.597

38 Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis: Satis eſt §. 25. n. 5. p.63

62. Egreſſus foràs Petrus fleuit amarè. §. 92. n. 2. p. 174

23. v. 6. Dicentem ſe Chriſtum regem eſſe, &c. §. 244. n 4. p.452

35. & 36. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis? &c Sed nunc qui habet ſeculum, &c. §. 27. n 5. p.66

43. Hodie mecum eris in paradiſo. § 8. n. 2. p.32

46. Et clamans voce magnâ Ieſus ait, &c §. 325. n. 5. p. 594.

24. v. 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum? §. 47. num. 4. p.99

Digitized by Google

Index Locorum

Ex Ioanne.

Cap. 1. v. 1. IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. §. 279. n. 2. p. 510. & §. 58. n. 3. p. 117. & §. 144. n. 4. p.267
3. & 4. Quod factum eſt in ipſo vita erat. §. 72. n. 6. p. 141
10. In mundo erat & mundus ipſum non cognouit, &c. §. 158. n. 4. p.190
12. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. §. 154. num. 5. p.183
14. Et Verbum caro factum eſt, §. 189. n. 7. p.350
16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, &c. §. 144. n. 6. p.267
17. Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum facta eſt. §. 219. n. 3. p.400
19. Hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis, &c. §. 137. n. 2. p.154
32. & 33. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum. §. 276. n. 6. p.506
49. Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Iſraël. §. 288. num. 3. p.525
2. v. 2. Et deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. §. 286. n. 2. p. 521. & §. 170. n. 2. p. 309. & §. 314. n. 5. p.575
Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier Nondùm venit hora mea. §. 286. n. 3. p. 521. & §. 225. n. 5. p.411
9. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, &c. §. 236. n. 4. p.429
15. & 16. Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, &c. §. 22. n. 4. p.57
3. v. 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, &c. §. 73. n. 5. p. 143. & §. 104. n. 4. p. 194.
30. Illum oportet creſcere, me autem, &c. §. 144. n. 5. p. 267
4. v. 4. Oportebat eum tranſire per Samariam, &c. §. 248. n. 4. p.452
6. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem §. 187. n.3. p.346
20. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, &c. §. 33. n. 3. p.75
21. & 22. Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis, &c. §.79. n.4. p.151
23. Sed venit hora, & nunc eſt, quandò veri adoratores, &c. §. 222. n. 2. p.405
Adorabunt patrem in ſpiritu & veritate, &c. §. 313. n. 5. p.574
29. & 30. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Numquid, &c. §. 109. num. 3. p.207
5. & 6. Dicit ei: Vis ſanus fieri. §.45. n.3. p.95
8. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula §. 254. num. 7. p.470
14. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat. §. 55. n. 5. p. 113. & §. 135. num. 5. p.252
17. Pater meus vſquemodò operatur, &c. §. 124. n. 3. p. 233.
18. Non ſolùm ſoluebat ſabbatum. &c. §. 210. n. 4. p. 385
30. Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, &c. §. 10. n. 3. & 4. p.36. & 37
31 Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, &c. §. 140. n. 4. p.260
44. Quomodò vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, &c. §.261. n.6. p.481
46. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitã & mihi. §. 298. n. 2. p.541
6. v. 5. Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, §. 188. num. 4. p.348
13. Collegerunt ergò, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum, &c. §.178. n. 6. p.324
56. & 57. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. §. 182. n. 3. p.330
64. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. §. 178. n. 4. p.324
7. v. 15. Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic litteras ſcit, &c. §. 108. n.5. p.206
8. v. 13. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, &c. §. 140. num. 4. p.260
9. v. 39. In iudicium ego in hunc mundum veni, &c. §. 151. n. 4. p.278
10. v. 32. Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, &c §.293. n.3. p.533
40. Abiit iterùm trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans, &c. §.33. n.5. p.76
11. v. 43. Lazare veni foras. §.91. n.5. p.173
12. v. 6. Sed quia fur erat, & loculos habens, &c. §. 149. num. 3. p.275
Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, &c. §.208. n.2. p.381
7. Sine illam vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. §. 134. n. 4. p.250
25. Qui amat animam ſuam, perdet eam. §.150. n.3. p. 276
13. v. 27. Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas. §. 181. n. 2. p.328
14. v. 2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, &c. §. 102. n. 5. p.191
4. & 5. Et quò ego vado, ſcitis, & viam ſcitis. §.108. num. 3. p.205
6. Ego ſum via, &c. §. 43. n. 3. & 4. p.92
16. Vt maneat vobiſcum in æternum, &c. §. 147. n.2. p. 271
23. Si quis diligit me, mandatum meum ſeruabit. §. 217. n. 2. p.396
15. v. 4. Manete in me, & ego in vobis. §. 147. n. 3. p. 271
5. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, &c. §. 38. n. 2. p.83
6. Si quis in me non manſerit, &c. in ignem mittent, & ardet. §. 15. n. 2. p.44
22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent, &c. §. 11. n. 5. p.38
16. v. 4. Vſque modo non petiſtis, &c. §. 156. n.4. p. 286
13. Cùm autem venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. §. 268. n. 4. p.492. & §. 209. n. 3. p.383
17. v. 10. Mea omnia tua ſunt. §. 311. n. 5. p.571
18. v. 20. Ego palàm locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagogâ, &c. §. 268. n. 5. p.492
19. v. 25. Stabant autem iuxta crucem Ieſu, Mater eius, &c. §. 325. n. 2. p.593
26. & 27. Mulier eccefilius tuus, &c. §. 325. n. 3. p. 593
28. & 29. Ieſus, quia omnia conſũmata ſunt, vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ego, &c. §. 8.

Digitized by Google

§. 8.n.4. p.33. & §.60. num. 2. p.120.& §. 218. num.2. p.398
21. v. 7. Dixit ergò diſcipulus ille, &c. §. 154. num. 6. p.183
8. Tunica præcinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. §. 40. n.4. p.87

Ex Actis Apoſtolorum.

*Cap.*1.*v.*11. Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? §. 282. n. 2.p.515. & §. 234. n.4. p.425
3.*v.*6. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi. &c §.161. n.4. p. 295. & §. 107. n. 3. p.204
9. Saülus autem, qui & Paullus repletus ſpiritu-ſancto. &c.§. 114.n.4. p.216
7. v. 30. Apparuit illi in deſerto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi §.97.n.2. p.182
55. Ecce video cælos apertos, &c. §. 88. numer. 4. p.168
9. v. 8. Apertis oculis nihil videbat. §. 151. numer. 4. p.179
26. v. 24. Inſanis Paulle: multæ te litteræ, &c. §. 248. num.3. p 459

Ex Epiſt. ad Rom.

Cap. 1. *v.* 22. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. §.140 n 3. p.260
32. Non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. §. 148. n. 2. p.273
2. v. 1. In quo enim iudicas alterum, te ipſum condemnas. §. 271 n. 4. p.498
3. v. 5. Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? §.294. n.5. p.535
4. v. 18. Contra ſpem in ſpem credidit, &c. §. 119. n.3. p. 224
5. v. 6. & 8. Comendat autem charitatem ſuam Deus in nobis. §. 152.n. 5. p.180
6. v. 4. Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. §. 19. num. 7. p.52
10. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, &c. §. 181. n. 2. p.330
7. v. 14. & 15. Ego carnalis ſum, venundatus ſub peccato .... non enim quod volo bonum, hoc ago, &c. §. 38. n. 2. p 83
18. & 23. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne meâ, bonum. §. 229. n. 4. p.417
23. Video aliam legem in membris meis repugnantem, &c. §. 213. n. 2. p 390
8. v. 17. Si tamen compatimur, vt & glorificemur. §. §. 325. n. 4. p.594
19. Expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. §.72. n. 3. p.141
20. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt. §. 63. n. 3. p. 125
26. Nam quid petamus, ſicut oportet neſcimus. §. 313. n. 3. p.573
32. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum. §. 200. n.4. p. 385.& §. 34. n. 4. p.78
Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. §. 72. n. 5. p. 141
35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? &c. §. 251.n.4. p.464
38. & 39. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, &c. §.229. n.2. p.416
Neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei. §. 200. n. 3. p. 368. & §. 33. num. 4. p.76
11. v. 36. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula. §. 291. n. 4. p. 530
12. v. 1. Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem &c. §. 180. n. 5. p.328
11. Sollicitudine non pigri: Spiritu feruentes, &c. §. 123. n. 4. p.232
16. Humilibus conſentientes. §. 69. n. 2. p 135
19. Mihi vindictam, & ego retribuam. §. 16. num. 3. p. 46
21. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. §. 198. n. 4. p. 365. & §. 251. n. 2. p.463
13. v. 4. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, &c. §. 25. n. 3. p.62
7. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. §. 9. n. 3. p.34

Ex Epiſt. I. ad Corinthios.

Cap. 2. v. 4. Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. §. 218. n. 3. p.399
3. v. 1. & 2. Tamquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, &c. §. 297. n. 4. p.540
4. v. 13. Nos ſtulti propter Chriſtum, &c. §. 164. n. 5. p. 300
6. v. 4. Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. §. 13. n. 4. p.42
12. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. §. 214. n. 3. p.392
15. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? §. 196. n. 5. p.362
7. v. 7. Volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum. &c. §. 270. n. 2. p.380
25. De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do. §. 207 n.7. p.381
31. Et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi. §.101. num. 4. p.189
34. Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ ſunt Domini, &c. §. 36. n. 3. p.80
9. v. 22. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. §. 315. n. 5. p.577
24. Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt omnes quidèm currunt, &c. §. 289. n. 2. p.526
Vnus accipit brauium. §. 40. n. 7. p.88
Sic currite vt comprehendatis. §. 43. n. 2. p. 91
26. & 27. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. §. 18. n. 3. p.50
Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: &c. 229. n. 3. p.417. & §. 133. n. 2. p.248
10. v. 3. & 4. Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, &c. §. 183. n. 2. p.331
31. Siue ergò manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud aliquid facitis: &c. §. 231. n. 2. p.420
11. v. 18. & 19. Primùm quidem conuenientibus vobis in Eccleſiam, &c. §. 260. n. 5. p.480
26. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc. &c. §. 182. n. 5. p.331

28. & 29.

Digitized by Google

28. & 29. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, §.181. n. 3. & 4. p. 329. & §.170. n.3. p.309
Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, &c. §. 264. n. 5. p. 486. & §. 182. n. 4. p.330
34. Cetera autem cum venero diſponam. §. 180. n.1. p.326
13. v. 9. Ex parte enim cognoſcimus, &c. §.127.num.2. p.238
14. v. 33. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. §. 260 n.4. p.479
15. v.30. & 31. Vt quid & nos periclitamur omni horâ? §.196.n.3. p.361

Ex Epiſtola II. ad Corinth.

Cap. 1. v. 17. VT ſit apud me Eſt, & Non, &c. §.63. n.5. p.126
4. v. 10. Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, &c. §. 133. n. 3. p. 248. & §. 150. n. 4. p.276. & §. 150. n.5. p. 277. & §.89. n.5. p.170
5. v. 21. Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, &c. §. 319. n. 4. p.584
6. v. 1. Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſùs alterum, iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos. §.9.n.4. p.35
8. v. 2. Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias paupertatis eorum §. 175. n.5. p.318
3. Quia ſecundùm virtutem teſtimonium illis reddo, &c. §. 191. num. 4. p. 353. & §. 170. num. 6. p. 310
9. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, &c. §.171.n.5. p.311
11. v. 14. Ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis.§.186.n.4. p.345
23. & 24. In laboribus plurimis, in carceribus, &c. A Iudæis quinquies, quadragenas, &c. §. 46. n.4. p.97
29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? §. 170. numer. 3. p.309
12. v.2 & 3. Si gloriari oportet: ſcio hominem in Chriſto, &c. §.57.n.4. p.115
Raptum huiuſmodi vſque ad tertium cælum.§.7. n.5. p.32
15. v.47. & 48. Primus homo, de terrâ, terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis. Qualis terrenus, tales, &c.§.7. n.4. p.32

Ex Epiſt. ad Galatas.

Cap. 1. v. 16. COntinuò non acquieui carni & ſanguini.§.188.n.3. p.348
2. v. 14. Quomodo gentes cogis iudaizare, &c. §. 67. n.6. p.133
19. Chriſto confixus ſum cruci: viuo autem iam non ego, &c. §.127.n.5. p.239
20. Viuo autem, iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.§.223.n.3. p.407
4. v. 4. & 5. Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, &c.§. 309.n.3. p.566
9. Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, &c.§. 23. n.5. p.59
5. v. 16. & 17. Dico autem ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. §. 229. n.5. p.417
22. & 23. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, &c. §.167.n.6. p.305
6. v. 1. Fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos &c. §. 209. num. 3. 4. & 5. p.383

Ex Epiſt. ad Epheſios.

Cap. 2. v. 3. ET nos aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum. §. 61. n.5. p.123
10. Ipſius enim ſumus factura, &c.§. 77.n. 5. p.150
4. v. 26. Iraſcimini, & nolite peccare: &c. §. 198. n. 5. p.365
6. v. 12. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, §.186.n.5. p.345

Ex Epiſt. ad Philippenſes.

Cap. 1. v.20. & 21. SEd in omni fiducia ſicut ſemper, &c. §. 164. n. 4. p.300
21. & 23. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.... Coarctor, &c.§.30.n. 5. p.71
2. v. 2. Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, &c. §.289.n.5. p.527
12. & 13. Cùm metu & tremore veſtram ſalutem operamini; Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere, &c.§. 38. n.3. p.84
3. v. 8. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora. §.132.n.3. p.246
18. & 19. Multi enim ambulant, &c. §. 196. num. 2. p.361
Inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, &c. §. 61. n.3. p.122
20. Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. §.151. n. 5. p. 179. & §. 72. n.4. p. 141. & §. 142. num. 5. p.264

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. 1. v. 24. NVnc gaudeo in paſſionibus pro vobis. §.326.n.3. p.595
24. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ. §.296. n. 3.p.538. & §. 325. num.5. p.594
2. v. 8. Secundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum.§.315. n.6. p.577
14. Delens quod aduerſùs nos erat chirographum decreti, &c.§.19.n.2. p.51
3. v. 12. Induite vos, ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, &c. §.289.n. 4. p.527
4. v. 1. Domini, quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate, &c. §.115.n.6. p.218

Ex Epiſt. I. ad Theſſalonicenſes.

Cap. 5. v. 16. & 17. SEmper gaudete, ſine intermiſſione orate.§.231. n.4 p.420

Ex

Digitized by Google

Ex Epiſt. II. ad Theſſal.

Cap. 1. *v.* 10. CVm venerit Ieſus Chriſtus glorificari in ſanctis ſuis, &c. §. 164. numer. 6. p.300

Ex I. ad Timoth.

*Cap.*2.*v.*14. ADam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta, &c. § 112. n. 2. p.212
6. v. 10. Radix omnium malorum eſt cupiditas. §. 18. n.4. p.50
17. Diuitibus huius ſæculi præcipe, &c.§. 136. n.3. p.253

Ex II. ad Timoth.

*Cap.*3.*v.*2.& 4. ERunt homines ſeipſos amantes, cupidi, &c.§.136.n.4. p.253
4. v. 5. Tu verò vigila, in omnibus labora, &c. §. 8. n.5. p.33

Ex Epiſtola ad Titum

Cap. 2. *v.*7. TE ipſum præbe exemplum bonorum operum, &c.§.66.n.5. p.131

Ex Epiſt. ad Philemonem.

*Cap.*12. TV autem illum, vt mea viſcera, ſuſcipe.§. 283.n 6. p.517

Ex Epiſt. ad Hebræos.

*Cap.*6. *v.*19. QVam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam. §. 167. num. 3. & 4. p.304
8. v. 13. Dicendo autem nouum, veterauit prius quod autem antiquatur, & ſeneſcit, &c. §. 56. n. 5. p.115
9. v. 24. Non manufacta Sancta Ieſus introiuit, ... vt appareat, &c §. 312. n 5. p.572
27. Statutum eſt hominibus ſemel mori. §. 326. n. 4. p.595
10. v. 20. Habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti.§. 43. n.3. p.92

Ex Epiſt. Iacobi.

*Cap.*1.*v.*13. DEus intentator malorum eſt, &c.§. 111. n. 5. p.211
16. & 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c.§. 313. n.6. p.574
18. Voluntariè genuit nos verbo veritatis,&c. §. 214. n. 4. p.392
3. v. 6. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat, &c §.31.n 6. p.74
8. Linguam nullus hominum domare poteſt.§. 32.n.7. p.75
5. v. 1. Vnde bella, & lites in vobis? §.149. n.7. p.462
3. Aurum, & argentum veſtrum æruginauit, &c. §. 106. n.4. p.202

Ex Epiſt. I. Ioannis.

Cap. 2. *v.*4. QVi dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit &c. §.217. n.4. p.397
16. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, &c.§.308 n.2. p.564

Ex Epiſt. I. Petri.

Cap. 2. *v.*21. VT ſequamini veſtigia eius, &c. §. 66. n.2. p.130
5. v. 5. & 6. Omnes autem inuicem humilitatem inſinuate; &c.§ 263 n.5. p.484
8. Sobrij eſtote, &c. §. 158. n. 6. p.290

Ex Epiſt. II. Petri.

*Cap.*1. *v.*14. VElox eſt depoſitio tabernaculi mei, &c. §.30.n.2. & 3. p.70
14. Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei ſecundùm quod &c.§.170. n.5. p.310
2. v. 21. Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti. §. 55.n.4. p.112

Ex Epiſtola Iudæ.

Cap. 13. SYdera errantia: quibus procella tenebrarum. &c.§.31. n.3. p.72
23. Illos verò ſaluate, de igne rapientes; &c. §.203. n.3. p.373

Ex Apocalypſi.

*Cap.*2.*v.*4. SEd habeo aduersùm te, quòd charitatem tuam primam reliquiſti.§.276.n.4. p.506
3. v. 15. & 16. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam, &c.§.123.n.3. p.231
4. v. 4. Et ſuper thronos viginti quatuor ſeniores, &c. §.245.n.5. p.454
6.v.10. Et clamabant voce magna,&c.§.157.n.2. p.287
10. & 11. Vſquequo Domine non iudicas, &c. §. 152. n.6. p.180
11. Et dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum,&c.§.227.n.2. p.413
18. v. 7. Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum,& luctum.§.262.n.3. p.482
21. v. 2. Ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo à Deo,&c.§.181. n.6.p.514.& §.321.n.2. p.570
5. Ecce noua facio omnia,&c.§. 314. n.4. p.575

SYLLA

Digitized by Google

SYLLABVS RERVM AC VERBORVM,

Præſertim quæ mores inſtituunt, & paullò vberiùs traduntur.

§. *Paragraphum ſignificat.* n. *numerum denotat marginalem.* p. *paginam indicat.*

A

Aaron.

AAronis virga cur florida perſeuerat in arcâ? §. 85. n. 3. p.163

Cur Aaron populi inaures aureas in crumenà obſignat? §. 292. n. 2. p.531

Abnegatio.

Vide verbo, *Mortificatio.*

Abraham.

Num Abraham dum filium iam mactat, patrem ſe eſſe neſcir? §. 34. n. 3. & 4. p.77

Æquanimitas Abrahami in ſummâ felicitate pariter ac infelicitate. §. 47. n. 5. p.91

Quare Abraham poſt coniugium cum Sarâ euulgatum, adhuc eius frater appellatur? §. 58. n. 2. p.117

Non timuit Abrahamus, quòd parricidium ei imputaretur ad culpam. §. 186. n. 3. p.344

Abſens, Abſentia.

Deus cùm abſens putatur, videtur; cùm præſens eſt, non videtur. quomodò? §. 41. n. 6. p.89

Deus præſens adeſt, vt quæratur tamquam abſens. §. 74. num. 3. p.144

Deus etiam inuentus, quærendus eſt. §. 74 numer. 6. p.144

Sacerdos dum Deo appropinquat, immundus declaratur. §. 138. n. 3. p.256

Homo Angelorum æmulus, aſcenſu ipſo ad Deum humiliter deſcendit. Ibidem. n. 4. p.257

Quare Petrus præſentiſſimum expertus Chriſtum, eius præſentiam recuſſat? §. 138. n. 5. p.157

Qui ſe mortificat, ſemper Deo præſens eſt. §. 150. n. 1. p. 276

Ad timoris arbitrium, hominibus Deus aut adeſt, aut abeſt. §. 158. n. 4. p.290

Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. §. 162. n. 4. & 5. p.296

Beneficia quæ accepta adſunt, contemnimus; quæ abſunt, requirimus. toto. §. 267. p.490

Abundantia.

Vide verbo, *Diuitiæ, Felicitas.*

Abuſus.

Vſus mundialium rerum, abſus dicitur. quare? 101. num. 4. 189

Adoleſcens, Adoleſcentia.

Vide verbo, *Iuuenis, Puer.*

Aduerſitas.

Vide Verbo, *Labores, Perſecutiones, Patientia.*

Adulatio, Adulator.

Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ deſtaudatio, & vitiorum perſuaſio, magno luenda. toto §. 148. p.271

Adulatio Concionatorum egregiè culpatur. §. 186. n. 4. p. 344

Princeps comiter admonendus eſt, ne aſſentatorium ei ſilentium, indulgentiam tribuere videatur. toto §. 201. p. 369

In amantis ore, ipſa veritas, aſſentatiuncula gratificans, multis videtur. §. 288. n. 3. p.525

Regum adulatio in Concionatore vapulat. §. 318. n. 4. p. 582

Vide verbo, *Ambitio, Princeps, Sapiens, Laus.*

Adulter.

Vide verbo, *Luxuria, Mulier, Maritus.*

Ægrotus, Ægritudo.

Qui malitiam laudat, incurabili morbo ægotare dicitur. quare? §. 148. n. 2. p.273

Æmulatio.

Vide verbo, *Inuidia, Zelus.*

Ærumna.

Vide verbo, *Labor, Perſecutio, Patientia.*

Ætas.

Vide verbo, *Senectus, Pueritia, Iuuentus.*

Affectus.

Impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum perniciem potenter armatur. toto §. 86. p.164

Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §. 233. p.423

Miſericordia quam affectuosè obeunda. §. 235. num. 7. p. 427

Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. toto §. 288. p.524

Vide verbo, *Amor, Odium, Paſſiones.*

Afflictio.

Vide verbo, *Labor, Perſecutio, Patientia, Triſtitia.*

Affinitas, Cognatio.

Beneficentia ergà egenos cognatos, in Boozo prædicatur. §. 1. n. 21. p.5

Qui modica ſpernit, affinitatem cum vitiis expetit. §. 113. n. 4.

Qui

Digitized by Google

Qui à cognatis conſilia non petit, illis non acquieſcere dicitur. quare? §. 188. n. 3. p.348
Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230 p.418
Per hominem Deus cognationem cõtrahit cum creaturis omnibus. §. 291. n. 4. p.530

Ambitio.

Ambitio aſciſcit dolores parturientis. §. 23. n. 2. p.58
Ambitioſus Dæmon ambitionem Chriſto ſuadere præſumit. §. 71. n. 5. p.140
Dignitatum ambitio velut impotenter hominum pectora vrit, & pertinaciter ſtimulat. toto §. 85. p.162
Sumptuoſior prælucendi ac præſidendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit. toto §. 110. p.208
Inurbanitas ab ambitione eſt. toto ferè §. 114. p.215
Stellæ cùm obſcuræ nocti inſeruiunt, planè lucent; ſecùs è cælo cadunt. §. 116. n. 3. p.219
Non eſt Magnus, qui magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p.227
Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magno luenda. toto §. 148. p.272
Vanægloriæ ambitio ſuos appetitores deprauat, inanitiát, minorat: & ſeipſis è peruerſo euacuat. toto §. 261. p. 480
Quàm de facili hominibus vanagloria ſubrepat. toto §. 285. p.519
Vide verbo, *Superbia*, *Adulatio*, *Laus*.

Amicitia, *Amicus*.

Nil acerbius, atrociùs nihil, quàm vera inimicitia falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. p.120
Num Pauperum poteſtas ſit, beare pro voluntate amicos? §. 171. n. 4. p.311
Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198. p.364
Amicitiæ conglobata elogia. §. 227. n. 1. p.413
Gnome veræ amicitiæ. §. 289. n. 3. p.527
Vide verbo, *Amor*.

Amor, Charitas mutua.

Non eſt vehementior natura ad amandùm, quàm gratia. §. 1. n. 16. p.4
Beneficiis nos obruit Deus, vt amorem magnificè extorqueat. §. 135. n. 6. p.252
Vis diuini amoris ergà homines, quàm ſit munificè fœcunda. toto §. 154. p.282
Dei amor maritat ſponſæ mentem. Ibi. n. 4. p.283
Paſſiuus amor cæcè inoculat, & ſenſuum acumen eſt. §. 154. n. 6. ibid.
Conſultè collocandus eſt amor. §. 155. n. 1. 284
Deúſne expetit iudicio amari, ad nimietatem amoris? ibid. num. 2. ibid.
Chriſtus ſe nominat hominis filium, vt maternum hominum amorem negotietur. §. 155. n. 3. ibid.
Humana bonitas ſi cum diuinâ conferatur, imbonitas dicitur: exindè Deus ſuper omnia amari debet. ibid. num. 4. p.285
Pura intentio poteſt videre, & videri, illex & index amoris eſt. §. 165 n. 5. p.302
Ibi compaſſio dolor eſt, vbi amor eſt. §. 170. n. 4. p.310
Charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio contrà me quare? §. 194. n. 4. p.358
Concinnè ordonata charitas, dicitur coaceruatio. quare? Ibi.
Cum obſcænè lapſis, Charitas cum odio miſcenda eſt. §. 203. n. 3. p.373
Dei amor hominem format. §. 214. n. 4. p.392
Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230. p.418
Qui corde amat, dolebit & corde. §. 234. n. 5. p.426
Reciproca rerum inter ſe fauentia, perfectionem, complementum, fœcunditatem, ac robur ipſis fœnerat. toto §. 274 p.501
Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur. toto §. 188. p.524
Vniuerſi Iuſti vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. p. 526
Vide verbo, *Amicitia, Pax, Affinitas. Amor Mariæ.*

Anathema.

Quo ſenſu B. Virgo, anathema nominatur? §. 301. n. 3. p. 553

Angelus.

Num Deus quà Iudex debet cuſtodes Angelos ad tutelam? §. 12. n. 4. p.40
Cur Angelus ad ſuadendam Dei humilitatem eligitur? §. 71. n. 2. & 4. p.139
Cur Seraphim, non ad Deum, ſed alter ad alterum clamat? §. 84. n. 5. 161
Angeli ſunt mentis Inquiſitores. §. 94. n. 1. p.177
Prælustribus Deiparæ virtutibus Angeli potantur. Ibid. num. 2.
Addénſata Angelorum epitheta. §. 94. n. 3. & §. 95. n. 1. p. 177. & 179
Angelorum hymnodia dicitur Poëtica, & ipſa veritas. quare? ibid.
Per Angelos, ideſt, lætantes, omne gaudium conſummatum eſt §. 94. n. 4. p 178
Angeli, id eſt, abundantes. ibi. p.178
Angeli dicuntur, præſidium, vmbra, & tempus noſtrum. §. 94. n. 5. ibid.
Nulla victoria, trophæum nullum ſine Angelorum ope. §. 94. n. 6. ibid.
Angelorum omnium vna victoria eſt. ibid.
Noſtram materialem vitioſitatem abſumunt Angeli. §. 95. n. 1. p.179
Cur ſit Angelus Dominicæ incorruptionis & reſurrectionis aſſertor? § 95. n. 2. ibid.
Perſeuerantia eſt Anglorum æmulatio. Ibi. n. 3. ibid.
Deus & Angeli ſententioſè igni comparantur. §. 95. n. 3. ibid.
Angelus quaſi flamma ſtando volat. Inibi. n. 4. ibid.
Angeli nos in viâ cuſtodiunt, quia terrenam viam ſuſtollunt. §. 95. n. 5. & 6. p.180
Mandare ſalutes Iacob, eſt Angelorum miniſteria illi deputare. §. 96. n. 1. p.180
Cur Angeli ad congratulationem de inuentâ drachmâ inuitantur? Ibi. n. 2. ibid.
Quàm ſollerter Angeli ſuæ beatitudinis participium hominibus exambiunt. §. 96. n. 3. p.181
Num Angeli confortant Chriſtum, quia Angeli à Chriſto confortantur? Ibi. n. 4. ibid.
Angelica ergà homines obſequia, demonſtratio Dei præſentis dicitur. §. 96. n. 5. p.181
Angeli vocantur viri, quouſque beneficentiam ergà homines oſtentent. §. 97. n. 1. p.182
Deus præcauet, ne Angeli tot beneficia hominibus præbere videantur. Ibi. n. 2. ibid.
Quàm putetur efficax Angelorum vox ad Deiparam §. 97. num. 3. ibid.
Angelus æquitatis, bona hominum opera in bonum commentatur. Ibi. n. 4. 183
Sit nobis Raphaël, Dei curatio, detentio Dei, Dei diues, & beatitudo Dei. §. 97. n. 5. ibid.
Filij prodigi nuditas, num ab Angelis videnda præcauetur? §. 120. n. 4. p.227
Angelorum nomen mirabile eſt, quia ab officio plenè adimpleto eſt. §. 121. n. 4. p.228
Angelus etiam inferior, Seraph ab officio appellatur. Ibi.

Digitized by Google

Angeli ruſticanos quærunt qui ſua officia plenè obeant. §.121. n.5. p.228
A concordiâ eſt, vt homo ab Angelis habitu differre dicatur. §.142.n.5. p. 264
Clamat Seraphinus alter ad alterum, vt ad ſimile triſagium, alterum cohortetur. §.113.n.5. p.215
Iudicium, quod affectibus non ægrotat, Raphaël dicitur. §.288. n.4. p.525
Deipara ne Gabrielis vocem ſeminis loco ſuſcepit §. 307. num.4. p.563
Per Mariam Angeli redintegrantur. §. 314. n. 4. p.575

B. Anna.

Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod mundo donant §. 303 n. 4. p.557
B. Anna parit Mariam, ne deſit humano generi munus, quod Deo donet. Inibi. p.557
Non tam Mariam concipit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. §. 309.n.6. p.568
Vide verbo, *Natiuitas Mariæ.*

Antiquum.

Vide verbo, *Nouum.*

Apoſtolus, Apoſtolici viri.

Qui Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. §. 102. num.4. p. 191
Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. ibid.
Auaritia Exapoſtolum fecit Iudam §. 107.n.3. p. 204
Apoſtoli ſciebant, & ſcire neſciebant. §. 108. num. 3. p. 204
Apoſtolorum vltrà vires & captum, obſequium commendatur. §. 219.n.5. p. 401
Apoſtoli, poſſe ſe dicunt, quæ obnixè volunt. §. 241.n.2. p.436
Cur Apoſtoli, qui dicuntur, lux mundi, ſtatim lucerna domûs appellantur? §. 261.n.5. p.481
Vide verbo, *Concionator, Sapiens, Sapientia Mariæ.*

Arbitrium.

Vide verbo, *Voluntas, Subditus, Obedientia.*

Arrogantia.

Vide verbo, *Superbia, Ambitio.*

Aſcenſio Domini.

Principium Reſurrectionis, & Aſcenſionis finem, Diſcipuli non vident. Quare? §. 73.n.4. p.142
Angeli in Aſcenſione, Diſcipulorum ſuſpiciones reprehenſione præcludunt. §. 234.n.4. p.425
In Aſcenſione Apoſtoli auelluntur à Chriſto, vt Euangelium prædicent? §. 282. n.2. p.515

Aſtrum, Stella.

Stellulæ malignâ ſuâ luce orbatæ, è cælo ruunt deſperatâ ambitione. §. 110.n.2. p.208
Stellæ luce orbatæ, malunt eſſe in terrâ, quam excellunt, quàm in ipſo ſuo cælo. Ibi. n.4 & 5. p.209.210
Stellæ dum obſcuræ nocti ſeruiunt, planè lucent; ſecùs è cælo cadunt. §.116. n.3. p.219

Atheus.

Pharao atheiſmi ſuſpectus eſt, cùm exiſtimatæ ſeditionis auctores excipit. §.21. n.4. p.55

Auaritia.

Auaritia durè immiſericors, infernalis gehennæ cognata oſtenditur. toto §.106. p.201
Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107. num.1. p.203
Ex auro ſacerdoti dato, idololatriæ vitulus egreditur. §.107.n.2. p.203
Auaritia exapoſtolum fecit Iudam. Ibi. n.3. p.204
Petrus non dedit ſacerdotibus quod non habebat aurum. ibid.
Sacerdotum cenſus, & templi vaſa, miſerorum redemptionem piè negotiantur. §.107.n.4. ibid.
Vrbes Sacerdotum, in miſerorum aſylum deſtinantur. Quare? §.107.n.5. ibid.
Ipſa vrbs, ſeu domus ſacerdotum, iubetur vt miſeris ſuccurrat. ibid.
Aureum vitulum bibentes Hebræi, auaritiam bibunt. §. 117.n.2. p.221
Anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam infidelitatem æmulatur, & craſtinum diem reddit querulum. toto §.125. p. 234
Ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile humanum ingenium. toto §. 128. p.239
Tuta eſt in eleemoſynis erogandis vſura. §. 134. num. 5. & toto ferè §. p.251
Auara opulentia, vitiorum ſupellex eſt, cæli exhereditatio, & impius Chriſti contemptus. toto §. 149. p 274
Auarus dicitur carcer naturæ, vberes fructus velut reos detinens. §. 173.n.5.& toto §. vapulat auaritia. p.315
Diues non tam de ſuo locuplete cenſu; quàm de pauperum inopiâ, auarè diteſcere ſatagit. toto §.253. p.467
Auaritia Principum in vectigalium exactione, multis culpatur. toto §.292. p.531
Vide verbo, *Diues.*

Auctoritas.

Explorandum potiùs ſæpè eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit, in Catholicæ veritatis gratiam. toto §. 69. p.135
Apud Dauidem idiotæ auctoritas fidem meruit. §. 69. n.3. p.136

Audacia, Temeritas.

Minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium. toto §.54. p.110

Auditus, Auris.

Verum à falſo diſtat, quantum oculi ab auribus. §. 143. n.1 p.264
Cur Iacobus Idola cum inauribus infoderit. §.147. num.9 p.272
Diſcordia Deum ad audiendas preces humanas ſurdum reddit? §.176.n. 3. p.319
Res deſiderata auribus deſiderantis parere dicitur. §. 239. n.3. p.433
Deiparæ manus auritæ ſunt ad oculorum preces. §. 312. n.1. p.571
Deipara ſententioſè dicitur, Dei auris. §.331.n.4. p.603

Aulicus, Aula.

Princeps comiter admonendus eſt, ne aulicorum ſilentium, indulgentiam ei tribuere videatur. toto §. 201. p. 369
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto §. 210. p.401
Valdè periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, ſapientum peritiam toxicauerit. toto §. 246. p.455

Auris.

Vide verbo, *Auditus.*

Aurum.

Hominum cum auro connubium. §.23.n.3. p.58
Auri copia dum robur dicitur, ſtultitia exponitur. ibid.
Aurum quò ſæpiùs arſit, ſine detrimento proficit ad bonitatem. §.46. n.2. vbi multa de auro. p.96
Ex auro Sacerdoti dato idololatriæ vitulus egreditur. §. 107.n 2. p.203
Vide verbo, *Diuitiæ, Eleemoſyna.*

B

Baptiſmus.

CHriſtus originem quam ſumpſit ex Virgine, poſuit in Baptiſmi fonte. §.154.n.5. p.283
Chriſti fotu pennati naſcimur. ibid.

Beati

Digitized by Google

Beatitudo, Beata cæli gloria

Pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat. toto §. 295. p.536

Beata Taboris gloria pauidè timetur. §. 16. n.6. p 47

Præcoquâ Beatitudine labores manuum beatè manducare licet. §. 124. n.5. p.234

Mortificatio noſtra dicitur manifeſtatio reſurrectionis, & beatæ gloriæ. §. 133. n.3. p.248

Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. toto §. 151. p.277

Beatæ gloriæ encomium. §. 152. n.1. p.279

Quomodò homo in Beatitudine, ſe dediſcens, erit ipſe alius. Ibidem. n.2. ibid.

Circuitus Beatorum, dum Deum vident, exponitur. §. 152. n.3. p.279

Beatitudo dicitur ſupereffluens. Ibi. n.4. p.280

Ex Chriſti morte taxanda eſt Beatitudinis magnitudo. §. 152. n.5. p.280

Num cuiuſque Beatitudo, beatitudine aliorum integratur? Ibi. n. 6. ibid.

Vix timetur gehenna dum Beatitudo impenſiùs amatur. §. 152. n.7. ibid.

Tanta eſt gloria beatorum corporum, vt dicatur vindicta de perſecutionibus. §. 152. n.6. ibid.

Quo pacto homo non erit in cælo peregrinus. Ibi. n. 2. p.279

Deus propter bonitatem, ſuum regnum tyrannicè inuadi cupit. §. 155. n.5. p.285

Ex gehennæ metu, gloriæ corona materiata eſt. §. 158. n.3. p.289

Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? toto §. 171. p.310

Euchariſtia dicitur, Beatitudinis confinium, prælibatio, & obſes, atque myſterium gloriæ. toto §. 177. p.321

Beata cæli gloria, ordine cenſetur. §. 195. n.3. p.360

Quare Iuſti in cælo, & Chriſtus in Tabore, ſicut ſol fulgere dicantur? §. 222. n. 3. p.405

Gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia. toto §. 227. p.413

Vide verbo, *Gloria Maria.*

Bellum, Prælium.

Oratio eſt robur militum, & militaris diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. p.210

Vide verbo, *Victoria, Bellatrix Maria.*

Beneficium.

Memoria gratiæ ferè non poteſt tacere beneficium. §. 135. n.4. p.252

Male quis benefactori ac beneficio ingratus eſt. Ibi. n. 5. ibid.

Beneficiis nos obruit Deus, vt amorem magnificè extorqueat. §. 135. n.6. ibid.

Quod à principio beneficium fuit, vſu & ætate fit debitum. §. 238. n.6. p.432

Antiqua beneficia ſubuertis, niſi illa poſterioribus cumules. §. 4. n.2. p.25

Quòd ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. toto §. 264. p.485

Vnum Dei beneficium, plura exinceps oppignerat. toto §. 278. p.508

Vide verbo, *Gratia, Miſericordia, Liberalitas, Gratitudo, Ingratitudo.*

Benignitas.

Vide verbo, *Miſericordia, Eleemoſyna.*

Biblia.

Vide verbo, *Scriptura ſacra.*

Bonum.

Mundialia bona poſſeſſorem ſpebus fruſtrant, ſtultitia ſunt, ſpuma ſunt, nec ſibi ſatis ſunt. toto §. 23. p.85

Mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. n.4. p.189

Humanis bonis nomina bonorum ſunt, re vacua. Ibi. num. 5. p.189

Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. p.190

Bonum non eſt in magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. p.214

Mortificatio prophetat quàm ſint futilia mundi bona. §. 127. n.2. p.238

Bona temporalia dubio affectu quæruntur. §. 149. n.2. &c. p.274

Vide verbo *Felicitas, Diuitiæ, Voluptas, Amor, Deus.*

Booz.

Boozi beneficentia ergà egentes cognatos prædicatur. §. 1. n.22. p.5

Boozus multis laudatur. §. 1. n.25 & 26. &c. p.6

Vnúſne, an tres Booz fuerint, longulè tractatur. §. 3. n.4. &c. p.13

Breue.

Vide verbo, *Diuturnitas, Tempus.*

C

Cadauer.

Vide verbo, *Mors, Sepultura, Reſurrectio, Terra, Cinis.*

Cæcus.

Vide verbo, *Oculi.*

Calceus, Diſcalceatus.

Calceamentorum gloria magni æſtimatur. §. 93. num. 5. p.176

De Propinqui illius diſcalceatione, multa traduntur §. 242. à num. 22. p.444

Canities.

Vide verbo, *Senex.*

Calamitas.

Vide verbo, *Labor, Perſecutio, Patientia.*

Canis.

Ne canum more, furto rapiatur Euchariſtia. §. 181. n. 5. p.329

Caro, Corpus.

Caro per mortificationem fit ſpiritualem trophæorum baſis. §. 133. n.2. p.247

Caro poſt mortificationem, ferè ſpiritualis creditur. §. 133. n.4. p.248

Quare Chriſti corpus in Euchariſtiâ, Corpus diuini ſpiritûs appellatur? §. 183. n.2. p. 331

Caro, formidabile periculum, dæmon in luto deliteſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. quare? toto §. 229. p.416

Pugna carnis contra ſpiritum eſt idoneum litium ſimulacrum. §. 249. n.4. p.461

A carne eſt perſeuerantiæ abortus. §. 276. numer. 6. p. 506

Vide verbo, *Paſſiones, Concupiſcentia, Voluptas Luxuria.*

Caſtitas.

Ruthæ caſtitas vindicatur. §. 1. n.29. &c. p.7

Mulieris pudicitia, deformem redimit, pulchram exornat. §. 99. n.2. p.185

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §. 211. p.386

Ioannes Baptiſta dicitur, Caſtitatis legiſlator. quare? §. 213. n.2. p.390

In Principum aulâ feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto §. 220. p.401

Vide verbo, *Virginitas, Pulchritudo, Luxuria, Mulier, Virginitas Maria.*

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Charitas.

Vide verbo, *Amor.*

Chriſtianus.

Qui neceſſarius eſt ſeculo, vix eſſe Chriſtianus dicitur. §. 14. n. 6. p.61

Vide verbo, *Perfectus vir.*

Chriſtus.

Chriſtus, ſuo conſummato munere, quod tortores minùs fecerant, vt faciant admonet, §.8. n.4. p.33

Chriſti pulchritudo & ſplendor, dicitur vlciſcendi potentia §. 26. n. 2. p.63

Chriſtus vel in Taboris gloriâ ſe timendum oſtentat. §. 26. n. 3. p.64

Ibi vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 81. p.88

Cum Chriſto, & per Chriſtum, qui eſt via, eundum nobis in cœlum eſt. toto §. 43. p.91

Chriſtus Deus patibilis impatibilitatem Diuinitatis oſtendit. §. 47. n. 4. p.99

Cur in principio Euangelij, non Filius, ſed Verbum nominatur? § 58. n. 3. p.117

Quare Chriſtus ſitiens, acetum guſtu libatum ſtatim refutat? §. 60. n. 2. p.120

Chriſtus à Phariſæo inſcitiæ damnatur, ne vllomodo libidinis arguatur. §. 61. n. 6. p.123

Malo peccatorum exemplo, Chriſtus comprimi dicitur. §. 64. n. 4. p.127

Chriſti veſtigia, *Beare noſtrum* dicitur. §.66.n.2. p.130

Chriſtus iuriſdictioni ſuæ cedit, ne repulsâ petitores pudefaciat. §. 70. n. 3. p.137

Num diuinitas & humanitas in Chriſto, debeant nobis præſtare miſericordiam? §. 72. n. 2. p.140

Donatio nobis Chriſti, ſperantibus eſt omnium donorum fideiuſſio. §. 72. n. 5. p.141

Martyrium, Martyrem & Chriſtum coronat. §. 88. n. 2. p. 167

In Martyribus Chriſtus pati, & occidi dicitur. quare? Ibi n. 5. p.168

Chriſtus tunc magis docere dicitur, cùm prudenter interrogat. §. 109. n. 2. p. 207

Ieſus ad erudiendos ſuos parentes humilitatem adiicit. Ibi. n. 4. p.208

Ad ſeruum in ſeruo Chriſtus venit. §. 131.n.4. p.245

Chriſtus in præſepio eſt gratitudinis magiſter. §. 135. num. 7. p.252

Qui diuitiis ſeruit, Chriſtum contemnit. §.149.n.4. p.275

Chriſti fotu pennati renaſcimur. §.154 n.5. p.283

Chriſtus ſe nominat hominis filiùm, vt maternum hominum amorem negotietur. §. 155. n. 3. p.284

Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §.160. p.292

Sancti glorificantur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ Sanctorum glorificari dicitur. §. 164. n.6. p. 300

Sic per gratiam reformatur homo, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. p.392

Legem antiquam implet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. §. 298. n. 4. p.542

Vide verbo, *Maria, Incarnatio, Aſcenſio, Reſurrectio.*

Cibus.

Vide verbo, *Gula, Ieiunium, Eucharistia.*

Cicatrix.

Cicatrix ex vulnere peccati, lacrymis abolenda eſt. §. 40. num. 5. p.87

Populorum Rector in ſuppliciis infligẽdis, honeſtæ etiam cicatricis curam agit. toto §. 120. p.226

Chriſti cicatrices, tacitæ ſunt illius preces. §. 312. n. 5. p. 572

Cilicium.

Cilicium, quod caſtigat culpam, Dei altaria veſtit §. 287. num. 5. p.524

Cinis, Puluis.

Germinat ſpes, vbi in puluere, id eſt, in ſepulcri foſſurâ os ponitur. §. 80. n. 3. p.154

Cineris ac deliciarum in linguâ ſancta cognatio. quæ? §. 171. n. 3. p.312

Vide verbo, *Terra, Mors.*

Clementia.

Vide verbo, *Miſericordia, Inimicorum dilectio.*

Clericus.

Vide verbo, *Sacerdos.*

Cognatus.

Vide verbo, *Affinitas.*

Comitas.

Vide verbo, *Vrbanitas.*

Compaſſio.

Chriſtus in Petro patitur, aut miſericordiæ compaſſione, aut gloriæ celebritate. §. 30. n. 3. p.70

Medicum Idolum dicitur, quiſquis opem non fert ſpectatæ aliorum miſeriæ. §. 45. n. 5. p.96

Compaſſio eſt bona miſeria, eſt Dei ſigillum, & cor potabile, brachia extendens, & oculos mittens ad miſeriæ leuamen. toto §. 52. p.106

B. Maria aliorum verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit. §. 170. n. 2. p.309

Paullus per compaſſionem de alienis peccatis igneſcit. §. 170. n. 3. ibid.

Compaſſio dolorem cordis anticipat: ibique compaſſionis dolor eſt, vbi amor eſt. Ibi. n. 4. p.310

Compaſſio alienæ etiam gloriæ celebritate beat. §. 170. num. 5. p.310

Compaſſio eſt miſericordiæ calcar, quo vltrà poſſibilitatem audet. Ibi. n. 6. ibid.

Vide verbo, *Compaſſio Mariæ, Eleemoſyna, Miſericordia.*

Concio, Concionator.

Procùl à Concionatore conuitia: pacata eſt Chriſtiana ſapientia. §.4. n.8. p.27

Dignus Euangelij Concionator dicitur Chriſti fœcunditas, eiuſdem os & cor; atque ſapientiæ hypoſtaſis. toto. §. 37. p.81

Non eloquenter ſapiens, & moribus idiota; ſed pulchra morum elegantia, ſidereâ voce Euangelij doctrinam perſuadet. toto §. 68. p.135

Affectus altè impreſſus, energia eloquentiæ eſt, & viuidus perſuaſionis vigor. toto §.71. p.138

Virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §. 84 p.160

Qui Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. §. 101. n. 4. p.191

Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. quare? ibid.

Nemo aliis naſcitur moriturus ſibi: ergò impenſiùs ſibi totus attendat, cùm ſe etiam totum aliis impendit. toto §. 144. p.266

Concionatorum auaritia diſtrictiùs carpitur. §. 149. n.4. p. 275

De rationali arbore non dicitur, quòd fructū ſuum *fert,* ſed quòd fructum ſuum *dabit.* §. 173. n. 2. p.314

Adulatio Concionatorū egregiè vapulat. §.186.n.4.p. 344

Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorum ſilentium, indulgentiam ei tribuere videatur. toto §. 201. p.369

Reprehenſio, quæ etiam blandè ac amice emendationem procurat, reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur. toto. §. 202. p.371

Acerba à reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò atque ex amore nata, reprehenſum reſtituit, & redintegrat. toto §.209. p 383

Bonum exemplum, legiſlator virtutum eſt, &c. toto §. 213 p.389

Boni

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Boni mores conſumant Concionatorem; de cuius ore cælum, & coronas auditorium expectat. toto §. 118. p. 398

Qui benè docet, & malè viuit, Deum inſtruere dicitur, quomodò illum damnet. Ibi. n. 5. 400

Improbitas Concionatoris Euangelium vituperat: probitas verò, non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. toto §. 275. p.503

Verbum confectari voce Doctoris dicitur. Ibi. num. 6. p. 505

Præluſtris Euangelici Concionatoris dignitas, diuinæ gloriæ tota militet. toto §. 281. p.515

Euangelij miniſter, vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. p.539

Humilitas prædicatoris, cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat, & indurat. §. 297. numer. 4. p.540

Regum adulatio in Concionatore vapulat. §. 318. n. 4. p. 582

Vide verbo, *Sapiens, Scriptor, Apoſtolus.*

Concupiſcentia.

Lingua addit concupiſcentiæ malitiam. quomodo? §. 32. num. 6. p.74

Pauper dicitur ſeculari concupiſcentiâ exemptus. §. 161. num. 1. p. 294

Nemo pauper, aut diues naſcitur; ſed concupiſcentiæ opinione pauper, aut diues fit. toto §. 174. p.315

Vide verbo, *Caro, Paſſiones, Luxuria.*

Concordia.

Vide verbo, *Pax, Inimicorum dilectio.*

Confeſſio.

Vide verbo, *Pœnitentia, Excuſatio.*

Confuſio.

Vide verbo, *Pudor.*

Coniectura.

Vide verbo, *ſuſpicio.*

Coniux.

Vide verbo, *Maritus, Nuptiæ.*

Conſcientia.

Bona conſcientia Cælites etiam beat; mala autem infernus eſt, Dæmon eſt, quorum hoſtilitatem nullibi effugies. toto §. 14. p.42

Cur dicitur, Impius nemine perſequente, fugerunt, plurariuo verbo? Ibi n. 4. p.43

Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt, præ acerbiori mortificatione conſcientiæ. toto §. 17. p.48

Conſcientia ſcripta eſt non atramento, ſed inquinamento, §.244. n.2. p.452

Conſilia Euangelica.

Auguſta innocentia eſt, ad legem bonum eſſe. §. 141. num. 1. p.261

Obſequium conſiliis exhibitum, ſuperfluenter muneratur. Ibi. n. 2. ibid.

Quod nam ſit otium legis, & opus gratiæ? §. 141. n. 3. ibid.

Chriſti ſanguis efflagitat conſiliorum obſequia. Ibi n. 4. ibid.

Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. §. 141. n. 5. p.262

Spontaneum perindè eſt, ac quod vltrà debitum erogatur. Ibidem. n. 6. ibid.

Cur Dalila tonſorem vocat, vt ſeptem Samſonis crines radat? §. 141. n. 7. ibid.

Alacris ſpontaneè voluntas, ſpiritus principalis eſt, vltrà virtutem generoſè audax? toto §. 191. p.352

Voluntas piè affecta, leges quàm latiſſimè extendit. §. 218. n.4. p.415

Vide verbo, *Lex, Obedientia, Perfectus vir.*

Conſilium, Conſiliarius.

In Senatorum conſilio, aliquid de ſuo Princeps decernat. §. 10. n. 1. p.35

Conſiliarius dicitur, Dux, Doctor, & Præceptor Principis. §. 10. n. 2. p.36

Conſultoris ſententia, tamquam cibus Principi proponatur. ibid. ibid.

Princeps in deliberando ſuam, & Conſultorum voluntatem & iudicium examinet. §. 10. n. 3. ibid.

Princeps nihil faciat, & ſine ipſo fiat nihil. §. 10. n. 4. p. 37

In bono Conſiliario exulat affectus, cognatio exulat, vitæ probitas, & celeſtium amor, optima conſilia excudunt toto §. 188. p.347

Voluntas & iudicium potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §. 219. p.400

Excelſa ſeniorum, ſeu Conſultorum dignitas & auctoritas, tutelæ ac decori Principibus & Gubernatoribus adſit. toto §. 245. p.453

Conſultores ſunt velut quoddam ſacrum. Ibi. numer. 6. p. 454

Valdè periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quin ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit. toto §. 246. 455

Princeps imperitus, peritiſſima etiam Conſultorum ſuffragia infatuat, toto §. 247. 457

Vide verbo, *Iudex Princeps.*

Conſuetudo bona & mala.

Relabi adſuetus, ideò ſe videtur lacrymis lauare, vt mundus redeat ad ſordes. §. 55. n. 3. p.112

Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto §. 58. p.116

Vitiis adſueto pronus eſt in eadem vitia relapſus, de inceſſanter pertinaci in eadem vitia lenocinio. toto §. 78. p.150

Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra, aut gymnaſium eſt, adſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §. 192. p.354

Homo in gratiæ officinâ, per bonam conſuetudinem, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur. toto §. 214. p.391

Quod à principio beneficium fuit, vſu & ætate fit debitum. §. 238. n. 6. p.432

An ſic in Deo præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouæ miſerationis obſes? toto §. 278. p.508

Conſtantia.

Æquanimis in vtràque fortunâ conſtantia, ab impatientiâ inexpugnabilis, meta virtutis, & æmulatio Diuinitatis perhibetur. toto §. 47. p.98

Iobi conſtantia characterem imprimere, dicitur. §. 47. num. 6. p.152

Voluntas & iudium potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §. 219. p.400

Continentia.

Vide verbo, *Caſtitas, virginitas, Luxuria.*

Contrarium.

Res etiam oppoſitas, ſi ex officio aggredimur, ſtrenuè peragimus. §. 116. n. 1. & 2. p.219

Cur virga, quæ fluuium euacuauit, ſumitur vt ſaxum aquas præbeat? §. 119. n. 2. p.224

Moyſes lapidibus propè impetitus, è petrâ aquas optatiſſimas educit. §. 119. n. 4. p.225

In præcelsâ arcanè virtute, quod videtur antitheſis, virtutum nexus, ac participium eſt. toto §. 187. p.345

Congruus in communitate ordo, ſcit benefacere etiam de malo. §. 195. n. 2. p.359

Per media oppoſita fauentiùs auxiliari, aliquis diuinæ prouidentiæ faſtus eſt. toto §. 290. p.528

Digitized by Google

Contumelia.

Vide verbo, *Detractio, inuidia.*

Conuiuium.

Vide verbo, *Gula, Ieiunium.*

Cor.

Os ſtu'ti calumniatoris ipſum eſt cor eius. §. 32. n. 3. p. 74

Apud homines, cor in verbis; apud Deum verba penſantur ex corde. §. 32. n. 3. p. 73

Humilitas Concionatoris, cor reddit potabile. §. 297. num. 4. p. 540

Concionator dicitur os, & cor Domini. §. 37. n. 3. p. 82

Cor potabile præbet compaſſio, §. 52. n. 2. p. 106

Homo de neceſſitatibus corporis nimis ſollicitus, cor duplicat. §. 125 n. 2. p. 234

Corona.

Martyrium, Martyrem, & Chriſtum coronat. §. 88. n. 2. p. 167

Noſtræ coronæ materia eſt miſericordia. §. 158. n. 3. p. 289

Deipara Chriſti capiti coronam æternæ pietatis imponit. §. 314 n. 3. p. 575

Corpus.

Vide verbo, *Caro, Homo.*

Correctio.

Vide verbo, *Reprehenſio.*

Credibilitas.

Sæpè in incredibili eſt verum, & in veroſimili mendacium. §. 4. n. 3. p. 15

Auita tantùm credulitas Idololatriam perſuaſit. §. 58. num. 5. p. 118

Euchariſtici Sacramenti obſcuritas, illius credendi atque æſtimandi lenocinium eſt. toto §. 178. 323

Moderata idoneè laudatio eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium. toto §. 222. p. 405

Vide verbo, *Fides, Mendacium, Veritas.*

Crux.

Sumptuoſo ſplendidioris gloriæ apparatu, crux in cælo reprobos accuſat, & prædamnat. §. 22. n. 3. p. 57

Crux Chriſti, Dei virga ferrea dicitur. §. 26. n. 4. p. 64

Per crucis diſciplinam immotus quiſque feſtinet ad Chriſtum. §. 41. n. 2. p. 88

Deſpectui eſt virtus, quæ Chriſtum crucifixum foris non quærit. §. 147. n. 4. p. 271

Libido ſubuertere nititur fortitudinem Crucis. §. 196. n. 2. p. 361

Benefica Chriſti Crux, in die iudicij accuſabit, & condemnabit reprobos. quare? §. 264. n. 3. p. 485

Vide verbo, *Paſſio Chriſti, Compaſſio Mariæ.*

Culpa.

Vide verbo, *Peccatum.*

D

Dæmon, Diabolus.

DÆmon conſcientiæ, tortor, *Nemo* dicitur. quare? §. 14. num. 4. p. 43

Dæmonum verbero, ieiunium dicitur. §. 18. n. 3. p. 50

Generoſiores Dæmones ad libidinem non tentant. §. 61. num. 1. p. 122

Ambitioſus Dæmon ambitionem Chriſto ſuadere præſumit. §. 71. n. 5. p. 140

Cur malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinet? §. 83. n. 2. p. 159

Impotens Diabolorum imbecillitas, de humanis affectibus ad hominum perniciem potenter armetur. toto §. 86. p. 164

Peccatoris emortuo animo, inſtar vermium ſunt Dæmones. §. 95. n. 2. p. 179

Mundi gloria Diabolo traditur. vt per eam homines tentet. §. 104. n. 2. p. 193

In primâ tentatione Diabolus ſatagit Chriſto illudere. §. 112 n. 5. p. 213

Timoris arbitrio, multorum nobis cauſſa bonorum fit Diabolus §. 158. n. 6. p. 290

Libidini deditus, Dæmoniaco comparatur. §. 196. n. 1. p. 361

Immundi Spiritus luto carnis conuiſcerantur. §. 229. num. 3. p. 408

Electum diuini ſatoris granum, male vertitur in aduerſarij Dæmonis cibum. §. 238 n. 2. & 3. p. 431. & 432

Litigator contentioſus Diaboli miniſterium obire dicitur. §. 249. n. 5. p. 461

Vanagloria Diabolum fecit malum Diabolum, id eſt, rudem tentatorem. §. 261. n. 2. p. 480

Mendacium energumenos facit. §. 268. n. 3. p. 492

Vide verbo, *Angelus, Tentatio.*

Damnatio.

Vide verbo, *Iudex, Iudicium finale, Iudicium temerarium, Gehenna, Pœna.*

Defectus.

Vide Verbo, *Peccatum veniale.*

Deliciæ.

Vide verbo, *Voluptas, Diuitiæ, Gula, Felicitas.*

Deſertum, Eremus.

Decliner turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. p. 60

Frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria, ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix: hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. toto §. 31. p. 71

Iniuriâ afficit ſeipſum, & Chriſtum, qui eum in foris ſecularibus quærit. §. 41. n. 4. p. 89

Vide verbo, *Monachus, Opus.*

Deſiderium.

Paruulus eſt vir multi deſiderij. §. 110. n. 3. p. 209

Fame & ſiti cæleſtium deſiderium ſententioſè exprimitur. §. 190. n. 1. p. 350

Quantum quis deſiderare poterit, tantum & accipiet. §. 190. n. 2. p. 352

Deſideriorum ſacietas, beata dicitur. ibid.

Virtutum fames in ſitim conuertitur. ibid.

B. virgo gratiâ plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit. §. 190. n. 3. p. 351

Quantò perfectio vltra vires noſtras eſt, tantò magis deſideriis ambienda eſt. Ibi. n. 4. ibid.

Deſiderium, cùm ad infinitum ſe extendat, nullum habet deſiderandi finem. §. 190. n. 5. ibid.

Deſideria dicuntur, pretium ſine pretio. Ibi. n 6. p. 352

Deſideriorum arbitrio vita ad merendum ampliatur. §. 190. n. 7. p. 352.

Deipara Incarnationi adſentit deſiderio: res deſiderata obedit deſiderantis auribus, quæ deſiderium perſpiciunt. toto §. 239. p. 433

Deſperatio.

Tepidus deſperationi confinis perhibetur. §. 123. n. 4. p. 232

Deipara eſt deſperatorum aſylum. §. 316. n. 2. &c. p. 578

Vide verbo, *Spes.*

Detractio, Obmurmuratio.

Improborum eſt, hoc ſentire de aliis, quod merentur. §. 4. num. 1. p. 24

Procùl à Doctore, & Concionatore, detractionis verba iactare. §. 4. n. 8. p. 27

Detractoris lingua, mentis vſurpat munia, ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & exlex ipſa ipſi concupiſcentiæ malitiam afflat. toto §. 31. p. 73

Detractor malo aliorum exemplo, audientes venenatè toxicat. §. 64. n. 3. p. 127

Pernicioſiùs ex aliquâ occaſiunculâ maledicentia commentarios exaggerat. §. 233. n. 2. p. 423

Dominus

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Dominus linguæ cur ſceleroſior dicitur quam Chiſti carnifices? Ibi.n.5. p.424
Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat. toto §. 168. p.491
Vide verbo, *Lingua*, *Suſpicio*.

Deus.

Deorum nomine aliquandò patria intelligitur. §.3. n. 50. p. 23
Deus in mundi opificio, Iudicis nomen dedicat. §. 12. n. 3. & 4. p.39. & 40
Cur Deus vt Iudex, Hebræum populum à ſubiectione Pharaonis liberat? §. 13. n. 2. p.41
Deus localis non eſt; homines autem locales ſunt. §. 33. n.3. p.75
Proprius hominis locus, Deus eſt. §. 33.n.6. p.76
Cur Deus dicatur bonus dumtaxat quærenti illum? §.74. n. 4. p.144
Cur Deus Adamum quærens, non tam ambulare, quàm deambulare dicitur? §. 75.n.2. p.145
Multa de ſtudio, quo Deus hominem quærit, traduntur, toto §. ibid.
Quomodo Dei nomen dicatur, eius cognitio & contemplatio. §.111.n.4. p.211
Quo ſenſu dicatur, quòd miſereri, eſt Deum eſſe. §.130. n.5. & 6. p.244
Deus vel quod dixit ironicè, verum facit. §.143.num.2. p.264
Deus homines tribulatos magis reſpicit, illiſque ſe immiſcet. §.153.n.4. p.281
In Domini vocabulo adiutorium legitur. Ibidem.num.5. ibid.
Vis diuini amoris ergà homines, quàm ſit munificè fœcunda. toto §.154. p.282
Deus expetit iudicio amati ad nimietatem amoris? §.155. n.2. p.284
Humana bonitas ſi cum diuinâ conferatur, imbonitas dicitur. Ibi.n.4. p.285
Timore humano Deus emphaticè ſignificatur. §.158.n.5. p.290
Deus largè miſeretur iratus. §. 159. num. 3. & 4. & 5. p.291. & 292
Deus hominibus totum eſt, omnia eſt. §. 162. num. 1. p.295
Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. Ibi n.2. p. 296
Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfundit? §.162.n.3. ibid.
Deus vbique ſimul & nuſquam eſſe dicitur. quare? Ibi. n 4. ibid.
Propè eſt Deus, ſed cùm acceſſeris, longiùs abeſt. §.162. n.5. ibid.
Vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere. Ibi. n.6. p.297
Deus, vocabulum totum eſt? §.162.n.7. ibid.
Dei velum nemo vnquam reuelauit §. 178. numer. 1. p.323
Cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur? §.204 n.3. p.375
An ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſet eſſe Deus? Ibi. n. 4. ibid.
Lex Dei, eius eſſentia & cogitatio nominatur. §. 205. n.2. p.376
Num in Deo ſic præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouæ miſerationis obſes? toto §.278. p.508
Quo ſenſu dicatur Deipara, Deum reparare. §. 330. n. 5. p.602
Vide verbo, *Idololatria*, *Maria*.

Diabolus.

Vide verbo, *Dæmon*.

Dies.

Cur animatur dies, in quo de futuris calamitatibus angimur? §. 44. n.4. p.94
Dies & nox non ſibi inſultant, ſiue augeantur, ſiue minuantur.. §. 47.n.2. p.98
Noctis inciuilitas vapulat de ambitu antelationis comparatione diei. §.114. n. 2. p.216
Dies craſtinus quæritur de anticipatâ ſollicitudine. §.125. n.5. p.235
Licet Deus lucem à tenebris diuiſerit, non vtrumque Diei appellatione adſociauit. §.142.n.2. p.263
Coalitus dies vnus ex veſpere & mane, vnitatem inter inimicos erudit. Ibi.n.4. p.264
Audita laus propria, Dies hominis dicitur. §.223. num.1. p. 406
Iudicium aut ſententia poſt delicti inquiſitionem, cur Dies appellatur? 240. n.5. p.436
Qui in rectæ opinionis luce ambulat, non offendit in Virginalem gratiæ diem. §. 301. n 1. p.553

Difficultas.

Breuis de abundè expromptis, & ſtatim ſacietati vicinus, affectus eſt. toto §. 199. p.366
Voluptas tenebroſâ omnipotentiæ æmulatione, ardua quæque præſumit, facilium tædio. Ibi.n.3. p.367
Voluntas eſt facilium ac difficilium arbitra. Velis, & poteris. toto §. 241. p.436
Voluntas quâ facie libet, res humanas colorat; & faciles aut difficiles reddit. toto §.158. p.431

Dignitas, *Prælatio*.

De humili ſubiectione, Dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §.189.n.3. p. 349
Vide verbo, *Index*, *Princeps*, *Ambitio*.

Dignus, *Meritum*.

Meritorum magnitudo, eſt humilitatis ſtipendium. §.189. n.2. p.349
Voluntarius pretium offert, quo cæleſtia dona gratis accipiat. §.191.n.2. p.352

Diſcipulus.

Vide verbo, *Magiſter*, *Sapiens*.

Diſcordia.

Vide verbo, *Pax*, *Amor*.

Diſertus.

Vide verbo, *Eloquentia*.

Diuitiæ, Diues.

Hominum cum auro connubium. §. 23.n.3. p.58
Auri copia dum robur dicitur, ſtultitia exponitur. §. 23. n.3. ibid.
Mundialia bona nec homini, nec ſibi ſatis ſunt. §.23.n.5. p.59
Non rem habere, ſed illâ non indigere, ditioris opulentiæ arbitrium eſt. toto §.27. p.65
Diuitiæ ſunt gehennæ minæ. §.106.n.1. p.201
Diues auarus inferni ſimulacrum in ſe præfert. Ibi.num.3. p.202
Diuitiæ immiſericorditer adſeruatæ, altera diuitum damnatorum gehenna eſt. §.106.n.4. ibid.
Diuitiæ ſunt meritum, aut pretium gehennæ. Ibi. num. 5. p.203
An Diues ille iuſtè aquæ guttam petiiſſet, ſi micam panis pauperi dediſſet? §. 106. n.5. p.203
Auara Sacerdotum diuitum opulentia, multis vapulat. toto §.107. p.203
Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu. toto §.136. p.252
Auara opulentia, vitiorum ſupellex eſt, cæli exhereditatio, & impius Chriſti contemptus. toto §.149. p.274
Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? toto §.171. p.310
Diuitiæ, ſomnus ſunt, non patrimonium. §.173.n.6. & toto ferè §. culpantur. p.315

Digitized by Google

Nemo pauper, aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit. toto §.174. p.315
Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §.237. p.419
Mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio. toto §.252. p.465
Diues non tam de ſuo locuplete cenſu, quàm de pauperum inopià, auarè diteſcere ſatagit. toto §.253. p.467
Vide verbo, *Felicitas, Eleemoſyna, Paupertas.*

Diuturnitas.

Bonum, quod ad durationis diuturnitatem, infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §.102. p.190
Vide verbo, *Tempus, Mora.*

Doctor.

Vide verbo, *Sapiens, Magiſter, Concionator, Scriptor.*

Dominus, Herus.

Herus ſeruis imperans, eis ſeruit. §.115. n.2. p.217
Sicut Herus ſeruum, ita Herum Deus tractabit. Ibi. n.3. & 4. p.218
Quandò ſeruus beneficium Hero præſtet. §.115.n.4. ibid.
A phantaſiâ eſt Dominorum in ſeruos acerbitas. §.115. n.5. ibid.
Herus magis tolerare ſeruos, quàm à ſeruis tolerari debet. Ibi. n.6. ibid.
Dominorum ergà ſeruos beneuola ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur. toto §.131. p.244
Cæleſtis politia diſpar Domini vocabulum, in Patris nomen recudit. §.142.n.3. p.263
Qui erat Dominus, in Patris vocabulum attollitur. Ibidem.
In Domini vocabulo adiutorium legitur. §.153. num.5. p.282

Donum.

Vide verbo, *Gratia, Beneficium, Eleemoſyna, Miſericordia, Liberalitas.*

Dubius.

Bona temporalia, interrogando, & dubio affectu quæri perhibentur. §.149.n.2. p.274
Samaritanæ immenſa ſapientia, quaſi dubitando perſuadet. §.109.n.3. p.207
Chriſtus tunc magis docere dicitur, dum prudenter interrogat. Ibi.n.2. ibid.

Duratio.

Vide verbo, *Diuturnitas, Tempus.*

E

Educatio.

VIde verbo, *Pædagogus, Parens.*

Egeſtas.

Vide verbo, *Paupertas.*

Elatio.

Vide verbo, *Superbia, Ambitio.*

Electio, Electores.

In Iudæ electione maluit Chriſtus iudicium ſuum, quàm affectum periclitari. §.154.n.2. p.282
Vide verbo, *Conſilium, Iudex, Princeps.*

Eleemoſyna.

Eleemoſyna, & occulta, & cognatis egenis erogata, in Boozo prædicatur. §.1.n.22.& 23. p.5.6
Opulentia auarè immiſericors, infernalis gehennæ cognata oſtenditur. toto §.106. p.201
Immiſericors Sacerdotum auaritia, opum congerendarum ambitioſa, multis vapulat. toto §.107. p.203
Inutilia & ſuperuacua diuitem faciunt, & beant. §.130. n.1. p.243
Vir miſericors omnibus naſcitur. ibid.
Miſericors mundo naſcitur: eſt forma iuſtitiæ. §.130. n.2. ibid.
Hominis miſericordia eſt diuini operis interpres. Inibi. ibid.
Niſi eſſet homo miſericors, euanuerat humana natura. Inibi. ibid.
Hominis miſericordis mors, thalamus & oratio eſt. §.130. n.4. ibid.
Miſericors vicinus eſt Dei, paradiſi vicinus, à gehennâ remotus. Ibi.n.3. ibid.
Quo ſenſu dicatur, quòd miſereri eſt, Deum eſſe. §.130. n.5. & 6. p.244
Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus, ne quid tibi deſit. toto §.134. p.249
In pauperes pius, in ſe impius; ſua Deo donat, & ſe Diabolo. §.144. n.2. p.266
Compaſſio eſt miſericordiæ calcar, quo vltrà poſſibilitatem audet. §.170.n.6. p.310
Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? toto §.171. p.310
Fœcundâ liberalitate beatur, non qui fructum *ferat*, ſed qui fructum ſuum *dabit*. toto §.173. p.314
Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. toto §.175. p.317
Miſericordiæ virtus neſcit menſuram gratiæ, quomodò? §.235. n.2. p.426
Ergà pauperes ac miſeros grati ſimus. ibid.
Miſericordibus Deus plura reſtituit. §.235.n.3. p.427
Beneficentia improbis velut tentatio eſt. Ibi.n.4. ibid.
Miſericordia, ſumma, ac plenitudo virtutum dicitur. §.255.n.5. p.427
Chriſtus beneficentiæ magiſter, eſt in medio, quaſi hominum centrum. Ibi.n.6. ibid.
Beneficentia quam affectuosè obeunda. §.235. num.7. p.427
Dum eleemoſyna vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §.236. p.428
Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §.237. p.419
Vide verbo, *Beneficium, Miſericordia, Liberalitas.*

Elias.

Plus heredi reliquit, quàm habebat. §.84. n.1. p.160
Dum Elias ſimplicem ſuum ſpiritum Eliſeo commendat, in ſe illum duplicare perhibetur. Ibi.n.3. p.161
Elias videtur ire, vt paſcatur à muliere; magis tamen ibat, vt illam paſceret. §.134.n.1 p.249
Quia Eliſeus vidit Eliam aſcendentem in cælum, ideò duplicem ſpiritum accipit. quomodò? §.151. num.2. p.278
Cur Eliſei viſio dicatur, ab Eliâ diuiſio. §.213. numer.4. p.390

Eloquentia.

Fucata ſcriptoris & Concionatoris eloquentia caſtigatur. §.4.n.7. p.26
Affectus altè impreſſus, energia eloquentiæ eſt, atque viuidus perſuaſionis vigor. toto §.71. p.138
Deipara dicitur, humanæ naturæ facundum precariè os. §.313.n.3. p.573

Eremus.

Vide verbo, *Deſertum, Monachus.*

Error, Ignorantia.

Erroribus primùm imbutus, meliùs putat errare, quàm recentem veritatem amplecti. §.58.n.5. p.118
Quare de homine dicitur, quòd errat ſicut ouis perdita? §.101.n.2. p.189
Error putatur laudabilis, ouans, vtilis. §.103. numer.4. p.192
In humanâ ſapientiâ, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper translucet. toto §.108. p.205
Chriſtus errare dicitur, vt errones reuocet? §.160. n.6. p.293
Vix erraſſe creditur, qui errore non iterato, vlteriores non erudit errores. §.192.n.3. p.354

Eſſentia

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Eſſentia.

Hominis ſapientia, eſſentiæ appellationem ſortitur. §. 108. n. 2. p. 205
Quomodò Deus dicitur eſſentialiter timendus? §. 158. num. 2. p. 289
Spes dicitur eſſentia, ſeu ſubſiſtentia. §. 167. n. 2. p. 304
Lex dicitur hominis, ac Dei eſſentia. quare? §. 205. n. 2. pag. 376

Euangelium.

De ſcholâ Gentilium Euangelium ediſcendum eſt. quare? §. 69. n. 4. p. 137
Idémne eſt, legere Euangeliſtas, ac videre quæ referunt? §. 143. n. 4. p. 265
Improbitas prædicantis, Euangelium vituperat: probitas verò, non ſolùm Euangelicæ doctrinæ, ſed etiam Chriſti interpres eſt. toto §. 275. p. 503
Lex antiqua, è quâ Euangelium naſcitur, illud conſecrat. §. 298. n. 2. &c. p. 541

Euchariſtia.

Euchariſtiæ vſus, in confinio cœleſtis immortalitatis hominem conſtituit. §. 177. n. 1. p. 321
Qui Euchariſtiam ſumit, Beatitudinem prælibat. Ibidem. num. 2. ibid.
Poſt Euchariſtiæ guſtum, cur homo beatitudinem ſperare iubetur? Inibi.
Omnes, qui cum Chriſto Euchariſticum biberunt calicem, in cælo bibent. §. 177. n. 3. p. 322
Euchariſtia dicitur, myſterium gloriæ filiorum. Ibidem. num. 4. ibid.
Num titulo ſumptæ Euchariſtiæ, debetur Chriſto glorioſa Reſurrectio? §. 177. n. 5. ibid.
Euchariſtia eſt potio vitæ æternæ. Inibi. n. 6. p. 322
Sacrificia olim in atrio; panes propoſitionis perſpicere nefas erat. §. 178. n. 1. p. 323
In Euchariſtiæ ſymbolum, nocturna alimenta ſententioſè præbentur. Ibi. n. 2. ibid.
An coniecturis & imaginatione veram Euchariſtiæ præſtantiam aſſequi poſſimus? §. 178. n. 3. ibid.
Num fictio impar eſt ad exponendam veram Euchariſtiæ præſtantiam? Ibi. n. 4. p. 324
Euchariſtici myſterij vmbra, ex Chriſti corpore naſcitur. §. 178. n. 5. ibid.
Num maior in fide, plus in Euchariſtiâ comedit? Ibid. num. 6. ibid.
Euchariſtia ſedat ſæuientem membrorum legem. §. 179. num. 1. p. 325
Reliqui omnes cibi ſine pane, quaſi crudi ſunt. Ibi. n. 2. ibid.
Vitale hoc ſacramentum eſt vitæ ſpirituali velut reſpiratio. §. 179. n. 3. ibid.
Quanta ſit opulentia & honor dignè accipientibus Euchariſtiam? Ibi. n. 4. ibid.
Euchariſtia hominem ſummè Deo commendat, & reddit. §. 179. n. 5. p. 326
Euchariſtia dicitur cæleſtis gloriæ inſigne. ibidem
Euchariſtia totius Trinitatis lætitia eſt. §. 179. num. 6. ibid.
Laborioſa panis comeſtio, in hoc Sacramento exigitur. quomodò? §. 180. n. 1. p. 326
Propriæ manûs operâ cur olim communicabant? Ibidem.
Euchariſticum cibarium perindè eſt, ac laboris penſum. quare? §. 180. n. 2. p. 327
Vultûs ſudore Euchariſticus panis acquiritur. Ibid. n. 3. ibid.
Otium aut ſollertia ſumentis Euchariſticum panem, in illum refunditur. §. 180. n. 4. ibid.
Rectène appellatur Euchariſtia, rationabile obſequium? Ibidem n. 5. p. 328
Qui indignè Euchariſtiam recipit, diuinæ maieſtati contradicit. §. 181. n. 1. ibid.
Poſt buccellam Satanas intrat in Iudam, vt illum redarguat. Ibi. n. 2. ibid.
Iudas ex Euchariſtiâ inuidiam facit Chriſto. Inibi.
Euchariſtia indignis, infernalis gehennæ viaticum eſt. §. 181. n. 3. ibid.
Iudas indignè communicans, non extinguit ſitim ignis æterni. Ibi. n 4. p. 329
Ne canum more, furto rapiatur Euchariſticus panis. §. 181. n. 5. ibid.
Euchariſtia indignè ſumpta, panis impietatis, & oppreſſionum nominatur. Ibid. n. 6. ibid.
Indignè ſumenti Euchariſtiam dicitur: Vbi eſt Abel, frater tuus? §. 181. n. 7. p. 330
Euchariſtia eſt Paſſioni, & tempore contermina, & decreto coæua. § 182. n. 1. ibid.
Euchariſtia dicitur Dominicam Paſſionem reparare. Ibid. n. 2. ibid.
Euchariſtiam ſumere, eſt Dominicæ Paſſioni communicare. §. 182. n. 3. ibid.
Paſſio Domini, eſt Euchariſtiæ iudicium, & cenſus. Ibid. n. 4. ibid.
Quomodo Euchariſtia Chriſti Paſſionem ac mortem demonſtrare dicatur. §. 182. n. 5. p. 331
Mors Chriſti, Euchariſtici ſpica frumenti facta eſt. Inibi. num. 6. p. 331
Euchariſtia eſt cæleſtium fames, & mundialium voluptatum nauſea. §. 183. n 1. ibid.
Quare corpus Chriſti in Euchariſtiâ, Corpus diuini Spiritûs appellatur? Ibi. n. 2. ibid.
Accipiens Euchariſtiam, ſindonem accipit, & facit ſibi cingulum. §. 183. n. 3 p. 332
Accipiens Euchariſtiam, ſponſo cingulum facit. Inibi.
Euchariſtici cibi arcano guſtu fames antiqua ceſſat. §. 183. num. 4. ibid.
Quare geminato carnis vocabulo, Euchariſtiæ Sacramentum nobilitatur? Ibi. n. 5. ibid.
Siniſtra Euchariſtiæ intelligentia, agni oſſa myſticè frangere dicitur. §. 183. n 6. p. 333
Qui indignè ſumit Euchariſtiam, eam indignè Domino ſumere dicitur. quare? § 264. n. 5. p. 486

Excuſatio.

Iudices in reis damnandis omnes excuſandi ſceleris rimulas præcludant. toto § 11. p. 37
Vita ſolitaria excuſationum officia præcludit. §. 31. n. 6. pag. 77
Homo rationem ad peccandum inuenire præſumit. §. 38. num. 5. p. 84
Cathedra peſtilentiæ docet, ſceleſtorum flagitiis ſe munire. §. 65. n. 2. p. 129
Mores peſſimi putant, erroribus alienis ſuos correxiſſe. quare? §. 65. n. 4. p. 129
Cham, Patris, id eſt, ſui propudio, ſuorum ſcelerum patrocinium mercatur. § 65. n. 5. ibid.
Procus fit leno, quò alienâ libidine excuſet ſuam. Ibid.
Dauid ex ſceleroſâ multorum malitiâ, ſuum potiùs ſcelus ad punitionem exaggerat §. 65. n. 3. ibid.
Cadit quis in puteum cùm peccat, putei os claudit dum peccatum excuſat. §. 91. n. 2. p. 172
Excuſationes, meræ iniquæ cogitationes dicuntur. Ibid num. 3.
Excuſationum impudens malitia. Ibidem.
Peccatum quod excuſatione præponitur, confeſſione ſubiicitur. §. 91. n. 4. p. 173
Scutum excuſationum comburendum eſt gehennali igne. Ibi. num. 6. ibid.
Cui adimitur peccati excuſatio, plerumque etiam reatus tollitur, ſinceræ confeſſionis ſacramento. toto §. 92. pag. 174
Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. toto §. 244. p. 451

Quò

Digitized by Google

Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259. p.477
Vide verbo, *Pœnitentia*, *Occultum*.

Exemplum bonum, & malum.

Non bonum exemplum ad ſequelam potentiſſimum eſt. §. 1. n. 11. p.3
Bonum exemplum characterem imprimere dicitur. § 47. num. 6. p.99
Non bonum aliorum exemplum, bonos mores pernicioſè toxicat. toto §. 64. p.127
Bonum virtutis exemplum, *Beare* noſtrum, imitatione dicitur: ſui appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. toto §. 66. p.130
Peccatorum viæ viatores parturiunt, de non boni exempli imitatione; quod aëra toxicat, cælum claudit, turbo eſt, Diabolus eſt, & velut coactio ad malum. toto §. 67. p.132
Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, ad ſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §.192. p. 354
Bonum exemplum, legiſlator virtutum eſt, earum arripiendarum velut propheria: adeò vt virtutis gregales, vnus plures reputentur. toto §. 213. p.389
Vide verbo, *Imitatio*.

Exilium, Exul, Captiuitas.

Quantum cæci videntibus, tantum præſtant peregrinati numquam egreſſis patriam. §. 1. n. 9. &10. p.3
Iudæi dicuntur in Perſidem abducti in exilium, quia inde redierunt in patriam. §.44. n. 3. p.93

Extaſis.

Voluptas cur dicitur extaſis? §.103. n. 4. p.192

F

Facies.

Res mundi, etſi inaniſſimæ, multas habent facies. §. 101. n. 3. p.189

Falſitas.

Vide verbo, *Mendacium, Veritas, Credibilitas, Error.*

Fames.

Vide verbo, *Sterilitas, Ieiunium, Gula, Euchariſtia.*

Familiaris regius

Vide verbo, *Conſilium, Aulicus, Iudex, Princeps.*

Felicitas, Fortuna.

Mundialia bona poſſeſſorem ſpebus fruſtrant, ſtultitia ſunt, ſpuma ſunt, nec ſibi ſatis ſunt. toto §.23. p.58
Humana felicitas herbacea eſt, caducus flos, rerum abuſus, oculorum pabulum, & vocabulum abſque re. toto §. 101. p.188
Bonum quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. p. 190
Quàm ſit felicitas felicitatis inops. toto §. 104. & 103. p. 193. & 192
Cur ſapientia vices cum fortunâ reciprocare dicitur? §. 108. n. 2. p.205
Mortificatio prophetat quàm ſint futilia mundi bona. §. 127. n. 2. p.238
Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu. toto §. 136. p.252
Bona temporalia, interrogando, & dubio affectu quæri perhibentur. §. 149. n. 2. p.274
Dei indulgentia dum peccata diſſimulans, peccatores humanâ felicitate cumulat, minæ ſunt acerbioris æternûm iracundiæ. toto §. 159. p.290
Nemo pauper, aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit. toto §. 174. p.315
Mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio. toto §. 252. p.465
Vide verbo, *Bonum, Diuitiæ, Voluptas.*

Flos.

Caducis voluptatum floribus mundus blanditur. §. 101 num. 3. p.189

Fides.

Fides Chriſtiana ſecura erit, ſi attonita ſit. §. 73. n. 1. p. 141
Vt credamus fide humana rationem Deo credamus. §. 73. n. 2. ibid.
Propriæ rationis præſumptio, fidem non accipit, ſed rapit. §. 73. n. 3. ibid.
Negat ille ſe credere, qui negat ſcire. §.108. n 6. p.206.
Euangelica fides, Dei ſummâ veritate ſubnixa, meraciſſimam propinat veritatem. toto §. 143. p.264
Deus vel quod dixit ironicè verum fecit. Ibi. n. 2. ibid.
Homo fide ſe detriumphat, dum Deo magis quàm ſibi credit. §.143. n. 5. p.265
Ex aduerſariis fidei Magis, validum fidei ſuffragium ſumitur. Ibid. n. 6. p.266
An maior in fide, plus in Euchariſtiâ comedit? §. 178. num. 6. p.324
Fidei menſuram humilitas taxat §.189. n.4. p.349
Fides dicitur carere arte. quare? §.191. n.3. p.356
Vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. quare? toto §. 217. p.396
Vide verbo, *Veritas, Credibilitas, Spes.*

Fiducia.

Vide verbo, *Spes, Oratio.*

Filius.

Paterna viſcera peracerbè vrit funeſta filiorum iactura. toto §. 34. p.77
Boni filij ex imbonis parentibus nati, læta prophetant, flores & roſæ ſunt, & fere non parentum filij. toto §. 118. p.222
Aliud eſt appellare filium, aliud, filium ſuum appellare ibid. n. 5. p.223
Pater ergà filium reum meritò diſſimulat iudicem, ne vel iuſtâ ſententiâ feriat hoſtili gladio. toto §.210. p.384
Filius in patrem exaſperatus, nimis furit. §. 230. n. 2. p. 418
In diligentibus inimicos, diuina generoſitas filiatione prælucet. §. 272. n. 2. p.498
Filius eſt patris definitio, ratio, eruditio, forma, & compendioſa demonſtratio. toto §. 279. p.510
Probus filius cur aſtutus dicitur? Ibi n. 4. ibid.
Pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo. Sic filij mortuos parentes, quaſi rediuiuos exhibent. toto §. 383. p.516
Vide verbo, *Pater.*

Fortuna.

Vide verbo, *Felicitas.*

Frater.

Fratrum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230. p.418
Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat; Deúmque quodammodò profanare audet. toto §.260. p. 478
Vide verbo, *Affinitas.*

Fuga.

Quàm ſit fugax humana voluptas. §. 104. n. 1. & §. 102. p. 193. & 192
Chriſtus fugere & errare dicitur, vt fugaces reuocet. §. 160. n. 6. p.293

Furtum.

Ad reſtitutionem debiti, tardum eſt ac difficile humanum ingenium. toto §. 128. p.239
Iudas ex furto ad Dei proditionem facile venit. §. 149. n. 3. p.275
Cùm Deus non benefacit, rapta illi benefaciendi poteſtas dicitur. §. 104 n. 4. p.375

Gabriel.

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

G

Gabriel.

VIde verbo, *Angelus.*

Gaudium.

Per Angelos, id eſt, lætantes, omne gaudium conſummatum eſt. §. 94. n. 4. p.178
Cur filij Core numquam auſtera, ſed fauſta ac læta ſemper prophetant? §. 118. n. 2. p.222
Mortificatio voluptatem & gaudium decipit. §. 150. n. 6. p. 276
Quo pacto oratio pleno gaudio orantem cumulet. §. 156 num. 4. p.286
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172 p.312
Euchariſtia totius Trinitatis lætitia dicitur. §. 179. n. 6. p. 326
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. p.342
Sit inops humani gaudij, quiſquis glorioſam diuini gaudij opulentiam exambit. toto § 284 p.518
Mundialem ac Beatam lætitiam Deipara afflat. toto §. 310. p.584

Gehenna.

Vide verbo, *Infernus.*

Genealogia.

Chriſti Dei per Mariam genealogia apud Lucam, ducta per Heli, ideſt, Ioachim, vſque ad Dauidem. &c. latè probatur. toto §. 199. p.366

Gloria beata.

Vide verbo, *Beatitudo.*

Gloria Dei.

Cur non tam cæli, quàm terra dicatur plena gloriâ Dei? §. 7. n. 2. p.31
Cùm dicitur Deus ſine terrâ, terram gloriâ ſuâ implet. Ibi.
Chriſtiana philoſophia diuinam gloriam ſumptuoſius exambit, abiectâ mundi glorіolâ. toto §. 29 p.68
Homo Deo viuat, moriturus ſibi. §. 164. n. 1. p.299
Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit. quare? Ibi. n. 2. ibid.
Qui Deo non viuit, neque integer, nec plenus, nec verus homo dicitur. §. 164. n. 3. ibid.
Omnem hominem Paullus exhibebat Deo. quomodò? Ibi. n. 4. p.300
Gloria Paulli erat Dei gloria. §. 164. n. 5. ibid.
Sancti glorificantur gloriâ Chriſti, & Chriſtus gloriâ Sanctorum glorificari dicitur. Ibi n. 6 ibid.
Tutò laudatur, qui non ſuâ, ſed Dei vitâ viuit. §. 223. n. 3. p.407
Deus in Sanctis ſuis glorioſus apparet, ne ſolus habeat laudis gloriam. Ibi. n. 4. ibid.
Laus homini tributa, diuinam gloriam adornat. Ibi. n. 7. ibid.
Se propriâ gloriâ exuere, & diuinam ſpectare, paucorum eſt. §. 261. n. 6. p.481
Præluſtris Euangelici Concionatoris dignitas, diuinæ gloriæ tota militet. toto §. 282. p.515
Vile etiam membrum, ſupplicio nitet, & gloriam Dei prædicat. §. 287. n 4. p.524

Gloria inanis, Vanagloria.

Chriſtiana Philoſophia humanam gloriolam Deo victimat, & diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit. toto §. 29. p.68
Obeundo muneri deeſt, quod vanæ gloriæ adiicitur. §. 121. n. 3. p. 228
Pharao ſuper Moyſen gloriatur, quia miraculi tempus illi permittitur? §. 163. n. 3. p.298
Quàm ſubtiliter vana gloria irrepit. §. 165. n. 1. &c. p.301
Qui gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur; & contrà. §. 168. n. 1. p.306
Vanagloria; ſicut Amaſias Idumæos vincens, eorum Deos adorat. §. 168 n. 2. ibid.
Vanagloria calcat oliuam, & eius oleo non vngitur. Ibi. n. 4. ibid.
Vanagloria bonorum mercaturam facit. §. 168. n. 3. ibid.
Vanagloria ſub virtutum triumphis cadit oppreſſa. Ibi. n. 5. ibid.
Hypocrita per vanægloriæ præſtigias transfiguratur. Ibi. n. 6. p.307
Magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. ibid.
Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud citiùs ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259 p.477
Vanægloriæ ambitio ſuos appetitores deprauat, inuitiat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat. toto §. 261. p.480
Quàm de facili hominibus vana gloria ſubrepat. toto §. 285. p.519
Vide verbo, *Ambitio, Hypocrita, Superbia.*

B. Gonzaga.

Deſideriorum arbitrio vita ad merendum ampliatur. §. 190. n. 7. p.531
Indoles hominis, ab Heraclito Deus putatur. §. 212. n. 1. p.388
Mores antiquant dies, & nouellos annos. §. 35. n. 4. p.79
Vide verbo, *Perfectus vir.*

Gratia.

Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ? toto §. 38. p.83
Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ §. 141. n 3. p.261
Homo in Gratiæ officinâ, per bonam conſuetudinem, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur. toto §. 214. p.391
Sic per gratiam reformatur homo, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. §. 214. n. 4. p 392
Miſericordiæ virtus neſcit menſuram gratiæ. §. 235. n. 2. p.426
Cùm diuinâ gratiâ afflamur, cælum ad nos deſcendit. §. 311. n. 2. p.569
Vide verbo, *Beneficium, Eleemoſyna, Miſericordia, Liberalitas.*

Gratitudo.

Gratitudo velut vita gratiæ eſt. §. 135. n. 2. p.251
Num gratitudo ſit exlex? Ibi. n. 3. ibid.
Memoria gratiæ ferè non poteſt tacere beneficium. §. 135. n. 4. p.252
Beneficiis nos obruit Deus, vt amorem extorqueat. Ibi. n. 6. ibid.
Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt ſit gratitudinis magiſter. §. 135. n. 7. p.252
Non propriâ auctoritate quaſi gratificando, Pauperes ſuos benefactores in cælum introducunt. §. 171. n. 3. p.311
Iuſtæ & iniuſtæ reprehenſioni gratitudo debetur. §. 201. n. 5. ibid.
Ergà pauperes ac miſeros grati ſimus §. 235. n 2. p.426
Peruerſo inimicorum officio grati eſſe debemus. §. 272. n 4. p 499
Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur. toto §. 273. p.500
Vide verbo, *Ingratitudo.*

Gula, Conuiuium.

Satietas delicatioribus cibis illudit. §. 132. n. 5. p.247

H

Hæreſis, Hæreticus.

HÆretici fidem non accipiunt, ſed furantur. §. 73. n. 3. p.142

Hære

Hæretici malè comedunt, & peiùs digerunt verbi Dei granum electiſſimum. §. 238. n. 3. p. 432

Hæreſes, diſſenſionis appendices dicuntur. §. 260. num. 5. p. 480

Homo, Vita Hominis.

Non bona hominis elogia densè conglobantur. §. 5. n. 1. p. 27

Homo iuxtà non eſſe, aut propè nihil eſſe perhibetur. §. 5. n. 2. ibid.

Quare homo ſemper fieri, & numquam eſſe dicitur? Ibidèm.

Velut imago pertranſit homo, ad ſpeciem fulgens, tamquam Sodomæ poma. §. 5. n. 3. p. 28

Inſania vera dicitur præſentis vitæ conſtitutio. quare? §. 5. n. 4. p. 28

Hominis vita, tela ex aëreis filis contexta. §. 5. num. 5. ibid.

Vita noſtra antè definit eſſe, quàm venit. quomodò? §. 5. n. 6. & §. 6. n. 4. p. 29. 30

Practicè pernoſcenda eſt humanæ vitæ breuitas. §. 6. n. 2. p. 29

Quæ ſit Dauidis lingua, quâ vitæ breuitatem noſſe petit? §. 6. n. 3. p. 30

Puerorum etiam Dies dicuntur veteres. quare? §. 6. n. 6. ibid.

Vitæ radix dicitur inutilis. ibid.

Vita, occaſus perhibetur. §. 6. n. 6. ibid.

Vita hominis, mundialium bonorum ſubſiſtentia nominatur. Ibi.

Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ? toto §. 38. p. 83

Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, varietatibus temperatus, malè audit. toto §. 62. p. 125

Homo in terris, præ mutabilitate, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, nòn alius. toto §. 63. p. 125

Homo eſt nummus Dei imagine inſignitus. § 96. num. 2. p. 180

Quare de homine dicitur, quòd errat tamquam ouis perdita? §. 101. n. 2. p. 189

Homo immiſericors, indignus iam iudicatur homo nuncupari. § 130. n. 2. p. 243

A concordiâ eſt; vt homo ab Angelis habitu differre dicatur. §. 142. n. 5. p. 264

Mortificatio dum perdit animam, hominem integrum reddit. §. 150. n. 3. p. 270

Qui Deo non viuit, neque integer, nec plenus, nec verus homo dicitur. §. 164. n. 3. p. 299

Tunc homo ſublimiùs proficit, cùm à ſeipſo funditùs deficit. §. 189. n. 5. p. 350

Indoles hominis, cur Deus ab Heraclito dicitur? §. 212. n. 1. p. 388

Homo eſt magnus ſomnus. § 231. n. 5. p. 421

Perpendat homo ſuam dignitatem, & quanti apud Deum æſtimetur, ne vitiis ignobiliter vileſcat. toto §. 291. p. 529

Honor.

Iudicibus ac Præfectis auguſtior honos à ſubditis exhibetur. toto §. 9. p. 34

Humilitas, honor eſt honoris. §. 189. n. 1. p. 349

In Holofernis aulâ, feminarum libido appellatur honor. §. 220. n. 3. p. 402

Saül regiæ dignitatis pretio modicum honorem mercatur. §. 261. n. 3. p. 480

Vide verbo, *Ambitio*, *Iudex.*

Hoſtis.

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198 p. 364

Reprehenſio, quæ etiam blandè & amicè emendationem procurat à reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur. toto §. 201. p. 371

Hoſtilitatis etiam cauſsâ ſublatâ, ab inimico nil boni ſperari poſſe dicitur. §. 266. n. 2. p. 488

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Humilitas, Humiliatio.

Rutha quàm excelluit humilitate. §. 1. n. 24. & 25. p. 6

Apoſtoli ſciebant, & ſe ſcire neſciebant. §. 108. num. 3. p. 205

Sublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur. toto §. 109. p. 206

Stellæ cùm obſcuræ nocti inſeruiunt, planè lucent; ſecùs è cælo cadunt. §. 116. n. 3. p. 219

Non eſt magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p. 227

Homo euacuetur vndè plenus eſt, vt impleatur vnde vacuus eſt. §. 122. n. 3. p. 230

Humilis ſeipſo vacuus, dum ſe dediſcit, vltrà ſeipſum ſublimiſſimè faſtigiatur. toto §. 137. p. 254

An humilitas in Chriſto, ad Chriſti altitudinem ſublimaret? Ibi. n. 1. & 2. p. 254

Humilitas neſcit ſe eſſe virtutem? §. 137. n. 5. p. 255

Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §. 138. p. 256

Oratio humilis, vera oratio eſt. §. 139. n. 1. p. 257

Humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. Ibi. n. 6. p. 259

Meliora ſunt peccata cum humilitate, quàm innocentia cum ſuperbia? §. 139. n. 6. ibid.

Humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. §. 140. n. 4. p. 260

Magna operari, & ſe neſcire magnum, rara virtus eſt. §. 168 n. 7 p. 307

Præcelſæ virtutis ſublimitas, infimiſſimæ humilitatis ſtipendium eſt. toto §. 189. p. 349

Qui de proximo deteriùs quàm de ſe iudicat, reiectaneus habetur. §. 167. n. 5. p. 364

Humilis eſt ſuperbus, quòd laudes contemnit. §. 262. n. 5. p. 483

Euangelij Miniſter vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. p. 539

Humilitas eſt gratia animæ, nominis expers. §. 297. n. 3. p. 540

Humilitas Concionatoris, cor reddit potabile. Ibi. n. 4. ibid.

Vide verbo, *Ambitio*, *Gloria inanis*, *Superbia.*

Hypocriſis.

Humilis ſic bona opera abſcondit, vt Deum non poſſint latere, etſi velit. §. 137. n. 4. p. 255

Hypocrita per vanægloriæ præſtigias transfiguratur. §. 168. n. 7. p. 307

Hypocrita in occulto publicè operatur. Ibi. n. 1. p. 306

Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud citiùs, ac manifeſtiùs publicat. toto §. 259. p. 477

Vide verbo, *Gloria inanis*, *Ambitio*, *Superbia*, *Humilitas*, *Occultum.*

I

Idolum, Idololatria.

MEdicum Idolum dicitur, quiſquis opem non fert ſpectatæ aliorum neceſſitati. §. 45. n. 5. p. 96

Auita tantùm credulitas Idololatriam perſuaſit. §. 58. n. 5. p. 118

Ex auro Sacerdoti dato, idololatriæ vitulus egreditur. §. 167. n. 2. p. 203

A modici delicti contemptu, Iudæ, Iudæorum, & Idololatriæ ſcelera initium habuerunt. §. 112. n. 3. p. 213

Aureum vitulum bibentes Hebræi, Idololatriam bibunt. §. 117. p. 220

Vnus

Digitized by Google

Vnus, vitulus cur plures Dij ab Hebræis nominetur. §. 146. n. 4. p. 269
Adoratus vitulus eſt ſemita inter duas macerias clauſa. Ibi. n. 5. p. 270
Cur Iacobus idola cum inauribus infoderit? §. 147. n. 5. p. 272
Diſſenſio Domeſtica, Idololatriæ lenocinatur. §. 260. n. 2. p. 478

Ieiunium.

Ieiunium, virtutum cupiditas, radix gratiæ, mater ſanctitatis, vnio cum Deo, & Diabolorum verbero nominatur. toto §. 18. p. 49
Ieiunium de ſuis viſceribus auxilium exigit. §. 18. n. 6. p. 51
Vide verbo. *Sterilitas.*

Ieſus.

Nomen Ieſus eſt ſanctificatio, conſecratio, ſeparatio, & corona. §. 28. n. 4. p. 67

S. Ignatius.

Humanam gloriolam Ignatius Deo victimat, & diuinam gloriam ſumptuoſiùs exambit. toto §. 29. p. 68
Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §. 138. p. 256
Ignatij animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. toto §. 151. p. 277
Ignatiúſne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ Ignatij voluntati conformis? toto §. 163. p. 297
Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit: exinde Sanctorum proceres Dei gloriam reputant ſuam. toto §. 164. p. 299
S. Ignatius acre ac præruptum ingenium, in lene velut ſubſtantiauit. §. 214. n. 2. p. 391
Se propriâ gloriâ exuere, & diuinam ſpectare, paucorum eſt. §. 261. n. 6. p. 481
Præluſtris Ignatij dignitas, diuinæ gloriæ tota militat. toto §. 282. p. 515
Vide verbo, *Perfectus vir, Perſecutio, Mortificatio.*

Ignis.

Deus & Angeli ſententioſè igni comparantur §. 95. n 3. p. 179
Angelus quaſi ignis ſtando volat. Ibi. n. 4. ibid.
Qui nuper ſacer ignis erat, iam contrarium & humile aquæ munus obit. §. 116. n. 2. p 219

Ignobilis.

Vide verbo, *Nobilitas.*

Ignorantia.

Vide verbo, *Error.*

Imaginatio, Phantaſia.

Timor in imaginationis officinâ, miſerias anticipat, ampliat, exaggerat. toto §. 44. p. 93
A phantaſiâ eſt, Dominorum in ſeruos acerbitas. §. 115. num. 5. p. 218
An imaginatione veram Euchariſtiæ præſtantiam aſſequi poſſimus? §. 178. n. 3. p 323

Imitatio, ſequela.

Bonum virtutis exemplum, *beare noſtrum* imitatione dicitur; imitandi appetentiam ingerit, exemplarem virtutem incrementat probitatis præſcriptione. toto §. 66. p. 137
Manifeſtè Chriſtum ſequi, eſt Chriſti in eo permanentia? §. 147. n. 3. p. 271
Pluſne præmiatur ſpes, quàm Chriſti ſequela? §. 166. n 2. p. 302
Imitatio patientis Chriſti imitatores beare dicitur. quare? §. 172. n. 2. p. 312
Expetibiliúſne eſt, Chriſtum ſequi, quàm habere? §. 187. n. 6. p. 347
Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret. §. 313. n. 5. p. 574

P. Didac. Celada in Ruth.

Vide verbo, *Exemplum*, vbi latè hæc theſis tractatur.

Impatientia.

Vide verbo, *Patientia*, *Ira.*

Incarnatio.

Gabriel, ideſt, Deus homo, Deum hominem naſciturum, feliciùs perſuadet. §. 71. n. 4. p 139
Ex diuinæ Incarnationis beneficio, mirè erigitur ſpes humana. toto §. 72. p. 140
Mariæ orationi, an deſiderio adſcribitur, diuini Verbi Incarnatio? §. 239. n. 2. p. 433
Pœnitentiæ cum Incarnatione confinium. §. 254. n. 2. p. 469
Per hominem Deus cognationem cótrahit cum creaturis omnibus. §. 291. n. 4. p 530
Maria eſt Incarnationis panegyris. §. 331. n. 6. p. 604
Magna incarnationis miſericordia, neceſſaria fuit magno delicto expiando. §. 294. n. 4. p. 535
De Incarnationis myſterio copioſè tractatur, verbo, *Virginitas Mariæ.*

Inconſtantia.

Vide verbo, *Mutatio.*

Indicium.

Vide verbo, *Iudicium temerarium.*

Indignus.

Indigna Euchariſtiæ ſuſceptio, eſt inferni viaticum, ſitis æterni ignis, & caninum Dominici corporis furtum. toto §. 181. p. 328

Infans.

Vide verbo, *Puer.*

Infernus, Gehenna, Reprobi.

Damnati in inferno, ſine ſpe ac deſperatione eſſe dicuntur. Quare? §. 15. n. 1. p. 44
Cui ignis inferni ardebit, iam nunc ardet? §. 15. num. 2. ibid.
In meditatione ignis inferni benè exardeſcit. §. 15. n. 3. p. 45
Gehennæ ignis in oſſa meditatione immiſſus, eſt virtutum gymnaſium. §. 15. n. 4. ibid.
Meditata gehenna concupiſcentias vertit in lacrymas §. 15. n. 4. ibid.
Cogitatio de gehennâ à gehennâ aſylum eſt. §. 15. n. 5. ibid.
Nudum inferni nomen pigritiam excutit. §. 15. n. 6. ibid.
Pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſſitas emendationis eſt, licentiæ frenum; & in timoris ſchola, virtutis magiſter. toto §. 16. p. 46
Qui odia, & inimicitias gerit, infernus dicitur. §. 21. n. 5. p. 56
In gehennâ plures ſunt naturæ antitheſes. §. 22. n. 1. p. 56
Ne ſit Iudex ſicut infernus, qui ſine miſericordiâ cruciat. §. 48. n. 2. p. 100
Libido, infernalis gehennæ memoriam abolet. §. 61. num. 5. p. 123
Cur reprobi non dicuntur maledicti à Patre; ſecùs electi benedicti à Patre dicuntur. §. 90. n. 2. p. 170
Opulentia auare immiſericors, infernalis gehennæ cognata oſtenditur. toto §. 106. p. 201
Mortificatio dicitur crudelis velut infernus. quare? §. 133. num. 5. p. 249
Vix timetur gehenna, cùm Beatitudo impenſiùs amatur §. 152. n 7. p. 280
Ex gehennæ metu, gloriæ corona materiata eſt. §. 158. num. 3. p. 289
Prauæ intentionis paleæ ignem inextinguibilem nutriunt. §. 165 n. 3. & 2. p. 301
Indigna Euchariſtiæ acceptio, eſt inferni viaticum, & ſitis æterni ignis. toto §. 181. p. 321
Gehennæ mors immortalis. §. 240. n. 2. p. 435
Cur gehennæ ignis culpas dicatur inquirere? Inibi.

Digitized by Google

Vide verbo, *Pœna Iuſtitia, Iudicium finale.*

Ingenium.

Nullum ſine venia placuit ingenium. §. 4. n. 1. p. 24

Ingratitudo.

Ingratitudo gratiam rodit, oblitterat, extinguit. §. 135. num. 2. p. 251

Male quis benefactori ac beneficio ingratus eſt. Ibi. n. 5. p. 252

Ingratitudo multimodè culpatur. §. 238. n 1. p. 431

Electum diuini ſatoris granum, male vertitur in aduerſarij Dæmonis cibum. Ibidem. n 2. & 3. p. 431. & 432

Ingratitudo ſeruile ingenium inuenit, aut facit. §. 238. num. 4. ibid.

Qui malo benefacit, ſerpentem alit, Ibi. n. 5. ibid.

Quod à principio beneficium fuit, vſu & ætate fit debitum. §. 338. n. 6. ibid.

Liberalitas ſibi quodammodò ingrata eſt. quomodò? ibid. p. 454

Opulentius ſoluuntur maleficia; quàm beneficia. §. 245. num. 3. p. 454

Quòd ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimò ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. toto §. 264. p. 485

Beneficia quæ accepta adſunt, contemnimus; quæ abſunt, requirimus. toto §. 267. p. 490

Obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. toto §. 293. p. 533

Inimicus, Inimicorum dilectio.

Occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarum negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, tenebrat. toto §. 21. p. 54

Nil magnum, parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate §. 25. n. 4. p. 62

Nil acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. p. 120

Iniuria ab iniuſto offēſore æquanimiter tolerata, iniurias à ſe Deo illatas, beneficâ manſuetudine redimit. toto §. 76. p. 147

Moyſes aduerſæ contrà ſe hoſtilitatis inſtrumento largiùs benefacit. §. 119. n. 4. & 2. p. 224. & 225

Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. toto §. 119. p. 241

Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio eruditur. toto §. 141. p. 262

Quàm ſit potens beneficentia ergà inimicos. §. 163. n. 2. p. 297

Num inimica diſcordia, Deum ad audiendas preces humanas ſurdum reddit? §. 176. n. 3. p. 319

In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. p. 463

Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet, toto §. 260. p. 478

Veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt prope ad vltionem cogere dicantur. toto §. 266. p. 488

Quàm ſit arduum, præluſtre, ac generoſum, inimicos diligere. toto §. 272. p. 498. vbi hâc ſuper re multa.

In reconciliatione cum inimicis, propè impoſſibilia Deus mandat. Ibid. n. 7. p. 499

Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio toto §. 273. p. 500

Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. toto §. 277. p. 506

Vide verbo, *Pax, Vindicta, Amor.*

Initium, Incipere.

Prima luna totam lucendi plenitudinem continet, & ſenſim explicat. §. 113. n. 2. p. 214

Res dicitur perfecta, cùm operari incipit. §. 274. n. 2. p. 701

Statua, quæ cœpit in auro, in luto conſummatur. §. 276. n. 4. p. 506

Iniuria, Offenſa.

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Innocentia.

Tribuitne innocentiam pœnitentia non iterata? §. 55. n. 5. p. 113.

Innocens de ſe alios æſtimat. §. 203. n. 4. p. 374

Innocentem eſſe, eſt ignorare quod nocet. Ibidem.

Vide verbo, *Perfectus vir.*

Innocentes.

Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis naſcuntur, §. 309. num. 5. p. 567

Inſidiæ.

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautius arcendus eſt. toto §. 198. p. 364

Intellectus.

Cur lingua maledica cogitare dicitur? §. 32 n. 2. p. 73

Relapſus eſt humani intellectûs contumelia. §. 55. n. 4. p. 112

Homo benè operando, bonum ſibi intellectum excudit. §. 217. n. 6. p. 399

Inuidia.

Inuidiam ſupplicia non cohibent. §. 85. n. 2. p. 162

Intentio.

Praua intentionis flexura valdè culpatur; & recta ad Deum intentio commendatur egregiè. toto. §. 165. p. 301

Ioannes Baptiſta, Præcurſor.

Ioannes paſcitur melle, ne in vrbibus auſteritatem quærat. §. 24. num. 2. p. 60

Ioannis nominatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. §. 28. n. 2. p. 67

Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret? §. 37. n. 5. p. 83

Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur. Ibi.

Silueſtres auſteritates, melleæ ſunt Ioanni: deliciæ mundi ſunt fella. § 104. n 4. p. 194

Ioannes veritatem humilitate præſtruxit. §. 109. num. 1. pag. 206

Qui quod rapuit exoluit, Præcurſorem æmulatur. §. 128. num. 3. p. 240

Num Ioannis hùmilitas recuperet repudiatam Meſſiæ opinionem? §. 137. n. 2. p. 254

Ioannes, qui ſpiritum ad menſuram accepit, mauult ardere, quàm lucere aliis. §. 144. n. 5. p. 267

Patris taciturnitas in ſignum datur, quòd vocem generabit. §. 187. n. 7. p. 347

Ioannis cibus, index officij prophetici, & nuncius myſterij erat. quare? §. 197. n. 3. p. 363

Mauult Ioannes melle veſci, quàm auſteriores cibos extra eremum quærere. Ibi. n. 4. p. 364

Ioannis conglobata elogia. §. 213. n. 2. p. 390

Ioannes dicitur, Caſtitatis Legiſlator, de boni exempli blandimento. Ibidem.

Demortui Ioannis oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur. §. 220. n. 5. p. 405

Laudibus Ioannis delectabatur Dominus immorari. §. 223. num. 6. p. 407

Ioannes, qui eſt vox, naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio. §. 132. n. 2. p. 421

Ioannes vitam fouet locuſtis, quas tamquā cibum mortiferum Ægyptij reſpuunt quare? §. 258. n. 2. p. 475

Ioannis voce verbum conſecrari dicitur. §. 275. num. 6. pag. 505

Adeſſe gaudiis de Ioannis natiuitate, cur Deipara recuſat? §. 284. n. 3. p. 518

Ioannes exultatione prædicationem ſuam dedicauit. §. 284. n. 4. p. 519

Ioannes

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Ioannes in vtero matris gaudio in Chriſto vegetatur. Ibi.
Lex fuit velut Præcurſor Euangelij. §.298.n.6. p.541
Mariana pax Ioannem ſanctificat, & Matrem gratiâ implet. §.324. n.2. p.591

Ioannes Euangeliſta.

Ioannes Chriſti debitum rependere iubetur Deiparæ. §. 325. n.3. p.593

Ioſeph.

Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. §.141 n.5. p.262
Ioſephi ſuffragio inuiolabile redditur Marianæ virginitatis iudicium. § 306. n.5. p.579. Conſule totum §.
Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Mariæ pudore cogitauit? §.207. n 6. p.381
Deipara fecit animæ ſuæ, ideſt, Ioſepho cingulum § 323. num.4. p.591

Ira.

Regni magnitudine ira diluitur. §.129. n.3. p.241
Ira Iudicis non in peccatorem, ſed in peccatum ferueat. toto §.157. p.287
Deus largè miſeretur iratus. §. 159. n.3. & 4. p.291
Iracunda Dauidis commotio, illius clementiam oſtendit, & exaggerat. §.215. n 3. p.393

Iter.

Vide verbo, *Via.*

Iudex. Magiſtratus, Superior.

Iudex tantùm iudex eſt, reliqua nemo. §.8. n.6. p.34
Iudicibus ac Præfectis auguſtior honos à ſubditis exhibetur. toto §.9. ibid.
Qui verè loquitur coràm Iudice, irreuerentiæ damnatur: §. 9. n.2. ibid.
Iudicum honor quomodo vices cum vitâ reciprocet. Ibi. num. 6 p.35
Boni iudicis idea § 10. n.4. p.36
Sincerior Iudicum ratio nocentes puniat. §. 11. num. 1. pag. 37
Ne in condemnatione aliquid apponatur, quo nocens innocentiam coloret. § 11. n.2. & 5. p. 37. 38
Commoda Iudicis, animaduerſionis ardorem interſtingunt. § 11. n.3. p.38
Nulla ex regimine excuſatio patet ſceleroſis Iudæis. §.11. num 4. ibid.
Pia clementia, ſollicitior cura, & largior ergà ſubditos beneficentia, boni Iudicis ſtipendium eſt, & illius etiam cenſus. toto §.12. p.39
Male Iudicum ardor ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto §.13. p.41
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergo iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor foueatur. toto § 48. p.99
Superior neque pro iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet. §.48. n. 6. p.101
Iuſtus rigor in Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. toto §.49. ibid.
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §. 50. p.103
Rectè iudicat, qui male cogitauit. §.92, n.2. p.174
Populorum Rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit. toto §. 120. pag. 226
Peritus Iudex non homini; ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans, toto §. 157. p.254
Cur vaſtatores dicuntur ordinatores? §. 195. n.5. p.361
Reprehenſio, quæ etiam blandè & amicè emendationem procurat, à reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur. toto §.201. p.371
Reprehenſionis lenitas eruditur, acerbitas vapulat. toto

§.209. p 383
Pater erga filium reum meritò diſſimulat iudicem, ne vel iuſta ſententia feriat hoſtili gladio. toto §.210. p.384
Iudicium & voluntas potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §.219. p.400
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. toto §. 221. p.403
Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio fundat, & ex affectu colorat. toto § 233. & 234. p.423. 424
Benedica ſuſpicio gubernatorem, maledica calumniatorem excudit. § 233. n.6. p.423
Dei cautela, non eſt ſuſpicioſa Præſidentis circumſpectio, § 244. n.5. p.426
Iudex, cùm diu reatum diſcutit, & moroſè examinat, innocentem ſæpè reum diutiùs prodit, diffamat, inuitiat. toto § 240. p.444
Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. toto §.244. p 451
Ignorantia Iudicis, eſt calamitas innocentis. Ibid. num. 2. pag. 452
Gubernator qui non habet ingenia, gubernator non eſt. §.245 n.6. p.454
Poteſtas quæ in te, tibi videtur virga, in alio, tibi videtur draco. §.256. n.4. p.473
Poteſtas per caudam apprehenſa, ex dracone fit virga. quare? Ibidem. n.5. p.475
Vindicatiuæ iuſtitiæ ſapiens pœna quodammodò æmulatur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. toto §. 262. p.481
Iuſtitiæ miniſter ſit propheta Superioris, & plagæ, quam infert. §. 262. n. 5. p.483
Zelus ſit velut fames, ſine diſcretione, eſt currus ſine aurigatore, & incautus factionum arbiter. toto §. 269. pag.493
Principi ac Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. toto §.271. p.497
Iudex ne committat, vt eius eruditio ſit mortis armatura. Inibi. n.4. p.498
Præuia miſericordia, Dei iudicium velut informat. §.278. num. 5. p.509
Supplicium, culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? toto §. 287. p.525
Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur toto §.288. p.524
Iudex decernens iuſtitiam, liberalis & munificus dicitur. §.318. num 4. p.582
Deipara eſt Magiſtratuum ſubditorúmque tranquilla ordinis compoſitio. §.324. n.6. p 592
Vide verbo, *Princeps, Iuſtitia. Miſericordia, Lis, Pœna.*

Iudicium finale.

Meditatus extremi Iudicij horror, in te virtutis miracula patrat, lenocinia voluptatis abſentat, & peccandi fomitem interſtinguit. toto §.53. p.108
Cur in Iudicio dicitur Chriſtus nemini proximus? §.74. num.7. p.145
Angelica tuba finaliter clangens, quo ſenſu dicatur, Poëtica. §.94. num.3. p.177
Funeſtè luget cælum vniuerſale hominum iudicium. §. 110. num. 2. p.208
Benefica Chriſti crux, in die iudicij accuſabit & condemnabit reprobos. quare? §.264. n.3. p.485
Deine Iudicium eſt miſericordiæ expers? §. 275. num. 5. pag. 504
Vide verbo, *Infernus, Iuſtitia.*

Iudicium temerarium.

Suſpicax natura ſcandalum ſibi parturit. quare? §. 64. num. 6. p.125
Male iudicat qui citò; & ex rei ſuperficie licenter cenſuram vibrat. toto §.197. p.365

Digitized by Google

Innocens de ſe alios æſtimat. §.203. n.4. p.374
Indoles hominis, cur Deus ab Heraclito putatur? §.212. num. 1. p.388
Cur ob adſimilem confeſſionem non Nathanaël, ſed Petrus beatificatur? Inibi. num. 2. ibid.
Irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. n.3. ibid.
In aliorum actionibus aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore. Ibi. n.4. p.389
Boozus libidinis indicia adſcribit religioni. §.212. num.5. ibid.
Anteacta vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. toto §. 216. p.394.
Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §.233. p.423
Siniſtræ ſuſpicionis maligna temeratiè licentia, egregiè vapulat. toto §. 234. p.424
Poſt mortem neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſteritatem præcludat. §. 234. n.2. p.425

Iuramentum.

Iurandi formula apud Hebræos exponitur. §.3. num.53. p. 23

Iuriſdictio.

Male Iudicum ardor, ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto §.13. p. 41

Iuſtitia, Rigor.

Miniſteriale diuinæ iuſtitiæ munus in ſuppliciis dignè infligendis, ſumptuosè glorioſum reputatur. toto §. 22. p.56.
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergo iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor fouetur. toto §. 48. p 99
Iuſtus rigor in Principe ac Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. toto §.49. p.101
Populorum Rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit. toto §. 120. p. 226
Peritus Superior non homini, ſed hominis culpæ infenſus ſit; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans. toto §. 157. p.287
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. toto §. 256. p.472
Vindicatiuæ iuſtitiæ ſapiens pœna, quodammodò æmuletur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. toto §.261. p.481
Deine iudicium eſt miſericordiæ expers? §. 278. num. 5. p.509
Supplicium, culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? toto §.287. p.523
Vide verbo, *Pœna Iudex, Infernus, Iudicium finale.*

Iuuenis, Iuuentus.

Iuuenum cum ſenibus tutior conuerſatio. §. 1. num. 12. p. 3
Vicina eſt lapſibus adoleſcentia. quare? §. 1. num. 13. p.4
Iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis præmaturè cumulat. toto §.35. p.78

L

Labores, Ærumnæ, Tribulationes.

FEliciter ſunt miſeri, qui miſeriam non merentur. §. 1. n. 17. & 18. p.45
Laus eſt ardua, dura ſuſtinere. ibid.
Ei, qui ſine peccato eſt, calamitas nulla appropinquare poteſt. §. 90. n.5. p.171
Ipſa etiam tribulatione Deus conſolatur, & tenebras illuminat. §.92. p.5. p.175
Chriſtus oneratos ad ſe vocat, non tamen onus ſubtrahit, aut laborem. §.124. n.2 p.233
Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus adeſt præſtò auxiliaris. toto §.153. p.281
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §.172. p.312
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa iuſtorum ſuperbia. toto §.185. p.342
Tribulatio ſursùm eleuat cor. §. 208. n.6. p.382
Voluntarius ſenſum laboris furatur. §.228. n.3. p.415
Miſera calamitas dicitur, precandi officina, & deprecandi vigor. toto §. 280. p.511
Gloria exultantium in laboribus, pia ſuperbia dicitur. §. 284. n.5. p.519
Precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. p.521
Vide verbo, *Patientia, Perſecutio.*
Labor, pro exercitatione, traditur, verbo, *Opus.*

Lacryma.

Cicatrix ex vulnere peccati, lacrymis abolenda eſt. §. 40. n.5. p.87
Dei manus tractat peccatorum lacrymas: quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §.57. p.115
Quod fleri ſolet, non ſolet excuſari. §.92. n.2. p.174
Lacrymæ cæleſtibus deliciis exuberant. §. 172. n.5. & 4. p.313
Voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ, in lacrymas conuertantur. §.215. n.4. p.394

Laus.

Superfluam laudem prædicare, iactantiæ eſt, neceſſariam reticere, contemptus. §. 1. n.1. p.1
Ruthæ nomen laudum fœcundum §. 1. n. 2. ibid.
Fit ſanctis proximus, qui illorum prædicat ſanctitatem. Ibidem.
In Ruthâ laudatâ, quem mentitis exceſſum, religionem vocas. §. 2. n. 37. p.8
Homo mortificatus laudari poteſt ante mortem. quare? §.127. n.3. p.238
In ipſâ laudationis auaritiâ, quæ ſuas effutit laudes, laudum indignitas egregiè tranſpatet. toto §. 140. p.259
Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magno luenda. toto §. 148. p.272
Vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere. §. 161. n.6. p.297
Moderata idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium. toto §. 222. p.405
Opportuna laus teſſera virtutis eſt: & laudabilem inuenit, aut facit toto §. 223. p.406
Idonea laus, virtutum cupiditatem ingerit: & laudatores facit eiuſdem coronæ participes, arcano laudis ſacramento. toto §.224. p.408
Propria laus elogium quod verè laudat, culpare putatur. §.259. n.4. p.478

Lætitia.

Vide verbo, *Gaudium.*

S. Laurentius.

Vide verbo, *Martyr, Labores, Perſecutio, Perfectus vir.*

Lex, Preceptum.

Lingua, exlex dicitur. §. 32. n.7. p.75
Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107. n. 1, p. 203
Num gratitudo ſit exlex? §.135. n.3. p.252
Anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe: auguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §. 141. p.261
Quodnám ſit otium legis, & opus gratiæ. Ibi. n.3. ibid.

Lex

Digitized by Google

Lex per metum eſt omnium bonorum radix. §. 158. n. 1. p. 289

Pauperi omnis lex dicitur ſpiritualis. §. 160. n. 2. p. 292

Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. toto §. 193. p. 355

Lex dicitur hominis eſſentia & fortuna; Dei eſſentia atque oculi, animæ vita, & Sanctorum ſcientia. toto §. 205. p. 376

Ioannes Baptiſta dicitur, Caſtitatis legiſlator. quare? §. 213. n. 2. p. 390

Lex, quæ foris ſonat, veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 219. n. 3. p. 400

Lex Dei habenda non eſt in corde, ſed cor in lege? quare? §. 228. n. 2. p. 415

Lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt. Ibi. n. 3. ibid.

Voluntas piè affecta, leges quàm latiſſimè extendit. §. 228. n. 4. ibid.

Suggillatur caro, tamquam non bona legiſlatrix. §. 229. n. 4. p. 417

Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §. 217. p. 429

Immodica legum multitudo, violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant. toto §. 257. p. 473

Multiplices leges perindè ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. §. 257. n. 5. p. 475

Quilibet eſt ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator. §. 272. n. 6. p. 499

Ad quem lex conuertitur, gaudium conuertitur. §. 284. n. 2. p. 518

Amanti multæ leges, plures vna ſunt; odienti vna plures. §. 288. n. 5. p. 526

Lex vetus, legis nouæ initium eſt. §. 298. n. 2. p. 541

Lex antiqua, de quâ Euangelium naſcitur, illud conſecrat. Ibi. n. 3. ibid.

Solúſne legiſlator, legis obſequium perfectè complet? §. 298. n. 4. p. 542

Legem antiquam complet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. Inibi.

Legi antiquæ lex noua inſeritur. §. 298. n. 5. ibid.

Lex fuit velut Præcurſor Euangelij. Ibi. n. 6. ibid.

Ieſus & Deipara implentes purificationis, & Præſentationis legem, legis defectum implent. quare? §. 323. n. 3. p. 590

Vide verbo, *Obedientia*, *Conſilia*, *Euangelica*.

Liber.

Vide verbo, *Scriptor*, *Scriptura*.

Liberalitas.

Moyſes aduerſæ contrà ſe hoſtilitatis iuſtrumento largiùs benefacit. §. 119. n. 4. & 2. p. 225

Facilius eſt propria largiri, quàm aliena reſtituere. §. 128. n. 4. p. 240

Perfecta liberalitas occaſionum rimulas ad donandum obſeruat. §. 173. n. 1. p. 314

De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *feret*; ſed quòd fructum ſuum *dabit*. quare? Ibi. num. 2. ibid.

Benefica largitio, eſt rei donatæ poſſidendi arbitrium. §. 173. n. 4. ibid.

Semper erunt horrea plena, ſi non fuerint largitate vacua. Ibi. n. 5. p. 315

Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. toto §. 175. p. 317

Gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia. toto §. 227. p. 413

Vide verbo, *Miſericordia*, *Eleemoſyna*, *Gratia*, *Beneficium*.

Libido.

Vide verbo, *Luxuria*, *Mulier*, *Periculum*, *Pulchritudo*.

Limus.

Vide verbo, *Terrâ*.

Lingua, Sermo, Verbum.

Qui quod ſentit loquitur, linguâ ſuâ loquitur. §. 6. n. 4. p. 30

Principes Dauidis exemplo, ſuâ linguâ loquantur. §. 10. n. 5. p. 37

Venenata lingua mentis vſurpat munia; ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & ex lex ipſa, ipſi concupiſcentiæ malitiam ſpirat. toto §. 32. p. 73

Lingua gehennæ ſcintillas flabellat. §. 32. n. 6. p. 74

Qui mutus eſt, mortuus dicitur. §. 232. n. 3. p. 421

Verbum ex ſilentio, quaſi è tumulo reſurgit. ibid.

Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat. toto §. 268. p. 491

Os Mariæ, os Chriſti dicitur. § 320. n. 3. p. 585

Vide verbo, *Detractio*, *Eloquentia*, *Silentium*.

Lis, Litigator.

Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. toto §. 244. p. 451

Iudex, cùm diu reatum diſcutit, & moroſe examinat; innocentem ſæpè reum diuitiùs prodit, diffamat, inuitiat. toto §. 240. p. 434

Contentioſus litigator ad infernum properat, concupiſcentiam æmulatur, & Diabolorum ſupplementum eſt. toto §. 249 p. 460

Deipara, æquum ius eſt, piè dirimens lites. §. 316. n. 5. p. 579

Vide verbo, *Index*.

Locus.

Ruthæ patria fuit virtus. §. 1. n. 4. p. 2

Locus ſæpè vitiis obnoxius eſt; ſæpè etiam virtuti auxiliaris. toto §. 33. p. 75

Aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodò afflat. toto §. 79. p. 152

Luna.

Luna in noctis præſidentiâ, cum præſidentiâ ſolis benè contendit. quare? §. 116. n. 4. p. 220

Siue primam, ſiue plenam lunam Deus fecerit, fecit perfectam §. 116 n 5. ibid.

Cur non ſol, ſed Luna, lumen appellat ſuum vaniſſimâ præſumptione? §. 285. n. 6. p. 521

Lux.

Nec nomen, nec miniſterium bonæ Luci permittitur, quouſque à tenebris ſeparetur. §. 64. n. 2 p. 127

Stultum eſt lucem perdere, & laude laudationem amittere. §. 140. n. 3. p. 260

Humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit. Ibi. n. 4. ibid.

Licet Deus lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque diei appellatione adſociauit. §. 142. n. 2. p. 263

Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfundit? 162. n. 3. p. 296

Moraliſſimè ab exordio mundi lux à tenebris diuiditur. §. 186. n. 4. p. 344

Dulcior eſt lux, quæ aliquandò deſinit. quare? §. 243 n 4. p. 451

Cur lux ſolis, triduò ante ſolem ſuum præluxit? §. 285. n. 5. p. 520

Iubar viſceroſum beneficentiæ §. 289. n. 4. p. 527

Luxuria, Libido

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §. 59. p. 118

Generoſiores Dæmones ad libidinem non tentant. §. 61. n. 1. p. 122

Luxuriæ vermis, qualis. Ibidèm.

Digitized by Google

Quare non columbæ, ſed pulli columbarum, in purificatione offerri iubentur? §. 61. n. 2. ibid.
Libido, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. n. 3. ibid.
Non bona libidinis elogia denſè conglobentur. Ibi.
Vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. ibid.
Libido, rationis expertem facere dicitur. §. 61. n. 5. p. 123
Libido infernalis gehennæ memoriam abolet. Ibidem.
Chriſtus inſcitiæ à Phariſæo damnatur, ne vllo modo libidinis arguatur. §. 61. n. 6. ibid.
Pulchra femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen? quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p. 185
Libidinis antidotus. Ibi. n. 6. p. 186
Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis, indiga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. p 187
Leuis occaſiuncula non leuiter nocet. §. 117. n. 4. & 5. p. 221. & 222
Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p. 236
Libidinoſus Dæmoniaco ſimilis eſt, crucis aduerſarius, quotidiè moritur, impœnitentiæ vicinatur, & in propriam ſubſtantiam peccat. toto §. 196. p. 361
Cum obſcœnè lapſis, charitas cum odio miſcenda eſt. p. 203. n. 3. p. 373
Deus in honeſtos nec apud ſe peregrinari vult. §. 205. n. 3. p. 377
Cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis. §. 215. n. 5. p. 394
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto §. 220. p. 401
Vaga Principum libido, regnorum excidio plerumque mulctatur. toto §. 226. p. 411
Caro formidabile periculum, Demon in luto delitescens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. quare? toto §. 229. p. 416
Nobilium feminarum libido, acerbiſſimè punitur à Deo. §. 303. n. 3. p. 557
Vide verbo, *Mulier, Pulchritudo, Periculum.*

M

Magdalena.

Magdalena effundens pretioſum vnguentum, in diem ſepulturæ Dominicæ meliùs ſeruauit. quare? §. 134. n. 4. p. 250
Vide verbo, *Pœnitentia, Lacryma.*

Magiſter.

Priùs docens quàm diſcens, à ſe etiam diſcit. §. 108. num. 5. p. 206
Dauid dicitur Chriſti diſcipulus. §. 295. n. 3. p. 537
Vide verbo, *Concionator, Sapiens.*

Mandatum.

Vide verbo, *Lex, Obedientia.*

Manna.

Cæleſte Manna ſcatet vermibus, qui ingratorum conſcientiam perpetuò rodant. §. 264. n. 2. p. 485
Quod nuper vocabatur glacies, dum amittitur, Manna dicitur. §. 267. n. 4. p. 491

Manſuetudo.

Vide verbo, *Pax, Patientia, inimicorum dilectio.*

Manus.

Cur, Manus Abſalom, in eius ſepulchro deſcribitur? §. 35. num. 2. p. 78
Prælium oratione ſuffultum, manus ſolij Domini nominatur. §. 111. n. 2. p. 210
Vide verbo, *Opus.*

Mare.

Maris ſalſugo amariſſima dulcibus aquis paſcitur. §. 42. num. 2. p 90

Maria.

Aduocata peccatorum.

Quàm præſtò miſeris peccatoribus Maria adſit auxiliatrix. §. 315. n. 1. p. 576
Conglobata Deiparæ ad hanc rem epitheta. Ibi. num. 2. ibid.
Cur Deipara appellatur, Peccatorum commendatio? §. 315. n. 2. p. 576
Quo ſenſu Deiparam appellent, Peccatorum vadem. Ibidem. n. 3. p. 577
B. Virgo omnibus omnia fit, vt naturæ curet vulnera. §. 315. n. 5. ibid.
Deipara deiformi elementatione veteratum mundum reformat. Ibid. n. 6. ibid.
Maria tamquam vera Ruth, relictas à Correctoribus ſpicas ſtudioſè colligit. §. 316. n. 1. p. 578
Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat, precariæ omnipotentiæ vi. Ibi. n. 2. ibid.
Quo ſenſu dicatur Deipara, Noſtræ ſpongia nequitiæ. §. 316. n. 3. ibid.
Diabolica vitiorum noſtrorum commenta, & volumina B. Virgo delet. Inibi. n. 4. ibid.
Quo ſenſu Deipara iuſtitiam transformet in miſericordiam. §. 216. n. 5. p. 396

Amor Mariæ ergà Filium.

Patris ac matris amorem Deipara Filio impendit. §. 327. num. 1. p. 596
Deiparæ viſcera tranſiiſſe in charitatis affectionem perhibetur. Ibi. n. 2. ibid.
In puero Ieſu vnita bonorum omnium collectio dicitur. §. 327. n. 3. ibid.
Filij ac Matris immenſus amor, in affectuum pelago mergitur. Ibid n. 4. ibid.
Deus Deiparæ, & Deipara Deo, per amorem velut conuiſcerantur §. 327. n. 5. p. 597
Quomodò Chriſtus dicitur, Mariani cordis dimidium an amoris ſacramento? Ibi. n. 6. ibid.
Amor filij ſui, omnes ictus mortis interimit in Deipara. §. 327. n. 7. ibid.
Quo ſenſu ſolus Deus dicatur, Mariam diligere. §. 331. num. 5. p. 603

Bellatrix Maria.

Salomon, id eſt, Chriſtus, gladio formæ, quam expreſſit à Matre, mendacium arguit. §. 306. n. 2. p. 561
Deipara dicitur nouus mundus; & omnium vires in ſe habere dicitur. §. 312. n. 5. p. 572
Mariæ auxilium hoſtibus opponendum, velut palma, & trophæum. §. 318. n. 5. p. 582. Legatur totus §. quo Maria probatur Regnum, ac regnorum præſidium.
Deus in Virginalis vteri officinâ, corporis arma cudit aduerſus peccatum. §. 319. n. 1. p. 583
Vera Iahel lactis dulcedine infernalem Siſaram ſuffocauit. Inibi. n. 2. ibid.
Chriſtus de Virgineo lacte excitatur ad exinanitionem peccati. §. 319. n. 3. ibid.
Virginalis mamma confortat cor aduerſùs peccati venenum. Ibi. n. 4. p. 584
Quomodo in B. Virgine, velut in fiſcellâ, Chriſtus ſaluari à Pharaone dicatur. §. 219. n. 5. ibid.

Caſtitas Mariæ.

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Compaſſio, dolores Mariæ.

B. Maria alienam verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit. §. 170. n. 2. p. 309
Deipara iuxta crucem, inexpugnabilis erant, & naturæ affectionibus ſuperior. §. 325. n. 1. p. 593
An Deiparæ perforata ſint in cruce Chriſti crucifixi, membra? Ibi. n. 2. ibid.
Cur Deipara dicitur, miſerabiliùs animo ſauciari? §. 325. n. 2. ibid.

Deipara

Digitized by Google

Deipara diuinæ maternitatis ingeſtâ dulcedine, mirifſimè exacerbatur. Ibi. n. 3. ibid.
Gloria Deiparæ habenda, vt quæ ſola Paſſionis viſa ſit ſocia. §. 325. n. 4. ibid.
Num Deiparæ compaſſio Paſſionem Chriſti omninò complet Ibi. n. 5. p.594
Deipara in inſtauratricis ſepulturæ curam ſollerter incumbit. §. 330. n. 5. p.602

Corredemptrix Maria.

Bonum eſt producere Euam peccati cauſſam, ne vniuerſitas B. Virgine careat. §. 317. n. 5. p.580
Quot Protoparentum ſuperbia perdiderat, Deus in Mariæ humilitate recuperauit. §. 322. n. 4. p.590
Deipara eſt Corredemptrix cum Filio Deo. §. 326. n. 1. p. 594
Chriſtus Deus redemptionis gloriam cum Matre partitur. Inibi. n. 2. ibid.
Cùm expirauit Filius, parum abfuit, quin Deipara paſſionem compleret? §. 326. n. 3. p.595
B. Deipara propè innumerabilibus mortibus, redemptionis pretium obtulit? Ibidem. n. 4. ibid.
Deiparæ paſſio glorioſa dicitur, quia purpuraſcit ad Corredemptricis elogium. §. 326. n. 5. ibid.
Quo ſenſu Deipara Deum reparare dicatur? §. 330. n. 5. p.602

Conceptio immaculata Mariæ.

Ante omnes greſſus, victrix ac triumphalis dicitur Maria. quare? §. 241. n. 5. p.437
Cur Maria dicitur, Filia ſponte dantis? Inibi.
Deipara concepta eſt nullo Chriſti dedecore, de vuluæ hoſpitio. §. 300. n. 1. p.551
Euæ formatio, & Mariæ Conceptio non eſt curioſius ſcrutanda quare? Ibi. n. 2. ibid.
Potentia Dei eſt menſura Gratiarum, quibus in ſuâ Conceptione immaculatâ Maria dotatur? §. 300. n. 2. ibid.
Cur poſt conceptam Mariam dicitur, Nihil tunc Chriſto defuiſſe? Inibi. n. 3. p.552
In Deiparâ turbidi luti nullæ ſunt deprehenſæ reliquiæ. §. 300. n. 4. ibid.
Qui in rectæ opinionis luce ambulat, non offendit in Virginalem gratiæ diem. §. 301. n. 1. p.553
Num Deipara Virginalem præbet mammam, quò Chriſtus Diabolicum exugat venenum? Ibi. n. 2. ibid.
Cur ipſa Virgo Deipara dicatur anathema, & quo ſenſu. §. 301. n. 3. ibid.
Subſtantia Deiparæ dicitur vna & ſingularis, quia numquam ei defuit gratia. ibidem. n. 4. p.554
Deipara in ſuâ conceptione, Victoriæ fructus appellatur. quare? §. 301. n. 5 ibid.
Pia opinio de immaculatâ Virginis Conceptione, ſub maledicto à Theſiphone præſcribitur? §. 302. n. 1. p. 554
Procul à Deiparâ ſepulchrum, quia inexplicabilis ſublimitatis diuinum eſt fundamentum. Ibi. n. 2. ibid.
Deipara dicitur diuinum fundamentum. quare? Inibi.
Quia in Mariæ genealogiâ, eius parentes expreſsè non recenſentur, eius immaculata Conceptio adſtruitur. §. 302. n. 3. p.555
Deiparæ pulchritudo in Conceptione, ne putetur incredibilis, cùm tunc ſpoliis non caruerit. Ibi. n. 4. ibid.
Quia Chriſtus eſt Deiparæ portio, ideo in Conceptione infernales feras rectà euadit. §. 302. n. 5. p.556

Erga Euchariſtiam qualis Maria.

In Mariæ viſceribus coctus eſt Euchariſticus panis. §. 329. num. 1. p.599
Maria in templo, Euchariſtici myſterij ſymbolo alitur. Ibi. n. 2.
Chriſtus eſt concorporalis Deiparæ. Ibidem.
Cur Deipara dum ſuum panem donat, prædam dare dicatur. §. 329. n. 3. p.600
Deipara Euchariſtico pani pulchritudinem œconomicè fœnerat. Ibi n. 4. p 600
Deipara eſt menſa panem ferens vitæ rediuiuæ quare? §. 329. n. 4. ibid.
Deipara, vitæ cibus, & fons imortalitatis nominatur Ibidem. n. 5. p.601
Deipara eſt ager, qui vniuerſum orbem Euchariſticâ meſſe repleuit. §. 329. n. 6. ibid.

Gloria Mariæ.

Quo pacto Deus Pater gloriam ſuam Deiparæ dederit. §. 305. n. 5. p.560
Deiparæ eſt alter à Triade honos. Ibidem.
Gloriâ, quâ Filium Deum decet, Deipara beatur. §. 328. num. 1. p.598
Marianæ gratiæ ac gloriæ immenſitas tribuitur, quare? Ibidem. n. 2. ibid.
Maria plena eſt exultatione, & reſultatione diuinæ gloriæ. §. 328. n. 3. p.398
Omnis terra plena eſt gloriâ Dei, id eſt, Mariâ. Inibi.
Deipara dicitur plena gloriâ, quæ ex illâ ad nos reſultat. § 328. n. 3. ibid.
Gloriæ totius Trinitatis, Maria auctarium adiicit. §. 328. num. 4. p.598
Deipara gloriam effundens in Angelos & in homines, non minus gloriæ continet. Ibi. n. 5. p.599

Gratia Mariæ.

Vide verbo, *Pulchritudo Mariæ.*

Humilitas Mariæ.

Sumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. p.255
Deipara per humilitatem omnibus maior fit. §. 322. n. 1. p.588
Filij benignitas, & humilitas Matris, miſceri, mergiue poſſunt? Inibi. n. 2. ibid.
Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. ibid.
Quod protoparentum ſuperbia perdiderat, Deus in Mariæ humilitate recuperauit. Ibi. n. 4. ibid.
Deiparæ humilitas, Deū hominibus parit. §. 322. n. 4. ibid.
An adſpectu ad Domini præſepe, cælum appelletur ſtabulum. Ibi n. 5. p.589
Humilitas, quaſi propria virtus, diuinæ exhibenda eſt maieſtati. §. 321. n. 5. p.589
Humilitas reliquarum virtutum gratia, ornamentum, & conſummatio eſt Ibidem. n. 6. ibid.

Maternitas Mariæ.

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Miſericordia Mariæ.

Marianum miſerationum flumen, inexhauſtam reſtagnat gratiam. §. 311. n. 1. p.569
B. Virgo eſt animata Ieruſalem, quæ ad nos deſcendit è cælo. Ibi. n. 2. p.570
In Mariâ ſunt Incarnationis gazæ mirabiliter depoſitæ, quomodo? §. 311. n. 3. ibid.
Deiparæ opulentia eſt poſſeſſio multorum. Inibi
Deipara eſt certum diuinæ gratiæ argumentum. §. 311. num. 4. ibid.
Deipara eſt donū donorum omniū præſtantiſſimum Ibid.
Deipara opulenta eſt ſpoliis, quæ à mundo, & Dæmone, & Filio trahit. §. 311. n. 5. p.571
Mariæ miſericordia ex comparatione ad Rutham tamquam typum. §. 314. n. 1. p.574
Quia Maria in plenitudine ſanctorum detinetur, eius in omnes miſericordia adſtruitur. Inibi. n. 2. p.575
Deipara Chriſti capiti coronam æternæ pietatis impoſuit. §. 314. n. 3. ibid.
Per Mariam elementa renouantur, homines ſaluantur. Angeli redintegrantur. Ibi n. 4. ibid.
Deipara velut impotens eſt ad non ſubueniendum miſeris, etſi miſerias neſciant ſuas. §. 314. n. 5. ibid.

Digitized by Google

An in B. Virgine confidit Chriſtus, vt eum ſpoliis ditet? Ibidem.n.6. p.315
Marianæ gratiæ erga omnes exuberantia. §. 317. num.1. p.579
Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium? Ibi. n.2. ibid.
Per Deiparam homo tamquam præda, ſibi reſtituitur. §. 317. n. 3. p.580
Deipara eſt Chriſtianorum reſpiratio. Ibi. n. 4. ibid.

Natiuitas Mariæ.

De Chriſti Dei per Mariam Deiparam genealogiâ, ducendâ vſque ad Dauidem, qui ponitur huius Hiſtoriæ clauſula. toto §.299. p.543
Marianæ Natiuitatis conglobata elogia. §. 303. num. 1. p.556
Deipara dicitur mortalis generis fundamentum. quare? Ibidem. n.2. ibid.
Ob natiuitatem Ruthæ, olim Moabitis parcitum eſt. §. 303.n.3. p.557
Naſcitur Deipara, ne deſit humano generi munus, quod Deo offerat. Ibi.n.4 ibid.
Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod mundo donant.Inibi.
Deipara eſt, Euæ emendatio, & gloriatio. §.303. num.5. ibid.
Secunda Eua debitum acceptæ coſtæ, nouo Adamo perſoluit. Ibidem n.6. p.558
Per Chriſtum conſtat Deiparæ halitus. §. 304. num. 6. p. 559
Deiparæ ac Ruthæ adſimilis nobilitas. §. 305. numer. 1. ibid.
Deus regalem inficiens purpuram, Dauidico Mariæ ſanguine purpurauit. Ibi.n.2. p.560
Trinitas eſt Deiparæ ſtirps? inde vnum è Triade parit. §. 305.n.4. ibid.
Deiparæ virgini eſt à Triade alter honos. Ibi.n.5. ibid.
Ioachim & Annæ genitalis oratio dicitur, § 307. num.4. p. 563

Nomen Mariæ.

Virgo Maria nominari non poteſt, quin ſtatim adſit. §. 304. n.14. p.558
Mariam nominare, eſt eius nomen inſculpere. Ibi. n. 2. ibid.
Mariæ nomen afflat gratiam, & ſpirat gloriam. §. 304. n. 3. ibid.
Mariæ nomen vices cum ipsâ reciprocat;& ipſa cum nomine. Ibi.n.4. ibid.
Roganda eſt Maria, vt ipſa nobis ſit ſui nominis interpres.§.304.n.5. p.559
Mariæ nominatio, eſt ethicè vitalis hominis reſpiratio. Inibi.n.6. ibid.

Obedientia Mariæ.

Deipara obedientiæ titulo dicitur etiam Dei Mater. §. 323.n.1. p.589
Deipara pro tot gratiarum debito obedientiam rependit. Ibi.n.2. ibid.
Ieſus & Maria implentes Purificationis ac Præſentationis legem, legis defectum implent. §.323.n.3. p.590
Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ;quia fecit animæ ſuæ cingulum ad obſequium. Ibidem.n.4. ibid.
Deipara vocatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem fecit.§.323.n.5. ibid.

Oratio Mariæ, & ad Mariam.

Marianæ orationi Incarnatio Verbi tribuitur.§.259.n.2. p.433
Maria tamquam mater, ſibi dari petit, quod peccatoribus impetrat. §. 283.n.5. p.517
Deipara oblita Matrem, prece obtinet, vbi Neceſſitas propoſita rogat.§.286. n.2. p.521
Deiparæ videtur non concedi quod rogat, quò Chriſtus ab indigentibus rogaretur. Ibi. n.3. p.522
Deiparæ manus auritæ ſunt ad oculorum preces. §.312. n.1. p.571
Deipara humanis precibus augenda, & conſummanda dicitur. quare? Inibi.n. 2. ibid.
Deipara, ſola ſanctificatio eſſe dicitur. quomodo? Ibid.
Nemo ſupplicum præueniet Marianæ beneficentiæ largitatem §.312.n.3. ibid.
Marianæ gloriæ diuitias, eius ſupplices accipiunt. quare? Inibi.
Deipara appellatur Polus mille oculis præditus, innumeras gerens gratias.§.312 n.4. ibid.
Deipara optata largitur, & ab omnibus inuocari dicitur. quare? Ibi.n.5. ibid.
Subtilitas Marianæ orationis, iram Filij velut omnipotenter cohibet. §.313.n.1. p.573
Quo ſenſu dicatur, quòd Maria non poteſt exaudiri à Filio Deo. Ibidem.n.2. p.573
Deipara eſt humanæ naturæ facundum precatiè os. §.313. n.3. ibid.
Num Deiparæ oratio, latam à Deo ſententiam auertit? Ibi.n. 4. ibid.
Marianæ orationis appendices gratiæ recenſentur §.313. n.5. ibid.
Pro beneficiis à Filio Deo acceptis, gratias Matri referamus. Ibi.n.6. p.574
Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat, precariæ omnipotentiæ vi. §. 316.n. 2. p.578
Deipara ſententioſè dicitur, Dei auris. §. 331. num. 4. p.603

Pax per Mariam.

Deipara obumbratur, vt ſit locus pacis, in quo Deus habitet. §.324.n.1. p.591
Mariana Pax Ioannem ſanctificat, & Matrem gratiâ implet. Ibi.n.2. ibid.
In Arcâ, ferarum hoſtilitas deponitur, & concordia initur. §.324. n.3. ibid.
Deipara dicitur, Pacis inuentrix, & vnica pacis. Inibi. n. 4.
Quo ſenſu dicatur de Deiparâ, quòd ſemper videt pacem in ſuis clientibus. §.324.n.5. p. 592
Deipara eſt Magiſtratuum, ſubditorúmque tranquilla ordinis diſpoſitio. Ibidem.n.6. ibid.
Deiparæ clientes, velut rami ramo quodammodò inſeruntur.§.331.n.3. p.603

Pulchritudo Mariæ, Sanctitas.

B. Virgo gratia plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit.§.190.n.3. p.351
Marianæ pulchritudinis encomium.§. 306.n.1. p.561
Salomon, id eſt Chriſtus, gladio formæ, quam expreſſit à Matre, mendacium arguit. Ibi.n.2. ibid.
Idémne eſt elegantia corporis, & apud Deum gratia? §. 306.n.3. p.562
In Deiparâ ſpecies corporis fuit mentis forma, & probitatis figura.Inibi.
Deipara dicitur, Gratia virtutum, ſpecies iuſtitiæ & pulchra animi forma. §.306.n.4. ibid.
Deiparæ pulchritudo, ſummi Artificis genium continet. quare? Ibidem. n. 5. ibid.
Chriſtus, pulcher in Patre Verbum,pulcher in Matre caro Verbum.§.306.n.6. ibid.
Deipara dicitur, Pulchripara. Ibidem.
In Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, plenitudo venit? §. 310. n.1. p.568
Deipara humanæ naturæ particeps, dona homine maiora conſecuta eſt. Ibidem. n. 2. ibid.

Sapientia Mariæ.

Maria eſt nouus noui Teſtamenti tomus. §. 310.num. 2. p.568
Os Mariæ, os Chriſti dicitur.§.320.n.3. p. 585

Maria

Digitized by Google

Maria, id eſt, Doctrix, nouum Teſtamentum Apoſtolos docuit. §. 321.n.1. p.586
Deipara eſt, Inſpiratæ à Deo veritatis ſcripturarum acroſtichis. Ibi.n.2. ibid.
Veræ doctrinæ ſceptrum, Deipara nominatur. §.321.n.3. ibid.
Deiparæ ſcientia ſedet ſuper Cherubim, id eſt, ſcientiæ plenitudinem. quare? §.321.n.4. p.589
Deipara eſt Prophetiæ ſupplementum clariſſimum. Inibi.
Sententioſè appellatur Deipara, Dos ſapientiæ, & Charitum mater.§.321.n.5. p.589
Quare Deipara, Apoſtolorum regiſtrum nuncupatur? Ibi. n.6. ibid.

Virginitas, Maternitas Mariæ.

Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Mariæ pudore cogitauit? §. 207.n.6. p. 381
Mariæ deſiderio adſcribitur, Verbi in eius vtero Incarnatio. §. 239.n.1. p.433
Maria ex ore Dei prodiit, quia os Dei peperit. §.305.n.4. p.560
Chriſtus Deus impatibiliter generatur. quare? §. 307. n.1. p.563
Deipara dicitur, Incontaminatus virginitatis character. Ibi.n.2 ibid.
B. Virgo præciſè diuinæ maternitati virginitatem anteponit. §. 307. n. 3. ibid.
B. Virgo ſermonem Angeli confert cum virginitatis ſignaculis.Ibidem.
Deipara Gabrielis vocem, ſeminis vice ſuſcepit? §. 307. n.4. ibid.
Deus iudicio ſuo naſciturus, ex Virgine naſci oportebat. Ibi.n.5. p.564
Deus homo, mater Virgo, & humanus vtrique aſſenſus, Trinitas myſteriorum eſt.§.307.n.6. ibid.
Puritas Angelorum, à Marianæ puritatis ſimilitudine defecit? §.308. n.1. p.564
Deipara omnem cupiditatem ad bonum expetendum habebat intentam. Ibidem.n.2. ibid.
Caro mundiſſima, & mens puriſſima, Matrem Dei ſingulariter conſecrant.§.308.n.3. p.565
Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Marianæ mentis. Ibidem. n.4. p 565
Virgo Deipara inſenſibilis fuit ad peccati illecebras. §. 308. n. 5. p.564
Non tam Mariam concipit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. Ibi. n. 6. p.566
Deipara ob caſtam Virginitatem dicitur, Gratiâ plena. §. 309. n. 1. p.566
Gentilium Numina ex paſſionibus vitiiſque.Ibi. num. 2. ibid.
B. Virgo in Virginali vtero Deum formare dicitur. §. 309. n. 3. ibid.
Quo pacto Deipara Deum hominibus, & homines Deo reparare dicitur? Ibidem.
B. Deipara velut tubus, diuino igne rigatur. §. 309. n. 4. p. 567
Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis naſcuntur! Ibid. num. 5. ibid.
Virgo Deipara eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. p.568
Quâ ratione tela vnionis hypoſtaticæ confecta ſit. Ibid. num. 4. p.569
Deipara appellatur, horrendum Incarnationis inſtrumentum. Inibi.
Deum excepit Abrahamus in tabernaculo, iuxta viam; Deipara permanenter in vtero. §. 310.n.5. ibid.
Deipara eſt immenſi gaudij Genitrix. §. 320. numer. 1. p. 584
Chriſtus Deus in vtero Virginis, rem... num. 4.
Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, bonorum principium? §. 317. n. 2.
Deipara pro tot gratiarum debito, Virgini... dit. §. 323. n. 2.
Deipara eſt, Virginitatis honor, & virtutum... 330. n. 4.
Num corporationem humanam Deipara Deo v... Ibidem n. 6.
Maria eſt Incarnationis, & Redemptionis panegy... §. 331. n. 6. p.604
Spiritus-ſanctus per ſuperuentum, Virgini Deiparæ gratificatur. Inibi.

Varia de Maria.

Cur in valle Ioſaphat V. Deipara commoratur, ac ſepelitur? §. 53. n. 3. p.109
Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Mariæ ingeritur. §. 81. n. 3. p 156
Prælustribus Mariæ virtutibus Angeli potantur. §. 94. num. 2. p.177
Maria vadit ad Dei templum, vt ſuas laudes audiat. §. 223. n. 2. p.406
Ex Mariæ taciturnitate quale verbum prodiit. §.232. n 4. p. 422
Maria eſt pictoria Dei tabula. §. 239. n. 2. p. 433
Adeſſe gaudiis de Ioannis natiuitate, cur Deipara recuſar? 284. n. 3. p 518
Regia Deiparæ nobilitas, dignitaſque.toto §. 305. p 559
Deiparæ in vnâ carne & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium. Ibi. n. 3. p.560
B. Virgo eſt igni ignis. §. 309. n. 4. p.567
Hoſpitalitatis pelagus in Abrahamo, & Deiparâ §. 310. num. 5. p. 569
Deipara eſt nouus mundus; & omnium vires in ſe habere perhibetur. §. 312. n. 5. p.572
Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret. §.313. n. 5. p. 574
B. Virgo arcanâ ratione occultus mundus dicitur. §. 315. num. 5. p.577
Deipara æquum ius eſt, piè dirimens lites. Ibidem.
Deipara eſt via, & aſcenſus in cælum: & ſuis clientibus atrium cæli. quare? §. 317. n. 5. p.580
Deiparæ ſceptra regni Reges credant.§.318.n.1. p.581
In Mariâ, quæ eſt regnorum præſidium ac fundamentum Reges regnant. §. 318. n. 2. ibid.
Deipara eſt Sacrum vnctionis oleum, quo Reges, & Sacerdotes vnguntur. Ibidem.n. 3. p.582
Per Mariam fundantur, & fouentur regna. § 318. num. 4. ibid.
Piè ambitioſo cultu celebranda Deipara eſt. Ibi. num. 5. ibid.
Maria gaudij organum eſt, edocta, & iuſſa gaudere. §. 320. n. 1. p.584
Deipara eſt immenſi gaudij genitrix. Inibi.
Deipara eſt Hortus irreprehenſibilis, & theſaurus voluptatum. Ibi.n. 2.
Cur gaudium de Mariâ Beatitudinis exordium dicatur? §. 320. n. 3. p.585
Deipara eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. Ibi. n. 4. ibid.
Deipara mundo in viduitate ſedenti ſponſum parit. §. 320. n. 5. ibid.
Rerum vniuerſitas, & Angelorum ordines, Deiparæ Virgini exultant. Ibidem. n. 6. ibid.
Lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum, ſeu Gratiarum parens. §. 320 n. 6. ibid.
Deipara dicitur, Gaudiorum vinculum cæli & terræ. Ibi. n. 7. p.586
Deipara eſt eorum conſummatio, qui virtutem colunt. §. 324.

Digitized by Google

§. 314. numer. 6. p. 592
Inter Filium Deum ac Deiparam aliqua identitas eſt. §. 327. n. 5. p. 597
B. Virgo dicitur, Mens rapida. 328. n. 5. p. 599
Multiplex ratio cur Deipara in templo præſentatur. §. 329. n. 2. p. 599
Deipara dicitur aurorans prædæ. §. 329. n. 3. p. 600
Impar eſt humanæ cogitationis pia audacia, Deiparam laudare. §. 330. n. 1. p. 601
Quicquid mundus glorioſum habet, Mariæ tribuendum. Ibi.
Deipara eſt hominibus ſpiritus, mens, & ratio. §. 330. num. 2. ibid.
Spiritus-ſanctus, nutricius Virginis efficitur. quare? Inibi. n. 5. p. 602
Deipara eſt, ſalutaris commercij nundinæ. §. 330. n. 6. ibid.
Vita actiua, operibus ſedula, Deiparam ambit. §. 331. num. 1. p. 603
Deipara ſententioſè dicitur, Virtutum integritas. Ibid. num. 2. ibid.
Deipara eſt ſacramenti ramus. §. 331. n. 3. ibid.
Numquam defuit, deeritve qui Deiparam laudet. Ibid. num. 7. ibid.
Deipara ſplendeat in Suorum moribus. Ibidem.

Magnus, Magnum.

Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. p. 214
Non ex Magnitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, Magnum officialis elogium taxari debet. toto §. 116. p. 219
Non eſt Magnus, qui Magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p. 227
Magna operari, & ſe neſcire Magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. p. 307
Vide verbo, *Humilitas*, *Superbia*.

Maritus.

Dei amor maritat ſponſæ mentem. §. 154. numer. 4. p. 283
Maritus vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. toto §. 206. p. 378
Non tam corporis, quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt. toto §. 281. p. 513
Vide verbo, *Nuptiæ*.

Martyr.

Martyris patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit §. 46. n. 3. p. 97
Glorioſi eſt athletæ, cedi & vincere. Ibi n. 4. ibid.
Calix perſecutionum victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt. §. 46. n. 5. ibid.
Venia inimicorum offenſis, martyres excudit. §. 76. n. 4. p. 148
Quàm delicietur Chriſtus in pœnis Martyrum, quorum vulnera ſtellas præferunt, Chriſtum etiam coronant, & patientiæ maieſtate cruciamenta calcant. toto §. 88. p. 167
Deus pœnâ mortis Adamum puniuit, præſcius futuros eſſe Martyres. Ibid. n. 2. ibid.
Martyrij encomium. §. 88. n. 1. & §. 89. n. 1. p. 169
Martyr paſſione ſuâ, debitam pro Paſſione refert gratiam §. 89. n. 2. ibid.
Martyr vicem pro Dominicâ paſſione rependere dicitur. quare? Ibi. n 3. ibid.
Quare Deus dicatur Martyribus non tam gratiam tribuere, quàm retribuere? §. 89. n. 4. ibid.
In Martyribus Chriſtus pati, & occidi dicitur. Ibi. n. 5. p. 170
Paſſio Martyribus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. num. 5. p. 310
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172. p. 312
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. p. 342
Quæ caſtitatem martyrio aſſerit, cur velatam pulchritudinem reuelat? §. 211. n. 4. p. 387
In Chriſti ſtadio vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto § 251. p. 463
Diuina prouidentia vitales infligit plagas. §. 290. n. 3. & 4. p. 528
Quomodò corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat? §. 295. n. 5. p. 537
Vide verbo, *Perſecutio*, *Labores*, *Patientia*, *Mortificatio*.

Matrimonium.

Vide verbo, *Nuptiæ*, *Maritus*.

Mater.

Chriſtus ſe nominat hominis filium, vt maternum hominum amorem negotietur. §. 155. n. 3. p. 284
Vide verbo, *Pater*, *Filius*, *Affinis*.

Mendacium.

Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto §. 58. p. 116
Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat. toto §. 268. p. 491
Gladius formæ, mendacium arguit. §. 306. n. 2. p. 561
Vide verbo, *Veritas*, *Credibilitas*, *Iudicium temerarium*, *Suſpicio*, *Lingua*.

Mens.

Vide verbo, *Intellectus*.

Meretrix.

Vide verbo, *Luxuria*, *Mulier*.

Meritum.

Vide verbo, *Dignus*.

Metus.

Vide verbo, *Timor*.

Miſer, *Miſeria*,

Vide verbo, *Labores*, *Perſecutiones*, *Felicitas*.

Miſericordia, *Clementia*.

Pia clementia, ſollicitior curâ, & largior ergà ſubditos beneficentia, boni Iudicis elogium eſt. toto §. 12. p. 39.
Quo pacto iuſtitiæ æquus rigor ſit miſericordiæ ſtimulus §. 48. n. 3. p. 100
Miſericordiæ oleo nutriatur ſeuerioris iuſtitiæ ardor, ne extinguatur. §. 48. n. 4. ibid.
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §. 50. p. 103
Diuina beneficentia pro peccatis gratiam retribuit? §. 89. num. 4. p 169
Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ, generoſè obærata naſcitur. toto §. 129. p. 241
Homo miſericors de humanitatis elogio, in hominem recuditur, vicinus eſt cæli, à gehennâ remotus, & velut Deus terreſtris. toto §. 130 p. 243
Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus, ne quid tibi deſit. toto §. 134. p. 249
In pauperes pius, in ſe impius, ſua Deo donat, & ſe Diabolo. §. 144. n. 2. p. 266
Miſericordia eſt noſtræ coronæ materia. §. 158. num. 3. p. 289
Dei miſeriordia dum peccata diſſimulans, humanâ felicitate cumulat, minæ ſunt acerbioris æternùm iracundiæ. toto §. 159. p. 290
Compaſſio eſt miſericordiæ calcar quo vltrâ poſſibilitatem audet. §. 170. n. 6. p. 310
Num miſericordia ex iuſtitiâ à Deo debetur? §. 204. n. 2. p. 375
Cùm Deus non benefacit, rapta illi miſerendi poteſtas dicitur. Ibi. num. 3. ibid.

An

Digitized by Google

An ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſet eſſe Deus? §. 204. n.4. p.375

Beneficentia largiùs & exprompriùs omnibus opem eroget. toto §. 235. p.426

Dum beneficentia vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §.236. p.428

Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §.137. p.429

Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. toto §.256. p.472

Num ſic in Deo præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouæ miſerationis obſes? toto §. 278. p.508

Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §.294. p.534

Vide verbo, *Clementia, Eleemoſyna.*

Modeſtia.

Ruthæ modeſtia prædicatur. §.1.n.20. & 21. p.5

Modeſtia, Dei portio dicitur. §.1.n.21. p.5

Modeſtiæ ſcopuli cautè declinandi. §.1.n.24. p.6

Monachus, Solitudo, Eremus.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §.24. p.60

Frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria, ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix: hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. toto §. 31. p.71

Frequens populus dicitur, Alea hominum. §. 274. n. 3. p.502

Vide verbo, *Ioannes Baptiſta, Perfectus vir.*

Morbus.

Vide verbo, *Ægrotus.*

Mora, Cunctatio.

Beneficentia moram non admittat, ne expectatione læſuram faciat. §.51. n.5. p.106

Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. p.190

Vide verbo, *Diuturnitas, Tempus.*

Mores.

Vide verbo, *Virtus, Vitium, Conſuetudo.*

Mors, Mortis memoria.

Qui mortem ſemper cogitat, numquam timet. §. 30.n.1. p.70

Velox, id eſt, facilis, & victorialis dicitur, tabernaculi Petri depoſitio. quare? §.30.n.2. ibid.

Poſſe mori, gratia vitæ eſt. §. 30.n.4. ibid.

Bona mors, mortis pœnam in præmium immortalitatis reformat. §.30.n.4. ibid.

Per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat. §.30. n.5. p.71

Qui mortem timet, non vult ire ad Chriſtum. Inibi.

Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debemus? §.30. n.6. p 71

Metus mortis, non ad mortem, ſed ad vitam referendus eſt. §.30. n.7. ibid.

Num mors, & ſanctitas, idem ſit? Ibidem.

Mors filiorum Parentibus peracerba eſt. §. 34. toto §. p.77

Quomodò viuere potes, vbi non audes mori? 35. n. 3. p.79

In quâcumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, tota vita eſt. §.35.n.1. p.78

Mortis memoria hebetat pulchritudinis tela, virtutes germinat, eáſque quaſi in ſanctitatis gymnaſio erudit. toto §.80. p.153

Recordatio mortis, mortis declinatio eſt. §. 81. num. 1. p.155

Quàm multa accreſcat mala mortis obliuio. Ibi. num. 2. ibid.

Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Deiparæ ingeritur. §.81.n.3. p.156

Meditatio ſepulturæ inſtauratricem ſepulturam faciet. Ibi. n. 4. ibid.

Qui eſt in vitâ iuxtà mortem, ſuprà mortem eſt. §. 81. n.5. ibid.

Cur ſenes, ſicut pueri, non admonentur, vt vigilent. §. 83.n.5. p.160

Ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda. §.306. n.2. p.561

Vide verbo, *Sepultura, Terra, Cinis, Mortificatio.*

Mortificatio.

Paſſionum mortificatio propè impaſſibiles facit. § 19. n. 7. p.52

Homo iuſtus alius à carne, & à ſeipſo eſſe dicitur. §. 38. n.4. p.84

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §.87. p.165

Silueſtres auſteritates, melleæ ſunt Ioanni: deliciæ mundanis ſunt fella. §.104.n.4. p 194

Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. quare? §. 117. num. 4. p.221

Homo de diſciplinâ mortificationis habet, vt ex parte prophetet, & coràm laudari poſſit, & victorias loqui. toto §.127. p.238

Hominis mortificati idea. Ibi.n.5. p.239

Mortificatio, trophæorum baſis, beatæ gloriæ pignus ac manifeſtatio, & pia inferni æmulatio perhibetur. toto §. 133. p.247

Sine culpâ bibitur calix Mortificationis: quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatum deceptio. toto §. 150. p.276

Deus propter bonitatem, ſuum regnum tyrannicè inuadi cupit. §.155.n.5. p.285

Vel ipſas paſſiones ad vita præcipites, aduocat Mortificatio tamquam virtuti auxiliares. toto §.215. p.393

Mortuus.

Vide verbo, *Mors, Sepultura, Mortificatio.*

Mulier.

Pulchra femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen; quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p.185

Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. p.187

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §.126. p.236

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §.211. p.386

In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto § 220. p.401

Mulier viro proxima, ſpongiæ comparatur. §.231. n. 6. p. 411

Nobilium feminarum libido acerbiſſimè à Deo punitur. §. 303.n.3. p.557

Vide verbo, *Pulchritudo, Luxuria, Periculum, Caſtitas, Virginitas.*

Multitudo.

Vide verbo, *Paucitas, Monachus.*

Munus.

Vide verbo, *Beneficium, Gratia, Liberalitas, Eleemoſyna, Miſericordia.*

Murmuratio.

Vide verbo, *Detractio, Lingua.*

Mutatio, Varietas.

Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & varietatibus temperatus, male audit de non bono mutabilitatis elogio. toto §.62. p.123

Homo

Digitized by Google

Homo in terris, præ mutabilitate, ſemper ipſe alius eſt; in cælis dumtaxat erit ipſe, & non alius. toto §.63. p.125
Varietas ſic eſt hominibus grata, vt rebus dulcem placendi gratiam fœneret. toto §.243. p.450
Vide verbo, *Homo*.

Mutus.

Vide verbo, *Silentium*, *Lingua*, *Eloquentia*.

N

Natiuitas.

QVare Chriſtus, qui via eſt, in viâ naſcitur? §. 67. n. 3. p.132
Diuerſorio loco nobis emit Chriſtus æternas in cælo manſiones §. 102. n. 5. p.191
Natiuitas boni filij è non bono parente, Reſurrectioni comparatur. quare §.118.n.4. p.223
Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt ſit gratitudinis magiſter. §. 135 n.7. p.252
Chriſtus Natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit. §.189.n.7. p.350
Natiuitas Deiparæ elucidatur. toto §.303. p.556
Num adſpectu ad Domini præſepe, cælum appellatur ſtabulum? §.322.n.5. p.589

Neceſſitas.

Vide verbo, *Paupertas.*

Negligentia.

Vide verbo, *Otium*, *Opus.*

Negotium, *Occupatio.*

Vide verbo, *Opus*, *Otium.*

Nobilitas.

Nobilitas à moribus eſt. §.1.n.4.&.5. p.2
Nobilitati cognata ſuperbia. Ibidem.
Nobilitas generoſiùs refluit, quam fluit? §.1. num. 5. ibid.
In diligentibus inimicos, diuina generoſitas filiatione prælucet. §.272.n.2. p.498
Nobilium feminarum libido acerbiſſimè punitur à Deo. §.303.n.3. p.557
Regia nobilitas Deiparæ. toto §.305. p.559

Noëmi.

Cur Noëmi regreſſum ad ſuos Ruthæ ſuadet? §. 1.n. 10. p.3
Nominis *Noëmi* etymologia, & ſignificantia. §. 3.n.23. p.17
Noëmi non peccauit Rutham remittendo ad patrios Deos. ibid.n. 51. p.25

Nomen.

Quomodò Dei nomen dicatur eius cognitio & contemplatio. §.111. n. 4. p.211
Tranſnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda. §.114 n.4. p.216
Angelorum nomen mirabile eſt, quia ab officio plenè adimpleto eſt. §.121.n.4. p.228
Angelus etiam inferior, Seraph ab officio appellatur. Inibi.
Deus vocabulum totum eſt. quare? §.162.n.7. p.297
Nomen Mariæ multimodè elucidatur. toto §. 304. p.558
Ruthæ nomen, laudum fœcundum eſt. quare? §.1.n. 1. p.1
Res muta eſt, quam nominis ſignificantia facit linguatam, nominis auſpicio, & vocabuli ſacramento. toto §.28. p.66
Nominis Ieſu, multiplex ſignificantia. §.28.n.4. p.67
Chriſtus poſtulat, vt quod iure præhabet, nomine præferat. §.28. n 5. p.68
Ratio impoſiti nominis *Manna*, ab ignorantiâ eſt. §. 108.n.4. p.206

Nouum, *Antiquum.*

Æſtimatione ſequentium vetuſta ſuperantur. §.4. num.2. p.25
Mores antiquant dies, & nouellos annos §.35.n. 4. p.79
Erroribus primò imbutus, meliùs putat errare, quàm nouam veritatem amplecti. §.58.n.5. p. 118

Nox.

Noctis inciuilitas vapulat de ambitu antelationis comparatione Diei. §.114.n.2. p.216
Nox & dies ſibi exprompte reſtituunt, quod mutuò viciſſim acceperant. §. 128.n.2. p.239

Nuptiæ, *Vxor*, *Coniux.*

An Hebræi nuptias cum Gentilibus impunè contraherent? §.3.n 27.& 28. p. 18
Requies in Bibliis pro nuptiis vſurpatur. §. 184. num. 2. p.334
Maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. totò §.206. p.378
Nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt. toto §.265. p.486
Non tam corporis, quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt. toto §. 281. p.513
Bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri. Ibi. n. 5. p.514
Vide verbo, *Maritus.*

Nuditas.

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p.236
Vide verbo, *Veſtis.*

O

Obedientia.

HOmóne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis? toto §.163. p.297
Num Deus velut recuſat imperare, vt benè ſubditis obediat? Ibi. n.5. p.298
Rectène appellatur Euchariſtia, Rationabile obſequium. §.180. n.5. p.328
De humili ſubiectione, dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §.189.n.3. p.349
Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. toto §.163. p.355
Dei mandata, intellectus ſunt: eorum obſequium eſt potior eorum ſcrutatio. Ibi.n.4. p.357
Qui cæcè obedit, lege, tamquam Dei oculis inoculatur. §.205.n.3. p.377.
Obedientia mandatorum, fidei ſeruit. §.217. n. 2.& 4. & 5. p.396. 397
Voluntas alteri ſubiicienda eſt, ne contumaciæ vepribus hæreat. §.219.n.4. p.401
Apoſtolorum vltra vires & captum obſequium, commendatur. Ibi. n.5. ibid.
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. toto §.221. p.403
Vide verbo, *Lex*, *Iudex*, *Conſilia Euangelica.*

Obſtinatio.

Iudicium & voluntas potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ in pertinaciâ conſummetur. toto §.219. p.400

Occaſio, ſeu *Periculum.*

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §. 59. p.118
Leuis etiam occiſiuncula, quæ fit vitiorum illecebra, timenda eſt, præcauenda eſt, declinanda eſt. toto §.117. p. 220
Cur Iacobus Idola cum inauribus infodit? §. 147. n. 5. p. 272

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt. toto §. 203. p.373

Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat toto §. 133. p.423

Vide verbo, *Periculum, Iudicium temerarium.*

Occultum, Secretum.

Quò rectiùs quis affectat celare vitium, illud magis publicat. toto §. 259. p.477

Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur. toto §. 25. p. 61

Pulchræ feminæ aſpectus, reuelatio cordis eſt. §. 100. n. 4 p. 188

Filij Prodigi nuditas, num ab Angelis videnda præcauetur? §. 120. n. 4 p.227

An nuditatem, quam alij non vident, Pater Deus non videre dicatur? Ibidèm

Virtus, etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. toto §. 147. p.271

Qui gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. p.306

Dei velum nemo vnquam reuelauit. §. 178. n. 1. p.323

Peccatum occultum dicitur incertum. §. 193. n. 2. p.356

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs arcendus eſt. toto §. 198. p.364

Pulchritudinis abſconſio, pulchritudinis honor dicitur. §. 216. n. 2. p.395

Occupatio.

Vide verbo, *Opus, Otium, Officium.*

Oculus, Viſus.

Dum Deus ad miſeriam per compaſſionem reſpicit, oculos mittere perhibetur. §. 52. n. 3. p.107

Pulchræ feminæ aſpectus, reuelatio cordis eſt. §. 100. num. 4. p.188

Saræ pulchritudo velamine donatur, ne ipſa ſit oculorum velamen. §. 99. n. 5. p.186

Mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. num. 2. p.189

Bona eſt cæcitas, quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ & affectu inoculatur. §. 151. n. 4. p.278

Paſſiuus amor cæcè inoculat. §. 154. n. 6. p.283

Pura intentio poteſt videre & videri. §. 165. n. 4. p.301

Leges, Dei oculi nominantur. §. 205. n. 3. p.377

Odium.

Cum obſcænè lapſis charitas cum odio miſcenda eſt. §. 103. n. 3. p.190

Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230. p.418

Vide verbo, *Amor. Affectus, Inimicorum dilectio.*

Officium.

Officio ſuo plene adimpleto totus officialis ſollerter inuigilet. toto §. 8. p.32

Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione officiale elogium taxari debet. toto §. 116. p.219

Non eſt Magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p.227

Vide verbo, *Index, Opus.*

Opus, Operatio, Negotia.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, qui virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. p.60

Cur Manus Abſalom, in eius ſepulcro deſcribitur? §. 35. num. 2. p.78

Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116 p.219

Oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. p.229

Opera orationem complent. §. 122. n. 5. p.230

Læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto § 124. p.233

Operario vitam noſtram à corruptione redimit. §. 124. num. 5. p.234

Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ? §. 141. n. 3. p. 261

Quod in ſe bonum eſt, dum beneficè operatur, perficitur & completur. § 173. n. 3. p. 314 & toto ferè §.

Euchariſtia dignè accepta, non inertis otij, ſed actuoſi laboris ſtipendium eſt. toto §. 180. p.326

Vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. quare? toto § 217. p.396

Homo negotioſis occupationibus obſeſſus, vnum hominem non agit; Deo euacuatur, ſibi deeſt, neque negotiis par eſt. toto §. 270. p.495

Res in ſe valdè bonæ, cùm benefico inuicem commercio ad opus fœderantur, perfici, & compleri dicuntur. §. 274. n. 2. p.501

Cibus ſumitur pro penſo, aut opere. §. 317. n. 3. p.580

Vide verbo, *Otium, Officium.*

Oratio, Preces.

Humana vilitas & miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exactor egregius, neceſſitatis voce. toto §. 43. p. 91

Num quod petunt lacrymæ, fore prophetant? §. 57. n. 2. p. 115

Repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur. toto §. 70. p.137

Oratio eſt robur militum, & militaris diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. p.210

Salutari orationis magiſterio omnem pacem noſtram Deus breuiauit. §. 111. n. 5. p.211

Oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. p.229

Oratio dicitur baſis operis omnium virtutum. Ibi. n. 4. p. 230

Opera orationem complent. §. 122. n. 5. ibid.

Oratio humilis, vera oratio eſt. §. 139. n. 1. p.257

Præſumptio & ſuperbia quantùm in ſe eſt, preces ad Deum auferunt. Ibi. n. 2. p.258

Phariſæus culpatur, non quia gratias agit, ſed quia nihil ſibi precibus addi cupiebat. §. 139. n. 3 & 4. p.258

Superbia preces aufert, niſi ad ſe. Ibi n. 5. p.259

Humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. §. 139. n. 6. ibid.

Oratio in tribulatione, incantatio dicitur. quare? §. 153. num. 3. & 4. p.281

Oratio de ſcholâ Deitatis erudita, columna virtutum eſt. §. 156. n. 1. p.285

Oratio eſt cæleſtis doctrinæ compendium, & perfectionis plenitudo. Ibi. n. 2. p.286

Oratio eſt præceptorum Domini grande compendium. quare? §. 156. n. 3. ibid.

Quo pacto oratio pleno gaudio orantem cumulet. Ibid. num. 4. ibid.

Orationis cum reliquis virtutibus nexus. §. 156. n. 4.

Orantes dicuntur, Cæleſtis Republica Ibidem.

Oratio vitæ ſpiritualis anhelitus & reſpiratio appellatur. §. 156. n. 5. p.287

Oratio velut ſpiritualis cibus, omnes virtutes fouet ac nutrit. Inibi.

Spes clamor eſt, qui Dei omnipotentiam excitat. §. 166. num. 6. p. 304

Multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. p. 319

Ille benè Deum orat, qui ſic confidenter petit, ac ſi petitum beneficium ei ex iuſtitiâ debeatur. toto §. 204. p. 374.

Oratio quæ miſericordiam quaſi ex iuſtitia petit, velut incantationes piè æmulatur. Inibi. n. 6. p. 376

Oratio pia impudentiâ perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus: ſic repetitâ excidere, aſſequi eſt. toto §. 225. p. 409

Orationis conglobata epitheta. §. 231. n. 4. p. 420

Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? Inibi.

Peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num 4. p. 434

Deſiderium inchoatum audit Deus; imò & auribus perſpicit. Ibidem.

Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. toto §. 277. p. 506

Miſera calamitas dicitur precandi officina, & deprecandi vigor. toto §. 280. p. 511

Precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. p. 521

Vide verbo, *Oratio Mariæ.*

Ordo.

Congruus rerum ordo, & inconfuſa diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. toto §. 194. p. 357

Congruus ordo ſcit benefacere etiam de malo: ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas cenſetur. toto §. 195. p. 359

Ornatus.

Qualis fuerit Ruthæ in veſtibus ornatus. §. 1. n. 26. & 27. & 28. p. 6. & 7.

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto § 126. p. 236

Rutha ad munditiem vngitur, & ornatur. §. 184. n. 7. p. 335

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §. 211. p. 386

Orpha.

Orpha interpretatur, Ore nudata. §. 32. n. 3. p. 74

Otium.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, qui virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. p. 60

Ad orationem, & in oratione otium agendum operosè eſt. §. 122. n. 3. p. 230

Operatio vitam noſtram à corruptione redimit. §. 124. num. 5. p. 234

Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ? §. 141. n. 3. p. 261

Vide Verbo, *Opus*, *Officium.*

Ouis.

Quare de homine dicitur, quòd errat, ſicut ouis perdita? §. 101. n. 2.

Chriſtiani gregis balatus, lupum Saulum conuertit in agnum. §. 176. n. 5. p. 320

P

Pædagogus, Educatio.

Genuiſſe libidinis teſtimonium eſt, erudiiſſe pietatis. §. 4. n. 4. p. 25

Cur bonus filius dicitur, Patris inſtitutio? §. 279. n. 3. p. 510

Palatium.

Vide verbo, *Aulicus.*

Panegyris.

Ruthæ panegyris, materiata de alieno, de proprio concinnata. toto §. 1. p. 1

Moderata, idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra. toto §. 222. p. 405

Vide verbo, *Laus.*

Panis.

Panis in aquam proiectus, ſtillabit guttam, quæ refrigeret in gehennæ flammâ? §. 106. n. 2. p 202

Reliqui cibi ſine pane crudi ſunt. §. 179. n. 2. p. 325

Vide verbo, *Eucharistia.*

Parcere.

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Paſſiones, Affectus.

Lutoſus terræ limus, è quo materiatus eſt homo, reformationi in hominem cæleſtem ſæpè adulatur, toto §. 7. p. 31

Affectus humani, ſeu humanæ paſſiones, & noſtrum chirographum, ſeu Diaboli charta; eſt turbo, vertigo, Euripus, & faſcinum obnigrans honeſta. §. 19. n. 1. 2. 3. 4. & 5. p. 51. & 52

Humanæ paſſiones dicuntur Dæmoniacæ. §. 19. num. 6. p. 52

Paſſionum mortificatio propè impaſſibiles facit. §. 19. num. 7. ibid.

Solitarius à ſtrepitu paſſionum immunis dicitur. §. 31. num. 6. p. 73

Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ? §. 38. toto p. 83

Impotens Diabolorū imbecillitas, de humanis affectibus ad hominū perniciē potenter armatur. toto §. 86. p. 164

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §. 87. p. 165

Noſtram materialem vitioſitatem abſumunt Angeli. §. 95. num. 1. p. 179

Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. §. 117. n. 4 p. 221

Auari diuitiis cor, Paſſionum ſtabulum appellatur. §. 149. num. 5. p. 275

Vel ipſæ paſſiones ad vitia precipites, aduocandæ ſunt, tamquam virtuti auxiliares. toto §. 115. p. 393

Caro, formidabile periculum, Dæmon in luto delitеſcens, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. toto §. 229. p. 416

Fraterna hoſtilitas, paſſionum hoſtilitati comparatur. §. 230. n. 5. p. 419

Paſſio Chriſti.

Chriſtus Deus patibilem impatibilitatem Diuinitatis oſtendit. §. 47. n. 4. p. 99

An Iudæ proditio fuerit in Paſſione, omnium cruciamentorum moleſtiſſima? §. 60. n. 7. p. 121

Martyr paſſione ſuâ debitam pro Paſſione refert gratiam: §. 89. n. 2. & 3. p. 169

Paſſio Martyrum Paſſionem Chriſti honorat. Ibi. n. 5. p. 170

Sine Paſſione nemo habet vnde ſperet, ſine reſurrectione, in quem ſperet. §. 143. n. 4. p. 265

Euchariſtia eſt cenſus Dominicæ Paſſionis; illámque reparare, & demonſtrare perhibetur. toto §. 182. p. 330

Chriſtus dum vltrò Paſſionem ſubit, eâ potiri dicitur. §. 258. n. 4. p. 476

Vide verbo, *Compaſſio Mariæ.*

Pater, Parens.

Pater cum filio eſt quaſi idem alter, & vnus ambo. §. 34. num. 1. p. 77

Tot filiorum orbitati patiendæ, impar cenſebatur Iobus ab aduerſario. §. 34. n. 2. ibid.

Non antè, ſed poſt reſtitutam ſobolem, Iobi patientia dicitur commendata. quare? Inibi.

Num Abraham dum filium iam mactat, patrem ſe eſſe neſcit? §. 34. n. 3. ibid.

Solúſne Deus doluit in adumbrati Iſaaci, id eſt, Filij ſui immolatione? §. 34 n. 5. ibid.

Socrates flecti-neſcius ad liberorum conſpectum exindè pupillorum, legem pietatis infringit. x. 34. n. 5. ibid.

Boni filij ex imbonis parentibus nati, læta prophetant, flores ſunt, & ferè non parentum filij. toto §. 118. p. 222

Pater ex indulgentiâ, vmbraticè, & abuſiuè. Ibid. n. 3. p. 223.

Digitized by Google

Aliud eſt appellare filium, aliud, filium ſuum appellare. §.118.n.5. ibid.
Delicta filij Pater amplexu claudit, ne cicatricem in ſanato vulnere relinquat. § 120.n.3. & 4. p.216.217
Qui erat Dominus in Patris vocabulum attollitur. §. 142. n.3. p.263
Cur ſponſus dicitur ſuæ ſponſæ pater? 206.n.4. p.379
Pater ergà filium reum merito diſſimulat Iudicem. toto §.210. p.384
Pater offenſus valdè exaſperatur in filios. §. 230. n.3 & 4. p.418. 419
Cur bonus filius dicitur, Patris inſtitutio? §. 279. n. 3. p.510
Bonitate filij, ſe Pater clypeat, & obiecta ſibi probra refutat. Ibidem. n.4. ibid.
Pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo. Sic filij mortuos parentes, quaſi rediuiuos exhibent. toto §.283. p.516
Vt Abſalom plangi poſſit à Dauide, dicitur patris non filius. Ibi.n.7. p.517
Filius Hebraicè eſt, Patris memoria; filia verò, Patris obliuio. Ibidem.

Patientia.

Longanimis patientia auro argutè aſſimilatur, quaſi athleta cæditur, & vincit; & perſecutorum inſaniam in propriam coronam recudit. toto §.46. p.96
Æquanimis in vtraque fortunâ conſtantia, ab impatientiâ inexpugnabilis, mera virtutis, & æmulatio diuinitatis perhibetur. toto §.47. p.98
Spei vigor, patientia dicitur. §.51.n.4. p.105
Patientiæ maieſtas, & tormenta calcat, & fidem fundat nobili teſtimonio § 88.n.5. p.168
Herus magis tolerare ſeruos, quàm à ſeruis tolerari debet. §.115.n.6. p.218
Puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. toto §.248. p 458
Iniuria patienter accepta, offenſoris gratiam quærit. §. 272.n.3. p. 499
Deficienti in ærumnis patientiæ, neruós & robur oratio ſubminiſtrat. §.280. n.4. p.511
Vide verbo, *Labores, Perſecutio, Mortificatio, Martyr.*

Patronus, Patrocinium.

Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus præſtò adeſt. toto §. 153. p.281

Paucitas, Pauci.

Paucitas legum dicitur, fidei breuitas. §. 257. numer. 3. p.474

S. Paullus.

Quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit? §.7. n.5. p.32
Quæ loci altitudo aut profunditas, Paullum à Dei amore diuellat? §.33. n.4 p.76
In lacrymarum officinâ ſumma Paulli elogia arcanè excuduntur. § 57.n.4. p.115
Transnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda. § 114.n.4. p.216
Paullus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. §. 157.n.2. p.287
Omnem hominem Paullus exhibebat Deo. quomodò? §. 164.n.4. p. 300
Gloria Paulli erat Dei gloria. Ibi. n.5. ibid.
Paullus per compaſſionem de alienis peccatis igneſcit. §. 170. n.3. p.309
Chriſtiani gregis balatus, lupum Saülum conuertit in agnum. §.176.n.5. p.320
Cur Paullus hîc dicitur, non tam Euangelij, quàm Chriſti interpres? §. 275.n.5. p.504

Paupertas, Pauper.

Non rem habere, ſed illâ non indigere, rem potentiùs, *P. Didac. Celada in Ruth.* & opulentiùs habendi arbitrium eſt. toto §.27. p.65
Pauper idem eſt, ac exercitus. §.27. n.4. p.66
Qui totum mundum abdicauit, toti mundo adæquatur. Inibi.
Habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit. §. 125. n 4. & ferè toto §. p. 235
Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. §. 134. n. 3. p.250
Pauperum oppreſſio ac derelictio illos Deo committit §. 153. n.6. & toto ferè §. p. 281. 282
Pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. toto §. 161. p.294
Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? toto §. 171. p.310
Nemo pauper aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit. toto §.174. p.315
Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. toto § 175. p 317
Dira egeſtas ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat. toto §.208. p.381
Diues de pauperum rapinis, auarè diteſcere ſatagit. toto §.253 p.467
Paupertatis piè ſuperba gloria. §. 284. n.5. p.519
Vide verbo, *Diues, Auaritia, Eleemoſyna.*

Pax. Concordia.

Salutari orationis magiſterio, omnem Pacem noſtram Deus breuiauit. §.111. n 5. p.211
Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio eruditur. toto §.142. p.262
Arduum eſt cum omnibus pacem habere. §. 157. num. 1. p. 287
Multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. p.319
Quàm ſit difficilis pax inter correptum & correptorem. §.202.n.2. p.371
Gloriæ auctarium eſt in cælis benefica Beatorum concordia. toto §.227. p.413
Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet. toto §.260. p 478
Vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §.289. p.526
Vide verbo, *Amor, Inimicorum dilectio, Pax per Mariam.*

Peccatum. Peccator.

Quæ ſint peccata occulta, quæ aliena? §. 38. num. 5. p.84
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §.50 p.103
Grauis peccati malitia, omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit. toto §.56. p.113
Peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationem lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exeggerat. toto §. 90. p.170
Peccata, quæ excuſatio mirè auget, miriùs confeſſio diluit. toto §. 91. p. 172
Peccatoris animo emortuo, inſtar vermium ſunt Dæmones. §.95.n.2. p.179
Quàm ſit tenax peccati malitia, & peccatorum fœcunda. toto §.146. p.269
Qui malitiam peccatorum laudat, multis vapulat. toto §.148. p.272
Dei iudicio non peccatores, ſed peccati regnum euertitur. §.157.n.2. p.287

Digitized by Google

Vide verbo, *Pœna Iuſtitia, Iudicium finale.*

Ingenium.

Nullum ſine venia placuit ingenium. §. 4. n. 1. p. 24

Ingratitudo.

Ingratitudo gratiam rodit, oblitterat, extinguit. §. 135. num. 2. p. 251

Male quis benefactori ac beneficio ingratus eſt. Ibi. n. 5. p. 252

Ingratitudo multimodè culpatur. §. 238. n 1. p. 431

Electum diuini ſatoris granum, male vertitur in aduerſarij Dæmonis cibum. Ibidem. n 2. & 3. p. 431. & 432

Ingratitudo ſeruile ingenium inuenit, aut facit. §. 238. num. 4. ibid.

Qui malo benefacit, ſerpentem alit, Ibi. n. 5. ibid.

Quod à principio beneficium fuit, vſu & ætate fit debitum. §. 338. n. 6. ibid.

Liberalitas ſibi quodammodò ingrata eſt. quomodò? ibid. p. 454

Opulentius ſoluuntur maleficia; quàm beneficia. §. 245. num. 3. p. 454

Quòd ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. toto §. 264. p. 485

Beneficia quæ accepta adſunt, contemnimus; quæ abſunt, requirimus. toto §. 267. p. 490

Obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. toto §. 293. p. 533

Inimicus, Inimicorum dilectio.

Occupatiſſimum hoſtilium inimicitiarum negotium, veri Dei noſcendi otium inquietat, obſcurat, tenebrat. toto §. 21. p. 54

Nil magnum, parcere ei, quem habes in tuâ poteſtate §. 25. n. 4. p. 62

Nil acerbius, atrocius nihil, quàm vera inimicitia, falſatæ amicitiæ penicillo colorata. toto §. 60. p. 120

Iniuria ab iniuſto offenſore æquanimiter tolerata, iniurias à ſe Deo illatas, beneficâ manſuetudine redimit. toto §. 76. p. 147

Moyſes aduerſæ contrà ſe hoſtilitatis inſtrumento largiùs benefacit. §. 119. n. 4. & 2. p. 224. & 225

Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. toto §. 129. p. 241

Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio eruditur. toto §. 141. p. 262

Quàm ſit potens beneficentia ergà inimicos. §. 163. n. 2. p. 297

Num inimica diſcordia, Deum ad audiendas preces humanas ſurdum reddit? §. 176. n. 3. p. 319

In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. p. 463

Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet, toto §. 260. p. 478

Veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt prope ad vltionem cogere dicantur. toto §. 266. p. 488

Quàm ſit arduum, prælustre, ac generoſum, inimicos diligere. toto §. 272. p. 498. vbi hâc ſuper re multa.

In reconciliatione cum inimicis, propè impoſſibilia Deus mandat. Ibid. n. 7. p. 499

Chriſtianus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio toto §. 273. p. 500

Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. toto §. 277. p. 506

Vide verbo, *Pax, Vindicta, Amor.*

Initium, Incipere.

Prima luna totam lucendi plenitudinem continet, & ſenſim explicat. §. 113. n. 2. p 214

Res dicitur perfecta, cùm operari incipit. §. 274. n. 2. p. 701

Statua, quæ cœpit in auro, in luto conſummatur. §. 276. n. 4. p. 506

Iniuria, Offenſa.

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Innocentia.

Tribuítne innocentiam pœnitentia non iterata? §. 55. n. 5. p. 113.

Innocens de ſe alios æſtimat. §. 203. n. 4. p. 374

Innocentem eſſe, eſt ignorare quod nocet. Ibidem.

Vide verbo, *Perfectus vir.*

Innocentes.

Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis naſcuntur, §. 309. num. 5. p. 567

Inſidiæ.

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautius arcendus eſt. toto §. 198. p. 364

Intellectus.

Cur lingua maledica cogitare dicitur? §. 32 n. 2. p. 73

Relapſus eſt humani intellectûs contumelia. §. 55. n. 4. p. 112

Homo benè operando, bonum ſibi intellectum excudit. §. 217. n. 6. p. 399

Inuidia.

Inuidiam ſupplicia non cohibent. §. 83. n. 2. p. 162

Intentio.

Praua intentionis flexura valdè culpatur; & recta ad Deum intentio commendatur egregiè. toto. §. 165. p. 301

Ioannes Baptiſta, Præcurſor.

Ioannes paſcitur melle, ne in vrbibus auſteritatem quærat. §. 24. num. 2. p. 60

Ioannis nominatio reddit muto vocem, patri pietatem, populo ſacerdotem. §. 28. n. 2. p. 67

Num Ioannes antè viuit Deo, quàm Deus illi viueret? §. 37. n. 5. p. 83

Ioannes non voce ſuâ, ſed nutu Dei loquitur. Ibi.

Silueſtres auſteritates, melleæ ſunt Ioanni: deliciæ mundi ſunt fella. § 104. n 4. p. 194

Ioannes veritatem humilitate præſtruxit. §. 109. num. 1. pag. 206

Qui quod rapuit exoluit, Præcurſorem æmulatur. §. 128. num. 3. p. 240

Num Ioannis humilitas recuperet repudiatam Meſſiæ opinionem? §. 137. n. 2. p. 254

Ioannes, qui ſpiritum ad menſuram accepit, mauult ardere, quàm lucere aliis. §. 144. n. 5. p. 267

Patris taciturnitas in ſignum datur, quòd vocem generabit. §. 187. n. 7. p. 347

Ioannis cibus, index officij prophetici, & nuncius myſterij erat. quare? §. 197. n. 3. p. 363

Mauult Ioannes melle veſci, quàm auſteriores cibos extra eremum quærere. Ibi. n. 4. p. 364

Ioannis conglobata elogia. §. 213. n. 2. p. 390

Ioannes dicitur, Caſtitatis Legiſlator, de boni exempli blandimento. Ibidem.

Demortui Ioannis oculi, aulicæ libidinis conſpectum auerſantur. §. 220. n. 5. p. 403

Laudibus Ioannis delectabatur Dominus immorari. §. 223. num. 6. p. 407

Ioannes, qui eſt vox, naſcitur ex ſenectute, ex ſterilitate, & ſilentio. §. 232. n. 2. p. 421

Ioannes vitam fouet locuſtis, quas tamquã cibum mortiferum Ægyptij reſpuunt quare? §. 258. n. 2. p. 475

Ioannis voce verbum conſecrari dicitur. §. 275. num. 6. pag. 505

Adeſſe gaudiis de Ioannis natiuitate, cur Deipara recuſat? §. 284. n. 3. p. 518

Ioannes exultatione prædicationem ſuam dedicauit. §. 284. n. 4. p. 519

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes in vtero matris gaudio in Chriſto vegetatur. Ibi.
Lex fuit velut Præcurſor Euangelij. §.298.n.6. p.542
Mariana pax Ioannem ſanctificat, & Matrem gratiâ implet. §.324. n.2. p.591

Ioannes Euangeliſta.

Ioannes Chriſti debitum rependere iubetur Deiparæ. §. 325. n.3. p.593

Ioſeph.

Ioſephi priuilegium fuit, non per Deum, ſed per Angelum admoneri. §.141 n.5. p.262
Ioſephi ſuffragio inuiolabile redditur Marianæ virginitatis iudicium. § 306. n.5. p.379. Conſule totum §.
Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Mariæ pudore cogitauit? §.207. n 6. p.381
Deipara fecit animæ ſuæ, id eſt, Ioſepho cingulum. § 323. num.4. p.591

Ira.

Regni magnitudine ira diluitur. §.129. n.3. p.241
Ira Iudicis, non in peccatorem, ſed in peccatum ferueat. toto §.157. p.287
Deus largè miſeretur iratus. §.159. n.3. & 4. p.291
Iracunda Dauidis commotio, illius clementiam oſtendit, & exaggerat. §.215. n.3. p.393

Iter.

Vide verbo, *Via.*

Iudex. Magiſtratus, Superior.

Iudex tantùm iudex eſt, reliqua nemo. §.8. n.6. p.34
Iudicibus ac Præfectis auguſtior honos à ſubditis exhibetur. toto §.9. ibid.
Qui verè loquitur coràm Iudice, irreuerentiæ damnatur. §.9. n.1. ibid.
Iudicum honor quomodo vices cum vitâ reciprocet. Ibi. num. 6 p.35
Boni iudicis idea § 10 n.4. p.36
Sincerior Iudicum ratio nocentes puniat. §. 11. num. 1. pag. 37
Ne in condemnatione aliquid apponatur, quo nocens innocentiam coloret. § 11. n.2. & 5. p. 37. 38
Commoda Iudicis, animaduerſionis ardorem interſtingunt. § 11. n.3. p.38
Nulla ex regimine excuſatio patet ſceleroſis Iudæis. §.11. num 4. ibid.
Pia clementia, ſollicitior cura, & largior ergà ſubditos beneficentia, boni Iudicis ſtipendium eſt, & illius etiam cenſus. toto §.12. p.39
Male Iudicum ardor ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto §.13. p.41
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergo iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor foueatur. toto § 48. p.99
Superior neque pro iuſtis orari, neque pro iniuſtis exorari debet. §.48. n 6. p.101
Iuſtus rigor in Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. toto §.49. ibid.
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §. 50. p.103
Rectè iudicat, qui male cogitauit. §.92, n.2. p.174
Populorum Rector in ſupplicijs infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit. toto §. 120. pag. 226
Peritus Iudex non homini, ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans. toto §. 157. p.254
Cur vaſtatores dicuntur ordinatores? §. 195. n.5. p.361
Reprehenſio, quæ etiam blandè & amicè emendationem procurat, à reprehenſo aliquid hoſtilitatis habere putatur. toto §.202. p.371
Reprehenſionis lenitas eruditur, acerbitas vapulat. toto §.209. p.383
Pater erga filium reum meritò diſſimulat iudicem, ne vel iuſta ſententiâ feriat hoſtili gladio. toto §.210. p.384
Iudicium & voluntas potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §.219. p.400
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. toto §.221. p.403
Siniſtram malèdicè ſuſpicionem, leuicula occaſio fundat, & ex affectu colorat. toto § 233. & 234. p.423.424
Benedica ſuſpicio gubernatorem, maledica calumniatorem excudit. § 233. n.6. p.423
Dei cautela, non eſt ſuſpicioſa Præſidentis circumſpectio, § 244. n.5. p.426
Iudex, cùm diu reatum diſcurit, & moroſè examinat, innocentem ſæpè reum diutiùs prodit, diffamat, inuitiat. toto § 240. p.444
Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. toto §.244. p 451
Ignorantia Iudicis, eſt calamitas innocentis. Ibid. num. 2. pag. 452
Gubernator qui non habet ingenia, gubernator non eſt. §.245 n.6. p.454
Poteſtas quæ in te, tibi videtur virga, in alio, tibi videtur draco. §.256. n.4. p.473
Poteſtas per caudam apprehenſa, ex dracone fit virga. quare? Ibidem. n.5. p.475
Vindicatiuæ iuſtitiæ ſapiens pœna quodammodò æmulatur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. toto §. 262. p.481
Iuſtitiæ miniſter ſit propheta Superioris, & plagæ, quam infert. §. 262. n. 5. p.483
Zelus ſit velut fames: ſine diſcretione, eſt currus ſine aurigatore, & incautus factionum arbiter. toto §. 269. pag.493
Principi ac Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. toto §.271. p.497
Iudex ne committat, vt eius eruditio ſit mortis armatura. Inibi. n.4. p.498
Præuia miſericordia, Dei iudicium velut informat. §.278. num. 5. p.509
Supplicium, culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? toto § 287. p.523
Amoris vel odij affectus, tamquam non bonus rerum arbiter, in iudiciis recuſatur toto §.288. p.524
Iudex decernens iuſtitiam, liberalis & munificus dicitur. §.318. num 4. p.582
Deipara eſt Magiſtratuum ſubditorúmque tranquilla ordinis compoſitio. §.324. n.6. p 592
Vide verbo, *Princeps, Iuſtitia. Miſericordia, Lis, Pœna.*

Iudicium finale.

Meditatus extremi Iudicij horror. in re virtutis miracula parrat, lenocinia voluptatis abſentat, & peccandi fomitem interſtinguit. toto §.53. p.108
Cur in Iudicio dicitur Chriſtus nemini proximus? §. 74. num.7. p.145
Angelica tuba finaliter clangens, quo ſenſu dicatur, Poëtica. §.94. num.3. p.177
Funeſtè luget cælum vniuerſale hominum iudicium. §. 110. num. 2. p.208
Benefica Chriſti crux, in die iudicij accuſabit & condemnabit reprobos. quare? §.264. n.3. p.485
Deine Iudicium eſt miſericordiæ expers? §. 275. num. 5. pag. 504
Vide verbo, *Infernus, Iuſtitia.*

Iudicium temerarium.

Suſpicax natura ſcandalum ſibi parturit. quare? §. 64. num. 6. p.125
Male iudicat qui citò; & ex rei ſuperficie licenter cenſuram vibrat. toto §.197. p.365

Innocens de ſe alios æſtimat. §.203. n.4. p.374
Indoles hominis, cur Deus ab Heraclito putatur? §.212. num. 1. p.388
Cur ob adſimilem confeſſionem non Nathanaël, ſed Petrus beatificatur? Inibi. num. 2. ibid.
Irreprehenſibilis eſt, qui de alienis rebus non malus commentator exiſtit. §. 212. n.3. ibid.
In aliorum actionibus aliud protenditur in ſpecie, aliud miniſtratur in flore. Ibi. n.4. p.389
Boozus libidinis indicia adſcribit religioni. §.212. num. 5. ibid.
Anteacta vita eſſe ſolitat iudiciorum arbitra. toto §. 216. p.394
Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §.233. p.423
Siniſtræ ſuſpicionis maligna temerariè licentia, egregiè vapulat. toto §. 234. p.424
Poſt mortem neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſteritatem præcludat. §. 234. n.2. p.425

Iuramentum.

Iurandi formula apud Hebræos exponitur. §.3. num.53. p. 23

Iuriſdictio.

Male Iudicum ardor, ad ſuam iuriſdictionem ampliandam totus incumbit. toto §.13. p. 41

Iuſtitia, Rigor.

Miniſteriale diuinæ iuſtitiæ munus in ſuppliciis dignè infligendis, ſumptuosè glorioſum reputatur. toto §. 22. p.56.
Iudex nimis iuſtus inferno comparatur: ſit ergo iuſtitia miſericordiæ ſtimulus; & miſericordia ſit pabulum, quo rigorum ardor fouetur. toto §. 48. p 99
Iuſtus rigor in Principe ac Iudice, illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. toto §.49. p.101
Populorum Rector in ſuppliciis infligendis, ſit tamquam peritus medicus, qui non tantùm ſanandi vulneris, ſed etiam honeſtæ cicatricis curam agit. toto §. 120. p. 226
Peritus Superior non homini, ſed hominis culpæ infenſus ſit; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans. toto §. 157. p.287
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. toto §. 256. p.472
Vindicatiuæ iuſtitiæ ſapiens pœna, quodammodò æmuletur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. toto §.261. p.481
Deine iudicium eſt miſericordiæ expers? §. 278. num. 5. p.509
Supplicium, culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? toto §.287. p.523
Vide verbo, *Pœna Iudex, Infernus, Iudicium finale.*

Iuuenis, Iuuentus.

Iuuenum cum ſenibus tutior conuerſatio. §. 1. num. 12. p. 3
Vicina eſt lapſibus adoleſcentia. quare? §. 1. num. 13. p.4
Iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis præmaturè cumulat. toto §.35. p.78

L

Labores, Ærumnæ, Tribulationes.

Feliciter ſunt miſeri, qui miſeriam non merentur. §. 1. n. 17. & 18. p.4.5
Laus eſt ardua, dura ſuſtinere. ibid.
Ei, qui ſine peccato eſt, calamitas nulla appropinquare poteſt. §. 90. n.5. p.171
Ipſa etiam tribulatione Deus conſolatur, & tenebras illuminat. §.92. p.5. p.175
Chriſtus oneratos ad ſe vocat, non tamen onus ſubtrahit, aut laborem. §.124. n.2 p.233
Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus adeſt præſtò auxiliaris. toto §.153. p.281
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §.172. p.312
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa iuſtorum ſuperbia. toto §.185. p.342
Tribulatio ſursùm eleuat cor. §. 208. n.6. p.382
Voluntarius ſenſum laboris furatur. §.228. n.3. p.415
Miſera calamitas dicitur, precandi officina, & deprecandi vigor. toto §. 280. p.511
Gloria exultantium in laboribus, pia ſuperbia dicitur. §. 284. n.5. p.519
Precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. p.521
Vide verbo, *Patientia, Perſecutio.*
Labor, pro exercitatione, traditur, verbo, *Opus.*

Lacryma.

Cicatrix ex vulnere peccati, lacrymis abolenda eſt. §. 40. n.5. p.87
Dei manus tractat peccatorum lacrymas: quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §.57. p.115
Quod fleri ſolet, non ſolet excuſari. §.91. n.1. p.174
Lacrymæ cæleſtibus deliciis exuberant. §. 172. n.5. & 4. p.313
Voluptarum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ, in lacrymas conuertantur. §.215. n.4. p.394

Laus.

Superfluam laudem prædicare, iactantiæ eſt, neceſſariam reticere, contemptus. §. 1. n.1. p.1
Ruthæ nomen laudum fœcundum §. 1. n.2. ibid.
Fit ſanctis proximus, qui illorum prædicat ſanctitatem. Ibidem.
In Ruthâ laudatâ, quem mentiris excelſum, religionem vocas. §.2. n.37. p.8
Homo mortificatus laudari poteſt ante mortem. quare? §.127. n.3. p.238
In ipsâ laudationis auaritiâ, quæ ſuas effutit laudes, laudum indignitas egregiè tranſparet. toto §. 140. p.259
Improbitatis laus, fomes peccandi eſt, morbus incurabilis, pœnitentiæ defraudatio, & vitiorum perſuaſio, magno luenda. toto §. 148. p.272
Vera Dei definitio eſt, finem in laudibus non habere. §. 162. n.6. p.297
Moderata idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra, & perſuaſionis arbitrium. toto §. 222. p.405
Opportuna laus teſſera virtutis eſt: & laudabilem inuenit, aut facit toto §. 223. p.406
Idonea laus, virtutum cupiditatem ingerit: & laudatores facit eiuſdem coronæ participes, arcano laudis ſacramento. toto §.224. p.408
Propria laus elogium quòd verè laudat, culpare putatur. §.259. n.4. p.478

Lætitia.

Vide verbo, *Gaudium.*

S. Laurentius.

Vide verbo, *Martyr, Labores, Perſecutio, Perfectus vir.*

Lex, Præceptum.

Lingua, exlex dicitur. §.32. n.7. p.75
Ad reprimendam auaritiam lex Dei data eſt. §. 107. n. 1, p.203
Num gratitudo ſit exlex? §.135. n.3. p.252
Anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe: anguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §. 141. p.261
Quodnám ſit otium legis, & opus gratiæ. Ibi. n.3. ibid.

Lex

Digitized by Google

Lex per metum eſt omnium bonorum radix. §. 158. n. 1. p.289
Pauperi omnis lex dicitur ſpiritualis. §.160.n.2. p.292
Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur.toto §.193. p.355
Lex dicitur hominis eſſentia & fortuna; Dei eſſentia atque oculi, animæ vita, & Sanctorum ſcientia. toto §. 205. p.376
Ioannes Baptiſta dicitur, Caſtitatis legiſlator. quare? §. 213.n.2. p.390
Lex, quæ foris ſonat,veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 219.n.3. p.400
Lex Dei habenda non eſt in corde, ſed cor in lege? quare? §.228.n.2. p.415
Lex voluntarios quærit, quia lex Domini irreprehenſibilis eſt. Ibi.n.3. ibid.
Voluntas piè affecta, leges quàm latiſſimè extendit. §. 228.n.4. ibid.
Suggillatur caro, tamquam non bona legiſlatrix. §.229. n.4. p.417
Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur.toto §.227. p.429
Immodica legum multitudo,violationem ſubornat: multiplices enim leges ligant ſibi, vt cupiditatibus abſoluant.toto §.257. p. 473
Multiplices leges perindè ſunt, ac earum violatarum ſupplicia. §.257.n.5. p.475
Quilibet eſt ſui iudex, & vitæ ſuæ Legiſlator. §. 272. n.6. p.499
Ad quem lex conuertitur, gaudium conuertitur. §. 284. n.2. p.518
Amanti multæ leges, plures vna ſunt; odienti vna plures.§.288.n.5. p.526
Lex vetus, legis nouæ initium eſt. §.298.n.2. p.541
Lex antiqua, de quâ Euangelium naſcitur, illud conſecrat.Ibi.n.3. ibid.
Solúſne legiſlator, legis obſequium perfectè complet? §. 298.n.4. p.542
Legem antiquam complet Chriſtus, quò ſe probet illius, & nouæ legis conditorem. Inibi.
Legi antiquæ lex noua inſeritur. §.298. n.5. ibid.
Lex fuit velut Præcurſor Euangelij. Ibi n.6. ibid.
Ieſus & Deipara implentes purificationis,& Præſentationis legem, legis defectum implent. quare? §.323.n.3. p.590
Vide verbo, *Obedientia, Conſilia, Euangelica.*

Liber.

Vide verbo, *Scriptor, Scriptura.*

Liberalitas.

Moyſes aduerſæ contrà ſe hoſtilitatis iuſtrumento largiùs benefacit.§.119.n.4. & 2. p.225
Facilius eſt propria largiri, quàm aliena reſtituere. §.128. n.4. p.240
Perfecta liberalitas occaſionum timulas ad donandum obſeruat. §. 173.n.1. p.314
De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *feret*; ſed quòd fructum ſuum *dabit*. quare? Ibi. num.2. ibid.
Benefica largitio, eſt rei donatæ poſſidendi arbitrium. §.173.n.4. ibid.
Semper erunt horrea plena, ſi non fuerint largitate vacua. Ibi.n.5. p. 315
Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas,& exuberat ad beneficentiam. toto §.175. p.317
Gloriæ auctarium eſt in cælis, benefica Beatorum concordia.toto §.227. p.413
Vide verbo, *Miſericordia, Eleemoſyna, Gratia, Beneficium.*

Libido.

Vide verbo, *Luxuria, Mulier, Periculum, Pulchritudo.*

Limus.

Vide verbo, *Terrá.*

Lingua, Sermo, Verbum.

Qui quod ſentit loquitur, linguâ ſuâ loquitur. §.6.n. 4. p.30
Principes Dauidis exemplo, ſuâ linguâ loquantur.§. 10. n.5. p.37
Venenata lingua mentis vſurpat munſa; ſecat vt nouacula quaſi ornatum negotietur; & ex lex ipſa, ipſi concupiſcentiæ malitiam ſpirat.toto §. 32. p.73
Lingua gehennæ ſcintillas flabellat. §. 32. n.6. p 74
Qui mutus eſt, mortuus dicitur. §.232. n.3. p.421
Verbum ex ſilentio, quaſi è tumulo reſurgit. ibid.
Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula,multis vapulat.toto §. 268. p.491
Os Mariæ, os Chriſti dicitur. § 320.n.3. p.585
Vide verbo, *Detractio, Eloquentia, Silentium.*

Lis, Litigator.

Proponatur delictum in iudicio cum citati delinquentis commentario. toto §.244. p.451
Iudex, cùm diu reatum diſcutit, & moroſe examinat; innocentem ſæpè reum diuitùs prodit, diffamat, inuitiat. toto §. 240. p.434
Contentioſus litigator ad infernum properat, concupiſcentiam æmulatur, & Diabolorum ſupplementum eſt. toto §.249 p.460
Deipara, æquum ius eſt, piè dirimens lites.§. 316. n. 5. p.579
Vide verbo, *Index.*

Locus.

Ruthæ patria fuit virtus. §. 1.n.4. p.2
Locus ſæpè vitiis obnoxius eſt; ſæpè etiam virtuti auxiliaris. toto §. 33. p.75
Aliquis velut arcanus loci genius, probos aut improbos mores quodammodò afflat. toto §. 79. p.152

Luna.

Luna in noctis præſidentiâ, cum præſidentiâ ſolis benè contendit. quare? §. 116.n.4. p.220
Siue primam,ſiue plenam lunam Deus fecerit,fecit perfectam §.116 n 5. ibid.
Cur non ſol, ſed Luna, lumen appellat ſuum vaniſſimâ præſumptione? §. 285, n.6. p.521

Lux.

Nec nomen, nec miniſterium bonæ Luci permittitur, quouſque à tenebris ſeparetur §.64.n.2 p 127
Stultum eſt lucem perdere,& laude laudationem amittere.§.140.n.3. p.260
Humilitas per ſemitam caliginis, in finem luciditatis adducit.Ibi.n.4. ibid.
Licet Deus lucem à tenebris diuiſerit, mox vtrumque diei appellatione adſociauit. §.141. n. 2. p.263
Suam Deus inuiſibilitatem cur luce perfundit? 162. n. 3. p.296
Moraliſſimè ab exordio mundi lux à tenebris diuiditur. §.186.n.4. p.344
Dulcior eſt lux, quæ aliquandò deſinit. quare? §.243 n 4. p.451
Cur lux ſolis, triduò ante ſolem ſuum præluxit? §. 285. n.5. p.520
Iubar viſceroſum beneficentiæ §.289. n.4. p.527

Luxuria, Libido

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §.59. p.118
Generoſiores Dæmones ad libidinem non tentant §. 61. n.1. p.122
Luxuriæ vermis, qualis. Ibidem.

Digitized by Google

Quare non columbæ, ſed pulli columbarum, in purificatione offerri iubentur? §. 61. n. 2. ibid.
Libido, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. n. 3. ibid.
Non bona libidinis elogia densè conglobentur. Ibi.
Vita animæ dicitur Senſualitas. §. 61. n. 4. ibid.
Libido, rationis expertem facere dicitur. §. 61. n. 5. p. 123
Libido infernalis gehennæ memoriam abolet Ibidem.
Chriſtus inſcitiæ à Phariſæo damnatur, ne vllo modo libidinis arguatur. §. 61. n. 6. ibid.
Pulchra femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen? quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p. 185
Libidinis antidotus. Ibi. n. 6. p. 186
Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis, indiga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. p. 187
Leuis occaſiuncula non leuiter nocet. §. 117. n. 4. & 5. p. 221. & 222
Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p. 236
Libidinoſus Dæmoniaco ſimilis eſt, crucis aduerſarius, quotidiè moritur, impœnitentiæ vicinatur, & in propriam ſubſtantiam peccat. toto §. 196. p. 361
Cum obſcœnè lapſis, charitas cum odio miſcenda eſt. p. 203. n. 3. p. 373
Deus in honeſtos nec apud ſe peregrinari vult. §. 205. n. 3. p. 377
Cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis. §. 215. n. 5. p. 394
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto §. 220. p. 401
Vaga Principum libido, regnorum excidio plerumque mulctatur. toto §. 216. p. 411
Caro formidabile periculum, Demon in luto deliteſcens, mentis ſeruitus, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. quare? toto §. 229. p. 416
Nobilium feminarum libido, acerbiſſimè punitur à Deo. §. 303. n. 3. p. 557
Vide verbo, *Mulier, Pulchritudo, Periculum.*

M

Magdalena.

MAgdalena effundens pretioſum vnguentum, in diem ſepulturæ Dominicæ meliùs ſeruauit. quare? §. 134. n. 4. p. 250
Vide verbo, *Pœnitentia, Lacryma.*

Magiſter.

Priùs docens quàm diſcens, à ſe etiam diſcit. §. 108. num. 5. p. 206
Dauid dicitur Chriſti diſcipulus. §. 295. n. 3. p. 537
Vide verbo, *Concionator, Sapiens.*

Mandatum.

Vide verbo, *Lex, Obedientia.*

Manna.

Cæleſte Manna ſcatet vermibus, qui ingratorum conſcientiam perpetuò rodant. §. 264. n. 2. p. 485
Quod nuper vocabatur glacies, dum amittitur, Manna dicitur. §. 267. n. 4. p. 491

Manſuetudo.

Vide verbo, *Pax, Patientia, inimicorum dilectio.*

Manus.

Cur, Manus Abſalom, in eius ſepulchro deſcribitur? §. 35. num. 2. p. 78
Prælium oratione ſuffultum, manus ſolij Domini nominatur. §. 111. n. 2. p. 210
Vide verbo, *Opus.*

Mare.

Maris ſalſugo amariſſima dulcibus aquis paſcitur. §. 41. num. 2. p. 90

Maria.

Aduocata peccatorum.

Quàm præſtò miſeris peccatoribus Maria adſit auxiliatrix. §. 315. n. 1. p. 576
Conglobata Deiparæ ad hanc rem epitheta. Ibi. num. 2. ibid.
Cur Deipara appellatur, Peccatorum commendatio? §. 315. n. 2. p. 576
Quo ſenſu Deiparam appellent, Peccatorum vadem. Ibidem. n. 3. p. 577
B. Virgo omnibus omnia fit, vt naturæ curet vulnera. §. 315. n. 5. ibid.
Deipara deiformi elementatione veteratum mundum reformat. Ibid. n. 6. ibid.
Maria tamquam vera Ruth, relictas à Correctoribus ſpicas ſtudioſè colligit. §. 316. n. 1. p. 578
Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat, precariæ omnipotentiæ vi. Ibi. n. 2. ibid.
Quo ſenſu dicatur Deipara, Noſtræ ſpongia nequitiæ. §. 316. n. 3. ibid.
Diabolica vitiorum noſtrorum commenta, & volumina B. Virgo delet. Inibi. n. 4. ibid.
Quo ſenſu Deipara iuſtitiam transformet in miſericordiam. §. 216. n. 5. p. 396

Amor Mariæ ergà Filium.

Patris ac matris amorem Deipara Filio impendit. §. 327. num. 1. p. 596
Deiparæ viſcera tranſiiſſe in charitatis affectionem perhibetur. Ibi. n. 2. ibid.
In puero Ieſu vnita bonorum omnium collectio dicitur. §. 327. n. 3. ibid.
Filij ac Matris immenſus amor, in affectuum pelago mergitur. Ibid n. 4. ibid.
Deus Deiparæ, & Deipara Deo, per amorem velut conuiſcerantur §. 327. n. 5. p. 597
Quomodò Chriſtus dicitur, Mariani cordis dimidium an amoris ſacramento? Ibi. n. 6. ibid.
Amor filij ſui, omnes ictus mortis interimit in Deipara. §. 327. n. 7. ibid.
Quo ſenſu ſolus Deus dicatur, Mariam diligere. §. 331. num. 5. p. 603

Bellatrix Maria.

Salomon, id eſt, Chriſtus, gladio formæ, quam expreſſit à Matre, mendacium arguit. §. 306. n. 2. p. 561
Deipara dicitur nouus mundus; & omnium vires in ſe habere dicitur. §. 312. n. 5. p. 572
Mariæ auxilium hoſtibus opponendum, velut palma, & trophæum. §. 318. n. 5. p. 582. Legatur totus §. quo Maria probatur Regnum, ac regnorum præſidium.
Deus in Virginalis vteri officinâ, corporis arma cudit aduerſus peccatum. §. 319. n. 1. p. 583
Vera Iahel lactis dulcedine infernalem Siſaram ſuffocauit. Inibi. n. 2. ibid.
Chriſtus de Virgineo lacte excitatur ad exinanitionem peccati. §. 319. n. 3. ibid.
Virginalis mamma confortat cor aduerſùs peccati venenum. Ibi. n. 4. p. 584
Quomodo in B. Virgine, velut in fiſcellâ, Chriſtus ſaluari à Pharaone dicatur. §. 219. n. 5. ibid.

Caſtitas Mariæ.

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Compaſſio, dolores Mariæ.

B. Maria alienam verecundiam, ſuam reputans, ſuſtinere non potuit. §. 170. n. 2. p. 309
Deipara iuxta crucem, inexpugnabilis erant, & naturæ affectionibus ſuperior. §. 325. n. 1. p. 593
An Deiparæ perforata ſint in cruce Chriſti crucifixi, membra? Ibi. n. 2. ibid.
Cur Deipara dicitur, miſerabiliùs animo ſauciari? §. 325. n. 2. ibid.

Digitized by Google

Deipara diuinæ maternitatis ingeſtâ dulcedine, miriſſimè exacerbatur. Ibi. n. 3. ibid.
Gloria Deiparæ habenda, vt quæ ſola Paſſionis viſa ſit ſocia. §. 325. n. 4. ibid.
Num Deiparæ compaſſio Paſſionem Chriſti omninò complet Ibi. n. 5. p.594
Deipara in inſtauratricis ſepulturæ curam ſollerter incumbit. §. 330. n. 5. p.602

Corredemptrix Maria.

Bonum eſt producere Euam peccati cauſſam, ne vniuerſitas B. Virgine careat. §. 317. n. 5. p.580
Quot Protoparentum ſuperbia perdiderat, Deus in Mariæ humilitate recuperauit. §. 322. n. 4. p.590
Deipara eſt Corredemptrix cum Filio Deo. §. 326. n. 1. p. 594
Chriſtus Deus redemptionis gloriam cum Matre partitur. Inibi. n. 2. ibid.
Cùm expirauit Filius, parum abſuit, quin Deipara paſſionem compleret? §. 326. n. 3. p.595
B. Deipara propè innumerabilibus mortibus, redemptionis pretium obtulit? Ibidem. n. 4. ibid.
Deiparæ paſſio glorioſa dicitur, quia purpuraſcit ad Corredemptricis elogium. §.326.n.5. ibid.
Quo ſenſu Deipara Deum reparare dicatur? §. 330. n. 5. p.602

Conceptio immaculata Mariæ.

Ante omnes greſſus, victrix ac triumphalis dicitur Maria. quare? §. 241. n. 5. p.437
Cur Maria dicitur, Filia ſpontè dantis? Inibi.
Deipara concepta eſt nullo Chriſti dedecore, de vuluæ hoſpitio. §. 300. n. 1. p.551
Euæ formatio, & Mariæ Conceptio non eſt curioſius ſcrutanda quare? Ibi. n.2. ibid.
Potentia Dei eſt menſura Gratiarum, quibus in ſuâ Conceptione immaculatâ Maria dotatur? §.300.n.2. ibid.
Cur poſt conceptam Mariam dicitur, Nihil tunc Chriſto defuiſſe? Inibi. n. 3. p.552
In Deiparâ turbidi luti nullæ ſunt deprehenſæ reliquiæ. §. 300. n. 4. ibid.
Qui in rectæ opinionis luce ambulat, non offendit in Virginalem gratiæ diem. §. 301. n. 1. p.553
Num Deipara Virginalem præbet mammam, quò Chriſtus Diabolicum exugat venenum? Ibi.n.2. ibid.
Cur ipſa Virgo Deipara dicatur anathema, & quo ſenſu. §. 301. n. 3. ibid.
Subſtantia Deiparæ dicitur vna & ſingularis, quia numquam ei defuit gratia. ibidem. n. 4. p.554
Deipara in ſuâ conceptione, Victoriæ fructus appellatur. quare? §. 301. n. 5 ibid.
Pia opinio de immaculatâ Virginis Conceptione, ſub maledicto à Theſiphone præſcribitur? §. 302. n. 1. p. 554
Procùl à Deiparâ ſepulchrum, quia inexplicabilis ſublimitatis diuinum eſt fundamentum. Ibi.n.2. ibid.
Deipara dicitur diuinum fundamentum. quare? Inibi.
Quia in Mariæ genealogiâ, eius parentes expreſsè non recenſentur, eius immaculata Conceptio adſtruitur. §. 302. n. 3. p.555
Deiparæ pulchritudo in Conceptione, ne putetur incredibilis, cùm tunc ſpoliis non caruerit. Ibi.n.4. ibid.
Quia Chriſtus eſt Deiparæ portio, ideo in Conceptione infernales feras rectà euadit. §. 302.n.5. p.556

Ergà Euchariſtiam qualis Maria.

In Mariæ viſceribus coctus eſt Euchariſticus panis. §. 329. num. 1. p.599
Maria in templo, Euchariſtici myſterij ſymbolo alitur. Ibi. n. 2.
Chriſtus & concorporalis Deiparæ. Ibidem.
Cur Deipara dum ſuum panem donat, prædam dare dicatur. §. 329. n. 3. p.600
Deipara Euchariſtico pani pulchritudinem œconomicè fœnerat. Ibi n. 4. p 600
Deipara eſt menſa panem ferens vitæ tediuiuæ quare? §. 329. n. 4. ibid.
Deipara, vitæ cibus, & fons imortalitatis nominatur Ibidem. n. 5. p.601
Deipara eſt ager, qui vniuerſum orbem Euchariſticâ melle repleuit. §. 329. n. 6. ibid.

Gloria Mariæ.

Quo pacto Deus Pater gloriam ſuam Deiparæ dederit. §. 305. n. 5. p.560
Deiparæ eſt alter à Triade honos. Ibidem.
Gloriâ, quâ Flium Deum decet, Deipara beatur. §. 328. num. 1. p.598
Marianæ gratiæ ac gloriæ immenſitas tribuitur. quare? Ibidem. n. 2. ibid.
Maria plena eſt exultatione, & reſultatione diuinæ gloriæ. §. 328. n. 3. p.398
Omnis terra plena eſt gloriâ Dei, id eſt, Mariâ. Inibi.
Deipara dicitur plena gloriâ, quæ ex illâ ad nos reſultat. § 328. n. 3. ibid.
Gloriæ totius Trinitatis, Maria auctarium adiicit. §.328. num. 4. p.598
Deipara gloriam effundens in Angelos & in homines, non minus gloriæ continet. Ibi. n. 5. p.599

Gratia Mariæ.

Vide verbo, *Pulchritudo Mariæ.*

Humilitas Mariæ,

Sumptuoſior Chriſti apparatus, Mariæ humilitas eſt? §. 137. n. 3. p.255
Deipara per humilitatem omnibus maior fit. §. 322. n. 1. p.588
Filij benignitas, & humilitas Matris, miſceri, mergiue poſſunt? Inibi. n. 2. ibid.
Maria per humilitatem, totam ſuſcipit Conditoris gratiam. §. 322. n. 3. ibid.
Quod protoparentum ſuperbia perdiderat, Deus in Mariæ humilitate recuperauit. Ibi.n.4. ibid.
Deiparæ humilitas, Deū hominibus parit. §.322.n.4. ibid.
An adſpectu ad Domini præſepe, cælum appelletur ſtabulum. Ibi n. 5. p.589
Humilitas, quaſi propria virtus, diuinæ exhibenda eſt maieſtati. §. 321. n. 5. p.589
Humilitas reliquarum virtutum gratia, ornamentum, & conſummatio eſt Ibidem.n. 6. ibid.

Maternitas Mariæ.

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Miſericordia Mariæ.

Marianum miſerationum flumen, inexhauſtam reſtagnat gratiam. §. 311. n. 1. p.569
B. Virgo eſt animata Ieruſalem, quæ ad nos deſcendit è cælo. Ibi. n. 2. p.570
In Mariâ ſunt Incarnationis gazæ mirabiliter depoſitæ, quomodo? §. 311. n. 3. ibid.
Deiparæ opulentia eſt poſſeſſio multorum. Inibi
Deipara eſt certum diuinæ gratiæ argumentum. §. 311. num. 4. ibid.
Deipara eſt donū donorum omniū præſtantiſſimum Ibid.
Deipara opulenta eſt ſpoliis, quæ à mundo, & Dæmone, & Flio trahit. §. 311. n. 5. p.571
Mariæ miſericordia ex comparatione ad Rutham tamquam typum. §. 314. n. 1. p.574
Quia Maria in plenitudine ſanctorum detinetur, eius in omnes miſericordia adſtruitur. Inibi. n. 2. p.575
Deipara Chriſti capiti coronam æternæ pietatis impoſuit. §. 314. n. 3. ibid.
Per Mariam elementa renouantur, homines ſaluantur. Angeli redintegrantur. Ibi n. 4. ibid.
Deipara velut impotens eſt ad non ſubueniendum miſeris, etſi miſerias neſciant ſuas. §.314.n.5. ibid.

Digitized by Google

An in B. Virgine confidit Chriſtus, vt eum ſpoliis ditet? Ibidem.n.6. p.315
Marianæ gratiæ erga omnes exuberantia. §. 317. num.1. p.579
Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium? Ibi. n.2. ibid.
Per Deiparam homo tamquam præda, ſibi reſtituitur. §. 317. n. 3. p.580
Deipara eſt Chriſtianorum reſpiratio. Ibi. n. 4. ibid.

Natiuitas Mariæ.

De Chriſti Dei per Mariam Deiparam genealogiâ, ducendâ vſque ad Dauidem, qui ponitur huius Hiſtoriæ clauſula. toto §.299. p.543
Marianæ Natiuitatis conglobata elogia. §. 303. num. 1. p.556
Deipara dicitur mortalis generis fundamentum. quare? Ibidem. n.2. ibid.
Ob natiuitatem Ruthæ, olim Moabitis parcitum eſt. §. 303.n.3. p.557
Naſcitur Deipara, ne deſit humano generi munus, quod Deo offerat. Ibi.n.4 ibid.
Ioachim & Anna non fraudantur munere, quod mundo donant.Inibi.
Deipara eſt, Euæ emendatio, & gloriatio. §.303. num.5. ibid.
Secunda Eua debitum acceptæ coſtæ, nouo Adamo perſoluit. Ibidem n.6. p.558
Per Chriſtum conſtat Deiparæ halitus. §. 304. num. 6. p. 559
Deiparæ ac Ruthæ adſimilis nobilitas. §. 305. numer. 1. ibid.
Deus regalem inficiens purpuram, Dauidico Mariæ ſanguine purpurauit. Ibi.n.2. p.560
Trinitas eſt Deiparæ ſtirps? inde vnum è Triade parit. §. 305.n.4. ibid.
Deiparæ virgini eſt à Triade alter honos. Ibi.n.5. ibid.
Ioachim & Annæ genitalis oratio dicitur, § 307. num.4. p. 563

Nomen Mariæ.

Virgo Maria nominari non poteſt, quin ſtatim adſit. §. 304. n.14. p.558
Mariam nominare, eſt eius nomen inſculpere. Ibi. n. 2. ibid.
Mariæ nomen afflat gratiam, & ſpirat gloriam. §. 304. n. 3. ibid.
Mariæ nomen vices cum ipſâ reciprocat;& ipſa cum nomine. Ibi.n.4. ibid.
Roganda eſt Maria, vt ipſa nobis ſit ſui nominis interpres.§.304.n.5. p.559
Mariæ nominatio, eſt ethicè vitalis hominis reſpiratio. Inibi.n.6. ibid.

Obedientia Mariæ.

Deipara obedientiæ titulo dicitur etiam Dei Mater. §. 323.n.1. p.589
Deipara pro tot gratiarum debito, obedientiam rependit. Ibi.n.2. ibid.
Ieſus & Maria implentes Purificationis ac Præſentationis legem, legis defectum implent. §.323.n.3. p.590
Lex gratiæ ſuper linguâ Mariæ;quia fecit animæ ſuæ cingulum ad obſequium. Ibidèm.n.4. ibid.
Deipara vocatur Dei voluntas, quia nihil præter ipſius voluntatem fecit.§.323.n.5. ibid.

Oratio Mariæ, & ad Mariam.

Marianæ orationi Incarnatio Verbi tribuitur.§.239.n.2. p.433
Maria tamquam mater, ſibi dari petit, quod peccatoribus impetrat §. 283.n.5. p.517
Deipara oblita Matrem, prece obtinet, vbi Neceſſitas propoſita rogat.§.286. n.2. p.521
Deiparæ videtur non concedi quod rogat, quò Chriſtus ab indigentibus rogaretur. Ibi. n.3. p.522
Deiparæ manus auritæ ſunt ad oculorum preces. §.312. n.1. p.571
Deipara humanis precibus augenda, & conſummanda dicitur. quare? Inibi.n. 2. ibid.
Deipara, ſola ſanctificatio eſſe dicitur. quomodo? Ibid.
Nemo ſupplicum præueniet Marianæ beneficentiæ largitatem.§.312.n.3. ibid.
Marianæ gloriæ diuitias, eius ſupplices accipiunt.quare? Inibi.
Deipara appellatur Polus mille oculis præditus, innumeras gerens gratias.§.312 n.4. ibid.
Deipara optata largitur, & ab omnibus inuocari dicitur. quare? Ibi.n.5. ibid.
Subtilitas Marianæ orationis, iram Filij velut omnipotenter cohibet. §.313.n.1. p.573
Quo ſenſu dicatur, quòd Maria non poteſt exaudiri à Filio Deo. Ibidem.n.2. p.573
Deipara eſt humanæ naturæ facundum precatiè os. §.313. n.3. ibid.
Num Deiparæ oratio, latam à Deo ſententiam auertit? Ibi.n 4. ibid.
Marianæ orationis appendices gratiæ recenſentur. §.313. n. 5. ibid.
Pro beneficiis à Filio Deo acceptis, gratias Matri referamus. Ibi.n.6. p.574
Deipara deſperatos in ſpem beatitudinis releuat, precariæ omnipotentiæ vi. §. 316.n. 2. p.578
Deipara ſententioſè dicitur, Dei auris. §. 331. num. 4. p.603

Pax per Mariam.

Deipara obumbratur, vt ſit locus pacis, in quo Deus habitet. §.324.n.1. p.591
Mariana Pax Ioannem ſanctificat, & Matrem gratiâ implet. Ibi.n.2. ibid.
In Arcâ, ferarum hoſtilitas deponitur, & concordia initur. § 324. n.3. ibid.
Deipara dicitur, Pacis inuentrix, & vnica pacis. Inibi. n. 4.
Quo ſenſu dicatur de Deiparâ, quòd ſemper videt pacem in ſuis clientibus. §.324.n.5. p. 592
Deipara eſt Magiſtratuum, ſubditorúmque tranquilla ordinis diſpoſitio. Ibidem.n.6. ibid.
Deiparæ clientes, velut rami ramo quodammodò inſeruntur.§.331.n.3. p.603

Pulchritudo Mariæ, Sanctitas.

B. Virgo gratia plena, adhuc per deſideria gratiam inuenit.§.190.n.3. p.351
Marianæ pulchritudinis encomium.§. 306.n. 1. p.561
Salomon, id eſt Chriſtus, gladio formæ, quam expreſſit à Matre, mendacium arguit. Ibi.n.2. ibid.
Idémne eſt elegantia corporis, & apud Deum gratia? §. 306.n.3. p.562
In Deiparâ ſpecies corporis fuit mentis forma, & probitatis figura.Inibi.
Deipara dicitur, Gratia virtutum, ſpecies iuſtitiæ & pulchra animi forma. §.306.n.4. ibid.
Deiparæ pulchritudo, ſummi Artificis genium continet. quare? Ibidem. n. 5. ibid.
Chriſtus, pulcher in Patre Verbum,pulcher in Matre caro Verbum.§.306 n.6. *ibid.*
Deipara dicitur, Pulchripara. Ibidem.
In Mariam totius gratiæ, quæ in Chriſto eſt, *plenitudo* venit? §. 310. n.1. p.568
Deipara humanæ naturæ particeps, dona homine maiora conſecuta eſt. Ibidem. n. 2. ibid.

Sapientia Mariæ.

Maria eſt nouus noui Teſtamenti tomus. §. 310.num. 2. p.568
Os Mariæ, os Chriſti dicitur.§.320.n.3. p.585

Maria, id eſt, Doctrix, nouum Teſtamentum Apoſtolos docuit. §.321.n.1. p.586

Deipara eſt, Inſpiratæ à Deo veritatis ſcripturarum acroſtichis. Ibi.n.2. ibid.

Veræ doctrinæ ſceptrum, Deiparà nominatur. §.321.n.3. ibid.

Deiparæ ſcientia ſedet ſuper Cherubim, id eſt, ſcientiæ plenitudinem. quare? §.321.n.4. p.589

Deipara eſt Prophetiæ ſupplementum clariſſimum. Inibi.

Sententioſè appellatur Deipara, Dos ſapientiæ, & Charitum mater. §.321.n.5. p.589

Quare Deipara, Apoſtolorum regiſtrum nuncupatur? Ibi. n.6. ibid.

Virginitas, Maternitas Mariæ.

Cur Ioſephus nil ſiniſtrum de Mariæ pudore cogitauit? §. 207.n.6. p. 381

Mariæ deſiderio adſcribitur, Verbi in eius vtero Incarnatio. §. 239.n.2. p.433

Maria ex ore Dei prodiit, quia os Dei peperit. §.305.n.4. p.560

Chriſtus Deus impatibiliter generatur. quare? §. 307. n.1. p.563

Deipara dicitur, Incontaminatus virginitatis character. Ibi.n.2 ibid.

B. Virgo præciſè diuinæ maternitati virginitatem anteponit. §. 307.n.3. ibid.

B. Virgo ſermonem Angeli confert cum virginitatis ſignaculis. Ibidem.

Deipara Gabrielis vocem, ſeminis vice ſuſcepit? §. 307. n.4. ibid.

Deus iudicio ſuo naſciturus, ex Virgine naſci oportebat. Ibi.n.5. p.564

Deus homo, mater Virgo, & humanus vtrique aſſenſus, Trinitas myſteriorum eſt. §.307.n.6. ibid.

Puritas Angelorum, à Marianæ puritatis ſimilitudine defecit? §.308.n.1. p.564

Deipara omnem cupiditatem ad bonum expetendum habebat intentam. Ibidem.n.2. ibid.

Caro mundiſſima, & mens puriſſima, Matrem Dei ſingulariter conſecrant. §.308.n.3. p.565

Quàm beatus fructus ventris, tam glorioſa puritas Marianæ mentis. Ibidem. n.4. p.565

Virgo Deipara inſenſibilis fuit ad peccati illecebras. §. 308. n. 5. p.564

Non tam Mariam concipit cupiditatis ſenſus, quàm deuotionis affectus. Ibi. n. 6. p.566

Deipara ob caſtam Virginitatem dicitur, Gratiâ plena. §. 309. n. 1. p.566

Gentilium Numina ex paſſionibus vitiiſque. Ibi. num. 2. ibid.

B. Virgo in Virginali vtero Deum formare dicitur. §. 309. n. 3. ibid.

Quo pacto Deipara Deum hominibus, & homines Deo reparare dicitur? Ibidem.

B. Deipara velut rubus, diuino igne rigatur. §. 309. n. 4. p. 567

Quia Deus ex Virginalibus ſanguinibus naſcitur, ideò Innocentes effuſo ſanguine in cælis naſcuntur! Ibid. num. 5. ibid.

Virgo Deipara eſt dilucidus diuini partûs commentarius. §. 310. n. 2. p.568

Quâ ratione tela vnionis hypoſtaticæ confecta ſit. Ibid. num. 4. p.569

Deipara appellatur, horrendum Incarnationis inſtrumentum. Inibi.

Deum excepit Abrahamus in tabernaculo iuxta viam; Deipara permanenter in vtero. §. 310.n.5. ibid.

Deipara eſt immenſi gaudij Genitrix. §. 320. numer. 1. p. 584

Chriſtus Deus in vtero Virginis, reum induit. §. 319. num. 4. ibid.

Deipara dicitur, Incarnationis arbitra, vt ſit omnium bonorum principium? §. 317. n. 2. p.579

Deipara pro tot gratiarum debito, Virginitatem rependit. §. 323. n. 2. p.589

Deipara eſt, Virginitatis honor, & virtutum gratia. §. 330. n. 4. p.602

Num corporationem humanam Deipara Deo vendidit? Ibidem n. 6. ibid.

Maria eſt Incarnationis, & Redemptionis panegyris. §. 331. n. 6. p.604

Spiritus-ſanctus per ſuperuentum, Virgini Deiparæ gratificatur. Inibi.

Varia de Maria.

Cur in valle Ioſaphat V. Deipara commoratur, ac ſepelitur? §. 53. n. 3. p.109

Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Mariæ ingeritur. §. 81. n. 3. p 156

Prælustribus Mariæ virtutibus Angeli potantur. §. 94. num. 2. p. 177

Maria vadit ad Dei templum, vt ſuas laudes audiat. §. 213. n. 2. p.406

Ex Mariæ taciturnitate quale verbum prodiit. §.232. n 4. p. 422

Maria eſt pictoria Dei tabula. §. 239. n. 2. p. 433

Adeſſe gaudiis de Ioannis natiuitate, cur Deipara recuſat? 284. n. 3. p 518

Regia Deiparæ nobilitas, dignitaſque toto §. 305. p 559

Deiparæ in vnâ carne & in vno ſpiritu cum Filio, indiuiſum fuit vnitatis myſterium. Ibi. n. 3. p.560

B. Virgo eſt igni ignis. §. 309. n. 4. p.567

Hoſpitalitatis pelagus in Abrahamo, & Deiparâ §. 310. num. 5. p.569

Deipara eſt nouus mundus; & omnium vires in ſe habere perhibetur. §. 312. n. 5. p.572

Niſi Deipara præiret, nemo ſpiritualis foret. §.313. n. 5. p. 574

B. Virgo arcanâ ratione occultus mundus dicitur. §. 315. num. 5. p.577

Deipara æquum ius eſt, piè dirimens lites. Ibidem.

Deipara eſt via, & aſcenſus in cælum: & ſuis clientibus atrium cæli. quare? §. 317. n. 5. p.580

Deiparæ ſceptra regni Reges credant. §.318.n.1. p.581

In Mariâ, quæ eſt regnorum præſidium ac fundamentum Reges regnant. §. 318. n. 2. ibid.

Deipara eſt Sacrum vnctionis oleum, quo Reges, & Sacerdotes vnguntur. Ibidem. n. 3. p.582

Per Mariam fundantur, & fouentur regna. § 318. num. 4. ibid.

Piè ambitioſo cultu celebranda Deipara eſt. Ibi. num. 5. ibid.

Maria gaudij organum eſt, edocta, & iuſſa gaudere. §. 320. n. 1. p.584

Deipara eſt immenſi gaudij genitrix. Inibi.

Deipara eſt Hortus irreprehenſibilis, & theſaurus voluptatum. Ibi.n. 2.

Cur gaudium de Mariâ Beatitudinis exordium dicatur? §. 320. n. 3. p.585

Deipara eſt vniuerſæ naturæ delectamentum. Ibi. n 4. ibid.

Deipara mundo in viduitate ſedenti ſponſum parit. §. 320. n. 5. ibid.

Rerum vniuerſitas, & Angelorum ordines, Deiparæ Virgini exultant. Ibidem. n. 6. ibid.

Lætitia per Deiparam, eſt fœcunda Charitum, ſeu Gratiarum parens. §. 320. n. 6. ibid.

Deipara dicitur, Gaudiorum vinculum cæli & terræ. Ibi. n. 7. p.586

Deipara eſt eorum conſummatio, qui virtutem colunt. §. 324.

Digitized by Google

§. 314. numer. 6. p. 592
Inter Filium Deum ac Deiparam aliqua identitas eſt. §. 327. n. 5. p. 597
B. Virgo dicitur, Mens rapida. 328. n. 5. p. 599
Multiplex ratio cur Deipara in templo præſentatur. §. 329. n. 2. p. 599
Deipara dicitur aurotans prædæ. §. 329. n. 3. p. 600
Impar eſt humanæ cogitationis pia audacia, Deiparam laudare. §. 330. n. 1. p. 601
Quicquid mundus glorioſum habet, Mariæ tribuendum. Ibi.
Deipara eſt hominibus ſpiritus, mens, & ratio. §. 330. num. 2. ibid.
Spiritus-ſanctus, nutricius Virginis efficitur. quare? Ibi. n. 3. p. 602
Deipara eſt, ſalutaris commercij nundinæ. §. 330. n. 6. ibid.
Vita actiua, operibus ſedula, Deiparam ambit. §. 331. num. 1. p. 603
Deipara ſententioſè dicitur, Virtutum integritas. Ibid. num. 2. ibid.
Deipara eſt ſacramenti ramus. §. 331. n. 3. ibid.
Numquam defuit, deeritve qui Deiparam laudet. Ibid. num. 7. ibid.
Deipara ſplendeat in Suorum moribus. Ibidem.

Magnus, Magnum.

Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. p. 214
Non ex Magnitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, Magnum officialis elogium taxari debet. toto §. 116. p. 219
Non eſt Magnus, qui Magna, ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p. 227
Magna operari, & ſe neſcire Magnum, rara virtus eſt. §. 168. n. 7. p. 307
Vide verbo, *Humilitas*, *Superbia*.

Maritus.

Dei amor maritat ſponſæ mentem. §. 154. numer. 4. p. 283
Maritus vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. toto §. 206. p. 378
Non tam corporis, quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt. toto §. 281. p. 513
Vide verbo, *Nuptiæ*.

Martyr.

Martyris patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46. n. 3. p. 97
Glorioſi eſt athletæ, cedi & vincere. Ibi n. 4. ibid.
Calix perſecutionum victoriali ſemper patientiâ inaurandus eſt. §. 46. n. 5. ibid.
Venia inimicorum offenſis, martyres excudit. §. 76. n. 4. p. 148
Quàm delicietur Chriſtus in pœnis Martyrum, quorum vulnera ſtellas præferunt, Chriſtum etiam coronant, & patientiæ maieſtate cruciamenta calcant. toto §. 88. p. 167
Deus pœnâ mortis Adamum puniuit, præſcius futuros eſſe Martyres. Ibid. n. 2. ibid.
Martyrij encomium. §. 88. n. 1. & §. 89. n. 1. p. 169
Martyr paſſione ſuâ, debitam pro Paſſione refert gratiam §. 89. n. 2. ibid.
Martyr vicem pro Dominicâ paſſione rependere dicitur. quare? Ibi. n. 3. ibid.
Quare Deus dicatur Martyribus non tam gratiam tribuere, quàm retribuere? §. 89. n. 4. ibid.
In Martyribus Chriſtus pati, & occidi dicitur. Ibi. n. 5. p. 170
Paſſio Martyribus compatitur gloriæ celebritate. §. 170. num. 5. p. 310
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætanter mutuò gratulari nos decet. toto §. 172. p. 312
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §. 185. p. 342
Quæ caſtitatem martyrio aſſerit, cur velatam pulchritudinem reuelat? §. 211. n. 4. p. 387
In Chriſti ſtadio vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto § 251. p. 463
Diuina prouidentia vitales infligit plagas. §. 290. n. 3. & 4. p. 528
Quomodò corona premit vulnem, & palma effuſum ſanguinem obſcurat? §. 295. n. 5. p. 537
Vide verbo, *Perſecutio*, *Labores*, *Patientia*, *Mortificatio*.

Matrimonium.

Vide verbo, *Nuptiæ*, *Maritus*.

Mater.

Chriſtus ſe nominat hominis filium, vt maternum hominum amorem negotietur. §. 155. n. 3. p. 284
Vide verbo, *Pater*, *Filius*, *Affinis*.

Mendacium.

Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem, antiqui erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto §. 58. p. 126
Humana lingua falſitatis rea, & mendaciis garrula, multis vapulat. toto §. 268. p. 491
Gladius formæ, mendacium arguit. §. 306. n. 2. p. 561
Vide verbo, *Veritas*, *Credibilitas*, *Iudicium temerarium*, *Suſpicio*, *Lingua*.

Mens.

Vide verbo, *Intellectus*.

Meretrix.

Vide verbo, *Luxuria*, *Mulier*.

Meritum.

Vide verbo, *Dignus*.

Metus.

Vide verbo, *Timor*.

Miſer, *Miſeria*.

Vide verbo, *Labores*, *Perſecutiones*, *Felicitas*.

Miſericordia, *Clementia*.

Pia clementia, ſollicitior curâ, & largior ergà ſubditos beneficentia, boni Iudicis elogium eſt. toto §. 12. p. 39.
Quo pacto iuſtitiæ æquus rigor ſit miſericordiæ ſtimulus §. 48. n. 3. p. 100
Miſericordiæ oleo nutriatur ſeuerioris iuſtitiæ ardor, ne extinguatur. §. 48. n. 4. ibid.
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §. 50. p. 103
Diuina beneficentia pro peccatis gratiam retribuit? §. 89. num. 4. p. 169
Ipſa principalis potentiæ ſublimitas, largiori erga offenſores beneficentiæ, generosè obærata naſcitur. toto §. 129. p. 241
Homo miſericors de humanitatis elogio, in hominem recuditur, vicinus eſt cæli, à gehennâ remotus, & velut Deus terreſtris. toto §. 130 p. 243
Miſericordia in dando, habendi arbitrium eſt: da ergò pauperibus, ne quid tibi deſit. toto §. 134. p. 249
In pauperes pius, in ſe impius, ſua Deo donat, & ſe Diabolo. §. 144. n. 2. p. 266
Miſericordia eſt noſtræ coronæ materia. §. 158. num. 3. p. 289
Dei miſeriordia dum peccata diſſimulans, humanâ felicitate cumulat, minæ ſunt acerbioris æternùm iracundiæ. toto §. 159. p. 290
Compaſſio eſt miſericordiæ calcar quo vltrà poſſibilitatem audet. §. 170. n. 6. p. 310
Num miſericordia ex iuſtitiâ à Deo debetur? §. 204. n. 2. p. 375
Cùm Deus non benefacit, rapta illi miſerendi poteſtas dicitur. Ibi. num. 3. ibid.

An

Digitized by Google

An ſi Deus ceſſet benefacere, ceſſet eſſe Deus? §. 204. n.4. p.375
Beneficentia largiùs & expromptiùs omnibus opem eroget. toto §. 135. p.426
Dum beneficentia vtili diſpendio ſuperfluum perdit, reperit neceſſarium, quod deerat. toto §.136. p.428
Largior opum poſſeſſio, præceptio beneficè largiendi nominatur. toto §.137. p. 429
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, opinatiſſimum Gubernatorum elogium eſt. toto §.156. p.472
Num ſic in Deo præſcribit miſerendi conſuetudo, vt antiqua miſeratio ſit nouæ miſerationis obſes? toto §. 178. p.508
Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §.294. p.534
Vide verbo, *Clementia, Eleemoſyna.*

Modeſtia.

Ruthæ modeſtia prædicatur. §.1.n.20. & 21. p.5
Modeſtia, Dei portio dicitur. §.1.n.21. p.5
Modeſtiæ ſcopuli cautè declinandi. §.1.n 24. p.6

M nachus, Solitudo, Eremus.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, quiſquis virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §.24. p.60
Frequentia hominum alea eſt, vagos religioſos faciens vrbium planetas; vita verò ſolitaria, ſapientiæ gymnaſium, ac virtutum formatrix: hæc animum fingit, & perfectionem conſummat. toto §. 31. p.71
Frequens populus dicitur, Alea hominum. §. 274. n. 3. p.502
Vide verbo, *Ioannes Baptiſta, Perfectus vir.*

Morbus.

Vide verbo, *Ægrotus.*

Mora, Cunctatio.

Beneficentia moram non admittat, ne expectatione læſuram faciat. §.51. n.5. p.106
Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. p.190
Vide verbo, *Diuturnitas, Tempus.*

Mores.

Vide verbo, *Virtus, Vitium, Conſuetudo.*

Mors, Mortis memoria.

Qui mortem ſemper cogitat, numquam timet. §. 30.n.1. p.70
Velox, id eſt, facilis, & victorialis dicitur, tabernaculi Petri depoſitio. quare? §.30.n.2. ibid.
Poſſe mori, gratia vitæ eſt. §. 30.n.4. ibid.
Bona mors, mortis pœnam in præmium immortalitatis reformat. §.30.n.4. ibid.
Per mortem, non tam ad cælum ire, quàm redire Iuſtus optat. §.30. n.5. p.71
Qui mortem timet, non vult ire ad Chriſtum. Inibi.
Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debemus? §. 30. n.6. p 71
Metus mortis, non ad mortem, ſed ad vitam referendus eſt. §.30. n.7. ibid.
Num mors, & ſanctitas, idem ſit? Ibidem.
Mors filiorum Parentibus peracerba eſt. §. 34. toto §. p.77
Quomodò viuere potes, vbi non audes mori? 35. n. 3. p.79
In quâcumque ætate deſinas, ſi benè deſinis, tota vita eſt. §.35.n.1. p.78
Mortis memoria hebetat pulchritudinis tela, virtutes germinat, eáſque quaſi in ſanctitatis gymnaſio erudit. toto §.80. p.153
Recordatio mortis, mortis declinatio eſt. §. 81. num. 1. p.155
Quàm multa accreſcat, mala mortis obliuio. Ibi. num. 2. ibid.
Cognatæ terræ memoria pro horrore mortis ac ſepulcri, Deiparæ ingeritur. §.81.n.4. p.156
Meditatio ſepulturæ inſtauratricem ſepulturam faciet. Ibi. n. 4. ibid.
Qui eſt in vitâ iuxtà mortem, ſuprà mortem eſt. §. 81. n.5. ibid.
Cur ſenes, ſicut pueri, non admonentur, vt vigilent. §. 83.n.5. p.160
Ratio mortalibus, præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda. §.306. n.2. p.561
Vide verbo, *Sepultura, Terra, Cinis, Mortificatio.*

Mortificatio.

Paſſionum mortificatio propè impaſſibiles facit. §. 19. n. 7. p.52
Homo iuſtus alius à carne, & à ſeipſo eſſe dicitur. §. 38. n.4. p.84
Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §.87. p.165
Silueſtres auſteritates, melleæ ſunt Ioanni: deliciæ mundanis ſunt fella. §.104.n.4. p 194
Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. quare? §. 117. num. 4. p.221
Homo de diſciplinâ mortificationis habet, vt ex parte prophetet, & coràm laudari poſſit, & victorias loqui. toto §. 127. p.238
Hominis mortificati idea. Ibi.n.5. p.239
Mortificatio, trophæorum baſis, beatæ gloriæ pignus ac manifeſtatio, & pia inferni æmulatio perhibetur. toto §. 133. p.247
Sine culpâ bibitur calix Mortificationis: quæ eſt hominis integritas, reſurrectionis ſuffragium, redemptionis extenſio, & voluptatum deceptio. toto §. 150. p.276
Deus propter bonitatem, ſuum regnum tyrannicè inuadi cupit. § 155.n.5. p.285
Vel ipſas paſſiones ad vitia præcipites, aduocat Mortificatio tamquam virtuti auxiliares. toto §.215. p.393

Mortuus.

Vide verbo, *Mors, Sepultura, Mortificatio.*

Mulier.

Pulchra femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velamen; quas præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p.185
Muliebris pulchritudo, diffamiæ confinis eſt, nimiæ honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. p. 187
Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §.126. p.236
Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §.211. p.386
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto § 220. p.401
Mulier viro proxima, ſpongiæ comparatur. §.231. n. 6. p. 411
Nobilium feminarum libido acerbiſſimè à Deo punitur. §. 303. n.3. p.557
Vide verbo, *Pulchritudo, Luxuria, Periculum, Caſtitas, Virginitas.*

Multitudo.

Vide verbo, *Paucitas, Monachus.*

Munus.

Vide verbo, *Beneficium, Gratia, Liberalitas, Eleemoſyna, Miſericordia.*

Murmuratio.

Vide verbo, *Detractio, Lingua.*

Mutatio, Varietas.

Homo dubius, moribus incertus, votis ambiguus, & varietatibus temperatus, male audit de non bono mutabilitatis elogio. toto §.62. p.123

Homo

Digitized by Google

Homo in terris,præ mutabilitate,ſemper ipſe alius eſt;in cælis dumtaxat erit ipſe,& non alius.toto §.63. p.125
Varietas ſic eſt hominibus grata, vt rebus dulcem placendi gratiam fœneret.toto §.143. p.450
Vide verbo, *Homo*.

Mutus.

Vide verbo, *Silentium*, *Lingua*, *Eloquentia*.

N

Natiuitas.

QVare Chriſtus, qui via eſt, in viâ naſcitur? §. 67. n. 3. p.132
Diuerſorio loco nobis emit Chriſtus æternas in cælo manſiones §. 102. n. 5. p.191
Natiuitas boni filij è non bono parente, Reſurrectioni comparatur.quare §.118.n.4. p.223
Chriſtus in præſepio pauper naſcitur, vt ſit gratitudinis magiſter. §. 135 n.7. p.252
Chriſtus Natiuitatis humilitate, ſe eſſe Deum oſtendit. §.189.n.7. p.350
Natiuitas Deiparæ elucidatur.toto §.303. p.556
Num adſpectu ad Domini præſepe, cælum appellatur ſtabulum? §.312.n.5. p.589

Neceſſitas.

Vide verbo, *Paupertas*.

Negligentia.

Vide verbo, *Otium*, *Opus*.

Negotium, *Occupatio*.

Vide verbo, *Opus*, *Otium*.

Nobilitas.

Nobilitas à moribus eſt. §.1.n.4.&.5. p.2
Nobilitati cognata ſuperbia. Ibidem.
Nobilitas generoſiùs refluit, quam fluit? §.1. num. 5. ibid.
In diligentibus inimicos, diuina generoſitas filiatione prælucet.§.272.n.2. p.498
Nobilium feminarum libido acerbiſſimè punitur à Deo. §.303.n.3. p.557
Regia nobilitas Deiparæ.toto §.305. p.559

Noëmi.

Cur Noëmi regreſſum ad ſuos Ruthæ ſuadet? §. 1.n. 10. p.3
Nominis *Noëmi* etymologia, & ſignificantia. §. 3.n.25. p.17
Noëmi non peccauit Rutham remittendo ad patrios Deos. ibid.n. 51. p.23

Nomen.

Quomodò Dei nomen dicatur eius cognitio & contemplatio. §.111. n. 4. p.211
Transnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo denegada.§.114 n.4. p.216
Angelorum nomen mirabile eſt, quia ab officio plenè adimpleto eſt. §.121.n.4. p.228
Angelus etiam inferior, Seraph ab officio appellatur. Inibi.
Deus vocabulum totum eſt. quare? §.162.n.7. p.297
Nomen Mariæ multimodè elucidatur. toto §. 304. p.558
Ruthæ nomen, laudum fœcundum eſt. quare? §.1. n. 1. p.1
Res muta eſt, quam nominis ſignificantia facit linguatam, nominis auſpicio, & vocabuli ſacramento. toto §.28. p.66
Nominis Ieſu, multiplex ſignificantia.§.28.n.4. p.67
Chriſtus poſtulat, vt quod iure præhabet, nomine præferat. §.28. n 5. p.68
Ratio impoſiti nominis *Manna*, ab ignorantiâ eſt. §. 108. n.4. p.206

Nouum, *Antiquum*.

Æſtimatione ſequentium vetuſta ſuperantur. §.4. num.1. p.25
Mores antiquant dies,& nouellos annos §.35.n. 4. p.79
Erroribus primò imbutus, meliùs putat errare, quàm nouam veritatem amplecti.§.58.n.5. p. 118

Nox.

Noctis inciuilitas vapulat de ambitu antelationis comparatione Diei. §.114.n.2. p.216
Nox & dies ſibi expromptè reſtituunt, quod mutuò viciſſim acceperant. §. 118.n.2. p.239

Nuptiæ, *Vxor*, *Coniux*.

An Hebræi nuptias cum Gentilibus impunè contraherent? §.3.n 27.& 28. p.18
Requies in Bibliis pro nuptiis vſurpatur. §. 184. num. 2. p.334
Maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur.totò §.206. p.378
Nuptiæ dulci obtentu deliciarum, moleſtiarum ſæpè compendium offerunt. toto §.265. p.486
Non tam corporis, quàm morum elegantia in vxoribus expetenda eſt.toto §. 281. p.513
Bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſiſtentia viri. Ibi. n. 5. p.514
Vide verbo, *Maritus*.

Nuditas.

Impudicè femineum corpus pellicidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p.236
Vide verbo, *Veſtis*.

O

Obedientia.

HOmóne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis?toto §.163. p.297
Num Deus velut recuſat imperare, vt benè ſubditis obediat? Ibi. n.5. p.298
Recténe appellatur Euchariſtia, Rationabile obſequium. §.180. n.5. p.328
De humili ſubiectione. dignitatis fulgor ſecurè prælucet. §.189.n.3. p.349
Lex cum prologo & commentario, incerta nominatur: mandatorum fides arte caret, & cæcâ obedientiâ meliùs eruditur. toto §.163. p.355
Dei mandata, intellectus ſunt: eorum obſequium eſt potior eorum ſcrutatio. Ibi.n.4. p.357
Qui cæcè obedit, lege, tamquam Dei oculis inoculatur. §.205.n.3. p.377.
Obedientia mandatorum, fidei ſeruit. §.217. n. 2. & 4. & 5. p. 396. 397
Voluntas alteri ſubiicienda eſt, ne contumaciæ vepribus hæreat. §.219.n.4. p.401
Apoſtolorum vltra vires & captum obſequium, commendatur.Ibi. n. 5. ibid.
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. toto §.221. p.403
Vide verbo, *Lex*, *Iudex*, *Conſilia Euangelica*.

Obſtinatio.

Iudicium & voluntas potioribus aptanda eſt, ne quod cœpit in conſtantiâ in pertinaciâ conſummetur. toto §.219. p.400

Occaſio, ſeu *Periculum*.

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §. 59. p.118
Leuis etiam occiſiuncula, quæ ſit vitiorum illecebra, timenda eſt, præcauenda eſt, declinanda eſt. toto §. 117. p. 220
Cur Iacobus Idola cum inauribus infodit? §. 147. n. 5. p. 272

Digitized by Google

Index Rerum, & Verborum.

Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt. toto §. 203. p.373

Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat toto §.233. p.423

Vide verbo, *Periculum, Iudicium temerarium.*

Occultum, Secretum.

Quò tectiùs quis affectat celare vitium, illud magis publicat. toto §. 259. p.477

Potentia dum appatet, potentiſſima cenſetur. toto §. 25. p. 61

Pulchræ feminæ aſpectus, reuelatio cordis eſt. §.100.n.4 p. 188

Filij Prodigi nuditas, num ab Angelis videnda præcauetur? §. 120. n. 4 p.227

An nuditatem, quam alij non vident, Pater Deus non videre dicatur? Ibidèm

Virtus, etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. toto §. 147. p.271

Qui gloriam ſuam non quærit, etiam in publico occultè operatur. §. 168. n. 1. p.306

Dei velum nemo vnquam reuelauit. §. 178. n. 1. p.323

Peccatum occultum dicitur incertum. §. 193. n. 2. p.356

Falſatus ſubdolè amicus, plus metuendus, & cautiùs atcendus eſt. toto §. 198. p.364

Pulchritudinis abſconſio, pulchritudinis honor dicitur. §. 216. n. 2. p.395

Occupatio.

Vide verbo, *Opus, Otium, Officium.*

Oculus, Viſus.

Dum Deus ad miſeriam per compaſſionem reſpicit, oculos mittere perhibetur. §. 52. n. 3. p.107

Pulchræ feminæ aſpectus, reuelatio cordis eſt. §. 100. num. 4. p.188

Saræ pulchritudo velamine donatur, ne ipſa ſit oculorum velamen. §.99. n. 5. p.186

Mundialia bona oculorum tantùm ſunt pabulum. §. 101. num. 2. p.189

Bona eſt cæcitas, quæ de cæleſtium bonorum perſpicaciâ & affectu inoculatur. §. 151. n.4. p.278

Paſſiuus amor cæcè inoculat. §. 154. n. 6. p.283

Pura intentio poteſt videre & videri. §. 165. n.4. p.301

Leges, Dei oculi nominantur. §. 205. n.3. p.377

Odium.

Cum obſcænè lapſis charitas cum odio miſcenda eſt. §. 203. n. 3. p.390

Cognatorum amor ſi exaſperetur, in odia infenſiſſima degenerat. toto §. 230. p.418

Vide verbo, *Amor. Affectus, Inimicorum dilectio.*

Officium.

Officio ſuo plene adimpleto totus officialis ſollerter inuigilet. toto §. 8. p.32

Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione officiale elogium taxari debet. toto §. 116. p.219

Non eſt Magnus, qui magna; ſed qui mediana etiam & infima munera plenè obit, & ſedulus adminiſtrat. toto §. 121. p.227

Vide verbo, *Iudex, Opus.*

Opus, Operatio, Negotia.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, qui virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. p.60

Cur Manus Abſalom, in eius ſepulcro deſcribitur? §. 35. num. 2. p.78

Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto § 116 p.119

Oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. p.229

Opera orationem complent. §. 122. n. 5. p.230

Læta nunc requies, & vegeta animæ ſalus, actuoſi ſedulò laboris ſtipendium eſt. toto § 124. p.233

Operatio vitam noſtram à corruptione redimit. §. 124. num. 5. p.234

Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ? §. 141. n. 3. p. 261

Quod in ſe bonum eſt, dum beneficè operatur, perficitur & completur. §. 173. n.3. p.314 & toto ferè §.

Euchariſtia dignè accepta, non inertis otij, ſed actuoſi laboris ſtipendium eſt. toto §. 180. p.326

Vera fides bonis operibus viduata, etſi vera credere, non verè credere perhibetur. quare? toto § 217. p.396

Homo negotioſis occupationibus obſeſſus, vnum hominem non agit; Deo euacuatur, ſibi deeſt, neque negotiis par eſt. toto §. 270. p.495

Res in ſe valdè bonæ, cùm benefico inuicem commercio ad opus fœderantur, perfici, & compleri dicuntur. §. 274. n. 2. p.501

Cibus ſumitur pro penſo, aut opere. §. 317. n. 3. p.580

Vide verbo, *Otium, Officium.*

Oratio, Preces.

Humana vilitas & miſeria, precarius clamor eſt, diuinæ opis exactor egregius, neceſſitatis voce. toto §. 43. p. 91

Num quod petunt lacrymæ, fore prophetant? §. 57. n. 2. p. 115

Repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur. toto §. 70. p.137

Oratio eſt robur militum, & militatis diſciplinæ gymnaſium. toto §. 111. p.210

Salutari orationis magiſterio omnem pacem noſtram Deus breuiauit. §. 111. n. 5. p.211

Oratio per virtutum conſequentias, ſic eſt cognata bonis operibus, vt vices cum illis reciprocare dicatur. toto §. 122. p.229

Oratio dicitur baſis operis omnium virtutum. Ibi. n. 4. p. 230

Opera orationem complent. §. 122. n. 5. ibid.

Oratio humilis, vera oratio eſt. §. 139. n. 1. p.257

Præſumptio & ſuperbia quantùm in ſe eſt, preces ad Deum auferunt. Ibi. n. 2. p.258

Phariſæus culpatur, non quia gratias agit, ſed quia nihil ſibi precibus addi cupiebat. §. 139. n. 3 & 4. p.258

Superbia preces aufert, niſi ad ſe. Ibi n. 5. p.259

Humilitas rogantis, naturæ terminos ſupergreditur. §. 139. n. 6. ibid.

Oratio in tribulatione, incantatio dicitur. quare? §. 153. num. 3. & 4. p.281

Oratio de ſcholâ Deitatis erudita, columna virtutum eſt. §. 156. n. 1. p.285

Oratio eſt cæleſtis doctrinæ compendium, & perfectionis plenitudo. Ibi. n. 2. p.286

Oratio eſt præceptorum Domini grande compendium. quare? §. 156. n. 3. ibid.

Quo pacto oratio pleno gaudio orantem cumulet. Ibid. num. 4. ibid.

Orationis cum reliquis virtutibus nexus. §. 156. n. 4.

Orantes dicuntur, Cæleſtis Republica Ibidem.

Oratio vitæ ſpiritualis anhelitus & reſpiratio appellatur. §. 156. n. 5. p.287

Oratio velut ſpiritualis cibus, omnes virtutes fouet ac nutrit. Inibi.

Spes clamor eſt, qui Dei omnipotentiam excitat. §. 166. num. 6. p.304

Multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. p. 319

Ille benè Deum orat, qui ſic confidenter petit, ac ſi petitum beneficium ei ex iuſtitiâ debeatur. toto §. 204. p. 374.

Digitized by Google

Oratio quæ miſericordiam quaſi ex iuſtitia petit, velut in antationes piè æmulatur. Inibi. n. 6. p. 376

Oratio pia impudentiâ perſeuerans, dicitur ſuperba, & vitalis anhelitus: ſic repetitâ excidere, aſſequi eſt. toto §. 225. p. 409

Orationis conglobata epitheta. §. 231. n. 4. p. 420

Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? Inibi.

Peti ab eo beneficium, beneficij loco Deus habet. §. 239. num. 4. p. 434

Deſiderium inchoatum audit Deus; imò & auribus perſpicit. Ibidem.

Quicquid boni inimicis beneficè precamur, nobis abundè deprecamur. toto §. 277. p. 506

Miſera calamitas dicitur precandi officina, & deprecandi vigor. toto §. 280. p. 511

Precaria Neceſſitatis vox, oratio videtur, & exoratio eſt: remediúmque aut inuenit, aut facit. toto §. 286. p. 521

Vide verbo, *Oratio Mariæ.*

Ordo.

Congruus rerum ordo, & inconfuſa diſtributio, idoneus earum cenſus eſt. toto §. 194. p. 357

Congruus ordo ſcit benefacere etiam de malo: ordine beata cæli gloria, & aquarum fertilitas cenſetur. toto §. 195. p. 359

Ornatus.

Qualis fuerit Ruthæ in veſtibus ornatus. §. 1. n. 26. & 27. & 28. p. 6. & 7.

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto § 126. p. 236

Rutha ad munditiem vngitur, & ornatur. §. 184. n. 7. p. 335

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §. 211. p. 386

Orpha.

Orpha interpretatur, Ore nudata. §. 32. n. 3. p. 74

Otium.

Declinet turbas, ſecularia negotia fugiat, qui virtutis teſſeram ſeruare exambit. toto §. 24. p. 60

Ad orationem, & in oratione otium agendum operosè eſt. §. 122. n. 3. p. 230

Operatio vitam noſtram à corruptione redimit. §. 124. num. 5. p. 234

Quodnam ſit otium legis, & opus gratiæ? §. 141. n. 3. p. 261

Vide Verbo, *Opus*, *Officium.*

Ouis.

Quare de homine dicitur, quòd errat, ſicut ouis perdita? §. 101. n. 2.

Chriſtiani gregis balatus, lupum Saulum conuertit in agnum. §. 176. n. 5. p. 320

P

Pædagogus, Educatio.

Genuiſſe libidinis teſtimonium eſt, erudiiſſe pietatis. §. 4. n. 4. p. 25

Cur bonus filius dicitur, Patris inſtitutio? §. 279. n. 3. p. 510

Palatium.

Vide verbo, *Aulicus.*

Panegyris.

Ruthæ panegyris, materiata de alieno, de proprio concinnata. toto §. 1. p. 1

Moderata, idoneè laudatio, eſt credibilitatis ſequeſtra. toto §. 222. p. 405

Vide verbo, *Laus.*

Panis.

Panis in aquam proiectus, ſtillabit guttam, quæ refrigeret in gehennæ flammâ? §. 106. n. 2. p. 202

Reliqui cibi ſine pane crudi ſunt. §. 179. n. 2. p. 325

Vide verbo, *Eucharistia.*

Parcere.

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Paſſiones, Affectus.

Lutoſus terræ limus, è quo materiatus eſt homo, reformationi in hominem cæleſtem ſæpè adulatur, toto §. 7. p. 31

Affectus humani, ſeu humanæ paſſiones, & noſtrum chirographum, ſeu Diaboli charta; eſt turbo, vertigo, Euripus, & faſcinum obnigrans honeſta. §. 19. n. 1. 2. 3. 4. & 5. p. 51. & 52

Humanæ paſſiones dicuntur Dæmoniacæ. §. 19. num. 6. p. 52

Paſſionum mortificatio propè impaſſibiles facit. §. 19. num. 7. ibid.

Solitarius à ſtrepitu paſſionum immunis dicitur. §. 31. num. 6. p. 73

Num hominis natura ſit pugnax cum gratiâ? §. 38. toto p. 83

Impotens Diabolorū imbecillitas, de humanis affectibus ad hominū perniciē potenter armatur. toto §. 86. p. 164

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §. 87. p. 165

Noſtram materialem vitioſitatem abſumunt Angeli. § 95. num. 1. p. 179

Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit. §. 117. n. 4 p. 221

Auari diuitiis cor, Paſſionum ſtabulum appellatur. §. 149. num. 5. p. 275

Vel ipſæ paſſiones ad vitia præcipites, aduocandæ ſunt, tamquam virtuti auxiliares. toto §. 215. p. 393

Caro, formidabile periculum, Dæmon in luto delitescens, & concupiſcentiæ voluntas nominatur. toto §. 229. p. 416

Fraterna hoſtilitas, paſſionum hoſtilitati comparatur. §. 230. n. 5. p. 419

Paſſio Chriſti.

Chriſtus Deus patibilem impatibilitatem Diuinitatis oſtendit. §. 47. n. 4. p. 99

An Iudæ proditio fuerit in Paſſione, omnium cruciamentorum moleſtiſſima? §. 60. n. 7. p. 121

Martyr paſſione ſuâ debitam pro Paſſione refert gratiam? §. 89. n. 2. & 3. p. 169

Paſſio Martyrum Paſſionem Chriſti honorat. Ibi. n. 5. p. 170

Sine Paſſione nemo habet vnde ſperet, ſine reſurrectione, in quem ſperet. §. 143. n. 4. p. 265

Euchariſtia eſt cenſus Dominicæ Paſſionis; illámque reparare, & demonſtrare perhibetur. toto §. 181. p. 330

Chriſtus dum vltrò Paſſionem ſubit, eâ potiri dicitur. §. 258. n. 4. p. 476

Vide verbo, *Compaſſio Mariæ.*

Pater, Parens.

Pater cum filio eſt quaſi idem alter, & vnus ambo. §. 34. num. 1. p. 77

Tot filiorum orbitati patiendæ, impar cenſebatur Iobus ab aduerſario. §. 34. n. 2. ibid.

Non antè, ſed poſt reſtitutam ſobolem, Iobi patientia dicitur commendata. quare? Inibi.

Num Abraham dum filium iam mactat, patrem ſe eſſe neſcit? §. 34. n. 3. ibid.

Solúſne Deus doluit in adumbrati Iſaaci, id eſt, Filij ſui immolatione? §. 34 n. 5. ibid.

Socrates flecti-neſcius ad liberorum conſpectum exindè pupillorum, legem pietatis infringit. x. 34. n. 5. ibid.

Boni filij ex imbonis parentibus nati, læta prophetant, flores ſunt, & ferè non parentum filij. toto §. 118. p. 222

Pater ex indulgentiâ, vmbraticè, & abuſiuè. Ibid. n. 3. p. 223.

Digitized by Google

Aliud eſt appellare filium, aliud, filium ſuum appellare. §.118.n.5. ibid.
Delicta filij Pater amplexu claudit, ne cicatricem in ſanato vulnere relinquat. § 120.n.3. & 4. p.226.227
Qui erat Dominus in Patris vocabulum attollitur. §. 142. n.3. p.263
Cur ſponſus dicitur ſuæ ſponſæ pater? 206.n.4. p.379
Pater ergà filium reum merito diſſimulat Iudicem. toto §.210. p.384
Pater offenſus valdè exaſperatur in filios. §. 230. n.3 & 4. p.418. 419
Cur bonus filius dicitur, Patris inſtitutio? §. 279. n. 3. p.510
Bonitate filij, ſe Pater clypeat, & obiecta ſibi probra refutat. Ibidem. n.4. ibid.
Pater adſpectu ad filium, eſt alter ipſe, & vnus ambo. Sic filij mortuos parentes, quaſi rediuiuos exhibent. toto §.283. p.516
Vt Abſalom plangi poſſit à Dauide, dicitur patris non filius. Ibi.n.7. p.517
Filius Hebraicè eſt, Patris memoria; filia verò, Patris obliuio. Ibidem.

Patientia.

Longanimis patientia auro argutè aſſimilatur, quaſi athleta cæditur, & vincit; & perſecutorum inſaniam in propriam coronam recudit. toto §.46. p.96
Æquanimis in vtraque fortunâ conſtantia, ab impatientiâ inexpugnabilis, meta virtutis, & æmulatio diuinitatis perhibetur. toto §.47. p.98
Spei vigor, patientia dicitur. §.51.n.4. p.105
Patientiæ maieſtas, & tormenta calcat, & fidem fundat nobili teſtimonio § 88.n.5. p.168
Herus magis tolerare ſeruos, quàm à ſeruis tolerari debet. §.115.n.6. p.218
Puſillorum vitium eſt, de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. toto §.248. p 458
Iniuria patienter accepta, offenſoris gratiam quærit. §. 272.n.3. p. 499
Deficienti in ærumnis patientiæ, neruós & robur oratio ſubminiſtrat. §.280. n.4. p.512
Vide verbo, *Labores*, *Perſecutio*, *Mortificatio*, *Martyr.*

Patronus, *Patrocinium.*

Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus præſtò adeſt. toto §. 153. p.281

Paucitas, *Pauci.*

Paucitas legum dicitur, fidei breuitas. §. 257. numer. 3. p.474

S. Paullus.

Quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit? §.7. n.5. p.32
Quæ loci altitudo aut profunditas, Paullum à Dei amore diuellat? §.33. n.4 p.76
In lacrymarum officinâ ſumma Paulli elogia arcanè excuduntur. § 57.n.4. p.115
Tranſnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda. § 114.n.4. p.216
Paullus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. §. 157.n.2. p.287
Omnem hominem Paullus exhibebat Deo. quomodò? §. 164.n.4. p. 300
Gloria Paulli erat Dei gloria. Ibi. n.5. ibid.
Paullus per compaſſionem de alienis peccatis igneſcit. §. 170. n.3. p.309
Chriſtiani gregis balatus, lupum Saülum conuertit in agnum. §.176.n.5. p.320
Cur Paullus hîc dicitur, non tam Euangelij, quàm Chriſti interpres? §. 275.n.5. p.504

Paupertas, *Pauper.*

Non rem habere, ſed illâ non indigere, rem potentiùs, *P. D[illegible] Celada in Ruth.* & opulentiùs habendi arbitrium eſt. toto §.27. p.65
Pauper idem eſt, ac exercitus. § 27. n.4. p.66
Qui totum mundum abdicauit, toti mundo adæquatur. Ibidem.
Habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit. §.125. n 4. & ferè toto §. p. 235
Fœcundus eſt ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. §.134.n.3. p.250
Pauperum oppreſſio ac derelictio illos Deo committit §. 153.n.6. & toto ferè §. p. 281. 282
Pauper velut concupiſcentiâ exemptus, quaſi naturæ dominus, & alter ipſe Chriſtus, piè ſuperbit, præmio paupertatis glorioſè opulentus. toto §. 161. p.294
Num pauper, donandi diuitibus regni cælorum, arbiter eſt? toto §. 171. p.310
Nemo pauper aut diues naſcitur; ſed opinione pauper, aut diues fit. toto §.174. p.315
Homo piè miſericors, egenâ etiam paupertate laborans, abundat ad eleemoſynas, & exuberat ad beneficentiam. toto § 175. p 317
Dira egeſtas ſeu neceſſitas, malitiæ confinis, & delictis cognata eſſe ſolitat. toto §.208. p.381
Diues de pauperum rapinis, auarè diteſcere ſatagit. toto §.253 p.467
Paupertatis piè ſuperba gloria. §. 284. n.5. p.519
Vide verbo, *Diues*, *Auaritia*, *Eleemoſyna.*

Pax. *Concordia.*

Salutari orationis magiſterio, omnem Pacem noſtram Deus breuiauit. §.111. n 5. p.211
Fraterna inter inimicos concordia, ex naturæ & gratiæ gymnaſio eruditur. toto §.142. p.262
Arduum eſt cum omnibus pacem habere. §. 157. num. 1. p. 287
Multorum oratio, ſic eſt concordiæ fœdere potens, vt quod velit, petat; quod petit, ſumat. toto §. 176. p.319
Quàm ſit difficilis pax inter correptum & correptorem. §.202.n.2. p.371
Gloriæ auctarium eſt in cælis benefica Beatorum concordia. toto §.227. p.413
Diſcordia inter fratres, ſtudium religionis faſcinat, Deúmque quodammodò profanare audet. toto §.260. p 478
Vniuerſi Iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §.289. p.526
Vide verbo, *Amor*, *Inimicorum dilectio*, *Pax per Mariam.*

Peccatum, *Peccator.*

Quæ ſint peccata occulta, quæ aliena? §. 38. num. 5. p.84
Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi. toto §.50 p.103
Grauis peccati malitia, omni bono priuat, velut omnipotenter lædit, à Deo expuitur; eáque tamquam ſenectute peccator veteraſcit. toto §.56. p.113
Peccati malitia omnipotentiam Dei è peruerſo æmulatur; ſenium anticipat, rationem lethargo ſopit, mentem diuidit, & calamitatum omnium cenſum exaggerat. toto §. 90. p.170
Peccata, quæ excuſatio mirè auget, miriùs confeſſio diluit. toto §. 91. p. 172
Peccatoris animo emortuo, inſtar vermium ſunt Dæmones. §.95.n.2. p.179
Quàm ſit tenax peccati malitia, & peccatorum fœcunda. toto §.146. p.269
Qui malitiam peccatorum laudat, multis vapulat. toto §.148. p.272
Dei iudicio non peccatores, ſed peccati regnum euertitur. §.157.n.2. p.287

Digitized by Google

Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §.160. p. 292
Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem exinceps malitiam erudiens. toto §.192. p.354
Qui peccat, intrinſecùs Deum dolere facit; qui crucifigit, extrinſecùs. §.234.n.5. p. 426
Humana malitia, Dei miſericordiæ proportionari è peruerſo præſumit. §.278. n.2. p.508
Obſtinata humanæ ingratitudinis impudentia, infinitam Dei bonitatem è peruerſo ſuperare contendit. toto §.293. p 533
Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. p. 534

Peccatum veniale.

Victor in maximis, turpiter in minimis vincitur. §. 112. n.1. & 5. p.212.215
Adam in eo falli potuit, vt primæuum delictum, veniale fore ambiguè putaret. §.112.n. 2. p.212
A modici delicti contemptu, Iudæ, Iudæorum, & Idololatriæ ſcelera initium habuerunt. Ibi.n.3. p.213
Vita hominum conſtat ſceleroſâ flagitiorum anihilatione.§.112.n.4. ibid.
Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §.113. p.214
In lubrico periculosè titubat tepeditas iners, ruinæ ſemper proxima. toto §. 123. p.231
Quare vel leues defectus conſcientiæ incumbentes, delictum maximum nominantur? §. 192. n 4. p. 355

Perfectus vir, Perfectio, Religioſus.

Perfectus vir iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. toto §.273. p.500
Prior iuſtitia, vlteriore deprimenda eſt. §. 276. num. 4. p.506
Vniuerſi iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §.289. p. 526
Illuſtriora Iuſtorum opera ſibi vendicat Deus, quare toto §.296. p. 538
Deipara eſt eorum conſummatio, qui virtutem colunt. §.324. n.6. p. 592
Perpetuo tenore vna virtutis via premi debet; ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculosè corruat. toto §.93. p. 175
Viro perfecto ſilueſtres auſteritates melleæ ſunt: deliciæ mundanis ſunt fella. §.104 n.4. & 5. p. 194
Caueat perfectus vir qui magna vicit, ne à minimis vincatur. toto §. 112. p.212
Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. p.214
Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. p. 219
In lubrico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima toto §. 123. p.231
Feruor inexplebili cupiditate etiam vltra vires operari ambit. Ibi.n.4. p.232
Caro per mortificationem fit ſpiritualium trophæorum baſis. §. 133.n.2. p. 247
Cui ineſt Deus, ille ſibi per humilitatem deeſt. toto §.138. p.256
Anguſta virtus eſt, ad legem bonum eſſe: anguſtior ſanctitas ad iniuſſa actuoſiùs exuberat. toto §.141. p.261
Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergò impenſiùs ſibi totus attendat, cùm ſe etiam totum aliis impendit. toto §.144. p. 266
Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per obſtantia, & ardua quæque it alacris. toto §.151. p.277
Dei amor maritat ſponſæ mentem. §.154.n.4. p. 283
Deúſne ab hominibus arcanâ amoris nimietate diligendus eſt? toto §. 155. p.284
Deus homini totum eſt, omnia eſt. §.161.n.1. p.295
Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 161.n.2. p.296
Homóne eſt conformis diuinæ voluntati, an Deus humanæ voluntati conformis? toto § 163. p.297
Qui Deo non viuit, ſed ſibi, nihil eſſe incipit: exinde Sanctorum proceres Dei gloriam reputant ſuam. toto §. 164. p. 299
Seculo maior, ne de ſeculo ſperet, ſed de cælo. §.167. n.4. p.305
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætantes mutuò gratulari nos decet. toto §.172. p.312
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. toto §.185. p. 342
Vitæ probitas in conſultore exigitur. §. 188. numer. 5. p.349
Tunc homo ſublimiùs proficit, cùm à ſeipſo funditùs deficit. §.189.n.5. p.350
Pia deſideria immeritè audent, nec piæ audaciæ merito defraudantur. toto §.190. p.350
Alacris ſpontaneè voluntas, ſpiritus principalis eſt, vltrà virtutem generosè audax? toto §.191. p. 352
Chriſtus, lex eſt; huius legis commentarius eſt Sanctorum vita. §.193.n.4. p.357
Scientia Sanctorum eſt, vniuerſam Scripturam ſibi ſpiritualem putare legem. §. 205. n.6.p.377. Vbi multa de obedientiâ. toto §.
Homo in gratiæ officinâ, in alium hominem quodammodò ſubſtantiatur. toto §. 214. p.391
Sic per gratiam reformatur homo, vt dicatur Commentarius diuinitatis Chriſti. Ibi.n. 4. p.392
In parendi gymnaſio, imperandi politia eruditur. toto §.221. p.403
Tutò laudatur, qui non ſuâ, ſed Dei vitâ viuit. §. 223. n.3. p.407
Deus in ſanctis ſuis glorioſus apparet, ne ſolus habeat laudis gloriam. Ibi. n.4.& 7. p.407
Qui animosè vult, ſtrenuè poterit, quaſi affecta animoſiùs voluntas ſit poſſibilitatis cenſus. toto §. 228. p. 414
Homo piè contendat per imaginationes etiam in ſomno, ad decentiam virtutis attendere. toto §.231. p 419
Qui quod in ſe eſt facit, omnia feciſſe dicitur. §.255.n.2. p.470

Periculum.

De facili relabendi periculum adeſt. §. 1.n.11. p. 3
In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §.59. p.118
Angeli nos in viâ cuſtodiunt, quia terrenam viam ſuſtollunt. §.95. n.5. & 6. p.180
Quàm ſit periculoſa, pulchra mulier. toto §. 99. & 100. p.185.& 187
Qui modica ſpernit, affinitatem cum vitiis expetit. §. 113.n.4. p.215
Leuis etiam occaſiuncula, quæ ſit vitiorum illecebra, timenda eſt, præcauenda eſt, declinanda eſt toto §. 117. p. 220
In lubrico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima. toto §.123. p. 231
Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè ipſa pietas, & declinanda iniquitatis cautela, periculoſa eſt. toto §.203. p. 373

Perſecutio.

Patientia ex perſecutorum inſaniâ, gloriæ coronam excudit. §. 46.n.3. p.97
Tribulatis atque oppreſſis hominibus Deus præſtò adeſt auxiliaris. toto §. 153. p.281
In acerbitate calamitatum, & exultim lætari, & lætan-

tes

Digitized by Google

ter mutuò gratulari nos decet. toto §.171. p.312

Inimicus Iuſti, eius amicus nominatur. §.198. numer.3. p.365

Chriſtianus perſecutorum iniurias beneficiis remetitur peruerſo gratus officio.toto §. 273. p. 500. Præſertim n.3. & 6. p.501

Miſera calamitas dicitur precandi officina, & deprecandi vigor.toto §.280. p.511

Vide verbo, *Labores, Patientia, Martyr.*

Perſeuerantia.

Perſeuerantia ſententioſè dicitur, Immotus ad Deum motus, virginitatis gloria, peccatorum lauacrum, iuſtorum fortuna, forma, & eſſentia. toto §. 40. p.86

Non qui bonum incipit, ſed qui conſummat, beatur. §. 51.n.2. p.105

Inchoatę probitatis vigorem,ne in vitæ progreſſu aut fine periculoſiùs langueſcat, identidèm recentare neceſsè eſt.toto §. 83. p.158

Continuo tenore vna virtutis via premi debet; ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculoſè corruat. toto §.93. p. 175

Perſeuerantia, ſanctitatum eſt complementum; breue merendi tempus in æternitatem infert; & arcano incremento virtutes virtutibus deprimit. toto §. 276. p.505

Pes.

Calcanei morſus in viâ, retrò, & non in faciem cadere cogit.§.93. n.4. p 176

Calceamentorum gloria magni æſtimatur. Ibi. numer. 5. ibid.

Superbus vno pede nititur; vndè facilis eſt ad lapſum. §. 93.n.6. p.177

Pulchri Prædicatorum pedes, ne puluere aut luto ſqualeant.§.282.n.5. p.516

S. Petrus.

Dum flebilis Petrus cruci abeſt, miniſterióne ſuo deeſt? §.8.n.2. p.32

Num Petri vices Chriſtus ſubſtituit? Ibidèm.

Chriſtus in Petro patitur, aut miſericordiæ compaſſione,aut gloriæ celebritate? §. 30. n. 3. p.70

Negationem quam Petrus fletu diluerat, toto adhuc mari diluere perſeuerat. §. 40. n.4. p.87

Petrus non dedit Sacerdotibus, quod non habet aurum. §.107.n.2. p.204

Transnominatio Petro conceſſa, non erat Paullo deneganda.§.114.n.4. p.216

Quare Petrus præſentiſſimum expertus Chriſtum Deum, eius præſentiam recuſat? §.138. n.5. p.257

Petrus in piâ paupertatis gloriâ ſuperbit. §. 161. num. 5. p.295

Petrus, quem à ſe abire iubet, ſtatim ſequitur. §. 187. n.6. p.347

Cur ob ſimilem confeſſionem, non Nathanaël, ſed Petrus beatificatur? §.212.n.2. p.388

Marcus tacet Petri laudes, vt veridici ſcriptoris impleat officium. §.222.n.6. p.406

Phantaſia.

Vide verbo, *Imaginatio.*

Piger, Pigritia.

Vide verbo, *Otium, Opus.*

Pœna, Supplicium.

Sincerior Iudicum æquitas, in reis damnandis omnes excuſandi ſceleris rimulas præcludat. toto §.11. p.37

Pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſſitas emendationis eſt toto §.16. p.46

Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt, præ acerbiori mortificatione conſcientiæ. toto §.17. p.48

Miniſteriale diuinæ iuſtitiæ munus in ſuppliciis dignè infligendis, ſumptuoſè glorioſum reputatur.toto §. 22. p.56

Iuſtus rigor in Iudice,illius gloria eſt: ſceleris autem pœnam, quam ſceleroſo indulget, ſibi imminere timeat. toto §.49. p.102

Acerba iuſtè punitio hoſtilitatem æmuletur. §.49.num.4. ibid.

Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi.toto §.50. p.103

Populorum Rector in ſuppliciis infligendis, honeſtæ etiam cicatricis curam agit.toto §. 120. p.226

Superior pœnam infligens, ne ſit homini infenſus, ſed malitiæ.§.157.n.1. p.287

Dei iudicio, non peccatores, ſed peccati regnum euertitur.Ibi.n.2. ibid.

Dei indulgentia dum peccata diſſimulans,peccatores humanâ felicitate cumulat, minæ ſunt acerbioris æternùm iracundiæ.toto §. 159. p.290

Multiplices leges perinde ſunt,ac earum violatarum ſupplicia. §.257.n.5. p.475

Vindicatiuæ iuſtitiæ ſapiens pœna, quodammodò æmulatur culpæ modum, adſimili vindictæ ſapore. toto §.262. p.481

Quòd ipſa Dei beneficia, acerbiora pœnaliſſimè ſupplicia fiant, humanæ ingratitudinis ſtipendium eſt. totó §.264. p. 485

Supplicium, culpæ reatum diluit: an etiam culpam caſtigatam conſecrat? toto §.287. p.523

Ex ſuppliciorum acerbitate cognoſcat homo dignitatem ſuam. §.291.n.3. p.530

Vide verbo, *Iudex, Iuſtitia, Infernus.*

Pœnitentia, Confeſſio.

Progenitores Chriſti myſticè integrant remiſſionem peccatorum §.11.n.4. p.38

Cicatrix ex vulnere peccati, abolenda lacrymis eſt.§. 40. n.5. p. 87

Ne peccatori facilitas veniæ tribuat incentiuum delinquendi.toto §.50. p.103

Infidus poſt pœnitentiam relapſus, propè Deum negat; Deo præfert Diabolum, cui habitaculum adornat: quare? de ſic recidiuis infrequens dicitur venia. totó §.55. p.111

Tribuítne innocentiam pœnitentia non iterata? §. 55.n.5. p.113

Dei manus tractat pœnitentium peccatorum lacrymas: quæ intrà Deum eſſe dicuntur, Deóque peccatores mirè conglutinare. toto §.57. p.115

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur.totó §.59. p.118

Peccata, quæ excuſatio mirè auget, miriùs confeſſio diluit.toto §. 91. p.172

Cui adimitur peccati excuſatio, plerumque etiam reatus tollitur, ſinceræ confeſſionis ſacramento. toto §. 92. p. 174

Angeli nos in viâ cuſtodiunt, quia terrenam viam ſuſtollunt.§.95.n.5.& 6. p. 180

Satagit Dauid non ſolùm vt vulnus curetur, ſed ne cicatrix quidem relinquatur. §. 120. num. 2. & 3. & 4. p.126. 227

Donum non ablatum tempore peccati, tempore pœnitentiæ præſumptione tepidæ, auferri timetur? §. 125. n. 2. p.231

Pœnitentia non in foliis aut ramis, ſed in fructu agnoſcitur. §.124. n. 5. p.234

Relapſus ſic acerbè punitur? §.135.n.5. p.252

Pluſne eſt, à vitio ſe reuocare, quàm vitia ipſa neſcire? §.146.n.2. p.269

Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos,quos emaculet.toto §.160. p.292

Ne erubeſcat peccator æternam vitam, præſenti pudore confeſſionis mercari.toto §. 169. p.307

Repetita aſſiduè delicta, velut cathedra aut gymnaſium eſt, adſimilem malitiam exinceps erudiens. toto §. 192. p.354
Inueterata libido impœnitentiæ vicinatur. §. 196. n. 4. p. 362
Ab occaſionum lubrico recedat homo, cui ſæpè declinandæ iniquitatis cautela, periculoſa eſt. toto. §. 203. p. 373
Voluptatum luxus, & priſtinæ concupiſcentiæ, in lacrymas conuertantur. §. 215. n. 4. p. 394. Conſulatur totus §.
Pœnitentia cum Incarnatione confinium habet, dilectio dicitur, verecundiam ſanctificat, & Sancta ſanctorum appellatur. toto §. 254. p.468
Sola eſt diuinæ miſericordiæ vis, cui mala etiam peccati, ex occaſione bona ſunt. toto §. 294. p.534

Potus, Sitis.

Prælustribus Deiparæ virtutibus Angeli potantur. §. 94. num. 2. p.177
Aureum vitulum bibentes Hebræi, auaritiam, & idololatriam bibunt. §. 117. n. 2. p.221
Cupiditate & cócupiſcentiâ eſurire ac ſitire debemus iuſtitiam. §. 128. n. 5. p.240
Mel de petrâ lambere dicuntur, qui ſitis moleſtiam bibendo excutiunt. §. 132. n. 4. p.247
Humilitas concionatoris, cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat, & indurat. §.297. n.4. p.540

Præceptum.

Vide Verbo, *Lex*, *Obedientia.*

Prælatus.

Vide verbo, *Iudex*, *Princeps*,

Præcurſor.

Vide verbo, *Ioannes Baptiſta.*

Præmium.

Præmio bono, malóue, facias quem bonum ac malum. §. 295. n. 1. p.536
Altè Chriſtus Euangelicam doctrinam ſub præmiis Beatitudinum inducit. Ibid. n. 2. ibid.
Beatum præmium eſt ſtrenuæ virtutis baſis, & corona; principium, & finis. §. 295. n. 3. p.537
Præmium nunc velut folia, fructum beatitudinis protegit, & cuſtodit? Ibidem. n. 4. ibid.
Quomodò corona premit vulnera, & palma effuſum ſanguinem obſcurat? §. 295. n. 5. ibid.
Vide verbo, *Beatitudo*, *Infernus.*

Præſens.

Vide verbo, *Abſens.*

Princeps, Rex, Superior.

Principibus, & Superioribus auguſtior honos à ſubditis exhibetur. toto §. 9. p.34
Princeps colendus eſt tamquam à Deo ſecundus, & ſolo Deo minor. §. 9. n. 3. ibid.
Princeps ſemper ſuo, non ſuo dumtaxat iudicio decernat. toto §. 10. p.35
Princeps nihil faciat, & ſine ipſo fiat nihil. Ibi. num. 4. p. 37
Principes Dauidis exemplo ſuâ linguâ loquantur. §. 10. num. 5. ibid.
Proprium ſuperiorum ac Principum elogium, clementia eſt. toto §. 12. p.39
Num Ioab putauerit, regiam Dauidis dignitatem poſſe extendi ad alienæ ouiculæ raptum? §.13. n.3. p.41
Principum potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de famæ ſuffragio valenter armata. toto §. 25. p. 61
Potentes parcè vtantur poteſtate, vt ſemper vti poſſint. §. 48. n. 5. p.101
Ipſa principalis potentiæ ſublimitas largiori ergà offenſores beneficentiæ generoſè obærata naſcitur. toto §. 129. p.241
Boni Principis eſt tranſilire terminos æquitatum. Ibid. num. 5. p.242
Regni magnitudine ita diluitur. §. 121 n. 3. p.228
Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu. toto §. 136. p.252
Principes dicuntur perforati. Ibi. n. 5. p.254
Ingrediuntur pompaticè, id eſt, ſibi, vel ad ſeipſos. Ibi.
Contentio inter regem Dauidem ac Deum, ad quem ſpectet plebs oppreſſa. §. 153. n. 2. p.281
Peritus Princeps non homini, ſed hominis malitiæ infenſus eſt; illum miſerans, hanc dumtaxat debellans. toto §. 157 p.287
Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorium ei ſilentium, indulgentiam tribuere videatur. toto §. 201. p.369
In Principum aulâ, feminarum pudicitia ſæpè in lubrico eſt. toto §. 220. p.401
In parendi gymnaſio, imperandi eruditur peritia. toto §. 221. p.403
Vaga Principum libido, regnorum excidio plerumque mulctatur. toto §. 226. p.411
Excelſa ſeniorum ſeu conſultorum dignitas & auctoritas, tutelæ ac decori Principibus & Gubernatoribus adſit. toto §. 245. p.453
Valdè periculoſum eſt apud Reges peritè philoſophari, quia ambitioſa palatij aura, Sapientum peritiam toxicauerit. toto §. 246. p.455
Princeps imperitus, peritiſſima etiam conſultorum ſuffragia infatuat. toto §. 247. p.457
Intelligentia Regibus ſuadetur, vt reuertantur ad dignitatem, quam habebant. Ibi. n. 5. p.458
Cura ſuper Perfectis, Regiæ politiæ ſumma eſt. Inibi.
Principum potentia ſic in flagitiorum confinio eſt, vt potentem reprimat, qui ſeruat in poteſtate clementiam. toto §. 250. p.462
Princeps & ſuperior variis notitiis inſtructus eſto, & ſtrenui viringenij toto §. 255. p.470
Benignitas potiùs quàm ſeueritas, Principum ac Gubernatorum opinatiſſimum elogium eſt. toto §. 256. p. 472
Quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §. 261. p. 481
Principi ac Iudici peccat, quiſquis in alium delinquit. toto §. 271 p.497
Sub bono etiam Principe, miniſtrorum rapacitas in violentâ tributorum exactione culpatur. toto §. 292. p. 351
Ratio mortalibus, & præſertim Regibus, cum vermibus eſt ponenda. §. 306. n. 2. p.561
Chriſtiani Reges ſunt paſtores hereditatis Chriſti. §. 318. num. 2. p.581
Virgo Deipara eſt Regum ac regnorum præſidium. toto §. 318. p.581
Vide verbo, *Iudex*, *Iuſtitia*, *Pœna*, *Miſericordia*, *Clementia.*

Promiſſio.

Vetatur Iſaaci immolatio, vt Abrahamus quod ſeruis promiſerat, adimpleat? §. 163. n. 4. p.298

Prouidentia

Anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam, infidelitatem æmulatur, & craſtinum diem reddit querulum. toto §. 125. p.234
A diuinâ prouidentiâ fruſtrantur vniuerſa contraria §. 290. n. 1. p.528
Quot cuſtodes apponuntur ſepulchro, tot Reſurrectionis teſtes ſicit diuina prouidentia Ibi. n. 2. ibid.
Diuina prouidentia vitales infligit plagas. §. 290. n. 3. ibid.
Quia nos de medicinâ vulnus facimus, facit Deus de plagâ medicinam. Ibi. n. 4. ibid.

Digitized by Google

Qui nimis noſcit de diuinâ prouidentiâ, eam magis miratur. quare? §. 290. n. 5. p.519

Prudentia.

Vide verbo, *Conſiliarius*, *Mora*, *Index*, *Pudor*, *Verecundia.*

Ruthæ verecundia prædicatur. §. 1. n. 20. & 21. p. 5

Quod non poſſumus petenti demus, propter eius verecundiam. §. 70. n. 2. p.137

Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p.236

Nudatum femineum pectus; quod pudor non vetat, ſuperbia prohibeat. Ibid. n. 5. p.237

Ne erubeſcat peccator, æternam vitam præſenti confeſſionis pudore mercari, toto §. 169. p.307

Maritus, vxoriæ verecundiæ clypeus, & domus aſyli nuncupatur. toto §. 206. p.378

Sæpè dubiam verecundiam inconſulta reprehenſio rumpit. §. 209. n. 1. p.383

Verecundiam confeſſionis præit gratia, ſubſequitur origini reſpondens. §. 254. n. 5. p.469

Vide verbo, *Pœnitentia.*

Publicum.

Vide verbo, *Occultum.*

Puer, pueritia.

Puerorum etiam dies dicuntur veteres §. 6. n. 6. p.30

Pulchritudo.

Chriſti pulchritudo & ſplendor, dicitur vlciſcendi potentia. §. 26. n. 2. p.63

Mortis memoria hebetat vibrata à pulchritudine iacula, ne faucient caſtitatem. §. 80. n. 2. p.154

Pulchritudo penè antequam floreat, defloreſcit. §. 98. num. 1. p.183

Pulchritudo eſt temporis, ac morbi ludibrium. Ibi. n. 2. p. 184

Pulchritudo eſt modici temporis tyrannis, §. 98. num. 3. ibid.

Pulchritudo eſt phlegma pulchrè per cutem pellucens. §. 98. n. 4. ibid.

Pulchritudinem puta ſilentem fraudem §. 98. n. 5. ibid.

Pulchritudo dicitur, Bonum alienum. Ibidem.

Pulchritudo eo celerius elabitur, quò magis conſpicua. eſt. §. 98. n. 6. ibid.

Pulcherrima Iobi filia conſultiſſimè appellatur Diaria. Ibid. n. 7. p.185

Pulchra femina dicitur, ſceptrum inferni, Dæmonum officina, rationis obliuio, oculorum velum; quæ præuaricatores ad Adamum congregat. toto §. 99. p.185

Muliebris pulchritudo, diffamiæ cõfinis eſt, nimiæ honeſtatis indiga, pulchritudinis refuga, & fugitiuo acceſſu conuenienda. toto §. 100. p.187

Eximia in pudicâ feminâ pulchritudo, eſt venuſtior caſtitatis ornatus. toto §. 211. p.386

Abſconſio pulchritudinis, pulchritudinis honor dicitur §. 216. n. 2. p.395

Non tam corporis, quàm morum pulchritudo in vxoribus expetenda eſt. toto §. 281. p.513

Pulchritudo Deiparæ elucidatur. toto §. 306. p.561

Puluis.

Vide verbo, *Terra*, *Cinis.*

Puſillanimis.

Vide verbo, *Audacia.*

Q

Quærere.

IBi vbi eſt, non alibi, quærendus eſt Chriſtus, vt fideliter inueniatur. toto §. 41. p.88

Deus dum ab homine ideò quæritur vt inueniatur, iam propè inuentus eſt vt quæreretur. toto §. 74. & §. 214. num. 4. p.143. & 392

Deus qui ideò tam ſollicitè quærit hominem, vt inueniat; iam propè inuentus eſt ab homine, qui Deum quærit. toto §. 75. p.145

Deſpectui eſt virtus, quæ Chriſtum crucifixum foris non quærit. §. 147. n. 4. p.271

Chriſtus Deus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. p.292

Querela.

Idémne eſt, querulè clamare, ac ſperare? §. 51. n. 6. p.106

Carnis voluptas emphaticè dicitur querula. §. 103. n. 3. p. 192

Dies craſtinus queritur de impoſitâ ſibi afflictione ſuperfluâ. §. 125. n. 5. p.235

Silentium à querelis, cultus iuſtitiæ appellatur. §. 232. num. 6. p.422

Puſillorum vitium eſt; de facili inquietari, & querelas impatienter ciere. toto §. 248. p.458

R

Raphaël.

VIde verbo, *Angelus.*

Ratio.

Myſteria Chriſtianâ fide credenda, humanæ rationis faſtum longè excellunt. toto §. 73. p.142

Dæmon deprecatur hominis rationem, vt illum ſuis affectibus relinquat. §. 86. n. 5. p.165

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit. toto §. 87. p.167

Qui diſcit pulchritudinem alienam, ſuam rationem dediſcit. §. 99. n. 2. p.185

Libido lumen rationis quodammodò extinguit. Ibi. n. 3. p. 186

Reſtitutio.

Ad reſtitutionem debiti, tardum eſt, ac difficile humanum ingenium. toto §. 128. p.239

Redemptio, *Redemptor.*

Triplex Hebræi Redemptoris munus. §. 105. numer. 18. p. 201

Sacerdotum cènſus, & templi vaſa, miſerorum redemptionem piè negotientur. §. 107. n. 4. p.204

An mortificatio noſtra ſit aliqua Redemptionis extenſio? §. 150. n. 5. p.276

Offenſarum venia dicitur, Redemptio maxima peccatorum. §. 272. n. 5. p.499

Renouatio.

Inchoatæ probitatis vigorem, ne in vitæ progreſſu, aut fine periculoſius langueſcat, identidem renouare neceſſè eſt. toto §. 83. p.158

Qui languidum cor excitat ac renouat, illud creare dicitur. §. 123. n. 5. p.232

Lex quæ foris ſonat veteraſcit; quæ per gratiam voluntate excipitur, renouatur. §. 219. num. 3. p.400

Deipara Deiformi elementatione veterem mundum renouat, atque reformat. §. 315. num. 6. p.577.

Vide verbo, *Nouum*, *Initium.*

Repentè, *Subitum.*

Vide verbo, *Mora.*

Reprehenſio.

Reprehenſio fiat vt nouaculâ, quæ dum ſuperflua reſecat, ſimul ornat. § 32. n. 4. p.74

Reprehenſio reprehendentem pariter perſtringit. §. 136 num. 2. p.253

Boni mores ore tacito, prauos arguunt. §. 195. num. 3. p. 360

Princeps comiter admonendus & obiurgandus eſt, ne aſſentatorium ſilentium indulgentiam ei tribuere videatur. toto §. 201. p.369

Reprehenſor, tamquam aduerſarius putatur, & recuſatur. §. 202. n. 1. p.371

Quàm

Digitized by Google

Quàm ſit difficilis pax inter correptum, & correptorem. Ibi. n.2. ibid.
Qui correptionem ſuſtinet, æri, atque ſcoriæ comparatur. quare? §. 202. n.3. p.372
Reprehenſio, argumentum dicitur. §.202. n.4. ibid.
Correptionis lima detergit rubiginem, quam de mundi lenocinio contrahimus. Ibidem.
Reprehenſio argutè comparatur citharæ. §. 202. num. 5. ibid.
Iuſtæ, & iniuſtæ reprehenſioni gratitudo debetur. Inibi.
Acerba reprehenſio, ſtudium virtutis faſcinat; lenis verò, atque ex amore nata, hominem reprehenſum reſtituit, ac redintegrat. toto §.209. p.383
Qui leniter correpti emendare ſe nolunt, virgam vertunt in draconem. §.256 n.4. p.473

Reprobus.

Vide verbo, *Peccator, Infernus.*

Repulſa.

Repulſam petitionis ſuſtinere, nimis graue, pœnale, & acerbum perhibetur. toto §.70. p.137
Iterata oratio, poſt repulſam inſtanter perſeuerans, ſuperba dicitur. quare? §. 215. n.3. p.410
Repetitâ excidere, illam aſſequi eſt. quomodo? Ibidem. num.5. p.411

Reſurrectio.

Principium Reſurrectionis, & Aſcenſionis finem, Diſcipuli non vident. quare? §.73. n.4. p.142
Chriſti Reſurrectio mortuis eſt vita, peccatoribus venia, &c. § 82 n.1. p.157
Dauid de notitiâ Dominicæ Reſurrectionis lætari exambit. Ibid. n 2. ibid.
Quare ſtatim poſt Chriſti mortem Sanctorum ſepulcra aperta ſunt? §.82. n.3. & 4. p.157. 158
In ſepulcri labyrintho Chriſtus vias vitæ per Reſurrectionem inuenit. Ibi num. 5. p.158
In Adamo naſcituri moriuntur, in Chriſto nondùm nati reſurgunt. §.82.n.6. ibid.
Cur ſit Angelus Dominicæ reſurrectionis aſſertor? §. 95. num.2. p. 179
Natiuitas boni filij è non bono parente, Reſurrectioni comparatur. quare? § 118. n.4. p.223
Mortificatio noſtra dicitur manifeſtatio Reſurrectionis, & beatæ gloriæ. §.133. n.3. p.248
Auſpicium credendæ Reſurrectionis cur clarâ diei luce Chriſtus dedicauit? §.143. n.3. p.265
Sine paſſione nemo habet vnde ſperet, ſine Reſurrectione, in quem ſperet. Ibi. n. 4. ibid.
Noſtra mortificatio eſt Dominicæ Reſurrectionis ſuffragium. § 150. n.4. p.276
Titulòne ſuſceptæ Euchariſtiæ, debetur Chriſtoglorioſa Reſurrectio? 177. n.5. p.322
Terra terræmotu luget Chriſti mortem; & terræmotu gloriæ Reſurrectionis gratulatur. §.187. n.2. p.346
Terræmotu queritur terra, quòd Chriſtus reſurgens, in terram non reuertatur. §.248. n.2. p.459
Chriſtúſne expetit Reſurrectionem ſuam, vt crucifigentibus benefaciat? §.273. n 4. p. 500
Quot cuſtodes apponuntur ſepulcro, tot teſtes Reſurrectionis ſiſtuntur. §.290. n.2. p.518
Deipara in reſtauratricis ſepulturæ curam ſollerter incumbit. §.230. n.5. p.419

Ruth.

Laudatur etiam Ruth, ne contemni videatur. §.1.n.1.p.1.
Penès Rutham ſunt virtutum omnium commentarij. inibi.
Ruthæ nomen, laudum fœcundum eſt. quare? §.1. n. 2. ibid.
Scriptoribus debet Ruth, ne eius fama vmquam moriatur. §.1 n.3. p.2
Ruthæ patria fuit virtus. §.1. n 4. p.2
Omnes cognationes Rutha animoſiùs abrumpit. §.1.n.6. ibid.
Ruth velut obſtinata fuit in virtute. §.1. n.7. ibid.
Ruth victa vicit. §.1. n. 8. Vicit conſuetudinem. ibid.
Ruth præluſtris fuit Eccleſiæ typus. quare? §.1. num. 9. pag. 3
Orphæ regreſſus, Ruthæ proficuus fuit. quare? §. 1.n.10. & 11. ibid.
Qualem Rutha ſeruauit marito fidem? §. 1. n.13. p.4
Ruth viduarum exemplar fuit. §.1. n.13. & 14. ibid.
Ruth æſtuante ſpicilegio egeſtatem redimit. §. 1. n. 18. pag. 5
Ruth quàm fuerit labori aſſidua. §.1. n.19. & 20. ibid.
Ruthæ modeſtia in rurali opere. §.1. n.20. & 21. ibid.
Declinat modeſtiæ ſcopulos. §.1. n.24. p.6
Ruthæ humilitas prædicatur. §.1. n.25. ibid.
Qualis Ruthæ in veſtibus ornatus. §.1. n.26. & 27. & 28. pag.6. & 7
De Ruthæ caſtitate vindiciæ. §.1. n.29. & 30. &c. p.7
Totus §.1. cùm ſit Ruthæ panegyris, eius laudes multimodè eructat. p. 1
In laudatâ Ruth, quem mentiris exceſſum, religionem vocas. §.1. n.37. p.8
Ruthæ hiſtoria quo tempore acciderit, multis traditur toto §. 3. p.12
Rutha fuit Orphæ fratria, non conſanguinea. §. 3. n.32. pag.19
Nominis Ruth etymologia. §.3. n.33. ibid.
Ruth Petræa, indolis duritiem, ad piam virtutis obſtinationem reformat. §.87. n.3. p.166
Ruth ad munditiem vngitur, & ornatur. §.184. num. 7. & 8. p.335
Ruth cubuit veſtita, ad Boozi pedes. Ibi. n.10. p.336
Pudicitia Ruthæ ac Noëmi ſuper Boozi concubitu, auctoritate, & ratione ſeriò vindicatur. §.184.n.11. & 12. &c. & 18. & 19. &c. p.336. 338

S

Sacerdos.

SI Sacerdos tractat ſecularia, diuinum opus degenerat in humanum? §.13. n.4. p.42
Immiſericors Sacerdotum auaritia, opum congerendarum ambitioſa, multis vapulat. toto §.107. p.203
Mundus Sacerdos dum Deo appropinquat, ob humilitatem immundus declaratur. §.138.n.3. p.256
Ex auro Sacerdoti dato, Idololatriæ vitulus egreditur. §.107.n.2. p.203

Sal.

Apoſtoli ſunt ſal terræ, quod voluptatum putredinem curet. §.42. n 5. p.91

Sanguis.

Chriſti Sanguis efflagitat conſiliorum obſequia. §. 141. n.4. p.261

Sanctus.

Vide verbo, *Perfectus vir.*

Sapiens, Sapientia.

Sapiens non vitæ, ſed ſcholis diſcit. §.4. n. 1. p.24
Medium animæ reliquit litteras. §.4. n.2. p.25
Apud Sapientem humana auctoritas pro ratione non eſt. §.4. n 6. p.26
Procùl à Sapiente conuitia. §. 4. n.8. p.27
Sapiens ſcrutetur Scripturam, vt eam ſcrutari deſinat. §.4. n. 9. ibid.
Quia Paullus terrena priùs didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit? §.7. n.5. p.32
Sapiens eſt velut Sapientiæ hypoſtaſis, §. 37. num.4. pag. 82
Explorandum potiùs ſæpè eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit. toto §. 69. p.135

Cur

Digitized by Google

Cur malus Dæmon boni etiam ſcientiam propinet? §. 83.n.2. p.159
Virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §.84. p. 160
Sapientiæ elogium.§. 108.n.1. p.205
Hominis ſapientia, eſſentiæ appellationem ſortitur. quare? §.108. n.2. ibid.
Cur ſapientia vices cum fortunâ reciprocare dicitur? Ibidem.
Diſcipuli Chriſti ſciebant, & ſe ſcire neſciebant. §.108. n.3. ibid.
Ratio impoſiti nominis Manna, ab ignorantiâ accepta eſt Ibi.n.4. p. 206
Sapiens, à ſe etiam diſcit.§.108.n.5. & §.144. numer. 6. ibid.
Negat ille ſe credere, qui negat ſcire. Ibidem.n.6. ibid.
Sublimior ſapientia, de profundæ humilitatis commercio maximè commendatur.toto §.109. ibid.
Scientia ſine virtute, aut ſibi non eſt, aut nihil eſt. §. 140.n.3. p.260
Deus eſt, quem omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. §. 161. n.2. p.296
Paupertas eſt palæſtra, & gymnaſium ſapientiæ. §. 174. n.4. p.316
De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173.n 2. p.314
Cultus docendæ veritatis, ſilentium eſt. §. 232. num.6. p.421
Sapiens improſpera Regi enuncians, idiota nominatur. §.246.n.3. Lege totum §. p.455
Doctor vigorem ad ſpiritualiter fructificandum, de humilitate mutuatur. toto §. 297. p.539
Sapientia Deiparæ traditur.toto §.310. p. 568
Vide verbo, *Concionator, Scriptor, Magiſter, Veritas.*

Scandalum.

Vide verbo, *Exemplum.*

Scioli.

Odi homines ignauâ operâ, philoſophicâ ſententiâ. §. 4. n. 1. p. 24

Scriptor librorum.

Scriptoribus debent Heroës, ne eorum fama vnquam moriatur.§.1.n.3. p.2
Nullum ſine veniâ placuit ingenium.§.4.n.1. p.24
In litteris perindè ac in aleæ ludo verſamur. §. 4. num. 1. ibid.
Magnum pudoris diſpendium eſt, verborum officium retinere.§.4.n.2 p.25
Scriptor moralis muta ſurdáque facit vitia. §. 4. num. 2. ibid.
Silentio Doctoris oſſa inueteraſcunt.Ibidèm.
Fucata ſcriptoris eloquentia caſtigatur. §. 4. numer. 7. p.16
Animis, non auribus ſcribamus. §. 4. n.7. ibid.
Pacata eſt ſapientia; igitur tranquillo ore & calamo tractanda.§.4. n. 8. p.17
Virtutis ſcientia, ore, calamo, opere diſtributa, in ſe ſuſcipit incrementum; niſi publicetur, elabitur. toto §.84. p. 160
In humanâ ſapientiâ, aut præuia, aut comes, aut ſequela ignorantia ſemper tranſlucet. toto §. 108. p.205
De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*.§.173.n.2. p.314
Marcus tacet Petri laudes, vt veridici ſcriptoris impleat officium.§.122.n.6. p.406
Vide verbo, *Sapiens, Concionator, Magiſter, Veritas.*

Scriptura Sacra.

Quàm ſit vtilis ſcripturæ ſacræ lectio. §.4. n.5. p.16
Num qui ſcripturis ſacris vacat, impoſſibile eſt à vitiis ſuperari? Ibidèm.

Scriptura ſacra paucis multa docet.§.4. n.9. p.27
Scrutari eam oportet, vt ſcrutari deſinamus. Ibi.
Scientia Sanctorum eſt, vniuerſam ſcripturam ſibi ſpiritualem putare legem. §.205.n.6. p. 377
Vide verbo, *Sapientia Mariæ.*

Secretum.

Vide verbo, *Occultum.*

Senex, Senectus.

Iuuenum vſus dulcior, ſenum tutior. §.1. numer. 12. p.3
Viduitatis merita, ſtipendia ſunt ſenectutis.§.1.num.13. p.4
Iuuentus piè actuoſa, ſtipendia ſenectutis præmaturè cumulat.toto §. 35. p.78
Peccatum eſt motum ſenectus.§.56.n.5. p.114
Cur ſenes ſicut pueri, non admonentur vt vigilent §.83. n.5. p.160
Peccatum hominem reddit ſenem. §. 90. numer. 3. p 171
Senum temperantia, intemperantiæ imbecillitas nominatur.§.229.n.6. p.417
Excelſa ſeniorum dignitas & auctoritas, tutelæ ac decori Principibus & Gubernatoribus adſit. toto §. 245. p.453

Senſus.

Paſſiuus amor cæcè inoculat, & ſenſuum acumen eſt. §. 154 n.6. p.283

Sepultura.

Procùl à Deiparâ ſepultura, quia inexplicabilis ſublimitatis diuinum eſt fundamentum.§.302 n.2. p.554
Cur, Manus Abſalom, in eius ſepulcro deſcribitur? §. 35. n.1. p.78
Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Deiparæ ingeritur.§.81. n.3. p.156
Meditatio ſepulturæ, inſtauratricem ſepulturam faciet.§. 81.n.4. ibid.
Quare ſtatim poſt Chriſti mortem, ſanctorum ſepulcra aperta ſunt? §.82.n.3.& 4. p.157.158
In ſepulturæ labyrintho Chriſtus vias vitæ per reſurrectionem inuenit.§.82.n.6. p.158
Parum eſt vitandis periculis, quòd homo ſit ethicè mortuus, niſi etiam ſepultus ſit.§.117.n.4. p.221
Poſt mortem neceſſaria eſt ſepultura, quæ ſuſpicionum ſiniſteritatem præcludat. §.234.n. 2. p.425

Sequi.

Vide verbo, *Imitatio, Exemplum.*

Seraphim.

Vide verbo, *Angelus.*

Sermo.

Vide verbo, *Eloquentia, Lingua.*

Serpens.

Serpens dum contrito etiam capite, calcaneo inſidiatur, illum conterere perhibetur.§.93.n.3. p.176
In ſerpentis, non in columbæ formâ, dæmon Euam ſeducit. quare? §.234.n.3. p.425
Qui malo benefacit, ſerpentem alit. §. 238. num. 5. p.432

Seruus.

Serui nomen, inhumanæ Dominorum auſteritati non ſit obnoxium.toto §. 115. p.217
Dominorum erga ſeruos ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur.toto §.131. p. 244
Dauid, & Chriſtus ante regnum, formam ſeruitutis affectant? §. 221.n.3. p. 404
Ingratitudo ſeruilem conditionem inuenit, aut facit. §. 238.n.4. p.432
Vide verbo, *Dominus.*

Silentium.

Sermonis mors eſt ſilentium.§.4.n.2. p.25
Silentium, licet ſit verbi mors, eſt etiam illius natiuitas,

reſurrectio, nutrimentum, & cultus. toto §. 231. p.421
Vide verbo, *Lingua.*

Singularitas.

In re virtutis, ſingularitatis fama non benè ambitur. §. 25. n. 2. p.61

Sitis.

Vide verbo, *Potus.*

Societas, Contubernium.

Vide verbo, *Exemplum, Imitatio.*

Societas Ieſu

Societas Ieſu diuinæ gloriæ ſtemmate inſignitur. §. 29. n. 3. p.69
Chriſto non tam terra donatur, quam fines terræ §. 102. n.4. p.191
Vide verbo, *Gloria Dei, Concionator, Sapiens, Opus.*

Sol.

Sol non ſtetit tempore Elimelechi. §.3.n.19. & 20. & 21. p.16
Cur ſol ad occaſum properat? §.243. n.4. p.451
Solis encomium. Inibi.

Sollicitudo.

Anxia rerum temporalium ſollicitudo, cor duplicat, Phariſaicam æmulatur infidelitatem, & craſtinum diem reddit querulum.toto §.125. p.234
Nimia rerum temporalium ſollicitudo, teſſera damnationis eſt. §. 125.n.7. p.236
Dominorum ergà ſeruos beneuola ſollicitudo, ſtipendium ſeruitutis cenſetur.toto §.131. p.244

Solitudo.

Vide verbo, *Monachus.*

Somnus, Somnium.

Vir bonus eſt velut ſomniorum arbiter. §. 231. num. 1. p.419
Perfectus vir etiam in ſomno per imaginationes ad decentiam attendit.n.2. ibid.
Quare dicitur Iacob, Bonus in ſomno operarius? §.231. n.3. p.420
Sanctis ipſe etiam ſomnus, oratio eſt. quare? Ibi. n. 4. ibid.
Homo eſt, Magnus ſomnus.§.231.n.5. p.421
Exactor eſt velut ſomnus, qui dimidium vitæ tempus ſenſim ſuffuratur. §. 292.n. 4. p.532

Spes, Fiducia.

Dilata diu ſpes expectatione ſuſpenſâ, ſperantis animum acerbè vrit, morſicat, fatigat.toto §.51. p.105
Ex diuinæ incarnationis beneficio, mirè erigitur ſpes humana.toto §.72. p.140
Cauſſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat.toto §.119. p.224
Spe, non ſollicitudine, bona temporalia ſuppetunt.toto §.125. p.234
Sine paſſione nemo habet vnde ſperet, ſine reſurrectione, in quem ſperet.§.143.n 4. p.265
Chriſtus non venit quærere immaculatos, ſed ſordidos, quos emaculet. toto §. 160. p 292
Spes anxia mentem extrahit. §.166.n.1. p.302
Plúſne quàm Chriſti ſequela præmiatur ſpes? Ibi. n. 2. ibid.
Spes rem optatam præſumere dicitur, & præmij tempus anticipare. §.166.n.3. p. 303
Sponſus ſpebus quæritur abſens, vt ſtrictiùs teneatur præſens. Inibi.n.4. ibid.
Spes in extremâ calamitate dum cælum fragrat, gaudium afflat. §.166.n.5. ibid.
Spes, clamor eſt, qui Dei omnipotentiam excitat. Ibi. n. 6. ibid.
Quid communiſſimum? ſpes.§.167.n.1. p.304
Addenſata ſpei epitheta, ſeu elogia. Ibidem. numer. 2. ibid.
Spei nomen victoriale eſt, victoriam vocabulo præferens.§.167. n.3. ibid.
Quo pacto fides ſpei noſtræ eſſe dicatur. Ibi. numer. 6. p. 305
Homo peccatis degrauatus, ſaltibus ſpei corpus attollat. §.167. n.7. p.306
Seculo maior, ne de ſeculo ſperet, ſed è cælo. Ibi.num.4. p.305
Spes dicitur animæ & virtutum alimentum. §.157. n. 5. p. 289
Chriſtus per contraria auxiliari ſolitat. §.187. numer. 3. p.346
Ille benè Deum orat, qui ſic confidenter beneficium petit, ac ſi ex iuſtitiâ ei debeatur.toto §.204. p.374
Memoriæ minimum tribuit, quiſquis ſpei plurimum. §. 267.n.4. p.490
Pulchra ſpes beati præmij, ærumnoſos virtutis labores fallit, felicitat, beat.toto §. 295. p.536

Spina.

Temporalium ſollicitudo facit, vt homo inter ſpinas panem comedat.§.125.n.6. p.235

Spiritus ſanctus.

Spiritus-ſanctus improbos ob peccati fœtorem forâs expuit.§.56.n.4. p.114
Vis diuini amoris ergà homines, quàm ſit munificè fœcunda.toto §.154. p.282
Pura intentio characterem columbæ, & Spiritus-ſancti ebibit.§. 165. n.6. p.301
Quare Chriſti corpus in Euchariſtiâ, corpus diuini ſpiritus appellatur? §.183.n.2. p.331
Spiritus principalis eſt animus ad virtutem ſpontaneus. §.191.n.1. p. 352
Cur Spiritus-ſanctus, peccantium redargutioni deſtinatur? §. 209. n.3. p.383
Spiritus-ſanctus, nutricius Virginis efficitur. quare? §. 330. n.3. p.602

Spontè.

Vide verbo, *Vltro.*

Stella.

Vide verbo, *Aſtrum.*

Sterilitas.

In magnâ ſterilitate terra febribus æſtuat, & à facie Dei peccatores abiicit, quos multimodâ calamitate vexat. toto §.20. p.53

Stylus.

Vide verbo, *Eloquentia, Scriptor, Concionator.*

Subditus.

Superioribus auguſtior honos à ſubditis exhibetur. toto §.9. p.34
Magnanimitas non tam ſuperioris, quàm ſubditi elogium eſt. §.221.n.4. p.404
Vide verbo, *Obedientia, Lex, Index.*

Subitum.

Vide verbo, *Mora.*

Subtilitas.

Mera ſubtilitas refutatur.§.4. n.3. p.25
Subtilitas Marianæ orationis, iram filij velut omnipotenter cohibet.§.313.n.1. p.573

Superbia.

Superbia natione cæleſtis. §.1.n.24. p.6
Superbus vno pede nititur; vnde facilis eſt ad lapſum. §. 93.n.6 p.177
Voluptas dicitur, carnis elatio.§.103.n.4. p.192
Sumptuoſior prælucendi, ac præſidendi ambitio, paruulos inuenit, aut facit.toto §.110. p.208
Non ex amplitudine officij, ſed ex illius exactâ adimpletione, officiale elogium taxari debet. toto §. 116. p.219
Nudatum femineum corpus, quod pudor non vetat, ſuperbia prohibeat.§.126.n.5. p.237

Cognatio

Digitized by Google

Cognatio opulentæ felicitatis cum ſuperbiæ faſtu. toto §. 136. p.152
Præſumptio preces faſcinat, ſuperbia aufert. toto §. 139. p. 257
Petrus in piâ paupertatis gloriâ ſuperbit. §. 160. n. 5. p.293
Superbus ſicut Amaſias, Idumæos vincit, & eorum Deos adorat. §. 168. n. 2. p.306
Superbus calcat oliuam, & eius oleo non vngitur. Ibi. num. 4. ibid.
Superbus ſub virtutum triumphis cadit oppreſſus. §. 168. num. 5. ibid.
Elephas eſt ſuperbiæ ſymbolum. quare? Inibi.
Superbus per vanægloriæ præſtigias transfiguratur. §. 168 num. 6. p.307
Læta in calamitatibus exultatio, eſt piè glorioſa Iuſtorum ſuperbia. §. 185. n. 5. p.343
Iterata oratio, poſt repulſam inſtanter perſeuerans, ſuperbia dicitur. quare? §. 225. n. 3. p.410
Vanægloriæ ambitio ſuos appetitores deprauat, inanitat, minorat; & ſeipſis è peruerſo euacuat. toto §. 261. p.480
Quod per ſuperbiam creſcit, ruinæ creſcit. toto §. 263. p. 483
Paupertatis piè ſuperba gloria §. 284. n. 5. p.519
Quàm de facili hominibus vanagloria ſubrepat. toto §. 285 ibid.
Humilitas Concionatoris, cor reddit potabile; ſuperbia illud coagulat, & indurat. §. 297. n. 4. p.540
Vide verbo, *Ambitio, Gloria inanis, Humilitas.*

Superior.

Vide verbo, *Princeps, Iudex, Subditus, Obedientia.*

Supplicium.

Vide verbo, *Pœna.*

Surdus.

Vide verbo, *Audiens.*

T

Temeritas.

Vide verbo, *Audacia.*

Templum.

Templum Dei ipſius facies dicitur, mundiali opificio ſimile, Ægypti obliuio, & gloriæ proœmium. toto §. 39. p.85
Maria vadit ad Templum, vt ſuas ibi laudes audiat. §. 223. num. 2. p.406

Stephanus.

Cur cælum videns, in eo aſtra non videt? §. 88. n. 4. p. 168
Animus beatæ gloriæ amore impreſsè affectus, per ardua quæque it alacris. toto §. 151. p.277
Tanta eſt gloria beatorum corporum, vt dicatur vindicta de perſecutoribus. §. 152. n. 6. p.280
Paullus ſeipſum caſtigando, Stephanum vindicauit. §. 157. n. 2. p.287
Stephanus iniurias beneficiis remetitur, peruerſo gratus officio. toto §. 273. p.500
De Iudæorum furore contrà Chriſtum concepto concepto, Stephanus paſſionem ſubit. §. 296. n. 4. p.538
Vide verbo, *Martyr, Perſecutio, Inimicorum, dilectio.*

Suſpicio.

Siniſtram maledicè ſuſpicionem, leuicula occaſio perniciosè fundat, & ex affectu colorat. toto §. 233. p.423
Siniſtræ ſuſpicionis maligna temerariè licentia, egregiè vapulat. toto §. 234. p.424
Vide verbo, *Iudicium temerarium, Detractio.*

Subſtantia, Hypoſtaſis.

Fraterna charitas eſt virtutum ſubſiſtentia. §. 142. n. 1. p.262
Vita hominis, mundialium bonorum ſubſiſtentia nominatur. §. 6. n. 6. p 30
Sapiens eſt velut Sapientiæ hypoſtaſis. §. 37. n. 4. p 82
Spes dicitur ſubſiſtentia, ſeu eſſentia §. 167. n. 1. p 304
Lex dicitur, hominis ſubſiſtentia §. 205. n 2. p.376
Terra dicitur murationis hypoſtaſis. §. 283. n. 5. p.517
Bona mulier dicitur baſis, ſeu ſubſtantia viri. §. 281. n. 5. p. 414

Tempus.

Angeli dicuntur, præſidium, vmbra, & tempus noſtrum. §. 94. n. 5. p.178
Bonum quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §. 102. p.190
Perſeuerantia breuem virtutem facit longæuam, dum eam æternitati infert, ac miſcet. §. 276. n. 3. p.505

Turtur.

Gemit turtur, quia gratus coniux, ad perpetuitatem infidelis fuit. §. 102. n. 2. p.190

Tepidus.

In lubrico periculosè titubat tepiditas iners, ruinæ ſemper proxima. toto §. 123 p.231

Transfiguratio.

Quare Iuſti in cælo, & in Tabore Chriſtus, ſicut Sol fulgere dicantur? §. 222. n. 3. p.405

Tenebræ.

Vide verbo, *Nox, Dies, Lux, Luna.*

Tentatio.

Primos tentationum ſubſultus incunctanter excutere, aliquis virtutis faſtus, eſt. toto §. 77. p. 148
Impotens Diabolorum imbecillitas de humanibus affectibus ad hominum perniciem potenter armatur. toto §. 86. p. 164
Qui in re virtutis tentatio maximas ſuperauit, in minimis turpiùs vincitur. toto §. 111. p.212
In primâ tentatione Diabolus ſatagit Chriſto illudere. §. 112. n. 5. p.213
Acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat. toto §. 186. p.344
Charitas in me, dicitur charitas, ſeu tentatio. quare? §. 194. n. 4. p.357
Miſericordia improbis, velut tentatio eſt. §. 235. n. 4. p. 427
Obſeruatæ etiam legis inculcatio, tentatio nominatur. §. 257. n. 2. p.475

Terra, Limus, Puluis.

Ex humiliſſimæ terræ ſanctificatione, Dei præſentia maniſeſtiùs agnoſcitur. §. 138. n. 2. p.256
Terra terræmotu luget Chriſti mortem; & terræmotu gloriæ reſurrectionis gratulatur. §. 187. n. 2. p.346
Immundi Spiritus luto carnis conuiſcerantur. §. 229. n. 3. p. 417
Terra dicitur mutationum hypoſtaſis. §. 243. n. 5. p.451
Puluis cohærentiæ neſcius, impium aliis inutilem adumbrat. §. 274. n. 3. p.501
Dum limus exprimitur, Chriſtus cogitatur. §. 7. n. 1. p. 31.
Cur non tam cæli, quàm terra dicatur plena gloriâ Dei? §. 7. n. 2. ibid.
Cùm dicitur Deus ſine terrâ, cur etiam dicitur terram gloriâ ſuâ implere? Ibi.
Terræ defectu ſemen diuini verbi ſterileſcit §. 7. n. 3. ibid.
Natiuitas terrena cæleſtem renaſcentiam inaugurat. §. 7. num. 4. p.32
Quia Paullus terrena prius didicit, ideò etiam cæleſti ſapientiâ excelluit? §. 7. n. 5. ibid.
Cognatæ terræ memoria, pro horrore mortis ac ſepulcri, Deiparæ ingeritur. §. 81. n. 3. p.156
Chriſto non tam terra donatur, quàm fines terræ. §. 102. num. 4. p.191

Digitized by Google

Timor.
Pœnaliſſimus ſupplicij horror, velut neceſſitas emendationis eſt, & in timoris ſcholâ virtutis magiſter. toto §. 16. p.46
Diſcipuli in Tabore timent à gloriâ. §.16. n.6. p.47.
Potentia dum apparet, potentiſſima cenſetur, de timoris ſuffragio. toto §. 25. p.61.
Hominum timore ſuam auctoritatem, pulchritudinem, & gloriam Chriſtus Deus adornat.toto §.26. p.63
Qui mortem timet, non vult ire ad Chriſtum? §. 30. num. 5. p.71
Metus mortis, non ad mortem, ſed ad vitam referendus eſt. 30. n.7. ibid.
Timor in imaginationis officinâ, miſerias anticipat, amplìat, exaggerat toto §. 44. p.93
Spes cum timore vices reciprocat? quare? §. 51. num. 4. p. 105
Minax atrociter furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium. toto §. 54. p.110
Cauſſa quæ pauidè timorem accerſit, ſpei etiam blandimentum è diuerſo ingerat, toto §. 119 p.224
Seruilis & humani timoris infida pædagogia eſt. toto §. 145. p.268
Dei timor velut eſſentialiter homini hærens, è gehennâ gloriæ coronam tecudit; Deum nobis præſentem facit, & Deus dicitur. toto §. 158. p.289
Deus eſt, quem omnia neſciunt; & metuendo ſciunt. §. 162. num. 2. p.296
Beneficum creationis opus à perſeuerante perpetuitate timendum dicitur. §. 243. n. 3. p.450
Vide verbo, *Pœna, Iuſtitia, Iudicium finale, Infernus.*
Teſtis
Mutus teſtis, omnibus vocem habentibus, euidentior eſt. §. 268. n. 2. p.492
Tribulatio.
Vide verbo, *Labores, Perſecutiones, Patientia.*
Tributum.
Vide verbo, *Vectigal.*
Trinitas.
Libido, totius Trinitatis contumelia dicitur. quare? §. 61. num. 3. p.122
Concordia in precibus, Trinitatem adumbrat. quare? §. 176. n. 3. p.319
Euchariſtia totius Trinitatis lætitia dicitur. §. 179. n. 6. p. 326
Trinitas eſt Deiparæ ſtirps; inde vnum è Triade parit. §. 305. n. 4. p.560
Gloriæ totius Trinitatis Maria auctarium adiicit. §. 328. num. 4. p.598
Triſtitia.
Triſtitia putatur humanæ vitæ conſanguinea. §. 153. n. 1. p. 281
Vide verbo, *Gaudium.*
Tyrannus.
Minax atrociter Tyrannorum furor, plerumque ſumit à puſillanimi timore principium.toto §.54. p.110
Sublimium potentia, ad inclementiam inclinat. toto §. 250. p.462
Vide verbo, *Perſecutio, Martyr, Vectigal.*

V

Varietas.
Vide verbo, *Mutatio.*
Vectigal.
Sub bono etiam Principe, miniſtrorum rapacitas in tributorum exactione. §. 292. n. 1. p.531
Cur Aaron, populi inaures aureas in crumenâ obſignat? Ibi. n. 2. ibid.
Immodicis tributis populus liqueſcit. §. 292. n. 3. ibid.
Pergraue eſt, Nabuchodonoſori, & Satrapis, id eſt, eius Miniſtris, tributa pendere. Inibi.
Exactor eſt velut ſomnus, qui dimidium vitæ tempus ſenſim ſuffuratur. §. 292. n. 4. p.532
Rex auarus, non Rex, ſed vir exactionum nominatur; quare? Inibi. n. 5. ibid.
Dura vectigalium exactio, populos è centro auellit, & excentricos facit. Ibidem.
Venus.
Vide verbo, *Luxuria, Mulier.*
Verbum.
Vide verbo, *Eloquentia, Lingua.*
Verbum diuinum.
Quare in principio Euangelij, non Filius, ſed Verbum nominatur? §. 58. n. 3. p.117
Factum Dei Verbum ad Ioannem, plura dicit, quam ſignificat. §. 68. n. 4. p.134
Regeneratio per baptiſmum, terrena dicitur aſpectu ad æternam Verbi generationem. §. 73. n. 5. p.143
Dei Verbum deſcendit, vt capi poſſit. §. 109. n. 4. p.208
Exemplo Verbi, homo à ſe exiens, exeundo non recedat. §. 144. n. 4. p.267
Ex Mariæ taciturnitate quale Verbum prodit. §. 232. n. 4. p. 421
Verecundia.
Vide verbo, *Pudor.*
Veritas.
Qui quod ſentit loquitur, linguâ ſuâ loquitur. §. 6. n. 4 pag. 30
Adhuc poſt denuò perſpectam rei veritatem, antiquæ erroris velut reliquiæ ſuperſunt. toto §. 58. p.116
Explorandum potiùs ſæpè eſt, quid dixerit, quàm quis dixerit. toto §. 69. p.135
Veritas humilitate præſtruitur. §. 109. n. 2. p.207
Verum à falſo diſtat, quantum oculi ab auribus. §. 143. num 1. p.264
Deus vel quod dixit ironicè, verum facit. §. 143. num. 2. ibid.
Laudatoria veritas, victoriâ conſtat, vt fidem faciat. §. 222. n. 5. p.406
Mendax, ſummam veritatem, quæ Deus eſt, deſtruere molitur. §. 268. n. 3. p.492
Ab amoris & odij affectu, veritas nimis patitur. toto §. 288. p.524
Humilitas eſt via, quæ ducit ad veritatem. §. 297. n. 3. pag. 540
Vide verbo, *Mendacium, Lingua, Fides.*
Veſtigium.
Vide verbo, *Imitatio, via.*
Veſtis.
Impudicè femineum corpus pellucidâ veſte perſpicuum fit, & tegendo nudatur. toto §. 126. p.236
Via, Iter.
Nimis errat, qui aberrat à viâ. §. 43. n. 1. p.91
Stitio in viâ virtutis, velox diſceſſus à Chriſto eſt. §. 43. num. 2. ibid.
Quare Chriſtus dicitur via viuens? §. 43. num. 3. p.92
In viâ, quæ eſt Chriſtus, poſſibilitas eſt. quare? §. 43. n. 4. ibid.
Etſi claudices, ambula per viam, quæ Chriſtus eſt. §. 43. num. 4. ibid.
Agonizandum eſt, vt incedamus per arctam viam, quæ ducit ad cælum. §. 43. n. 5. ibid.
Peccatorum via, de non bono exemplo viatores parturit. §. 67. n. 2. p.132
Quare Chriſtus, qui via eſt, in viâ naſcitur? §. 67. n. 5. ibid.
Perpetuo tenore vna virtutis via premi debet; ne viator titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculosè corruat. toto §. 93. p.175

Digitized by Google

Viam iniquitatis amouent, & ſuſtollunt Angeli. §. 95. n. 5. & 6. p. 80

Chriſti via impollutos non inuenit, ſed facit. §. 160. n. 4. pag. 293

Propè eſt, vt via ſit, qui ſecùs viam eſt. §. 203. num. 2. pag. 373

Bona opera agilem reddunt hominem in viâ ad cælum. §. 234. n. 2. p. 425

Humilitas eſt via, quæ ducit ad veritatem. §. 297. n. 3. pag. 540

Victoria.

Ruth vincit dum vincitur. §. 1. n. 7. & 8. p. 2. 3

Victoria de Tartareo hoſte, animæ nutrimentum eſt, & de facili parabile. §. 83. n. 3. p. 164

Nulla victoria, trophæum nullum ſine Angelorum ope. §. 94. n. 6. p. 178

Huic ſeruit quiſque, quo vincitur. §. 104. n. 2. p. 194

Qui in re virtutis tentationes maximas ſuperauit, in minimus turpius vincitur. toto §. 112. p. 212

Strenua mortificationis diſciplina victorias loquitur. §. 127. n. 4. p. 221

Cato per mortificationem fit ſpiritualium trophæorum baſis. §. 133. n. 1. p. 247

Spei nomen victoriale eſt, victoriam vocabulo præferens. §. 167. n. 3. p. 304

Laudatoria veritas, victoriâ conſtat, vt fidem faciat. §. 221. num. 5. p. 406

Voluntas fert ſinum, victoriarum plenum §. 228. num. 5. pag. 416

In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. p. 463

Deipara in ſuâ immaculatâ Conceptione, Victoriæ fructus appellatur. §. 301. n. 5. p. 554

Vidua.

Rutha fuit pulchrum viduarum exemplar. §. 1. n. 13. & 14. pag. 4

Virginitatis magiſterium, viduitatis valeſcit exemplis: §. 1. n. 28. & §. 36. n. 3. p. 7. & 80

Viduitatis operoſitas, virginitatis glorias æmulantur. §. 36. num. 1. p. 80

Iudith in viduitatis certamine, Holofernis victoriam meditatur. §. 36. n. 2. ibid.

Vidua inoleuit coniugali concupiſcentiæ. §. 36. num. 2. ibid.

Propria viduarum gratia eſt, vt ad illas Propheta mittatur. § 36. n. 4. p. 81

Deus defuncti mariti locum ſuſtinet. §. 36. n. 5. ibid.

Deus non dicitur viduarum ſponſus, ne viduali dignitati detrahere videatur? §. 36. n. 6. ibid.

Dei amor maritat ſponſæ mentem. §. 154. n. 4. p. 283

Deipara mundo in viduitate ſedenti, ſponſum parit. §. 320. n. 5. p. 585

Vindicta.

Tanta eſt gloria beatorum corporum, vt dicatur vindicta de perſecutoribus. §. 152. n. 6. p. 280

Dauid vindictam petens emendationem Saülis, & liberationem ſuam expetit. §. 157. n. 3. p. 288

In Chriſti ſtadio, vinci ab inimicis, glorioſior victoria eſt. toto §. 251. p. 463

Veteres inimicitiæ ſic altè pectoribus hærent, vt propè ad vltionem cogere dicantur. toto §. 266. p. 488

Vide verbo, *Inimicorum dilectio.*

Vir.

Vide verbo, *Homo*, *Maritus*, *Nuptiæ.*

Virgo, Virginitas.

Virginitatis magiſterium, viduitatis valeſcit exemplis. §. 1. n. 28. p. 7

Vera virtus, vt virgo pudiciſſima eſt. §. 140. numer. 3. p. 260

Virginitas eſt Angelis cognata. §. 207. n. 1. p. 379

Virginitas diuini muneris officium eſt. Inibi.

Multiiuga elogia caſtratis cui Virginitas prænitet. §. 207. num. 2. p. 380

Virginitas dicitur *homo*, viduitas *feminina*, iugalitas, *corpus* nuncupatur. Inibi.

Virginitas fœcunda eſt, & virtutum copula. §. 207. n. 3. p. 380

Virginitas, flos & fructus eſt Ibi. n. 4. ibid.

Virginitas eſt ſpiritus ſuprà germen Ibidem.

Virtus magnetica Virginitatis, naturam ad ſe arcanè attrahit. §. 207. n. 5. ibid.

Virginitas eſt omnis bonæ mentis præiudicium. Ibi n. 6. p. 381

Multiiuga virginitatis laus. 207. n. 7. & 4. p. 381. 380

Virginitatem ſeruare non poſſe, idem eſt, ac nolle §. 241. n. 4. p. 437

Affectatur virginum veſtis, vt adulterij ſuſpicio amoueatur. §. 259. n. 2. p. 477

Virginitas Deiparæ ſumptuoſiùs prædicatur. §. 307. & 308. &c. p. 563. 564

Vide verbo, *Virginitas Mariæ.*

Virtus.

Virtus longam vitam in breuiori compendiat. 35. num. 4. p. 79

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones ad virtutis obſequium trahit toto §. 87. p. 165

Continuo tenore vna virtutis via premi debet, ne titubatione ſiſtatur, aut lapſu periculoſè corruat. toto §. 93. p. 175

Bonum non eſt in Magno, ſed in Bono eſt Magnum: ne ergò modica ſpernas. toto §. 113. p. 214

Oratio dicitur baſis operis omnium virtutum §. 122 n. 4. p. 230

Vera virtus, vt virgo pudiciſſima eſt. §. 140. numer. 3. p. 260

Virtus etſi in intimis perficitur, opportunè extrinſecùs publicata, altiùs & permanentiùs fundatur. toto §. 147. p. 271

Oratio eſt virtutum columna. §. 156. n. 1. p. 285

Orationis cum reliquis virtutibus nexus. Ibi. n. 4. & 5. p. 286. 287

Spes dicitur animæ, & virtutum alimentum. §. 167. n. 5. p. 305

Acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat. toto §. 186. p. 344

In præcelsâ arcanè virtute, quod videtur antitheſis, virtutum nexus eſt, & earum reciprocum inter ſe participium. toto §. 187. p. 345

Virtus copioſiùs dilatatur, quàm virium. §. 195 num. 4. p. 360

Virginitas eſt virtutum copula §. 207. n. 3. p. 380

Miſericordia, ſumma, ac plenitudo virtutum dicitur. §. 235. n. 5. p. 427

Illuſtriora Iuſtorum opera ſibi vendicat Deus. quare? toto §. 296. p. 538

Deipara ſententioſè dicitur, virtutum integritas. §. 331. n. 2. p. 603

Vide verbo, *Perfectus vir.*

Vita.

Oratio cæleſtis vitæ reſpiratio dicitur. §. 156. num. 5. p. 287

Virtus longam vitam in breuiori compendiat. §. 35. n. 4. p. 79

Vide verbo, *Mors*, *Homo.*

Vitium.

Ipſæ paſſiones, & humana vitia, in virtutes reſculpenda & reformanda ſunt. toto §. 87. p. 165

Opulentia eſt clauis aurea ad vitia. §. 149 n. 1. p. 274

Acrior eſt tentatio, quæ vitia ſpecie ac nomine virtutis colorat. toto §. 186. p. 344

Digitized by Google

Vide verbo, *Caro*, *Paſſiones*, *Conſuetudo*.

Vltio.

Vide verbo, *Vindicta*, *Inimicorum dilectio*.

Vltrò, Sponte.

Spontaneum perinde eſt, ac quod vltrà debitum ſupererogatur. §.141.n 6.& 7. p.262.

Spiritus principalis, eſt animus ad virtutem ſpontaneus §.191.n 1. p.352

Voluntarius pretium offert, quo cæleſtia bona gratis accipiat. Ibi.n.2. ibid.

Iugum voluntarie ſuſceptum, pennas habet; & indè leue eſt.§.191 n.3. p.353

Spontanea volũtas totam poſſibilitatem exhaurit, & vltrà poſſibile audet? Ibidem. n. 4. ibid.

Iacturâ ſuæ beneficentiæ publicatæ, emit Chriſtus opus magis hominibus voluntarium. §. 191. numer, 5. ibid.

Voluntarius ſenſum laboris furatur. §. 228. numer. 3. p.415

Cur Maria dicitur, Filia ſpontè dantis? 241. num. 5. p.437

Chriſtus dum ſpontè paſſionem ſubit, eâ potiri dicitur. §.258.n.4. p 476

Vide verbo, *Voluntas.*

Vnus, Vnitas.

Vnitas inter fratres eſt naturæ ſubſiſtentia. §.142. num.1. p.262

Præter ſapientem nemo vnum hominem agit; ceteri multiformes ſumus §.170. n.4. p.496

Vniuerſi iuſti, vnus plures ſunt, & idem omnes, de beneuolæ ac beneficæ charitatis ſacramento. toto §. 289. p.526

Voluntas.

Homóne eſt conformis diuinæ voluntati? an Deus humanæ voluntati conformis? toto §. 163. p. 297

Iudicium & voluntas potioribus optanda ſunt, ne quod cœpit in conſtantiâ, in pertinaciâ conſummetur. toto §.219. p.400

Qui animosè vult, ſtrenuè poterit, quaſi affecta animoſiùs Voluntas ſit poſſibilitatis cenſus. toto §. 228. p.414

Voluntas fert ſinum victoriarum plenum. Ibidem. n.5. p.416

Voluntas eſt facilium, ac difficilium arbitra. Velis, & poteris. toto §.241. p.436

Voluntas quâ facie libet res humanas colorat; & faciles, aut difficiles reddit. toto §.258. p.475

Velle Dei, Dei poſſe dicitur; ſic quodammodò hominis. §.258.n.5. p.476

Vide verbo, *Vltrò.*

Voluntarium.

Vide verbo, *Vltrò*, *Voluntas.*

Voluptas, Deliciæ.

Mundialia bona poſſeſſorem ſpebus fruſtrant, ſtultitia ſunt, ſpuma ſunt, nec ſibi ſatis ſunt. toto §.23. p.58

Non poteſt ſine voluptate viuere, qui mori cum voluptate debet? §.30.n.6. p.71

Quàm ſit ieiuna voluptatis voluptas. §.42.n.1. p.90

Dulces fluminum aquæ ad amaritiem feſtinant maris; ſic homo ad voluptates. §.42.n.2. ibid.

Maris ſalſugo amariſſima dulcibus aquis paſcitur. Ibi.

Noſtra vertigo voluptates tamquam ſpectra proponit. §. 42. n.3. ibid.

Quod cœpit in voluptatis pruritu, in ſcabie conſummatur. §.42.n.4. ibid.

Voluptas à fronte placet, à tergo diſplicet. §.42.num.6. p.91

In pœnitente incauta voluptuoſi ſceleris recordatio, inſidioſæ minæ ſunt, quæ relapſui viuidè adulantur. toto §.59. p.118

Ratio & virtus, ipſas humanas paſſiones, ac voluptates ad virtutis obſequium trahit. toto §.87. p.165

Humana voluptas herbacea eſt, caducus flos, rerum abuſus, oculorum pabulum, & vocabulum abſque re. toto §.101. p.188

Bonum, quod ad durationis diuturnitatem infidele eſt, eſt etiam futile ad placendi gratiam. toto §.102. p.190

Humana voluptas emphaticè dicitur, carnis afflictio, querela, error, elatio, extaſis, & mera voluptatis narratio. toto §.103. p. 192

Quàm ſit humana felicitas felicitatis inops. toto §. 104. p.193

Homo dicitur ad voluptatem inſenſibilis. quomodo? § 103.n.4. p. 192

Mortificatio prophetat quàm ſint futilia mundi bona. §. 127.n.2. p.238

Moleſtiarum depulſio, voluptatis vigor eſt: exindè amara fames præter ſeipſam omnia condit, edulcat, mellit. toto §.132. p.246

Mortificatio voluptatem decipit. §. 150.n.6 p.277

Qui ſibi viuit, nihil eſſe incipit. §. 164. numer. 2. p.299

Neceſſitate quâdam liberâ ad voluptabilia ferimur. §.167. n.7. p.306

Cineris ac deliciarum in linguâ ſanctâ cognatio. quæ §. 172.n.3. p.312

Euchariſtia eſt cæleſtium fames, & mundialium voluptatum nauſea. §.183.n.1. p.331

Breuis de abundè expromptis, & ſtatim ſacietati vicinus affectus eſt. toto § 199. p.366

Voluptas tenebroſâ omnipotentiæ æmulatione, ardua quæque præſumit, facilium tædio. §. 199. num. 3. p.367

Voluptabilia ſupervacua, vſu fiunt velut neceſſaria. §.200 n.1. p. 368

Nabuchodonoſoris inſtar, homines vinculo ferreo voluptatum herbis alligantur. Ibi.n.2. ibid.

Qui hoſtem vincit, altero fortior eſt: qui voluptatem vincit, ſeipſo fortior eſt. §. 200.n.3. ibid.

Qui voluptates ſitit, medullas voluptatum exſorbere præſumit. Ibidem.n.4. ibid.

Sic inſoleſcit voluptas, vt adhuc deſipiens, tenaciter hærere ambiat. §. 200.n.5. p.369

Voluptas eſt Diaboli hamus. Ibi.

Faſcino voluptatis conſopitur homo, ne ad enorme flagitium attendat. §.200 n.5. ibid.

Cupiditas & concupiſcentia caſtiſſimæ voluptatis. §.215. n.5. p. 394

Varietas placendi gratiam Voluptati fœnerat. §.243.n.2. p.450

Mundialium bonorum auida eſt, & ieiuna poſſeſſio. toto §.252. p.465

Voluptas ſicut rota, quæ retrò ſunt attollit, quæ antè ſunt deijcit. Ibi. n.4. p.466

Sit inops humani gaudij, quiſquis glorioſam gaudij diuini opulentiam exambit. toto §.284. p. 518

Vide verbo, *Felicitas*, *Diuitiæ*.

Vrbanitas.

Vrbana comitatis obſequia, etſi ſecularem politiam ſuboleant, minimè negligere oportet. toto §. 114. p.215

Vulnus.

Martyrum glorioſa vulnera, cæli aſtra referunt. §.88.n.4, p.168

Vide

Digitized by Google

Vide verbo, *Martyr*.

Vxor.

Vide verbo, *Maritus*, *Mulier*, *Nuptia*.

X

S. Xauerius.

QVi Indis euangelizant, poſſeſſio Chriſti dicuntur. §.102.n.4. p.191

Chriſto non tam terra donatur, quàm ea, quibus terra finitur. Ibidem.

Xauerij feruor inexplebili cupiditate etiam vltrà vires operari audet. §.123.n.4. p.232

De rationali arbore non dicitur, quòd fructum ſuum *fert*, ſed quòd fructum ſuum *dabit*. §. 173. numer. 2. p.314

Xauerius in ſomno etiam, per imaginationes ad decentiam attendit. §. 231. numer. 2. Lege totum. §. p.419

Quam affectuosè beneficia impendit infirmo. §. 235. n. 7. p.427

Vide verbo, *Perfectus vir*, *Concionator*.

Z

Zelus.

ZEli ſpecie, paruulorum ambitio ſe ſubdolè inſinuat. §.110.n.3. p.209

Zelus ſit velut fames: ſine diſcretione, eſt currus ſine aurigatore; & incautus factionum arbiter. toto §.269. p.493

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google